BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XX
E
10
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

CODICIS
DN. IVSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS
Imperatoris Augusti,

LIBRI IX. PRIORES,

CVM LECTIONVM VARIETATIBVS diligentius quàm antea in margine appositis.

POST ACCVRSII COMMENTARIOS,

DVARENI, CONTII, & ac aliorum Clarissimorum Iurisprudentum, maximè GOTHOFREDI, Additiones,

Nunc recèns IACOBI ANELLI *de* BOTTIS, *ac* AVGVSTINI CARAVITÆ *Regiorum in regno Neapolitano Consiliariorum, Adnotationibus illustrati:*

Additis quampluribus Legibus, preter alias iam editas, quarum catalogum versa pagina indicat:

Chronicis etiam Canonibus, factisq; Regiis Consularibus, ad discernenda Constitutionum tempora, & Romanæ historiæ cognitionem adiectis, qui ab ANTONIO CONTIO *ex authenticis tabulis, libris & monumentis collecti & digesti sunt.*

Tomus Quartus.

CVM PRIVILEGIIS.

Rom. prof. Neap. pro.

Catal. Ecip. B.

VENETIIS, MDCVI.

Apud Iuntas.

Digitized by Google

INDEX LEGVM IMPERIALIVM SVIS LOCIS ET TITVLIS nunc recens additarum.

L. docere, de sum. Trinit.
L. si quis donauerit, de sacrosan. eccl.
L. priuilegia magna eod. titulo.
L. Constantinopolitana. eod.
L. chartularij. eod.
L. quoniam eod.
L. qui in monasterijs, de Episco. & cleri.
L. Episcopis. eod.
L. vnaquaque ciuitas. eod.
L. qui vult. eod.
L. monasteria. eod.
L. omnem. eod.
L. omnem. semper eod.
L. sanctissimum. eod.
L. sacris canonibus. eod.
L. sancimus. eod.
L. sacris nostris. eod.
L. sancimus neminem. eod.
L. sancimus neminem omnino, eod.
L. præsens. eod.
L. neminem, de episcopali audientia.
L. priuatos. eod.
L. sancimus, vt nemo. eod.
L. sancimus in curationibus. eod.
L. differente. eod.
L. sacram fecimus. eod.
L. certissimè. eod.
L. electione. eod.
L. neque seruum. eod.
L. quæ de alea, de episcopa. audien.
L. de his. eod.
L. vbicunque de hæreticis.
L. Manichæi. eod.
L. hæretici. 1. eod.
L. Manichæo. eod.
L. hæretici. 2. eod.
L. Manichæi liberos eod.
L. ex Manichæo. eod.
L. sanctæ eod.
L. hæretici. 3. eod.
L. quæ de Samaritanis. eod.
L. Græcus, de paganis.
L. si quid, eod.
L. qui post. eod.
L. in festiuitatibus, de Iudæis & cœlicolis.
L. pateant, de iis qui ad Ecclesiam confug.
L. qui habet. eod.
L. qui Imperatore, eod.
L. sancimus, de mandatis Princip.
L. neque Comes, de offi. Com. rer. priuat.
L. nunquam de Assessori. & domesti.
L. nullus, de aduocat. diuers. iudiciorum.
L. ideo. eod.
L. qui semel, de in ius vocan.
L. constitutio prohibet, de procuratoribus.
L. si fideiussor. eod.
L. pateat. C. de iureiuran. propter calum. dan.
L. subtilitatem. C. de iudiciis.
L. omnes magistratus. eod.
L. qui sacra, de sportulis.
L. is cui. eod.
L. contra de testibus.
L. hanc legem. eod.
L. constitutio iubet. eod.
L. si conuentus. eod.
L. si postuletur, de fi. instrumen.
L. ex pignore, de pignorat. actio.
L. vsuræ de vsuris.
L. præsens constitutio. eod. tit. de incer. person.
L. præsens constitutio. l. mandati.
L. illorum. vectigal. no. mili. non pos.
L. hęc constitutio, de loca. & conduc.
L. vult constitutio de repudi.
L. vult constitutio. eod.
L. manifestum, de nuptijs.
L. sacram. eod.
L. si filii, de secun. nup.
L. constitutio præcipit, de fructib. & lit. expensis.
L. iam trigesima, de appella.
L. oportet. eod.
L. ex quo, de ædifi. priua.
L. neque monachus, de ope. publi.
L. si quis. de fideiusso.
L. sancimus, de infant. exposit.
L. qui habent de bon. proscrip.
L. constitutio de pęnis.
L. neminem oportet, de custo. reor.
L. constitutio iubet, de priua. carceri.
L. si miles, si re. vel accusa. mor. fue.
L. maiestatis rei, ad leg. Iul. maiesta.
L. qui confugientem, de crimi. sacrilegij.

IMPE-

Digitized by Google

IMPERATORVM NOMINA
QVORVM CONSTITVTIONES
Duodecim Libris Codicis sunt insertæ.

Hadrianus.
Antoninus Pius.
Diui fratres, siue M. Antoninus Verus.
M. Ælius Antoninus solus.
Seuerus & Antoninus Caracalla.
Ælius Pertinax.
Antoninus Caracalla solus.
Antoninus Heliogabalus.
Alexander.
Maximinus.
Gordianus.
Philippus.
Decius.
Gallus & Volusianus.
Valerianus & Galienus.
Galienus & Valerianus iunior.
Galienus solus.
Claudius.
Aurelianus.
Probus.
Carus, Carinus, & Numerianus.
Carinus & Numerianus.
Diocletianus.
Diocletianus & Maximianus Herculius.
Constantius & Maximianus Galerius.
Constantinus Magnus.
Constantinus iun. Constantius & Constans.
Constantius & Constans.
Constantius solus.
Iulianus.
Iouinianus.
Valentinianus & Valens.
Iidem, & Gratianus.
Valens, Gratianus, & Valentinianus II.
Gratianus & Valentinianus Secundus.
Iidem & Theodosius.
Valentinianus II. Theodos. & Arcadius.
Theodosius & Arcadius.
Iidem & Honorius.
Arcadius & Honorius.
Iidem & Theodosius iunior.
Honorius & Theodosius iunior.
Theodosius iunior solus.
Idem & Valentinianus III.
Valentinianus III. solus.
Idem & Martianus.
Martianus solus.
Leo.
Idem & Anthemius.
Leo iunior & Zeno.
Zeno.
Anastasius.
Iustinus.
Iustinus & Iustinianus.
Iustinianus solus.

a 3 DE

Digitized by Google

REX Romanorum secundum scribentes corona triplici coronatur. Prima est ferrea, quam recipit ab Archiepiscopo Coloniensi in Aquisgrano eiusdem diœcesis, & significat fortitudinem, qua vincere debet rebelles, & infideles conculcare. Secunda est argentea, quam ingressus Italiam recipit à Mediolanensi Archiepiscopo in villa Modicien. eiusdem diœcesis, & significat munditiam, & claritatem, quæ debet esse in ipso Imperatore. Tertia est aurea & de puro auro, qua coronatur per Papam in Ecclesia sancti Petri ad altare sancti Mauritii, & significat ipsum Imperatorem aliis Regibus & Principibus in potentatu & in iustitia excellentiorem esse debere, instar auri, quod metallis omnibus est excellentius. Pro hoc singularis glossa in cap. Romani. §. Porro. de iureiuran. in Clemen.

Imperator à Septem Principibus Germanis eligitur, tribus Ecclesiasticis, & quatuor Laicis.

ECclesiastici Electores sunt, Archiepiscopus Maguntinus, Coloniensis, Treuerensis.

Laici Electores sunt, Palatinus Comes Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandemburgensis, & Rex Bohœmiæ.

Et præfati Electores subiectis versibus comprehenduntur, quos ponit glossa in cap. Apostolicæ, circa finem, de re iudi. lib. 6.

Maguntinensis, Treuerensis, Coloniensis.
Quilibet Imperij sit Cancellarius horum:
Atque Palatinus dapifer, Dux portitorensis.
Marchio præpositus Cameræ, Pincerna Bohæmus,
Romanum Regem statuendi dant sibi legem.

Digitized by Google

CERTISSIMA DEMONSTRATIO PRIMÆ hominum ætatis & temporis quod fluxit à mundi initio vsque ad totius orbis terræ diluuium ex quinto cap. Geneseos, iuxta editionem LXX. & Hebraicam.

PRIMA ÆTAS.

ANNO mundi — Secũdum lxx interp. | Secũdum Heb edit.

ADAM protoplastus & primogenitus omnium hominum, cunctarum artiũ & literarũ & disciplinarum primus & summus inuentor, omnium animalium, arborum, herbarum & naturarum cuiusque primus index & nomenclator, & optimus nominum impositor, a cuius perfectione naturali & temperamento intellectu, & cæteris animi dotibus multum aberrauit omnis posteritas, primum temporis calculum & numerum ex annorum vitæ suæ computatione, velut quidam Monarcha & Cõsul edidit, nẽpe totis 230. annis, secundum 70. vel 130. secundum Hebr. quibus nõdum successorem ediderat, nam his annis completis edidit Seth successorem & filium, qui simul ac natus est, cœpit quasi fastis mox adscriptus ex persona sua temporis numerum continuare. 230 | 130

Seth igitur ab anno mundi 230. vel 130. quo in lucem editus est, vsque ad annum 205. vel 105. quo filium & successorem Enos sibi genuit, eosdem fastos occupauit, id est vsque ad annum mundi. 245 | 235

Enos similiter à die suæ natiuitatis vsque ad annum 190. vel 90. suæ ætatis fastos occupauit, id est vsque ad annum mundi. 625 | 325

Cainam etiam à prima sua natiuitate vsque ad annum suæ ætatis 170. vel 70. quo filium Malaeel successorem reliquit, fastos impleuit, id est vsque annum mundi. 705 | 394

Malaeel vsque ad annum ætatis suæ 165. vel 65. quo Iared filium successorem dedit, factos & tempora signauit, id est vsque ad annum mundi. 960 | 460

Iared vsque ad annum suæ ætatis 162. secundum vtramque editionem hic consentientem, quo anno filium Enoch successorem edidit, eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi. 1122 | 622

Enoch à sua natiuitate vsque ad annum ætatis suæ 165. vel 65. quo Matusalam filium & successorem dedit, eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi. 1287 | 687

Matusala à sua natiuitate vsque ad annum suæ ætatis 167. secundum 70. inter. (qui auctore August. lib. 15. de ciuita. Dei cap. 10. & 11. minus 20. ann. habent quam Hebræi) vel secundum Hebr. anno ætatis suæ 187. quo Lamech filium & successorem reliquit, eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi. 1454 | 874

* Sed omnes hodie Græcę editiones septuaginta interpretum ab illo numero abberrant quem ijs adscribit Augustinus, & Aldina editio habet 187. quomodo & Hebraica, nec negat Augustinus sic debere emẽdari editionem septuaginta. Hieronymus vero disertè astruit mendosam esse hoc loco eorum editionem & pro 167. reponendum 187. vt est in Samaritanis & Hebræis libris, sicque legit Nicephorus in chronicis nuper typis excussis, & sic quoque Iosephus legit, cum in alijs sequatur editionem septuaginta interpretum, non Hebraicam, & sic uidetur emendandum, ut tollatur illa obiectio, qua videtur alio qui Matusala vixisse post diluuium xiiij. annis.

Secundum aditionem lxx. Ald. dã. & quã sic emendari debere Augusti. & Hiero aiunt. 1474

Lamech à sua natiuitate vsque ad annum suæ ætatis 188. secundum septuaginta interp. vel 182. secundũ Hebraicam editionem, quo filium Noe successorem reliquit, eadem tempora signauit. Sed eius quam diximus absurditatis tollendæ causa putant Augustinus & Hieronymus editionem septuaginta interpretũ emendandam secundum Hebraicam, vt pro 188. legatur apud eos 182. vt & in Hebr. 1642 | 1056 | 1656

Noe à sua natiuitate vsque ad annum ætatis suæ 500. secundum utramque editionem, quo genuit Iaphet & Chãm & Sem, eadem tempora signauit, id est ab annis mundi suprascriptis, usque ad annos mundi adcriptos. Sed uerisimile est Iaphet maiorem natu filiorum Noe illo anno ætatis Noe 500. natum fuisse, Cham vero anno sequente. 2142 | 1556 | 2156

Idem Noe à natiuitate primi filiorum (puta Iaphet) vsque ad natiuitatem vltimi filiorum, id est Sem, per biennium eadem tempora signauit, idest vsque ad annum mundi. 2144 | 1558

Id ex eo probaĩ, ꝙ Sem biẽnio demũ post diluuiũ dr̃ esse 100. anno. ergo natus est 98. an ante diluuium. 2258

Idem Noe à natiuitate filij sui Sem per alios 98. annos, id est usque ad diluuium cum filijs suis eadem tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi. 2242 | 1656 | 2256

Diluuium, seu diluuio (vt ait Censorinus.) *Finis primæ hominum ætatis.*

SECVNDA ÆTAS.

Certissima demonstratio secundæ hominum ætatis & temporis quod fluxit à diluuio, usque ad natiuitatem Abrahæ, ex cap. decimo Geneseos, & tertio cap. Lucæ Euangelistæ.

NOe, Sem, Cham, Iaphet ijdem qui fuerant primæ ætatis terminatores, ijdem secundæ Principes & inchoatores fuerunt. Nam à diluuio biennium ad hæc tempora signauerunt, quo biennio post diluuium Sem genuit Arphaxat successorem, id est usque ad annum mundi. 2244 | 1658

Arphaxat à natiuitate sua usque ad annum ætatis suæ 35. vel secundum Hebr. 38. eadem tempora signauit usque annum mundi 2379. quo genuit Cainam secundum 70. & Lucam Euangelistam, uel quo genuit Sala, secundum Hebraicam editionem. 2379 | 1693

Cainam a natiuitate sua usque ad annum ætatis suæ 130. secundum septuaginta. (nam in Hebraica editione omittitur) quo anno genuit filium successorem Sala, eadem tempora signauit. 2509 | *

Secundũ editionẽ Orige. q obedit confodis hũan ex 70. Int. 2509

Sala a natiuitate sua usque ad annum ætatis suæ 130. secundum septuaginta interpretum, uel 30. secundum Hebraicam quo genuit Heber † filium & successorem, eadem tempora, id est usque ad annum mundi 2639. 2639 | 1723

† a quo Hebræos dictos putant Isidor. &c.

Heber a natiuitate sua usque ad annum ætatis suæ 134. secundum septuaginta, uel 34. secundum Hebr. quo genuit filium & successorem suum Phaleg, eadem tempora signauit, i. usque ad annum mundi. 2773 | 1757 | 2543

Suidas &c. dicunt turrim Babylonicam ædificatam esse 523. anno post diluuium, qui est annus ætatis Heber 128. sic & Isidorus ait sub hoc Heber ædificari captam turrim, sed ex sacris literis certo definiri non potest, quo anno cœperit ædificari.

Phaleg à natiuitate sua usque ad annum ætatis suæ 130. uel secundum Hebr. 30. quo anno genuit Ragau filium & successorem, eadem tempora signauit, i. usque ad annum orbis. 2903 | 1787 | 2673

Refert scriptura huius Phaleg tempore diuisam fuisse terram nec annum addit. certum est hanc diui-

Digitized by Google

Secũdum 70	Secũdum Heb	Secũdum Orig.

...ionẽ mox factam esse post singnarũ in Babylonis ædificatione confusionẽ, quia eadem scriptura refert eos priusquam ab inuicem discederent, id est terras partiretur, consilium cepisse turris ædificandæ.

† in vulgo editio impressa legitur 15 sed contra fidẽ manuscrip

Ragau a natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 132. vel secundum Hebr. 32. † quo anno genuit Seruch filium & eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi. 3036 | 19 | 2095

Seruch a natiuitate sua vsque annum ætatis suæ 130. vel secundum Hebr. 30. quo anno genuit Nachor filium, & successorem, eadem tempora signauit, id est usque ad annum mundi. 3165 | 2849 | 3035

Suidas scribit sub hoc Seruch ortam idolorum insaniam vsque ad Tharam patrem Abrahæ defluxisse, cuius nomine ipse Thara à filio Abrahamo obiurgatus est.

Nachor a natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 79. secundum septuaginta interpr. vel an. 29. secundum Hebr. quo anno genuit filium & successorem, eadem tempora signat anno mundi. 3244 | 1878 | 3114

Thara terminator secundæ ætatis a natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 70. secundum vtramque editionem, quo anno genuit filium successorem Abrahamum, futurum tertiæ ętatis principem, eadem tempora signauit vsque ad annum mundi. 3184 | 1946 | 3184

quem sequitur Augusti Isidorus &c.

Finis secundæ ætatis quæ est 1072. annorum secundum meram editionem septuaginta interpretum, † & secundum editionem Origenis 942. annorum, secundum editionem Hebricam 292. annorum Beda hanc diuersitatem non satis apertè exprimit, ac multo minus conciliat.

Oros. lib. 1. cap. 1. sequitur hanc cõputationem vt & Eusebius et Epiphanius.

TERTIA ÆTAS.

Certissima demonstratio tertiæ hominum ætatis & temporis quod fluxit à natiuitate Abrahæ vsque ad annum primũ regni Dauidis, partim ex Genesi, Exodo, Numeris, Deuteronomio, partim ex libro Iesu Naue.

Semiramis eodẽ tempore regnat apud Assyrios quo Abraham apud Hebræos. Porphyrius eam facit Moyse posteriorẽ, qua Inachum præcessit annis 150. qui tamen videtur secutus esse Tertullianum apologet. ca. 19. vt est in manuscrip. nam impressi emendati sunt a Canone Eusebiano.

Rom. 4.

ABRAAM primus in Patriarchis, in quẽ santificatus est populus Israeliticus anteq̃ à Deo reijceretur, pater circuncisionis, & pater omniũ credentium per præputiũ, non ijs tantũ q̃ sunt ex circũcisione, sed & ijs qui sectãtur vestigia fidei q̃ est in eius præputio, qui & sacras literas inuenit, & linguã Hebraicã artificiose disposuit (auctore Suida) ex qua cæteræ manarunt: Princeps, & inchoator tertiæ ætatis à prima sua natiuitate vsque ad annũ ætatis suæ lxxv. ſm oẽs editiones Gẽ. cap. 12. quo anno Deus cũ Abrahã testamentũ † & repromissionẽ fecit, & verborũ sponsionem & repromissionẽ interposuit, forte vt in eo benedicerentur omnes cognationes terræ, prima tertiæ ætatis tempora signauit, vsque ad annum mundi. 3389 | 2031 | 325

† Sic vocat S. Paul Gal. 4.

VETVS TESTAMENTVM.

Hoc vetus testamentũ seu repromissio, magnam huius ætatis partẽ signat, nẽpe à primo huius repromissionis anno vsque ad quadringentesimũ tricesimũ ab hac repromissione annũ, quo anno Israel exiuit de Ægypto, & lata est lex in mõte Sina, vt dr̃ Exo. cap. 12. & apud Paulũ in epist. ad Galat. ca. 4. id est vsque ad ann. mundi 3819. ſm 70. vel 2453. secundũ Hebr. del 3689. ſm Origenis editionem. Verũ & ex alijs scripturæ locis totum hoc tempus minutius & specialibus dissecabimus, itatñ vt in eorum perfectam demonstrationem & hunc summũ calculum aduocemus.

Abraham natus circiter centum annos videt horrendum incendium Sodomorum &c. vrbiũ Genes. 19.

Idem igitur Abrahã ab anno ætatis suę 75. quo repromissionem accepit, vsque ad ann. ætatis suæ centesimũ, ſm oẽs editiones, quo anno filiũ & successorem Isaac genuit, eadem hæc tempora signauit per sequentes 25. annos, i. vsque ad an. mundi 3414 | 2048 | 3284

Isaac ab anno ætatis suæ primo, vsque ad annum ætatis suæ sexagesimum quo genuit Iacob filium & successorẽ, secundum omnes editiones Gene. xxv. eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi. 3474 | 2108 | 3344

Iacob à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ nonagesimum primum, quo genuit Ioseph filium & successorem, eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi. 3565 | 2199 | 3435

Inachum his temporibus fuisse ait Eusebius in præfatione chronic.

* Quod 91. suæ ætatis anno genuerit Ioseph, id non disertè affirmatur in scriptura, sed per necessariam illationem, ac variarum locorũ cõparationem elicitur, hoc modo, Ioseph cum explicat somnium Pharaoni, est 30. annorum Gen. 41. Idem cũ patrem per fratres accessit, est annorum 39. Gen. 45. ex eo quod illic ait, tunc secũdũ sterilitatis annum agit. ergo 7. iam anni fertilitatis & duo sterilitatis fluxerant, ex quo anno erat triginta annorum. Porrò eodem anno pater eius deductus in Ægyptum dicit Pharaoni se agere annum ætatis centesimum tricesimum. Gen. 47. Subducatur igitur de eius ætate, ætas Ioseph, quæ erat 39. annorum, relinquentur 91. anni quibus Iosephum genitum ab eo necesse est.

Inachũ Argiuorũ Regem his tẽporibus regnasse tradũt Clemens, Tatianus. Iosephus & Africanus quos tamẽ non sequitur Eusebius. Itẽ Porphyrius facit Inachum Mosẽ posteriorem plus quam 190. annis, quem nec sequitur Eusebius. A tpe Mosis ætas hominis capit esse centum 20. annorũ totidem enim vixit. Ioseph lib. 1. cap. 14.

Ioseph à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 110. quo mortuus est, secũdũ omnes editiones Gen. cap. vlt. eadem tempora signauit, i. vsque ad annum mundi 3675 | 2309 | 3549

Genes. 21.

Hebræorum seruitus à morte Ioseph, vsque ad exitum de Ægypto, annorũ centum quadraginta quatuor, eadem tempora signat, id est vsque ad annum mundi. 3819 | 2453 | 3689

Hoc autem tempus seruitutis Hebræorũ 144. annorum fuisse disertè scriptura non affirmat, sed cũ a testamẽto & repromissione ei cum Abrahamo, vsque ad mortem Ioseph compleantur anni 186. ut supra demonstratum est, populus autẽ exierit de Aegypto anno promissionis [430.] consequitur vt durarit hæc seruitus 144. ann. quæ annorum summa desideratur ad complendum numerum 430. annorum.

Primo anno exitus de Ægypto Lex Dei promulgatur in eremo in monte Sina.

Ab hoc loco vsque ad ædificationem templi sub Salomone tertius Regum liber numerat annos 480. quos seruare conabimur.

Moyses ab exitu Israel de Ægypto quẽ ipse eduxit, vixit & præfuit populo 40. ann. secundum omnes editiones. Nume. 14. Psal. 94. Pau. Hebræ. c. 3. quod etiam ex ætatis eius comparatione necessario colligitur. Exod. 7. & Deuter. vlt. Ideoque ab illo exitu, vsque ad mortem suam ea tempora signat, i. vsque ad annum mundi. 3859 | 2493 | 3729

Eusebius 1730. vsque ad Iesum Naue.

Hactenus ex pentateucho Mosis omnis annorum numerus, & summa necessario demonstrata est.

Anno 3. regni Dauidi Argiuorum regis ...moritur. Moses.

Particularis illorum 480. anno. numeratio & dissectio à morte Mosis non probatur ppetuo disertis scripturæ verbis, sed partim ex lib. Iudicũ, partim ex Iudæorũ vetera traditionibus colligit, quas Eusebius & Augustinus secuti sunt.

Iesus

ANNI MVNDI			
70 Int.	Heb.	Origen	Ios. iuxta sex lo sephe conti nētur an.

Iesus Naue à morte Mosis vsque in diem mortis suæ præfuit populo annis 27. septem scilicet annis diuisit terram, & alijs 20. annis bella gessit. Quod ad 7. annos diuisionis attinet, hi rectè probantur c. 14. Iesu Naue cæteri 20. anni non probātur disertis scripturæ verbis hanc tamen computationem sequuntur Clemens 1. Stromat Euseb. in chronic. August. lib. 18. de ciuita. Dei c. 11. Isidor. lib. 5. etymolog. & Hugo Parisiensis in chronol Iosephus lib. 5. antiquit. in Græco ait enim præfuisse 25. annis, sicut & Zonaras Græcus eum, vt probabile est, secutus, sed Latina Iosephi traslatio vulgo Rufini credita, 26. annos habet, vt & Beda lib. de natura rerum. sed puto & Latinam Iosephi traslationem & Bedam esse mendosum, cum idem postea dicat Eusebium duos annos dedisse Iesu Naue amplius, quàm Iosephus tribuerit, vt Flonis annos, quem ex auctoritate 70. interpretum expunxerat, alicunde sarciret, nos Eusebium hoc loco sequemur, vt præfuit Iesus vsque ad annus mundi. — 3886 | 2520 | 3756 | 3884

Mortuos est 110. annos natus, Ios. vlt.

Quod quidam tradunt à morte Mosis vsq. ad Samuelē esse 350. annos. & ex act. Apos. c. 13. (vbi tamē Græci Latinique libri hēnt 450. quā lectionē temere Lutherus & Funccius emēdandā putant) perperā illū locū intelligunt, cū ex Latina translatione legat eos 450. annos à natiuitate Isaac vsq. ad septimū annum Iosue esse computando: fiunt enim 447. anni idest ferè 450. anni, vt ibi dicitur &c.

Funccius vero ei 32. annos tribuit, nec cur id innouet, vllam rationem reddidit, nisi quod postea eos confundit cum 40. annis quibus in libro Iudicum quieuisse dicitur terra sub Othoniel, qui iudex fuit per 8. annos. itaque reliquos 32. annos tribuit Iosue, sed absque iudicio & ratione, vt post ostendam.

Post mortem Iesu Naue filij Israel subiecti fuere alienigenis, annis 8. & tunc dedit Deus eis iudicem Othoniel. Iudic. 3. Sub hoc Othoniel terra eorū quieuit 40. annis, ita fiunt 40. anni Sed Eusebius ex Hebreorum traditione ait illos 80. annos iungi debere 40. annis Othonielis, & eorum partem facere, vt illi 40. anni peruenerunt vsque ad annum mundi. — 926 | 2560 | 3796 | 3924

Clemens Alexand. in primo Stromat, & Nicephorus in chronicis, separatim ea tempora cōputant, sed nos Eusebium sequi maluimus.

Post mortem Othoniel Hebræi subiecti fuere alienigenis, ann. 18. & postea habuerunt iudicem Aoth qui iudicauit annis 80. Iudicum capit. 3. sed secundum Hebreorum traditiones quas sequitur Eusebius, illi 18. anni iunguntur his 80. annis, vt hi peruenerint vsque ad annum mundi. — 4006 | 2640 | 3876 | 4004

Post mortem Aoth alienigenæ vehementer opprimunt Israelitas per 20. annos. Iudic. 4. qui anni ex eadem Iudæorum traditione quos sequitur Eusebius, iunguntur annis Delboræ & Barha quos suscitauit Deus, qui dicuntur iudicasse 40. annis. Iudic. 5. capit. id est vsque ad annum mundi. — 4046 | 2680 | 3916 | 4044

Post mortem Delboræ, Hebræos tradidit Dominus in manu Madian septem annis Iudic. 6. post quos suscitauit eis iudicem Gedeonem sed illi 7. anni, 40. annis quibus Gedeon iudicasse dicitur Iudic. c. 8. iunguntur, eorumque partem faciunt ex eadem traditione, & perueniunt ad annum mundi. — 4086 | 2720 | 3956 | 4084

Post mortem Gedeonis regnat filius Abimelech 3. annis. Iudicum cap. 9. id est usque ad annum mundi. — 4089 | 2723 | 3959 | 4087

Post mortem Abimelech iudicauit Israelem Thola fratruelis Abimelech, annis 23. Iudic. cap. 10. id est vsque ad annum mundi. — 4112 | 2742 | 392[illegible] | 4110

Iair deinde iudicauit per 22. annos. Iudic. cap. 10. id est vsque ad annum mundi. — 4134 | 2768 | 4009 | 4132

Post mortem Iair Hebræos in ditionem redigunt Ammonitæ ann. 10. Iudic. cap. 10. qui tamen anni cum temporibus Iepte † & sequentium iudicum computantur, secundum traditionem supradictam. Nam post Iair, Iepte iudicauit annis sex Iudi. c. 12. id est. vsq. ad annum mundi. — 414 | 2774 | 4011 | 4138

† Iepte initio sui Pricipatus ait à Mose, quo tpe pugnare cœpit cum gētib. vsque ad sua tpa cōputari annos 330. Iudic. c. 11. ex quo confirmatur Iudæorū traditio, qui annos breuiant, & confutatur eorū computatio qui integros sigillatim cōputāt, Clemētis. Nicephori, &c.

Post Iepte, iudex fuit Esebon, 7. annis. Iudicum c. 12. id est vsq. ad annum mundi. — 4147 | 278 | 4017 | 4145

Post Ebeson iudex fuit Aelon, 10. annis. Iudicum cap. 12. secundum Hebraicam editionem sed Eusebius ait hunc non haberi apud septuaginta interpretes, hodie autē habetur in vulgata editione Græca, additus nempe ad Originem sub Asterisco, sed Iosephus eum computat. — † | † | † | [illegible]

Labdon deinde Iudex fuit annis 8. vt dicitur Iudicum cap. 12. id est vsq. ad annum mundi. — 4155 | 2785 | 4025 | 4163

Tertio anno Labdon iudicis Hebræorum Troia post decennale bellum capta est.

TROIA CAPTA.

BELLVM Troianum.

Colligitur omne tempus à natiuitate Abrahæ anno 1 qui erat annus Nini 43. Europis 2.	secundum Hebræos anni 835
	secundum Assyrios anni 835
	secundū Sicyonios anni 835

A quinto & tricesimo anno ætatis Moysi, qui fuit primus annus Cecropis primi Atheniensium Regis, vsque ad captiuitatem Troiæ, & 23. annum Mnesthei Atheniensium Regis cuius meminit Homerus, anni 375.

A captiuitate Troiæ vsque ad primam Olympiadem numerantur an. 406.

Latinus (qui post Romani dicti) tertio, vel vt alij volunt, 8 post Troiam captam anno Aeneas regnat annis tribus.

Post Labdon, Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annis 40. Iudi. 13. Sed hi 40. anni imputantur annis sequentium iudicum ex eadem traditione quam sequitur Eusebius, hoc est tam 20. annis quibus Sampson præfuit, quam annis illis quibus Heli iudex fuit. Iudic. ca. 15. Sampson igitur 20. annis iudicauit, id est vsque ad annum mundi. — 4175 | 2805 | 4045 | 4183

Hucusque ex libro Iudicum tempora demonstrantur. sequentia autem ex libris Regum.

Quidam dicunt Homerum fuisse 20. anno Sampson.

Post Sampson Heli sacerdos Iudex fuit annis 40. 1. Reg. cap. 4. secundum Hebraica editionem, vt ait Eusebius quam hic sequitur, non autem editionem 70. interpretum, quam ait habere duntaxat 20. annor, tamen Græca hodie impressa 40. annos habent. Ergo Heli præfuit vsque ad annum mundi. — 4215 | 384[illegible] | 4085 | 4223

Quidā aūt Homerum fuisse circa annū 8. Samuel Dissētientes de eius tempore opiniones colligit hic Eusebius.

Heli successit Samuel & Saul, qui præfuerunt vsque ad Dauid. ann. 40. vt dicitur Act. cap. 13. Beda tamen ait tempus eorum diserte non exprimi in scriptura, & ideo Iosephum sequendum, qui 32. annos duntaxat eis tribuit, & ideo tam in hunc annum eius computatio in concordiam reddit, id est vsque ad annum mundi. — 4255 | 2889 | 4125 | 4[illegible]5

FINIS TERTIÆ ÆTATIS, ad Dauid.

Quidam Homerū credunt sub Dauide vixisse. Euseb.

QVARTA ÆTAS.

Dauid primus ex Tribu Iuda regnauit apud Hebræos annis 40. secundū omnes editiones nempe 7. annis, & sex mensibus in Hebron, & 33. in Hierusalem 1 Paralipom. cap. 3. & 2. Reg. cap. 5. id est vsque ad annum mundi — 4295 | 2929 | 4165 |

Renouatur Dauidi promissio & testamētū factū Abrahæ.

Post mortem Dauid regnauit Salomon filius eius 4. annis, atque tum cœpit ædificare templum Domini, quod annis septem perfectum est. Reg. 3. Eusebius legit. 8. secundum omnes editiones 3. Reg. cap. 6. id est vsque ad annum mundi. — 429 | 2933 | 4169 |

Karnaion edita [illegible] hoc loco [illegible] sebius.

Ab exitu Israelis ex Ægypto vsque in hunc annum tertius regnorum liber cap. 6. colligit 480. annos, qui etiam ex particularibus annorum partitionibus à nobis positis ab illo anno vsque ad præsentem annum recte & exacte conficiuntur, hoc modo.

Moses post egressum de Aegypto, præfuit annis 43.

Iesus Naue annis	27.
Othoniel annis	49.
Aoth annis	80.
Delbora annis	40.
Gedeon annis	40.
Abimelech annis	3.
Thola annis,	23.
Iair annis	22
Iepte annis	6.
Esebon annis	7.
(Elon)	=
Labdon annos	8.
Sampson annis	20.
Heli annis	40.
Samuel & Saul	40
Dauid annis	40.
Salomon vsque ad inchoationem templi annis	4.

Omittitur in mera editione septuaginta interpretum, & ab Eusebio quoque in Chronicis canonibus anni eius prætermittuntur. Hebraica autem edito tradit cum præfuisse ann. decem.

Summa omnium anno. suprascriptorum, 440.

Admonendi sumus omnes particulares computationes suprascriptas disertis verbis librorum. Iudicum & regnorum comprobari, exceptis 27. annis Iesu Naue. verum cum cæteri numeri diserte probati sint, & ad complendam summam 480. annorum quos tertius regnorum liber exigit, totidem anni desiderentur, necessaria quoquo illatione fiet. vt totidem anni Iesu Naue tribui debeant, si puram ac meram editionem septuaginta interpretum, quam habuit Eusebius teste Hieronymo multis locis, sequi malimus cum Eusebio, cuius sané auctoritas & magna in discernendis editionibus cautio & eruditio me valde permouent. Si quis tamen ex Hebraica editione putauerit Elon suo loco ponendum, cum decem annis quibus præfuit, non repugnabo, sed eo casu septem decim duntaxat anni Iesu Naue relinquentur ad præfatam summam 440. annorum. Equidem Iosephi suprascriptam computationem secutus essem libens cum Beda viro accerrimi iudicij, nam & Elon cum suis decem annis ponit, & Iesu Naue 25. annos adscribit, sed quæ ratio Bedam impulit, ut eum sequeretur, ea me contra reuocauit. Nam Iosephus tribuit Saul & Samuel 22. annos duntaxat, ac idcirco eum sequendum dicit Beda, quia quot annis illi regnauerint, nusquam in scriptura sancta exprimitur, sed id falsum est. nam Paulus actorum cap. 13. tribuit Samueli & Sauli 40. annos quo loco forte permotus Eusebius totidem eis annos adscripsit, tametsi locum Pauli non citet.

Hac igitur certissima computatione demonstrata, quantum editionum patitur diuersitas, si cui vacauerit cæteros chronographos euoluere, mira occurrent eorum portenta, & audax nouandi frons, neglecta veterum lectione, nec vlla eorum mentione facta. Primum enim Ioãnes Funcius omnium qui nostro tempore chronologias scripserit, exactissimus, in hac tamen computatione multipliciter errasse deprehendetur. Falsò enim ait inter Iaij inter & Iepte fuisse interregnum 18. annorũ. quia id scriptura nusquam prodit. quin illi 18. anni perinde ad sequentium Iudicum tempora pertinet, ut anni 40. qui inter Elon & Sampson adsignãtur. ad sequentes. & Sampson puta, & Heli. In summa hoc mihi concedi postulo, vt aut illi anni quibus populus oppressus fuisse dicitur, semper adscribi debeant sequentium Iudicum annis, aut nunquam. Si nunquam adscribi debere dicetur, iam manifestus error consequetur, vt pro 448. annis, quos scriptura colligit, sexcenti feré anni colligantur, ut ait Eusebius in præfatione Chronicorum canonum. in quem tamen errorem delapsi videntur Clemens Alexandrinus 1, Stomat. & Nicephorus in Chronologia nuper formis excussa, si modo illi libri aut numeri mendosi non sunt. sed ita ab auctoribus scriptis. Nam tanta est omnium librorum ac præsertim Græcorum in hoc genere mendositas, ut nemo quamuis doctissimus ex hac computandorum temporum perplexitate casurus sit, nisi sibi certam aliquam normam, & demonstrationem atque viam constituerit, eamque ex certioribus & minus mendosis libris collegerit. Nam nec ab his mendis omnino puri sunt biblici libri præsertim impressi. ac maxime Græci. Cæterorum multo certiores esse libros Latinos omnis generis manuscriptos, omnib. Græcis, ipsa ratio atque experientia me docuit. Si vero semper adscribi debere dicent sequentium Iudicum annis, iam necessario nostræ computationi assentientur. Si uero interdum adscribent. interdum uero non adscribent, videant ne id sit pro arbitrio sacrosanctam scripturam fœdare & contaminare. Sed & quod idem Funccius octo duntaxat annos Othonieli adscribit, non vt nos 40. in eo deprehenditur disertis scripturæ verbis palam contradicere, quæ tradit in eius morte terram quieuisse 40. an. Denique falso asserit, eandẽ scripturam annos Othonielis, confundere cum annis Iesu Naue, quando quęcunque narrantur in libro Iudicum, sic narrantur, ut quæ post mortem Iesu Naue acciderint. Ex hoc tamen velut falso fundamento iacto, illud efficere molitur, Iesum Naue præfuisse annis 32. qui scilicet deductis octo Othonielis annis supersunt. Et de Funccio hactenus, quem tamen ob alia permulta acute & docte animaduersa, summis laudibus ornandum censeo. In Biblijs quibusdam lingua Francica impressis adnotatum reperi (sine nomine auctoris) Iosue 40. annis, & Othoniel 40. itidem annis præfuisse, & vt ea computatio congruat summæ 440. omittuntur illic 22. anni Iair, qui tamen ei diserte dantur Iudicum cap. 10. Quid facias huic licentiæ? omnia licebunt, & scripturam velut quandam normam Lesbiam ad contortas quaslibet opiniones trahere licebit, si hæc licebunt. Diutius quam vellem hic immoratus sum, vt hoc penitus hominum mentibus infigerem, non temere cuiquam assentiendum, præsertim in rebus maximi momenti. Nunc ad institutum opus ex hoc diuerticulo reuertamur.

Post inchoationem templi regnauit Salomon alijs 36. annis, ut impleatur numerus annorum 40. quibus regnasse dicitur 3. Reg. c. 11. id est vsque ad annum mundi.

Post Salomonem diuisum est regnum Hebræorum in Roboam regem Iuda, & Ieroboam Regem

ANN. MVNDI.

70. Int.	Hebr.	Ori.
4335	2069	420

	Anni mundi	Mũ. Heb	Cro. ge.
Regem Israel, i. Regem cæterarum tribuum, excepta tribu Iuda. Verum tempora computantur per annos Regni Iuda, & Regum Iuda ex quibus ortus est Christus. Regnauit igitur Roboam post patrem Salomonem annis 17. vt dicitur 3. Reg. c. 14 & 2. Paralip. c. 12. vsq. ad annum mundi.	4352	2986	4222
Post Roboam regnauit filius eius Abia 3. ann. 3. Reg. ca. 15. id est, vsque ad annum mundi.	4355	2989	4225
Post Abiam regnauit filius eius Asa Iustus, 41. annis. 3. Reg. c. 15. id est, vsque ad annum mundi.	4396	3030	4266
Post Asam regnauit filius eius Iosaphat Iustus ann. 25. 3. Reg. c. vlt. 2. Paralip. c. 19. id est, vsque ad annum mundi.	4421	3055	4292
Post Iosaphat regnauit filius eius 8. 4. Reg. c. 8. ✝	4429	3063	4299

* Sed ex his 8. annis Ioram, Funccius 4 tãtum eius Regno proprios relinquit, & ex eius persona quatuor duntaxat annos computationi temporum addit, cæteros 4. annos cum Regno patris eius Iosaphat confundit. Nos toto 8. annos quibus disertè dicitur regnasse, specialiter ei attribuimus sequuti Eusebium, Isidorum Bedam, & cæteros Græcos Latinosque chronographos. Funccium hominem vigilantissimum atque acutissimum mouit incredibilis scripturarum inter se contrarietas, quæ aliter conciliari posse non videbatur, quam si interpretaretur Ioram filium Achab cœpisse regnare sub Ioram Rege Iuda, non quidem solo, sed cũ patre regnante, contra vero Ioram Regem Iuda solum regnare cœpisse sub illo Ioram filio Achab. Siquidem liber tertius Regum c. vlti. tradit Ochoziam filium Achab regnare cœpisse in Israel anno 17. Iosaphati, & regnasse annis duobus. De in lib. 4. Reg. cap. 1. ait Ochozia mortuo fratrem eius Ioram eiusdem Achab filium pro eo regnasse, consequens igitur erat eum regnare cœpisse anno 18. desinente, aut 19. incipiente Regni Iosaphat, vt recte traditur 4. Reg. c. 3. Atqui lib. 4. Reg. c. 1. dicitur eum cępisse regnare anno secundo Ioram (filij scilicet Iosaphati) qui tamen non nisi post 23. annum Regni paterni regnare cœpisse videri posset, Præterea huic sententiæ repugnat alius locus, 4. Reg. c. 8. vbi scribitur Ioram filium Iosaphat regnare cępit anno 5. Ioram filij Achab, fieri nequit vt Ioram filius Achab regnare cęperit sub Ioram filio Iosaphat. Hæc Funccium (vt dixi) permouerunt, vt superiorem subtilitatem excogitaret, quæ tamen nec satisfacit omni omnino obiectioni. Equidem vt sit, in eam concessissem, nisi me septuaginta interpretes reuocassent, quorum Aldina & Germanica editio pro secundo anno Ioram, vicesimum primum annum Iosaphat habet 4. Reg. c. 1. quæ lectio totam ferè discordiam componit. Editionem Complutensem hic nihil moror, quia in illa Græca fuere emendata ad exemplum Hebraicorum è regione impressorum, dubitatio cur non 18. aut 19. anno Iosaphat dicatur Ioram filium Achab regnasse, sed anno demum 21. nam duobus annis tantum regnarat Ochozias, & regnare cęperat 17. Iosaphati anno, vt eadem habet editio. Verum & huic scrupulo ita satisfiet ex eadem editione. Græca enim editio nõ nominat Ioram, sed Ieroboam filiũ Achab & eum 21. anno Iosaphat cępisse regnare scribit. Ergo alius intelligi debet ille Ioram, siue vt septuaginta nominant, Ieroboam filius Achab, ab illo Ioram, quẽ vtraque editio scribit regnare cępisse anno 18. Iosaphat. li. 4. Reg. c. 3. & frater fortassis illius intelligi debet, & dicendũ tres fratres, & Achab filios sibi ordine successisse, & Ochoziam biennio, Ieroboam altero item biennio, ac tum denique Ioram tertiũ fratrem 12. ann. regnasse in Israel: Hæc proculdubio, si veræ sunt Græcæ editiones, optimè sibi constant, veras autem esse præcipuo hoc argumento vtor quod Eusebius Cæsariensis vir acutissimus, tantam discordiam non fuerit silentio prætermissurus, si exemplaria vnde talis discordia oriri potuisset, habuisset, sed vtebatur nimirum editione Græca, quæ vt præfatus sum, nullam huiusmodi discordiam inducit. Nos igitur illum & cæteros veteres sequuti, octo integros annos regno Ioram deputauimus, nec cum Funccio inter patrem & filium partiti sumus, vt omittam tutum non esse, ex Regni Israelitici computatione, velle Regni Iudaici calculum emendare, aut se formare, cum præcipua cura scripturę in posteriore fuerit, cum ex eo Regno venturus esset Christus, in Israelitico vero Regno, minore periculo aliquid omitti aut retineri potuerit, licet factum non sit.

Hos tres omittit Matthæus cap. 1.

	Anni mundi	Mũ. Heb	Cro. ge.
Post Ioram regnauit Ochozias anno vno 4. Reg. c. 8. j. vsque ad annum mundi	4430	3064	4300
Post Ochoziam regnauit Gotholia, ann. 7. 4. Reg. c. 1.	4437	2071	4307
Post Gotholiam regnauit Ioas ann. 40. 4. Reg. c. 12. i. vsque ad annum mundi.	4477	3111	4347
Post Ioas regnauit Amazias ann. 29. 4. Reg. 14. i. vsque annum mundi	4506	3084	4376
Post Amaziam regnauit Azarias (qui & Ozias apud Matthæum dicitur) annis 50. quo anno cępit prima Olympias Græcorum, vt ex Africano probat Eusebius & post eum omnes, i. vsque ad annum mundi.	4556	3190	0426
Post primam Olympiadem Azias [qui & Ozarias] duos alios regnat annos, i. vsque ad annum tertium primæ Olympiadis, i. vsque ad annum mundi.	4557	3191	4427
	4558	3192	4428

Ioatham succedit Oziæ, & regnat 16. ann. 4. Reg. c. 15. nos deinceps sigillatim singulos annos enumerabimus.

Remus & Romulus nati secundum Solinum & Plut, quia ann, natus 19. Romam condit.

Anno 1. primæ Olympiadis Remus & Romulus nati perhibentur ex Marte & Ilia.] A prima Olympiade Græca de tempo. historia vera creditur. Nam ante hoc tẽps. vt cuiusque visum est, diuersas sententias protulerunt. Euseb.

Olympiades		Ioatham	Anni mundi	Mũ. Heb	Cro. ge.
A	α	IOA-			
	β	VHAM			
	γ	1	4559	3193	4429
	δ	2	4560	3194	4430
B	α	3	4561	3195	4431
	β	4	4562	3196	4432
	γ	5	4563	3197	4433
	δ	6	4564	3198	4434
Γ	α	7	4565	3199	4435
	β	8	4566	3200	4436
	γ	9	4567	1	4437
	δ	10	4568	2	4438
Δ	α	11	4569	3	4439
	β	12	4570	4	4439
	γ	13	1	5	1
	δ	14	2	6	2

Achaz

Ab U.C.	Olympia.	R. Iu.	R. Ro.
	β	5	
	γ	6	
		Ach	
	δ	1	
	ς α	2	
	β	3	
	γ	4	
	δ	5	
An. ab Vr. co. 1	Z α	6	1
2	β	7	2
3	γ	8	3
4	δ	9	4
5	H α	10	5
6	β	11	6
7	γ	12	7
8	δ	13	8
9	Θ α	14	9
10	β	15	10
11	γ	16	11
12	δ	Ezechias	12
13	α	1	13
14	β	2	14
15	γ	3	15
16	δ	4	16
17	α	5	17
18	β	7	18
19	γ	8	19
20	δ	9	20
21	B α	10	21
22	β	11	22
23	γ	12	23
24	δ	13	24
25	Γ α	14	25
26	β	15	26
27	γ	16	27
28	δ	17	28
29	IΔ α	18	29
30	β	19	30
31	γ	20	31
32	δ	21	32
33	IE α	22	33
34	β	23	34
35	γ	24	35
36	δ	25	36
37	Iς α	26	37
38	β	27	38
39	γ	28	
			Interregnũ Senatorũ.
40	δ	29	
		Manasses.	Numa.
41	IZ α	1	1
42	β	2	2
43	γ	3	3

ROMA A ROMVLO CONDITA.

† c. 17. Censorinus putat Romam conditam anno tertio sextæ Olympiadis si modo liber non impressus mendosus non est.

Achaz regnare incipit, & regnat annis 16.

Anno primo septimæ Olympiadis qua vincit Damocles Messenius, regnãte Athenis Cecrope (decennali magistratu primũ hoc anno introducto, cum antea Principes toto vitæ tempore regnarent. Euseb.)† Roma condita est. Romulo Palilibus, qui est dies 11. kalen. Maij idemque dies Natalis vrbis Romæ. Hæc Eusebius meus manuscriptus verissime. Idem enim tradit Dionys. Halicarnas. secutus Eratosthenis tabulas, quas ait esse omniũ certissimas Diony. lib. 1. pag. 45 in Græc. Non inficior Eusebium typis excussum toto cęlo aberrare, quem tamen cum hactenus secuti sint omnes chronologi qui libris impressis vsi sunt aut mendosis, non mirum est, si nihil hodie, certi discere possumus ex huiusmodi chronographis. Eosdem mendosos codices secutus Onufrius vir alioqui diligentissimus, falsò asserit Eusebium scribere Romam conditam esse anno tertio sextæ † Olympiadis. Porrò cũ Eusebio manuscripto præter Dionysium, etiã Solinus lib. 2. conspirat. Orosius & alij minoris auctoritatis dissentiunt, quos hac in re nihil moror.

Romulus regnat annis 38. & postea fit interregnum anno vno.

P R I M A. captiuitas Israel, Decem tribus quæ vocabantur Israel, & erant in parte Samariæ, victæ à Sennacherib.) qui & Salmanassar) Rege Chaldæorum translatæ sunt inter montes Medorum: at tunc Sennacherib. ad custodiendam regionem Iudæam, accolas misit Assyrios, qui æmulatores Iudæę legis facti, Samaritæ nuncupati sunt quod Latina lingua exprimitur custodes.

Ezechias reg. ann. 29. 4. Reg. c. 18.

Romulus apud paludem capreæ nunquam comparuit, quo mortuo Senatores per quinos dies Rempubl. rexerunt, atque ita vnus annus expletus est. Quod tempus interregnum appellatũ est. Eusebius manuscriptus sic habet, cum scilicet 37. anis regnasse, & postea vnius anni interregnum fuisse: quia scilicet anno 38. inchoato mortuus est, quia 11. kalen. Maij regnare cęperat, & mortuus est Nonis Quintilibus regni 38. & residuo eiusdem anni cum anno sequente computato fuit interregnum. Itaque & hic fallitur Onufrius, dũ Eusebium excussum secutus, ait Eusebium dicere Romulum regnasse 37. annis tnam & libri manuscripti lectio inde etiam confirmatur, quod nisi 38. annos præter annum interregni Romulo tribueret Eusebius, non complerentur 240. anni quibus regnatum esse tradit, sed duntaxat 239. Sigonius 37. annos dumtaxat tribuit præter interregnum.

N V M A P O M P I L I V S anno vrbis conditæ 40. regnare incipit, regnat annis 40. secundum Eusebium, sed secundum Solinum, Dionysium, &c. 43 quos sequuntur Sigonius & Onufrius, & ego hic.

Apud Iudæos Manasses regnare incipit, & regnat annis 55. 4. Reg. c. 21.

Anni 70 ius.	M. Heb.	Orig. Euse.
3	7	3
4	8	4
5	9	5
6	3210	6
7	1	7
8	2	8
9	3	9
4580	3214	4450
1	15	1
2	6	2
3	7	3
4	8	4
5	6	
6	3220	5
7	1	6
8	2	7
9	3	8
		9
4590	4	
1	5	4460
2	6	1
3	7	2
4	8	3
5	9	4
6	3230	5
7	1	6
8	2	7
9	3	8
4600	3	9
1	5	4470
2	6	1
3	7	2
4	8	3
5	9	4
6	3240	5
7	1	6
8	2	7
9	3	8
4610	4	9
1	5	4480
2	6	1
3	7	2
4	8	3
5	9	4
6	3450	5
7	1	6
		7
8	2	
		8
9	3	
		9
4620	4	4490
1	5	1
2	6	2
3		3

Tul.

Digitized by Google

An. ab urb. cō.	Olympia.	R. Iu.	R. Ro.		Anni 70 int.	Mun. Hebr.	Orig. Euseb.
44	δ	4	5		4	8	4
45	H α	5	6		5	9	5
46	β	6	7		6	2260	6
47	γ	7	8		7	1	7
48	δ	8	9		8	2	8
49	Θ α	9	10		9	3	9
50	β	10	11		4630	4	4500
51	γ	11	12		1	5	1
52	δ	12	13		2	6	2
53	K α	13	14		3	7	3
54	β	14	15		4	8	4
55	γ	15	16		5	9	5
56	δ	16	17		6	2270	6
57	KA α	17	18		7	1	7
58	β	18	19		8	2	8
59	γ	19	20		9	3	9
60	δ	20	21		4540	4	4510
61	KB α	21	22		1	5	1
62	β	22	23		2	6	2
63	γ	23	24		3	7	3
64	δ	24	25		4	8	4
65	KΓ α	25	26		5	9	5
66	β	26	27		6	2280	6
67	γ	27	28		7	1	7
68	δ	28	29		8	2	8
69	KΔ α	29	30		9	3	9
70	β	30	31		4650	4	4520
71	γ	31	32		1	5	1
72	δ	32	33		2	6	2
73	KE α	33	34		3	7	3
74	β	34	35		4	8	4
75	γ	35	36		5	9	5
76	δ	36	37		6	2290	6
77	Kς α	37	38		7	1	7
78	β	38	39		8	2	8
79	γ	39	40		9	3	9
80	δ	40	41		4660	4	4530
81	KZ α	41	42		1	5	1
82	β	42	43		2	6	2
83	γ	43	1		3	7	3
84	δ	44	2	Tullus Hostilius Romæ regnat ann. 33. secundum omnes.	4	8	4
85	KH α	45	3		5	9	5
86	β	46	4		6	2300	6
87	γ	47	5		7	1	7
88	δ	48	6		8	2	8
89	KΘ α	49	7		9	3	9
90	β	50	8		4670	4	4540
91	γ	51	9		1	5	1
92	δ	52	10		2	6	2
93	Λ α	53	11		3	7	3
94	β	54	12		4	8	4
95	γ	55	13		5	9	5
		Amo		Amon Rex Iudæ regnat ann. 12. secundum septuaginta, at secundum Hebræam editionem regnat ann. 2. 4. Reg. c. 21.	6	2310	6
96	δ	1	14		7	3311	7
97	ΛA α	2	15		8		8
98	β	3	16		9	*	9
99	γ	4	17		4680	*	4550
100	δ	5	18		1	*	1
101	ΛB α	6	19		2	•	2
102	β	7	20		3	†	3
103	γ	8	21		4	†	4
104	δ	9	22		5	‡	5
105	ΛΓ α	10	23		6	†	6
106	β	11	24		7	†	7
107	γ	12	25				
108	δ	Io-sias.	26	Iosias apud Iudæos regnat an. 31. 4. Reg. c. 22. sed nos cum Eusebio 32. annos ei damus, ut in eis comprehendamus tres menses, quibus Ioacham regnauit post eum.	8	3312	8
109	ΛΔ α	1	27		9	3313	9
		2					
110	β	3	28		4690	4	4560
111	γ	4	29		1	5	1
112	δ	5	30		2	9	2

Ancus

An ab Vr. cō.	Olimpia.	R. Iu.	R. Ro.		Anni 70. II.	Mū. Hebr.	Orig. Eusib.
					3	7	3
					4	8	4
	α				5	9	5
113	β	6	32		6	3320	6
114	γ	7	31				
115		8		Ancus Martius quartus Romæ regnat ann. 23. secundum Eusebium &	7	1	7
			Ancus	Cassiodorum: quem numerum hic sequimur, non autem 24. vt censet	8	2	8
	δ			Sigonius, &c.	9	3	9
116	VS α	9	1		4700	4	4570
117	β	10	2		1	5	1
118	γ	11	3		2	6	2
119	δ	12	4		3	7	3
120	VZ α	13	5		4	8	4
122	β	14	6		5	9	5
123	γ	15	7		6	3330	6
124	δ	16	8		7	1	7
125	VH α	17	9		8	2	8
126	β	18	10		9	3	9
127	γ	19	11		4710	4	4510
128	δ	20	12		1	5	1
129	VΘ α	21	13		2	6	2
130	β	22	14		3	7	3
131	γ	23	15		4	8	4
132	δ	24	16		5	9	5
133	M α	25	17		6	3340	6
134	β	26	18		7	1	7
135	γ	27	19		8	2	8
136	δ	28	20		9	3	9
137	MA α	29	21				
138	β	30	22				
		31	23	Tarquinius Priscus quintus Romæ regnat annis 37. secundũ Eusebiũ			
				& Solinum, vel 38. secundum Liuium & Dionysium, sed nos Eusebium	4720	4	4590
139	γ			hic sequemur cum Sigonio, non cæteros cum Funccio.			
140	δ	32	1	Ioacham regnat apud Iudæos menses 3.	1	5	1
		Ioachim.	2	Eliachim, qui & Ioachim, regnat apud Iudæos annis 11. 4. Reg. c. 23.	2	6	2
141	MΓ α		3				
142	β	2	4				
		3	5	Anno 3. Eliachim Nabuchdonosor Rex Babyloniæ Iudæã capit, & in	3	7	3
				ditionem suam redactis plurimis Iudæorum, cum etiam partem vasorũ		8	
143	γ	4	6	templi inuasisset, tributario Eliachim facto, victor ad suos redit.	4		4
	δ			In Babylonis geruntur, quæ de Daniele & tribus pueris narrãtur apud	5	9	5
144				Danielem. Eusch.	6	3350	6
145	MΓ α	5	7		7	1	7
146	β	6	8		8	2	8
147	γ	7	9		9	3	9
148	δ	8	10		4730	4	4660
149	MΔ α	9	11				
150	β	10	12		1	5	1
		11	13	Filius superioris Ioachin. In principio Ezechielis alius est Ioachin ab			
	γ	Ioachim		isto Ioachim.			
151			14	Ioachim qui & Iechonias, apud Iudæos regnat menses tres. Hic an-	2	6	2
	δ	Sedechias.		nus per diuersos impletur. hunc Ioachim Rex Babyloniæ secundo veniẽs	3	7	3
				in Iudæam captum secum pertrahit.	4	8	4
152	MF α	1	15	Sedechias apud Iudæos regnat annis xj. in Hierusalẽ 4. Reg. 24. & 25.	5	9	5
153	β	2	16	Massilia condita.	6	3360	6
154	γ	3	17	Medorum Astyages regnat annis 38.	7	1	7
155	δ	4	18		8	2	8
155	Mς α	5	19		9	3	9
157	β	6	20		4740	4	4540
158	γ	7	21		1	5	1
159	δ	8	22		2	6	2
160	MZ α	9	23				
161	β	10	24				
162		11	25				
				QVINTA ÆTAS.	3	7	3
Quinta ætas.	γ	Captiuitas.	26	Captiuitas Hebræorum & excidium templi anni 70. vsque ad secũdum annum Darij.	4	8	4
163	δ	1		Nabuchdonosor Rex Chaldæorum Hierosolymis captis templum incendit, quod ab initio ædificationis suæ permanserat annis 442. Clemẽs	5	9	5
			27	ait captiuitatem hanc contigisse 47. Olimpiade. Clemens in 1. Stromat.	6	3370	6
164					7	1	7
165	MH α	2			8	2	8
166	β	3	28	Solis eclipsis seu defectio, quam futurã Thales longè ante prædixerat.	9	3	5
167	γ	4	29		4750	4	4620
168	δ	5	30		1	5	1
169	MΘ α	6	31				
170	β	7	32	Mortuo Nabuchdonosor Rege Babyloniorum suscepit Imperiũ Euil-			
171	γ	8	33	merodach, cui successit frater eius Balthasar, cui Daniel eam scripturã,			
			34	quæ in pariete apparuerat, interpretatus est significantem imperiũ Cal-	2	6	2
172	δ	9	35	deorum in Medos & Persas transferendum.		1	

Finis quartæ ætatis à David vsq; ad transmigrationem Babylonis. Incipit quinta ætas à transmigratione Babylonis, vsque ad Christũ.

Ser-

An. ab Vr. cō	Olympia.	R. Pe.	R. Ro.		Anni 70 hi.	Mu. Hebr.	Or's Eusib.
			36				
173	N α	11	37		3	7	3
174	β	12	1		4	8	4
175	γ	13		Servius TVLLVS ancillæ, sed nobilis captiuæ filius, sextus Rom. Rex regnat ann. 34. secundum Eusebium & Cassiodorum, aut 45. secundum Liuium & Dionysium, quæ tamen diuersitas in annis Tarquinij Superbi sequentis Regis conciliatur: nam ei 35. annos dant Eusebius & Cassiodorus, cum Liuius & Dionysius duntaxat 25.	5	9	5
176	δ	14	2		6	3300	6
177	NA α	15	3		7	1	7
178	β	16	4		8	2	8
179	γ	17	5		9	3	9
180	δ	8	5		4760	4	4630
181	NB α	19	7		1	5	
182	β	20	8		2	6	
183	γ	21	9		3	7	
184	δ	22	10		4	8	4
185	NΓ α	23	11		5	9	5
186	β	24	12		9	3390	6
187	γ	25	13		7	1	7
188	δ	26	14		8	2	8
189	NΓ α	27	15		9	3	9
190	β	28	16		4770	4	4640
191	γ	29	17	Daniel 7.	1	5	1
192	δ	30	18	SECVNDA ORBIS MONARCHIA. Cyri Persarum.	2	6	2
193	ME α	31		Cyrus, Medorum destruxit imperium subuerso Astyage Rege Medorum. Idem Cyrus Iudæorum captiuitate laxata, quinquaginta ferme hominum millia regredi facit in Iudæam, qui constructo altari, templi fundamenta iecerunt. Sed cum à vicinis gentibus ædificatio impediretur, imperfectum opus vsque ad Darium permansit, solo tantum altari consistente.	3	7	3
194	β	32	20		4	8	4
195	γ	33	21		5	9	5
196	δ	34	22		6	3400	6
197	Nϛ α	35	23		7	1	7
198	β	36	24		8	2	8
199	γ	37	25		9	3	9
200	δ	38	26		4780	4	4650
201	NZ α	39	27		1	5	1
202	β	40	28	Ea quæ de Cræso apud Herodotum narrantur, quomodo tentaret oracula, his fuere temporibus.	2	6	2
203	γ	41	29	Hoc tempore Iesus filius Iosedech, & Zorobabel filius Salathiel clarent, qui &	3	7	3
204	δ	42	30	Principes fuerunt eorum qui regressi sunt in Iudæam. Euseb. Theognis Poeta clarus habetur.	4	8	4
205	NH α	4	31		5	9	5
206	β	44	22		6	410	6
207	γ	45	23		7	1	7
208	δ	46	24		8	2	8
209	NO α	47	Tarq. Sup. 1	TARQVINIVS SVPERBVS, septimus Rom. Rex regnat annis 25. secundum Eusebium & Cassiodorum, vel 35. secundum Liuium & Dionysium, vt supra scriptum est; nos Eusebium sequimur.	9	3	9
210	β	48	2		4790	4	4660
211	γ	49	3		1	5	1
212	δ	50	4	Hoc anno 50. captiuitatis, quidam complent septuagesimum annum captiuitatis, ait ius nempe eius initium repetentes à 3. anno Eliachim vsque ad præsentem annum, qui erat Cyri Persarum Regis vicesimus. Sunt qui eandem à 13. Iosiæ anno inchoent, & in primo Cyri anno terminent, quo templum ædificari permisit laxata captiuitate: sed neutram sententiam sequitur Eusebius: Funccius sequitur vltimam sententiam, nos Eusebium.	2	6	2
213	Ξ α	51	5		3	7	3
214	β	52	6		4	8	4
215	γ	53	7		5	9	5
216	δ	54	8		6	3420	6
217	ΞA α	55	9		7	1	7
218	β	56	10		8	2	8
219	γ	57	11		5	3	9
decreuit auctoritas, & nos confirmauimus [1] † oībus Opportunum est ergo voce exclamare prophetica,* Iucundetur tibi, & abundet [a] cœlum [b] desuper, & effundant montes [c] iucunditatē, & colles [d] lætitia lætabuntur. Hæc igitur tabulis cordis fideliter scribere, hæc vt pupillas oculorum conuenit obseruare. Neq; enim quisquam est, in quo Christi charitas seruet, qui tam rectæ, tam veræ confessionis vestræ fidei refragator existat: cū euidenter impietatem Nestorij, Eutychetisq; & oīum hæreticorum dānantes, vnam veram catholicam fidem Dñi, & Dei nostri saluatoris Iesu Christi magisterio institutā, & propheticis, apostolicisque prædicationib. vbique diffusam, & Sanctorū per totum orbē cōfessionib. roboratam, patrū, atque doctorum sententijs adunatam, & nostræ doctrinæ consentaneam, inconcussè, atq; inuiolabiliter deuota Deo, & pia mente seruatis. Soli etenim professionib. vestris [2] † reuerlantur, de quib diuina scriptura loquitur dicens, Posuerunt mendacium [e] spē suam, & mendacio operiri sperauerunt.* & iterum, qui secundum prophetā dicunt domino, Recede [f] a nobis, vias tuas scire nolumus.* propter quòd Salomon dicit, Persemitas propriæ culturæ errauerunt, colligunt autem manib. infructuosa. Hæc est igitur vera vestra fides, hæc certa religio, hoc beatæ recordationis (vt diximus) patres oēs, præsulesque Romanæ ecclesiæ, quos in omnib. sequimur, hoc sedes apostolica prædicauit hactenus, & incōcussè custodiuit. huic cōfessioni, huic fidei quisquis cōtradictor extiterit, alienum se ipse [g] à sancta cōione, alienū ab ecclesia iudicabit esse catholica. Nos n. Cyrū [h] cū sequacibus suis in Romana inuenimus ciuitate, qui de Acumiensi [3] † monasterio fuit: quos apostolicis persuasionib. ad rectam fidē, & veluti oues, quę perierant errantes, ad ouile contendimus reuocare, ut inimicū, aut agnoscāt fm prophetā linguę balbutientes, loqui quæ ad pacē sunt. At nō credentes aut,* per nos primus apostolorū Esaię prophetæ * verbum dicit,[4] Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis, [5] † quas succendistis. [i] Sed obduratū est cor eorū (vt scriptū est (vt nō intelligerēt, & pastoris [k] vocē oues, quæ meæ nō erāt, audire minime voluerūt, in qb. obseruātes ea, q̃ ab ipsorū sunt statuta Pōtifice, eos minime in nr̃a cōione recipimus, & ab oī ecclesia catholica esse iussimus alienos: nisi errore dānato, doctrinā nr̃am quanto ocyus sequi habita regulari professione signauerint. Aequū quippe est, vt q nr̃is minime obediētiā accōmodāt statutis, ab ecclesijs habeantur extorres. Sed quia gremiū [l] suū, nunquam redeuntib. claudit [6] † ecclesia,[7] † obsecro clementiā vestrā, vt si proprio deposito errore, & praua intētione depulsa, ad vnitatē ecclesiæ reuerti voluerint, in vr̃am cōionē receptis [m] indignationis vestrę remoueatis aculeos, & nobis intercedētib. benignai animi grām cōdonetis. ¶ Deum aūt, & Saluatorem nostrū Iesum Christū exoramus, quatenus lōgæuis, & pacificis vos dignetē custodire tēporib. in hac vera religione, & vnitate,[n] & veneratione apostolicę sedis: cuius principatū, vt Christianissimi,[8] † & pij conseruatis in oīb. Præterea, serenissime Principū, laudamus legatorum vestrorū personas Hypatij, & Demetrij fratrū, & coepiscoporum nostrorum: quos clementię vestrę gratos fore ipsa manifestauit electio. Nam tantæ causæ pondus, nō nisi perfectis in Christo potuisset iniungi; tantæ vero pietatis, tantæ reuerentiæ plenos affatus nisi per amantes minimè dignaremini destinare. ¶ Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei patris, & communicatio sancti spiritus, sit semper vobiscum piissime fili. Amen.

Item subscriptio.

Omnipotens Deus regnum vestrum, & salutem vestram perpetua protectione custodiat gloriosissime, & clementissime fili [9] † Imperator Auguste. Da Romæ 8. Cal. April. D. N. Iustiniano PP. A. 4. & Paulino V. C. Coss. 534.

[o] *Imperator Iustinianus Augus.*

CVm recta atque irreprehēsibilis fides, quā prędicat sancta Dei catholica & Apostolica ecclesia, nullo mō innouationem [p] recipiat: nos sequentes sanctorū Apostolorum, & eorum qui post eos in sanctis Dei ecclesijs conuersati sunt, dogmata, iustum fore existimauimus, cunctis manifestū facere, qualiter de fide, quæ in nobis est, sentiamus, insistētes & adhærētes traditioni & confessioni sanctæ Dei ecclesiæ cathol. ¶ Credētes. n. in patrē & filiū, & sanctū spiritū, vnā essentiā in trib. hypostasib.[1] seu subsistētib. personis, adoramus vnā deitatē, vnā ptātē, trinitate cōsubstantialē. In vltimis aūt dieb. confitemur vnigenitū Dei filiū, Deū de Deo, filiū ex Deo, ante sęcula & sine tpe ex patre natum, coęternū patri, ex quo oīa & per quem oīa, descēdisse de cœlis, incarnatū esse ex Spiritu sancto & sancta gloriosa & sēp virgine Maria, hominē factū esse, crucē ptulisse, sepultū [r] fuisse, & resurrexisse, tertia

7 † Cōtrini cordis hoc locauitum nō patitur repulsam Cyprianus de Cana Domini. In vltimis Dei pēnitentia non excludit, nec vlla hora sera est vel cōpunctio dum... Idē de passione. Adde ex decreto ei... Gothof.
8 † Hoc epitheton diebus ... reges Galliæ Goth.

9 † Resti... facietum antistites solent ita oues appellare. P. 1. Corint. 4. ver. 14. ad Philemo versu 10.

tertia die; vnius & eiusdem miracula & passiones, quas sponte in carne sustinuit, & agnoscentes. Neq; .n. alium Deum verbum nouimus, alium Christum, sed vnum & eundem consubstãtialem patri secundũ diuinitatẽ, & cõsubstantialẽ nobis secũdũ humanitatẽ. Mansit namq. trinitas ẽt post incarnatum vnum ex trinitate Dei verbũ. Neque .n. quartę [a] personę adiectionẽ recipit sancta Trinitas.

¶ Hæc igitur cum ita se habeãt: anathematizamus oẽm hæresim, præsertim verò Nestorium Anthropolatram, [b] diuidentem vnum dominum nřm Iesum Christum filium Dei & Deum nřm: nec disertè & secundũ veritatẽ confitentẽ sanctã gloriosam semper virginẽ Mariam theotocon esse, hoc est Deiparã. sed aliũ esse dicentẽ Deũ ex Deo patre, aliũ qui ex sancta semper virgine Maria natus est, hunc autẽ gratia & proximitate, quam habuit cum Deo verbo, Deũ factum esse. Neque verò Nestorium solum sed & Eutychen [c] mentecaptũ, phantasiam inducentem negantem aũt veram ex sancta semper virgine & Deipara Maria incarnationẽ, hoc est nostram salutẽ, neq; confitentem per oĩa consubstantialem patri secundũ diuinitatem, & consubstantialem nobis secundũ humanitatẽ. Simili mõ & Appollinarem animi[...]ã seu psychophthoron, [d] dicentem, Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei & Deum nostrum inanimem esse, & confusionẽ seu perturbationẽ superducentem inhumanationi vnigeniti filij Dei. Sed & oẽs qui idẽ cũ eis sentiunt. Si n. aliqui post hanc nostram prę monitionẽ, certò & liquido id cognoscentib. & competentibus locorum episcopis Deo amantissimis, inuenti fuerint posthac in contraria his opinione esse: hi nullius [e] indulgentiæ expectent, veniã. iubemus enim tales, tam quàm confessos hæreticos, competenti animaduersioni subiugari. Dat. 528.

[f] Idem Imp. Constantinopolitanis.

CVm saluatorem & dominum omniũ Iesum Christum verũ Deũ nostrũ colamus per oĩa, studemus ẽt (quatenus datũ est humanę mẽti assequi) imitari eius condescensionem [g] seu demissionem. Etenim cũ quosdam inuenerimus morbo [h] atq. insania detentos impiorum Nestorij, & Eutychetis, Dei & sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesię hostium, nẽpe qui detrectabant sanctam gloriosam semper virginem Mariã theotocon siue deiparam appellare propriè [i] & secundũ veritatẽ illos festinauimus, q̃ sit recta Christianorum fides, edocere. Nã hi incurabiles cũ sint, celantes errorem suum passim circumeũt, (sicut didicimus) & simpliciorum animos exturbant, & scandalizant, ea astruentes, quę sunt sanctę catholicæ ecclesiæ contraria. Necessariũ igitur esse putauimus, tam hæreticorum vaniloquia & mendacia dissipare, quàm oĩbus insinuare, quomodo aut sentiat sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, aut prædicent sanctissimi eius sacerdotes, quos et nos sequuti manifesta constituimus ea, quæ fidei nostrę sunt non quidem innouantes [k] fidem, (quod absit) sed coarguentes eorum insaniam, qui eadem cũ impijs hæreticis sentiunt. Quod quidem & nos in nostri imperij primordijs pridem satagentes cunctis fecimus manifestum.

¶ Credimus itaque in vnum Deum omnipotentem, & in vnum dominum Iesum Christum filium Dei, & in Spiritumsanctum, vnã essentiam in tribus [l] hypostasibus siue subsistentibus personis, adorantes vnã deitatem, vnam potestatem, trinitatem consubstantialem. In vltimis autem diebus confitemur dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum Dei filium ex [m] Deo vero Deum verum, ante [n] secula & [o] sine tempore ex patre [p] natum, & coæternum [q] patri, ex quo omnia, & per quem omnia, qui descendit de cęlis, incarnatus de Spiritu sancto

a Sensus est, Trinitati per incarnationẽ verbi non accessisse quartam personam, q Marcion. & Photinus voluere. [...] Mario Victorino aduersus Arriũ l. [...] fol. 9[...]. non est quaternio in trinitate. Vide Rustic. Diacon. aduersus acephalos fol. 745. 758. nullus vnq Christianorũ dixit q a quaternionẽ colimus, aut quationẽ, vel seniorem, Rusticus, ibi fol. 746. τριάδα ὁμοούσιον προσκυνοῦντες, τέταρτον τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἐπιφέρομεν, Procl. in epi ad Arm.

b Vide l. 6. § 2. inf. eo.

c Hic differentiã naturarum, ille vnitionem earum abiurat. Rust. eo dicto loco.

d Is est negantẽ animã in Christo fuisse Fulgentius l. ad Trasimundum [...] Vincentius a[...] profanas nationes. De appollinari [...] Tertull. [...] de [...] leg. 5. l. 2. § 6. § 2. & 3. & sequens inf. de hæreticis, Epiph. [...] tom. 2. hæresi. 76. Ruffinũ li. 2. c. 20. Sozomenũ 6. hist. 26. & 27. Theodoretum 5. c. 3.

e Pennẽte p[...], ad mitti vol[...], sed tñ detrudi p[...] carceres, [...] non patet, ne quidẽ pœnitenti [...] sententia [...] hære[...] versi. sed qu[...] ra.

f Constitutio nanc[...] stionem Latinã [...].

g συγκατάβασιν.

h Hæresis, morbus atque insania.

i Nestoriani Christotocon fatebant[...] D[...] de Maria nasci non potuisset in [...] [...] Anastasi[...] Dei genitricẽ ac [...] humanę natu[...] post [...] Christi [...] sol. 6[...] [...] ter [...] quib[...] ẽ. peperit. Vincent. [...] Lirinensis. fol. 632.

k [...] nihil innouando.

l Trinitas ex scripturis ita probatur, [...] no ẽ [...], Io. 5. vers. 16. [...] ter [...] patet, ibi. vers. 37. Illi duo [...].

[...] lo vers. 7. Marc. [...] ab vtroq; spiritus ἄλλος, i. alius Io. 14. vers. 16. Hi τρεῖς, i. tres esse dicũtur. 1. Io. 5. vers. 7. & tñ vnũ. Augustin. de vera innocentia, quã ait, vnum Arriũ pcellit, quũ ait, sumus, Sabelliũ strauit. Idẽ 5. de hæresib. 7. quom dico vnũ audiat Arrius, q dico sumus audiat Sabellius sumus, Vigilius: dicẽdo ego & pater, discernit q Sabellius male confundit, addendo vnum, vnit quòd male Arrius discernit.

m Vide l. 2. §. 1. sup. eo.

n ἐν ἀρχῇ, Io. 1. vers. 1. πρὸ πάντων, Col. 1. vers. 17. πρὸ καταβολῆς κόσμου, 1 Ephes. 1. vers. 4. 2. Pet. [...] vers. 20. σήμερον. i. hodie, & semp. Ps. 2. Act. 13. vers. 33. Heb. 1. vers. 5. χθὲς καὶ σήμερον Heb. 1. vers. 10. no fuit tpe quando non fuit.

o Fuit n ante tẽpora & ab eo cõditæ res omnes creatæ Ioa. 1. vers. 3. Col. 1. vers. 16. Heb. 1. vers. 10.

p Eo respectu ἀμήτωρ, vt incarnationis intuitu ἀπάτωρ. Lactantius 4. c. 13. Aug. 5. de hæresib. vnus sine coniuge pater alius sine matre filius.

q Nunquam pater sine filio, quia nunq̃ sine verbo, nunq̃ sine virtute, nunq̃ sine sapien-

sancto & sancta gloriosa & semper [a] virgine Maria, & inhumanatus, siue homo factus est, & passus crucẽ pro nobis sub Pontio [b] Pilato, sepultus est, & resurrexit tertia die. Vnius ac eiusdẽ passiones & miracula, quæ sponte ptulit in carne, agnoscentes, Non.n. aliũ Deum verbum, & alium Christum nouimus, sed vnũ & eundẽ, cõsubstantialem patri ẽm deitatem, & consubstantialem nobis ẽm humitatẽ Vt enim est in diuinitate pfectus, ita idẽ ipse & pfect' ẽ i humanitate. Nã eius ẽm hypostasin seu ẽm personam vnitatem suscipimus & confitemur. Mãsit enim trinitas & post incarnatiõnẽ vnũ ex trinitate Dei verbũ. Neq; enim quartæ [c] personę adiectionem admittit sancta trinitatis.

¶ His ita se habentibus, anathematizamus omnem hæresim, præcipuè verò Nestoriũ anthropolatram, [d] & qui eadem cũ ipso sentiunt vel senserunt, qui diuidunt [e] vnum dominũ nostrũ Iesum Christũ filium Dei & Deum nostrum, & qui non confitentur propriè [f] & ẽm veritatẽ sanctam gloriosam & semper [g] virginẽ Mariam theotocon seu deiparam, idest Dei matrem, sed qui duos [g] filios dicunt, vnum ex Deo patre Deum verbum, alterũ ex sancta semper virgine Deipara Maria, gratia & habitudine & propinquitate, quam Deo verbo hẽt, natũ esse, & qui negant nec confitentur dominum nostrum Iesum Christũ filium Dei & Deũ nostrũ incarnatum, & hominẽ factũ, & crucifixum vnum esse ex sancta & consubstantiali trinitate. Ipse enim solus est coadorandus & conglorificandus patri & sancto spiritui.

¶ Anathematizamus & insuper & Eutychetem mente captum, & qui cũ eo sentiunt, aut senserunt, qui phantasiã introducunt, negantq; verã natiuitatem seu generationẽ domini & saluatoris nostri Iesu Christi ex [i] sancta virgine & Deipara, hoc est nostram salutem, & qui [k] nõ cõfitentur ipsum consubstantialem [l] patri, ẽm deitatẽ, & cõsubstantialem nobis secundum humanitatem.

¶ Similiter aũt anathematizamus & Apollinariũ psychophthoron [n] siue animicidam, & qui cum eo sentiunt, vel senserunt, qui dñt inanimem, hoc est animę humanę expertẽ, esse dñm nostrũ Iesum Christum filium Dei & Deũ nostrũ, & qui confusionem aut conturbationem introducunt & inuehunt in vnigeniti Dei filij inhumanationem siue humanitatẽ, & oẽs postremo, qui eadem cũ ipso senserunt, aut sentiunt. Dat. Id. Martij, Cõstatinop. D.N. Iustiano PP. A. III. Coss. 533.

Scriptum est superius edictum eodem exẽplo Ephesijs, item Cæsariensibus, item Cyzicenis, Amidenis, Trapezõtijs, Hierosolymitanis, Apameis, Iustinianopolitanis, Theopolitanis [m], Augustanis, Tharsensibus, Ancyrenis.

Idem Imperator Epiphanio sanctissimo, ac beatissimo Archiepiscopo regiæ huius vrbis & œcumenico Patriarchæ.

COgnoscere volentes tuam sanctitatem ea omnia, quæ ad Ecclesiasticum spectãt statum, necessarium duximus hisce ad eam vti diuinis compendijs, ac per ea manifesta eidem facere, quæ iam moueri cępta sunt, quanquam & illa eandem cognoscere sumus persuasi. Cũ itaque comperissemus quosdam alienos à Sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, impiorũ Nestorij & Eutychetis sequutos deceptionem, diuinũ ante hac promulgauimus edictum, (qđ & tua nouit sanctitas) per quod hæreticorũ furores reprehendimus, ita vt in nullo quouis omnino immutauerimus, immutemus, aut prætergressi simul (eum qui nunc vsque coadiuuante Deo seruatus est) Ecclesiasticum statum (quemadmodum & tua nouit sanctitas) sed in omnib. seruato statu vnitatis sanctissimarum ecclesiarũ cum ipso [q] sanctissimo Papa [r] veteris Romæ, ad quem similia hisce præscripsimus. Nec [s] enim petimus, vt quidquam eorum quæ ad Ecclesiasticum spectant statum, non etiam ad eiusdem referatur beatitudinem, quum ea sit caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum, vel eo maximè quòd quoties in his locis hæretici pullu-

lula-

...entis esse potuit ... Nec ... Deus ... hodie ... & pater, sed ... Deus ... pater ... est ... , *Agnellus* ...

a ἀεὶ παρθένου.
b Procuratore Cæsaris in Syria *Tacitus* ... 15 ... Noricum ... Mercatore l. *Notata*.
c Aut quintam, aut ... *Rust.* ...
d Ideoque non tanquã hominẽ cũ verbo coadoramus, ne ... speciem ... Cyrillus *apud Vigilium* 5 non coadorandus ... ait ... alte... & vnus. *Rustic.*
e Naturam ... diuidebat ... differentia ... negabat *Rust.* ...
f De eo d... huius ... initio.
g ἀεὶ παρθένος.
h Nota dogma Nestorij.
i Sed ex cœlo, vt Valens, & Marcion ... *Tertull. aduersus Marcionem, & aduersus Valentinianos Vigilium libro 3.*
k Nota dogma Eutychetis.
l Negant consubstantialem, qui per vnitionem, potestate diuina, confusionem naturæ introductã existimant.
m V. l. 3 § 2. sup eo. ... Deiciea ... appellatur quod ipsum Deum ... sed ... Rust. ... N ... 42 c. 1.
n Antioch ... ciuitas euersa instaurata à Iustiniano Theopolis nomẽ assumpsit ... centum anno imperij ... vide Cuiac. ... & ad Nouellam 7 in fine.
Latina interpretatio Græca cõsonans.

θείας συλλαβαῖς ... συλλαβαῖς ... compendijs. Est ... hac lex quasi compendium edicti ... à Iustiniano ... Sacrapices ... dicam alibi ... intelligit

...Cyrilli ... Cypriano ... presb. ... & diaconi Romanæ ... *Cypr.* ... 7. ... Athanasius ... *Apolog.* ... Papa ... *apud* ...
q Hinc illud Ammiani libro 15 ... (Constantium intelligit) Athanasio ... licet ... impleret ... Athanasium ... detectũ a b Arrianis) tamen authoritate, qua potiores vrbis æternæ episcopi ... batur ardenti.

συλ-

Iulianist, & sententia, & recto iudicio illius venerabilis sedis coerciti sunt. Ideoque ex præsentibus, diuinis nostris breuiculis, [a] sciet tua sanctitas quæ a nobis proposita sūt quā & q̄b. studio est pessimè interpretari quæ à nobis statuta sunt, comprehendetur.

¶ Pauci quidam infideles & alieni à sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia cōtradicere Iudaicè ausi sunt aduersus ea, quæ ab omnibus sacerdotibus rectè obseruanē probantur, & annuncianē, negātes Dn̄m nr̄m Iesum Christū vnigenitū filium Dei, & Deū nostrū incarnatū ex Spiritusācto, & sancta gloriosa, semp virgine, & Deipara, & hominem factū & crucifixū, vnū esse sanctæ, & consubstātialis trinitatis, coadorādum & conglorificandum [c] patri, & sanctospiritui, consubstantialē patri s̄m Deitatē [d] consubstantialē nobis eundē s̄m humanitatē, passibilē carne, eundem impassibilē Deitate. Recusantes Dn̄m nostrū Iesum Christū vnigenitū filiū Dei, & Deū nostrum fateri, vnum esse sanctæ, & consubstantialis trinitatis, manifestè deprehenduntur impij Nestorij sequi prauam doctrinā secundum gratiā [e] dicentes filium Dei, & alium Deū verbum, & alium [f] Christum dicentes, quos anathemate dānamus, eorum etiam dogmata, eos etiam, qui eadem cum ipsis senserunt, aut sentiunt, vt alienos à sancta Dei Catholica, & Apostolica Ecclesia.

¶ Et reuerendissimi sacrorū monasteriorū archimandritæ [g] sequentes sanctorum patrum traditionē (ea scilicet fide vt nihil omninò ante hac immutauerint, aut hodie immutent, ab eo qui nunc vsque sicuti dictum fuit, obtinuit ecclesiastico statu) vnanimiter fatentur, & cum gloria annunciant Dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum filium [h] esse, & sine tempore [i] ex patre genitum [k] & in nouissimis [l] diebus descendisse [m] ex cœlis, & incarnatum ex Spiritusācto & sancta gloriosa semper virgine, & Deipara Maria, & hominem factum, & crucifixum, vnum esse sanctę, & consubstantialis trinitatis. Consubstantialem .n. ipsum scimus patri secūdū Deitatē, & consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, passibilem carne, eūdem impassibilem Deitate; quemadmodū .n. est in Deitate perfectus, sic idem in humanitate perfectus. Ideoque eam quę est secundum hypostasim [n] vnionem [o] amplectimur, & confitemur, quemadmodum etiam vnigenitus filius verbum Dei ante sæcula & sine tēpore ex patre genitus: Idē quoque in nouissimis diebus descendit è cœlis & carnē assumpsit [p] ex Spiritusancto, & sancta, gloriosa & Deipara Maria, & homo factus idest Dominus noster Iesus Christus propriè & secundum veritatē Deus est ita & sanctam, semper virginem Mariam propriè & secundū veritatem matrem Dei dicimus non [q] quòd Dei verbum principium ex ipsa sumpsit sed quia in nouissimis diebus descendit ex cœlis, & ex ipsa incarnatus, & natus, & homo factus est, quem confitemur, quemadmodum dictum est consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem eundem nobis secundum humanitatem, eiusdem miracula, & passiones, quas vltro sustinuit in carne, confitentes.

¶ Hęc igitur sunt in quibus per diuinum nostrum edictum hæreticos coarguimus, cui diuino edicto, vel omnes reperti hic verissimi Episcopi, & reuerendissimi Archimandritæ cū tua sanctitate subscripserunt.

¶ Sequentes in omnibus sancta quatuor concilia & quæ ab vnoquoque eorū constituta [r]. Nicœnum [r] 318. patrum, & huius regiæ [s] 150. & Ephesinum prius, & Chalcedonense manifestè omnibus (qui vna nobiscum sentiunt) fidelibus sāctæ, Catholicę, & Apostolicę Ecclesiæ traditam

a συλλαβῶν.
b μονογενή, vt c. inf. e. [illegible] Ioan. in Euang. 1. ver. 14. dicitur etiā πρωτότοκος. Lucæ 2. ver. 7. Heb. 1. ver. 6. [illegible] primogenitus, nō q̄ post eū alios [illegible] sed quia [illegible] nullum Maria peperit. Sicut [illegible] [illegible] seu primus dicitur [illegible] [illegible] l. [illegible] de verb. [illegible] l. 92. ff. de verb. sign. & [illegible] l. [illegible] l. 155. ff. de verb. sign.
c [illegible] καὶ συνδοξαζόμενον. Hinc igitur negant Pneumatomachi, Spiritumsanctū patri & filio conglorificandū, vt Basilius libro de Spiritusancto c. 27. 28. [illegible] legimus Nestorium docuisse hominem verbo coadorādum, tanquam alterum alteri, non sicut vnū Russicus citra [illegible].
d [illegible] lud, [illegible] habitat, πλήρωμα τῆς θεότητος. Coloss. 2. ver. 9. dicitur [illegible] Dei [illegible]; Pau. Rom. 1. vers. 20.
e Verbū nō [illegible] filius [illegible] nos. Nos adoptione filij [illegible] natura, [illegible] [illegible] est Christus, sed secundū carnē [illegible] adu. Arria.
f Et sic d. ix.
g Tyrannis primos Christianos coegit ἐν ταῖς [illegible] i. speluncis [illegible]. Eorum primi archimandritæ [illegible].
h Male Arrius de verbo, [illegible] tempus, quando non fuit.
i [illegible] exinente male A[illegible] [illegible].
k N[illegible] [illegible] ingenita.
l Heb. 1. ver. 1. ex [illegible] voce videntur hausisse errorē suum qui Pauli ætate docebant diē Christi instare. 2. Thess. 2. ver. [illegible] inf. nouiss. [illegible] intelligitur [illegible] τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου. Gal. 4. vers. 4. [illegible] Ep[illegible] ad Ephes. 1. ver. 8. & 9. [illegible] tamen [illegible] loci.

n ὑπόστασις persona Heb. 1. vers. 3. hinc vnio hypostatica: verbū propriè est plena caro [illegible] personā ei non adiicit, sed ei vnitur.
o ἕνωσις aliud vnitio aliud vnitas ἑνότης. vnio, seu vnitio [illegible] vnitas in Christo est, vnitio, nō vnitas naturarum. Hæc, n[illegible] [illegible] non præsupponit. Illa p̄supponit p Matth. 1. ver. [illegible] ff. & hic & illic particula [illegible] virtutem Spiritus sancti significat, non substantiam. Et scholastici notāt particulā de, hic significare causam efficiētem, respectu Mariæ, materialem.
q Hoc velle videtur Maria [illegible] Θεοτόκος, non q̄d Deū ab æterno genuit, nō q̄d hominem nudū peperit, qui postea Deus, sed q̄d sacrosanctū mysterium vnitione naturarū indiuisibili facta, hominem ita parere non potuit, quin & Deus quoque ex [illegible] nasceretur.
r Nycæna synodus Arrium sub Constātino: Constantinopolitana Macedoniū sub Theodosio seniore, Ephesina Nestoriū sub Theodosio iuniore, Chalcedonensis Eutych. Dioscorū & [illegible] Nestorianos [illegible] Marciano, hæreticos dānauit. Hæc quatuor concil. a præcipuis [illegible] [illegible] [illegible] Chalcedonensis pr.
s Constantinopolitani [illegible].

intelligit.
a Vincentius Lyrinensis. Nullus ne in Ecclesia Christi profectus habebitur religionis? habeat plane, & maximus: sed ita ut veram sit profectus fidei non permutatio. crescat in scientia, sed in suo dumtaxat genere, eodem dogmate, eodem sensu, eadem sententia. *Et post.* Quid unquam aliud conciliorum decretis enisa est, nisi ut quod antea simpliciter, lentius, & securius credebatur, hoc idem postea diligentius, instantius, & solicitius crederetur? &c. quæ ibi vide.
b ἀειπαρθένον, ante partum, & in partu (scriptum est enim Virgo pariet: sed & illud, Virum non cognosco: sed & illud, Priusquam ipsi conuenirent inuenta vterum ferre. *Matth.* 1. *ver.* 18.) adde, & post partum. nec ferendi sunt, qui abutuntur illis locis non cognouit eam, donec peperit primogenitum, Ecce mater tua: ecce fratres tui foris stāt. Et quod Iacobus frater Domini dicitur: Placent qui Ezechielis caput 44. hic accommodant: Porta hæc clausa erit, & nō aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam: vt merito eos qui id negent ignorantia scriptorum labi, Epiphanius scripserit *lib.* 3. *tom.* 1. *hæres.* 72.
c διὰ τῆς σχέσεως. Hæc verba non reperio in epistola Procli ad Armenios. Porro is sensus: Filius est vnus ex Trinitate, non quatenus substantia aut Deus, sed quatenus Filius. vox Filij relatiua ad Patrem: vox Deus idem cum Patre, Tertullian. aduersus Praxeam: Tres non statu, sed gradu: non substātia, sed forma: non potestate, sed specie. Hinc illæ enunciationes falsæ apud scholasticos, Essentia essentiam, Essentia personam, Persona essentiā generat, sed illa vera est, persona personam.
d δίπτυχον, legitur dyptichis, in l. 1. *Cod. Theodos. de expens. ludor. lib.* 15. actione 14. concilij Chalcedonensis, & actione 4. quintæ Synodi: & antiqu. interpretes Horatij. qui tabellas interpretatur, epistolas diptychas. *vi. Suidam in verbo* δίπτυχα. De polyticis dicam *ad l.* 2. *infra de discuss. lib.* 10. *tit.* 30. *pers. Cuiac.* 4. *obseruat.* 27.

tam regulā fidei, hoc est, sanctam formulā, seu symbolū tenem⁹, & custodimus à 318. sanctis Patribus expositā, & illud quod in hac regia vrbe 150. sancti Patres apertius exposuerunt; Non [a] q̄ defectuosum esset prius, sed q̄m veritatis hostes partim subuertere cœperāt, sancti Spiritus Deitatē, partim ex sancta sēper virgine Maria, Deipara, verā incarnationē Dei verbi negauerūt. Propterea scripturæ testimonijs idem symbolū supradicti 150. sancti Patres apertius exposuerunt, idq; & aliæ oēs sanctæ synod⁹, 1. Ephesina prior, & Chalcedonēsis eandem fidē sequētes susceperunt, & custodiuerunt, sanctā, gloriosam semper virginem [b] Mariam Deiparā publicarunt, & non confitentes eam Deiparam anathemāte ꝓcelluerūt, similiter anathematizarunt eos, qui aliud symbolū, aliamve sanctam formulam traderent, præter eam quæ à 318. sanctis patrib⁹ exposita esset, & explicata, & corroborata à 150. sanctis patrib. in hac regia vrbe congregatis. Et quidē Ephesinū prius impium Nestorium, & eius dogma sustulit, & anathematizauit. Adhæc eos qui cum eo senserunt, & sentiunt, & qui consenserunt, & consentiunt. Chalcedonense verò sanctū concilium dānauit & eiecit è sanctis Dei ecclesijs, & anathematizauit impium Eutychem, eiusq; dogmata, & qui eadem cum illo senserunt, & sentiunt, & qui consenserunt eidem, & consentiunt, & omnes hæreticos, eorumq; dogmata, & qui cum illis senserūt, & sentiūt anathematizauit: pariter anathematizauit Nestorium, s. eiusque dogmata, & eos qui cum eo senserunt, & sentiūt, eosq; qui cum eo consenserunt, & consentiunt. Chalcedonense verò sanctum Concilium, Magni Procli ad Armenios conscriptā Epistolā, (q̄ oporteat Dñm nrm̄ Iesum Christū filium Dei, & Deum nrm̄ vnū sanctæ Trinitatis per propriam [c] relationem, suscepit, & confirmauit. Quæ supradicta quatuor sancta cōcilia, si negligimus, aut ea q̄ his cōstituta, damus licentiā damnatis ab ijs hæreticis, eorumque dogmatibus suam pestē rursus in sanctis Dei Ecclesijs ostēdere. Optādum itaque, vt q̄d nondum contigit fieri, hoc aliq̄n contingat. Idque eò magis q̄ supradicta quatuor sancta concilia, speciali cōfessione hęreticos, eorūq; dogmata dānarūt. Ideoq; si qs ab vno supradictorū sanctorū conciliorū dissentiāt, palam est, eum amplecti dogmata à sāctis illis patribus damnata, & anathematizata. ¶ Nullus itaque frustra nos tui bet spe vana innixus, qua si nos contrarium à supradictis quatuor concilijs fecerimus, aut faciamus, aut fieri à quibusdā permittamus, aut abolendū tandem sanctorū quatuor conciliorū p̄ā memoriā ex dictis Ecclesiæ diptychis [d] sustineamus. Oēs enim q̄ ab ijs dānati, & anathematizati sunt, & damnatorum dogmata, eosque, qui eadem ac ipsi senserunt, aut sentiunt, anathematizamus. ¶ Itaq; bene precef nobis, & nostro imperio beatitas tua, oēs de nr̄a intētione, & nr̄o erga irreprehensibilē fidem studio, docens, & certiores faciens. Dat. 7. Cal. April. CP. D. N. Iustinianus. P.P. A. III. Coss. 533.

TITVLVS V.

De sacrosanctis ecclesijs, [1]† & de rebus, & priuilegijs earum.

Quilibet in sua vltima volūtate, libere pōt de bonis suis catholico collegio relinquere, prolibito volūtatis, B. Codicis,

DE SACROsanctis ecclesijs, & de rebus, & priuilegijs earum.

Dictum est sup. de sum. Trin. & fide Cathol. sed quia mater fidei, & religionis est ecclesia, vt j. eo. l. iubemus 2. §. verum, in fi. §. ideò supponit, de sacros. eccl. Et quia res sunt necessariæ ijs, q. in ecclesijs obsecundant diuinis ministerijs. Siquidē q altari seruit, de altari debet viuere. c. cum secundum, ext. de præben. in prin. Ideò subiungit de rebus, in quibus quoniā ecclesiæ multis gaudent priuilegijs, adijcit de priuilegijs earū. Azo. Vel sic secundum Accur. Ecclesia Thessalonicensis excusatur a tributis, vt tamen res aliarum nō dicat suas, vt sic fraudet fiscum, & hoc est, q̄ dicit, sacros. &c. Vel sic. Cum fides, de qua dictū est sup. & religio sit Deo dedita, & ecclesia sit mater fidei, & religionis, vt j. eod. tit. l. iubemus 2. §. verum, in fi. §. cui ecclesiæ opus est rebus tam diuino cultui, quam personarum ibidē seruientiū vsui suppeditātibus, & cum aliæ quoque domus religionis dicātur, i. dedicantur necnon & sine loco, vt quādo relinquitur captiuis, pia actio est, ex quibus scilicet rebus opus est, vt necessitatem habentib. exhibeātur, quibus omnibus in rebus suis, & rerum acquisitione ius impertit singulare: ideò de his dicit.

[1] † 16 *Cod. Theodos.* 2. *adde* j. *De cre.* 48. *No-uel* 37. *sunt aedes Deo consecratæ, quas etiā Dominica appellarūt. Gothofr.*

HAbeat vnusquisque.] CASVS. Titius reliquit collegio B. Nicolai quoquo titulo, quæritur an valeat? vr̃ quod non: quia collegijs non potest relinqui. sed hoc de illicitis intelligitur. licitis verò potest: reddit ratio nihil enim, &c. ¶ No. ex hoc tex. q̄ collegio vnusquisque potest relinquere in vltima voluntate, secundum Bald.

k Vel martyrum.] vel Confessorum, vt inf. l. proxim.
l Sedem.] id est sepulturam.
l Sedem.] Sedes Apostolorum est Ecclesia, quia reliquiæ eorum sunt in ecclesia.
m Concessam.] id est ipsam ecclesiam ad sepeliendum. Vel dic ad morandū laicis in choro cum clericis, dum faciūt officium, vt extra de vi. & honest. cler. cap. 1. Vel habitare in his prohibet, vel contractum in his habere. & inf. proxi.

Vel sic. Collegium catholicū iuridicum potest institui, & ei relinqui, & vltimis voluntatibus defunctorum est fauendum. hoc d. secundum Saly. Vel sic. Collegia ecclesiastica sunt appellata licita, & potest eis in testamento relinqui, & valet relictum, si aliquis defectus non subest. Paul. de Cast.

Imp. Constantin. ad populū.

LEX PRIMA.

HAbeat[a] vnusquisque[a] licentiam, sanctissimo catholico, venerabiliq; concilio[b] decedens bonorum, quod optauerit, relinquere: & non sint cassa[c] iudicia eius. Nihil[d] enim est quod magis hominibus debeatur, quā vt supremę voluntatis, postquā[e] iam aliud velle nō possunt,[f] liber sit stylus,[g] & licitum, quod iterum non redit arbitrium.[h] PP. V. Non. Id. Romæ. Crispo II. & Constanti. II. Cæs. Conss. 321.

Contractus non debet fieri in ecclesia. h. d. secundum veriorem lectu. Baldus. Vel sic. Humana corpora non debent sepeliri cum corporibus Sanctorum Martyrum. Vel sic. Humana corpora non debent sepeliri in ecclesiis. Vel sic. Laici non debent sedere cum clericis in choro. h. d. secundum Salyc.

Imp. Gratia. Valentinianus, & Theodosius AAA. Pancratio Præfec. vrbi.

LEX II.

NEmo[i] Apostolorum, vel martyrū[k] sedem,[l] humanis corporibus existimet esse concessam.[m] P. III. Cal. Aug. Hera. Euchario, & Syagrio Coss. 381.

Martyrum corpora, & ecclesiæ nō sunt in commercio hominū. h. d. secundum Bal.

Impp. Hono. & Theod. AA. præf. vrbi al. PP.

LEX III.

NEmo Martyres[n] distrahat,[o] nemo mercetur.[p] Dat. III. Cal. Mar. C. P. Honor. MP. & Euodio Cons. 386.

Numerus taxatus in ecclesiis præsumitur taxatus secundū facultates ecclesiæ: ideò non excedendus. vnde recepti supra numerum non habent iura, nec priuilegia aliorum canonicorum. hoc d. secundum Bal. Vel sic: In ecclesia non debet esse maior numerus, quā patiantur facultates ipsius. Et si sint aliqui vltra numerum, debet expectari, q̄ moriantur: & in loco eorum debent substitui. Itē recepti vltra numerum, etiam per suffragia potentium, non gaudent priuilegiis eorum, qui sunt intra numerum, quę priuilegia videntur in fauorē ecclesiæ cōcessa. h. d. secundū Pau. de C.

Iidem AA. Nycæ. PP.

LEX IIII.

NOn plures, quàm nongenti[q] quinquaginta decani[r] sacrosanctæ huius amplissimæ[s] vrbis deputentur ecclesiæ:[t] nullique his[u] addendi, vel mutandi, vel in defuncti[x]

a Habeat vnusquisque.] habilis ad testandū.

a Aduerte, q̄ non omnes inhabiles ad testādum de iure cōmuni, de quib. per Glo. in l. si queramus ff. de test. sunt inhabiles in casu istius legis, vide Bar. hic in repetitione ver. de psona relinquētis, Abbatem super rub. ex. de test. versic. sed nunc quęritur.

b Concilio] siue monachorum, siue clericorum. & idem cuicumque corpori licito tamē, vt ff. ad Trebel. l. omnibus. & de l. 1. l. si hæres, §. vicis. & inf. ad Trebel. l. 3. ADDITIO. Quid si relinquat vni de collegio? quid si prælato? quid si ecclesiæ? vide hic per Ioā. Fabrum in Breuiario.

c Non sint cassa] Ob hoc ipsum, q̄ relictū est ecclesię, vel simili collegio, si modo alia rōe b sit vallatū testamētum, vt ĵ. eod. l. generali. & ĵ. tit. 1. l. si qs presbyter. & in Auth. de san. episc. §. si qua mulier, collat. 9. & ĵ. de inoff. test. l. si qn. in prin. aliàs verò si alia ratione deficit, non valet, vt ff. de lega. 1. l. nemo potest. & de admin. tut. l. quidam decedens, in princ. & de condi. Insti. l. quidā in suo, in princ. & inf. vt in pos. lega. l. scire, in fi. & ff. ad Trebell. l. sed sciendum. & ff. de inoff. testam. l. Titia.

a Ex libro 29. tit. 2 l. 1. 2. C. T. & hanc legē repetijt And. Lessetus, q de vario eius intellectu differit.

b Puta solemnitate legali: quā lato. post Bart. non requirit in hoc casu, pōderans dictionem liber.

d Nihil enim.] fauemus relicto gratia eius, cui quid relinquitur, vt dictum est: qui & testantis gratia fauorabile est relictū: vt sequitur.

e Post quam.] scilicet voluntatem.

f Non possunt.] morte superueniente.

g Stylus.] id est dispositio in scriptis.

h Arbitrium.] sine scriptis. Sed cōtra est huic legi, ĵ. de Iudęis l. 1. & de hære. instit. l. collegium. Sed illud in illicitis, quibus non potest relinqui, licet possit cuilibet singulariter de collegio, quando nō est prohibitum ratione sectæ, vel quia non est à lege, vel à Senatu, vel à Principe approbatum, vt ff. de reb. dub. l. cum senatus, ff. de colle. illi. l. illicitum arbitrium. Alia ratio firmi potest. inf. de Iudæis, l. nemo 2. Accurs.

NEmo.] Plana est. Vel pone casum tribus modis, vt no. in glos. seq.

i Nemo Apostolorum.] vel aliorum sanctorum ecclesias, vel reliquias. Quid ergo si ĵ factum fuerit? Respon. extra ordinem punietur, vt ff. de pœnis. l. sanctio legum. Item nihil valet quod agitur, infra de leg. & consti. l. non dubium.

NEmo.] pone casum duob. modis, vt no. in glos.

n Martyres.] id est ecclesias Martyrum. Vel dic id est reliquias.

o Distrahat.] id est vendat, vel aliorum sanctorum ecclesias. vel reliquias. quid ergo, si cōtra factū fuerit? Respon. extra ordinem punietur. vt ff. eo pen. l. sanctio legum. Item nihil valet. quod agitur, vt inf. de leg. & constit. l. non dubium.

c An ordinatus in ecclesia fieri possit, & tenere ant, item quid de iudicijs: vide c. decet in ver. processus, ext. de immunit. eccles. lib. 6.

p Mercetur.] i. emat.

NOn plures.] Pro casu huius l. diuide eam in tres partes. Primò dicit certum numerum esse in ecclesia constituendum. Secundo, quod nulli addantur, eligantur, aut substituantur, donec redeant ad dictum numerum, cum plures sint. Tertiò dicit, q̄ illi, qui sunt vltra numerum, non habeant priuilegium, quod habent intra numerum constituti.

d Dicit Bal. hanc gl. singularē, quod quādo lex vel statutum prohibet aliquid, non adijciēdo pœnam in contueniens, possit puniri arbitrio iudicis.

¶ Ex hac l. nota, q̄ priuilegia cōcessa clericis, censentur concessa, vel fauore ordinis clericalis, vel fauore ecclesiæ, ideò non pñt eis renunciare sm̃ Paulum.

q Nongenti.] cū fortè ibi esset maior numerus, & vltra facultates ecclesiæ.

r Decani.] Decanus dictus à decē, q a decē pest, sed tracta appellatione significat eos, q. dr̃ canonici.

s Amplissima.] s. Cōstantinopolitanæ.

* Decani erant mercatores & corpo ati, qui destinati erant faciēdis sumptib. vt apparet ex nouell. 43. & 59. Licet aliter sentiat Alcia lib. para 1. cap. vlt.

t Ecclesiæ.] scilicet Constantinopolitane. & sic est hæc lex localis, sed idem est hodie, & in alijs ecclesijs, vt pro facultatibus ecclesiæ constituantur, vt ĵ. tit. 1. l. in ecclesijs. & in Auth. de mensura ord. cle. colum. 3. & in Auth. quomodo opor. episco. §. ideo neque, col. 1. & extra de vita, & honesta. clericor. c. quoniam, vt ait scriptura. & in Auth. vt deter. sit num. cler. colum. 1. in princip.

u His.] nongentis quinquaginta. Accurs.

x Defuncti.] qui erant vltra numerum, debent venire ad numerum.

Valeat

a *Pateat copia*. Donec perueniatur ad hunc numerum. sic & sup. de aduo diuer. iudicum, l. petitiones.

b *Nulli alij* quasi dicat, qui vltra prædictum numerum in ecclesia fuerint incorporati id est in eo corpore assignati, non habeant immunitatem, idest, priuilegium.

bus casibus vno ad necessitatem, altero, si ad publi. vtilitatem, vt l. ad instructiones, s. iubemus nullam, & l. neminem inf. eo. Rerum vero ordinariarum subit præter superindictum, quod est ordinarium, vt inf. de ind. l. 1. lib. 10 & de excu. tu. l. vlt. & de mu. pa. l. professio & l. enam, lib. 10. Secus si extraordinarium, vt hic, nisi vt modo dixi, in alijs hoc in prouincialibus dixi, vbi alij scilicet laici regulariter omnia subeunt, à personalibus autem facilè quis excusatur, vt per toti. de vaca. mu. & de iur. immu. inter quos notanti differentiam, vt in rubri. de iur. immunit. Sed primum non euitant, vt ff. de vac. mu. l. sunt munera. cum concordant. nisi speciali beneficio Principis, vt ibi, & inf. de ijs, qui à principe va. l. 1. 10. vel vete is iure scripta, vt inf. titu. 1. l. 1. & ff. de mu. & ho. l. munerũ, nec l. a. patrimoniorum, & est abuti nomine in d. l. sunt munera.

c *Per patrocinia*. id est auxilia aliquorũ. quæ priuilegia habẽt alij intra numerum constituti. Vel dic, si quis fuit in incorporatus per patrocinia alicuius, non gaudet immunitate, qua gaudent alij intra numerum cõstituti. & patrocinia, vel præcedentia, vel sequentia determinat. Et dic per patrocinia, id est adiutoria aliorum.

d *Immunitate*. idest priuilegio.

e *Nouationis*. quidam habent nouationis, scilicet introducẽdo nouitatem aliã, quã hæc lex dicat, ad vendicanda similia, & alij habent nouationi, id est eis, qui de nouo admittũtur vltra prædictum numerum.

f *Similia*. s. priuilegia.

g *Iis*. scilicet priuilegiis. Accur.

h *Indulta sunt*. sic ergo priuilegiũ clerico concessum præsumitur ecclesiæ concessum, quod & ad alias acquisitiones trahi potest, vt inf. ti. 1. auth. licentia.

locum substituendi pateat[a] copia, nulli alij[b] corporatorum præter dictum numerũ per patrocinia[c] immunitate[d] concessa, negataque omni nouationis[e] facultate similia[f] vindicandi ijs,[g] quæ in honorem, vel necessaria obsequia sacrosanctæ ecclesiç indulta[h] sunt. Dat. 8. Calend. Septem. Eudoxius, Honor. A. viij. & Theodos. Ian. conss. 409.

A sordidis muneribus, & superindictis, & etiam ab extraordinariis ecclesię sunt immunes, pœna excommunicationis, & perpetui ex illis cõtrafacientibus imminente, hoc dicit secundum Sal. Vel sic. Ecclesia nullum onus agnoscit, nisi ordinarium, & propter subitum aduentum Principis, hoc dicit, Iac. Bu.

Ijdem AA. Melitio PP.

LEX V.

Placet[x] rationabilis consilij tenore perpenso[i] districta moderatione præscribere,[k] à quibus specialiter necessitatibus[l] singularum vrbium[m] ecclesiæ habeantur immunes. prima[n] quippe illius vsurpationis[o] contumelia depellenda est, ne prædia[p] vsibus cœlestium secretorum dedicata[q] sordidorum[r] munerum[s] fœce vexentur, nihil extraordinarium[t] ab hinc,[u] superindictum vel[x] flagitetur, nulla[1] † translationum[y] solicitudo signetur.[z] Postremo, nihil præter canonicam[2] †[a] illationem,[b] & quam[c] aduentitię necessitatis[d] sarcina repentina poposcerit, eius functionibus[e] adscribatur: Si quis contrauenerint,[f] post debitæ vltionis acrimoniã,[g] quæ erga sacrilegos[3] † iure promenda est, exilio deportationis perpetuo subdatur.

Interpretatio canonis, vel statuti, de cuius mente dubitatur, pertinet ad conditio-

1 † *al. trãslatione.*

2 † *Alias, Ecclesia teneatur ad ordinarias praestationes, nec ...cet abuti nomine ecclesia extra... nonam cã. Nouel. 37. Gub.*

3 † *Sacrilegium committit, qui immunitatem Ecclesiæ violat. Dionys. Lib... thoff.*

t *Extraordinarium*. idest extra legitimũ canonẽ, vt puta princeps filio sibi nato, vel vxore ducta præcipit subditis, vt sibi conferant aliquid puta aurum, vel argentum, vel forte vnum bouem, quia facit magnum festum & magna conuiuia pro filio sibi nato, vel vxore ducta.

u *Ab hinc*. ab hoc tempore in antea. Et dic extraordinariũ. i. extra legitimum canonem, vt quia principi sit natus filius, vnde collectam facit.

x *Superindictum* i. super impositum ab Imperatore tempore necessitatis, sed cuiusmodi est ecclesiæ priuilegium, cum à nullo sit exigendum, vt inf. lib. 10. de superindictis, l. 1. Respon. à nullo exigitur sine authoritate Principis, ab ecclesia autem & cum Principis authoritate non licet exigere, & est ordinarium, vt in l. 2. de ind. li. 10. dicitur. Accur.

y *Translationem* i. non timeat ecclesia, nec sit solicita, quod transferatur in fiscum prędium ob cessationem tributorum et debitorum. Sed contra infra tit. 1. l. de his, Sol. ibi de prædijs clericorum hic ecclesiæ Alij dicũt, quòd de iis prędijs dicit, ex quibus peruenit corpus Christi.

z *Signetur*. idest depetetur.

a *Canonicam*. canon, i. regula. inde canonica, i. regulari, ut quando nascitur filius Principi, uel facit aliũ militẽ vel facit nuptias. Etiam dicitur canonica, quæ uel pro capitibus animalium, uel seruorum, uel pro rebus suis præstat collectam. Sed nõne hospitis recipiendi est canonica, & patrimonialis, & sic contra inf. l. 1. l. 1. Sol. ut ibi. Item hęc corrigitur, ut in consti. Fride. item nulla communitas inf. tit. 1.

b *Illationem*. idest ordinarium tributum.

c *Quam aduentitia*. Repe & preter. similis lectio est ff. de adop. l. si arrogator, §. 1. Si autem illud quam, refertur ad canonicam illationem, falsum esset, quia quod hæc sarcina poscit, non est canonicum, sed extraordinarium.

d *Necessitatis*. i. nisi Imperatorem ad eas partes uenire contigerit, & ei aliquid necessarium fuerit, vt inf. eo. l. neminem

e *Functionibus*. i. prestationibus, uel solutionibus. ut ff. si cert. pet. l. 2. §. 1.

f *Contrauenerint*. qui exegerit quod non debuit.

g *Acrimoniam*. i. excommunicationẽ, quę sic dicta est quia à gremio matris ecclesię eiciantur excommunicati.

Placet Hæc lex septem dicit. Primo pollicetur quæ munera subeat ecclesia, vel non. Secundo excusat eam à sordidis. Tertio ab extraordinarijs. Quarto à superindictis. Quinto à translatione prædij in fiscum. Sexto generaliter à quolibet, præter duo. Vltimo ponit.

Ex hac l. no. quod oia dẽt facere Princeps cum consilio suorum Baronũ & sapientũ, facit l. non dubiũ inf. de legi. l. au.

i *Perpenso*. vt neque respublica nimis oneretur, & quod honor ecclesijs exhibeatur. Ir.

k *Præscribere*. idest perfectè scribere.

l *Necessitatibus* personarum, vel rerum.

m *Vrbium*. extra Italiam, nam in Italia omnes sunt priuilegiatæ, vt inf. ut. de his.

n *Prima*. à sordidis, ab extraordinari. s. à superindictis, à trãslatione est ecclesia immunis. Et dic vsurpationis, quo ad ecclesiam, non quo ad alios.

o *Vsurpationis*. idest iuste exactionis, vt infra titulo 1. l. 2. in princip.

p *Prædia*. scilicet ecclesiarum.

q *Dedicata*. id est ex quorum fructibus fit eucharistia. si autem ad hoc non sint designata, aliud est, vt infra de exac. trib. l. finali, lib. 10. quæ est contra. Vel dic, quod ibi erant diuina prædia, id est patrimoniũ Domini Imperatoris, non autem ecclesiæ. illa quidem possunt fieri fiscalia, vel ibi non de sordidis.

r *Sordidorum*. calcis coquendę, vel arenæ fodiendæ, custodia aquæductus, calefacta balnei, vt ff. de mu. & hon. l. munerum 2. §. inter personalia.

s *Munerum*. Quasi sit munus. dic vt ff. de verborum significat. l. munus, 1. & 2. Munerum alia angaria, alia parangaria, alia rerum, vt ff. de muner. & ho. l. munerum. Prima duo non subit ecclesia, vel ecclesiastici, vt infra titulo primo, lege secunda. §. ad parangariam, & l. presbyteros, & nęc possunt dici sordida quo ad ecclesiam, vt hic, nisi in duo

vel acrimoniam sic dictam, quia eos arcet.

Deportationis. i. lib. 1. l. si ecclesiæ. Solut. ut hi. Et potest hic distingui, ut in summa. Azo

OMni innouatione. CASVS. Hæc lex dicit, quod cessante omni innouatione, seruentur antiqui canones facti pro ecclesiis, sed si quid dubitationis emerserit circa dictos canones, terminetur consilio Antistitis, Constantinopol.

a *Omni innouatione*. quæ fortè erat facta ab aliquo tyranno nouatio, quæ canones deserebat esse in usu.

b *Vetustatem*. id est priuilegia.

c *Canones*. qui desierunt esse in usu, & innouati sunt per priuilegium.

d *Emerserit*. super his antiquis canonib.

e *Non absque*. inter positio est.

f *Antistitis*. id est Patriarchæ.

g *Quæ*. vrbis.

h *Prerogatiua*. ergo contra sup titu. l. 1. l. victores, c. Athas, nos reddentes, in me. a. col. vbi dicit in omnib. seq. tepp. beatitudinis vestræ. Sed ibi in ecclesia, quod subsit, hic in ciuitate quod non subsit. Et facit ad hanc legem infra de leg. & consti. l. humanum. ff. de fideicom. libe. l. itaq; & ff. de præto. stip. l. 1. prætoris, & ff. de ap. ab executio. ne, i. pro. & inf. de pri. vrb. con. l. 1. l. xj.

i. *Sacerdotali*. Episcoporum.

k *Iudicio*. interpretatio non absq; &c.

l *Reseruari*. In prima parte huius l. confirmat canones datos ecclesijs orientalib. qui erant ante decretum. Secunda plana est.

AD instructiones. Hæc lex plana est, ideo pono casum per templum.

m *Ad instructiones itinerum*. pro quolibet itinere faciendo, lib. non, sed pro illo, scilicet publico, quod publicè transitur.

n *Pontiumque*. de nouo faciendo, vel reficiendo eum.

o *Diuinas*. nostras similiter, & hic præter ea, & facit inf. de priuileg. dom. Aug. l. ab instrumentis. & c.

p *Titulo*. ar. eo nimus ciuitati, l. Resp. inf. de quib. mune. ne l. 1. excusa. l. 1. lib. 10. †

q. *Ad sordida munera*. de anno. & tri. l. 1. lib. 10.

Quomodo leg. & stellig... beat hæc l. vide l. can. ij ne... necessarios non alias, no. ... ad Sal. a † Et decit in C. Th.

rem, & canones sunt in seculari foro seruandi, hoc dicit secundum Bal. Vel sic. Innouata contra canones hic inualidantur, & eius est interpretari cuius est condere, vel conditæ rei auctoritatem impertiri, hoc dicit. Ibi, antistitis, qui prædictos canones fecerat una cum Imperatore, vel de eius licentia, secundum Iacob. Butrium.

b Idem AA. Philippo. PP. Illyrici. LEX VI.

OMni* innouatione[a] cessare, vetustatem,[b] & canones[c] pristinos ecclesiasticos, qui vsque nunc tenuerunt etiam[k] † per omnes Illyrici prouincias seruari præcipimus, vt si quid dubitatis emerserit,[d] id oporteat (non absq;[e] scientia viri reuerendiss. sacrosanctæ legis antistitis[f] ecclesiæ vrbis Constantinopolitanæ, quæ[g] Romæ veteris prærogatiua[h] lætatur) conuentui sacerdotali,[i] sanctoque iudicio[k] reseruari.[l] Dat. pri. Id. Eust. & Agn. Cons. 421.

Ecclesiæ tenentur conferre & contribuere ad refectionem pontium, & viarum, hoc dicit secundum Bald.

Iidem AA. Asclepindo. L. VII.

AD instructiones[m] [n] itinerum, pontiumque[n] etiam diuinas[o] domos, & venerabiles ecclesias tam, laudabili titulo[p] libenter adscribimus,[q] quia non est inter sordida munera numeratum. Dat. 15 Cal. Mart. C.P. Asclepia. & Marc. Cons. 423.

Munus capitationis Thessalonicensis ecclesia non cognoscit, sub prætextu tamen sui priuilegii non debet committere fraudem, hoc dicit secundum Bal. Vel sic. Ecclesia sub prætextu priuilegii sibi concessi non debet priuatos à muneribus defensare, hoc dicit secundum Sal.

Imp. Carus[a] † Isid. PP. L. I.

SAcrosancta[r] Thessalonicensis ciuitatis ecclesia aperte sciat, propriè[s] tantummodo capitationis[t] modum beneficio nostri numinis subleuandum:[u] nec extraneorum[x] grauamine[y] tributorum[z] rempublicam ecclesiastici nominis ausione[a] lædendam. D. Victo. Oct. C. D. Victore. V. consul. 224.

Implens diuinum officium solo nomine non debet gaudere priuilegio clericis concesso imò alius debet subrogari loco eius de voluntate tamen Primatis illius, h. d. Sal. Vel sic. Qui non seruit ecclesiæ, vel fingit se esse clericum, cum non sit, non debet priuilegio clericorum gaudere, si deius loco est alius subrogandus, h. d. secundum Iac.

Impp. Theod. & Valentinia. AA. Cyro. P. vrb. L. IX.

QVi sub[a] † prætextu[b] decanorum, seu collegiatorum, cum id munus non impleant alius se muneribus conantur subtrahere,[c] eorum fraudibus credimus esse obuiandum,[d] ne quis sub specie muneris,[e] quod minus[f] exequitur, alterius muneris oneribus releuetur, ne argentariorum, vel nummulariorum munera declinentur ab ijs, qui dici tantummodo[g] collegiati, vel decani[h] festinant. Ideoque, si quis eorum, sub nudæ appellationis velamine collegiatum, seu decanum se appellat, sciat pro se aliud subrogandum, qui prædicto muneri[i] sufficiens approbetur, subrogatione[k] videlicet loco memoratorum, uel

SAcrosancta. CASVS. Dicit hic Imperator, quod ecclesia Thessalonicensis excusatur à tributis, & hoc beneficio speciali, ita tamen, vt res aliorum non dicat suas, ne sic fraudet fiscum.

r *Sacrosancta*. hæc lex localis est.

s *Propriè*. tantummodo, ergo in ea speciale est, quod non præstat tributa in aliis contra, vt infra, de exac. tri. l. 6. lib. 10. & sup. eo. l. placet. a † Aliàs facit inf. de anno. & tribu. lege finali, libro 10.

Imp. The. A. Isidoro I. P. Illyri. C. Th.

t *Capitationis*. omnium, vel animalium, quia fiebat pro quolibet capite animalis, vel hominis soluebatur aliquid.

u *Subleuandum*. ab ea.

x *Extraneorum*. id est aliorum.

y *Grauamine*. quia grauamen esset Reipu. si non haberetur ab alijs, extraneis.

z *Tributorum*. quæ extra ordinem debent impendere.

a *Ausione*. quia diceret ecclesia, hæc, prædia mea sunt, cum non sint.

QVi sub prætextu. CASVS. Laicus quidam fecit se eligi in canonicum S. Petri, vt euitaret munera laicorum, an euitet? R. Imperator, quod non, imò alius canonicus eligatur, qui videatur idoneus Episcopo, & Primatibus ecclesiæ illius.

b *Qui sub prætextu*. i. velamine, cum id, quod ad decanos spectat, non impleant, cum nesciant officium.

c *Subtrahere*. quod faciunt laici.

d *Obuiandum*. non enim prætexto licito debet venire ad illicitum, vt hic, & ff. de vsu. pu. t. lege prima §. si quis, & de offic. præf. in lege illicitas, & in auth. vt iud. sine quoque suf. § quod autem penitus collatio. 2.

† Hac lex non pertinet ad eum, qui se fingit clericum non enim se decanum mentien, alius subrogari pôt, cum nun sic decan. Sensus est Non sufficientè Ecclesiæ priuilegio ti ... loco aliû subrogan. Dionysi. Goth.

e *Muneris*. vt munera laicorum.

f *Minus*. id est non.

g *Tantummodo*. & non sunt.

h *Decani*. & non sunt, quia illud officium non faciunt.

i *Muneri*. quod ad decanos, uel ad collegatos spectant.

k *Subrogatione*. scilicet facienda, in locum memoratorum.

Qualiter hæc lex sit intelligenda ... ad ... munera ... in ... tributo ... ec. de ... nis eccle.

An clerici tenerantur ad custodiam ... vide ... c. ... ibi no. per ... de ... mma ... sit.

Fa-

eorũ [a] qui moriũtur, primatũ [b] eius, qui subrogat, admissa [c] iudicio: [d] ab hac dispositione [e] nemine se excusante, [1] † sacrosãctarũ ecclesiarũ reuerentia. Dat. 10. Cal. April. Theo. 18. & Festo Coss. 439.

Negligẽtia Prelati nocet ecclesiæ: & rescriptum contra publicam vtilitatem impetratũ est ipso iure nullum. h.d. secundum Bald. Vel sic: Nauis ecclesiæ non excusatur ab onere ferendarum rerum, vel personarum ex Repub. Et illa, quæ subtrahitur publicatur. hoc d. secundum Bar. Vel sic: Nauis ecclesię nõ excusatur ab onere ferendarum rerum, vel person.arum pro Republica, & illa quæ subtrahitur, publicatur. h.d. secundum Pau de Cast.

Ijdem AA. Florentino. P.P.

LEX X.

IVbemus [a] nullam nauem vltra [f] duorũ milliũ modiorum capacẽ ante [g] fœlicem embolá, [h] vel publicarũ specierũ [i] transuectionẽ, aut priuilegio dignitatis, [k] aut religionis [l] intuitu, aut prærogatiua [2] † personę [m] publici [3] † vtilitatibus subtractã [n] excusari posse, nec si cœleste [o] contra [p] proferatur oraculum, [q] siue annotatio [r] sit, siue diuina pragmatica sanctio, prouidentissimæ legis regulas excusare [s] debebit. Quod et [4] in oĩbus causis cupimus [5] † obseruari, vt generaliter, si quid huiusmodi [t] contra ius, vel vtilitatẽ publicã in quolibet negotio proferatur, non valeat. [u] Quicquid enim in fraudẽ istius legis quolibet modo fuerit attentatũ: id nauigij, quod excusatur, publicatione corrigimus. [x] Dat. Theodos. A. 17. & Festo Cons. 439.

Ante fœlicem embolam nullus ab angariis, & parangariis, etiam si sit ecclesia, excusatur. h.d. secundum Bal. Vel sic: A muneribus incumbentibus propter Principis expeditionem res ecclesiæ non sunt immunes. h.d. secundum Pau. de Castro.

Ijdem AA. ad Taurum. PP.

LEX XI.

NEminem ab angarijs, [y] vel parangarijs, [z] vel plaustris, vel quolibet munere excusari præcipimus, cum ad fœlicissimam expeditionẽ nostri numinis omnium prouincialium per loca, qua iter arripimus, debeant solita nobis ministeria exhiberi, licet ad sacrosanctas ecclesias [6] † possessiones pertineant. Dat. 13. Cal. Martij. C.P. Valen. A. V. & Anato. Coss. 440.

Priuilegia concessa clericis confirmantur. Leges contra ipsos tolluntur. Eleemosynæ debentur. h.d. Vel sic: Priuilegia ecclesiarum confirmantur: inducta in contrarium tolluntur: & eleemosynæ cõsuetæ dari iubentur. h.d. secundũ Pau. de Ca.

6 † *Ecclesia ab oneribus expeditionis nõ excusãtur.* 5. *Feloz. 1. cap. 7. l. 9. ĩf. de quibus mu. l. 3 infra de ver. publ.*

Eorum.] repete in loco.
Primatum.] genitiui casus pluralis numeri.
Admissa.] si enim monachum Sancti Proculi, monachi sancti Fœlicis volunt eligere, vel in monachũ, vel in decanum, debebit iudicium abbatis Sancti Proculi interuenire, & consensus eius, qui est primus subrogandi. Si verò districtiorem habitũ vellet eligere, posset etiã sine cõsensu Primatis. Itẽ no. q per legem istã excluditur à professione quicunq; munus refugit occasione religionis. & facit ad hãc l. in auth. de sanctis. episc. §. si monachus, col. 9. & inf. de collegiatis, l. vnsa. li. 1. & inf. de anno. & .fin. lib. 10.
d *Iudicio.*] id est habita licentia.
e *Dispositione.*] i. lege.
[I]*ubemus.*] CASVS. Hæc lex tria dicit. Primò, q in aduentu fœlicis embolæ, i. cũ milites Romani, qui pp superabundantiã militũ mittebãtur in exercitũ, nullus poterat nauem suã capacem vltra duorũ milliũ modiorũ excusare pro rebus specieb. aut armis portandis, siue reportãdis ad expeditionẽ exercitus, & hoc quocunque priuilegio, aut dignitatis, seu pietatis fauore. Secũdò dicit, q si quis impetrauerit à Principe rescriptum, cũ annotationẽ, aut pragmaticã sanctionẽ, vt nauẽ suã possit excusare, q nõ valet, quia tale rescriptũ p fraudẽ psumit impetratũ. Tertio dicit, q si quis suam nauẽ in aduentu fœlicis embolæ excusauerit, illa nauis dẽt publicari in fiscum, & ita id nauigij, qđ excusat, publicatione corripit. No. ex hac l. in ver. nec si cœleste, quod rescripta impetrata cõ publ. vtilitatem non valent: nec est eis obediendum, q intellige, et si contineant clausulam, non obstante aliqua lege, vel statuto. Paulus hic.
f *Vltra.*] scilicet quantitatem.
g *Ante.*] id est contra.
h *Embolam.*] id est militum superabundantiam. * nam tot nascebantur in vrbe Romana, quod propter nimietatem oportebat aliquos alibi transmitti. sic & dicitur annus embolismus, scilicet annus superexcrescens.
i *Specierum.*] vt annona, vel arma.
k *Dignitatis.*] quia sit episcopi.
l *Religionis.*] quia sit Ecclesiæ. Accurs.
m *Personæ.*] quia sit Marchionis.
n *Subtractam.*] de facto, & non de iure.
o *Cœleste.*] id est Principis, qui est quasi Deus; Cœlestis enim Deus in cœlis est: ita Princeps in terris.
p *Contra.*] id est in contrarium.
q *Oraculum.*] id est rescriptum.
r *Annotatio.*] rescripta oĩa põt dici oracula. aliàs annotatio, vt q̃ fit paucis adhibitis. alias pragmatica, vt quę aduocatis patricijs, & palatinis in modũ causæ facta examinatione conceditur. & hęc oĩa põt dici oracula.
s *Excusare.*] aliàs expurgare. i. excludere.
t *Huiusmodi.*] s. annotationib. vel pragmaticis sanctionibus.
u *Non valeat.*] vt ĩ. si cõ ius, vel vtilitatem pub. l. fi. & ĩ. de prec. Imperat. offerẽ. l. nec damnosa. Accurs.
x *Corrigimus.*] illud delictũ corrigimus. No. ecclesiam in hoc casu pati damnum p factũ prelati. sicut & aliàs, vt in Auth. vt cũm de ap. cog. §. si quis de pdictis, col. 8. & in Auth. de san. epis. §. si quis rapuerit, col. 9. Vel dic, q administratores ab ecclesia conueniẽt: quia delictũ est psonæ, nec dẽt redundare in damnum ecclesię. 16. q. 6. c. si episcopum. & arg. ĩ. eo. l. iubemus. 2. œconomus. sic & in tutore, vt ĩ. de iud. l. properãdũ, §. si verò causæ, & ĩ. vnde vi. l. meminerint. & ff. de eo p quẽ fa. erit. l. fi. 2. resp. Vel dic tertio, qđ delinquẽdo põt ecclesia conditionem suã facere deteriorẽ, nõ habendo super alienationibus immobilium, vel quasi mobiliũ, vt in minore 25. ann. patet. Sed nõ damnificat ecclesiam vnius clerici pactum, vel delictũ, vt dictum est in tutore. sed omniũ delictum. & sic loquit hæc lex.
N*eminẽ.*] CASVS. Imperator facit transitum p aliquam prouinciam, vel aliqua loca, & mandat, q omnes coloni prędiorum reficiant viã, vel quod exhibeant plaustra sua. nunquid ab istis muneribus, angarijs, & parangarijs excusabuntur coloni ecclesiarum? Certe non: cum pertineant ad publicam vtilitatem. Viuianus.
y *Angarijs.*] quæ sunt in operis personarum. Irn.
z *Parangarijs.*] in quibus vtrumque vertitur, scilicet operæ personarum, & rerum impendia. sed contra infra titu. 1. l. 2. sed ibi solue. Item excipe ab hac l. milites, & veteranos, vt ff. de mun. & hon. l. fin. & penult. & facit inf. de curiosis. l. nullus 2. lib. 12. & infra de quibus mu. vel præs. nc. l. 1. lib. 10. an ergo quod accepit gualdam. i. exercitus Imperatoris, iuste alienetur ab ea? quod videtur, vt hic, arg. ff. de l. Rho. de iac. l. 2. §. 2. in fi. vbi dicit communicandum tempore necessitatis. Item quod filij Israel accipiebant spicas alte-

alienas.6.q.3.c.scripsit, de consec. dist.5. c. discipulos. Item & omnia sunt principis, in authen. quomodo opor. episco. §. illud quidem, col.1. & j. de quadri. præ. l. fin. & ff. de iudi. l. nō alias, §. fi. & ff. de verb. obl. l. si stipulatus fuero per te. a Sed cōtra dicas, quia nō valet alienatio, quia debent illi de exercitu se præmunire. & si quid deest, a communitatib. terrarum debent exigere. nec enim inde iniuriarum, &c. vt inf. l. meminerint.

¶ Tlaniters.] in reb. tantum, siue pe. suis, sed impendio success.

a Istæ tres leges alle. in glos. sic inducūtur sm Barto. hic, quod licet dño, & eius familiæ, vt l. nō alias. & l. si stipulatus, al leg. gl. sed imperator potest lici të accipere: qñ omnia princi pi esse intelligunt, vt l. fi. in glo. alleg. ergo licet eius famil.

1 † Canones, vbi agitur de re ecclesiastica, iure ciuili præferenda. Gothof.

2 † Eleemosynæ consuetæ præstādæ sūt, & ex consuetudine, q. & quantę sint, apparet l.14. §. 1. ff. de alimen. Dionysius Gothof.

PRiuilegia.] CASVS. Hæc lex tria facit. Primo confirmat priuilegia concessa ecclesijs. Secundo reuocat, quæ ambitiosè contra sacros canones sunt statuta. Tertio salaria ecclesijs de publico consueta præstari confirmat. Secunda ibi, Omnes. Tertia ibi, Quia, &c.

¶ No. ex hac l. q vbi lex est contraria canoni, debet seruari canon, & non ius ciuile. circa quod dic, vt per Bald. hic.

a Priuilegia.] consti tutionibus nostris, & aliorum posita.

b Retro.] ante nos.

c Principes.] catholici

d Custodiri.] priuilegia ecclesijs concessa confirmat, vt j. ti. 2. omnia. & 1. de legib. & constit. Accur.

e Pragmaticas.] factas à quocunq infido, vel tyranno principe.

f Ambitionis.] vt quia princeps ambit aliquid reuerentiæ, vel honoris.

f Ambitionis.] quod est præsumendum, vt in authen. hic posita. Succumbit ergo lex canoni, vbi est ei cōtraria, vt hic, & in auth. vt cle. apud pro. epis. §. si. col. 5. & in auth. vt determ. sic. nu. cle. §. fi. col. 1. & in auth. hic posita, quæ sic incipit, cassa & irrita &c. quæ eadē confirmat, & pœnas imponit.

Imper. Valentin. & Martianus A A. Palladio PP.

LEX XII.

PRiuilegia, [a] quæ generalibus constitutionibus vniuersis sacrosanctis ecclesijs orthodoxę religionis retrò [b] principes [c] præstiterunt, firma, & illibata in perpetuū decernimus custodiri. [d]

¶ Omnes sanè Pragmaticas [e] sanctiones, quæ contra canones [1] † ecclesiasticos interuentu gratiæ, vel ambitionis [f] elicitæ sunt, robore suo, & firmitate vacuatas cessare præcipimus.

¶ Et quia humanitatis nostræ est egenis prospicere, ac dare operā, vt pauperib. alimenta non desint, salaria [2] † etiam, quæ sacrosanctis ecclesijs in diuersis speciebus [g] de publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quoque inconcussa, & à nullo prorsus imminuta præstari: [h] liberalitatiq; huic promptissimę [i] perpetuam tribuimus firmitatem. D. Aetio, & Gaudio cons. 454.

[l] Statuta contra libertatem ecclesiæ, vel ecclesiasticarum personarum, ipso iure sunt nulla, & debent abradi de volumine Statutorum, & puniuntur contra facientes. hoc dicit & ista auth. non ponit ius nouum, nisi in additione pœnarum. Bartolus.

CAssa, & irrita esse denūciari per totam Italiam [k] præcipimus omnia statuta, & consuetudines contra libertatem Ecclesiæ, eiusque personas inductas aduersus canonicas, & [3] † Imperiales sanctiones, & ea de capitularibus [l] penitus aboleri mandat noua constitutio: [m] & de cætero similia attentata, ipso iure nulla esse decernit. Si quid contra fiat, pœnæ, quæ statutæ [n] sunt, imminebūt: Sed si per annum [o] huius nouellæ constitutionis, aliqui inuenti fuerint contemptores bona eorum per totum nostrum Imperium impunè ab omnibus occupentur.

Iure isto qualibet persona quantumcunq; dedicata de bonis suis poterat in vltima voluntate disponere. h. d. secundum Sal. vel sic: Omnes personæ etiam Deo dedicatæ possunt testari, & relinquere tam clericis, quàm quibuscunque personis. h. d. secundum Iacob. Butr.

Ijdem A A. Palladio PP.

LEX XIII.

GEnerali [p] lege sancimus, siue vidua, [q] siue diaconissa, [r] vel virgo Deo dicata, [s] vel sanctimonialis mulier, siue quocumq; alio nomine religiosi [t] honoris, vel dignitatis [u] fœmina nūcupata, vel testamento, vel codicillo [x] suo (quod [y] tamen aliàs [z] omni iuris ratione munitum [a] sit) ecclesiæ, [b]

statuta contra ecclesias, & si fiant, nullius sint momenti. Tertio ponit pœnam contra facientibus, & dicit, quod, si qui reperiantur per annum huius constitutionis contemptores, bona eorum publicabuntur.

¶ No. ex hac l. in princip. quod in ijs, quæ sunt nulla ipso iure, cadit cassatio, & irritatio, quod exponitur, id est cassa, & irrita fiant, vt in c. accedentes, ext. vt lit. non contest. P.

k Per Italiam.] vbi maximè fiebant. Si tamen & alibi in Romano Imperio hæc fiāt, eadem est æquitas: ergo idem ius, vt ff. de verb. obli. l. Titia, in fi. & ff. ad leg. Aquil. l. illud.

3 † Feudo

l Capitularibus.] id est libris statutorum.

m Constitutio.] scilicet hæc.

n Statuta.] in corpore: vnde sumitur illud parum.

o Annum.] ex quo fuit facta hęc constitutio.

GEnerali.] CASVS. Sanctimonialis, vel Deo dedicata mulier relinquere potest ecclesię, vel cuicunque voluerit iure institutionis, vel legati, vel fideicommissi in sua voluntate vltima solenni. Vivian.

¶ Not. ex hac l. quod qualibet vltima voluntas, et sine scriptura valet, sm Bal. hic.

p Generali.] dicitur lex generalis, q vbique est seruanda, vt inf. de temp. in integ. restitu. l. vlt. Vel dic eam generalem, vt dicit inf. de legat. & constit. l. 3.

q Vidua.] quia virū amisit. ff. de verb. sig. l. malum, §. viduam. & dic quod Deo se dedicauit.

r Diaconissa.] quę ministrabat olim sacerdoti. sed hodie nō est in Ecclesia Rom.

s Deo dicata.] vt puella, quæ nondum velum suscepit.

t Religiosi.] vt conuersa.

g Diuersis speciebus.] vt pane, vino, & similibus.

h Præstari.] licet certam quantitatem non adijciat Imperator in concedendo, tamen valet, sicut in annuo legato, ff. de an. leg. l. si cui annuum, & in legato ad viam reficiendam, vt ff. de lega. 2. l. quidam in testamento ita scripsit. Sed aliter in alio legato, & in alijs contractibus interviuos factis, vt ff. de verb. oblig. l. stipulatus, in princ. & de iur. do. l. cum post, §. gener. licet quidem idem.

i Promptissimę.] id est, quam sponte dedit.

CAssa, & irrita.] CASVS. Hæc constitutio tria dicit. Primò dicit, & præcipit omnia statuta cōtra libertatē ecclesiasticam esse cassa & irrita, eaq; deleri de libris statutorum mandat. Secundò præcipit, q de cætero non fiant

u Dignitatis.] vt abbatissa.

x Vel codicillo.] qui & sine scriptura fit, vt inf. de bo. lib. l. vlt. in princ. & in fi. huius legis ibi, siue non scripta, &c. No. hic in singulari numero codicillus, frequenter tamen in plurali profertur, vt ff. de verbor. significatio. l. non est sine liberis.

y Quod.] scilicet testamentum.

z Aliàs.] quasi dicat de hoc non curo, an fiat monacha.

a Munitum.] testium, & aliarum solennitatum, vt sup. eod. l. prima.

b Ecclesiæ.] generale nomen est, quæ verò sequuntur, specialia sunt. Sic contra, ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum, §. rupisse alios inquit lex.

Man-

Martyrio. i. ecclesiæ, vbi sunt reliquiæ martyrum. *Clero*. vbi est multitudo clericorum. *Monachis*. vbi est multitudo monachorum. *Pauperibus*. simul habitantibus, vel non. *Ex integro*. Rei. id est exceptis his facultatibus, quæ dicuntur a fra titulo 1. si quis presby. *Re*. id est quantitate, nam rei nomen generale est, vt ff. de reb. credit. & si cert. petat. l. 1. in fine. *Crediderit vel modis omnibus*: id est voluerit modis omnibus etiam extraneo relinquat, scilicet vtilitati eccle. Accur. *Fideicommisso*. vt quando est de tota. *Fidei*. restituendi. *Speciali*. scilicet si fideicommisso. *In posterum*. id est post hanc legem. *Submota*. permittit igitur hæc lex testari talibus personis, sed constitutio ingressi &c. prohibet in monachis. sed illa authen. si qua, distinguit & ideo sic per ordinem lege, ingressi &c. quia prior est ordine auth.

Ingressi. CASVS. Hæc authen. ... dicit. Primo, quod ingressi monasterium eo animo, vt ibi perpetuo maneant, se, & deo dedicant, & sic desinunt esse domini rerum suarum. Secundo dicit, quod qui per ingressum monasterij desierunt esse domini rerum suarum, amplius de illis testari non possunt.

Nota ex hac lit. in princip. quod in ijs, quæ fiunt nulla ipso iure, cadit cassatio, & irritatio, quod exponitur id est cassa & irrita fiant, vt in cap. accedens extra vt lit. non contesta. Paul. de Castr.

In Ingressi monasteria. vt sæculo renuncient tacitè, vel expresse, tacitè, vt si dedicent se, sed expressè si renuncient ibi que remaneant. quod est eo ipso quod fit monachus, non causa orandi tantum, vel amicum visitandi, vt in cor. authent. de monach. §. illud quoque colum. 1. ergo idem si quamlibet ecclesiam etiam sæcularem. si sæculo renuncient tacitè, vel expresse, & sic generaliter appellant vtramontani. secus si non renunciant sæculo ingredientes capellam, vel ecclesiam sæcularem, quia habent propria, vt in authen. de san. epis. presbyteros, colum. 9. & inf. titu. 1. l. sacrosancta.

Dedicant. idest transferunt, propriè enim quo ad se, vt infra taulo primo, l. quisquis mensis. sed impropriè quoad bona, vt ff. de pol. l. secunda in princip. sic & alias, ff. de offic proconsul. & le. l. secunda. Item quid si ex pacto aliquo retinuerint? Respondetur non valet pactum, & ingressus non vitiatur, vt ff. de hær. institut. leg. finali. si quis hæres institutus, & in authen. eodem, §. illud quoque. ibi, & non erit dominus &c. & quia cum est alterius iuris, non potest ipse aliquid habere, vt ff. de acqui. here. do. l. homo liber. sui sine & de se iudic. l. qui in seruitute, & facit l. præmissa arg. ff. de vsur. l. placuit. vt de cum concessus etiam ecclesiæ seculari se dedicat, non potest habere bona ratione prædicta. Idem si dedi me, & mea, nonne superfluo dicitur mea, cum enim dedicatione mea bona sint monasterij facta, non plus fieri eius possunt, vt ff. se acquirend. possess. l. §. ex pluribus. Respond. distinguitur quid præcedit, vt si me præcedit, superflue dicatur mea, si mea, ecclesia habebit bona expressa concessione, non tacita, vt arg. infra de pæc. cum tam superiori. Vel dic, quod etiam præcedat me, hi tamen statim sequatur mea, habet ecclesia bona ex concessione expressa, vt argu. ff. de no. l. cum enim. Item quid si ingressus non tenet, & in alijs contractibus inter viuos factis Respon. nec obligatio bonorum tenet, quia vbi expressum non valet, nec tacitum, vt ff. de ser. rustic. præ dicat. l. item. in fine. Item si tenebatur ex contractu, vel delicto ingressus, an pro eo monasterium teneatur? Respond. sic ad instar capite minuti, vt ff. de cap. diminutione, l. secunda in prin. & l. tutelas, §. si liberare. Item quid, si ingressus habebat precariam, vel liuellum (precaria dicitur quando quis emit ab eo, qui habebat in emphyteusim. Liuellos quando quis emit ab eo, qui habet precariam, sed tamen isti omnes tales habent vnum intellectum quamuis omnia talia sunt vulgata, vel liuellum vel vsumfructum in rebus alienis) an durent, & post ingressum tollentur in vita illius? Resp. sic arg. ff. de lega. 2. l. peto. §. r. & de don. inter vi. & vxo. l. sed in ora. respond. in §. Item est argu. contra in auth. vt nulli iud. §. si vero quando, colum. 9. vbi bona ingredientis monasterium non sunt.

* Vide de hoc in c. ad te. I. gl. super verbo, redire, extra de cle. coniu. & ibi vide omnino Ab.

* de practica huius auth. & seq. vide extra de prob. c. in præsentia, & Bar. hic in sua repetitione.

† Hæc autem non seruatur in Gallia monasterium non succedit religioso, sed ex minore ab intestato. Quinte ligioli non succedunt proximis, nec monasterium eius loco. Nec pot sæcularis factas successionem reuocare, sed nec religiosus liberos patres tenentur hodie hæredes instituere, aut legitimam eis relinquere. Vide Rebuf. in proœm. n. constit. gl. 5. nu. 20. 21. & seq. Dio. y. Goth.

* Defensis & antelatis in cta huius auth. vide Marti. Rotam l. secundum, nu. 214. de legat. 2.

vel martyrio,[a] vel clero,[b] vel monacho,[c] vel pauperibus[d] aliquid, vel ex integro,[e] vel ex parte in quacunque re,[f] vel spem crediderit[g] relinquendum, id modis omnibus ratum, firmumque consistat, siue hoc institutione siue substitutione, seu legato, aut fideicommisso,[h] per vniuersitatem, seu speciali,[i] siue scripta, siue non scripta voluntate fuit derelictum, omni in posterum[k] in huiuiusce modi negotijs[l] † ambiguitate submota.[m] Dat. 10. Cal. Maij. P. Anthemio Cons. & Valen. 8. 455.

IN AVTH. de monachis §. illud quoque, col. 1. constitu. 5.

Dedicatiuus ingressus monasterij aufert dedicanti potestatem de bonis suis disponendi, hoc dicit, secundum Salic. & est canonicata 19. q. 3. ca. quia ingredientibus. Pau. de Castro.

Ingressi[m] * monasteria, ipso ingressu se, suaque[l] † dedicant[n] Deo: Nec ergo de his testentur, vtpote[o] nec domini rerum.

IN AVTH. de sanc. episco. §. si qua collat. 9. constit. 15.

Dedicatiuus ingressus monasterij non aufert potestatem disponendi liberos, habenti, quibus legitima non potest minuere, plus autem potest eis dare, virili sibi retenta. & eo non disponente, lex prouidet, vt legitima detur cuilibet liberorum, h. d. secundum Salic. & est canonizata 19. q. vlt. c. si qua mulier.

Si quam mulier,* aut vir, liberis non extantibus, monasticam vitam elegerit, & monasterium intrauerit, P

omnia statim dedicata. Sed dic, quod ibi mutuus fuit ingressus, hic spontaneus.

ADDITIO. Vasallus, vel emphyteuta si intret religionem an gaudeb. privilegio, quamdiu vixent. vide hic in breuiario Ioan. Fabri.

o Vtpote nec. hæc est probabilis ratio, non necessaria, non est dns, ergo non testatur. nam & non dns testatur quandoque de reb. alienis, vt no. in auth. seq. sed hoc regulare, vt ff. de iure cond. l. conficiuntur, §. 5. post in fi. §. & ideo dicit, si quis.

Si qua mulier. hæc authentica diuiditur principaliter in duas partes. Quia prima in liberos non habente. Secunda in liberos habente, ibi. Sed si persona. Hæc secunda subdiuiditur in tres, quia in prima ingressus vult relinquere filijs, quantum minus potest. In secunda quantum plus potest. In tertia prouidet, vbi nihil eis relinquitur. Secunda ibi. Sed si omnem. Tertia ib, sed si post.

Casus in terminis talis est. Quæritur, vtrum hodie debeat seruari authen. ingressi; Respondeo quod sic, quando ingressus non habet liberos primo. Sed quid si habet liberos nunquid potest disponere inter ipsos, & qualiter? Resp. potest hac forma, quia aut vult relinquere liberis quantum minimum potest, & debet eis relinquere legitimam, & residuum est monasterij. Aut relinquere quantum plurimum potest, & debet personam suam connumerare cum filijs, & sibi retinere virilem, quæ virilis erit monasterij & totum residuum erit filiorum, hoc secundum. Sed quid, si ille ingressus decessit, & nil de bonis suis disposuit. Resp. dicetur quod mona. habebit totum excepta legitima quæ filijs applicetur, hoc dicit.

Not. primo ex hac auth. quod ille qui non habet liberos post ingressum monasterij non potest testari, nec disponere bonis quondam suis.

Secundo not. quod legitimam filiorum pater non potest eis auferre, licet vellet eam dare Deo, uel ad pias causas.

Tertio not. quod si pater nihil disponit, præsumitur fauorabilius pro monasterio quam pro filijs, ut patet in fin. huius auth. Bald.

p Intrauerit. animo ibi manendi, non causa orandi, ut dixi in auth. ingressi.

a *Competere* saluo pacto dotis, & donationis propter nuptias, sicut in morte naturali, vt iñf. tit. i. l. deo nobis. §. 1. & in auth. de m ona. §. si autem vxorem, col. 1. Item quid si ante ingressum instituat extraneum? Dic idem indistincte, vt omnia competant monasterio. Sed dic, quòd si aliquid dimiserit monasterio iure institutionis, qđ modo ingreditur, non rumpitur testamentum, alioquin sic: cum ecclesia exequutur aliò noster tutor, ut à aut. de san. ep. sup. §. sed & hoc praesenti, col. 9. & facit, ff. de iniusto sup. testam. l. si quis. post princ. ibi: nam agnoscendo &c & l. antepenul. & de libe. & posthum. l. filio, §. fin. Praeterea cum habens filios, omnia eis donare non potest, multo minus extraneis, vt hic dicitur. Item alia ratione nil remanet extraneo heredi, nam dominium rerum, quod remansit penes testantem, in ecclesiam est collatũ, vnde iam nihil habet tempore mortis. Item propter capitis diminutionẽ testatoris, qui decessit, cum non sit sui iuris, vnde est irritum, vt insti. quibus mod. testa. infir. §. non tamen, & ff. de iniusto sup. testamen. l. si quis sibi exhaeredato, § irritum. Et contra videtur tenere testamentum, quia pro mortuo habetur, ergo testam. hic sicut morte confirmatur, sed non est verum, quod habeatur pro mortuo quo ad omnia, ego sto primae opinioni. Item quid, si inter filios testatus est ante ingressum, & nihil relinquat monasterio? Videtur hoc, vbi dicit, ante quam de rebus suis inter eos disponat, à contrario sensu, quod non rumpatur. Item an iure haereditario, vel ex donatione competunt haec bona ecclesiae? quod prodest propter actiones, quae dabuntur contra ingressum. Respon. iure successorio quasi sit mortuus arg. insti. per quas personas nobis acquiritur, §. final. & infra ad l. Iuliam, de vi l. 2.

monasterio, qđ intrauerit, res eius cõpetere[a] iubemus.[b]

¶ Sed si[c] persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, liceat ei postea[d] inter eos diuidere,[e] legitima nulli[1] † deminuta,[f] & quòd eis non dederit, monasterio competere.

¶ Sed si omnem[g] substantiã inter filios diuidere voluerit, sua persona filijs connumerata,[h] partem sibi retineat quę monasterio competere debet.

¶ Sed si post ingressum monasterij moriat̃,[i] antequam inter eos diuidat, filij legitimã percipient,[k] reliqua substantia monasterio competente.

b *Iubemus*. & sic idem dicit, quod auth. ingressi.

c *Liberos*. quid si parentes, q. d. non filios habeat tantum? Respon. & hi secundum Py. habent legitimam, vt in auth. ad §. presbyteros, & inf. tit. i. si quis presbyter, & argu. ff. de inoffi. test. l. nam & si parentibus, in prin. & in auth. vt nul. iud. §. adulteram, col. 9 secundum Azo. contra, cum monasterium reputetur pro filio, vt in d. auth. de san. epis. § sed & hoc praesenti, col. 9. & hoc, vbi quis saeculo renunciat. secus si clericus saecularis fiat, vt d. §. presbyteros & d. l. si quis presbyter. Itẽ in d. auth. vt nul. iud. inuita intrauit. Vel hic corrigitur. Vel expone ibi monachã id est monasticã vitã gerentem, non quod pro veritate sit monacha.

d *Postea*. & in hoc casu corrigitur authentica ingressi.

e *Diuidere*. nunquid est haec diuisio testamenti, hoc enim potest prodesse, si de actione quaeratur, vel de numero testium, per Io. G. H. Respon. non, quia arbiter, & iudex diuidit, non tamen testatur, quia non est dominus, vt in auth. ingressi. & ff. de iure codi. l. confirmantur. §. si post. sed quidquid dicatur, numerus duorũ sufficit, vt in filijs dicitur inf. fa. ercis. l. fina. sed Azo. dicit esse testamentum, & sic non dominus testatur, vt aliàs inf. de secun. nup. l. foeminae, §. si & insti. de pupil. sub. §. non solum, & ff. de do. inter vi. & vx. l. cum hic status, & si miles vxori. & de inofficio testa. l. si quis filio exhaeredato, & sed & si quis, & potuit etiam secus haec lex concedere testandi licentiam. Si velis primam tenere, quod non sit testamentum, dic quod in l. foeminae, domina erat mater, licet haberet necessitatem filio relinquere. Item illa de pupil. sub. permittit, quia ibi filij non poterant testari sibi propter aetatem. Item videmus, quod nec etiam diuidere possit pater post ingressum, vt infra titulo 1. authen. nunc autem, super l. si quis pubere. quae est contra Sol. vt ibi. Item non obstat, vt apparet sup. auth. ingressi.

f *Deminuta*. ergo volebat dare minus, quam poterat.

g *Omnem*. ecce, vbi vult dare aliquid plus, quam potest.

Res ecclesiae Constantinopolitanae immobiles, vel quae censentur immobiles, vt adscriptitii, vel annonae ciuiles, nullo titulo alienari, debent tamen coli, & pro posse augumentari, & conseruari. Baldus, Vel sic Praelatus cũ toto capitulo, non potest immobilia ecclesiae alienare, hoc dicit Bartolus. Vel sic. Res immobiles ecclesiae Constantinopolitanae nullo titulo possunt alienari, etiam sub colore officii colorati, diuidi tamen possunt, coli, & augeri, vt patrimonium ecclesiae matris fidei seruetur illaesum, hoc dicit, secundum Salicetum, vsque ad §. sane.

h *Connumerata*. vt tantum sibi retineat quantum necesse habet dare, aliàs vnicuique filiorum secundum Io. & nos. Alij sic, vt quantum dat alicui filiorum, cui plus confertur. arg. inf. de sec. nup. l hac edictali. circa princ. & hoc quando sunt partes inaequales. Si autem sunt aequales partes, reseruat sibi virilem. & ad hoc in auth. e. §. diaconissa, col. 9. & ff. de col. bo. l. 1. § portiones.

i *Moriatur*. Innuit hanc portionẽ, scilicet legitimã demum post mortem naturalem debere praestari. secundum Alb. vt ar gu. in auth. vt li. ma. & au. §. quia vero, & ex consensu. col. 8. & inf. de don. int. vi. & vxo. l. cẽs. Sed pôt dici quantũm ad alimẽta saltem debere ante agi, arg. ff. de an. le. l. seruus, & vt in poss. leg. l. pen. & de lib. ag. l. si quis à liberis. vel si velis dicere, quod statim post ingressum petatur haec portio, habes argu. in auth. vt nul. iud. §. adulteram, alias est versic. sub. §. si vero quando, Accur.

ADDITIO. Istam q. tangit Abbas in c. Rainutius, in fin. extra de testam. & plenius in c. cum scimus. vbi videtur casus de xep. plenissime in c. in praesentia, in 16. col. de probationibus, vbi vide.

k *Percipient*. haec dispositio est legis, non testatoris.

IVbemus. CASVS. Imperator in hac l. primo prohibet alienationem fieri rerum ecclesiae Constantinopolis, de voluntatum ad eam quoquo titulo. Secundo poenas imponit. Tertio excipit casum, vt si quis ab ecclesia petat fundũ sibi dari, poterit hoc modo habere, vt usumfr. habeat ab ipsa ecclesia tempore vitae suae, vel etiam certo tempore, & ipse de suo de iure dominii similem rem incontinenti ecclesiae & finito praedicto tempore vtraque res redeat ad ecclesiã, verumtamẽ vtriusque rei habeat ecclesia usumfru. aliàs non tenet contractus, & sicut prima pars huius legis, iubemus, prohibitoria est, sic in prima eius parte signantur authenticae, quae prohibent auth. hoc ius multo sicut. quibuscunque. In secunda parte legis, poenas imponit in res recipientem, in oeconomum, in scribentem contractum alienationis, & in iudices, signatur auth. quae poenas imponit scilicet qui res. In tertia parte legis permittit contractum emphyteuticum, & signatur authen. si quas ruinas, cuius casus est talis. Ecclesia, vel locus religiosus, habet domos ruinosas, vult eas dare in emphyteusim, quia ipsa non potest eas reaedificare, quaeritur, primo, an possit. secundo quaeritur, si potest, sub qua pensione. Et dicitur ad primum, quod potest, ita, quod emphyteuta lignis, & lapidibus illarum domorum in reaedificando reparet. Ad secundum respon. distinguendo, quia aut statim tempore contractus antequam aedificet, velit soluere pensionem, & tunc minuatur antiqua pẽsio usque ad tertiam, quam tertiam praestabit, non plus aut vult aedificare, & postea incipere soluere, & tunc aestimabitur, quãtum plus valeat solito, & medietas aestimationis detur ecclesiae, puta si ante ruinam solita pensio fuit 12. post ruinam non debitur, nisi tertia solitae pensionis. s. quatuor. si ergo per aedificationem melioratur in 12. quòd pensio valet 16. ergo emphyteuta tenetur ad medietatem, puta 6. additorum vltra solitas pensiones per reaedificationem, ergo tenetur ad 6. Vel dic secundum Azo. vt in summa.

Non fecit mentionem haeredis, quia haec aeterno non habet locum in monasterio nisi mentione vel confessione, quia post professionem factam de rebus mundanis nihil potest disponere. c. auth. de ver sig. clero

1 Non

Tu tene primã opinione gl. & solue argumentum Azonis, vt per Bal.

Ex

Ex hac l. no. primò, quod ille dicitur œconomus, qui administrabat bona ecclesiastica: & debet esse clericus, & non laicus, ut inf. de episc. au. l. decernimus, in tex. & gl. No. secundo in ver. annonas ciuiles, cum glo. quod reditus annui computantur inter immobilia. No. 3. ibi, sed ea prædia, quod quis non potest alienare, potest tamen diuidere, secundù Pau. Cast. hic.

a *Posthac.*] id est post hanc leg. etiam alias post hac, id est deinceps.

b *Archiepiscopo.* id est Patriarchę.

c *Vrbe.*] s. Constantinopolitana, & sic est hac lex localis, sed hodie est ius generale, ut in Auth. hoc ius porrectum infra, eodem.

d *Cui.* definitio œconomi.

e *Gubernanda.* ab episcopo.

f *Mandatur.*] quasi procuratori ad agendù foris & defendendum. Et no. q hęc est definitio œconomi ali quo addito, ut inf. tit. 1. l. omnes, §. hoc nihilominus, qui & alias catena, et dicitur cimiliarchus ex cellario quasi custos sacrorù dñi pręstāt vasorum, & aliarum rerum ecclesiæ, ut infra de bo. auth. iud. pos. l. fi. in fi.

g *Fundos.* Nomē fundi generale est ad loquentia, & propriè vniuersitatē fundorù significat, ut ff. de ver bo. signi. l. quæstio est & de re. du. l. 1.

h *Postrem.* ut breuiter dicam.

i *Colonos.* s. constitutos.

k *Mancipia.* quę inter immobilia sunt, ut hic, & ff. de diuer. & tem. pręs. l. 3.

l *Annonas.* id est prębendas de publico, ut sup. eo. priuilegia. Vel de cuiuscunq; priuato patrimonio soluendas, ut statum subiungit, quæ inter immobilia computantur, ut in Auth. de non alie. §. hęc ergo. collat. 2.

m *Diuidere.* ut vna pars seminet vno anno, al. alio anno diuisione facta per sepes, & fossata, & sulcos, ut ff. de l. 2. Caius Seuola & Titius. secundum Io. Alii dicunt diuidere potest, si prouocetur, nō si prouocet illū quo communionem habet, sicut minor, ut inf. de fun. do. l. 2. & de prædi. mi. l. inter omnes, & ff. de re. co. qui sub tu. vel cu. l. si pupillorum. Tertii, ut P. quòd aliam ecclesiam potest prouocare, non priuatum, sicut & cum ea permutat, ut in auth. item sibi inuicem, inf. eo. Quarti, ut P. & Al. quod etiam priuatum prouocat cum sibi expedit, sicut alienat inutili prædium propter fiscalium onus, ut in Auth. item prædium, inf. eod. & arg. ff. de tor. do. l. 5. Vel diuidit secundum H. ut accipiendo partem, quò ad usum, & non quo ad proprietatem locando, cum socius nolit suam partē locare.

n *Augere.* id est quoad quantitatem.

o *Et ampliare.* quo ad pretium, quod fit diligenti cultura, ut ff. de in. fil. l. non intelligitur, §. diui fratres.

o *Ampliare.* impinguendo.

p *Vlli.* patriarchę, vel œconomo.

q *Cedere.* i. concedere, s. seruitutem aliquam, nam qui alienare prohibetur, seruitutē constituere nō potest, ut inf. de re. alie. l. fi. & ff. de re. com. l. 3. §. fi. vel dic, q. vtiliter debent resistere, ne quis possessionē aliam prædiorum intuer, ut in Auth. de non alie. §. nemo autem col. 1.

r *Verum.* istud idem dicit, quod supra verum tamen plura.

s *Conseruentur.* œconomi, siue clerici.

t *Beneficij.* ut quia dicunt aliquē seruiuisse ecclesiæ, qui non seruiuit.

u *Referendæ.* ut quia dicatur extitisse gratiosus ecclesiæ.

x *Permissam.* an ergo benemerentē pōt bene remunerare? Dic q sic, nā si coloratè beneficii remuneratio impeditur, ergo vera permittitur, etiam de immobilibus, ut videtur hic innui. argumentum contra, inf. ead. l. § fin.

y *Consentiant.* & renunciet, & sic est speciale, quòd non potest renunciare, quia ecclesiæ est, non eorum fauor: sicut sunt & alia multa, quæ notantur infra, de pac. §. pen.

ADDITIO.

Sed hoc, ne res alienētur, nō est inductum in fauorē eorum, sed in fauorem ecclesiæ, ut inf. subiicit, ut sicut ipsa &c.

z *Fidei.*] sequuntur Authē. quę similiter prohibēt, scilicet hoc ius porrectum, & sequentes.

a *Mater.* ut supra titu. 1. l. victor. §. & in præsenti, inf. eod. de ternimus.

b *Illæsum.* ut nec ęps possit alienare, ut in decr. 12. q. 2.

SANE. Si alienatio fuerit facta cōtra hanc legē, punitur accipiens, & cōcedens, & notarius scribens. Sic. Vel sic. Emēs rem ecclesiasticā cōtra legē rem cū fructib. restituit, & pretium non repetit. h. d. secundum Sa. usque ad §. sanè ne omnis.

c *Nostra.* id est nos, qui sumus perennes in seruanda huiusmodi voluntate.

d *Sacrilega.* i. quasi, ut enim impropriè dicitur dedicatio rei, cum consecratur ecclesiæ, ita si clericus alienet, desecratio quædam, ut ita dixerim, & ita dicitur quasi sacrilegium.

e *Statuimus.* in vltimo §.

Imp. Leo, & Anthemius. AA. Præfecto præto.

LEX XIIII.

IVbemus,[a] nulli post hac[a] archiepiscopo [b] in hac vrbe [c] regia sacrosanctæ orthodoxæ ecclesiæ præsidenti, nullo œconomo,[1] † cui [d] res ecclesiastica gubernanda [e] mādatur, [f] esse facultatē fundos,[g] vel prædia siue vrbana, siue rustica, res postremo [h] immobiles, aut in his prędijs colonos, [i] vel mancipia [k] constituta, aut annonas [l] ciuiles [2] † cuiuscūque suprema, vel superstitis voluntate ad religiosas [3] † ecclesias deuolutas, sub cuiuscunque,[4] † alienationis specie, ad quamcunque transferre personam: sed ea etiam prædia diuidere [m] quidem, colere, augere,[n] & ampliare, [o] nec vlli [p] ijdem prædijs audere cedere.[q]

¶ Verum, [r] sine testamento quocunq; iure facto, seu codicillo, vel sola nūcupatione, legato, siue fideicōmisso aut mortis causa donatione, aut alio quocunq; vltimo arbitrio, aut certè inter viuentes habita largitate, siue contractu vēditionis, siue donationis, aut alio quocunq; titulo, quisquàm ad pręfatam venerabilem ecclesiam patrimonium suum partemve certā patrimonij in fundis, prędijs, siue domib. vel annonis mancipijs,[5] † colonis, eorūque peculijs voluerit pertinere: inconcussa ea omnia sine vlla penitus immutatione [6] † conseruentur.[s]

¶ Scientes nulla sibi occasione vel tpe, ad vicissitudinem beneficij [t] collocati,[7] † aut gratiæ referendę,[u] donandi, vel certè volentib. emere, alienandi aliquàm facultatem permissam, [x] nec si oēs cum religioso episcopo, & œconomo clerici in earū possessionū alienationē cōsentiant.[y] Ea enim quæ ad beatissimę ecclesiæ iura pertinent, vel posthac fortè peruenerint, tā quam ipsam sacrosanctam, & religiosam ecclesiam, intacta cōuenit venerabiliter custodiri: ut sicut ipsa religionis, & fidei[z] mater[a] perpetua est, ita eius patrimonium iugiter seruetur illęsum.[b]

Punitur emptor amissione pretij: & titulus non excusat eum à percipiendis. Puniendus est œconomus priuatione officii, & resartione damni, ad quod etiam heres tenetur. Punitur tabellio pęna exilii. Puniuntur iudices & tabelliones, qui subscribunt acta, & insinuationes istius donationis prohibitæ, priuatione dignitatis, et amissione bonorū. h. d. secundum Bald.

¶ Sanè si hæc nostræ perennitatis, [c] statuta audaci spiritu, & mente sacrilega, [d] quisquam œconomorum, vel hominum temerāda crediderit: ipse quidem, qui pro teruo ausu ecclesiastica prædia donationis, vel emptionis, seu commutationis titulo, vel cuiuscunque contractus alterius nomine, nisi eo mō, quo nūc statuimus,[e] [8] †

Margin notes:

* Cōcor. c. nulli, liceat. ext. de reb. eccle. ali. vel nō.

1 † Iconomy.

2 † L. in feudis. feu dū de Camera est, & cū ea arca dūi certū stipēdium solui ius & catena, cū dicitur ex cellario. Cu iac. 1. Feudo. 1 prin.

3 † Religiosam ecclesiam.

4 † Interès et tā non sit piglarā posse ecclesię pręiudicare in acquirendis non in adquisitis, ut de Rot. à Val. cōsil. 15. nu. 23.

5 † Rusticis. l. argu. l. 6. §. 1. in l. de secun. nup. l. 4. §. 5. ff. de offi. vide Cuia. Nouel. 7.

6 † Al. immutatiōe.

7 † Colocati, ita legit Bal. ad de Coloc. Nouell. 7. Color hoc plerūq; donationi finitur, ut donati dicatur remunerandi gratia. Dion. Gothof.

8 † Inclusa desunt in quibusdā.

a *Fructum*. id est commodum.
b *Temeritatis*. i. huius contractus fuit per temeritatem.
c *Pretia*. quando emit.
d *Munera*. quando dona accipiet.
e *Acquirantur*. sic ergo ecclesia locupletatur cum aliena iactura, vnde contra eum est, quod redditur, vt ff. de cōdi. indeb. l. nā hoc natura, & infra de his quæ vi metusve cā. l. si vi, vel metu, nō dico, quod actione aliqua cōpellatur ecclesia ci[illegible] vtili, sed an si non fuerit solutum, pretium posset peti? Resp. nō secundū Pet. quia q. iā honeste accipiuntur, nō tā honeste petuntur, vt ff. de var. & extraord. con. l. 1. § 1. secus in emphyteuta, vt in Auth. qui res sanc. in fi. inf. eo. Alii cōtra dicūt odio emptoris posse peti, & non sed ei si est solutū. & hoc fauore eccleſiæ per dictā Auth. qui res, & ff. de dam. infect. l. si. & hic, etiam si bonæ fidei emptor fuit. licet tūc habebat actionem contra œconomum, vt inf. §. proxi.
f *Constituta*. Vt mancipia, & instrumenta fundi.
g *Oeconomis*.] Et pertinas primo loco vēdi cātur, sed in subsidiū cuilibet primus, quasi publicū factum, vt parochianis, vel patronis, ut in cutiasi, qui retrahitur per quos libet, vt in. de decurio. libro 10. l. si quis 4. lib. 10. Sed nunquid idē, qui vendidit, quærit, & est sabbatinus, & vbi quidem, vt inf. de bo. l. 1. l. 1. & ff. de bo. lib. l. si filius circa prin. & in decre. 12. q. 2. non liceat. Et cōtra, quia nō idem, vt ff. de accus. l. si cui. § idē. & in decre. 12. q. 2. l. monemus, vt ff. de adopt. post mortem, & ibi de hoc inuenies solutionem.
h *Vel accessionibus*. f. naturalib. sed non ciuilibus, quia sic esset vsuta.
i *Teneantur*. id est habeantur.
k *Habenda sunt*. inf. de legi. & consti. l. nō dubium. & hoc quo ad ecclesiam, nō quo ad œconomum, qui tenetur emptori, & ecclesiæ.
l *Fecerit*. id est alienauerit.
m *Imò*. pro vel. Et nota, ut ages & coſen-

1 † *Cuia d[...] ... cōpellatur ecclesia ci[...] vtili ... sed an si non fuerit ... vendita*.

† *Contra-nulli de rebus eccl. nō alien.*

a † *al. quā.*

* Vid. optimum tex. ex. de reb. eccle. non alien. c. si quis pres. byterorū.

* Qualiter hæc dictio imò accipiatur, & ponitur vide gl. l. ff. cōt. 3. col. ver. oppono hic dī, &c.

acquirere, (vel habere) computari, omnem huiusmodi fructum[a] propriæ temeritatis[b] amittat, & pretia[c] quidem, & † munera,[d] quæ eius rei gratia data fuerint œconomo, siue aliis quibuscumque personis, ecclesiæ lucris, & cōmodis acquirantur;[e] prædia autem, & in his oīa constituta[f] ab ipsis clericis, & téporalib. œconomis,[g] cum fructib. seu pensionib. vel accessionib.[h] totius medij temporis vindicentur, vt tanquā penitus à nullo empta, vel vendita teneantur,[i] quia ea, quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt.[k]

Oeconomus vendens rem ecclesiasticam contra legem, priuari debet officio, & nihilominus omne damnum illatum ecclesiæ, tenetur restituere tam inter se, quam eius heres. h.d. Salic.

¶ Oeconomus[*] autem, qui hoc fecerit,[l] imò[m] fieri passus[n] fuerit, vel in quacunque prorsus huiusmodi venditione, seu donatione, vel commutatione, nisi ea, † præsenti[o] lege concedimus, postremo in quacunq; alienatione consenserit, commissa sibi œconomatus administratione priuetur:[p] deq; eius bonis, quodcunq; exinde incommodum ecclesiæ contigerit, reformetur: heredesq; eius & successores,[q] ac posteri[q] super hoc facto sine consensu competenti actione[r] pulsentur.[s]

Tabelliones instrumenta conficientes de cōtractib. vetitis, debēt relegari. h.d. Sal.

¶ Iis tabellionibus, qui huiusmodi contractuum vetitorum ausi fuerint instrumenta conscribere, irreuo-

tiens pari tenentur pœna, quia pariter delinquūt, vt hic. & ff. de his qui no. infa. liberorum, in fi. & de iure pa. l. adigere, in prin. & inf. tit. a. si quenquam, in fi. & ibi etiam de hoc habes multas concordantias.
n *Passus*. per quendam de subditis.

cabilis exilij animaduersionibus plectendis.

Iudices contractibus illicitis auctorantes puniuntur bonorum publicatione, & dignitatis amissione. h.d. Sal.

¶ Iis quoque iudicibus,[t] vel ius[u] gestorum habentibus, qui huiusmodi donationū, vel contractuū † gesta cōfecerint,[x] dignitatis pro parte, & bonorum[y] omnium spoliatione damnandis.[z]

Hic incipit tertia pars principalis legis, & h.d. Vsusfructus rei ecclesiasticæ ad certū tempus, vel ad uitam recipiētis potest concedi, hoc acto, quod vsufructu finito reddatur res, vel tantundem reddatur. h.d. secundum Bart. Vel sic. Res immobilis ecclesiæ potest in alium transferri quò ad usumfructum, dum tamē per pactum sit conuentum, quod ipsam rem restituet tempore conuento finito, et aliam tanti valoris, et fructus ecclesiæ relinquet: & de his conficienda est scriptura, aliâs non valet. h.d. Salic.

¶ Sanè,[*] ne omnis religiosis œconomis commoda prouisionis via, & occasio venerandis ecclesiis profutura videatur exclusa, id quod vtile plerumque[a] iudicatur, sub cautelæ obseruatione, necessario procedere concedimus.[b] Si quando[c] igitur vir religiosus œconomus huius regiæ vrbis ecclesiæ † perspexerit expedire, vt desideranti cuiquam certarum possessionum, atque prædiorum, (vrbanorum scilicet, siue rusticorum) ad ius ecclesiasticum pertinentium, temporalis vsusfructus possessio pro ipsius petitione[d] præstetur: tunc eius temporis, quod inter vtrosque[e] con-

o *Præsenti*.] in vltimo. §.
p *Priuetur*. quod solum, nō ipso iure, alioquin non habet locum, quia ipse per se vindicaret. Itē dicit priuetur, & non priuatus sit, sed vt alia pœna imponi nō, hac, vt inf. tit. §. ecclesiæ, quæ est cōtra, solutio, vt ibi. Accur.
q *Ac posteri*. i. successores in successiones.
r *Actione*. mandati, vel neg. gest. vel cōd. vel ne. gest. vel cond. ex lege.
s *Pulsentur*. id est cōueniuntur.
t *Iudicibus*.] qui sūnt tantum iudices.
u *Ius gestorum*. id est scripturatū nā iudicent iudices, & notarii. Vel dicit de officialibus curiæ, qui scribunt acta.
x *Confecerint*. i. consilio mandauerint, vt ff. de iis q. notātur in fa. l. furti. & mādati, vel quæ nō hēnt ius gestorū, sed quod ad iudices, tūc vero pro parte.
y *Bonorum omnium*. Sed cui applicabuntur? Rn. ecclesiæ fortè, quia lex ecclesiæ voluit, vt sup. l. §. 1. Tu dic fisco, vt inf. de mō mulct. l. multarū, & ff. de in officio. testā. l. Papinianus. §. meminisse.
z *Damnandis*. Sc. qui tur auth. qui rēsā dictas, quia sīm interponit.
a *Plerumque*. vt in § tractu, qui sequitur.
b *Concedimus*. Nota hic inst. de auth. tuto §. neque:
c *Si quando*. desideranti quidam ecclesia temporalem vsum fructū, alicuius prædii vrbani, vel rustici vsq; ad quinq; vel decem annos, vel dieb. vitæ suæ, & finito tpe dicti le redditur hoc prædiū & aliud quod tantū fructuosum, quāto, œconomus hoc facere possit & dī quia sic, & facit hæc cōscribi.
d *Petitione*. Ex hoc sumpta est forma formulario tabellionum cōtract. b. em. phy. causis dicūt m. hic emphyteuticariis, 1. pensionibus, &c.
e *Vtrosq;*.] i. œconomū & eū cū quo contrahit. Ill aut. 16. Vtrus.]

† *Al. cum tractū re ... iterum.*

† *Illeg. ... contra...*

4 † *In alienatione rei ecclesiasticæ r. qr. tur vt subsistat ... vel vtilitatis, ideoque transactio superflua restituta, reddetur.* Vide Rol. a cent.

a *Vitæ.* accipientis ad plum
b *Conscribat.* sic ergo scriptura exigitur : alias non valet, vt infra dicam.
ADDITIO. Multos alios casus, in quibus scriptura sequitur, vide per glo. in verbo, in scriptis. capitu. §. postquam, extra de censi. lib. 6.

non debent aliquid recipere pro sportulis, & labore cum ius contrarium seruatur, & male secundū Pau. de Cast. hic.
Hoc ius. Imperator ideo rebus Constantinopolitanæ ecclesiæ prouiderat per legem illam iubemus, sed per hanc authenticam extenditur prouisio. & priuilegium ad omnem locu venerabilē. Sic ergo dic, hoc ius porrectū, & sumitur hæc pars vsq; illuc, & perpetuo, &c. ex auth. de nō alien. §. nos igitur colla. 2.

uenerit, siue in diem vitæ[a] suę ab eo, q desiderat postuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit ineat œconom[9], atq; conscribat:[b] per quæ[c] & tempus, intra quod hoc præstari placuerit, statuatur, & manifestum[d] fit, quod quisq; acceperit[e] abinuicem huiusmodi beneficij gratia,[f] præstando[g] quidem ecclesiastici prædij pro tempore vsumfructum: post statutum autē tempus, & placitum ipsorū redituum ꝓprietate[h] ad dominium, & ius ecclesiasticū recurrente firmiter: ita scilicet, vt siue completo spatio quod fuerit inter eos constitutum, siue mortis suæ tempore (si hoc quoque conuenerit) is, qui possessionem ecclesiasticam, & certorum redituum vsumfructū habēdi gratia interueniēte pacto susceperit, nō minus quam alterius tantæ quātitatis, quātæ acceperit, reditus, cum ipsorum prædiorum[i] dūo, & rebus immobilibus, eorūq; colonis, & mancipijs ecclesiæ derelinquat,[k] nisi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non valere; sed possessionem ecclesiasticam, tamquam nullo iure trāscriptā, in iure ipsius, atq; dominio permanere, & ab ecclesiasticis œconomis decernimus vendicari.

IN AVTHEN.

¶ De non alienandis aut permutādis. §. nos igitur, col. 2. const. 3. & in auth. de aliena. & emphiteu. §. hoc etiam super ipsis,, & §. hoc vero iubemus. coll. 9. constitu. 3.

Res immobiles cuiuscūq; ecclesiæ, ab Imperatore prouentæ non alienātur, vel pignorantur indistinctè. Aliunde verò quæsitæ pignorantur, vel alienantur debito vrgēte, cum solemnitate tamē hic subiecta. hoc dicit Salic.

HOc ius[l] porrectū[m] est ad omnem venerabilem locum, omneq; collegium, quod actio[n] pia constituit: vt nec res eorū[o] pignorentur.[p] Et hoc perpetuo[p] seruetur in ijs rebus immobilibus, quæ ab imperiali domo pòrrectis locis applicantur. In cæteris[q] eatenus[r] excipitur,[s] si debitum vrget, quòd si ex mobilibus solui non possit,[t] primo res immobiles specialiter[t] dentur pignori : quarum fructus, creditor sibi reputet[u] tam in sortem, quàm in vsuras,[x] vsque ad quartam centesimæ.[y] Quod si

c *Per quæ*. s. pacta.
d *Manifestum*. scilicet per pacta.
e *Acceperit*. ab œconomo.
f *Beneficij gratia*. qd confert in ecclesia de suo.
g *Præstando*. desideranti. Accur.
Ecclesiastico gradu.] vsque ad duos gra... us.
Non prohibetur.] vt ... minoribus ordini... bus, quod est genera... in quolibet mo... nacho, vt in auth. de ... mona. § antepe. col. ... & hic subijcit, & ge... eraliter, &c. Accur.
Idem est.] vt trada... curiæ.
Licet.] q. d. licet ... non essent officiales
Fortunæ.] seruus ve... o domino debet red... , vt inf. eo. auth. si ... quæ est contra... e contra. inf. de de... nequis, lib. 10. ... dicitur hic redi... in postremam cōdi... onē, quātū ad onus ... tinendū, non quā... ad honores, vt ... de interdi. & re. l. ... legatorum. § fin.
Quecunque.] scili... t curialis.
Redierit.] habēdo ... orē, vel cōcubinā.
Curiali.] immo in ... od monasteriū vt auth. de sanct. episco. § si monachus, col. 9. Sed dic, quod ... is fugerat, secus si semel, vt ibi distinguitur.
Reddatur.] al. ā est in tex. tradatur.

IN AVTHENT.

¶ De sanc. episc. §. sed neq; curialem. coll. 9. const. fi.

Officialis publicus vel curiæ adscriptus non potest clericari, nisi forma hic subiecta. Et clericus postea repertus vxorem ducere, vel concubinam, à clero debet expelli, & curiali fortunæ subijci, hoc dicit Sal.

SEd neq; curialē, aut officialē clericum fieri permittimus: ne ex hoc venerabili clero fiat iniuria. [x] Si verò tales personæ in clero [a] cōstituātur, [b] tanquā nec ad ordinationē perductæ, propriæ fortunæ restituantur: nisi monasticā [c] forsitan vitā aliquis eorū nō minus 15. an impleuerit. tales. n. ordinari præcipimus, quarta [d] propriæ substātiæ sibi retēta, reliquis partib. curiæ, & fisco vindicandis si in clero cōstituti monasticā, & decentē vitā impleuerint, sed si post clericatus [e] honorē aliquis eorū vxorem aut cōcubinā acceperit, propriæ fortunæ [f] reddatur, licet tali ecclesiastico [g] gradu tenebatur, in quo quis cōstitutus vxorē ducere nō prohibetur. [h] Idē [i] est & in oib. alijs monachis, licet [k] nulli fortunæ [l] prius subiecti fuerint, & gñaliter quicūq; [m] in quolibet ecclesiastico gradu cōstitutus ad sæcularē vitā redierit [n] honore nudatus [*] curiali [o] fortunæ ꝓpriæ ciuitatis reddaē. P

In attrocissimis delictis punitur delictū attentatū, ēt si nō sit secutus effectus. Bal. Vel sic. Punitur affectus, licet nō sequatur effectus. b. d. & in Ba.

Imperator Iouianus A. Secūdo P. P. LEX V.

SI [*] quis [q] non dicam rapere [r] sed attentare [s] tantum modo [t] † iungendi cā mrīmonij [t] sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali [u] pęna ferieē. Da. xj. Cal. Mar. Antioc. Iouianus, & A. Varro. Coss.

Clerici constituti in minoribus ordinib. sunt immunes à tutelis, & muneribus personalibus. Et est multū notādū ꝙ habentes minores ordines non suscipiunt tutelas, ne aliquod officium seculare, seu onus personale. Bal.

Imp. Valen. Valēs & Gratia. AAA. ad Cataphronium.

LEX VI.

PResbyteros, [*] diaconos [2] † subdiaconos, atq; exorcistas, & lectores, ostiarios, [3] † & acolytos [4] † ēt, personaliū [x] numerū expertes esse ꝑcipimus. Dat. 4. no. Maij. Grat. A. 5. & Merob. Coss.

Episcopus non compellitur testimonium dicere, nec admittitur: hoc dicit Bald. Vel sic. Episcopi non sunt citandi, vt testimonium ferant, nec venientes, & decet in ciuili foro recipere, sed iudex vel minister ad eorum domum debet accedere, & propositis, non tactis sanctis Euangelijs debent deponere, hoc dicit cum auth. seq. Sal.

Si quis.] CASVS. Si quis mulierem Deo dedicatam causa matrimonij, vel concubinatus corrumpere ausus fuerit poena capitali punietur, etiam si eam non rapuerit. Vi. Not. ex hac l. ꝙ vbi punitur attentatum, multo fortius consumatum, & sic in delictis, & pœnis delictorum habet ... um, & ad hoc semper allegatur iste text. secundum Pau. Bal.

Si quis.] ita lege. Si quis fuerit ausus, non dicam rapere ... causa sed attentaret tantum, si quis pudicitiam accipiet, ff. de iniur. l. au... , Vel ita, Si quis ausus fuerit, non dicam rapere, sed attentare tantum matrimonij coniungendi causa & secundum hoc est contra, ff. de pœn. l. cogitationis, & ff. ad l. Cor. de fals. qui falsam. Ad quorum contrarium solutionem sic distingue, aut quis cogitauit tantum delinquere. & ad actum non processit. & tunc non punitur: ita loquitur, ff. de pœ. l. cogitationis, nam pœnitentia non sunt in potestate nostra, aut ad actum processit, & tunc aut per luxuriā effectū, & indubitanter punitur, siue vitatur, siue non vt ff. quod quisque iur. l. 1. in princ. aut non perduxit, & tūc aut quia noluit, & hoc casu ei parcitur, & sic loquitur, ff. ad l. Cor. de fal. l. q. falsam, & ff. ad Turp. l. quæsitum aut quia non potuit, & tunc aut erant atrociora & hoc casu punitur, ac si ad effectum perduxisset, vt hic, & infra si quacunq. præpo. l. 1. in prin. & ff. de extraor. crim. l. 1. aut non erant atrociora, & hoc casu nō punitur, vt ff. quod quisque iur. l. 3. § fin. & hoc casu, aut non desiderant iuris effectum, aut desiderant, & hoc casu ꝗs non punitur. infra si manci. ita fue. ali. l. ea quidem.

Rapere.] quod maius est.

Sed attentare.] s. si cogitatione quod est minus, & hoc si ad aliquem actum processerit, alias nullam patitur pœnam. vt ff. de pœ. l. cogitationis. Item nota puniri delictum, licet nō sequatur effectus, vt hic inf. de fur. l. si qs serūo. & inf. ad l. Iul. maie. l. quisquis, & ff. de extraor. cri. l. 1. & inf. si quacunque ꝑ. po. l. vnica. & hæc sunt specialia, regulariter contra, vt ff. quod quisque iuris. l. 1. in fi. & ad l. Cornel. de fal. l. qui falsam. & de hoc dic, vt no. ff. de fal. qui ea mente, ff. de pœ. l. cogitationis.

Matrimonij.] & nedum itapri, multo magis ergo, si vt concubinam eam habuerit, vel habere attentauerit. Accursius.

Capitali.] vel capite punitur, vel vt ciuitatem amittat, & facit inf. de rap. virg. l. 1.

PResbyteros.] Hæc lex cum se plana est.

Personalium.] vt tutelæ, vel curiæ, vt ff. de mu. & hon. l. 1. & l. numerum § primo, & infra eodem l. generaliter, 2. & in auth. ibi posita.

N*ec honore.*] i. iure prætorio q. d. aliquis honor est ei, si veritatem aperiat. Vel dic honore scilicet iudicis vocantis, qui reputat sibi honorem.

* Ex lib. 9. ti. 25. l. 2. C. Th. Hæc lex est coniugata de pœ. l. 3. si quis pro ... inf. l ... vide late Cynum hic.

1 † Vide Bellonianū ... c. 15 ... & l. 25. l. 1. ff. de extra ordin.

* Ex li. 16. tit. 2. l. 24. C. Th. De istis ordinib. vide 25. d. per lo... Bar.

2 † Vide Duarenum ... de sacris Eccl. minis 12.

3 † al. desit presbyteros

4 † Qui & iuuenes dicūtur l. 10. C. T. ... ga hic ... gūtur clericis, equeis numero non sunt. l. 24. Tho. ibi etiam ... & funalia desentes.

Ingi-

a *Legibus.*] idest est iure ciuili, quasi ciuile cogat homines ad testimonium prohibendum, vt infra de testibus. l. si quando.
b *Flagitetur.*] idest vocetur inuitus scilicet sed nec volens est admitten[dus] secundum Hug vt subijcit hic Accur.
c *Item dixit.*] ...
d ... T ... coram ...
e *Admitti.*] sponte ... testi ...
f *Oneratur.*] ... no ... honoris ... est, in hoc & in alijs, si vero habes honoratur, plana est.
g *Sacerdotis.*] id est epi op.
h *Exempta.*] id est priuilegiata à talio nere.
i *Confunditur.*] scilicet si adducatur, vel confunditur cum alijs clericis, licet ... non esset ... contra inter episcopos, ... alios clericos.

S Ed iudex.] Hæc au[then.] ... corrigit legem C.
k *Ministris.*] si ipse iudex impediatur, alias ipsemet debet ire, ... vt in au[th.] ... illud col. 5. & hoc est speciale, ... ad dominum ... sic & si de iure ... ad personas.
l *Propositis.*] & ... dum ... à quis ... quia sacrosancta ... ante eum, & non tan... ...
m *Sacerdotes.*] hic mutat personas. nā ... dicit sacerdotes, & dicā, quæ nouerint. Accur.
n *Qui nouerint.*] Et hoc ... alias non coguntur, ... §. priuilegium. sic ergo pro vtraque parte, vt hic, & ... l. proxi presbyteri, & in auth. de testi bus, § & quoniam, col. 7 & est hæc generalis constitutio.

o *Quæstionis.*] id est, tormentationis, vel ita vt non sit eis postea quæstio, postquam dixerint testimonium, verum bone, vel male dixerint.
p *Simulent.*] id est, dicant, quia de falso accusantur, vt infra ... sed non torquebuntur.
q *Sequuntur.*] non tamen habent.
r *Leges.*] de laicis.
s *Præcipiunt.*] vt possint subijci quæstionibus dicat cæteri liberi homines si in testimonio vacillent & dicant, se inter fuisse facto, vt ff. de quæstio. l. ex libero. in prin. & l. vnius, §. testes, & inf. de aboli. fallaciter, §. quod si ingenuorum.
t *Salua.*] nunc redit ad primum casum.
u *Actio.*] accusatio sic ponitur, vt in auth. eo. §. si quis aut ... pro pecuniaria. & ff. de iud. l. ... prætor. r §. i. Item & actio pecuniaria potest dari in falsarium, vt infra. ad l. cor. de fal. l. qui nomine, non tamen torquetur, vt hic dicit.
x *Suo nomine.*] hic dicunt quidam speciale i sacerdotib. quod possint inde propria testificari, sed est falsum, vt inf. de testi. l. omnibus. Tu expone suo nomine idest propter suum nomē quia obtinet locum superiorem.
y *Superioris.*] scilicet clericali nomine, nam sacerdotes sunt in superiori gradu inter cæteros.
z *Precepti.*] id est, accusati.
a *Metuant.*] de tormentis.
b *Suppresserint.*] idest occultauerint.
c *Honoris.* ab eo, cui plura committuntur, plura exigantur, vt hic, & ff. de pœnis l. quædam, & in auth. vt defunct. seu fu. §. ... coll. 5. Sed an contra. ff. de incen. rui. nau. Pedius & inf. vt nemo priua. l. nequis, & ff. de pœnis l. capitalium, §. si. & sup. de sum. trin. nemo, §. fi. & ... no. committere falsum, quia dicet verum vt ... inf. si contractus, vel vtil. pub. l. 2 & ff. ad l. Cor. de fal. l. §. 1.

Imper. Theodosius dixit.

LEX VII.

Nec* honore, nec legibus[a] episcopus ad testimonium dicendum flagitetur.[b] Ité dixit[c] episcopū ad testimonium dicendum[d] * admitti[e] † non decet. nam & psona oneratur,[f 2] † & dignitas[3] † sacerdotis[g] exempta[4] †[h] confunditur.[i]

IN AVTHENT.

De sanct. episco. § nulli vero iudicum, col. 9. consti. fi.

Sed iudex mittat ad eos[5] † quosdam de suis ministris,[k] vt propositis.[l] sacrosanctis euangelijs, sm quod decet sacerdotes,[m] dicant ea, quæ nouerint,[n] nō tamē iurent. *

Presbyteri ita sunt priuilegiati, vt occasione testimonii non torqueantur, sed in alijs clericis seruatur ius commune, si tamen falsum dixerint, puniuntur. h. d. Bald. Vel sic; Presbyteri, licet vacillent in testimonio, non sunt torquendi, quod alijs clericis non conceditur de falso tamen presbyteri non prohibentur accusari hoc dicit Sal.

j Presbyteri citra iniuriam quæstionis[o] testimonium dicant, ita tamen, vt falsa non simulent.[p]

¶ Cæteri vero clerici, qui eorum[5] † deinde gradum, vel ordinem sequuntur,[q] si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges[r] præcipiunt,[s] audiantur, vt salua[t] tamen sit litigatorib. falsi actio,[u] si fortè presbyteri, qui suo[x 6] † nomine superioris[y] loci[7] † testimoniū dicere, citra aliquam corporalē iniuriā sunt præcepti,[z] hoc ipso, quod nihil metuant,[a] vera suppresserit.[b] multo magis enim pena digni sunt, quibus quamplurimum honoris[c] per nostram iussionem delatum est, si in occulto inueniatur crimine. Dat. Calend. Aug. Arcad. A. & Rautone. consil. 385.

IN AVTHENT.

De sanc. epis. §. reuerendissimis, col. 9. consti. fi.

Presbyteri pro falso testimonio in causa ciuili lato per triennium suspenduntur ab officio, pro lato in causa criminali, puniūtur pœna falsi, qua in quacunque causa punirentur cæteri clerici. h. d. Sal.

ij Presbyteri,[d] seu diaconi, si falsum testimonium perhibuisse conuincantur, si quidem in causa pecuniaria, à diuino ministerio[e] duntaxat per tres annos separati monasterijs pro tormentis tradantur. Sed si in criminali, clericatus honore ...

Presbyteri. CASVS. Hæc lex tria dicit. Primo, quod presbyteri ferentes testimonium, si vacillent in dictis suis, nō debent subijci quæstionibus, licet alij testes torqueantur, dum tamen verum dicant, & falsum non simulent. Secundo dicit, quod cæteri clerici, qui sunt in ferior i gradus, si in testimonio ferendo vacillent, possunt subijci quæstionibus. Tertio dicit, quod si presbyteri inuenientur falsum testimoniū dixisse, puniendi sunt maiori pœnam, quam laici quia cum eis plurimum honoris committitur, multo magis pœna digni sunt. Viuia.

Nota primo ex hoc tex. regulam, quòd omnes in testimonio vacillantes, possunt, & debent torqueri pro veritate eruenda.

Nota secundo, quod non solum est falsus testis ille, qui falsum deponit, sed etiam ille qui verum supprimit, id est, tacet veritatem, & illud est valde notandum secundum ...

Presbyteri seu diaconi.] CASVS. Hæc auth. dicit, quod si presbyteri, vel diaconi, in causa pecuniaria falsum testimonium deposuerint, a ministerio sacerdotali repelluntur, & in monasteriū per tres annos detruduntur. Si aut in cā criminali, nudati honore clericatus, legitimis pœnis subiciātur. Cæteri vero clerici sint puniendi legitimis pœnis, sine distinctione personarū. No primo ex hoc tex. quod p.p crimē falsi clericus debet priuari beneficio suo, ex quo enim tollitur officium, tollitur & beneficium secundum Doct.

No secundo de pœnis degradationis, sed an erit realis, vel verbalis? Resp. vt per Bal. hic.

d *Presbyter seu diaconi.*] Dixerunt falsum, quod si etiam tacent verum, vt in l. presbyteri sup.

e *Ministerio.*] idest, officio, & beneficio.

*Ex li. 11. tit. 19. l. 7. C. Th.
* Quarit ... an egregia persona possit renunciare priuilegio ...
2 † al. addit ei. altius ad dici.
2 † De honoratur C. T. ...
3 † ... episcopum facer...
4 † Exempta C. Th.
* Hoc falso ad titu. ...
5 † al. eum.
*Ex li. 11. tit. 19. l. 9. C. T.
6 † Sub. C. Th.
7 † Hinc collige presbyteros superiorem inter clericos locum obtinere ...

mundati, legitimis [a] pœnis afficiendi sunt.

¶ Cæteri [b] verò clerici cõi iure ab officio ecclesiastico depulsi, sine delectu [c] causę verberibus [d] coerceantur. Impp. Valentinus, & Theodosius AA. Tatiano P.P.

LEX IX.

NVlla, [e] * nisi emensis quinquaginta, vel sexaginta annis sin præceptum Apostoli, ad diaconissarum consortium transferatur. Dat. xi. kal. Iun. Mediol. Valentin. A. iv. & Neoth. Coss. 390.

IN AVTHENT.

De sanc. epis. §. presbyterũ, coll. 9. constit. fin.

Clerici in maioribus ordinibus constituti debent esse ætatis hic scriptæ h. d. cum authen. seq. hodie seruatur Clem. fin. de æta. & qual. Sal.

PResbyterum [f] minorum 35. [1] † annis fieri non permittimus, sed neque diaconum, vel subdiaconum minorem 25. ann. neque lectorem minorem 18. Item Episcopum minorem annis 25. ordinari prohibemus.

IN AVTHENT.

De san. episc. §. diaconissam verò, coll. 9. consti. fin.

Diaconissam * in sancta ecclesia, non ordinari præcipimus, quæ minor sit an quadraginta, aut si ad secundas peruenerit nuptias.

Irruens in ecclesiam, & ministros, debet capitaliter puniri, at per inquisitionem, & vbicunq; sit, debet capi. & si sit in arce, vel loco, ex quo non possit faciliter extrahi, cõuocari, & indici bellum, h. d. Bald. Vel sic. Iniuriã sacerdotibus, vel ministris illatam intra ecclesiam tempore cultus diuini, anteà, vel postea, debet Præses vindicare, capitali pœna in conuictum, siue confessum inferenda. Et qualibet ad accusandum, vel denunciandum admittitur. Et ubi præsidis potestas nõ sufficit, auxiliũ militare dẽt implorari. h. d. Sal.

Impp. Archadius & Honor. AA. Theodoro P.P.

LEX X.

SI quis [g] * in hoc * genus [b] sacrilegijs proruperit, [i] vt in ecclesia catholica irruẽs, sacerdotib. & ministris, vel ipsi cultui, [k] locoq; [l] aliquid importet iniurię: qđ [m] geritur, à prouinciæ rectoribus * animaduertatur: [n] atque ita prouinciæ moderator sacerdotum, & catholicæ ecclesię ministrorum, loci quoque ipsius, & diuini cultus [o] iniuriã capitali in conuictos, [p] siue cõfessos reos snĩa nouerit [q] vindicanda: nec [r] expectet, vt eps iniuriæ propriæ vltionem deposcat, cui sanctitas [s] ignoscendi * gloriam dereliquit.

¶ Sitq; cunctis [2] † laudabile [t] factas atroces sacerdotib. aut ministris iniurias, veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis [u] vltionem mereri.

¶ Quod [x] si multitudo [y] violenta à ciuilis apparitoris [z] [3] † executione, & adminiculo ordinum, [a] possessorum ve non potuerit flagitari, [b] [4] † quod [c] se armis, aut locorum difficultate tueatur, præsides prouinciarum, etiam militari auxilio appetito, [d] competentem vindictam tali excessui imponere non morentur. Dat. 7. Kalend. Maij, Mediolan. Honorio III. & Eutychia. Coss. 398.

IN AVTHENT.

De sanc. episc. §. si quis cum sacra. coll. 9. constit. fin.

SEd non iure pro tali iniuria verberatur, aut [e] in exilium mittitur. [f]

¶ Sed si sacra ministeria [g] turbauerit, vel celebrari prohibuerit capite puniatur.

¶ Idem est & in litanijs. nam pro iniuria [h] verberatus [i] exilio tradatur. si eas [k] concusserit, capite plectatur.

¶ Laicis facere litanias interdicimus sine clericis, [l] quę sine orõnib. & cruce fieri non debent.

a Legitimis] i. secũdum quantum est ad legem Corn. de fal. l. j. in fi.

b Cœteri] A presbytero vel diacono.

c Sine delectu] Sine distinctione illa, vtrũ fuerit pecuniaria causa, an criminalis, vt supra eal. lect. hic aliter, & minus punitur in pecuniaria, q̃ criminali.

d Verberibus.] id est in meritis.

e NVlla.] Trãsfertatur, vt in Aut. quo oport. epis. § quã ta, coll j. sed Paul. ad Timoth. e duxit de sexaginta auth. hic posita diaconissam, &c. corrigit hanc legẽ, & dicit de 60. sicq; te minus tempus putaui sufficere Imperator, quam Apostolis, vel Imperator antiquus.

PResbyterum Diaconum & vel subdiaconum, vt in corp. auth. vnde hæc sumitur, de sanc episco. §. presbyterum, coll. 9.

g SI quis in hoc.] Tria spãliter notantur hac lege. Prima, q crimẽ iniuriarũ est publicum crimen. Secundo, q ex eo infligitur pęna capitalis. Tertio, q quis sine accusatore punitur. Vel dic, q nullum sit hic spãle: q a nõ loquitur de crimine iniuriarũ, sed de crimine sacrilegii, q̃ est publicum, & pęna capitalis imponitur, vt ff. ad leg. Iul. pecul. l. sacrileg.

h Hoc genus] i. ã hoc est vnum ex ceteris.

i Prorupe it] id est, in ciderit.

k Ipsi cultus. quando dicit ... officium.

l Locoque quando nõ dicitur.

m Quod geritur. idest quod factum est.

n Animaduertatur. id est, puniatur.

o Cultus.] ac si dicas cuilibet ... existenti.

p Conuictos] i. comprobatos per testes.

q Nouerit] sic ergo post confessionẽ datur sententia, vt diximus ff. ad le. Aquil. proinde. ...

r Nec expe...] ... moderatque.

s Sanctitas] alias sancta.

t Laudabile sine accusatore punitur ergo, vt dixi in ff. de testib. l. nullum.

u Reis.] id est, delinquentibus.

x Quod.] pro, &c.

y Multitudo.] s. delinquentium.

z Apparitoris.] id est nuncij communis.

a Ordinum id est militum iustitiæ illius ... stri, vel loci.

b Flagitari] i. iudici præsentari.

c Quod] i. quia.

d Appetito sic & inf. de his qui latro. l. 2. ante medium.

SEd non CASVS. i. ea superior dicebat, si quis turbauit diuina ministeria, siue aliàs iniuriam tulit, conuictus capite puniebat (. hęc auth. hoc corrigit, & dicit q non iure pro tali pœna verberatur, & in exilium mittitur: sed si aliquis turbauit, aut prohibuit sacra ministeria celebrari, capite puniatur. Eadẽ distinctio est in litanijs. nam si qs facit iniuriã eunti ad litanias, verberatur, & traditur in exilium. Si autem eas concussit, capite punitur. Itẽ laicis est prohibitum facere litanias sine clericis, quia litaniæ non debent fieri sine orationibus & cruce. Vitianus.

e Aut. pro &, vt patet ex eo, quod dicitur de litanijs. sic & ff. de verbo. sign. l. sæpe.

f Mittitur. qñ officium non celebratur.

g Minister a. tempore, quo celebratur ministerium.

h Pro iniuria.] illata clericis ita tamen, vt non turbetur officiũ litaniæ, vt patet ex eo, quod dicit de litanijs. & ff. de verb. sign. l. sæpe.

i Verberatus. hic qñ sunt factæ, alias punitur aliter, vt sequitur.

k Eas. Ita, quod sacra nõ fuerit facta sic.

l Clericis. ita tñ, vt non turbetur officiũ.

* Mal ... doct. ... sequitur ... hodie ... in diacono ... ea ... Sexti ... & Clem. Nam abbatissa potest esse in 40 ann. vt in c. ... diuersis ... de elec. lib. 6.

6 In presbytero sufficiunt 25. In diacono & subdiaconum sufficiunt 18. vt in Clem. si de ætate & qualitate in ep. ... ... vt ... cum in ... de elec. ...

† Hodie id non obseruatur ... Trid. ... 23 de ref. c. 12 Concord. ...

* Ex l. ... C. Th.

† Hæc lex ... si quis ... dẽte, circa medium.

* Concor ... sic generale, in ... glosam per verbo. malefactores. in medio extra. de foro comp.

† Concor. e. sedes Apostolica. in prim. cum gl. extra. de rescrip.

2 † Liberũ C. Th.

3 † Apparitoris. C. Th.

4 † Traseo tari. C. Th.

Ad ecclesiam sunt promouendi illi, qui sunt de illa ciuitate, vel oppido. h.d. Bal. & numerus iudicio episcopi debet taxari. Sal.

Iidem AA. Eutychiano P.P.

LEX XI.

IN ecclesiis, † quæ in possessionibus (vt fieri assolet) diuersorũ, vicis [a] etiã, vel quibuslibet locis sunt cõstitutę, clerici non ex alia possessione, [1] † vel vico, [b] sed ex eo, vbi ecclesiam esse constiterit, ordinentur, vt propriæ [c] capitationis [d] onus, ac sarcinam [e] recognoscant, [f] ita, vt pro magnitudine, vel celebritate vniuscuiusq; vici, ecclesijs certus iudicio [g] episcopi clericorum numerus ordinetur. [2] Dat. Cal. Aug. Mnlio Hono. A. IIII. & Eutychiano Coss. 398.

Prohibitus clericari debet reuocari ad pristinum statum per manus iniectionem: & non prodest ei cedere bonis. Salic.

Iidem AA. Eutychiano P.P.

LEX XII.

SI quis curialis [h] clericus fuerit ordinatus, nec statim, conuentione [i] præmissa, pristinæ conditioni reddatur, [k] is vigore, & solertia [l] iudicantium [m] ad pristinam sortem, veluti [n] manu [o] iniecta, [p] mox reuocetur. [q] clericis .n. vlterius legem [r] prodesse non patimur, quæ cessione patrimonii subsecuta, decuriones clericos esse non vetabat. D. 6. Aug. 398.

Violans priuilegia ecclesiæ punitur in quinque lib. auri, & loquitur hæc l. in priuilegiis, quę conceduntur singularibus ecclesiis. h.d. Bal. & Sal. & est canoniz. 25. q. 2. versic. ecclesiæ. Paul. de Cast.

Iidem AA. Fidiano vicario.

LEX XIII.

SI venerabilis † ecclesiæ [s] priuilegia cuiusquam fuerint, vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta, commissum hoc quinque librarum auri condemnatione [t] plectetur. Dat. 7. Cal. Iul. Brixiæ Theodo. V.C. Coss. 399.

Hęc auth. venit augmentatiuè ad l. Codicis nam auget pœnam violatoribus priuilegiorum ecclesiæ. Sal.

Noua constitutio Friderici de statut. & consuet. contra lib. eccle. §. item quæcunque, col. I.

ITem quæcunque cõitas, vel persona per annũ in excõicatione pp libertatem ecclesiæ factam, & violatam perseuerauerit, ipso iure imperiali banno subiaceant, à quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento.

Repulsus ab episcopatu propter delictum commissum in rempublicam, non est reuocandus ad episcopatum. Sal.

QVicunque residentib. [u] sacerdotibus [x] fuerit episcopali loco, & nomine detrusus, [y] si [z] aliquid contra custodiam, vel quietẽ publicã moliri fuerit deprehensus, rursusque [a] petere sacerdotiũ, [b] à quo vr [c] expulsus: procul ab ea vrbe, quã cõturbauerit, [2] † centũ millib. [d] vitam agat: nec nostra adeat secreta, nec impetrato rescri-

IN ecclesiis [Lex ista plana est.

a Vicis. non accipias hic vicum, nisi de adscriptitiis tantum alterius possessionis, nam ex eadem possessione clerici ordinantur volente demum domino: constitutione noua, & præter voluntatem.

b Vel vico idonei sint ibi, alias secus, quia de aliis terris, vt aug. si te[...] & [...] [...], § & si le ge. & quod cuiusque vnde [...] § pen. Irn. [...] dicit hanc legẽ loqui in adscriptitiis tñ, & pro eod. inf. eo l. quisquis. a. vn. & inuito domino, vt in Auth. cod. § a[...]. sed & in aliis loqui potest, qui ratione possessionum ad aliqua tenentur præstanda, vt & a [...] in de offic. [...] lit. [...].

c Vt propria. idest, tri b[...] pro tenebantur præstare.

d Capitationis i. pen sitationis, vel tributi [...].

e Sarcinam. quantum [...] corporis.

f Recognoscant. quantum ad patrimonium, [...] in eo vico.

g Iudicio. consentiente patrono, vt in auth. C. si quis oratorium do[...], vel ibi ad col[...]tionem vacantium, hic ad certum numerum clericorum. & [...] cat sup. tit. [...] l. non plures & in de[...]. 61. di. c. nullus.

SI quis curialis. CASVS. Hęc lex prohibet, ne aliquis curialis addictus curiæ suæ sine consensu [...] superioris possit clericari, & si fuerit factus clericus, [...] incontinenti facta [...] renunciatione redeat ad curiam, [...] sua auctoritate debet eum reddere primæ conditioni, cessante l. quæ dicebat, quod curialis [...] suo superiore clericari, relictis omnibus bonis suis curiæ. [...].

h Si quis curialis i. ob [...] curiæ.

i Conuentione. id est citatione.

k Reddatur a [...].

l Et solert. id est, [...].

m Iudicantium. fortè ab his, quibus tenebatur, [...] de sit copia, vt inf. de decur. l. generali, lib. decimo.

n [...]. exemplum [...] est.

o Manu. militaris id est [...] & tunc dic.

p Iniecta id est missa, vel propria dic, quod manus iniiciatur in eum capiendo ipsum.

q Reuocetur. sed an clericus esse desinat? Rñ. non, sed priuilegiis clericorum non vtitur. quia nec decurio, qui quæstioni mancipatur, i. datur, decurio esse desinit, vt inf. ad leg. Corn. de fal. l. si quis. Sed arg. contra, in Auth. quomodo opor. epis. §. neq; autem, coll. 1. & facit ad hanc legẽ. de agric. & cens. l. [...] lib. 11. & in Authen. vt iudi. sine quo. suff. §. necessitatẽ, coll. 2. & in Decr. dist. 51. c. 2. & 3. & 34. dist. c. præcipimus, & inf. eo. l. quisquis. 2 & posse hic legi auth. sed neque. quæ est supra eod. l. officiales.

r Legem, quam non habemus, quæ dicebat hoc, quod sequitur. erat enim lex, quę patiebatur fieri decuriones clericos, si vellent cedere bonis, & dare curiæ.

s SI ecclesiæ. Commissum, i. peccatum, siue delictum.

t Condemnatione. sed contra, sup. titu. i. placet sed [...] imponitur pœna ciuiliter, ibi criminaliter. Vel ibi de priuilegiis circa tributa, de quib. dicit ibi: hic de aliis. Vel hic de priuilegiis specialiter alicui quo ad pecuniam indultis, ibi de generalibus. Vel vindicta, hic mulcta. Item contra, sup. titu. [...] l. iubemus nulli, §. sanè. Sol. ibi vindicta, hic mulcta. Vel ibi, quando circa alienationem violantur priuilegia. Itẽ contra, inf. de leg. constit l. 3. sed ibi solutas. Vel intelligas legem istã loqui de eo, qui volebat priuilegium ecclesiæ impugnare. priuilegia tñ in [...] non inclusa in corpore iuris. Itẽ est hic auth. noua. Item quęcunque &c. nam violauerat priuilegia ecclesię concessa, &c.

u QVicunque residentibus.] in concilio.

x Sacerdotibus. i. epis.

y Detrusus. i. [...] sus per electionem. & quod dicit inf. expulsus, i. ipso iure per talia commissa. Vel verius dic, detrusus, i. depositus, & expulsus & propriè ponitur, & probatur hęc expositio in Auth. eo. §. si quis autẽ episcopus. quam authenticã habent hic quidam.

z Si. pro quia.

a Rursusque. id est iterum.

b Sacerdotium. id est episcopatum petere vedit.

c Videtur. & etiam &c.

d Millibus. id est milliaribus.

k Concord. [...] & de ele. pete[...] nobis.

1 † Hinc Galli colligunt, extraneos beneficiorum (eorũ præsertim qb animarum cura subest) in Galliam [...] capaces [...] de [...] III in e bene[...] & intelligi crimina [...] quoniam in plerisq; de off. ord. & cap. vlt. de cler. peregr. ibi catholicã præsentẽ [...] conformẽ Dionys. Gothof.

† Concor. c. quando, de consi. & ea in noua. 21. d. & gl. inc. penult. [...] verbo. dem[...] de consi[...] et c. [...] parte. in fi. extra de [...] pregen.

a Ex li. 16. vt. ad. 34.

2 † Infec. C. Th.

a *Impetratis.*] rescriptis Accursius.
b *Defensoribus*] qui vellent eos defendere.
c *Eorum.*] expulsorum.
d *Indignationem.*] scilicet nostram.

t *Immunitate.*] quæ fit cum domini voluntate.
u *Indulta* ; scilicet huic clerico Accur.
x *Capitationis.*] s. extraordinariæ, sed ordinariā præstat, vt sup. eo. de his. Vel hic, qđ dicit de prædijs ecclesiæ. Acc.
y *Venerandis.*] s. alijs clericis occasione venerandarum ecclesiarum.

pta speret, sed etiam impetratis [a] careat, defensoribus [b] etiam eorum [c] nostram indignationem [d] subituris. Dat. prid. Idib. Non. Februa. Rauen. 400.

IN AVTHEN.

De san. episcop. §. si quis autem episcopus. collat. 9. constitu. nn.

SI quis episcopus sacerdotio pulsus præsumpserit ingredi ciuitatem, ex qua pulsus est, relinquens locum, in quo degere iussus est; iubemus hunc monasterio in aliæ regione constituto tradi, vt quæ in sacerdotio deliquit, in monasterio degens corrigat.

Verbum non respiciens finalem causam non inducit argumentum à cõtrario sensu. h. d. hut. Verum est, quod dicit hic glo. sed non tex nisi iunctus cum glo. Bal. Vel sic, conuenticulum illicitum est prohibitum: & domus, in qua celebratur, est publicanda. Sal.

Ijdem AA. Studio. Præfe. vrbi.

LEX XV.

COnuenticula [1]† illicita [2]† [e] etiam extra ecclesiam [f] in priuatis ædibus celebrari ꝓhibemus: proscriptionis [g] domus periculo imminente, si dominus eius in ea clericos [h] noua, ac tumultuosa [i] conuenticula extra ecclesiam celebrantes, susceperit. Dat. 4. Calend. Septem. 404.

Rusticus adscriptitius alicuius domini promotus ad clericatum, potest deseruire in ruralib. obsequijs per substitutum, per cuius seruitium repræsentatur eadem vtilitas, & effectus. Bald.

Impera. Honorius, & Theodo. AA. Anthemio. P. P.

LEX XVI.

QVisquis [k] censibus fuerit [l] adnotatus, [m] inuito agri domino, tẽperet ab omni clericatu, adeò vt etiã si in eo vico, in quo noscitur mãsitare, clericatus fuerit, [n] sub [o] hac lege, religiosum assumat sacerdotium, vt & capitationis [p] sarcinam per ipsum dominum agnoscere cõpellatur: [q] & in ruralib. obsequijs, [r] quo maluerit subrogato [s] vtatur, ea scilicet immunitate [t] indulta, [u] quæ certæ capitationis [x] venerandis [y] ecclesijs relaxatur, nullo contra hanc legem vnquã ualituro rescripto. D. . . 409.

Clerici non possunt esse aduocati. vel procuratores in causis secularibus, nisi in causis proprijs, aut pro collegio suo. h. d. Bal.

Ijdem AA. Maximo. [3]† P. P.

LEX XVII.

PLacet [z] nostræ * clementiæ, ut nihil cõmune clerici cum publicis [a] actionibus [b] uel [c] ad curiam pertinentibus cuius corpori non sunt annexi, [d] habeant. [e]

¶ Præterea ijs, qui parabolani [f] * uocantur, neq; ad quodlibet [4]† publicum spectaculum, [g] neque ad curiæ locũ, neque ad iudicium accedendi licentiam permittimus: nisi fortè singuli ob caussas proprias, & necessitates iudicem adierint, aliquem pulsantes, aut ab alio ipsi pulsati: uel in communes totius corporis caussas syndico [h] ordinato: sub ea [i] definitione, ut si quis eorum hæc uiolauerit, & bre

e C *Onuenticula illicita.*] vt aliquorum hæreticorum.

f *Extra ecclesiam.*] id est extra ecclesiasticam religionem, & sic expone in fi. huius l. alij habent ibi, etiam. & sic est plana lex. Vel dic tertiò, quòd licet extra ecclesiam prohibeat, nõ ideo in ecclesia permittit: non enim semper valet argumentum à contrario sensu, vt inf. de iur. om. iud. l. nemo.

g *Proscriptionis.*] id est publicationis. sic & inf. de fal. mon. l. 1. §. domus.

h *Clericos.*] scilicet hæreticos.

i *Tumultuosam.*] Sic & inf. de ijs qui ad eccle. confug. l. denunciamus. & inf. de hære. l. 3. & inf. de prag. san. & tem. l. 1.

k Q *Visquis.*] Hec lex plana ẽ.

¶ Et not. quod ad hoc principaliter allegatur secundum Pau. quod ille, qui tenetur aliquid facere personaliter, potest illud facere per substitutum. & hoc est verum, quando ipse est impeditus. & ita erat hic propter clericatum: quia amodo non habebat vacare operi rurali, sed diuino officio, aliàs secus, quòd dic, vt per Cy. hic.

l *Fuerit.*] id est, esse voluerit.

m *Annotatus.*] id est glebæ seruus effectus, vt de ea censũ solueret annuũ, & dic annotatus id est allegatus.

n *Fuerit.*] id est esse voluerit.

o *Sub hac lege.*] id est domino permittente: sed hodie etiam inuito vt in authen. adscriptitios. quæ est inf. eadem l. iubemus.

p *Capitationis.*] id est, tributi.

q *Compellatur.*] s. talis clericus, vt sup. eo. in ecclesijs.

r *Obsequijs.*] scilicet colendi fundum.

s *Subrogato*] i. huiusmodi loco dato. Ar. ꝙ vasallus posset seruire feudo per substitutum. Item ar. ꝙ hæres aduocati non iurisperitus possit seruire per alium, & retinere feudum, vt inf. eod. l. ad similitudinem. & l. iubemus. 2 Sed ar contra ff. pro soc. de illo. & inf. de procu. l. fi. & est hic ar. pro nobis ad quæstionem quam not. inf. de vsufru. l. antiquitas. in glo. illa, ar. ꝙ liber homo. &c.

z P *Lacet.*] Lex ista bona est, & fuit prodita ad honestatem clericorum conseruandam. Et diuiditur in tres partes. secunda ibi. præterea. tertia ibi. sub ea. Viuianus.

¶ Et not. ex hac l. ꝙ clerici non possunt esse aduocati, nec ꝓcuratores in caussis secularibus. & est glo. in l. 1. § sexum. ff de postul. Bal.

z *Placet nostræ clementiæ.*] id est, nobis, qui sumus clementes. sic habes sup de sum. tri. l. 1.

a *Publicis.*] i. cum publicis muneribus.

b *Actionibus.*] publicæ ideo dicũtur, quia iure publico, id est, ciuili inductæ sunt, vt & ff de ori. iur. l. 2. §. deinde ex his. aliàs dic actionibus, id est. muneribus. vt sic index. Ac.

c *Vel.*] s. actibus siue officijs pertinentib ad singulos de populo, vt inf. eod. l. repetita similis expositio est in auth. hoc ius porrectum. in prin sup. titu proxim. Accur

d *Annexi.*] ergo in curia episcopi, quia eius curiæ corpori sunt annexi, habere possunt aliquid cõmune Accur.

e *Habeant.*] Sed quã pœnam habebunt, si immisceant se de facto? Rñ. extra ordinem arbitrio iudicis puniuntur vt ff. de pœnis. l. sanctio. Vel dic ꝙ illam pœnam patientur, quæ est inf. eod. repetita. in fin. l.

f *Parabolani*] i. medici. sic dicti, quia multas habent parabolas, qui & circuitores vocantur, vt ff de excu. tut. lege. si duas. § 1.

g *Spectaculum.*] id est, ludum.

h *Syndico.*] id est defensore ipsius corporis medicorum, qui sexcenti erant, vt inf. eo. proxi & eorum nomina scripta erant in breui in quaterno quodam, vt hic subijcit. Et no. ꝙ aliqua potest facere quis pro se, vel pro suo corpore, quæ pro alio non potest, vt inf. de procu. l. qui stipẽdia & ff de procur. l. qui filiusfa §. milites.

i *Sub ea definitione.*] Hoc est iubeo prædicta sub certa pœna definita siue statuta contra eum, qui venit contra.

3† Monaxo.

** Caueat, cum princ. huius l. contra ne cle. vel mo. c. 1 & c. sed nec.*

** Parabolani, vt paret ex hoc loco, & l. 42. & 43 C Theod. eo. ti. dicuntur qui ad curanda debilium corpora deputantur. dicti à voce Græca παράβολος qua denotatur homo proiecta audacia, & ad pericula adeunda praceps & temerarius.*

4† Lactan. in Epit. c. 6. Gladiatorum spectatoribus nõ minus cruore perfunditur qui spectat, ꝙ ille, qui facit, &c.

a Breui-

a *Breuibus.*] id est, scriptis, vel quaternis &c.

b *Competenti.*] scilicet quod videtur in dict. l. de pœnis. l. sanctio legum.

INterdicimus.] Hæc auth. prorogat l. C nã interdicit sanctissimis episcopis, & presbyteris, & diaconis, & subdiaconis, & cantorib. & cæteris clericis, ne ludant ad tabulas, vel ne cum alijs ludentibus participes sint, vel ludẽtes inspiciant. Item interdicit eis, quòd non accedãt ad spectacula aliqua. & si aliqui ex prædictis contrà fecerint, in monasterium detru dãtur, per trienniũ sacro ministerio eis interdicto. Sed si medio tempore se ostẽderint pœnitentes, reuocantur per suũ episcopum Vivia.

c *Sanctissimis episcopis.*] quales omnes esse debent.

d *Collegij.*] id est in conuersis. Vel collegiũ genus est conuersorum.

e *Schematis*] id est, ordine, vel figura.

f *Ad tabulas.*] Etiã gratis, argumẽto e jus, quod dicit de spectaculo. quod fit gratis. Sed quid si ad scacos? Respond. fortè secus, quia in ingenio naturali cõsistit, nec committitur viribus fortunæ. & est hæc auth. de san. epis. §. interdicimus 2. collat. 9. vbi est similis glo.

g *Redigi.*] Sed quis hoc faciet? Respon. episcopus, si clericus sibi subditus sit delinquẽs, vt in auth. de san. episc. §. interdicimus. 2. in fin. §. vel si episcopus deliquerit, tunc archiepiscopus, vt in auth. vt nul. fa ora. do §. si. collat. 5. Sed quid si episcopus, vel archiepis. non vult imponere istã pœnã? Respond. à Deo pœnam expectent, vt in auth de sanctis. episco. in fine. §. prædicti.

h *Minuere*] scilicet triennium.

PArabolani.] Hæc lex plana est & habet locum solum

1† Parabolanos. Vide Abb. in c. clerici. verbo, & ex his. ver. circa primũ dico. vbi etiã tractat, an possint rapti ludo perdita, extra de vi. & ho cle. vbi tenet idẽ quod ista glo. Inno. in c. later. de ho. et Arc. 35. dist. episcopus, in prin.

2† Qui & parabolani Iulio Firmico, paraboli Socrate, parabolani 16 cod. Theod. t. l. 42. 43. ita dicti, quod se coniũxerint in magna pericula propter frequentẽ ægrorum contractũ. Vi. Cuiac. ad Nou. 3. sunt enim Gratis, ea tabula, sũmus periculis obiecta. conan. 1. c. 10 nu 5. Turneb. 23 aduers. 23. Alciat. 4 dispunc. 9. Tiraquel. de nobilitate.

* Concor. gloss super ver. impedimento. in c. sciscitatus. extra de rescrip.

uib.[a] parabolanis eximat, & cõpetẽti[b] supplicio subiugetur, nec vnquam ad eandem solicitudinẽ reuertatur. Dat. 3. Calen. Octob. 416.

IN AVTHEN.

De san. epis. §. interdicimus. 2. colla. 9. constit. fin.

Clerici per se vel per aliũ non possunt ludere ad ludũ subiectum fortunæ quinimò nec inspicere, sub pœna hic subiecta. h. d. Sal.

INterdicimus sanctissimis episcopis,[c] & presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & lectoribus & omnib. alijs cuiuslibet ordinis venerabilis collegij,[d] aut schematis[e] constitutis, ad tabulas[f] ludere, aut alijs ludentibus participes esse, aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum, spectandi gratia venire. Si quis autem ex his in hoc deliquerit, iubemus hũc tribus annis à venerabili ministerio prohiberi, & in monasterium redigi:[g] sed in medio tempore, si se pœnitentem ostenderit, liceat sacerdoti, sub quo constitutus est, tempus minuere,[h] & hunc priori rursus, vel proprio ministerio reddere.

Hac lex est localis: & breuiter dicit, quòd sexcenti medici in Alexandrina ciuitate debent iudicio antistitis statui. h. d. Sal.

Ijdem AA Maximo. P.P.

LEX XVIII.

PArabolani,[i] 1† qui ad curanda 2† debiliũ ægra corpora deputantur, sexcentos constitui præcipimus: ita vt per arbitrium[k] viri reuerendissimi antistitis Alexandrinæ vrbis, de ijs, qui antea fuerant,[l] & qui pro consuetudine curãdi, gerunt experientia,* sexcenti parabolani ad huiusmodi solicitudinem eligantur: exceptis, videlicet honoratis,[m] & curialibus.

¶Si quis autem ex his[n] naturali sorte fuerit assumptus, alter in eius locum pro volumtate eiusdẽ sacerdotis[o] (exceptis[p] honoratis, & curialibus) subrogetur: ita vt hi sexcenti viri reuerendissimi sacerdotis præceptis, ac dispositionibus obsecundẽt & sub eius cura cõsistant: reliquis,[q] quæ dudum latæ legis[r] forma[f] complectitur, super ijs parabolanis, vel de spectaculis, vel de iudicijs, cæterisq; (sicut iam statutum est) custodiendis. Dat. 3. Non. Februa. 418.

Cum clericis non debent habitare mulieres, eorum castitatem infamantes. hoc dicit Salicetus.

Ijdem AA. Palladio. P.V.

LEX XIX.

EVm,[t] qui* probabilem seculo disciplinam agit,[u] decolorari[x] consortio sororiæ[y] appellationis non decet. quicunque igitur cuiuscunque gradus sacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierum interdicta cõsortia cognoscant:[z] hac tantum eis facultate concessa, vt matres, filias,[a] atq; germanas, 3† intra domorũ suarũ septa[b] contineant. in his. n. nihil sæui criminis 4† existimari fœdus[c]* naturale permittit. Illas etiã non relinqui[d] castitatis 5† hortatur affectio, quæ ante sacerdotium maritorum legitimũ meruere cõiugium:[e] neque enim clericis incompetenter adiũctæ sunt, 6† quę dignos sacerdotio viros sua conuersatione[f] fecerunt. Dat. Idib. Maij 420.

IN AVTHEN.

De nup. §. sed & si quis inter. collat. 4. constitu. 1.

Illud, quod non permittitur ad tempus, multò minus permittitur in perpetuum: quia fortior ratio prohibitionis est in perpetuo, quam in temporali. h. d. Bal. Vel sic. Ad noua coniugia non possunt clerici aspirare. Solis enim cantoribus & lectoribus permittitur: dum tamen tertias non contrahant nuptias h. d. cũ glo. Sal.

MVltò magis[g] ergo cel-

In Alexandrina ciuitate. Viuianus.

¶ No. ex hac lege specialiter, quod collegium medicorum debet ordinari per episcopum loci. & hæc lex posita fuit in hoc titulo propter officiũ pietatis, quod exercent in curãdis infirmis secundum Paulum de Cast.

i *Parabolani.*] i. medici. & regitur a verbo, præc primus. quod est inf. etiam sic indeclinabile.

k *Arbitrium.*] i. voluntatem.

l *Fuerant*] scilicet ante electionem faciẽdam de tanto numero.

m *Honoratis.*] i. officialibus, qui eligi non possunt, nec debent. sicut nec subrogari, vt subijcit statim.

n *Ex his.*] scilicet medicis.

o *Sacerdotis.*] id est episcopi.

p *Exceptis*] quia non debet quis eligi de illis.

q *Reliquis.*] s. præceptis.

r *Legis.*] scilicet superioris.

f *Forma.*] vt sup. l. proxi.

t EVm.] vt episcopum vel clericum.

u *Agit.*] id est, agere dẽt castè viuẽdo.

x *Decolorari.*] id est diffamari.

y *Sororia*] vt retineat aliquam, quã dicat sororem.

z *Cognoscant.*] sic ff de viu & hab. l non aliter.

a *Filias.*] quas habuerunt ante clericatum.

b *Septa*] i. clausa.

c *Fœdus*] id est vinculum, vel proximitas cõsanguinitatis.

d *Relinqui.*] id est bene poterit retinere secum.

e *Coniugium.*] scilicet maritorum.

f *Conuersatione.*] Fuit enim talis conuersationis hæc vxor, quòd voult secum castitatem. Vel sic suasit ei, vt esset sacerdos.

g MVlto magis.] id est cũ prohibeantur clerici ne retineant aliquam extraneam in cõcubinã, multò magis.

a Con-

* Ex libr. 16 titu. 2. l. 44. C. T.

3† In Niceno Concilio additur, & quælibet huiusmodi necessitudinis cõiuncta mulier. vt procul absit ab ea omnis suspicio. ad l. 7. ff de vsu & habita. Dyon. Gothof.

4† Nõ præsumitur fornicatio incestus, aut crimẽ inter consãguineos. Vi. Alcia. i. præsump. 34. l. 67. §. 1. ff. de rit. nup.

* Simile habetur in ca. cum interuentum. extra de præsump. et in c. 1. cũ glo. 2. & ca. à nobis. de coha. cler. & mule.

5† al charitatis.

6† Videtur alludere ad versic. 14 16. epist. 1. ad Corint.

a *Coniugia.*] quæ de nouo facie. eni, vt statim subijcit, & sic non corrigitur l. 2. sup. eod.
b *Peruenerint.*] cantores, & lectores
c *Ascendant.*] scilicet cantores, & lectores. tertias nullo modo contrahũt, vt in cor. auth. & hæc est de mona. §. si qs autem. colla. 1. & de nup. §. sed & si qs. & quomodo opor. episc §. neque aute. coll 1.
d *Episcopo.*] hoc est in auth. quomodo opor. epis. §. neque autem. coll. j. & in authen. eo. §. presbyteris. coll 9.
e *Nullam.*] idem in monacho, vt i auth. quomodo opor epi sco. §. non egrediũtur. presbyteri verò & inferiores possũt habere secum illas, quæ omnẽ effugiũt suspicionem, vt in auth. eo. § presbyteris. coll. 9

SI quis presbyter.] Hæc l. plana est. ¶ Not. primò hic sex personas præferri ecclesiæ in successione clerici intestati, scilicet persona liberorum, persona agnatorum, & cognatorum, vir, & vxor, & curia, & dominus, & patronus.
¶ No. secundò, quòd ecclesia præfertur fisco. Bal. & Pau.
f *Loci*] i. gradus.
g *Monachus*] secundum hæc tempora monachi habebant propria.
h *Solitariæ vitæ*] id est solæ, vt fit in vna cella.
i *Censibus.*] adscripti vt serui glebæ.
k *Subiecti.*] id est liberti facti clerici.
l *Bona.*] libertorũ.
m *Peculia.*] adscriptitiorum, quæ impropriè dicũtur peculia, cum sint liberi: sed quæ à tempore harum legum nõ erant nisi castrẽsia, vel quasi, vt inf. de inoffi test. l. fi. vnde pro pusillo patrimonio ponitur, vt ff. ad Trebel. lege, cogi. in princ.
n *Legibus.*] olim alia quia quarta, & hodie tertia, vt in fiti. de sui. lib. §. sed nostra.

* P.T.P. & patri.
* Ex li. 5. titu. 5. l. 1. C.Th.

sant eorum coniugia. [a] soli enim cantores, lectoresque nuptias contrahere permittuntur, alijs autem omnibus penitus interdicimus. veruntamen, si & ipsi ad secundas peruenerint [b] nuptias, nequaquam ad sacerdotij culmen ascendant. [c]

IN AVTHENT.

Quomodo opor. epi. §. hæc autem. ver. neque autem. coll. j. consti. fi.

Cum episcopo vel monacho nulla fœmina etiam non suspecta potest habitare. h. d. cum gl. Sal.

EPiscopo [d] nullam [e] mulierem secum habere permittitur: sed si habere probetur, ab epatu deiciatur, quo se fecit indignum.

Bona clericorum & religiosorum ab intestato decedentium post liberos, & coniunctos, et uxorem ad ecclesiam deferuntur: saluo semper iure curiæ, si erat curialis; & iure patronatus, si erat libertus: & iure domini, si erat adscriptitius. Item hæres cuiuscunque administratoris rerum ecclesiarum tenetur reddere rationem. Bald.

Impp. Theod. & Valentinianus AA. ad Taurum. P.P.

LEX XX.

SI quis * presbyter, aut diaconus, aut diaconissa, seu subdiaconus, vel cuiuslibet alterius loci [f] clericus, aut monachus, [g] aut mulier, quæ solitariæ [h] vitæ dedita est, nullo condito testamento decesserit, nec ei parentes vtriusque sexus, vel liberi, uel qui agnationis, cognationisve iure iunguntur, vel nec uxor extiterit; bona, quæ ad eum, vel ad eam pertinuerunt, sacrosanctæ ecclesiæ, vel monasterio, cui fortè fuerat destinatus, aut destinata, omnifariam socientur: exceptis iis facultatibus quas fortè censibus [i] adscripti, vel iuri patronatus subiecti [k] vel curiali conditioni obnoxij clerici, vel monachi, cuiuscunque sint sexus, relinquunt. Neque enim iustum est, bona, [l] seu peculia, [m] quæ aut patrono legibus [n] debentur, aut domino possessionis, cui [o] quis eorum [p] fuerat adscriptus, aut ad curias pro tenore dudum latæ constitutionis, [q] sub certa forma [r] pertinere noscuntur, ab ecclesijs, aut monasterijs detineri: actionibus videlicet competentibus [s] sacrosanctis ecclesijs, vel monasterijs reseruatis, [t] si quis fortè prædictis [u] conditionibus obnoxius, [x] aut ex gestis [y] negotijs, aut ex quibuslibet alijs ecclesiasticis actionibus [z] obligatus obierit. D. xiiij. Kal. Ian 434.

IN AVTHENT.

De monachis. §. illud quoq; col. j. consti. v.

Hæc auth. venit ad l. C. correctiuè, in eo quod permittebat monachis habere proprium, & in eis solum corrigit. sed auth. ingressi. sup. tit. 1. generalius locuta est in quolibet ingrediente monasterium. In presbyteris autem hæc authentica nihil innouat. Salicetus.

NVnc autem, cum monachus factus est, hoc ipso suas res omnes obtulisse monasterio videtur, si prius testatus non sit: & exinde, iudicio eius cessante, [a] lege disponitur, vt si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit, eatenus [b] substantiæ monasterio destinatæ detrahatur, [c] ne quid contingat circa liberos iniquum: saluo tamen iure vxoris, & aliorum creditorum.

Dignitas superueniens facit, quòd quis potest seruire per substitutum. hoc dicit Bald. Vel sic: Curialis legitimè clericus, vel Episcopus factus, seu illustrem dignitatem adeptus, potest curiæ per substitutum seruire. hoc dicit. Sal.

o *Cui.*] scilicet domino.
p *Eorum.*] scilicet clericorum.
q *Constitutionis*] vt inf. de hær. decur. l. 4. & ar. sup. eo. l. officiales.
r *Forma.*] ita. & sine hærede decedant.
s *Competentibus.*] aduersus dominũ, vel patrem.
t *Reseruatis.*] cõtra eorum bona, vel patronũ, vel dominũ, vel curiam.
u *Prædictis.*] censibus, vel patrono.
x *Obnoxius.*] id est obligatus.
y *Gestis.*] ab eis scilicet negotijs ecclesiæ.
z *Actionibus.*] id est obligat. ex quibus pueniunt actiones. vel id est actibus.

NVnc autem. Ista auth. plana est. Et no ex ea quod tacita obligatio bonorum nõ intelligitur facta de rebus, de quib. monachus est ante ingressum testatus: alias si intelligeretur facta, tunc intelligeretur facta saluo testamẽto, vel dispositione præcedente, quod est notandũ secundũ Bal.
a *Cessante.*] scilicet testamentario. diuisorium autem non cessat, vt sup titu. 1. auth. si qua. quæ est contra. vel secundũ Io. i si cessauerit. potest enim testari per illam, & hoc placet. vel hæc per illã corrigitur, cum hæc sit in auth. de mona. §. illud quoque. illa de san. episco. §. si qua col. 9. Vel dic hæc verba esse Irn. non legis.
b *Eatenus.*] id est vsque ad supplemẽtum quartæ.
c *Detrahatur.*] etiã in vita patris, vt inf. eod. l. Deo nobis. in fi. & in authẽ vt nulli iu. §. si vero præter. Sed arg. contra. inf. de do. inter vir. & vx l. res. §. fi. Vide glo. fi. & quæ ibi no. in auth. si qua mulier. sup. tit. proxi

AD similitudinẽ.] CASVS Curialis quidã factus est Consul, vel aliàs illustris seruiet quidem curiæ per substitutum, sicut si curialis

rialis fieret Episcopus, vel clericus & hoc periculo suarum rerum &c.

¶ No. ex hac l. quod Episcopi æquiparantur illustribus, tamen non sunt illustres: quia nullum simile est idem: sed Cardinales sunt illustres sine dubio. Bald.

a *Ad similitudinẽ.*] nam si curialis fiat episcopus, vel presbyter, potest clam seruire curiæ ꝑ substitutum.

b *Honorario.*] vt qui prius erat curialis, vel decurio, & ex eodem tit. electus est ad illustrem dignitatem: seruiet, quidem per substitutũ. secus si dictus decurio, vel curialis esset in episcopũ, vel presbyterum, vel diaconũ electus. Sed hoc vr̃ falsum: quia curialis vendicatur à curia, si fiat cleric⁹, vt sup. eod. l. si quis curialis clericus. q̃ est contrà Solu hæc in alijs curiæ alligatis: illa i decurionib. vel curialib. secundum quosdam. hoc non placet alias illa de clericis, qui sunt infra diaconũ: hæc de illis, q. sunt. sup in eo qđ dicit de clerico hodie tamen hæc corrigunt per authen. sup. eo. sed neque curialẽ, vel ibi clanchic palam, & nõ erat obnoxius, vt patet sup. eo. l. officiales.

c *Illustrem*] i. vt haberent eum honorem, quem habent illustres, sed tamen sine administratiõe.

d *Per substitutos.*] dic vt sup. eo. l. quis quis. & subaudi idoneos

e *Suarum.*] vt substitutus male administret.

f *Si qua per calumniam.*] verè cognitam secundum quosdã. Tu dic præsumptã calumniã, vel quia non probauit, quia destitit, & est similis præsumpta calũnia. inf. eo. l. omnes qui vbicunque. r. rñ. in fin. & ff. de offic. præfec præto. l. 1. § his cunabulis. & ff. de transac. l. cum his §. in persona.

g *Postulatio.*] i. accusatio.

h *Exhibitionis.*] id est vt exhibeatur. i. præsentet apud iudicem. vt respõdeat accusationi.

* Ex li. 12. titu. 1. l. 187. C. Th.

Episcopalis [c] ordo liberat à fortuna seruili, vel adscriptitia, sed non à curiali, [d] siue officiali: nam & post ordinationem durat, ita, vt per subiectam, vel interpositam personam, officium adimpleatur, nisi curiæ, vel officio restituatur.

IN AUTHENT.

¶ De monachis. §. hinc autem coll. 1. consti. 5.

Seruus legitimè monachatus liberatur à iugo seruitutis hoc dicit Sal.

Verum [e] & si legitimo probatus experimento monachus efficiatur, euadet iugum seruitutis. Debent. n. per triennium, antequam monachi efficiantur, in [f] monasterijs permanere: postea verò si monachi facti fuerint, liberi erunt.

LEX XXXVII.

Qui sua monasteria relinquunt, non recipiūt, quas attulerunt ad ea, res mobiles, cuiuscumque quantitatis sint; etiam si non sint confecta monumentorum gesta super ipsis. In donationibus autem immobilium, oportet iura seruari, quando non adimitur ei, qui donauit, euictio [g] ʒ earum ʒ

¶ Nō oportet, episcopos aut clericos cogere [h] quosquā ad fructus offerendos, aut angarias dandas, aut alio mō vexare, aut excōicare, aut anathematizare, aut denegare cōionem, aut idcirco non baptizare, quamuis vsus ita obtinuerit. Transgressor cadit ab ecclesia, & administratione ipsius, & dat decem libras. Hęc verò obtinēt in sola imperatrice ʒ ciuitate, ʒ & territorio eius, & locis ad eos, qui à Patriarcha ordinantur, pertinentibus, aut ad ordinatos ab his episcopos.

j LEX XXXVIII.

Monasteria [k] degunt ʒ seu censentur ʒ sub episcopis territoriorū suorum, & Abbatum [l] quidem curam gerunt episcopi, monachorum [m] vero Abbates.

¶ Non sit verò Abbas duorum monasteriorum

Clerici non debent se intromittere de iurisdictione ad eos non pertinente, nec de insinuatione publicatio testamentorum, Bal Vel sic, Insinuatio. sine publicatio testamentorum debet fieri in vrbe, coram Magistro Census, non corā aliis iudicibus, nec ecclesiarum defensoribus, hoc dicit Salic.

Imperator Iustinianus A. Archelao P. P.

LEX XXXIX.

Repetita [n] promulgatione, non solum iudices quorumlibet tribunalium, verum etiā defensores ecclesiarū huius almæ vrbis, quos [o] turpissimum insinuandi vltimas deficientium voluntates genus irrepserat, [1] † præmouendos esse censemus, ne rem attingat, quam nemini prorsus omnium [2] † secundum cōstitutionum præcepta, præterquā magistro census competit. [p] Absurdum [q] etenim clericis est, immo etiā opprobriosum, si peritos [r] se velint ostendere disceptationum [s] esse forensium.*

¶ Temeratoribus huius sanctionis pœna quinquaginta librarum auri [t] feriendis Dat. 13. Kalen. Decemb. 524.

Imp.

---

a Serui vitā.] s. monachorum, non ita si alias fiebat clericus vt s. l. par. § seruos, sed & alibi corrigitur per A. hic. l. seruus.

b Quam] i. seruitutē alias, quod sugerim in eod. tit. §. sed hæc quidem.

c Episcopalis.] liberat. Scilicet omnino seruum.

d A curiali.] Nisi per 15. ann. prius excessent vitam, vt s. eod. Auth. sed neque.

e Verum.] etsi efficiat seruus.

f Permanere.] hoc si dubia est eius conditio, alioquin prout abbati videbitur, statim cucullam poterit ponere & facere monachū, vt i Auth. eo. § si quis aūt ad, & hæc est de monachis §. hinc autem. col. 1. vel secunda de euictionibus.

* Causa cō mensurato tempore, cō mensurat sibi effectum secundum illud tempus Bal.

g Nec enim ab alijs coguntur ipsi, l. 2. supra eod.

i Ex nouo, canone 1. cap. 20

k Interpretatio Contij.

l Abbates in episcoporum potestate cōsistunt, & si quid extra legē fecerint ab ipsis corrigantur i c. Abbates c. monasteria & sequentibus 18 d 2.

m Monachi Abbatibus omni obedientia, & deuotione subiacere debent, d c 2. Abbates.

n Repetita Nota bene istam, l. & ad hoc semper allegatur, quod quando iurisdictiones sunt distinctæ & limitatæ, non habet locū prorogatio. & pone exemplū, vt per Pau. de Castr. hic.

n Repetita] Nam & alibi hoc est dictum, vt infra de test. l. consulta.

o Quos] scilicet defensores. Accursius.

p Competit.] hodie & defensori ciuitatis, vt in Auth. de defen. ciui. §. interim col. 3. Imo etiam veteri iure defensori ciuitatis cōpetebat, vt inf. de testa. l. omniū, & infra de don. l. in hac. & fit hæc publicatio sic, quia hæres institutus in testamento scripto à testatore, vel alio priuato, vel sine scriptura, adit magistrum census, vt illam scripturam, cū testes sua sigillare cognoscat, vel dicta testiū in publicā scripturā redigat, & erit plena amodo securitas, licet testes pereant, vel prima scriptura, vt hic, & inf. de test. l. secunda. Sed quidam nuncupatiuū tm̄ testamentum dicunt publicādū, quia ergo modicum lucri pro his dabatur, clerici cupidi hoc sibi vsurpabant.

q Absurdum.] quod hæc lex remouet.

r Si peritos,] vt prohibitā non faciant, permissa autem à lege faciunt, ut supra eodē, l. placet, & ideo scire leges debent, vt inf. de legibus, & cōsti. l. leges 3.

s Disceptationum.] i. eorum, quæ disceptabantur in foro.

t Auri] & etiam sacrilegium committūt, vt infra de crim. sacrileg. l. 3

Si quis

1 † Remouendos.

2 † Al. hominum.

* volunt tamen Canones sacerdotem peritū esse secularium negotiorum. vi. d. 39.

a Imperatio Cōstit. b ἀγχρέντ.
c Græci ἀνεπιλήπτους hic: & 1. ad Timoth. 3. vers. 2. sic Paulus ad Titum 1. vers. 7. δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι ὡς θεοῦ οἰκονόμον.
d Nota munus episcopi: & ita Petrus Act. 6. vers. 4. ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν. adde l. 34. inf. de episc. audien. Nou. 132. c. 5.
e Hinc illud nulla rō fuit, vt inter epōs habeantur, q nec à clericis sunt electi, nec à plebib. expetiti, nec à prouincialib. epis, si modo sine cū metropolitani iudicio consecrati. v. 62. d. st. c. nul. la ratio d. 63. & Apostoli in eligendis diaconis aduocata multitudine discipulorū, Dispicite, inquiunt, ex vobis viros septē quos præficiamus, & placuit hæc oratio ■ ti pñsenti multitudini. Act. 6. ver. 2. 3. 4. 5.
f Nouell. 123. c. 1. Cur non duabus. vt Act. 1. ver. 23.
g 1. ad Timot. 3. ver. 7.
h Sic, inter cætera, Paulus ait, non oportere episcopum esse αἰσχροκερδῆ, sed ἀφιλάργυρον. 1. ad Timot. 3. ver. 3.
i l. 48. inf. eo. Immo q bus liberi fint: 1. ad Timoth. 4. & ad Tit. 1. vers. 6. adde Nouell. Leonis 3.
k Quæ μεριμνας Græci, Paulus μέριμνας 1. Corinth. 7. vers. 16. & pr. ver. 32. volo vos esse ἀμερίμνους, hinc vers. ver. 33. 34.
l Quos tamen possumus ἔχειν ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος 1. ad Timoth. 3. ver. 4. possunt etiā eum esse fideles. ad Tit. 1. ver. 6.
m v. Leon. Nouel. 2. 3.
n Episcopi possunt de propriis bonis testari.
o Acquisita ab epo, eo mortuo, deferuntur ad ecclesiam: nec in his testari potest.
p Nota rōnem decidēdi, personæ extraneæ, si quid donat, aut legant epō, cuius sacerdo-

* Imp. Iustinianus A. Atarbio præfecto prætorio.

LEX XL.

Omnem adhibentes prouidentiam circa sanctissimas ecclesias in honorem, & gloriam sanctæ & incorruptæ [b] homousię Trinitatis per quam & nos & communem rempublicam saluos fore credidimus, insistentes ēt doctrinæ sanctorū Apostolorū, de creādis irreprehēsibilibus [c] sacerdotib. q quidē, ob id potissimum ordinanē, vt [d] suis precib. benignitatem humanissimi Dei reb. acquirāt communib. præsenti lege sancimus, vt quoties in qualicūque ciuitate sacerdotalē sedē vacare contigerit, decretum fiat ab his, [e] qui eā ciuitatē incolunt, super trib. [f] personis rectę fidei, & honestæ vitæ, aliorumq; bonorū, & virtutū testimoniū [g] habentib. vt ex ipsis idoneior ad episcopatū promoueatur: si. n. sancti & gloriosi Apostoli sacerdotium à Dño Christo Deo cōsecuti, & qui bonis omnibus terram repleuerunt, & eius doctrinam omnib. impartiti sunt, neq; ipsi vitæ suę, quam in hoc mundo degebant, salutis nostræ cā pepercerunt: qūo ęquum nō fuerit, vt qui subingrediuntur eorū ordinē: & instituuntur sanctissimarum ecclesiarū sacerdotes purum habeant propositum, & pecunias [h] cōtemnant, omnemq; vitam suam ad clementissimū applicent Deum? ¶ Conuenit igitur hmōi eligi & ordinari sacerdotes, quibus nec [i] liberi sint, nec nepotes. etenim fieri vix potest, vt vacans huius quotidianæ vitæ curis, [k] quas liberi creāt parentibus maximas, omne studium omnemq; cogitationem circa diuinam liturgiā, & res ecclesiasticas consumat. Nam cum quidam, summa in Deum spe, & vt animæ eorum saluæ fiant, ad sanctissimas accurrant ecclesias, & eis oēs suas facultates adferant & derelinquāt vt in pauperes & egentes & alios pios vsus consumanē, indecens est, episcopos in suū illas auferre lucrum, aut in propriā sobolē & cognatos impendere. Oportet eīm episcopū minimè impeditū affectionibus carnalium [l] liberorum, omnium fidelium spiritualem esse patrem. Has igitur ob causas [m] prohibemus habentem natos aut nepotes, ordinari episcopum.

¶ De his verò episcopis, qui nunc sunt, vel futuri sunt sancimus, nullo mō habere eos facultatē testandi, vel donandi, vel per aliam quamcunq; excogitationē alienandi quid de reb. suis, quas, postquā facti fuerint episcopi, possederint, & acquisierint, vel ex testamentis, vel donationibus, vel ex alia quacunq; causa: exceptis [n] duntaxat his, quas ante episcopatum habuerūt ex quacunq; causa, vel quas post episcopatum à parentibus, & theiis, hoc est patruis, vel auunculis, & à fratrib. ad ipsos peruenerunt, peruenturæque sunt: quæcunq; .n. post ordinationem ex quacūque causa extra [o] præfatas personas ad ipsos peruenerunt, ea iubemus ad sanctissimam ecclesiā, cuius episcopatum tenuerint, pertinere, & ab ea vindicari & euinci: nulla alia persona potestatem habente, ex eo propriū quid auferre lucrū: quis .n. dubitauerit eos, qui ipsis proprias res relinquunt, aut transtulerunt, non [p] potius ipsum sacerdotium contemplantes, quam eius personam, & cogitantes, quia non solum ab ipsis relicta piè insument, sed & suas ipsorum res adiicient, id fecisse?

¶ Ab hac autem generali nostra lege excipimus ea sola, quæcunq; & qualiacūque in hunc vsq; diem fuerint Epiphanii archiepi felicis huius ciuitatis & sanctissimi Patriarchę. Nā super eis, quæ ab hoc tempore ei adquirentur, ea quę a nobis constituta sunt, obtinere, & ipsa ad sanctissimam maiorem ecclesiam pertinere iubemus.

¶ Post mortē verò Deo amantissimorum episcoporum, iubemus, vt pro tempore illarum ecclesiarum œconomi rationes [q] reddant earum, quæ ab illis relictæ sunt, rerum: idque sanctissimis ecclesiis proficere, quod ex hac nostra lege eis debetur.

¶ Et ipsos quidē œconomos cum iudicio, & diligenti discussione creari præcipimus: scientibus ipsis: q singulis annis rationem referent sanctissimo [r] episcopo suæ administrationis: & quacunque in re videbūtur res ecclesiasticas minuisse vel læsisse, vel proprium quæstum quęsisse, hoc ecclesiasticis reb. restituent. Itaque si quidē superstites huiusmodi rationes subierint, fiāt, quę supra dicta sunt, si verò, non redditis rationib. defuncti fuerint: tunc ipsorum hæredes [s] subij-

tū potius, spectante quam personam.
q Oeconomi rōnib. reddēdis sunt obnoxii.
r Oeconomus epo rōnes reddere tenetur.
s Obnoxius rōn. hæred. dēdis, si eas nō reddiderit, onus earū reddēdarū ad hæredes trāsmittit. vi. l. 12. inf. & ibi tale. a Præ-

subijciantur tali discussioni, & conueniantur pro restitutione omnium quę ex ea causa debere illos constiterit.

¶ Necessarium quoq; esse credidimus, etiam super his aliquid definire, qui curam susceperunt suscepturive sũt venerabiliũ xenonũ, & nosocomiorum, & ptochiorum & orphanotrophiorum, & brephotrophiorũ nã & ipsis oẽm licentiam auferimus de acquisitis reb. post susceptas huiusmodi curationes vel p testamentum, vel per alium quemlibet modum, vel machinationẽ quicquã in alias [a] transferendi personas: exceptis, quæ prius habuerant, vel postea à parentibus, vel theis, vel fratrib ad ipsos peruenerunt Omnia.n. quęcunque ad sancta pertinent loca vel quæ ad ipsorum præpositos post susceptã huiusmodi curã peruenerunt, vel peruentura sunt, ad [b] ipsa venerabilia pertinebunt loca, ea que piè in eos distribui & erogari volumus, qui in illis locis sunt, vel curantur. Manifestũ.n.est, ꝙ quisquis derelinquit, vel donat, siue inscriptis, siue sine scriptis xenodocho, vel nosocomo, vel ptochotropho, vel orphanotropho, idcirco dat, vt piè per ipsum dispensetur, vt qui multam de eorũ pietate præsumptionẽ, & occasionẽ habeat, qs iis locis pfectis sũt: neque verò iustũ est, ipsum ea, quæ sub prætextu [c] eorũ, qui sub eius cura sunt, accipit, non in ipsos, vel pro ipsis impendere, sed in propriã personã auferre, & proprio [d] lucro applicare, timore Dei contempto: quis.n. tali curæ præpositũ nõ existimet idcirco eam suscepisse, vt non solũ quę extrinsecus ad eũ peruenit, sed et oĩa, quę hr̃e cũ contigerit, in eã rem impendat? ¶ Amplius id quoq; iubemus, ut quæcunq; post necessariam erogationẽ in eos, qui eorũ curę commissam, & debitã [e] curatione rerũ, & ędificiorũ superesse contigerit, ea ad redituũ cõparationẽ proficiãt vndiq; .n. noster scopus nostraq; intẽtio est, ad amplificationẽ & augmẽtũ adducere res ad pios vsus segregatas sic n. quisqs pro sua aĩa quidquã facere volet prõptius erogauit, si [f] crediderit, ea, q̃ ab ipso data fuerint, piè administranda esse.

¶ Si aũt contigerit aliquẽ ab administratione sua cessare, quam acceperat, sancimus eũ qui in eius loco constitutus est, cum timore Domini rõnũ redditioni subiici gestæ sub eo administrationis, sicut et diuina nostra lege continetur: sciente & eo, qui post ipsum constitutus est, quòd Domino Deo pro his rationem reddet.

¶ Præterea sancimus, (quẽadmodum & diuinis [g] canonibus definitum est) ne quis episcopus, aut chorepiscopus, [h] aut visitator [i] siue circuitor, aut presbyter, aut alius cuiuscũq; dignitatis clericus per largitionem ordinetur. Sed nec ęconomus, nec ecclesiecdicus, [k] nec xenodochus, nec nosocomus, nec ptochotrophus, nec orphanotrophus, nec brephotrophus, nec qsquis prochio [l] præficiendus est, per talem fiat largitionem, sed per iudicium, & probationem eorum qui in illis locis sunt Deo amantissimorũ episcoporum. Si verò quis inuentus fuerit occasione prædictarum ordinationum & administrationum aliquid dedisse, vel accepisse, siue episcopus sit, siue clericus: & eum, qui præbuit, & [m] eum, qui accepit, extra sacerdotium & clerum fieri iubemus: vt post hæc Domini Dei subiaceant condemnationi. Si autem quis propter præfecturam dedisse quid compertus fuerit: eũ, qui ita pręfectus factus fuerit, extra clerum esse iubemus: si verò ęconomus, vel ecclesiecdicus [n] seu defensor, vel chorepiscopus, id est, vel periodeuta [o] visitator, vel xenodochus, vel nosocomus, vel ptochotrophus, id est, vel orphanotrophus, vel prochio prępositus, comperietur prębuisse quid, vt sibi cura illa committeretur, & hunc remoueri ab huiusmodi cura, iubemus.

¶ Præterea sancimus, vt oẽs clerici per singulas ecclesias constituti, per seipsos psallant nocturna, & matutina, & vespertina, ne ex sola ecclesiasticarum rerum consumptione clerici appareant, nomen [p] quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa liturgiã Domini Dei: turpe enim est, pro ipsis scriptos

necessitate

a Præpositi locorum religiosorum, de acquisitis testari non possunt.
b Loca religiosa, in acquisitis, succedunt præposito.
c Quod prætextu alicuius accipitur, i eius vtilitatẽ verti debet
d Qui dispensandi facultatem habet, seipsum eligere non põt *arg. l. 4 ff. de tutorib. & curatorib. v. Bar. in ia leg. 43 num. 33. ff. de vulgari.*
e Redituus ecclesiastici in alimenta, dein de ædificia, post hæc in emptionem prædiorum conuertũtur. *adde l. 3. inf. de vsur. pupillarib.*
f Eo licentius committitur alicui dispensatio, quo fides eius notior.
g *Canone 28. Apost.*
h Damasus in epistola *Laodicenis. 57* Zonaras χωρεπίσκοποι οἱ ἐν κώμαις ἄρχοντες. *adde §. 10 inf. eo.* ruris aut suburbii epi scopi, subditione episcopi aut metropolitani: defensores ecclesiæ ἀρχόντες: idem qui & arch. diaconi, vel archipresbyteri ferè, vt Leo ait, & vt est in Synodo Neocęsariana ὡς συλλειτουργοὶ εἰς τύπον τῶν ο. Sigebertus, archidiaconi, qui dicuntur chorepiscopi In antiquis monumentis. Abbas d. Ireneį & Iusti apud Lugdunẽses ita appellatur, *v. Cuiac hic.* Datur chorepiscopus certo vico, vel pago ab episcopo vrbis *v. cap. 10 Synodi Antioch & c. 14 Synodi Neocæsariensis, & c. 13 Ancirana.* Papias regionarios vocat, *v. Cuiac. ad l. 6 ff. de excus. tut.* dicti quasi χωριακοί, … *v. Duar. 1. de benef. 9* Video chorepiscopos cõ fecti 72 discipulis. *68. dist. c. quamuis.* vt merito possis dicere, à chorepiscopis Cardinales suam dignitatem mutuatos.
i περιοδευτής. de qua dicam *inf. eo.*
K *vt inf. eo.*
l ὁ τοῖς ἐπὶ τῆς πτωχείας. is erat generalis mendicorum curator diuersus à ptochotropho & œconomo.
m Dantem pariter, & accipientẽ dãnatio Simonis inuoluit. *ca. quas constiteris. 1. q. 1.*
n *vt sup. eo* ἐκκλησιέκδικος defensor ecclesiæ.
o *v. sup. eo.* περιοδευτάς. dicũtur ἐκ τοῦ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστούς, vt Zonaras ait, visitatores *c. non debere dist. 80.* In locũ remotorũ epõrum substituis soles, Ioãnes in epistola ad epos Galliæ de cõtumelioso epo. Ne eius ecclesia destituta videatur, in eius locũ visitatorẽ dari decernimus, *v. Cuia hic* Idẽ defensor & adiutor epi a Papia, nulli certo loco deputãs: sed vbiq; implens absentis epi vicem. De periodeutis adde q̃ scripsi *ad le. 6 § 1. ff. de excus. tut. vbi vide Cuiac.*
p Eo nomine indigni priuilegio clericorum.

eorum l 9 sup de sacrosan eccles l. 5. ff de iure immunitat. 1. De pseudo clericis. Vide Duar. 1. de sacris 17.
a Id est chorepiscopo, de quo dixi §. 9. sup. eod.
b Vt sit actio quasi popularis l 1 ff de popularibus.
c Vide l 2 inf. de rebus cred.
d Interp̃tatio Cõtij.
e De q̃b. alibi dicã.
f Nouell 6 c. 2 3 Nouell. 67 cap. 3. Nouel. 123 cap. 9.
g Huc refert illud Synesij χαίρειν τούτοις ὅσοι τὰς οἰκείας ἐκκλησίας ἀπέπαυσαν, πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀπεπαῦσθαι.
h Est iniquum, alterius peccato pœnam alteri infligi.
i Cõtij interpretatio.
k Nouel 123 c. 30 & l. 19 sup. eod.
l Adde Nouel. 133. cap 3.
Vide

necessitate ipsis inducta psallere. Si enim multi laicorũ, vt suæ animæ consulant, ad sanctissimas ecclesias cõfluẽtes studiosi circa psalmodiã ostendunt, qũo indecens non fuerit clericos ad id ordinatos nõ implere suum munus? quapropter omnimodo clericos psallere iubemus & ipsos inquiri à Deo amantissimis pro tẽpore episcopis, & duobus presbyteris in singulis ecclesijs, & ab eo, qui vocatur archos, vel exarchos, [a] & ab ecdico siue defensore cuiusq; sanctissimæ ecclesiæ, & eos, qui inuenti nõ fuerint inculpatè in liturgijs perseuerantes, extra clerum constitui. Nam qui constituerunt, vel fundarũt sanctissimas ecclesias pro sua salute & communis reipublicæ, reliquerunt illis substantias, vt per eas debeat sacræ liturgiæ fieri, & vt in illis à ministrantibus pijs clericis Deus colatur. Licentiam autem cõcedimus omni [b] personæ, quæ qui horũ prætermissum esse cognouerit, ea denunciare, & publicare.

¶ Ea vero, quæ à nobis sancita sunt, fieri & tradi & ad effectũ perduci, cum Dei benignitate iubemus: eos verò qui in suspitionem venerint, aliquid horum ausu temerario prætermisisse, primum[c] quidẽ ex Dñi Dei iudicio periculum, ac deinde positas in hac lege pęnas sustinere. Da. Calẽ. Mart. CP. DN. Iusti. PP. A. II. Coss. 528.

Idem [d] A. Epiphanio archiepiscopo Constantinopolitano & Patriarchæ.

LEX XLI.

n Omnem semper adhibentes prouidentiã circa sanctissimas ecclesias: per quas & nostrum imperium sustineri, & communes res clementissimi Dei gratia muniri credidimus, necnõ & nostras & cęterorũ omnium animas studẽtes saluari, & eam ob rem solliciti assiduè, ne cõmoda sanctissimarum ecclesiarum, in quacunq; ciuitate sint constitutę, aliqua ratione minuant: neve, quæ in ipsis fiũt, diuinæ liturgiæ [e] ex Deo amantissimorum sacerdotum absentia impediatur, aut non conuenienter, curentur, ac nec etiam sanctissimarũ ecclesiarũ consumantur res, tã ꝓpter itinerum, q̃ ẽt commeantiũ huc sacerdotũ, & comitantiũ clericorũ impẽsas: vnde sæpe & sub fęnore accipiẽdi necessitas emergit, & ex ea re onus ad ipsas sanctissimas ecclesias venit: simul ẽt ne ecclsasticarũ rerũ nõ conueniẽter procedat administratio de absentiæ Deo amantissimorũ episcoporum tẽpus: his ad tuã beatitudinẽ diuinis apicib. vti oportere existimauimus.

¶ Per quos ipsi iubemus, fieri omnibus manifestum, per singulas metropoles vniuscuiusque prouinciæ ipsis subiectis sanctissimis sacerdotibus, quoniam non decet aliquem ipsorum, aut eorũ, qui in alijs prouinciarum ciuitatibus sub metropolitano ordinati sunt, episcoporum, secundum propriam voluntatẽ absq; diuina nostra speciali iussione,[f] relinquere [g] quidẽ gubernatã à se sanctissimã ecclesiã: in hanc verò fœlicem cõmeare ciuitatẽ, qualiscũque emergat res sed mittere oportere huc vnũ, aut duos ex sibi subiecto pio clero: & facere manifesta nostræ pietati ea, quibus opus habent, aut per seipsos, aut per intermediã tuã beatitudinẽ, sicque perfrui iusta, & compendiaria nostra ope: si enim quippiam eorum, quæ ad nos relata fuerunt, tale nobis visum fuerit, vt indigeat ipsorum Deo amãtissimorũ sacerdotum præsentia, confestim tum proficisci iubebimus ipsos; absque verò tali diuina iussione, neminem proficisci concedimus.

¶ Sciente horum transgressore, & rectè, ac piè introductum à nobis pro sanctissimarum ecclesiarum honore obseruantiam prætereũte, quòd non paruam indignationem experietur: sed & sub excommunicatione fiet, si quidem metropolites sit, à tua beatitudine, si verò ciuitatis sit episcopus, quæ metropolitæ subiecta sit, ab ipso metropolita, pecuniariam namque pœnam definire contra contemnentes diuinam nostram dispositionem non necessariã esse putauimus, ne [h] inde ad sanctissimas ecclesias, quod inde euenerit damni, redundet: quarum res ab omni deminutione liberas manere cupimus.

¶ Hæc igitur ad singulorũ notitiam sub ipsa ordinatorum Deo amantissimorum Metropolitanorum ẽporum perferre tua sanctitas studeat, & ab vnoquoq; missas responsiones tã per Metropolitas, quàm per ipsarum reliquarum prouinciæ ciuitatum Deo amantissimos episcopos de his, quæ hac de re didicerint, ad nostram religionem referre. Dat. X. Cal. Mart. CP. C. N Iustiniano PP. A. II. Coss.

Idem [i] A. Menæ PP. LEX XLII.

x SAnctissimarum ecclesiarum, & pijssimorum monasteriorum decori consulentes, interdicimus oĩbus habitantibus monasteria cõuersari cũ [k] mulieribus monasterijs, aut occasionẽ aliq̃ excogitare, qua cõicationẽ aliquã cum ipsis habeant, (hoc. n. nullam suspitionem introducit, assiduè, aut cũ voluerint, cum ipsis congrediendi) sed ita segregatos esse, vt nullam [l] participationẽ ad inuicẽ ob quamcunque cãm habeãt ipsi, neq, excogitari aliquã occasionem, vel illis, vel his mutuę inter se cõmorationis, sed soli per se homines in quolibet monasterio degant, à vicinis sibi ꝑ quãcũq; causam monasterija segrega-

ti: solæ item per se mulieres non commissę viris, vt omnis suspitio indecoræ [a] conuersationis penitus tollatur. [b] Sed si viri fuerint plures: oportet prouidentia singularũ ciuitatum episcoporũ, fœminas in alium cõuenientem locũ transferri, & dari monasteriũ ipsis, ĩ quo oporteat ipsis in posterũ apud se ipsas honestè conuersari. sin plures inueniantur fœminæ, aut etiam pari numero, viros quidem transferri, fœminas autem in monasterio manere, ita vt res ipsius monasterij mobiles, & immobiles, & se mouentes, hi qui exeunt, cũ his, qui manẽt pro rata diuidãt. Necessarijs aũt rñsis apud se degentiũ separatim mulierũ, vnũ senẽ [c] à Deo amantissimo epõ ciuitatis segregari, ad diuinas vero peragendas liturgias & sãctã [d] cõionẽ participandas vnum presbyterum, & vnum diaconum honestæ vitę dari, qui hæc sola supradicta agere debeant, non ẽt cõuesci, & conuersari, aut cohabitare cũ ipsis, felix vita erit, qui solitariã vitã elegerint, & communis nostræ reipublicæ res paratiorẽ cõsequẽtur à Deo clementissimo opem. Quæ igitur super cõibus rebus, & nunc rectè habere existimauimus, huiusmodi sunt, sed & credidimus non paruam hinc visum iri additam esse his ex diuina nostra constitutione vtilitatem.

¶ Sed & obseruatione & cautela diligenti opus est, ne vllo modo prætereantur hæc, quod non aliter continget, quã si Deo amantissimi cuiusque ciuitatis episcopi [e] inspiciant diligenter monachorũ degentium in monasterijs sub sua cura ordinatis, conuersationes: &, si quid senserint huiusmodi lapsus, omnibus modis compescant tale ipsorum inceptum, & pęnis subijciãt eos, qui post nostram prohibitionem adhuc talia perpetrant, & cogant, vt eorum conuersatio nes sit puræ, & separatæ ab omni commercio muliebri. Nam & ipsis Deo amantissimis episcopis, si hoc rectè æstimare voluerint, perspicuum est, quòd ex obseruatione honestæ huius deuotissimorum monachorum conuersationis, & si eis contigerit nihil indecens aut inhonestũ accidere, clemens Deus propitius res communes nostræ reipublicæ secundabit.

¶ Sed ne vel ipsi Deo amantissimi episcopi superuacuũ ducant hoc nostrũ præceptum, nosse, ipsos volumus, ꝙ si quis ipsorũ manifestus sit, non cum omni diligentia, [f] hæc inuestigare, aut manifestum lapsum non secundũ prædictos modos emendare, obnoxius quidem erit iudicio Dñi Dei & nunc in ipsum veniet imperij nostri indignatio, & circa ipsum periclitabitur sacerdotiũ, neq; alia maiore opus erit indignatione.

¶ Tua igitur excellentia diuinam nostram hãc legis positionem manifestam faciat cuiuscunq; metropoleos Deo amantissimis episcopis, & clarissimis præsidibus prouinciarũ, addens & hoc, ꝙ & ipsi, si opus sit, omne ferant [g] auxiliũ pijssimis ciuitatum epis ad huiusmodi { lapsus } coercenda, quæ tolli iussimus: &, si qua negligentia eos vsos esse inuenerint, manifestam eam nobis proprio facient iudicio, vti vtique omnes cognoscant, & quædam ab ipsis seruari debeant, & ex negligentia [h] definitam [i] pœnam. Curent autem & Deo amantissimi metropolitæ, ẽt alijs reuerendissimis ciuitatum episcopis eiusdem ꝓuincię facere manifestam diuinam hanc nostrã legem, & denunciare omnibus, vt vigili studio hæc custodiant verentes definitam pœnam.

¶ Ac ne protrahatur plena obseruatio diuinæ nostræ huius legis, atque etiam ne ipsi reuerendissimi monachi, qui in præsentia conuersantur cum monasterijs, paruum putent tẽpus sibi dari ad debitã & iniunctã ipsis separationẽ faciẽdã: annale [k] ipsis definimus decretũ ab eo { die } quo manifesta diuina nostra lex hęc facta fuerit vt post anni curiculũ, si appareãt ea, ꝙ ad conuictũ attinent in eodem manere schemate, locus fit omnimodo insertis diuinę huic nostræ legi pœnis. Dat. 15. Cal. Febr. C P. Dec. V. C. Coss. 529.

Idem [l] A. Iuliano præfecto prætorio.

LEX XLIII.

SAcris canonibus [m] neque Deo amantissimis presbyteris neq; reuerendissimis diaconis, aũt subdiaconis nuptias contrahere [n] post huiusmodi ordinationem permittentibus, sed solis reuerendissimis psaltis, & lectoribus id concedentibus: animaduertimus quosdam despiciẽtes quidem sacros canones, pueros autem generantes ex quibusdam mulieribus, quib coniungi secundum sacerdotalem censuram non possunt, quoniã igitur pœna facinoris huius in sola sacerdotij erat amissione: sacros autem canones non [o] minus, quàm leges, valere, etiam nostræ volunt leges, sancimus obtinere in illis, & quæ sacris visa sunt canonibus, perinde ac si ciuilibus inscriptũ esset legibus, & omnes istiusmodi homines tam [p] sacerdotio, quàm diuino ministerio, atque etiam dignitate ipsa, quam habent, nudari, quemadmodum enim sacris canonibus

a Vide l. 19 sup eod.
b Q[illegible] cos. adoptauerint sib fratrum, cognatorũ, aut dilectorum loco.
c Minus enim suspitionis est in sene quã in iuuene. idque eo magis si nedum senex, sed eunuchus, quod suadet Nouell. 133 c 5.
d sancta communio liturg. à aff[illegible] solet.
e Nouel 133 c 4
f Episcopo indigna est regi gẽtia. v 48. dist. c.
g Secularimanu episcopi sunt iuuandi. Sic alibi, Iudices manu militari iuuantur in exequendis sententijs l 68. ff de iud. cnc.
h Pœna negligentis episcopi.
i §. 2 sup eod.
k Alias tempus tacitè inesset huic impe rio l 2. § 6 ff de eo qd certo loco l in fi ff de cond & demonst l 24. ff de oper. libert
l Interpretatio Cõtij.
m De quibus v c Nicena Synodus dist 31. 1 ad Tim 3. ver. 2 & 4 & c 4 vers. 1. 2. 3. ad Tit... ver 6 & canonem 50 Apostolorũ 1. Corint 7. vers 7 & c 9 vers 5.
n Adde Nouell Leonis 3. At forte permissu episcopi id fieri poterit, vt Ancyrana voluit. c 10 Nouella Iustin ani 123. id vetat. Rationẽ vide apud Cuiacium. Nouel. 22. fol. 383.
o Hac de re vide dist n . 10
p Nouel 13 c 1.

Cuia

nonibus

nonibus prohibita sunt talia: sic & secundum nostras leges rem ipsam prohiberi, & praeter supradictam excidendo ministerio poenam, ne legitimos quidem & proprios esse eos, qui ex huiusmodi inordinata constupratione nascuntur, aut nati sunt: sed eã, quae ex talibus seminibus oritur, participari turpitudinem: tales.n. eos esse disponimus, quales quos leges ex incestis, aut nefarijs notos nuptijs definiunt: ita vt neque naturales, aut nothi seu spurij intelligantur, sed prorsus & vndique prohibiti, & successionis genitorum indigni ac nec donationem [d] ab illis capere possint, neque hi, neque horum matres, ne per interpositas quidem personas, sed omnibus in hos collatis à patrib. beneficijs ad sanctam ecclesiam, ex qua sunt, qui talia deliquerunt, reuertentibus: quod enim sacri canones prohibent, id [d] etiam, & nos per nostras abolemus leges. [c] Si verò simulata quaedam obligatio sub specie mutui, vel alterius contractus instrumenti fiat, obligatum facias eum, quiquę huiusmodi constuprationis particeps factus est: hunc etiam infirmam esse volumus, & talium rerum dationẽ, non ad eam personam, in quam concepta, sunt scripta, sed ad sanctissimam ecclesiam pertinere. Dat. 15. Kal. Nouem. CP. Lãp. & Oreste VV. CC. Cos.

Idem [d] A. Iuliano P. P.

LEX XLIIII.

SAncimus: si quis moriẽs quampiã fecerit dispõnẽ vel per institutionis modum vel per legatũ, aut fideicommissum, aut mortis cã donationem, vel alium quẽcunq; [modum] legitimũ: siue iniunxerit pro tpe epo curam agere vt impleátur, quae ipse voluit, siue & hoc reticuerit, siue ẽt in contrariũ prohibuerit: necessitatem [e] habere hęredes, id, quòd ordinatum est facere & adimplere omnimodo: quòd si id sponte non fecerint; confestim loci Deo amabiles episcopos, curiosos esse circa hęc, & postulare, vt illi omnia impleant secundum voluntatem defuncti. Sed si quidem ecclesiae aedificationem iniunxerit testator intra triennium, instare eos, vt perficiatur. si vero xenonis ędificationem, intra vnum [f] annum duntaxat id fieri cogere, tanquam sufficiente tempore hoc constituto ad perficienda, quae placuerunt testatoribus: cum sit possibile, & domum cõducere, & infirmos illic in lectis sternere, donec opus aedificationis xenonis seu hospitalis compleatur. si verò quaedam dari simul, & vna praestatione in pias cãs damnati fuerit: confestim cogere eos facere, hoc est, post testamenti insinuationẽ, & post apprehensam [g] haereditatẽ, vel legatum ab his, qui honorati sunt.

¶ Si autem transierit praedictum tempus, ac neque ecclesia, neq; hospitale aedificatum fuerit: neq; hospitalis aliquis sit, qui hoc ordinet: mox ipsos Deo amabiles episcopos [h] exigere ea, quę pro eo ordinata sunt, & in id conuenienter quęsita: & facere aedificationes sanctissimarum ecclesiarum, & hospitalium, & gerontocomiorum, aut orphanotrophiorum pręparationẽ, aut ptochotrophiorum, aut nosocomiorum constructionem, aut captiuorum [i] redemptionem, aut aliam quamlibet actionem piam, à testatore ordinatam: designare etiam seu praeficere, qui hęc administrent, xenodochos, vel orphanotrophos vel brephotrophos, gerontocomos, vel simpliciter piarum [k] actionum dioecetas, & curatores, non amplius valentibus post dicti temporis lapsum, & dictam indeuotionem his, qui illa non fecerint, immiscere se pędictarum rerum administrationi, aut Deo amabiles episcopos impedire ab illarum rerũ administratione.

¶ Clarissimis pręsidibus prouinciarum necessitatem imponentibus haeredibus omnimodo ea perficere. namque & veteribus [l] praedicatum est legibus, necessitatem imponi implere deficientium voluntates eis, qui habere permittuntur, quae illi reliquerunt.

¶ Sed Deo amabiles epi: si quidem aliquos dissertè hi, qui defecerũt, praeposuerint rebus: velut xenodochos, ptochotrophos, aut nosocomos, aut brephotrophos aut orphanotrophos, aut gerõtocomos, aut paramonarios, [m] aut ęconomos, aut simpliciter dicẽdo, piarũ actionũ administratores) illos quidẽ pmittant hęre administrationẽ: ipsi verò nõ administrent quidẽ sed administrationẽ illorũ inspiciãt aut obseruent: & rectè quidẽ habentem laudent: in quibusdam aũt aliquid praetergredientẽ corrigant: pessima aũt & alios instituant, qui cogitent & animo administratione facta ẽt eos expellant, concipiãt magni Dei timorẽ, & terribilẽ magni & nũquã

a Cuiacius. consil. 2. hinc colligit, Legatum à presbytero filiae suę factum, pro non scripto haberi, quasi incapaci relictũ. Idq; verum est, si eam ex vxore alterius susceperit. Ita sentit Hotomanus. consil. 16 Res ita est, Nouo iure hoc est, Nouella 117 spurios ex dãnato cõcubitu susceptos vsq; adeo à progenitorũ fortunis arceri, vt ẽt parentes eos alere prohibeantur. De iure tamen canonico, naturali pietate inspecta, pr̃ tenetur eos alere: & ipsis relinquere potest alimẽta, aut ad ea vsque, non vlterius cap. non hiberet 5. extra de eo qui duxit in matrim. quã pol. per adult. Itaque communem esse opinionem refert Rolandus à Valle 1. cons. nu 39. & seqq. Idem refert Michael Graf. suo lib. senten. § legatum q. 6.

b Leges non dedignantur sacros canones imitari. Nouel. 123. cap 1.

c Cur ita? Collige ex e. cõstitutiones dist 10

d Interpretatio Contij.

e Nouel prima, c. 1.

f Nouel 1. c quarto

g Haereditas, nisi adita, non transmittitur l vn § 5. inf. de caducis.

h Quorum oneri incumbit, personis ad id specialiter deputatis deficientib. eo nomine agere l. 25. § 1 sup eo.

i Captiuorum redẽptio, inter pias causas numeratur. vt hic.

k Nota de piarum actionum dioecetis, & curatoribus adde § 3 inf eo.

l Adde Nouell 1. capit 1.

m παραμονάριοι. Ij erant villici, siue actores possessionũ, ex eorũ genere, qui res ecclesiasticas administrant quamuis aliàs n. videantur appellari, Satellites ad fecia, buccellarij. Est enim Nicetę παραμονὴ, πελταφόρος, ὑπερασπιστής. vide Cuiac. hic.

a Si non amore, terrore saltem ac metu pœnæ homines à vitio abstinere debent. Bre uid ifferentia legis & euangelij, amor & timor.
b Hinc casus est specialis. Nouell. 131. c 11. Aliud enim in aliis tū. legat l 23 ff de leg 1.
c Et merito: sunt n. fideicommissa legatis exæquata l. 1. ff. de lega. 1.
d De metropolitano & archiepiscopo vi dist 21 c. cleros.
e l. 1. & seq ff de popularib. actionib.
f Cur ex lege condictitia? colligo ex l. vnic ff. de cond. ex lege.
g Piorum legatorū actio nedum ex inficiatione duplicatur, sed ex mora.
h § 19. & 23. in fi. insti de act.
i Nec enim iustè agi pōt ante conditionis euentum. l. 5. § 2 ff. quando dies legati
k Ceu annua, vt ti ff. de annuis legatis adde l. vlt inf eo.
l Collegio prohibito legari non potest Quę sint prohibita vide l. prima ff quod cuiusq.
m Non licet monasterio de annuo legato transigere.
n Emptor rei vetitę alienatę, rem emptam restituere cogitur: nec dari datum pretium repetit, quasi indebitum. vt hic. § vlt. Inst de oblig quæ quasi ex contractu.
o Χρημάτων,
p διηνεκῶς. hoc verbum intelligendū est pro substantia quæstione. v leg 1 ff pro socio. Cur perpetuo? collige ex lege 20. ff. de annuis.
q Quarum rerum actio singulis annis nascitur, earum perpetua petitio est, nulla præscriptio.
a § 4.

finiēdi iudicij diem, ad quā [a] illos respicientes cōuenit omnia facere cum ad Deum coordinata mente. Si verò neminem disertè hi, qui moriuntur, præfecerint administrationi, sed in hæredum potestate totum posuerint: hi autem rem neglexerint. continuò ipsi Deo amabiles episcopi & administrent, & præficiant suprascriptas personas, (vt ptochotrophos, aut nosochomos, & cæteros deinceps, qui etiam magni Dei honorem mente præferant) vt omnimodo, & via & artificio ad effectum perducantur, quæ ordinata sunt.

¶ Super autem omne tempus quo distulerint facere disposita scripti hęredes: eos cogi soluere & fructus & reditus, & omnem legitimam accessionē à tēpore eius, qui disposuit, mortis, sancimus: non [b] inspecta mora à litis contestatiōne, aut conuentione, sed ipso iure intellecta (q̄ dr̄ vulgò) mora ꝓcessisse, & locū habente, fructuū & aliarum rerum accessione.

¶ Hoc eodem obtinente: & si non ab hærede, sed à fideicōmissario [c] aut legatario relictum fuerit hmōi pium legatum, & illud acceperitis, qui legato honoratus est, & mox quidē licentiā esse Deo amabilib. episcopis poscere tales personas quibusdā reb. honoratas facere disposita.

¶ Si verò negligentes fuerint locorum Deo amabiles episcopi id agere, fortè gratia corrupti à scriptis hr̄dib. vel legatarijs, vel fideicōmissarijs: licentia erit, aut metropolitano prouincię, [d] aut archi episcopo illius diœceseos, hęc cognoscenti, inquirere, & cogere, pium opus, aut piā liberalitatem omnimò impleri, & cuicunq; ciuium idē facere licentia erit. cum sit. n. cōis pietatis ratio cōmunes & populares [e] decet etiam affectiones constitui harū rerum executionis: habituro quoq; licentiam ex nostra hac lege mouere [f] l. ge condictitiam, & postulare relicta adimpleri, sciente, qui hæc neglexerit, Deo amabili episcopo: quod & ipse, præter imminentes è cęlo pęnas, etiam imperialem in motum super huiusmodi contemptum experietur.

¶ Vt autem adhuc maiore metu terreantur hęredes morieñtium, vel harū rerū procurandarū, & faciendarū onere grauari, quominus harū rerū effectū differāt, & hoc sancimus: vt, si impediti à Deo amabilib. episcopis, qui his reb. honorati sunt, postea cessauerint, seu distulerint, ita vt præsidum exactione opus fuerit: confestim non solum ipsi simplum (q̄ dr̄) exigantur, sed omnino duplū: [g] si n. apud veteres erāt quędam themata in quibus ex inficiatione, [h] dupla condemnationis inducebantur: quō vtiq; non ēt hic eos, qui non solū ne spontè fecerint, sed tēpus præterea ꝓtraxerint, & postremo impediti à Deo amabilib. episcopis, ac deinde neq; ipsis statim parētes, opus habuerīt ēt pręsidali exactione: dupli exactione non conuenit castigari?

¶ Si verò morientes suos hæredes voluerint, q̄si morituri essent ipsi hæredes, actionem aliquam implere piam, non autem in ipsorum vita: & hoc custodiri, & non [i] in medio hæredes cogi facere quid eorum, quæ testator post ipsorū mortem voluerit fieri: cum verò morientur ipsi, necessitatem habeāt oīmodo ista implere: dilatiōne autem aliqua ab ipsorum hæredib. facta, tunc necesse est, illa fieri, quę ante disposuimus.

¶ Si verò aliqua eorū, quę vocātur annalia [k] legata, relicta fuerint, aut donata clero fortè, aut monasterio, aut ascetrijs, aut diaconissis, aut ptochijs, aut xenonib. aut nosocomijs, aut brephotrophijs, aut sanctissimarū ecclesiarū pauperib. aut simpliciter cętib. quibusdam pijs, aut omnino non prohibitis [l] ex plebe collegijs: velint autem ṡm aliquod tempus hi, qui tunc reperiuntur, auro accepto super tale actione transigere, [m] non liceat id agere: neq; quod factum fuerit ratum esto: immo & [n] priuationē rerum [o] qui hęc redemit, vel transēgit, sustineat: quandoquidem necesse erit, his quidem, qui aliqua parte tēporis fuerint, esse pecuniarum copiam: his autem, qui futuri sunt, omnimodam relictorum priuationē sed nec ipsum Annaliorum nomen, neque perpetua defuncti memoria, ob quam & annum hoc reliquit, conseruabitur, sed statim extinguetur vna cū ipsa relictorū interiens alienatione. Manere igitur ꝑpetuo [p] ipsos obnoxios hmōi dationib. sancimus: adeo vt, si qua fiat alienatio, & ipsa irrita fit: & hi, qui q̄nq; præerunt pijs locis, licentiā habeāt ꝑsequi, & exigere ipsa, nulla tēporis prescriptione opponenda ipsis, cū [q] per vnumquemq; annum talis nascatur actio. Quinimò hypothecę subiectę sint eius, qui reliquit bona, hmōi legatorum causa: ita vt licentiam habeant ex ipsis reb satis pijs operib. facere, nō solū pro relictis, sed & pro fructib. ipsorū, & reditibus, & omni legitima accessione temporali

a § 4 supra eod.
b Atqui ecclesiæ cõcessa est tantum permutatio, vel cum alia ecclesia. Nouel. 54. c. 2. vel cum principe. Nouell. 7. c. 2.
c Addel. 8 in fi. ff de transactionibus.
a Forma iuris omissa actum vitiat.
e Interpretatio Contij.
f Huius legis fit mẽtio in Nouellis.
g Nõ pro ætate, sed merito Abbatiæ conferendæ sunt. Sic nõ ætas, sed vita seniorẽ facit. Hinc illud. Laqueus iuuenum omnes vos, & rursus, Maledictus puer centum annorum.
a q. 7. cap. Paulus dicit, Seniorem non increpaueris.
h Nota formam eligendi Abbatis.
i Dignitas aut nomen non facit episcopum, sed vita. nõ eps nomen, sed vita reuerentiam meretur c. plerumque, in fi cap. non omnes c. no omnis. 1. q. 7.
k Hinc illa puerorũ nænia: Rex eris, aiũt Si recte facies.
l Atqui sorte Matthias electᵘ est. Act. 1. versic. vltimo? Certè, quædam sortibus sũt, de quib. al. biditã nec inde tamẽ sortilegi artem suam ita tuere, debent 26. quæstione secũda c. non statim & sequentibus.
m Vide l. 31. sup. eo.
n Interpretatio Cõtij 41 42 § 1 sup. eo. vide Nouel. Leon. 2. 3. 1. Timoth. 3.
o Hinc illud Pauli, Non vt confundam vos, hæc scribo, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ.
1 Cor. 4. versic. 14.

(vt dictum [a] est) nulla retinẽtibus præscriptione conueniri queunt, quantumcunque quis numerauerit tempus. Nisi inter hunc [b] annali legato oneratum, & eum qui secundum sacros canones, & nostras leges præsul constitutus est, huiusmodi exactionis factum fuerit pactum, quo placuerit, vt reditus pro annuo legato daretur à grauata persona semper vigens ac perpetuus, & non multis publicis oneribus obnoxius, sed & accessionem habens, oĩno quidem non [c] minorem quarta parte puri reditus, aut amplius, quantum scilicet inter eos placuerit. si enim tale qd-dam in scriptis fiat pactum, & datus fuerit talis reditus, & receptus inscriptis, pactionibus & transactionibus, & id manifestum per gesta monumentorum cõstitutum fuerit, cessare exactionem annui legati contra eum, qui eo oneratus est, sancimus, cum verò reditum pro legato constituit perpetuo ad id deputatum, & qui alienari à nemine quocũque alienationis modo, possit nullo [d] autem horum subsecuto, subiacere perpetuo (vt ante à nobis dictum est) dationi annuorum legatorũ eos, qui his grauati sunt, sancimus, vt & nomen & memoria defuncti, & vt annui reditus in ipsis operib. perpetuo conseruentur. Dat. 15. Calen. Non. Constantinop. Lamp. Coss. & Oreste. 530.

Idem [e] A. Iuliano P.P.
LEX XLV.

Sacris [f] nostris legib. existimauimus oportere, & hanc addi, quæ ex virtute non [g] autem ex temporibus, religiosos abbatias [h] seu præfecturas tribuit. ita videlicet, vt in pijs monasterijs, aut asceterijs, non omnimodo mortuo abbate, vel abbatissa, is vel ea, qui vel quæ tẽpore antiquior est, aut secundus secundave deinceps eligatur. consentimus enim naturæ, neque omnes similiter bonos, neque omnes in æquo factẽ ti malos, sed quem vtrique & vita [i] optima, & mores honesti, & circa pium exercitium constantia, & commune reliquorum monachorum complementum, aut maxima eorum pars, idoneũ ad hoc putauerit, & sacris euangelijs propositis elegerit, ad præfecturam vocari ita vt, si quidem primus post defunctum vtilis sit, & monachis præesse dignus, ille alijs præferatur: si verò qui post illum est, similiter in ipsum feratur futuri præfecti calculus, si vero nullus horum dignus videatur, confestim is, [k] qui ex omnib. idoneus erit, cuiuscumque gradus sit, præordinetur abbas, qui sit videlicet, & vitæ honestæ, & honestæ conuersationis, & qui seruare creditos sibi possit, cum sit conueniens, omnem principatum, & omnem hominum præfecturam, nõ ex temporibus, neque [l] ex sortibus, neq; ex fortuitis circunstantijs, sed ex electione, & ex eo, quod præstantius est, fieri: & bonum apud omnes testimonium & probationem esse, fieri ordinationi ordinem.

¶ Manifesta aũt hæc fieri Deo amabili ẽpo, vt cum is didicerit eum qui est electus, & hoc se recte habere approbauerit, consentientem electorib. calculũ ferat, & promoueat ipsum ad hmõi abbatis ordinẽ. Approbare verò oportet hanc ipsam electionẽ, & pro tpe Patriarcham, & qui in his locis sunt, Deo amabiles epos, habentes & ipsos iudicium Dei, & futuram condemnationem metuentes, si non per electionem, sed ad aliquam passionem [m] seu affectionem respiciẽtes humanam, promotionem fecerint, habituris ipsis & si in hac vita, & in futura à Deo immissam pœnam, videlicet ipsorum negligentiæ animabus plurimus peccatorum causas præbente.

¶ His oĩbus & in reuerẽdissimis fœminis, aut virginib. q̃ pijs monasterijs præsunt obtinẽtib.

¶ Reliquo oĩ sacro ordine, sacro ministerio secundum suos gradus præsidente, & nulla in re præsentem nostram innouato legem. Dat. 15. Calend. Dec. CP. Lamp. & Oreste Coss. 530.

Idem [n] A. Ioanni P.P. LEX XLVI.

Sancimus, neminem ad episcopatum ordinari, nisi & in alijs rebus vtilis, & optimus sit, & neque mulieri cohabitet, neque [†] liberorum existat pater, sed loco vxoris, adhæreat quidem & continens sit circa sanctissimam ecclesiam, loco [o] verò liberorum, omnem Christianum & orthodoxum habeat populum, cognoscens, sic ab initio ea, quæ de successione Deo amabiliũ episcoporũ sunt, nos disposuisse, & cum eiusmodi cogitatione processisse nostram legem, & eos qui præter hæc quid faciunt, aut fecerunt, omni episcopatu indignos esse, qui n. post hanc nostrã constitutionem, facere aliquos episcopos præter eius vim, aut si ri ausi fuerint neque in epis numerabuntur, neque manebunt in sacris, sed expulsi ab his, alijs dabunt locum ordinationis, cum in primis diligentissimæ, tum etiam Deo per omnia placentis. Dat. 4. Calẽ. Sept. CP. post Consulat. Lamp. & Orest. 531.

SI quis ad declinandam.] ad euidentiam huius l. vide c. si pater. de testa. lib. 6. & not. quod directus titulus institutionis non subiacet Falcidiæ ideo dicitur hic, quod ad declinandam legem Falc. testator vtebatur via directæ institutionis captiuorum vel pauperum. Et idem in substitutione directa secundum Bald. quem de hac materia vide plenius hic.

a *Ad declinandam.*] i. ad euitandam.

b *Legem Falcidiam.*] l. dolo bono, & est similis dolus, vt in auth. vt hæc ma & auth. in prin. coll. 7.

c *Reliquisse.*] in testo, quod faciunt, postquam redierint. Nam instantes non possent testari, vt ff. de testa. l. eius in prin.

d *Valere*] sed nonne superfluit hæc per illam in co. l. nulli. R. non: quia hæc in institutione, illa in singularib. relictis.

e *Simili modo*] & hoc videtur superfluum per l. in cod. id quod pauperibus, sed & illud de singularibus relictis. Sed licet euitetur hoc modo Falcidia iure institutionis an euitetur Falcidia iure naturæ, vt possit exhæredari filius, vel præteriri? Respon. non, nam qui vult Deum instituere, & filium exhæredare, alium pro consilio, quærat, & recipiat, non Augustinum. 17. q. 4. c. si.

f *Degere.*] vbi de late. dubitabatur, sic & in co. l. nulli. §. fin autem persona & §. quid si testator, & arg. ff. de condi. & demon. l. quæ conditio §. cum ita.

g *Sed mouentium.*] quid de immobilib. certe idem eadem ratione.

h *Minui.*] sic & Deus potest hæres institui. vt in auth. de eccl. tit. §. si quis in nomine, coll. 9. & ei legari, vt ff. ad legem Falcidiam. l. 1. §. ad municipium. Idem de aliquo sanctorum, vt in auth. de eccle. tit. §. si quis autem vnum sanctorum, &

1 † al. scripserit al. ad scripserit.

2 † Ptochium

Si captiui instituantur, heredes, vel pauperes, valet institutio, & venit distribuenda sine quartæ deminutione. h.d. secundum Iac. But. Vel sic. Valet institutio facta de captiuis, vel pauperibus, in genere, nec vitiatur propter incertitudinem. Et in primo casu capit episcopus hæreditatem, & distribuit. In secundo vero casu, si in hoc loco sit aliquod hospitale pauperum, pertinet ad illud, & si sint plura pertinet ad pauperes. Si vero nullum, idem quod in primo casu, ut episcopus capiat tanquam hæres & distribuat alienando mobilia reseruando. Et si nominata esset certa persona, uel locus, ad illum pertinet, nec episcopus aliquid agere debet, nec debet aliquam utilitatem sibi appropriare de talibus relictis. Paulo de Castr.

Imperator Iustinianus A. Ioanni P.P.

L E X XLVII.

SI quis ad declinandam [a] legem Falcidiam, [b] cum desiderat totam suam substantiam, pro redemptione captiuorum relinquere, eos ipsos captiuos subscripserit [1] † hæredes, ne videatur, quasi incertis personis hæredibus institutis, iudicium suum oppugnandum reliquisse: [c] sancimus eiusmodi, & talem institutionem pietatis, intuitu valere, [d] & non esse respuendam.

Sed & si pauperes quidem scripserit hæredes, & non inueniatur certum ptochotrophium, [2] † vel certæ ecclesiæ pauperes, de quibus testator cogitauerit, sed sub incerto vocabulo pauperes fuerint hæredes instituti, simili modo [e] & huiusmodi institutionem valere decernimus.

Et si quidem captiuos scripserit hæredes ciuitatis, in qua testator larem fouere, ac degere [f] noscitur, episcopus, & œconomus hæreditatem suscipiant, & omnimodo in redemptionem captiuorum, procedat hæreditas, siue per annuos reditus, siue per venditionem mobilium, siue se mouentium [g] rerum fit, nullo penitus ex hoc lucro, vel œconomo, vel episcopo, vel sacrosanctæ ecclesiæ relinquendo. Si n. propter hoc à speciali hærede recessum est vt non Falcidiæ ratio inducatur, quomodo ferendum est hoc, quod in sacrum * venerit, per Falcidiam, vel aliam occasionem minui? [h]

¶ Ac ne protrahatur plena obseruatio diuinæ nostræ huius legis, atque etiam ne ipsi reuerendissimi monachi, qui in præsentia conuersantur cum monasterijs, paruum putent tēpus sibi dari ad debitā & iniunctā ipsis separationē faciēdā: annale [k] ipsis definimus decretū ab eo {die} quo manifesta diuina nostra lex hęc facta fuerit ta vt post anni curiculū, si appareāt ea, q̄ ad conuictū attinent in eodem manere schemate, locus sit omnimodo insertis diuinęhuic nostræ legi pœnis. Dat. 15. Cal. Febr. CP. Dec. V. C. Coss. 529.

Idem [l] A. Iuliano præfecto prætorio.

LEX XLIII.

SAcris canonibus [m] neque Deo amantissimis presbyteris neq; reuerendissimis diaconis, aūt subdiaconis nuptias contrahere [n] post huiusmodi ordinationem permittentibus, sed solis reuerendissimis psaltis, & lectoribus id concedentibus: animaduertimus quosdam despiciētes quidem sacros canones, pueros autem generantes ex quibusdam mulieribus, quib coniungi secundum sacerdotalem censuram non possunt, quoniā igitur pœna facinoris huius in sola sacerdotij erat amissione: sacros autem canones non [o] minus, quàm leges, valere, etiam nostræ volunt leges, sancimus obtinere in illis, & quæ sacris visa sunt canonibus, perinde ac si ciuilibus inscriptū esset legibus, & omnes istiusmodi homines tam [p] sacerdotio, quàm diuino ministerio, atque etiam dignitate ipsa, quam habent, nudari, quemadmodum enim sacris canonibus

a Vide l 19 sup eod.
b Quæ autem vt eos cohabitauerint sub stratrum, cognatorū, aut dilectorum loco.
c Minus enim suspitionis est in sene quā in iuuene. idque eo magis si ne dum senex, sed eunuchus, quod suadet Nouell. 133 c 5.
d sancta communio liturg à alijs q soler.
e Nouel. 133 c 4
f Episcopo indignatio est negligentia. v 48. distinct.
g Secolari manu episcopi sunt iuuandi. Sic alibi, Iudices manu militari vtuntur in exequendis sententijs l 68 ff de rei vend.
h Pœna negligentis episcopi.
i §. 2 sup eod.
k Alias tempus tacitè inesset huic imperio l 2. § 6 ff de eo qd certo loco l in si ff de cond & demonst l 24. ff de oper. libert
l Interpretatio Cōtij.
m De quibus v c Nicena Synodus dist 31. 1 ad Tim 3. vers 2 & 4 & c 4 vers. 1. 2. 3. ad Tit... ver 6. & canonem 50 Apostolorū 1. Corint 7 vers 7. & c 9 vers 5.
n Adde Nouell Leonis 3. At forte permissu episcopi id fieri poterit, vt Ancyrana voluit. c 10 Nouella Iustin ani 123. id vetat. Rationē vide apud Curcium. Nouel. 22. fol. 383.
o Hac de re vide di§ n. 10
p Nouel 13 c 1.

Cuia

nonibus

nonibus prohibita sunt talia: sic & secundum nostras leges rem ipsam prohiberi, & præter supradictam excidendo ministerio pœnam, ne legitimos quidem & proprios esse eos, qui ex huiusmodi inordinata constupratione nascuntur, aut nati sunt: sed eã, quæ ex talibus seminibus oritur, participari turpitudinem: tales.n. eos esse disponimus, quales quos leges ex incestis, aut nefarijs notos nuptijs definiunt: ita vt neque naturales, aut nothi seu spurij intelligantur, sed prorsus & vndique prohibiti, & successionis genitorum indigni ac nec donationem [a] ab illis capere possint, neque hi, neque horum matres, ne per interpositas quidem personas, sed omnibus in hos collatis à patrib. beneficijs ad sanctam ecclesiam, ex qua sunt, qui talia deliquerunt, reuertentibus: quod enim sacri canones prohibent, id [d] etiam, & nos per nostras abolemus leges. [c] Si verò simulata quædam obligatio sub specie mutui, vel alterius contractus instrumenti fiat, obligatum facias eum, quique huiusmodi constuprationis particeps factus est: hunc etiam infirmam esse volumus, & talium rerum dationẽ, non ad eam personam, in quam concepta, sunt scripta, sed ad sanctissimam ecclesiam pertinere. Dat. 15. Kal. Nouem. CP. Lap. & Oreste VV.CC. Cos.

Idem [d] A. Iuliano P.P.

LEX XLIIII.

SAncimus: si quis moriẽs quampiã fecerit dispõnẽ vel per institutionis modum vel per legatũ, aut fideicommissum, aut mortis cã donationem, vel alium quẽcunq; [modum] legitimũ: siue iniunxerit pro ipse epo curam agere vt impleatur, quæ ipse voluit, siue & hoc reticuerit, siue ẽt in contrariũ prohibuerit: necessitatem [e] habere heredes, id, quòd ordinatum est facere & adimplere omnimodo: q̃ si id sponte non fecerint; confestim loci Deo amabiles episcopos, curiosos esse circa hęc, & postulare, vt illi omnia impleant secundum voluntatem defuncti. Sed si quidem ecclesiæ ædificationem iniunxerit testator intra triennium, instare eos, vt perficiatur. si vero xenonis ędificationem, intra vnum [f] annum duntaxat id fieri cogere, tanquam sufficiente tempore hoc constituto ad perficienda, quæ placuerunt testatoribus: cum sit possibile, & domum cõducere, & infirmos illic in lectis sternere, donec opus ædificationis xenonis seu hospitalis compleatur. si verò quædam dari simul, & vna præstatione in pias cãs damnati fuerit: confestim cogere eos facere, hoc est, post testamenti insinuationẽ, & post apprehensam [g] hæreditatẽ, vel legatum ab his, qui honorati sunt.

¶ Si autem transierit prædictum tempus, ac neque ecclesia, neq; hospitale ædificatum fuerit: neq; hospitalis aliquis sit, qui hoc ordinet: mox ipsos Deo amabiles episcopos [h] exigere ea, quę pro eo ordinata sunt, & in id conuenienter quęsita: & facere ædificationes sanctissimarum ecclesiarum, & hospitalium, & gerontocomiorum, aut orphanotrophiorum pręparationẽ, aut ptochotrophiorum, aut nosocomiorum constructionem, aut captiuorum [i] redemptionem, aut aliam quamlibet actionem piam, à testatore ordinatam: designare etiam seu præficere, qui hęc administrent, xenodochos, vel orphanotrophos vel brephotrophos, gerontocomos, vel simpliciter piarum [k] actionum dioecetas, & curatores, non amplius valentibus post dicti temporis lapsum, & dictam indeuotionem his, qui illa non fecerint, immiscere se pędictarum rerum administrationi, aut Deo amabiles episcopos impedire ab illarum rerũ administratione.

¶ Clarissimis pręsidibus prouinciarum necessitatem imponentibus hæredibus omnimodo ea perficere. namque & veteribus [l] prædicatum est legibus, necessitatem imponi implere deficientium voluntates eis, qui habere permittuntur, quæ illi reliquerunt.

¶ Sed Deo amabiles epi: si quidem aliquos disertè hi, qui defecerũt, præposuerint rebus: (veluti xenodochos, prochotrophos, aut nosocomos, aut brephotrophos aut orphanotrophos, aut gerõtocomos, aut paramonarios, [m] aut œconomos, aut simpliciter dicẽdo, piarũ actionũ administratores) illos quidẽ pmittant hẽre administrationẽ: ipsi verò nõ administrent quidẽ sed administrationẽ illorũ inspiciãt aut obseruent: & rectè quidẽ habentem laudent: in quibusdam aũt aliquid prætergredientẽ corrigant: pessima aũt & alios instituant, qui cogitent & animo administratione facta ẽt eos expellant, & percipiãt magni Dei timorẽ, & terribilẽ magni & nũquã

a Cuiacius. consil. 1. hinc colligit, Legatum a presbytero filiæ suę factum, pro non scripto haberi, quasi incapaci relictũ. Idq; verum est, si eam ex vxore alterius susceperit. Id ita sentit Hotomanus. consil. 16 Rectè est, Nouo iure hoc est, Nouella 117 spurios ex dãnato cocubitu susceptos vsq; adeo à progenitorũ fortunis arceri, vt ẽt parentes eos alere prohibeantur. De iure tamen canonico, naturali pietate inspecta, pr̃ tenetur eos alere: & ipsis relinquere potest alimẽta, aut ad ea vsque, non vlterius cap. cum haberet 5. extra de eo qui duxit in matrim. quã pol. per adult. Eamque communem esse opinionem refert Rolandus à Valle 1. consi. nu 39. & sequ. Idem refert Michael Graf sus lib. senten. § legatum 76.

b Leges non dedignantur sacros canones imitari. Nouel. 83. cap 1.

c Cuiita Collige ex c. cõstitutiones dist. 10

d Interpretatio Contij.

e Nouel prima, c. 1.

f Nouel 1. c quarto

g Hæreditas, nisi adita, non transmittitur l vn § 5. inf. de caducis.

h Quorum oneri incumbit, personis ad id specialiter deputatis deficientib. eo nomine agere l. 25. § 1 sup eo

i Captiuorum redẽptio, inter pias causas numeratur. vt hic.

k Nota de piarum actionum dioecetis, & curatoribus adde § 3 inf eo.

l Adde Nouell 1. capit 1.

m παραμοναρίους. Ij erant villici, siue actores possessionũ, ex eorũ genere, qui res ecclesiasticas administrant quamuis aliàs hi videantur appellari, Satellites adseclæ, buccellarij. Est enim Nicetę.

παραμονή, πληρο-φόρησις ἐκβοηθεῖν. vide Cuiac. hic.

finiẽdi iudicij diem,ad quā [a] illos respicientes cõueniat omnia facere cum ad Deum coordinata mente. Si verò neminem disertè hi, qui moriuntur, præfecerint administrationi, sed in hæredum potestate totum posuerint:hi autem rem neglexerint. continuò ipsi Deo amabiles episcopi & administrent,& præficiant suprascriptas personas, (vt ptochotrophos, aut nosochomos, & cæteros deinceps,qui etiam magni Dei honorem mente præferant)vt omnimodo, & via & artificio ad effectum perducantur, quæ ordinata sunt.

¶ Super autem omne tempus quo distulerint facere disposita scripti hæredes: eos cogi soluere & fructus & reditus, & omnem legitimam accessionẽ à tẽpore eius, qui disposuit,mortis, sancimus: non [b] inspecta mora à litis contestatiòne, aut conuentione,sed ipso iure intellecta (q̃ dr̃ vulgò) mora pcessisse, & locū habente, fructuū & aliarum rerum accessione.

¶ Hoc eodem obtinente: & si non ab hærede, sed à fideicõmissario [c] aut legatario relictum fuerit hmõi pium legatum, & illud acceperitis, qui legato honoratus est, & mox quidẽ licentiā esse Deo amabilib. episcopis poscere tales personas quibusdā reb. honoratas facere disposita.

¶ Si verò negligentes fuerint locorum Deo amabiles episcopi id agere,fortè gratia corrupti à scriptis hrdib. vel legatarijs,vel fideicõmissarijs:licentia erit,aut metropolitano prouinciæ,[d] aut archiepiscopo illius diœceseos, hęc cognoscenti, inquirere,& cogere,pium opus, aut piā liberalitatem omnimò impleri,& cuicunq; ciuium idẽ etiam facere licentia erit. cum sit.n.cõis pietatis ratio cõmunes & populares [e] decet etiam affectiones constitui harū rerum executionis:habituro vnoquoq; licentiam ex nostra hac lege mouere ex [f] l. ge condictitiam, & postulare relicta adimpleri.sciente, qui hæc neglexerit,Deo amabili episcopo: quod & ipse, præter imminentes è cęlo pęnas,etiam imperialem in motum super huiusmodi contemptum experietur.

¶ Vt autem adhuc maiore metu terreantur hęredes morientium,vel harū rerū procurandarū, & faciendarū onere grauari,quominus harū rerū effectū differāt,& hoc sancimus: vt, si impediti à Deo amabilib. episcopis, qui his reb. honorati sunt, postea cessauerint, seu distulerint, ita vt præsidum exactione opus fuerit: confestim non solum ipsi simplum (q̃ dr̃) exigantur, sed omnino duplū: [g] si n.apud veteres erāt quędam themata in quibus ex inficiatione, [h] dupla condemnationis inducebantur: quō vtiq; non ēt hic eos, qui non solū ne spontè fecerint,sed tẽpus præterea ,ptraxerint, & postremo impediti à Deo amabilib. episcopis, ac deinde neq; ipsis statim parẽtes,opus habuerīt ēt pręsidali exactione:dupli exactione non conuenit castigari?

¶ Si verò morientes suos hæredes voluerint,qñ morituri essent ipsi hæredes,actionem aliquam implere piam, non autem in ipsorum vita: & hoc custodiri,& non [i] in medio hæredes cogi facere quid eorum,quæ testator post ipsorū mortem voluerit fieri: cum verò moriantur ipsi,necessitatem habeāt oĩmodo ista implere: dilatiõne autem aliqua ab ipsorum hæredib.facta,tunc necesse est, illa fieri, quę ante disposuimus.

¶ Si verò aliqua eorū,quę vocātur annalia [k] legata,relicta fuerint,aut donata clero fortè, aut monasterio,aut ascetrijs,aut diaconissis,aut ptochijs,aut xenonib.aut nosocomijs, aut brephotrophijs,aut sanctissimarū ecclesiarū pauperib. aut simpliciter cętib.quibusdam pijs,aut omnino non prohibitis [l] ex plebe collegijs:velint autem ſm aliquod tempus hi, qui tunc reperiuntur,auro accepto super tale actione transigere,[m] non liceat id agere: neq;,quod factum fuerit ratum esto: immo & [n] priuationẽ rerum [o] qui hęc redemit,vel transegit,sustineat: quandoquidem necesse erit,his quidem,qui aliqua parte tẽporis fuerint, esse pecuniarum copiam:his autem,qui futuri sunt,omnimodam relictorum priuationẽ sed nec ipsum Annaliorum nomen,neque perpetua defuncti memoria, ob quam & annum hoc reliquit,conseruabitur, sed statim extinguetur vna cū ipsa relictorū interiens alienatione. Manere igitur ppetuo [p] ipsos obnoxios hmõi dationib.sancimus:adeo vt,si qua fiat alienatio, & ipsa irrita sit: & hi, qui qñq; præerunt pijs locis,licentiā habeāt psequi,& exigere ipsa,nulla tẽporis prescriptione opponenda ipsis,cū [q] per vnumquemq; annum talis nascatur actio. Quinimò hypothecę subiectę sint eius, qui reliquit bona,hmõi legatorum causa:ita vt licentiam habeant ex ipsis reb satis pijs operib.facere,nõ solū pro relictis, sed & pro fructib. ipsorū, & reditibus, & omni legitima accessione temporali

vs

a Si non amore, terrore saltem ac metu pęnæ homines à vino abstinere debent. Breuis differentia legis & euangelij, amor & timor.

b Hic casus est specialis. Nou. 131.c.11. Aliud enim in aliis rebus. leg. 1. l 23 ff de leg 1.

c Et merito: sunt n. fideicommissa legatis exæquata l.1. ff. de lega.1.

d De metropolitano & archiepiscopo vi. dist. 21 c. cleros.

e l.1. & seq ff de popularib. actionib.

f Cur ex lege condictitia? collige ex l. vnic ff. de cond. ex lege.

g Piorum legatorū actio.nedum ex inficiatione duplicatur, sed ex mora.

h § 19. & 23. in fi. inst. de act.

i Nec enim iustè agi pōt ante conditionis euentum. l.5. §.2 ff. quando dies legati

k Ceu annua, vt ti ff. de annis legatis adde l. vlt inf eo.

l Collegio prohibito legari non potest Quę sint prohibita vide l. prima ff quod cuiusq;.

m Non licet monasterio de annuo legato transigere.

n Emptor rei vetitę alienari,rem emptam restituere cogitur: nec dati datum pretium repetit, quasi indebitum, vt Inst. § vlt. Inst de oblig quæ quasi ex contractu.

o Χερμάτων,

p διηνεκῶς. hoc verbum intelligendū est pro sublata quæstione. v leg 1 ff pro socio. Cur perpetuo? collige ex lege 20.ff. de annuis.

q Quarum rerum actio singulis annis nascitur, earum perpetua petitio est, nulla præscriptio.

a § 4.

(vt dictum [a] eſt) nulla retinẽtibus pręſcriptione conuenire queunt, quantumcunque quis numerauerit tempus. Niſi inter hunc [b] annali legato oneratum, & eum qui ſecundum ſacros canones, & noſtras leges præſul conſtitutus eſt, huiuſmodi exactionis factum fuerit pactum, quo placuerit, vt reditus pro annuo legato daretur à grauata perſona ſemper vigens ac perpetuus, & non multis publicis oneribus obnoxius, ſed & acceſſionem habens, omnino quidem non [c] minorem quarta partẽ puri reditus, aut amplius, quantum ſcilicet inter eos placuerit. ſi enim tale quidam in ſcriptis fiat pactum, & datus fuerit talis reditus, & receptus in ſcriptis, pactionibus & tranſactionibus, & id manifeſtum per geſta monumentorum cõſtitutum fuerit, ceſſare exactionem annui legati contra eum, qui eo oneratus eſt, ſancimus, eum verò reditum pro legato conſtitui perpetuo ad id deputatum, & qui alienari à nemine quocũque alienationis modo, poſſit nullo [d] autem horum ſubſecuto, ſubiacere perpetuo (vt ante à nobis dictum eſt) dationi annuorum legatorũ eos, qui his grauati ſunt, ſancimus, vt & nomen & memoria defuncti, & vt annui reditus in ipſis opeſib. perpetuo conſeruentur. Dat. 15. Calen. Nou. Conſtantinop. Lamp. Coſſ. & Oreſte. 530.

Idem [e] A. Iuliano P.P.
LEX XLV.

SAcris [f] noſtris legib. exiſtimauimus oportere, & hanc addi, quæ ex virtute non [g] autem ex temporibus, religioſos abbatias [h] ſeu præfecturas tribuit. ita videlicet, vt in pijs monaſterijs, aut alceterijs, non omnimodo mortuo abbate, vel abbatiſſa, is vel ea, qui vel quæ tẽpore antiquior eſt, aut ſecundus ſecundave deinceps eligatur. conſentimus enim naturæ, neque omnes ſimiliter bonos, neque omnes in æquo facrẽ ti malos, ſed quem vtique & vita [i] optima, & mores honeſti, & circa pium exercitium conſtantia, & commune reliquorum monachorum complementum, aut maxima eorum pars, idoneũ ad hoc putauerit, & ſacris euangelijs propoſitis elegerit, ad præfecturam vocari ita vt, ſi quidem primus poſt defunctum vtilis ſit, & monachis præeſſe dignus, ille alijs præferatur: ſi verò qui poſt illum eſt, ſimiliter in ipſum feratur futuri præfecti calculus, ſi verò nullus horum dignus videatur, confeſtim is, [k] qui ex omnib. idoneus erit, cuiuſcumque gradus ſit, præordinetur abbas, qui ſit videlicet, & vitæ honeſtæ, & honeſtæ conuerſationis, & qui ſeruare creditos ſibi poſſit, cum ſit conueniens, omnem principatum, & omnem hominum pręfecturam, nõ ex temporibus, neque [l] ex ſortibus, neq; ex fortuitis circunſtantijs, ſed ex electione, & ex eo, quod præſtantius eſt, fieri: & bonum apud omnes teſtimonium & probationem eſſe, fieri ordinationi ordinem.

¶ Manifeſta aũt hæc fieri Deo amabili epõ, vt cum is didicerit eum qui eſt electus, & hoc ſe recte habere approbauerit, conſentientem electorib. calculũ ferat, & promoueat ipſum ad hmõi abbatis ordinẽ. Approbare verò oportet hanc ipſam electionẽ, & pro tpe Patriarcham, & qui in his locis ſunt, Deo amabiles epõs, habentes & ipſos iudicium Dei, & futuram condemnationem metuentes, ſi non per electionem, ſed ad aliquam paſſionem [m] ſeu affectionem reſpiciẽtes humanam, promotionem fecerint. habituris ipſis & ſi in hac vita, & in futura à Deo immiſſam pœnam, videlicet ipſorum negligentiæ animabus plurimus peccatorum cauſas præbente.

¶ His oĩbus & in reuerẽdiſſimis fœminis, aut virginib. q̃ pijs monaſterijs præſunt obtinẽtib.

¶ Reliquo oĩ ſacro ordine, ſacro miniſterio ſecundum ſuos gradus præſidente, & nulla in re præſentem noſtram innouato legem. Dat. 15. Calend. Dec. CP. Lamp. & Oreſte Coſſ. 530.

Idem [n] A. Ioanni P.P. LEX XLVI.

SAncimus, neminem ad epiſcopatum ordinari, niſi & in alijs rebus vtilis, & optimus ſit, & neque mulieri cohabitet, neque liberorum exiſtat pater, ſed loco vxoris, adhæreat quidem & continens ſit circa ſanctiſſimam eccleſiam, loco [o] verò liberorum, omnem Chriſtianum & orthodoxum habeat populum, cognoſcens, ſic ab initio ea, quæ de ſucceſſione Deo amabiliũ epiſcoporũ ſunt, nos diſpoſuiſſe, & cum eiuſmodi cogitatione proceſſiſſe noſtram legem, & eos qui pręter hæc quid faciunt, aut fecerunt, omni epiſcopatu indignos eſſe, qui n. poſt hanc noſtrã conſtitutionem, facere aliquos epiſcopos præter eius vim, aut fieri auſi fuerint, neque in epis numerabuntur, neque manebunt in ſacris, ſed expulſi ab his, alijs dabunt locum ordinationis, cum in primis diligentiſſimæ, tum etiam Deo per omnia placentis. Dat. 4. Calẽ. Sept. CP. poſt Conſulat. Lamp. & Oreſt. 531.

a § 4 ſupra eod.
b Atqui eccleſiæ cõceſſa eſt tantum permutatio, vel cum alia eccleſia. Nouel. 54. c. 2. vel cum principe. Nouell. 7. c. 2.
c Addit. 8 in ſi ff de tranſactionibus.
d Forma iuris omiſſa actum vitiat.
e Interpretatio Contij.
f Huius legis ſit mẽtio in Nouellis.
g Nõ pro ætate, ſed merito Abbatiæ conferendę ſunt. Sic nõ ætas, ſed vita ſeniorẽ facit. Hinc illud. Laqueus iuuenum omnes vos, & rurſus, Maledictus puer centum annorum. 2. q. 7. cap. Paulus dicit, Seniorem non increpaueris.
h Nota formam eligendi Abbatis.
i Dignitas aut nomen non facit epiſcopum, ſed vita. nõ epi nomen, ſed vita reuerentiam meretur c plerumque, in ſi cap. non omnes c. no omnis. 2. q. 7.
k Hinc illa puerorũ nęnia: Rex eris, aiũt Si recte facies.
l Atqui ſorte Matthias electꝰ eſt. Act. 1. verſic. vltimo? Certè, quædam ſortibus ſiunt, de quib. alibi dicã nec inde tamẽ ſortilegi attere ſuam ſtatuere, debent 26. quæſtione ſecũda c. non ſtatim & ſequentibus.
m Videl. 31. ſup. eo.
n Interpretatio Cõtij 42. 42 § 1 ſup. eo vide Nouel. Leon. 2. 2. 1. Timoth. 3.
o Hinc illud Pauli, Non vt confundam vos, hæc ſcribo, ἀλλ᾽ ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ. 1 Cor. 4. verſic. 54.

SI *quis ad declinandam.*] ad euidentiam huius l. vide c. si pater. de testa. lib. 6. & not. quod directus titulus institutionis non subiacet Falcidiæ ideo dicit hic, quod ad declinandam legem Falc. testator videbatur via directæ institutionis captiuorum vel pauperum. Et idem in substitutione directa secundum Bald. quem de hac materia vide plenius hic.

a *Ad declinandam.*] i. ad euitandam.

b *Legem Falcidiam.*] l. dolo bono, & est similis dolus, vt in authé. vt hæc. ma. & aut. in prin. coll. 7.

c *Reliquisse.*] in testamento, quod faciunt, postquam redierint. Nam instantes non possent testari, vt ff. de testa. l. eius in prin.

d *Valere*] sed nonne superfluum hæc post illam in eo. l. nulli. Rn. non: quia hæc in institutione, illa in singularib. relictis.

e *Simili modo*] & hoc videtur superfluum post l. in eod. id quod pauperibus, sed & illud de singularibus relictis. Sed licet euitetur hoc modo Falcidia iure institutionis an euitetur Falcidia iure naturæ, vt possit exhæredari filius, vel præteriri? Respon. non, nam qui vult Deum instituere, & filium exhæredare, alium pro consilio quærat, & recipiat, non Augustinum. 17. q. 4. c. si.

f *Degere.*] vbi de lare dubitabatur, sic & in eo. l. nulli. §. sin autem persona & §. quid si testator, & argu. ff. de condi. & demon. l. quæ conditio §. cum ita.

g *Sed mouentium.*] quid de immobilib. certe idem eadem ratione.

h *Minui.*] sic & Deus potest hæres institui, vt in auth. de eccl. tit. §. si quis in nomine, coll. 9. & ei legari, vt ff. ad legem Falcidiam l. 1. §. ad municipium. Idem de aliquo sanctorum, vt in auth. de eccle. tit. §. si quis autem vnum sanctorum, &

Si captiui instituantur, hæredes, vel pauperes, valet institutio, & venit distribuenda sine quartæ deminutione. h. d. secundum Iac. But. Vel sic. Valet institutio facta de captiuis, vel pauperibus, in genere, nec vitiatur propter incertitudinem. Et in primo casu capit episcopus hæreditatem, & distribuit. In secundo vero casu, si in hoc loco sit aliquod hospitale pauperum, pertinet ad illud, & si sint plura pertinet ad pauperes. Si uero nullum, idem quod in primo casu, ut episcopus capiat tanquam hæres & distribuat alienando mobilia reseruando. Et si nominata esset certa persona, vel locus, ad illum pertinet, nec episcopus aliquid agere debet, nec debet aliquam utilitatem sibi appropriare de talibus relictis. Paulo de Castr.

Imperator Iustinianus A. Ioanni P. P.

LEX XLVII.

SI quis ad declinandam [a] legem Falcidiam, [b] cum desiderat totam suam substantiam, pro redemptione captiuorum relinquere, eos ipsos captiuos subscripserit [1] † hæredes, ne videatur, quasi incertis personis hæredibus institutis, iudicium suum oppugnandum reliquisse: [c] sancimus eiusmodi, & talem institutionem pietatis, intuitu valere, [d] & non esse respuendam.

Sed & si pauperes quidem scripserit hæredes, & non inueniatur certum ptochotropium, [2] † vel certæ ecclesiæ pauperes, de quibus testator cogitauerit, sed sub incerto vocabulo pauperes fuerint hæredes instituti, simili modo [e] & huiusmodi institutionem valere decernimus.

Et si quidem captiuos scripserit hæredes ciuitatis, in qua testator larem fouere, ac degere [f] noscitur, episcopus, & œconomus hæreditatem suscipiant, & omnimodo in redemptionem captiuorum, procedat hæreditas, siue per annuos reditus, siue per venditionem mobilium, siue se mouentium [g] rerum fit, nullo penitus ex hoc lucro, vel œconomo, vel episcopo, vel sacrosanctæ ecclesiæ relinquendo. Sin. n. propter hoc à speciali hærede recessum est vt non Falcidiæ ratio inducatur, quomodo ferendum est hoc, quod in sacrum * venerit, per Falcidiam, vel aliam occasionem minui? [h]

¶ Vbi autem * indistincte [i] Pauperes scripti sunt hæredes, ibi xenonem [k] eius ciuitatis omnino hæreditatem nanscisci censemus, & per xenodochum, in ægrotantes fieri patrimonij distributionem, secundum, quod in captiuis constituimus vel per redituum annalium erogationem, vel per venditionem rerum mobilium, vel sese mouentium, vt ex his res immobiles comparantur, [l] & annuus victus, ægrotantibus accedat. Quis enim pauperior est hominibus, qui & inopia tenti sunt & in xenone repositi, & suis corporibus laborantes, necessarium victum sibi non possent afferre? Licentia [m] omnino danda & in priores [n] & in secunda [o] specie, & actionem mouere, & debita exigere, [p] vt in captiuos, vel in ægrotantes consumantur. Si enim hæredum eis, [q] & ius, & nomen dedimus, sine [r] Falcidię tamen legis emolumento, ne cesse est eos debita exigere, & creditoribus respondere. Sin autem [s] ampliores in ciuitate xenones, vel ptochotrophia sint, ne incerta videatur pecuniarum datio, [t] tunc ei xenoni, vel ptochotrophio, qui pauperior [u] esse dignoscitur, easdem res, vel pecunias assignari sancimus, [3] † hoc videlicet discutiendo à viro reuerendissimo

in his omnib. casib. videtur cessare Falcidia, cum ad pias causas sunt relicta, vt in auth. de eccle. ti. §. si autem hæres, & ne corrigitur illa ff. ad legem Falcid. l. 1. § ad municipium quæ permittebat detrahi Falcidiam de legato relicto Deo. Vel aliud quam Deo, aliud quando relinquitur ad piam causam. Alij vt Al. & R. dicunt, quod tunc demum cessat Falcidia in legato ad pias causas relicto, quando hæres fuit contumax in soluendo, & ne intelligunt dictam auth. de eccl. tit §. si autem hæres coll. 9.

i *Indistincte.*] aliàs indiscrete.

k *Xenonem.*] quasi hæredem & hoc quando est vnus xenon, & aliàs non dicat specta re ad se hæreditatem

l *Comparentur.*] hoc est plus in pauperib. quam in captiuis, quod ibi comemuntur aliæ possessiones.

m *Licentia.*] omnino danda s. epo vel xenoni, quos quasi hæredes dicimus.

n *Et in priore*] Vbi captiui sunt hæredes scripti.

o *Et in secunda*] vbi pauperes.

p *Exigere.*] scilicet episcopum.

q *his.* s. episcopis, & œconomis.

r *Sine Falcidia.*] Est ergo hæres nomine, sed non re, vt not. ff. de fideicom. hære. §. restituta, & ff. de fer. l. pen. Hodie si certa persona instituatur, cessat Falcidia in relicto ad pias causas, vt inf. dicitur.

s *Sin autem ampliores.*] idest plures.

t *Datio.*] idest relictum a testatore, vt detur.

u *Pauperior.* Et prodest paupertas, vt hic & ff. de trans. l. cum his. §. in persona. & §. si in annos, & inf. de oper. lib. l. 1. & ff. man. l. si procuratorem, §. si ignorantes, & in auth. de eccl. ti. §. si quis autem vnum sanctorum, coll. 9. & vilitas prodest, vt ff. qui, & à q. l. si quis habens arg. contra in auth de testamen. §. sancimus, col. 7.

1 † *al. scripserit al. ad scripserit.*

2 † *Ptochiū*

* *Quod cum primus, cum semper in re linquitur facere corpori vel nomini inteligitur. Lato est ab quam homini relicta non minuuntur per legem Falcidiam, vetatur in re rum sacrarum diminutione. Goth.*

* *Dic quod iste ver. & vers. seq. videntur hodie correcti per text. in §. si quis autē prouedem. ptione, in auth de eccle. ti. vbi dic. tu indistincte quod est in arbitrio in episcopi qui velit tale relictum distribuere, quod seruant epi de consuetudine, vt dicit Bart. hic.*

3 † *al. censemus.*

locorum antistite,[a] & sub eo constitutis.

¶ Sin aũt nullus xenon in ciuitate inueniaẽ, tunc sc̃dm de captiuis sanctionem[b] pro tpe œconomus sacrosanctæ ecclesiæ, vel episcopus hæreditatem accipiat, & sine falcidiæ ratione pauperib. qui in ciuitate sunt, vel penitus mendicãtibus, vel alia sustẽtatione egentibus eædem pecuniẹ distribuantur.

¶ Hæc tñ oĩa locũ hr̃e sancimus, qñ non certi xenonis, vel certi ptochotrophij, vel certæ ecclesiæ nominatio, à testatore subsecuta est, sed incertus est eius sensus.

¶ Sin autem in personam certam, vel in certam venerabilem domũ respexerit, ei tantummodo hæreditatem, vel legatũ cõpetere sancimus, nulla Falcidia nec in hac parte intercedente. In omnibus autem huiusmodi casib. cœlestes iracundias sacrosanctarum rerum administratores expectant, si qualecunq; lucrũ ex huiusmodi gubernationib. sibimet acquisierint, vel in hoc committi ab alio consenserint,[c] & non grauissima pœna, & interminatione, quòd perperam factũ est, studeant corrigere.

IN AVTHENT.

¶ Vt cum de app. cog §. si vnum de prædictis. collat. 8. constit. 11.

Negligens redimere testatorem, vel cognatum à carcere, eius successionem sperare non debet: quia applicatur ecclesiæ, expendenda in redemptionem captiuorum solus aliis capitulis testamenti, parcitur tamẽ minori 17. ann. & qui propriam non habet pecuniam, potest uendere res captiui pro ipsius redemptione, qui cogitur habere ratum. h. d. Bal. vel sic. Sperans hæreditatem alicuius ex testõ, vel ab intestato, si non redimat eũ de carceribus, cum põt, & ibi ille moriatur, priuatur eius successione, & deuoluitur ad ecclesiam distribuendam in redemptionem captiuorum. Pau. de Cast.

SI* captiui[d] alicuius liberi, seu cognati[e] redemptionẽ eius neglexerint; non solum exhæredari possunt, sed etiam lege denegabatur eis successio: & si[f] fuerint scripti hr̃des,[1] † tantum valeat testamẽtũ in alijs capitulis.[g]

¶ Hæc ergo successio defertur ecclesiæ ciuitatis eius, expendenda[h] scilicet in captiuorũ redẽptionẽ. Multò magis, si extraneos instituerit, qui redimere[i] supersedeant: Excipitur minor 18. annis.

¶ Qui aũt redimere studẽt, si proprias non habeat pecunias, super quibuslibet rebus ipsius, in eam cãm rectè contrahunt, etiam si minores 25. annis sint, maiores tamen 18. qui tamen pro maiorib. 25. hic accipiuntur.[k] Et captiui si reuersi fuerint, coguntur habere[l] ratum contractum. eadem pẹna est parentum, si redemptionem neglexerint liberorum.

* *Testamenta facta super peculio quasi castrensi clericorum, non subiacent querelæ inofficiosi. h. d. subiacent tamen condictioni ex lege, vsq; ad legitimam debitam filiis, & parentibus vt sup. eo. auth. presbyteros. quam quidam hoc legunt. Bald.*

Idem A. Ioanni P.P. LEX XLVIII.

CVm lege Leonina[m] viris reuerendissimis episcopis, & presbyteris, & diaconis peculium habere quasi castrense concessum est, eo addito,[n] vt in ipso testari possint: dubitabatur, si hmõi testamẽta debeãt[o] de inofficioso querela expugnari, cũ de oĩb. personis quẹ hmõi peculium meruerunt, eadem fuerat qõ exorata.[p]

¶ Sancimus itaq; viris reuerendissimis epis, & & presbyteris, & diaconis, q tale peculiũ id est quasi castrẽse possidẽt, super ijs tantummó reb. q̃ quasi castrensis peculij sunt; non solũ vltima condere s̃m leges[q] elogia[r] licere (quod ex Leonina constõne descendit) sed ẽt eorum vltimas volũtates sup his[s] tantũmó habitas, de inofficioso q̃relẹ minimè subiacere.[t] D. No. Feb. 532.

Clerici confessione, vel pacto possunt renunciare priuilegio fori, ne decipiant contrahentes, & valet renunciatio, nisi contra eam sit

col. 7. & fere in omnibus delictis, vbi grauius ex vno delicto punitur ignobilis, siue vilis, quam nobilis, vt ff. de inc. ruinau. l. Pedius & de pœ. l. capitalium § fi. & ad l. Corn. de fal. l. 1. in fi. & inf. ad leg. Fla. de pla. l. fi. & inf. vt nemo priu. utu. l. 2. circa princ. Accur.

a *Antistite.*] i. episcopo.

b *Sanctionem.* sup. eo. in princ.

c *Consenserint.*] Nota aliquem puniri, quia consentit malo, vel quia non corrigit malum, ac si ipse faceret ut inf. de cõmer. & mer. l. 2. & in decret. 2. q. 7. c. negligere.

d *SI captiui.*] Hęc est in auth. vt cũ de app. cog. §. si vnũ. de prædictis. coll. 8.

e *Seu cognati.*] alicuius captiui redemptionem &c.

f *Et si.*] i. quamuis.

g *Capitulis.* Nota ergo quinq; specialia hic. Primum, quod valeant legata, licet nõ valeat testamentum. regulariter contra: vt infra de fid. l. eam quã. Secũdũ, q id q aufertur indigno, applicatur ecclesiæ, sed regulariter cõtra: vt ĩ de ijs qui vt ind. l. hæreditas. Tertium, q qui non est dñs, id captiui alienat, legis authoritate permittente. regulariter contra: vt ff. de ac. re. do. l. traditio. Quartũ, quia min. 18. an. non patitur huius l. pœnam cum alias regulariter etiam impuberes doli capaces ex delictis teneantur, vt inst. de obl. quę ex delic. § pe. Quintum, quia maior. 18. ann. minor 25 an. non restituitur regulariter contra. vt ff. de mino. l. 1.

h *Expendenda*] Charitas.

i *Redimere.*] super sedeant. loquitur forte de ijs, qui veniunt ad successionem: nec enim defertur successio cuilibet redimenti, vt in furiosi liberis, vt inf. ut. auth. liberi.

K *Accipiuntur.* Sicq; concordat cum iure Longebardorum.

l *Habere ratum.*] Nã quod legitimè est factum, rescindi non debet: vt inf. de admi. tut. l. sancimus. 1.

m *CVm lege Leonina.*] quã habes sup. e. ti. l. sacrosãcta.

n *Addito.*] i. eadem l. in fin.

o *Debeant.*] i. possint.

p *Exorata.*] Et similẽ habes solutionem, vt non possint expugnari per querelam: vt inf. de inof. testa. l. fi. § in his itaq; & inf. qui test. fac. pos. l. fi.

q *Secundum leges.*] i. s̃m legum solennitates, vt sup. ti. j. l. gñali.

r *Elogia.*] id est testamenta.

s *Super his.*] s. peculiis.

t *Subiacere.*] hodie huiusmodi peculia, idest testamenta super his peculiis facta videtur subiacere querelæ, vt in auth. vt cũ de ap. cog. §. & hæc q̃dẽ de parentũ. coll. 8. & sup. e. aut. presbyteros: quam quidam hic

Vide plenè p An. Aret. § 1. inst. qui & ex q. cau. & ibi etiã Chroph. Porc. & Ias. in suis additioni. & Bart. in l. illicitas §. fi. ff de off. præsi.

* De intel. huius auth. vt Lud. Bologni in l. 4. §. Cato. nu 125 et 124 de uerbo obli.

1 † Captiuus desinit testari põt si postea liberatus moritur intestatus, ei succedet nõ eccl. sed proximus, quãuis redemptionẽ captiui neglexerit, quia ipse ingratitud. nõ uidetur remisisse si nõ est in vita cõquestus. l. vl. inf. de re. o. dona. quid si i captiuitate moritur intest. vel bona eius parte applicari fisco putat Rouf. in proœm. consi. gl. 5. n. 38 Dio. Gothof.

hæc legunt. Vel dic vt ibi diximus, vt in auth. presbyteros. secundum epis. ratione corrigitur hæc lex, quia cum hodie sit iuris, vt sup. eo. auth. sed episcopalis, non potest habere peculium: vt inf. de inoff. testa. l. si. Nec tamen testari potest, nisi de his rebus, quæ dicuntur sup. eod. authen licentiam. Accursius.

SI quis.] Casus in textu talis est. Mutuauit pecuniam coram sacerdote, & consensit, quod renunciaret priuilegio suo, seu foro: ut nisi coram alio iudice responderet, seu solueret: quæritur, nunquid sibi præiudicet? Et videtur, quod sic. h. d. primo, sed instatur quærendo de ratione. Respo. Imperator, quod duplex est ratio. Prima: quia clericus nō debet decipere contrahentes secum. Secunda, quia regula iuris est, quod vnusquisque potest renunciare iuri introducto pro se. Sed vlterius instatur, nunquid habeat locum in prætextus confessionibus, seu renunciationibus? Respond. sic quod nisi in contractum lata sit sententia, vel amicabiliter sit compositum. Bald.

a Si quis.] scilicet clericus, vel alias priuilegiatus.

b Licere ve. tre.] imo videtur licere, vt si de iure communi ... conuenerit, quæ est contra. Sed hic fuit pactum in scriptura redactum, ibi non. Sed non valet vt infra de pa. l. hoc pactum, quod bona fide, &c. vel illa in actore, hæc in reo. Et hoc non valet, vt ... de re iu. l. non dēt actori. Tu distingue, an velit per pactum iurisdictionem prorogare, quod non potest, nisi sit contra ... vt ... potest, vt hic. Facta autem hac regula in ... quos dic, vt infra de pac. l. si quis in conscribenti, ... vel est hæc lex de ... verbo ad verbum, & quæ hic desunt, ibi supplebis.

c Qui.] scilicet casus.

Hæc lex non procedit hodie in clericis: qui non possunt priuilegio fori renunciare. c. si diligenti. extra de fo. comp.

Quilibet foro suo renunciare potest ... Bald.

Hæc est canonizata 36 q. 1 generaliter. et ad eā pertinet ... scribit ... ad tutelā vel curā clericus ... ut ... cujusque ... ferente ... dummodo ... liberetur.

lata pronunciatio, vel facta transactio hoc dicit. Bal. Vel sic: Licitum est cuique renunciare iuri suo. hoc dicit secundum Bartolum.

Iidem A. Ioanni PP.

LEX XLIX.

SI quis[a] in conscribendo* instrumento sese confessus fuerit non vsurum fori præscriptione propter sacerdotij prærogatiuam: sancimus non licere ei aduersus sua pacta venire,[b] & contrahentes decipere: cum de regula sit iuris antiqui, omnes licentiam habere ijs, quę pro se indulta sunt renunciare.* Quam generalem legem in omnibus casib. obtinere sancimus, qui[c] nec dum per iudicialem sententiam, vel amicabilem cōuentionem sopiti sunt. D. Kal. Sept. 532.

Personę hic enumeratæ habent immunitatem a tutelis, & curis, vt inhæreant diuinis ministeriis: qua causa cessante, cessat effectus. Vel sic clerici in sacris ordinibus constituti, & etiam monachi (licet non sint clerici) sunt immunes ab onere tutelæ, uel curæ, vt inuiti non cogantur suscipere, dummodo clericaliter uiuant, & ecclesiæ deseruiāt propter quod datur eis hoc priuilegium, ideo, cessante causa cessat effectus, & ad hoc semper allegatur ista l. Pau. de Cast.

Idē A. Ioanni P.P. LEX L.

GEneraliter* sancimus, omnes viros reuerēdissimos episcopos, necnon presbyteros, diaconos, & subdiaconos, & præcipuè monachos (licet non sint clerici[d]) immunitatem ipso[e] iure omnes habere tutelæ siue testamentariæ, siue legitimæ, siue datiuæ:[f] & non solum tutelę eos esse expertes sed etiam curę; non solum pupillorum & adultorum, sed & furiosi, & muti, & surdi, & aliarum personarum, quibus tutores, vel curatores à veteribus legibus dantur.[g]

¶ Eos tamen clericos, & monachos huiusmodi hr̄e beneficium sancimus, qui apud sacrosanctas ecclesias, vel monasteria pmanent, nō diuagātes,+ neq; circa diuina ministeria desides: cū pp hoc ipsū bn̄ficiū eis indulgemus, vt alijs oīb. derelictis,[h] Dei oīpotētis ministeriis īhęreāt.

¶ Et hoc non solū in vetere Roma vel in hac regia ciuitate, sed & in omni terra, vbicunq; Christianorum nomē colitur, obtinente sancimus.

IN AVTHEN.

¶ De san. epis. §. Deo autem amabiles. coll. 9. constit. fin.

Illi, qui non coguntur ad tutelam, sed sponte recipiuntur ad ipsam, debent voluntatem suam intra quatuor menses declarare inscriptis, h. d. Bald. Vel sic: Ad legitimam tutelam volens admittitur clericus, nisi sit episcopus, vel monachus. Salic.

PResbyteros, diaconos aut subdiaconos[i] iure cognationis, ad tutelam, vel[k] curam vocatos, suscipere permittimus;* si tamē intra quadrimestria: hoc est finalis causa:

quòd non. Sed nunquid est verum de curis non solum adultorum, sed furiosorum, prodigorum, & cæterorum? resp. quòd sic. Sed instat quærens, pone quòd quidam sunt clerici vagantes per mundum, nunquid illi gaudent priuilegio? Respon. Imperator, quod non. Quarto instat quærens nunquid prædicta habeant locum in ciuitate Romana, & Constantinopolitana. Respond. Imper. quod sic in omni loco, vbi Christus colitur. Bal.

d Non sint clerici.] quia nec homines ... vt in auth. de mon. ... & § si autem exorem ... secundum ... si quis ... esse hoīes ex authen. præallegata, reperies. Tu dic, non sint clerici ... non.

e Ipso iure.] nam & si intra ... quinquaginta dierū non se excusent, ... non ... ubi ... in alio non contingit, vt infra de excu. tu. ... qui autem ex ... & vt infra de appellationes & incolę, secundū ... autem non ... legitimæ, excepto ... episcopis, & monachis qui nec legitime esse possunt, vt in authen. ea §. Deo amabiles autem. col. 9. vnde lege hic auth. presbyteros.

f Datiuæ.] quæ datur à iudice.

g Dantur.] vt prod... & illis, qui suis rebus superesse non possunt, vt in auth. eod. §. Deo autem. & in ... de cu ... in auth. lege, ... ut ... presbyteros.

h Derelictis.] Sic cessante causa cessat & effectus, sic & infra de hære. l. 1. & ff. de mi. l. 1. & de mi... in ... & sup. eod. authen. sed neque ... & authen. si seruus ... & ... item si alicuius. & in ... de excusa. § item ... & ff. de excusa. ... duas ... pen. argu. contra ... de postu. l. pen. ... §. ... sed ibi id est

+ Hyero. ad Paulinū, dicentis esse quod di ceret, i. monachum sine ... nil ... facit in vetr. 16. q. 1. si cupis. Sicut piscis sine aqua caret vita sine monasterio monachus. 16. q. 1. c. placuit. Duplex ē opus monachi, aut diuini ... vacare seruitiis, aut opera manuaria meditar. Nota ... 134 c. 6.

+ Vide Cuiac. Nouella 123.

GEneraliter.] Diuiditur in tres partes. Primò, ponit dictum suum, seu statutum. Secundo declarat ... prorogat. Secunda ibi, eos tamen. Tertia ... in ... Bald. ¶ Casus in ... ab Imperatore, aliqui clerici ... vel cæteri clerici, nunquid compelluntur ... tutelas, vel curas eis datas? Respond. Imperator,

i Presbyteros.] ... Hic non ... his ... qui sunt in sacris ordinib. cōstituti, ... denegantur ... compellentur ... Sed illi ... volentes ... non testamentaria, vel dat ... vel monachus nullo modo, vt inf. eo. authen ... & in auth. ... §. Deo amabiles, coll 9.

k Vel curam.] loquitur de cura furioso ... vel prodigo ... per l. 12. tab. vocantur ag ... vt infra de cura. § furiosi.

a Si

a *Si quis autem sic fecerit.*] i. est si declarauerit hoc intra quatuor menses, ergo si non fecerit, hoc praeiudicat in alios secundum Pau. sed Py. Ir. & Azo. & nõ contra & dic, si q's aũt sic fecerit, i. si ita tutelam suscepe(rit) solẽniter, nec. n. ea aliter suscipere debet, nullam ex hoc &c vt inf. de excu tu l. voluntarię & inf. de ijs qui spon. pub. mu. sub l. 2. & 3 li. 10. Ius nonquid sufic(it) ratio vnius excusat ab alijs, vt alias tres tutelę excusant, vt in fi. de exc tu. §. item tria ist. in fic, sed m P. Sed t a dic suum priuilegium excusare eũ, nõ susceptionem huius. sed per hanc susceptionem renunciatũ non videtur priuilegio, vt dictum est.
b Interpretatio Contij.
c *Distin. 51. 53. Nouel. 123 c. 15.*
d Hinc illud Hieronymi *ad Oceanum*, Heri cathecumenus, hodie pontifex: heri in amphiteatro, hodie in ecclesia: vespere in circo, mane in altario: dudũ fautor histrionum, nunc virginũ consecrator. *adde quae notaui ad Nou. 123 c. 1 inf. & l. 3. §. 2 ff de muner.* ibi, Heri, seruus, hodie libertus.
e *Nou 6 c. 1.*
f Id est habitu Plautus *in Amphitr.* [illegible] Quod ego hac procel si sic eam te [illegible] ma.
g Nota de quarta bonorum decurionis applicanda fisco.
h Id est anno 5; & *l. vlt. inf. quando & quib. quarta pars, adde Nouell 6 c. 1.*
i *l. 1 quib. l. vlt inf. de decurionibus.*
k *L. 21 sup eod.*
l *L. 12 sup eod.*
m *Adde l. 16 §. 1 sup. de sacros. eccle.*
n Nota pœnam latitantis curialis.
o Forte *l. 29 l. 53 §. 2 sup eod.*
p μοναχικὸν σχῆμα. *Nouell 5 cap 6.* Ex Nouella Leonis huiusmodi desertor nõ datur Curiae, sed

tuor menses, ex quo vocati sunt, apud iudicem competentem in scriptis declarauerint talem administrationem propria se voluntate suscepisse.

¶ Si quis autem sic fecerit,[a] nullum, ex hoc praeiudiciũ circa alienam tutelam, vel curam patiatur.

¶ Episcopos autẽ, vel monachos tutelã alicuius personae subire non permittimus.

Idem AA. Ioanni P.P.

LEX LI.

Sancimus,[b] neminẽ omnino, neq; curialem,[c] neque taxeotam, episcopum aut presbyterũ de cętero fieri: nihil attinente aut attingẽte hac lege eos, qui ante eam huiusmodi sacerdotio digni habiti sunt: de caetero verò neminẽ omnino, q supradictae sit fortunae, ad praedictas cõsecrationes ascendere: & maximè si & iã antea ministrauerat, aut taxeotis seruierat iussionib. cum. n. qui enutritus est in executionib. vehemẽtibus (seu asperis,) & his, quae ex ea re accidunt, peccatis, non vtiq; aequum fuerit, modo[d] quidem & illico esse taxeotam, & buleutam, & facere omnium acerbissima, mox autem sacerdotem ordinari, de humanitate innocentia exponentẽ dogmata. praeterquam si[e] ab infantia, & nondum quidem ephebia excedente aetate, ei contigit inter reuerendissimos monachos connumerari, & morari in eo ipso schemate.[f] tunc enim permittimus ipsi, & presbyterum fieri, & ad episcopatum venire, cum sit manifestum, si multaq; tale qd euenerit, & dignus sacerdotio apparuerit, q confestim licentiam habebit manere in episcopatu, & ministrare, dummodo quartã[g] partem suae substantiae vniuersae praebeat decuriomb. & fisco (secũdum nuper[h] de quarta parte positã à nobis legem) aut soli fisco, si quidẽ taxeoticae fortunae ei esse contigerit. Si vero & in reuerendissimis archimãdritis cẽseat & manserit inter ipsos, & hoc ẽt mõ damus fortunae liberationẽ, quartã & tunc partẽ suę substãtię (vt p. diximus) praebituro. aliter autẽ neq; illi ordinari concedimus, neq; ordinato tale q'd agere permittimus. Sciente tua excellentia, quia hęc obseruari dẽnt ab oib. Deo amabilib. episcopis, pęnam expectaturis circa ipsum sacerdotium, si quid tale fecerint: pręter id, q etiam nec ipse ordinatus sacerdotio fruetur, licet fuerit antea in aliquo gradu sacerdotij ordinatus, sed inter priuatos redigetur, & ministeria[i] exequeť, quib. subiacebat prius. Quę oia obtinere in futurum volumus tẽpus: quoniã nunc primũ à nobis inuenta sunt, non pertinente vllo mõ hac lege (vt diximus) ad eos, qui semel hac dignitate sacerdotali decorati sunt: sed licentia habẽtib. ipsis per substitutos ministrare iuxta Theodosij, & Valẽtiniani piae memorię cõstõnẽ,[k] quę ad Thomã rescripta est.

Ad haec & illud iustum esse, & obtinere, & in vsu esse sancimus, q positũ ab initio, & vsu obseruatũ, nescimus, quoniã mõ in dissuetudinem abijt. Meminimus. n. nos in Arcadij & Honorij piae memoriae constõnem[l] incidisse, volentem, clericos, si neglexerint suũ ordinẽ, & in qualemcũque armatã militiã transierint, vel depositi à Deo amabilib. episcopis, militare ausi fuerint, m[illegible] quidẽ ipsos militia adepta, tradi vero ciuitatũ curijs ministraturos in posterũ publico, qũ & Dñi Dei seruitio, quãdiu militarunt, se abdicauerunt. Quae oia obtinere ex hac nostra sancimus lege, iubentes, ipsos statim & confestim ciuitatis illius, ex qua sunt fieri curiales: nisi vehementer curialib. abundet ciuitas: quo casu vicinae,[m] vel vlterioris ẽt vsq; ad vnã prouinciã alterã, vbi maximè curialiũ constituta est penuria. Si vero latitãtes[n] (vt probabile est) fiant, licentiã damus curialib. statim ingredi res eorũ, eorũ bona detinere, & satis sibi secundũ legẽ inde facere. Haec igit super reuerẽdissimis clericis cuiuscũq; gradus obtinere in perpetuũ sancimus, & in his, q iã perpetrata sunt obtinere legẽ eã volentes, q & prius erat. Qm aũt & quandã constõnẽ[o] inuenimus de monachis differentem & volentẽ ipsos non relinquere propria monasteria, neq; turbare ciuitates, q & ad quoddã sancitam esse tempus quidã suspicantur: oportet, existimauimus occasionẽ inde accipientes, perfectionẽ & in oẽ tempus ẽt hoc reformare: ita vt nemini de cętero reuerendissimorũ monachorũ licentia sit, tale quid agere, & relinquere quidã monachicũ habitũ,[p] circuncingere aũt qualemcũque militiam aut cingulũ, aut dignitatem aut eorũ, qui in iudicijs versantur, sequi vitam, & Dei seruitio humanas occupationes preferre, aut cognoscere, illo, qui tale qd fecerit, dãdo cu

riae

Idem A. Hermogeni Magistro officiorum.

LEX LII.

RAptores virginum [1]† * vel viduarum, vel diaconissarum, [a] quæ Deo fuerint dedicatæ, pessima criminum peccãtes, capitis supplicio plectendos esse decernimus: quod non solum ad iniuriam hominum, sed ad ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam [b] committitur.

¶ Qui itaque huiusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium tẽpore inuasionis, præbuerint, vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagrante crimine deprehẽsi à parentib. sanctimonialium, virginum, vel viduarum, vel diaconissarum, aut earũ consanguineis, vel tutoribus, seu curatoribus [c] conuicti [d] interficiantur.

¶ Si autem post commissum tam detestabile crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga euadere potuerit: in hac quidẽ regia vrbe tã viri [2] † excelsi P.P. quã gloriosissimus præfectus vrbis: in prouincijs autem, tã viri eminentissimi præfecti prætorio per illyricum, & Aphricam, quam magistri militum, per diuersas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis [e] præfectus Ægypti, & vicarij, & proconsules, & nihilo minus viri spectabiles duces & viri clarissimi rectores prouinciarum, necnon alij cuiuslibet ordinis iudices, qui in locis illis inuenti fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, vt eos possint comprehẽdere, & cõprehẽsos in tali crimine, post legitimas & iuri cognitas probationes, sine fori præscriptione, [f] durissimis pœnis afficiant, & mortis condemnẽt supplicio.

¶ Bona aũt eorũ, si hoc commissum fuerit in sãctimonialẽ virginẽ, quæ vel in asceterio, vel monasterio degit, siue eadẽ virgo diaconissa [g] constituta sit, siue nõ, eidẽ monasterio, vel asceterio, vbi consecrata est, addicantur: [h] vt ex his rebus ipsi solatium habeat dũ viuit sufficiẽs: & res oẽs sacrosãctũ asceteriũ, seu monasteriũ, pleno hẽat dñio.

¶ Si aũt diaconissa cuiuscunque ecclesię sit, in nullo tamẽ monasterio, vel asceterio cõstituta, sed per se degit, raptoris eius substãtia ecclesiæ, cuius diaconissa est, assignetur: vt ex his facultatibus ipsa quidẽ vsumfructũ, dũ superest, ab eadẽ ecclesia consequatur, ecclesia verò oẽm proprietatẽ, & plenã possessionẽ [i] earundem rerum nostro habeat bñficio: nemine, [3]† vel iudice, vel quacunque alia persona hęc audente contemnere.

¶ Pœnas aũt, [4]† quas prædiximus, i. mortis, & bonorum amissionis, cõstituimus nõ tñ aduersus raptores, sed ẽt contra eos, qui hos comitati in ipsa inuasione, & rapina fuerint. Cœteros [k] aũt oẽs, qui conscij, & ministri hmõi criminis reperti, & cõuicti fuerint, vel eo susceperint, vel quãcunque opẽ eis tulerint, siue masculi, siue fœminæ sint, cuiuscunq; condõnis, vel gradus, vel dignitatis, pęnæ capitali [l] tantummodo subijcimus, vt huic pœnæ oẽs subiaceant, siue volentibus, * siue nolentibus sanctimonialibus virginibus, siue alijs supradictis mulieribus tale facinus fuerit perpetratum. Dat. 5. Calẽ. Decẽ. 533.

Sponsus, & sponsa, sine arrha possunt monasterium ingredi. Item vir, & vxor, saluo pacto dotis & donationis propter nuptias. hoc primò. Pater non potest abstrahere filium, vel filiam de monasterio, nec hac occasione eum exhæredare, sed debet filius, vel filia habere legitimã, & est habilis ab intestato succedere. hoc secundo. Non licet Iudęo habere mãcipium Christianum, nec eum impedire, qui vult fieri Christianus. Bal. Vel sic. Potest alter ex sponsis altero inuito religionem ingredi: & soluuntur sponsalia, nec per hoc aliquam pœnam arrharum patitur, quia non videntur dissoluta eius culpa, sed ex iusta, & legitima causa. Similiter alter ex coniugibus potest altero inuito religionem ingredi, & dissoluitur matrimonium, nec per hoc pœnam aliquam patitur circa dotem, vel donationem propter nuptias, quasi eius culpa matrimonium sit solutum, habetur tamen ingrediens pro mortuo, vel mortua, & sic ven-

---

a R*Aptores.*] Diaconissarum. Idem in qualibet muliere Azo.

b *Irreuerentiam.*] id est contra Dei reuerentiam. sic & inf. de hæret. l. manichæos, & hoc, sicut in. i con tra aliàs ad.

c *Curatoribus.*] quõdam.

IVbemus[a] eius tantummodo ad defensorū[5] curam peragendam ordinari, qui sacrosanctis orthodoxæ religionis imbuti[b] mysterijs, hæc in primis[c] sub gestorū[d] testificatione, psite quoque religiosissimo fidei orthodoxæ antistite, per[e] de-

a NEmo.] O præfecte.

b Togatorum.] id est aduocatorum.

c Mysterijs.] Non est necesse quod sit theologus, vel audierit theologiam: sed quòd sit baptizatus, & in se habeat alia sacra mysteria Christianitatis, & non sit hæreticus.

d Attentatum.] punitur affectus, etsi non sequatur effectus, vt diximus inf. de furt. l. si quis. & sup. tit. e. l. si quis non dicam. & de hoc dic, vt ibi.

* H. e. l. verum eisdē verbum reperitur in l. nemo. inf. de poē.

e Officium.] i. officiales, e. sup. titu. e. l. si qs non dicam. & de hoc dic vt ibi.

f Sublimitatis.] id est præfecturæ prætorianæ. Acc.

g Idem verò. scilicet aduocatus.

h Præstiterit. sic. n. demū secuto effectu punit aduocatus, licet in officialibus aliud sit, vt modo dixi & est ratio, quia grauius punitur, vt hic dicit.

i Proscriptionis. id est amissionis bonorum; vel alio modo punitur, vt not. sup. de sacrosan. eccles. l. 3.

k Huiusmodi. s. aliquis non imbutus sacrosanctis mysterijs aduocauerit.

l Attentatum. etiā scientib. & non contradicentib. alioquin, si ignorauerant eum hæreticum, non tenentur.

m Dimidię.] nunquid ergo ad tēpus relegatis bona auferuntur? Rñ nō vt ff. de interd. & releg. l. relegatorū, §. ad tēpus. q cū cōtra. Sed hoc est speciale in relegato propter huiusmodi crimē, ita qđ intra quinquennium bona adimantur. Vel non auferūtur per iudicem, sed per legem scriptam sic, vt hic. Item exilium impropriè dicitur hic: propriè, quando in perpetuū fit dicitur exiliū, vt ff. de pub. iudi. l. 2. est hæc l. de verbo ad verbum inf. de postu. l. nemo.

Exiliū propriè quando dicatur.

SI legibus. CASVS. Titius desponsauit Bertam per verba de futuro, & dedit arrhas & ipsa Berta, vel pater eius sciuerunt Titium paganum, vel propter religionem non iacere in lecto. vnde vult eum dimittere. certè reddat arrhas in duplum aliud si ignorauerit.] Secundo dicit idem, si sponsa dedit sponso.

n Post arrhas. mulieri datas.

o Sponsa. per verba de futuro.

p Diuersitatem.] vel sectæ, vel aliam iustam causam, vt habes de verbo ad verbum infra, de sponsal. l. si §. his hoc quoque.

q Probatum fuerit. nam præsumitur ignorantia, nisi probetur sciens. sic inf. qui mi. non pos. l. super secutis. lib. 12. & ff. de probat. l. verius sed arg. contra, de prob. l. cum de indebito. sed illud in odium illius, qui negauit sibi solutum quod erat solutum. Item ei, qđ dicit, scientiam parentum filiabus nocere, est contra. ff. de iur. & fac. igno. l. iniquissimum. Sol. non obest, quia parētes sciūt. sed quia præsumitur eam scire, & quod pater certiorauit eam, vt inf. de integ. rest. min. l. de tutela. & ff. vnde cogn. l. octaui, resp. 2. & inf. de lib. cau. l. si filium. Vel dic parentes imputent sibi suam scientiam: filiam suam, quia si parentes sciuerunt, & acceperunt arrhas, tenentur in duplum.

Ignorantia præsumitur, nisi scientia probetur.

r Hoc. pp quod sponsa sponsum recusauit.

s Imputare. & arrhas in duplum reddant, nam non debet certiorari, qui non ignorauit &c. vt ff. de act. emp. l. prima, in fine.

Certiorari non debet is, qui non ignorauit.

t Ignari. Mulier, vel parentes eius.

u Intercesserit. quia postea incipit esse in tali religione, vel causa. & est sic ff. vt in poss. leg. l. planè. ea enim quæ de nouo emergūt, nouo auxilio indigent, vt ff. de interrog. act. l. de ætate, §. ex causa, cum cōcord. ibi notatis.

x Liberi. id est in libertate stant.

y Quod simili modo.] id est sub simili distinctione, l. quam proxi. respon.

z De sponsis. i. quod dixi, quando sponsa receperit, vel eius parens: idem dico econtra si sponsus recepit, vel eius pater. Vel dic, quod dixi, quando vir est alterius sectæ: idem quando vir, & mulier velit petere arrhas.

1 † al. custodiantur.

2 † Præcipimus.

3 † Interpretatio Ant. Augusti.

4 † Sedetæ erāt stationes teste Suida.

5 † Vadē con stitu. l. ciuitatu. ff. de defen. l. certi scripti. coner. varum.

a IVbemus.] Defensorū ciuitatis.

b Imbuti. non est necesse, quod sit Theologus, sed q sit Christianus, & quòd mysteria Christianitatis habeat in se.

c In primis. scilicet quòd sic sint imbuti cum sacramenti religione.

d Sub gestorum. aliàs subiectorum, aliàs subditorum.

e Per dispositiones, id est scripturas à tabellione confectas, in quibus continetur, quod sic iurauit. sic ponitur inf. a, de testa.

de testa.l.hac consultissima,§.si quis.

a *Patefecerint.*] hodie,hæc,& alia iura, vt in Auth.iusius.qd præsta.coll.2.

b *Constituantur.*] de hac electione plenè dicit Auth.de defen. ciuit.§.interim, collat.3. quam quidam habent hic.

S*I præsens.*] CASVS. Confessus sum me accepisse centum mutuo a quodã milite sub spe futuræ numerõnis: qui postea cœperit esse potestas meus: nunc volo opponere excep.non num.pecu.quæritur, corã quo opponatur? dicitur corã alio iudice. Secundò si non sit alius: tunc corã episcopo. Tertio dicit idem in exceptione non numeratę dotis.

c *Si præsens* i.præsentialiter aderit. Quid autem si abest causa alicuius potestatis: an interim possum eum hic.cõuenire? Respõ. sic, vt hic innuit. Nã loquitur quãdo corã eorum deberet agi.& habes ff.ex quib cau sis maio.l. itẽ ait prætor,§.fi. & l. ergo. & arg.inf.eod.l.fin.

1 † al. constituta.

d *Alias res.* quæ consistunt pondere, numero, vel mensura & in mutuo tantum, alioquin non posset sic venire contra scripturam propriam, nisi per argumenta scriptis inserta,vt inf. de non num.pecun. l.generaliter.

e *Objicit.*i.hæc.

f *Falsam.* id est propositam.

g *Interrumpere* facit inf.eo.l.fi.& de ann. excep.l.vt perfectius.

h *In exceptione.* i.opponenda extraneo,q dicitur numerasse dotẽ pro vxore. Nã mulieres remotę sunt ab officijs ciuilibus, vel publicis,vt ff.de reg. iur.l.2. Et facit inf de non nu.pec l. in contractibus.§.fin. vbi ẽ hæc l.de verbo ad verbum,& auth ibi posita. Idẽ quod in his except. dicunt quidã in alijs omnib. exceptionibus.quod non placet, cum licet diu non opponantur, tẽpora non currant,vt ff.de do. excep l. pu rè,§.fin.

Mulieres remotę sũt ab officiis publicis.

positiones cũ sacramenti religione celebrandas patefecerint.[a] Ita enim eos præcipimus ordinari: vt reuerendissimorum episcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac possessorum, & curialium decreto constituantur.[b] Dat. 14. Calend. Maij,Sabiniano & Theodo. Coss.505.

IN AVTHEN.

De defen.ciu §.interim,collat.3.const.2.

Hęc auth. declarat, qui dẽat eligi ciuitatũ defensores,& quales, & per quos:et pœnam imponit electo declinanti,& eius officium,& iurisdictionem annectit. Salic.

PRęsides gentium per vnamquamque ciuitatem præparent homines non vilissimos,sed nobiliores ciuitatum habitatores,quib. aliqua ratio est bonæ opinionis,constitutos[1] † nominari defensores per circulum, vt eo expleto, rursus ad eandẽ solicitudinem reuertantur: decreto facto cũ iureiurando omnium possessorũ in ea ciuitate cõsistentium,electione facienda à Deo amabili episcopo, & venerabili clero,& alijs in ciuitate bonæ opinioni studentibus.

¶ Et nulli liceat defensoris ordinationẽ declinare: alioquinquinque librarum auri pęna coercebitur, q̃ in opera ciuitatis impendetur, & post pęnæ solutionẽ nihilominus defensoris officium suscipere cogeť,& iurabit oĩa secundũ leges, & ius agere.

¶ Et confirmabitur ex pręcepto gloriosissimorum præfectorum nostrorũ, & in biennio solo administrabit,& iudex potius q̃ defensor esse videbitur, vt ẽt testamenta, & donationes apud hũc insinuentur, & acta apud eum cõponantur, & habeat vnũ exceptorẽ, & duos officiales ex prouinciali officio,& iudicet in causis pecuniarijs vsque ad 300.aureos.

¶ Præterea habeat defensor publicam habitationem,in qua monumenta recondat, & vnum hominem,qui acta conseruet.

¶ Noua constõ Friderici Imperator de statu.& consue.com.li.8.constituimus ẽt,coll.9.cõst.fi.

Præsides, vel ciuitatum rectores, debent iurare,quòd damnatos de heresi per ecclesiam omnibus viribus exterminabunt; aliàs non ualent eorum sententiæ.h.d. Bald.

STatuimus † hoc edicto perpetuo valituro, vt potestates,consules,siue rectores, quibuscumque fungantur officiis, pro defensione fidei pręstent publicè iuramentũ, qđ de terris suæ iurisdõni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos,bona fide pro virib.suis exterminare studebunt,ita vt amodo qñcũq; quis fuerit in potestatẽ seu perpetuã, seu temporalẽ assumptus, hoc teneatur capitulũ firmare iuramento.Alioquin neq; pro potestatib.neq; pro consulib. neque pro rectoribus habeantur: eorumque sententias ex tunc irritas iudicamus, & inanes.

† Hanc auth. non approbat consuetudo ut dicit Bar to.hic, sed statuta circa hoc inducũt alteram formã iuramenti,quã seruandam duit.

LEX XX.

NEmo militet,qui non apud acta testificatus cũ trib.sit,propositis sacrosanctis euãgelijs,se esse Christianum Orthodoxum. fiatq; acta apud eũ magistratum,sub quo militaturus est,& duo tantum aurei pro ea re prębeantur. si verò id neglectum sit, dabit libras 50. is magistratus,eiusq; officium viginti:qui verò militauit,decem,& a militia eijciatur:testes,qui peierauerint,in corpus punientur. Illæ verò mulctę Comitis periculo rebus priuatis inferentur.

Vbi is,contra quem debet proponi querela nõ numeratæ pecuniæ,sit in administratione maiori positus,põt aduersarius ad præscriptionẽ eius interrũpendã, adhibere aliũ administratorẽ,per quẽ ei notificetur querela sibi delata, vel loci episcopũ,per quem similis denunciatio fiat.h.d.S.

Imp.Iustinianus A.Mennę P.P. LEX XXI.

SI † præsens[c] quidem sit,qui pecuniam numerasse,vel alias res[d] dedisse scriptus est, aliquam,verò administrationem,in prouinciis gerat,vt difficile esse uideatur denũciationem eidem non numeratæ pecuniæ mittere, licentiam damus ei, qui memorata exceptione vti velit, alios iudices[2] † adire,& per eos ei manifestare, quia exceptionẽ huiusmodi objicit,[e] factam[f] à se super nõ numerata pecunia querelam esse. Quòd si non sit alius administrator ciuilis, vel militaris,vel per aliquam causam ei sit difficile qui memoratam querelam[3] † opponit,eum adire,& ea quæ dicta sunt facere; licentiam damus etiam per virum reuerendissimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutum interrumpere.[g]

¶ Quod ẽt in exceptione,[h] nõ[4] † numeratæ do-

1 † Pars legis in cõtra Bib.4 vlt. inf de non num. pec.

2 † Ordinariũ vel episcopu. Bar. Ordinariũ inquã indicã, vbi partes sortiuntur forum. Bald.

3 † Hinc colligit adire posse episcopum, vbi contra statuĩ inferarius, Gelb.

4 † Nomarata enim vatur inter pias et fauorabiles cãs. Geb.

Lo.   tis

tis locũ [a] habere receptũ [1] † est. Dat. Calen Iul. Constantino. D.N. Iustiniano. A. ij. Cons. 528.

[b] Imper. Iustinianus A. Mennæ P.P. LEX XXII.

NEminem volumus in custodiã conijci absq; [c] iussu gloriosissimorum vel illustrium vel clarissimorum magistratuum huius felicissimæ vrbis, vel prouinciarum aut defensorum ciuitatum. ¶ De his aũt, quicunq; coniecti aut conijciendi sunt, Deo amabiles locorũ epos iubemus per vnã cuiusq; hebdomadę diẽ, i. feria, quarta, [e] aut sexta, q̃ & Parasceue [f] appellatur, eos, qui in custodia habentur, visitare, [g] & diligenter inquirere causam, ob quã detinentur: & siue serui sint, siue liberi, siue pro pecunijs, siue pro alijs criminationib. siue pro homicidijs coniecti, illustrissimos & spectabiles & clarissimos magistratus admonere, tã eos qui sunt in hac felicissima vrbe, quã q sunt in prouincijs, vt ea exequantur circa ipsos, quæ diualis nr̃ę cõstõnis ad illustres præfectos ea de re emissa præcipit, licẽtia data Deo charissimis pro tẽpore epis, si q̃ negligẽtiã admissam cognouerint ab illustrissimis & magnificentissimis atq; clarissimis pro tpe magistratib. vel ijs, q̃ illis parẽt, officijs, talẽ ipsorũ negligentiã indicandi, vt cõueniens aduersus negligentes animi nostri motus insurgat. Dat. 15. Calend. Febr. CP. Decio Coss. 529.

[h] Idem A. Mennæ PP. LEX XXIII.

PRiuatos [i] carceres modis omnib. in vrbib. atque in vicis cõstitui vetamus: [k] ipsis qui custodiũtur, Dei amicissimorũ loci episcoporum, prouidentia à detentione remiss. Dat. 12. Calend. Febr. CP. Decio Coss. 529.

Recolligentes pueros expositos non efficiuntur eorum domini, sed sunt illi liberi sui iuris, & ingenui, et si ex seruili conditione sint nati: & sibi quærunt, & quæsita etiam ad extraneos hæredes transmittunt. h. d. Salic.

Idem A. Demostheni P.P. LEX XXIIII.

NEmini [l] licere volum' siue ab ingenuis genitorib. puer paruulus procreatus, siue à libertina progenie, siue seruili condõne [m] maculatus, expositus sit, eũ puerũ in suũ dominiũ vindicare, siue noie dñij, siue adscriptitiæ, [2] † siue colonariæ [n] conditionis. ¶ Sed neq; ijs, qui eos nutriendos sustulerint, licentiã cõcedimus [3] † penitus cũ quadã distinctione [o] eos tollere. Sed nullo discrimine [p] habito ij, qui ab hmõi hoibus educati, vel nutriti, vel aucti [q] sunt, liberi, & ingenui appareant, & sibi acquirant, & in posteritatem suam, vel extraneos hæredes, oia, quæ habuerint, qũo voluerint, transmittãt; hæc obseruantibus non solum præsidibus prouinciarũ sed ẽt viris religiosissimis epis. Dat. Calc. 8. Cal. Iul. Lãpadio & Oreste VV. CC. Co. 130.

[r] Idem A. Iuliano P.P. LEX XXV.

DE his, quæ singulis annis ad ciuitates pertinẽt, (siue ciuiles reditus sint, siue fructus, ex publicis, aut priuatis pecunijs, quæ ab aliquibus eis aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur, aut instituuntur siue ad opera, [s] siue ad rem frumentariã, siue ad publicos aquæ ductus, siue ad balneorum calefactionem, siue ad portus, siue ad murorũ aut turriũ ædificationem, siue ad pontium atque viarum refectionem, siue ad publicas denique causas pertineant,) tã ex publicis, q̃ ex priuatis, vt dictũ est, causis sancimus, vt in vnum conueniant religiosissimus episcopus, [t] ac tres bonæ existimationis, & qui cęteris præstant in ea ciuitate, ac singulis annis inspiciant opera facta, & curent, vt & metiantur, & rõnem conficiant, qui ea administrant, aut qui administrauerunt, & in monumentorum gestione ostendant impletionem operum, aut administrationem siconicarum, & balneariarum pecuniarum, siue quæ in vijs muniẽdis, aut aquæ ductibus aut alijs rebus consumuntur. Quæ oia nunquam oino minui volumus. In monumentorũ vero gestione appareat, sit nõ solutus, an obligatus, qui ea administrauit, & an, qd debuit, soluerit, atq; ita erit cautũ ei, qui eã curã suscepit. Mittemus enim nos, cũ placuerit, quẽ commodum erit, vt inspiciat [u] rationes ab eo factas, & cum recte factas esse

---

1 † *Certũ.* a *Locum.*] opponendo patri, vel extraneo.

b Interpretatio Cõtij.

c *L. 6. inf. de cust. reor.*

d ἐκκλησία, editio Parisiensis · ἐκκλησίας, ita legit Cuiacius c. 3. *de præscriptionibus.*

e Quam τετράδα vocant Græci hoc loco 60. *Eclog. 35 c. 21.* quartus epimanæ, dies est Mercurij, Pe. Alexãdrinus *cap. 15.* τετράδα δ' ἡμέραν καὶ παρασκευὴν νηστεύειν, τὴν μὲν διὰ τοῦ Χριστοῦ τὰς προδοσίας συμβουλίων, τὴν δ' ἐν παρασκευῇ διὰ τὸ σταυρώσαι πάθος. *Vide Cuiacium ibid.*

f Id est, die Mercurij, vt superius dixi: idq; ob memoriam Christi passionis.

g Munus est episcopi, custodias visitare & eorum miserię causas diligenter inquirere.

h Interpretatio Antonij Augustini.

i *V. l. vn. inf. de priu. carcerib. adde 60. Eclob. 35. ex lib. 35 c. 1.*

k Excipe certos casus de quib. vide quę notam *ad l. 25. ff. de adulterijs.*

l NEmini] Ioẽs alios cõprehẽdit, non tantũ colligentẽ. de quo hic subijcit: & sic ẽt dominũ primum comprehendit.

m *Conditione.*] vt qui seruus, vel adscriptitius. Nam de vtroque subijcit. & hoc, qñ dño volẽte fuit expositus: secus si eo ignorãte, vt inf. de infan. expo. l. 2. & inf. de bon. l. 1. 3 & facit ff. de li. agn. l. necare

n *Colonaria.* Est ergo alius vnus, & alius alter.

o *Distinctione.*] sontẽ an receperit eos sub conditione, vt sui fierẽt, vel nõ, & ad hoc inf. cõmunia de s. l. nutritorib. & inf. de infan. exp. l. si ra pri vbi est hæc lex quasi de verbo ad verbum

p *Discrimine.* ...

q *Aucti.* id est augmentati.

r Interpretatio Antonij Augustini.

s *V. 3. Eclog. 2.* περὶ κοινωνῶν ἡ τῶν κτι-σμάτων.

t *L. 13. sup. de episcop. Nouell. 113. c. 11. Nouell. Leon. 87.*

u Episcopi munus in aleatores inquirere, eosque castigare. Interpretatio Antonij augustini.

Cura frumentaria, & ædificiorũ, puta aquæ ductuũ, balneorum portuũ, murorũ, turrũ pontium, viarũ, & similium ẽt ad epm pertinet.

Id ẽt curæ esse debet præsidibus *l. 7. ff. de off præsidis.*

Iterata ẽt rationũ redditio fieri potest.

2 † *Tertia competit.*

3 † *Vt. Cuia. 1. de agric. coloni si pro deo rustico seruiunt coloni proprie dicuntur: si vrbane, inquilini.*

reperit, calculũ feret, quo ipsis hęredibusq; & successoribus consuleretur: neq; aliarũ rationum, aut controuersiarũ occasio relinquetur. Oĩa vero, propositis sancti Euangelijs diligẽter fiãt, nã inquisitionẽ nos cũ libuerit fieri iubebimus. Oportet itaque studere religiosissimũ epm, & q cũ eo rõnes cõficiunt, vt opera in ingẽtes sumptus pręscripta, singulis annis diligenter fiant ex publicis fructib. atq; reditib. reparanda. Si aũt noluerit rõnibus subesse, qui ea administrat, neq; ferat sãctissimum eius loci epm, & illos possessores, qui ad eã rẽ cõstituũtur, & qui ad rationes reddendas eum vocãt: cogatur [a] id agere per clarissimum prouinciæ præsidem, & cohortẽ, quæ ei parere solet: ac sine vllo dãno compellatur, vt modis omnibus rationes submittat religiosissimo episcopo, & primis illis ciuitatis: quodq; appareant ab eo deberi, ciuitati reddatur.

Omnem vero libertatem tollimus nostris præsidib. mittendi in agros discussores, [b] aut ratiocinatores, aut exæquatores ad publicarum rationum executionem. Sed si quid huiusmodi nobis ignorantibus fiet, si quidem sacra forma ad aliquos per subreptionẽ [c] emanauerit, liceat religiosissimo episcopo eius ciuitatis suscipere quidem sacrã formã, renunciare tamen nobis, vt nos cognoscamus, an ex nostra ad illũ præsidẽ iussione, an per obreptionẽ facta esse videatur, quod factum sit, inutile fiat, & periculum subeat qui eã quęsiuit. Si verò ab aliquo è nostris præfectis emissum decretum, aut commonitorium sit, aut præceptum aliquod, aut rõnum scriptura, & de aliquo ex prædictis capite permittatur, volumus, vt modis omnibus non eius vrbis episcopus & primi ciuitatum illis rebus præficiantur: sed liceat prouinciæ præsidi, & ipsis possessoribus, ac ciuibus iussiones reijcere, ac ne obulum quidem ea de causa præstare. Si verò in ea re sanctissimus episcopus negligens fuerit, habebit & Dominũ Deũ nostrũ infensum, & Imperialem vindictam expectabit, si ea seruili [d] silẽtio, sacerdotaliq; licentiæ indigno, præterierit.

Si quis autẽ in prouincia renunciauerit magistratuum aut Consulum processiones, [e] siue generales formas gloriosissimorum præfectorũ, aut alicuius alterius è nostris magistratibus, siue constitutionẽ, siue sacrũ commonitorium, [f] siue generales literas, siue erectionem Imperialiũ statuarum [g] indicauerit: nõ liceat amplius sex [h] nummis aureis in singulas nunciationes, aut in singulas formas, aut cõstitutiones, aut sacra commonitoria, aut generales litteras, aut statuarum erectiones accipere in singulis prouincijs, ad quas litteras accipit: ac, licet multæ sint in ea prouincia vrbes, nihil amplius præstetur, q̃ illi [i] sex nũmi. Si quid vero amplius acceperit, eius quadruplũ restituet, liceatq; eius vrbis episcopo hoc prohibere. Eadẽ tamen pœna decẽ librarum auri & prouinciæ pręsidi, & ei subdito officio, & epo [k] imponitur si illis permittãt plus petere, neq; id modis oĩbus prohibuerint.

Nemini [l] enim oĩno permittimus nostrorum magistratum hmõi normas circa prouincias emittere de riuorum, aut de cloacarum purgatione, aut de amolitione ædificiorũ a muris, aut stationum à porticib aut eorũ, quę produlia [m] appellantur, aut de ruderum ac dimidiatarum colũnarum euersione aut de imaginib. aut si quid alio pacto sit excogitatum aut ẽt de ciuilib. quibuscunq; controuersijs. Sed liceat episcopo, & ijs, qui primi sunt eius vrbis, & pręsidibus prouinciarũ, & possessoribus, ac ciuib. insinuata aliqua forma, ei quidem non deferre, sed prohibere ac coercere oẽm exactionem, oẽmq; vim, quæ ex eo eueniat. Eademq; pœna afficiat sanctissimos episcopos, nisi id prohibuerint.

Sed oportet episcopum, ac patrem ciuitatis, & cęteros bonę opinionis possessores prouidere, ne locus aliquis ciuilis, aut publicus iuxta [n] muros vrbis, aut in publicis porticib. aut in plateis, aut in quocunque alio loco ab aliquo indebitè possideatur, nevè publicus locus alicui sine nostra sacra forma tradatur.

Item inquirant de aquarum distributione, quæ sacra aliqua forma cuique pertineat: vt ne hic plus, ille minus habeat, quam ei competit.

Neque vero fideiussionis cã aut supra mandati formã nostros subiectos affici pateremur, sed si quidẽ immobiles [o] res habeant idoneas, iusiurandũ tm̃ præstent, & conscribatur, si aũt non habeant, vsq; ad quantitatis æstimationem, fideiussionẽ sine vllo dãno præbeant. Si vero dubitauerint [p] exactores de fideiussorũ fide, facultatib. aut cautione, in eundem locum religiosissimus eps, & patres ciuitatis, ac defensor conueniant, & decernant, an idoneus esse fideiussor videatur vsq; ad quantitatẽ, de qua agitur, & necesse habeat exactor suscipere eum in fideiussorem qui nihil pro fideiussione, aut sacramẽto præstabit, præter quã si priuata nostra aut cuiusquã magistrat⁹ maioris iussione psonã ducen-

a Episcoporũ sentẽtia, secularis iudex exequi solet.
b *Nouel. 17. c. 4.*
c Augustinus *in sesue.* iuris est forẽsis, vt qui in precib. mentitus fuerit, non illi prosit q imperrauerit *vt l 19. ff de falsis.*
d ad eorundem παῤῥησίαν referri po est et 33. § secundo inf
e De quibus. *Vide Nouel 105 c. 1.*
f κομμονιτώριον. editio Parisiensis, συμβόλαιον. *Basil. apud Cuiac 11. obs. 22.*
g Harum in ciuitate ponendarum beneficium à principe tribuebatur. Cuius rei cupiditate summa tenebãtur ciuitates. *Vide Cuiac ẽ de statuis.*
h Et sic non immodico precio *l. vni inf. publica lætitię adde Cuiac 12 obser. 22.*
i De quib. superius dictum est.
k Epi multa pecuniaria coerceri possunt.
l *L Vl l inf de operib. publ.*
m τοῦ τῶν καλουμένων προδουλείων.
n *L Vlt § pen. inf. de discussorib l. 9. §. pen. ff de rer. diuis.*
o *L 15 ff q satisdare.*
p Exactor & apparitor, causæ cognitionem non habet.

Id

ducendam esse, fideiussori non esse credendum decernatur. Tūc enim licebit exactori fideiussorem non accipere, id verò agere sine [a] vllo detrimento. Cæterū eadē mulcta aduersus religiosissimum episcopū, & clarissimum prouinciæ præsidem imponitur, si quid eorum transgredi passi fuerint: aut si cum transgressum erit, nō id statum renunciauerint.

Neque etiam patiantur, vt plus definita parte à nostra constitutione pro sportulis accipiatur: ne ve descriptio ob aliquam causam in ciuitatibus fiat: nisi ob illas tantum, quas supra enumerauimus, renūciationes processuum, [b] constitutionum, sacri & generalis commonitorij, aut formæ, aut litterarum, & huiusmodi omnium rerum, de quibus antea [c] sanximus: item quæ propter suā conseruationem, atque salutem ciues facere voluerint, ad opera fortè publica, vel ad sitoniā, vel ad aliam quamuis causam, quæ omnibus placeat propter vrbis honorem [d] fieri, ex quo respub. adiuuetur. Contra eos verò qui hæc transgredi tentauerint, & si ad nos religiosissimi episcopi non retulerint, ea seruentur, quæ antea à nobis commonita sunt.

Atque oportet singularum verbum Dei Amantiss. episcopos, cum omnia cognouerint, quæ à nobis de his rebus disposita sunt, & de metatorum [e] exactione, & de rapinarū prohibitione, ac de cæteris reb. quæ nostra sacra cōstitutione continentur, quæ de omnib. edita est, finem cōpetentem imponant. Dat. 8. Calen. Iulias Chalcedone, Lampad. Coss. 530.

Curator in testamento furioso datus est confirmandus, & cæteris præferendus. nullo verò dato ad legitimum peruenitur: quo vel cessante vel idoneo non existente, iudex de vno habet prouidere, & administrationem ei habet decernere, & forma & solemnitate hic descripta seruata. h. d. Sal.

Idem Augustus Iuliano Præfecto Prætorio.

LEX XXVII.

De creationibus [f] curatorum, qui furiosis vtriusq; sexus dantur, necessarium nobis visum est constituere, quemadmodum eas celebrari oporteat. [g]

¶ Et si quidē pater curatorem furioso, vel furiosæ in vltimo elogio hæredib. institutis, vel exhæredatis dederit, [h] vbi & fideiussionem cessare necesse est, paterno [i] testimonio pro eius satisdatione [1] † sufficiente, ipse qui datus est, ad curationem [k] perueniat: ita tamen, vt in prouincijs apud præsides earū præsente eis tam viro religiosissimo locorum antistite quàm tribus primatibus, [l] actis interuenientibus, tactis sacrosanctis scripturis, depromat [m] omnia se rectè, & cum vtilitate furiosi gerere: neque prætermittere, quæ vtilia esse furioso putauerit: neque admittere [n] ea, quę non vtilia furioso esse existimauerit; Et inuentario [o] cum omni subtilitate [2] † publicè conscripto, [p] res [q] suscipiat, & secundum sui opinionem disponat, [r] sub hypotheca [s] rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem tutorum, & curatorum adulti.

¶ Sin autem testamentum quidem parens non confecerit, lex [t] autem curatorem (vtpote ignatum) vocauerit: vel eo cessante, aut non idoneo fortitan existente, ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit, tunc scilicet & in prouincijs apud præsides cuiuscunque prouinciæ, & virum religiosissimum episcopum ciuitatis, necnon tres primates [u] creatio procedat: ita, vt si quidem curator substantiam idoneam possidet, & sufficientem [x] ad fidem gubernationis, sine aliqua satisdatione creatio procedat. Sin autem talis census eius inueniatur, tunc & fideiussio (in quantum possibile est) ab eo exploretur, [y] creatione omnino sacrosanctis scripturis propositis [z] in omni causa celebranda.

a Id est impunè, si ne fraude.
b De quibus. §. 2. sup. eod Nouel. 105 §. primo.
c *Id est d §. 2.*
d Aedificia ad honorem & decus vrbium pertinent l. 20 §. 10 *inf. ff. de ope. no. nun. l. 2. §. 17. l. vlt. ff. ne quid in loco publico.*
e Metatores sunt, q. bus præparandi hospitij procuratio incubit. Optatus lib 3. Cum ante venturos milites metatores, vt fieri solet, mitterentur, metata sunt hospitia, quæ militibus prouinciales præbēt. *vide l. de metatis.*

f *De creationibus.* id est electionibus.
g *Oporteat.* & dicuntur hęc de verbo ad verbum, inf de cura. fur. l. fin §. sed cum antiquitas.
h *Dederit.*] pōt ergo & exhæredatis dare curatorē, vt hic nec miteris. nā & substituere eis pōt, qđ maius est, vt ff de testa. tut l. pater. & Inst de pup. sub. §. non solū.
i *Paterno testimonio.* vt & Insti. de satisda. tut. 1. respon. & econtra facit grande præiudicium contra alios pro filio, vt ff. de agn. liber. l. 1. §. Iulianus. alias incipit, quod se maiuscons.
k *Ad curationem*] per cōfirmationem: non enim tenet datio, vt Inst. de curat. fur. l. pen. & ff. de cōfirm. tuto. l. 2. & 3. & l. vtilitatem.
l *Primatibus.*] fortè ecclesiasticis, s. archipresbytero, archidiacono, & decano, vt exponitur in Authen. de sanc. episco. § 1. coll. 9.
m *Depromat.*] s. curator. & media producitur, id est iuret. & hoc est primum.
n *Admittere.*] id est facere.
o *Inuentario.*] hoc est secundum.
p *Conscripto.*] scilicet mox, vt infra, de adminis tut l tutores, 2. & ff. de admin. tuto. l. tutor qui repertorium, in princ & est hodie hoc cōmune, vt in Auth. viij, qui obl §. si. coll. 6. sed an curator ad litē facit inuentarium? Resp. non, cū non possit ei solui ad instar procuratoris in litē, vt arg. ff. de solut. l. hoc iure. arg cōtra, sup. de epis. ecclc. l. nulli, §. cū aūt.
q *Res.*] s. furiosi.
r *Disponat.* tertium.
s *Sub hypotheca.* taciti, per id quod dicit, ad similitudinē &c. vt inf. de admin. tuto. pro officio.
t *Lex.*] s duodecim tab. & t no ꝙ hoc casu & in prodigo datur a lege curator, vt hic, & instit. de cura. §. furiosi. aliàs semper est datiuus, cum multis alijs personis detur, vt Insti. de cura. § 3. & ff. de postulan. l. 2. 3. 4 & 5.
u *Primates.* expone, vt supra.
x *Sufficientem.* Dixit m. à satisdatione excusant. Sed arg cōtra, ff. de procu l. minor, §. si. & l. seq Sol. hic specialè, pꝑter necessitatem officij, vt Insti. de excus. tut. in prin. ergo in hoc releuatur, vt ar. ff. de in retul. l. cū qui in prin. illic defensor exittebat ex voluntate.
y *Exploretur.*] aliàs cōtra satisdatio pauperi remittitur, & à diuite exigitur, vt ff. si cui plus quàm per legem Falc. l. cum nō facile.
z *Propositis*] præsidi &

1 † *Satisfactione.*
2 † *Quod ita verum est, vt presumatur dolo se versari, si inuentarium facere neglexerit. l. si ff de admi tutor. vi de Rolan. l. cl 10 cōs. 49 num 55. Curator ad litē ad iā nō tenetur cogitur tamē ad sat sfationē pupilli saluā fore. Aliud est in curatore, gl. in l. 1. in verbo, venter ff de curat. bon. dand. Gothof.*
3 † *Solemnitate.*

& episcopis, & primatibus, vt & aliâs, inf. de iudic. l. rē non nouam. & subaudi & tutis.

¶ *In omni causa.*] siue detur fideiussor, siue non.

a *Præfatum.* hoc est primum.

b *Inuentarium.*] hoc est secundum.

c *Hypotheca* hoc est tertium.

d *Adhibenda.*] ergo tria faciunt remedia: sacramentum, inuent. & hypotheca.

¶ *Tam dementis.*]

e *Contrahere.*] dū tamen sint legitimæ ætatis in masculo 14. in fœmina 12. vt Inst. de nupt. in prin.

f *Præstanda.*] pro facultatib. & dignitatibus, vt hic subijcit, vt ff. de iu. dot. l. quæro, & ff. de admi. tut. l. cum plures, §. fin.

g *Aestimatione.* arbitrio. Accur.

h *Tam opinione.* Dic opinione personæ, & moderatione ante nuptias &c. vt infra de nupt. furiosi.

i *Statuenda.*] scilicet dote & dona. propter nuptias.

k *Eorum.*] filiorum.

l *Nobiliores.*] non hoc exigitur: sed sic est consuetudo.

m *Prægrauetur.* nam nihil dabit tabellioni, vt in Decre. 12. q. 2. c. charitaté. & sic no. q. od nō debet addi afflictio afflicto, vt 7. q. 1. c. cum percussio. & de offi. præf. d. l. diu. sed arg. contra, ff. de tut. & cur. da ab his, l. Romanus.

Concord. c. 1. iuncta gl. fi. ext. de adult.

n ¶ *Liberi furiosi.*] id est patris.

o *Eius.*] filias ei, scilicet patri furioso.

p *Digni sunt.* si non resipiscant.

q *Pœnis.*] quas subijcit, nam si quis &c.

r *Legitimis* siue testamento, siue non.

s *Attestatione &c.*] no. de sufficientiate denunciationis, & alia quæ diximus supra, auth. si captiui. Acc.

t *Testatus.*] ante furorem.

u *Capitulis* Sed quid si nemo procurauit? Dico, filios esse hæredes, sed esse auferendam hæreditatem, vt ab indignis, & fisco applicandam, vt ff de his quæ vt indi. l. 3. &

¶ Ipso autem curatore cuiuscunque substantiæ, vel dignitatis sit, præfatum sacramentum à pro vtiliter reb. gerendis præstante, & inuentarium[b] publicè conscribente, & hypotheca rerum curatoris modis omnib. adhibenda,[d] quatenus res possint furiosi vndique vtiliter gubernari. Dat. Cal. Septemb. Constantinop. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. 530

Liberi dementis, vel furiosi, licet in potestate, possunt contrahere nuptias, dote, & donatione constituenda de bonis parentum, sine dispendio aliarum expensarum. h. d. Salic.

Idem A. Iuliano P. P.

LEX XXVIII.

Tam dementis, quàm furiosi liberi cuiuscúque sexus, possunt legitimas cótrahere[e] nuptias, tam dote, quam ante nuptias donatione à curatore eorū præstanda:[f] æstimatione[g] tñ, in hac quidem regia vrbe excellentissimi præfecti vrbis: in prouincijs aūt virorū clarissimorū earum presidū, vel locorum antistitum, tam opinione[h] personę, quā dotis moderatione, & ante nuptias donationis statuenda,[i] præsentib. tam curatorib. dementis, quàm furiosi, necnon ijs, qui ex genere eorum[k] nobiliores[l] sunt: ita tñ, vt nulla ex hac causa oriatur, vel in hac regia vrbe, vel in prouinciis iactura substantiæ furiosi, vel dementis, vel mente capti: sed gratis oīa procedant, ne tale hominū infortunium etiā expensarum detrimento prægrauetur.[m]

IN AVTHEN.

Vt cum de app. cog. §. si quis de prędictis parentibus furiosus, coll. 8. const. 12.

Filii furiosorum negligentes eorum curā, à successione eorum priuantur, licet hæredes sint scripti: deferenda ei, qui furiosum in domum suam suscepit. h. d. Salic.

Liberi furiosi,[n] qui curā eius[o] negligūt præbere, tam exhæredatione digni sunt,[p] quā alijs pęnis[q] legitimis.[r] Nam si quis attestatione[s] ad eos missa, cum adhuc negligant, in domum suam susceperit, & procurauerit: ex hoc erit eius successor legitimus, licet testatus[t] esset, & in liberos fortè: manēt b. tñ alijs testamēti capitulis.[u]

¶ Eadem pęna parentib. imponenda, si quidem de liberis in furore constitutis curare neglexerint.[x]

[y] Idem A. Iuliano P. P.

LEX XXIX.

Sancimus, vt nemo venerabilis clericus ab aliquo siue clerico siue laico ab initio apud beatissimū prouinciæ Patriarcham accusetur: sed prius[z] iuxta sacra instituta apud episcopum ciuitatis, in qua clericus versatur: tum, si is suspectus est, apud metropolitanū episcopum reum agat. sed si fortè ne ei quidem accusatio placuerit, ad sacram eius regionis synodum accusatum deducat: & cum Metropolitano tribus conuenientib. religiosissimis episcopis, qui cęteris propter ordinationem præferuntur, de causa coram tota synodo cognoscatur. & siquidem ei, quæ iudicata erunt, placuerint, ab accusando discedat. si verò se lædi existimauerit, prouocet illius prouinciæ beatissimum Patriarcham, atque ijs, quę ipse iudicauerit, omnino pareat, perinde ac si eū ab initio iudicem esset consecutus. nam[a] contra horum antistitum sententias non esse locum appellationi, à maioribus nostris constitutum est. Hoc idem seruandum est, si episcopus ab aliquo laico, siue ab aliquo clerico, siue ab altero religiosis. episcopo accusatus fit. Nam vt statim accusatio ad sanctissimos Patriarchas deferatur, & vt accusati in aliā prouinciā mittātur, omnino prohibemus:[b] præterquam si accusationem quis ob eam rem intulerit, quòd cā illius regionis religiosis. episcopo cōmissa fuerit. quo casu liceat ad ipsos quoque sanctiss. Patriarchas deferre accusationem. Literę tamen conficiantur ad aliquem ex episcopis eorū locorū, vt is causam audiat, vt antea à nobis dictū est.

¶ Non verò ei liceat facere, vt descēdant in prouincias venerabiles clerici, & immo dicas sportulas

est hoc in Auth. vt cū de appel. cog. §. si vero de prædictis. coll. 8.

ADDITIO. Et vide ibi glo. quę est in verbo neglexerint. & duplicater intel. ad quantū istius gl. & secundā opin. tenet ibi Iaco. de Bel. cū qua eorum transit ibi Bar.

x *Neglexerint.*] scilicet tam furiosum, & dic emancipatum, vel non. sed tunc non propriè dicitur curator, vt inf. de curat. furio. l. fi. in princ.

y Interpretatio Antonii Augustini.

z Notent clerici antiquos & sacros gradus suos. Ecclesiastici. Apud eplm prima accusatio instituenda, ab eo ad metropolitanum prouocatur, ab eo ad synodū, ab ea ad Patriarcham, à Patriarcha ad nullum, quod notatu dignum est. arg. de §. 2. inf. eod. Nouel 6 c. 8.

a A Patriarcha ad nullum appellatur.

b Potest tamen quis etiā apud Patriarchā primā accusationem instituere, ac petere, per literas eius, dari sibi iudicem à locorum episcopo, Eclo ga 1 c. 3. & inf. eod. Nota

a Nota quantitatem sportularum iudicia lium à clericis præstandarum.
b Sportulis modus adhibêdus, l. 33 § 5. sup. de episc. & toto tit. inf. de sportulis.
c Imo, cum triplo, §. 24 inf. de act. Imo quadruplo, l. 2 inf. de sportulis.
d Inter volentes cuiusuis iudicis, consensus est l. 2 ff de iud.
e In inuitos tamen iudicium redditur, sed à suis iudicibus.
f τῶν ὑπὸ τὴν μητρόπολιν ἐπισκόπων, vt sit sensus, Metropolitanus is ē, qui potestatem habet in minorum ciuitatum episcopos. Cui denominationi conuenit & cleros, §. ordo, vers. metropolitani. 21. dist. Metropolis. l. 4. §. 5 inf. de off. procons. matercribium ab Ammiano dicitur: mater & caput prouinciæ, l. 7 ff de off. procons. metrocomia mater vicorū. vide Cuiac. ad l. 8. inf. de exactorib. metropolis geminū, l 6. § 2 inf ff de excus. tuto. vbi minorū maiorū, & maxima ū vrbiū fit mētio. De metropoli Tyro vide inf. de metropoli Beryto.
g Interpretatio Cōtij.
h Qui sol. di etiam di cuntur. §. 5 Instit. de Atiliano tutor.
i Pro directarū pro mactatum idiomate, ita iudices appellabantur ἐνδικοι γεγ... iuridici.
k De quo vi inf. eod. & ff de off. iuridici
l l 4. inf l 5. 6. 7 ff de fideiussor b. tutor. & tit. Inst. de satisd. tut.
m Nummismata, aurei solidi.
n De archio dixi ad l. 9. § 6 ff de pœnis. De archeotis vide l. 18. §. 10 ff. de muneribus. De ecclesię archiuiis ad de Nouell. 74 c. 2.

S *Ancimus.*] CASVS. Si possidētem, & præscribentem rem meam, vel ius meū non possū conuenire, vel quia absens, vel infans, vel furiosus, vel quia est in magno magistratu, certè præsidi porrigamus libelli,

tulas, dum accusantur, inferantur, qua in re hucusq; peccatū esse cognouimus. Neq; enim in singulas reorum personas[a] sexta plus aurei nūmi parte pro sportulis dari concedimus ijs, q a sanctiss. Patriarchis ac Metropolitanis mittūtur: aut, si episcopus missus est, sex tantū aurei ex quacūq; quantitate ac causa, neq; amplius præbeatur. Hoc in Metropolitanis etiā teneat, cū ad eos accusatio contra episcopū, qui sub eo sit, aut eius prouinciæ clericū defertur. Nā si in ciuilib. iudicijs moderari sportularum[b] & sumptuū modū curauimus, eaq; ex lege pręstari voluimus: multo magis in ecclesiasticis accusationibus modum seruari sancimus.

¶ Enimuerò si, remissa causa ad sanctiss. Patriarchā, aut ad aliquē ex religiosiss. metropolitanis, aut ad aliū Dei amantiss. episcopū, sn̄ia lata sit, q̄ alicui parti displiceat, ac prouocet: ad archiepiscopalē hanc sedē referatur appellatio, in qua (vt adhuc seruatum est) lis cognoscatur.

¶ Si verò quis ausus fuerit aduersus hæc quicquàm tentare: is quidem oē, quod accepit, cū altero[c] tāto, ei, q ne gotiū passus est, pręstabit: fiet que ecclesiasticæ mulctæ subiectus apud sanctiss. Patriarchā, aut religiosiss. metropolitanū, q̄ sub eo erit ecclesiasticorum numero eijciendus.

¶ Has aūt actiones, si quidē ad ecclesiastica negotia pertinent, necesse fore iubemus, vt a solis religiosiss. episcopis, aut metropolitanis, aut à sacris synodis, aut à sanctiss. Patriarchis cognoscanē: si vero ciuiliū rerum controuersia, sit volentes[d] qonem apud antistites instituere, patiemur, inuitos[e] tn̄ non cogemus, cum iudicia ciuilia sint, si ea adire malint, apud quæ licet etiam de criminibus cognoscere.

sanctiss. Patriarchæ, q in prouincijs, in quib. existunt, metropolitanorū officiū gerūt: alii per totā diœcesim episcoporū metropolitanorū, atq; aliorū qui sub eis sunt, ordinationes faciunt: eadem cā illud obseruari sancimus, qđ de metropolitanis antea dispofuimus. is. n. iure metropolitanus vocaē, in episcopos minores[f] ex sacris regulis eā potestatē hēt. Dat. 15. Cal. Noueb. CP. Lamp. Coss. 530.

quòd si non potero præsidis habere copiam, tunc episcopo porrigam. Vul. Pro

Idem[g] A. Ioanni P.P. LEX XXX.

SAncimus in curationib. iuniorum, siue primę, siue secundæ sint ętatis, aut alii quidam, quib. lex dat curatores. si quidē vsq; ad quingētos[h] aureos, & solùmodo facultates sint iuniorū, non præsidū prouinciarū expectare creationē, neq; impensis maximis subiici, præsidib. fortè neq; morantib. in vrbib. illis, in quib. prospici curationi cōtingit, sed apud ciuitatis illius Ecclesiasticum[i] [defensorē,] aut strategū [magistratum municipalē,] vel in Alexandrina ciuitate apud eius iuridicū,[k] vna cum religiosissimo eius episcopo, aut aliis ēt publicis personis, si harum copiā habeat ciuitas, fieri creationes curatorū seu tutorum, fideiussore secundū mensuram facultatū dato secundum, dictarum personarum iudicium, & alijs oib. procedentib. quęcunq; super tutorum vel curatorum fideiussione,[l] & secundū modū facultatū consueta sunt: sola personarū trāsmutatione, per quas hęc fiāt p p minorum vtilitatem à præsenti sanctione introducta: oib. videlicet his sub sola duorū nūmismatum[m] [id est solidorum] datione cōficiēdis, præsertim cum hac maximè de cā hæc posita est constitō: pœna imminente, si quis plus accipere ausus fuerit, aut distulerit constituere tutelam, seu curationem spe maioris lucri, & eo non solum triplum reddituro omne, quidquid acceperit, sed etiam a b ipsa sollicitud ne & administratione remouendo. Cum autem factæ fuerint tutorum, aut curatorum creationes, præsente etiam religiosissimo ciuitatis episcopo: in ipsis sanctissimæ ecclesiæ archijs[n] deponi gesta sancimus: vt si perpetua rei memoria, & non intercidat casib. fortuitis curationis exinde quæsita cautela. His quæ in magna hac ciuitate fiūt, tutelis aut curationibus apud solum clarissimū prætorem faciendis, vt iam sancitum est. Dat. 5. Calend. Aug. CP. post consulatum Lampad.

Vbi aduersarius est absens, infans, vel furiosus, vel in maxima potestate constitutus, per solam libelli porrectionem factam coram præside, vel episcopo, interrumpitur præscriptio. hoc dicit Salicetus.

Idem A. Ioanni P.P. LEX XXXI.

SAncimus, vt sit quādo absfueritis, q res alienas, vel creditori ob noxias detinet, & de fide

xi de-

ret dn̄s rei; vel creditor suā intentionem proponere:[a] & nō ei licentia sit, absente aduersario suo, qui rē detinet, vel infantia vel furore laborante, & neminem tutorem, vel curatorem habente, vel in summa potestate constituto,[b] (eandem[c] rem auctoritate sua vsurpare,) licentia ei detur adire pręsidem prouinciæ, libellumq; ei porrigere, & hęc in quærimoniam deducere, & intra constituta tēpora interruptionem[d] facere. Sin autē nullo poterit modo pręsidem adire, saltem ad episcopum locorū eat, & suā manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Dat. Constant. Cal. Octobr. post consulatum Lampadij, & Orestis VV CC. Coss. 531.

Idem A.[e] LEX XXXII.

Differente dn̄o recipere emphyteuta, licentiam hēt emphyteuta cōsignare[f] ipsum; & Constantinopoli quidē in fine triennij contestari id ipsum apud hyparchos [seu præfectos prætorio,] aut apud præfectum vrbis, aut competētem recusantis magistratū, aut patriarchā si dn̄s homo sit potens: in prouincijs autem apud præsidem, aut, eo non morante ibi, apud defensorē, aūt episcopū ciuitatis, in qua est is, qui recusat, & vnius ipsorū assumere testationem, ac nisi aut sic acceperit canonē, canon soluitur, & lucratur canonē emphyteuta ēt sequentis tēporis, & eousque quo dn̄s mittat per testationem petitū: exinde etenim, non autē ex præterito tempore accipiet, & post triennium[g] post attestationem eiusmodi in deuotum emphyteutam expellere poterit.

Idem[h] A. vbique terrarum constitutis episcopis.

LEX XXXIII.

Sacram fecimus constitutionem,[i] nemini permittentes neque inuitā mulierem ancillam, aut liberam in scenam, aut orchestram pertrahere, neq; conuerti volentem, prohibere eā eius fideiussores, quasi super hoc ipso certū auri modum promissum repetēdo: sed si quid tale factū fuerit, prohiberi hæc & à clariss. prouinciarum pręsidib. & à ciuitatū religiosiss. episcopis vna cū clariss. prouinciæ præside, ēt inuitos[k] trahere ad se eos, qui cōpulerint, aut mutari seu conuerti ab ea actione prohibuerint, & publicam quidem fieri eorū substantiā, ipsos verò ciuitate expelli. Si vero qui prouinciā regit, ipse sit, qui eas compulerit, aut à prædicta actione conuersionē seu resipiscētiā prohibuerit; damus licentiā, & solos religiosiss. episcopos adire eā, quæ talia patitur, aut eius fideiussorē: hunc verò [episcopū] aduersari[l] magistratū habenti, & non permittere iniustè agere: aut, si minus fuerint ad id exequendū potentes, indicare id nr̄o imperio, vt à nobis cōpetens exerceatur pęna, fideiussionibus simul liberandis, & fideiussorib. indemnib. conseruandis, licentiam dantes conuersis[m] huiusmodi mulierib. liberis, & ingenuis existentib. ad matrimonium transire legitimū, ēt si contigerint honestissimis dignitatib. qui illas duxerint, decorari, non amplius indigentib. Imperialib. rescriptis, sed sua potestate nuptias celebrantib. nuptialib. nimirū instrumētis oī mō inter ipsos factis: eadēq; & de filiab. scenicarū cōstituētes. ¶ Hanc aūt dictam constitutionem, & in quinto[n] lib. omniū constitutionum, huius s. nr̄æ pietatis cognominis libri, ad ciuiles magistratus rescriptam, posuimus. Quoniam. n. oportebat per præsentē sanctionē, & vobis vbiq; terrarū positis religiosiss. episcopis hæc facere manifesta, ꝑpea congregantes, quæ ad ipsam pertinent, expositione latiore sancita ēt eandem diuinā constitōnem fecimus ēt ad vos, vt sacerdotalem conseruantes reuerentiam, & continentiæ studiosi hæc custodiatis, tam magni Dei metum, quàm Imperialem indignationem, si quid horum prætermiseris, considerantes. Dat. Calen. Nouemb. CP. DN. Iustin. IIII. & Paulino Coss. 534.

Idem[o] A. Epiphanio sanctissimo archiepiscopo huius fęlicissimę vrbis, & vniuersali Patriarchę.

LEX XXXIIII.

Certissimè credimus, quia sacerdotū puritas[p] & decus, & ad Dn̄m Deū & Saluatorē nostrū Iesum Christū feruor, & ab ipsis missæ ꝑpetuæ pręces,[q] multū fauorē nr̄æ reipublicæ, & incrementū præbent, per quas datū nobis, & barbaros subiugare, & in dominiū redigere illos, quos antea non obtinuimus: & quanto plus reb. illorū accedit honestatis, & decoris, tanto[r] magis & nostram remp. augeri credimus. Si. n. hi prætulerint vitā honestam, & vndiq; irreprehensibilē,[s] & reliquū populū instruxerint, vt is ad illorū honestatē respiciēs, multis peccatis abstineat: planum est, quòd inde & animæ omnib.

me-

a *Propetere.*] rei vē di. vel hypo. propter interrumpēdam pręscriptionem, & facit sup cod. l. præsens. & 7. de non num. pecu. l. in contractibus, §. fin. & dixi plenè inf. de ann. except. l. vt perfectius.

a *Proponere.*] si est hic (&) inferior versus abundat. Si non est (&) non abundat Accursius.

b *Constituto.* Repete suam intentionē proponere. & hoc si habes, sup. le. si non habes, nih l sup. hic.

c *Eandem.*] Iste versus vsq; ad illud verb m, licentia ei: aliàs deest.

d *Interruptionem.*] tēporis facere, & sufficere hoc ad plenissimā interruptionem.

e Interpretatio Antonij Augustini.

f *Adde l. 7 in fi. inf. de pact. inter emp l. 2 in fi inf. de iure emphyt.*

g *l. 2 ī. de iure emphy.* biennij in casu legis 56. *in fi ff locati.*

h Interpretatio Antonij Augustini.

i *l. 14 sup. eo l vlt. infra de nuptijs.*

k De seruili silentio episcoporum, *vide l. 26 § 1. sup cod.*

l Theatri scenę & spectaculorū vitiis, episcopos mederi oportet.

m Mimæ, aut scenicæ mulieres ab huiusmodi vita possunt discedere, eoque facto impunè nubere honestis viris. *Nouel. 78 c 3. Nouel 117 c. 6.* & ita abrogati videtur lex 7. *in fi. inf de incestis.*

n *l vlt. inf. de nuptijs.*

o Interpretatio Cuntij.

p Puritas animi in episcopis requiritur.

q Munus episcopi precari. *l. 42. sup de epis.* Pręces episcopi reipublicæ vtiles.

r *Nouel. 133 c. 5 ī fine.*

s ἀνέγκλητον, *vt hic, & 1. Timoth. 3 vers. 2.* ἀνεπίληπτον, *ad Tit. 1. vers. 6. 7.*

Omne

meliores erunt, & facile nobis tribuetur à maximo Deo et saluatore nostro Iesu Christo clementia conueniens.

¶ Hæc igitur nobis speculātibus nunciatum est, præter communem rerum fidē, quosdam ex reuerendissimis diaconis itemque presbyteris (nam eo amplius etiam dicere erubescimus,[a] Deo amantissimos nempe episcopos) quosdam inquam, ex his non verentur, alij quidem per seipsos cubos [b] seu tesseras cōtrectare, & adeo pudendum atq; ipsis etiā idiotis à nobis frequenter interdictū spectaculum [c] participare: alij verò talē ludum non accusant, sed vel communicant facientib. aut sedēt spectatores actus indecori, & spectant quidē cū auiditate omnimoda res omnium rerū importunissimas: sermones vero audiunt blasphemos, [d] quos in talib. necesse est fieri: polluunt etiam suas manus,[e] & oculos, & aures, sic dānatis & prohibitis ludis, alij vero neque obscure, aut latenter aut equorum [f] certaminib. se immiscent, aut ēt inuitāt aliquos super equorū profligatione, aut victoria vel per seipsos, vel per alios quosdā, vt quia nō decēter talia nudāt, aut scenicorū, vel thimelitarū [g] spectatores fiūt ludorū, aut earū, quę in theatris certaminū ferarum [h] pugnæ fiunt: neq; cogitāt quēadmodū ipsi, vel his, qui mō & recēs initiati sūt [i] & adorādis mysterijs dignati, ipsi prędicūt, vt abrenūciēt aduersarij dęmonis [i] cultui, & oībus pōpis, eius, quarū non minima pars talia spectacula fiunt.

¶ Sępe quidē ipsis talia custodire debere prædicauimus. videntes autem de his factam nobis relationem, in necessitatē incidimus ad præsentem veniendi legem, tum propter nostrum super religione studium, tum etiam propter sacerdotij ipsius simul & communis reipublicæ vtilitatem.

¶ Et sancimus, neminem, neque diaconū, neq; presbyterū, & multo magis neque episcopum, (quod quidem & incredibile forte videri possit vt quorū in [k] ordinationibus preces [l] ad Dominū mittuntur Christū Deū nostrū, & inuocatio sancti, & adorādi fit spiritus. & eorū capitibus, [m] aut manib. imponuntur sanctissi na [n] eorū quæ apud nos sunt mysteriorū, ut. s. ipsis sensoria [o] oīa instrumenta puta fiant, & consecrentur Deo (ne minē igitur horū andere de cętero & post diuinā nostram legē, aut cubicare P [p] i. desi tesseris seu aleis ludere) quocunque aleæ genere aut ludo, aut ita ludentib. cōicare, aut conuersari, aut vna recreari, aut vna cū eis agere, aut eis testimoniū phibere, aut interesse, plebeis hmōi spectaculis quę prius diximus, aut quid eorū quæ in his prohibentur facere, sed oī ad illa participio in posterū abstinere. Quod. n. præcessit iā, tametsi [q] ēt inquirere oportuerat, nec participare indecenter oportebat, ne tamen pp humanitatē [r] indulgemus, præsentis legis obseruationē eō ībus in posterum iniungentes tēpus. Decet. n ipsos ieiunijs, & vigilijs [s] & meditationibus seu exercitationib in diuinis oraculis, & p oīum salute fundendis, vacare precib. At [t] eos, qui talia non reliquerint, nec cessauerint oino pollutè, & prohibita contrectare, idem. n. ēt sancimus, & reliquos clericos, subdiaconos nēpe, & lectores, qn̄ & ipsi [u] sacræ [x] mēsæ, & oīs circa sanctiss. ecclesias ornatus cōstituti sunt ministri, & operarij, & sacra cōtrectantes eloquia, dum sacras nobis ex sacris nostris Biblijs illi [y] quidē legūt scripturas, hi vero, hymnos & odas canūt.

¶ Si autẽ oẽs liberi peruersi sint, vocẽtur agnati rectæ fidei. Quibus non inuentis, si clericus fuerit, ecclesia 6 † intra annum admittatur: quo transacto, k si nõ fuerit clericus, succedat fiscus.

IN AVTHENT.

¶ De stat. & cõsuet. § Gazaros. coll. 10. cõstit. fi.

Non summatur, sed loco summarij nota, quòd filii hæreticorum nõ admittuntur ad eorum successionem, sed fiscus. Salic.

GAzaros, * Patarenos, Leonistas, Speronistas, Arnaldistas, Circuncisos, & omnes hæreticos vtriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus, atque bannimus: censentes, vt oĩa bona talium cõfiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita, quod filij eorum ad successionem eorũ peruenire non possint; cum longe grauius sit æternam, quam temporalem, offendere maiestatem.

¶ Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum ecclesiæ iuxta considerationem suspicionis, qualitatẽq; personæ, propriatũ innocentiã congrua purgatione monstrauerint, tanquam infames, & banniti ab omnibus habeantur: ita, quod si sic per annum permanserint, ex tunc omnes tanquã hæreticos cõdemnamus.

3 † *Præscribere.*

4 † *Aliàs. Ascodrogitarum.*

5 † *Aliàs causa.*

* *Ad intel. huius auth. vide Fort. Garc. in l. Gallus. § idẽ credendum num. 250 de lib. & post.*

* *Qui & Acephalitę e quidd. 24 q. 3. § Acephalitæ. vi Rustic. Diac. ad § Acephalos Acephali dicti, quod nullos haberẽt episcop. nullos presby. nullos conuentus 18. Niceph cap. 45. et 49.*

6 † *Al. ab Ecclesi.*

* *Quos Gregorius Cathaross appellat vide c excõicamus, extra de hæret.*

* *Filii Arnaldistæ se damnãtur iure canonico, vt ext. eo. tit. c. excõicamus. 2. & ad intellectũ huius auth. vi de Io. Cora. in l. qui liberos num. 111 de ritu nupt.*

Constit. Græcæ epitome ex ead. collectione.

LEX XX.

Haeretici [a] communicātes, aut synaxes, [b] aut baptismata faciētes, puniuntur, vt qui leges transgrediūtur, & qui domos [c] ipsis ad hoc præbent, iam sancitis pœnis subijciuntur.

¶ Soli orthodoxi intra sacra septa habentes ergasteria vtuntur priuilegijs: non item hæretici, qui nec intra sacra septa negociantur, ne diuina audiant mysteria.

¶ Montanistæ [d] vero neque commorantur cum his, q ex his orthodoxi facti sunt: & qui dicūtur ex ipsis episcopi, aut clerici, expelluntur vrbe Constantinopolitana.

¶ Vetantur [e] mercari mancipia, neque erogationes percipiunt, qui ex his egentes sunt, eas, quæ dicuntur honoraria ex iudicijs, vel ecclesijs, & qui tribuit eis irrationabilē præfecturā, decē libris mulctatur, & decē quoq; libris pūdis negligentia, & comes priuatarū, & officiū corū.

Ad testimonium iudiciale contra Christianos non admittitur hæreticus, sed in contractibus vel vltimis voluntatibus sic: inter se vero possunt testes esse, exceptis quibusdam hic nominatis, qui nec inter se possunt esse. h.d. Salic.

Idem A. Ioannis P.P.

LEX XXI.

Qvoniam [*] multi iudices in dirimēdis litigijs nos interpellarunt nostro indigentes oraculo, vt eis referetur, [1] † quid de testib. hæreticis statuendum sit, vtrū ne accipiantur eorum testimonia, an respuantur, sancimus cōtra orthodoxos [f] quidā litigātes nemini hæretico, vel ijs etiam, qui Iudaicam superstitionem colunt, esse in testimonia cōionem, [g] siue vtraque pars orthodoxa fit, siue altera. Inter se autem hæreticis, vel iudæis, vbi litigandum existimauerint, concedimus fœdus permistum, & dignos [*] litigatoribus etiam testis introducere: [h] exceptis scilicet ijs, quos vel Manichaicus [2] † furor, cuius partem, & Borboritas esse manifestum est, vel pagana superstitio detinet. Samaritis nihilominus, & qui illis non ab similes sunt, Mōtanistis, & Tascodrogitis, & Ophitis, quibus pro reatus similitudine [i] omnis legitimus actus [*] interdictus est.

¶ Sed ijs quidem, id est Manichæis, & Borboritis, & Paganis, necnon Samaritis, & Mōtanistis, & Tascodrogitis, [3] † & ophitis, oē testimonium, [k] sicut & alias legitimas conuersationes, sancimus esse interdictum.

¶ Alijs verò hæreticis tantummodo iudicialia testimonia [l] contra orthodoxos, secundum quod constitutum est, volumus esse inhibita.

¶ Cæterum testamentaria eorum, & quæ in vltimis elogijs, vel in contractibus cōsistunt, propter vtilitatem necessarij vsus eis sine vna distinctione permittimus: [m] ne probationum facultas angustetur. [n] Dat. 5. Calend. Aug. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.

Etiam ex militis testamento non recipiunt hæretici. Salic.

Idem A. Ioanni P.P.

LEX XXII.

Diuinam nostrā sanctionem, [o] per quam iussimus, neminem errore constrictum hæreticorum, hæreditatem, vel legatum, vel fideicōmissum accipere, etiam in vltimis militū volūtatibus locum habere præcipimus siue cōi iure, siue militari testētur. Dat. Cal. Sep. post cōsulatū Lampadij, & Orestis VV. CC. anno II. †[4] Imperij Iust.

a Interpretatio Cōtij
b *l. 14. sup. eod.*
c *l. 15. sup. de epis.*
d In quorum etiam errorem Tertullianus incidit fm Vincentium Lirinensē. *aduersus profanas nouationes.*
e *Nouell. 144 c. 2.*

Q *Voniam multi.*] Sec. indum Bartolū ista lex est valde notabilis, & hoc habet in effectu. Quæstio fuit de facto, an hæreticus possit esse testis? rñd. aut lis est inter catholicos tāltem ex vna parte, & tunc non pōtsunt inter hæreticos, & tunc pōt, exceptis quibusdā pessimis hæreticis, quib. & alij hmōi testes sunt interdicti. In fine restringit primū q in iudicijs prohibentur hæretici, nō extra iudicium testificari, immo melius q in contractib. & vltimis voluntat. b. admittuntur: in iudicialibus non, nisi ante iudicium cœperint testes eē, q p auth. sed nouo iure tollit. Vī.

f *Contra orthodoxos.* sed nec pro eis hæretico producente cum hodie p vtraq; parte dicant, vt inf. de iudæis, l. die sabbathi, & s̄ de epis. & cler. auth. sed iudex. Item secundū canones, vt p vtraq; parte ferant testimonium. vt 3 q. 9 c. hortamur. & 14. q. 5 c. non sanè. Sed an pars orthodoxa pōt tali priuilegio renūciare? Resp. sic; qa & tacita volūtas ādest, vt inf. de testi. l. si qs. Itē an orthodoxus contra hæreticos pōt testificari? Resp. sic, vt in nouellis cōstit. & in decret.

g *Communionem.*] hoc intellige secundū q in fine huius legis dicitur s. i iudiciali testimonio. Acc.

h *Introducere.*] i. vel iudæus Iudeo, vel Cattiua Cathego, vt hīc, & s̄ de epis. & cler. si quēq in fi. & ff. sol. mat. l. vito & inf. de lib. cau. si ti lū, & inf. de inoffi. testi. & l. in arenā & ff. si qs omit. causa test. l. pœdum & l. si non sol. s. §. 1. & ff. ne q din loco publ. l. 2. § Idē ait si in publico. Sed arg. cōtra. ff. de pub. iud. l. is q.

i *Similitudine* sic s̄ de epis. & cleri. si quemquam.

k *Testimonium.*] etiā inter se.

l *Testimonia.*] i. de ijs, q in iudicijs tractantur, vel vsū, vt de confessionibus, & testificationibus, & interlocutoria aliqua, vel definitiua, an sit ita lata. Alij dñt iudicialia, q̄ incipiunt à iudicio, vt si agatur iniuriarū, vel furti, & iudex testes q̄sierit, q̄ q̄dē adhibiti non fuerant, sicut in cōtractib. adhibentur. In præscriptione ergo, quā vident, poterunt ferre testimonium secundū opinionē primam, cum tūn iudicialia prohibeantur in *Permittimus.*] Ft poterunt etiam produci in iudicio.

m *Angustetur.*] nam hoc edictum de testibus prohibitoriū est, s certarum personarum, & sic quilibet admittitur, q non prohibetur, vel aliqua lege excusatur, vt ff. de test. l. 1. & facit, vt probationū facultas amplietur, vt inf. de reb. cred. & iureiur. l. gñaliter. in prin. & ff. de incen. l. ne quid. §. de ij s & de test. l. serui. & inf. de iu. delib. l. fi. §. licentia danda. Sed vt. et ā in contract. b. nō admittūt q a hæretici sunt infames, vt s̄ de sum. Trin. & fide cath. l. 1. in fi. & infames ferre testimonium non pñt, vt ff. de test. l. 3. §. lege. in fi. Sed hic sū. sup. de sum. Trin. l. 1. Item signant hic quidā tale auth. Sed hodie nulli Iudęo permittitur ferre testimoniū cōtra orthodoxū, nisi in curiali cōdōne, vt in auth. de hære. vel in auth. vt hæretici curiales. § illud. vel in auth. de test. hæreticorū. Sed certè non inuenitur hæc auth. inter auth. sed dicunt quidam reperiri in nouellis.

o D *iuinam sanctionem.*] sup. eo. l. Manichæos, & hęc non legitur.

4 *Conc. gl. prin. in c. testimonium, ext. de test.*
2 † *Manicheticus alias Manicheus.*
* *Hotom. putat hic agi de ijs actib. quorum fit mētio in l. 77. ff. de reg. iur. 32. II l. lit. f. 219. Cuia. neg. 8 15 obser. 16 Iusque vocabulo intelligit cōuersationē forensē.*
3 † *Alias, Ascodrogitis.*

* *Ad intell. huius l. vi. Nat. cons. 394. num. 14.*
1 † *Alias respōdetur asseuetur.*

Edictū de testib. est prohibitorium.

Heretici an possint testificari.

Infames ferre testimonium non pñt.

a Atqui episcopi iubentur deponi nisi pollutum ab haereticis rebaptizauerint, c. episcopum 45 in canon. Apostolo. Pollutū intellige non rebaptizatum in Trinitate. Idē dicendum est si dubitatur de aliquo, sit baptizatus necne: nam in dubio nō praesumitur baptizatus vide Alex. 2. p̄sump 4. c. ut quib. sit de bap.

Iam loti non reuocamus ad fontem. Nec in ipsis haereticis baptisma cōe rescinditur. Aug. de haeresib in modum semel nati homini, baptisma semel concedítur, d Orel 58. Cod. Theo. de haeret. Got.

Quare baptizat, id aufert, quod gemi nat l. 5. C. Theo. de haeret.

1 † al. ministeriis

2 † Persuaserit.

Iubet enim f. alias pecuniariter l. vl in ff eo Got.

i Quotuplex sit apostasia, in de gl. in c. 1. extra e. tit. & adde qd illa habet. non loquitur p.opriè de apostatis, quos nos appellam° in fine.

Quod e. apostatis

NE SANCTVM Baptisma ite.

Dictū est supra de haeret. sed quia species est haeresis rebaptizare baptizatum, ponit prohibendo ne sanctū baptisma reiteretur.

a ANtistitem *Errorem.*] ignaris secus si de facto dubitent baptizatum esse: nec.n. potest dici iteratum, quod ignoratur esse factum, vt in decr. de consec. d. 1. c. de ecclesiatū. Sed arg. contra ff. de dolo. l. eleganter, §. non solum.

b SI quis. *Piaculare*.] i. piandum sanguine. i. debet ad mi tere caput.

c *Commisit*] c'et e°. scilicet & ille, qui baptizatur.

d *Per aetatem*] quilibet rebaptizās, & quilibet capax criminis per aetatē rebaptizās patitur piaculare flagitiū. Vel fortè loquitur de eo, qui rebaptizatū reddendo praebuit ministerium.

e *Vltimo supplicio*] quod mortem interpretamur, vt ff de poenis l. vltimum.

f NVlli haereticorum *Initiati*] vt quia Christiani erant tantū, & ita cathecumeni: non autem erant baptizati.

g *Ecclesia*] & auferuntur hodie domus eorum vt inf. ne Christ. aū. mā. l. j.

h *Quod, qui fecerit*] id est, haereticus rebaptizās ingenuos, vel seruos proprios.

i *Exilio.*] mitiorem hic patitur, poenam cum adhuc non fuerat baptizatus quam si fuisset, vt ē l. pr. Al.] hoc referunt de poena exilij ad eum, qui sciuit, & non detulit, non autem ad baptizātem. Prima placet.

DE APOSTATIS.

Quoniam apostatae plus quā haeretici sunt, io ponit de apostatis. Qui dicantur apostatae, habes inf. eodem l. apostatarum. § sed ne huiusmodi, & l. final in fine.

SI quis.] prima nō leguntur. In secun-

TITVLVS IX.

Ne sanctum baptisma iteretur.

Episcopus iuris errore baptizatum rebaptizans, priuādus est sacerdotio. hoc dicit, Salic.

Imperatores Valentin. Valens, & Grat. AAA. ad Florianum Vicarium Afr.

LEX PRIMA.

ANtistitē,* qui sanctitatem baptismatis illicita vsurpatione geminauerit,a sacerdotio indignum esse censemus. Eorum enim cōdemnamus errorē,a qui Apostolorum praecepta calcantes Christiani nominis sacramēta sortitos alio * rursus baptismate non purificant, sed incessant, lauacri nomine polluentes. Data xvj. Calend. Nouemb. Constant. Gratiano. A. iiij. & Merobau de Coss. 377.

Scienter rebaptizans, & rebaptizatus puniuntur capite. h. d. Salic.

Imp. Hon. & Theo. AA. Antenio PP.

LEX II.

SI quis rebaptizare, quempiam de ministris 1 † catholicae sectae fuerit detectus, vna cum eo, qui piaculare b crimen commisit, c (si tamen criminis per aetatem d capax sit) & hic cui persuasū 2 † fit, vltimo * supplicio e percellatur. Dat. xv. Cal. April. Lucio, & Herodiano, VV. Coss. 413.

Baptizantes Christianum sub alia lege, puniuntur poena hic statuta, quod iudex nō potest dissimulare, vel minuere, h. d. Salic.

Impp. Teod. & Valent. AA. Florentio P. P.

LEX III.

NVlli haereticorum danda licentia est, vel ingenuos, vel seruos proprios, qui orthodoxorum sunt initiati f mysterijs, ad suum rursus baptisma deducendi, necnon 3 † illos, quos emerint, vel qualitercunque habuerint, necdum suae superstitioni coniunctos, prohibendi catholicae sequi religionem ecclesiae. g Quod qui fecerit, h vel cum si ingenuus, in se fieri passus sit, vel factum non detulerit, exilio, i ac decem librarum auri multa damnabitur, testamenti, & donationis faciendae vtriusque denegāda licentia.

¶ Quae omnia ita custodiri, decernimus, vt nulli iudiciū liceat delatum ad se crimen minori aut nulli coercitioni mandare, nisi ipse idem pati velit, quòd alij dissimulando concesserit, Dat. 3. Calend. Ianua Constant. Felice, & Tauro Coss. 428.

TITVLVS X.

De Apostatis.

Apostatae bona publicantur. Salic.

Imp. Constantinus A. ad Talasium PP.

LEX PRIMA.

SI * quis lege venerabili constitutus, & ex Christiano Iudaeus effectus sacrilegis coetibus aggregetur: cum accusatio fuerit approbata, facultates eiusdem dominio fisci iubemus, vindicari. D. Non. Iul. Constantio, A. 9. & Iul. Cas. 2. Coss. 357.

Apostatatus crimē potest accusari post mortem vsque ad quinquennium, d. d. Salic.

Imp. Grat. Val. & Th. AAA. ad Hypaciū PP.

LEX II.

SI quis defuncto * violatae, atq; desertae Christianae religionis accusat, eūq; vel ad sacrilegia tēplorū, vel ad ritus Iudaicos trāsisse contendit, k eāq; gratia testari minime potuisse confirmat, intra iuge l quinquennium, quod de inofficiosis actionibus m constitutum est, proprias exigat 4 † actiones, futuriq; iudicij huiuscemodi sortiatur exordiū n Data 15. Cal. Iā. Grat. A. 4. Merobaudae 2. & Satur. Coss 383.

Apostatātes à fide perdāt oīa et à iure cōi Christianis concessa, nec admittitur pnīa Salic.

Imp. Teod. Valēt. & Arch. AAA. Fraui. P. P.

LEX III.

HI, qui sanctā fidem prodiderunt, & sanctū baptisma haeretica superstitione profanarunt, à cōsortio oīum segregati sint: à testimonijs alieni testamēti (vt ante iā sanximus) nō habeāt factionē: nulli i hēditate succedāt: à memi-

da no. qr de inofficiosis actionib. quinquennium statuitur vt inf. de inoff. test. si quis filium. Sed vr ppetuo agi, vt ī. eo. l. apostatarū. Sol. illa corrigit hanc, vel haec post mortem testatoris, ibi, viuente testatore dicitse posse deferre.

k *Contendit.*] accusator, vel etiam contēdit de alia haeresi.

l *Iuge*] i. continuū.

m *Actionibus.*] s. querelae inofficiosi testamenti.

n *Exordium*] i. vsq; ad quinquennium.

HI *qui.*] CASVS. Hac lege puniútur Christiani, si fiant haeretici, patiendo se baptizari more haeretic, vt nō possint esse testes, neque facere testamētum, nō autem relegantur, & ponitur ratio. Item poenitētia eos non excusat, quae prodest alijs errantibus Viuianus

Suffra.

f. de expedientibus, religionē, sed loquitur de ijs, qui fidem relinquūt, qa illi propriè dīcūtur apostatae, vt dicit Bart. hic super rubr.

3 † Nec vero.

Ex li. 6. ti. vide 63. C. T.

Mortuus desertae religionis accusari potest l. 4. §. 43. de haer. quod ad sententia Regis. Fracisci factū fuisse aduersus Bonif. refert Clar. § fin. 6 haeresis ver item de crimine.

4 † al. exerceat. al. exerceas.

ne scribantur hæredes. Quos etiam præciperemus procul abijci, ac longius mandari: nisi pœnæ visum fuisset esse maioris, versari inter homines, & hominum carere suffragijs.[a] Sed nec vnquam in statum pristinũ reuertantur: nec flagitium horum oblite rabitur [b] pęnitentia: neque vmbra aliquæ exquisitæ defensionis, aut muniminis obducetur:[c] quoniam quidem eos, qui fidem, quã Deo dedicauerant, polluerunt, & prodentes diuinum mysteriũ in profana migrauerunt, tueri ea, quæ sunt commentitia, & concinnata non possunt. Lapsis etenim, & errantibus [d] subuenitur: perditis verò (hoc est, sanctum baptisma profanãtibus) nullo remedio pęnitentię (que solet aliis criminibus adesse *) succurritur. Dat. 5. Id. Maij. Concordiæ. Catiano, & Symmacho. Coss. 391.

Crimẽ apostatatus est publicum, ideo quilibet admittitur ad accusandum, & alienationes ipso iure sunt apostatis interdictæ, & post mortem possunt accusari, bonis proximioribus fidelibus applicandis. Salic.

Impp. Theod. & Valentin. AA. Basso. P.P.

LEX IIII.

Apostatarum sacrilegũ nomẽ, singulorũ vox continua [e] accusatione incesset,[f] & nullis finita temporibus [g] huiuscemodi criminis arceatur indago.

¶ Quibus, quãuis præterita interdicta sufficiant: tñ etiã illud iteramus, ne postq̃ a fide deuiauerint, testandi, aut donandi quidpiã habeãt facultatem. Sed nec venditionis specie facere legi fraudẽ sinantur: totumq; ab intestato Christianitatem sectãtib. propinquis potissimum deferatur.[h] Intantum autẽ contra huiuscemodi sacrilegia perpetuari [i] volumus actionẽ, vt vniuersis ab intestato venientibus etiam post mortem peccantis, absolutam vocum insimulationis [k] congruę non negemus.

¶ Nec id patiemur obstare, si nihil in contestationem profano dicatur viuente productum.

¶ Sed ne huius interpretatio [1]† criminis latius in incerto vagetur errore, eos præsentibus insectamur oraculis, qui nomine christianitatis imbuti [2]† sacrificia sacrilega, vel fecerint, vel faciẽda mãdauerint.[l] Quorũ etiã post mortẽ cõprobata perfidia, hac rõne plectenda ẽ, vt donationib. testamentisq; rescissis, ij, quib. hoc deferret legitima successio, huiusmodi personarũ hæreditate potiantur. Dat. 8. Id. Apr. Rauẽnæ Theodosio 14. A. & Maxime Coss. 426.

Qui persuasionibus seruum, vel liberum fecerit apostatare à fide, puniri debet capite. hoc dicit Salic.

Ijdem AA. Florentino P.P. LEX V.

Eum, qui [m] seruũ, siue ingenuũ inuitum, seu suasione plectenda ex cultu Christianæ religionis in nefandam sectam, ritumve transduxerit, cum dispendio fortunarum capite puniendum [3]† esse censemus. Dat. prid. Cal. Feb. Theodosio 15. & Valentiniano 4. AA. Coss. 435.

Etiam monachi hæretici pœnis legitimis sunt puniendi, & de sacro imperio expellendi. h. d. Salic.

Impp. Valen. & Martian. AA. Palladio PP.

LEX VI.

Eos, qui [n] catholicarũ ecclesiarũ clerici, vel orthodoxæ fidei monachi, relicto vero orthodoxæ religionis cultu, Appollinaris, vel Eutychetis hæresim, & dogmata abominãda secuti fuerint, oĩb. pęnis, q̃ priorib. legib. aduersus hęreticos cõstitutæ sunt, iubemus teneri, & ext. ipsũ quoq; Romani Imperij solũ repelli, sicut de Manichęis precedẽtiũ legum statuta sanxerũt. Dat. Cal. Aug. Valen A. 7. & Aniano [4]† Coss. 450.

TITVLVS XI.

[o] Nemini licere signum Saluatoris Christi humi, vel in silice, vel in marmore, aut insculpere, aut pingere.

Signum crucis non debet sculpi, vel pingi in loco, qui possit pedibus calcari. Salic.

Impp. Theod. & Valent. AA. Eudoxio P.P.

LEX VNICA.

Cvm sit nobis cura diligens per omnia superni numinis religionem tueri: signum saluatoris Christi nemini licere, [p] vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere,

---

a *Suffragijs.*] quare ergo hæretici expelluntur de ciuitatib. & non apostatæ, vt sup. de sum. Trin. l. 2. Respondeo, q. a alios docerent, & eadem ratione expelluntur clerici apostatantes, vt inf. eo. l. fi. Accur.

b *Oblitterabitur.*] id est delebitur.

c *Obducetur.*] id est delebitur.

d *Et errantibus.*] hæreticis. s. volentibus ad fidem conuerti, quam nunq̃ habuerunt, vt sup. de sum. Trin. & fi. cath. inter claras in fi. & de hęr. l. 4. in fi. sed non qui iam fuerunt de fide, & postea ab ea diuiserunt se omnino, vt hic. Vel dic quo ad pęnã mundi nõ prodest pęnitere, quo ad Deũ sic, vt ibi. Cor contritũ, & humiliatũ Deus nõ despicies & alibi. Dixi confitebor, & tu remisisti impietatẽ peccati mei.

e *Apostatarum.*] Continua, etiam sine libello.

f *Incesset.*] i. incessanter accuset.

g *Temporibus.*] nisi ista quiquẽnaiũ post mortẽ, vt sup. eo. l. 2.

h *Deferatur.*] primo liberis, secundo agnatis, vt sup. de hæreti. l. cognouimus. Accur.

i *Perpetuari*] cum alia crimina vsque ad 20. annos regulariter porrigantur, vt ĩ. ad legem Corn. de fal. l. querela.

k *Insimulationis.*] id est accusationis, vt ĩ. de acc. l. ea quidẽ & facit. ff. de sena. l. cum lege.

l *Mandauerit*] s. Iudæis, vel Paganis.

m *Evm, qui.*] nõ legitur.

n *Eos, qui.*] nec hæc legitur, sed contra sup. eod. l. 2. sed ibi solue.

o NEMINI LIcere signum, &c.

Quoniam signum nostræ redẽptionis ab oĩb. est adorandum, & venerandum, et si in manib al cuius gestatur, et debemus cũ deuotione assurgere, & si alicubi positũ e[illegible], honorã debemus impendere: iõ prohibet, ne humi ponatur vel in aliqua materia humi posita, sculpatur, aut depingatur, ne pedib. cõculcetur. Et qui posuerit, vel positũ nõ leuauerit, grauissima pœna mulctatur. quam forte mortẽ interpretamur, vt ff de pœn. l. vltimã. Azo.

p *Cvm sit Nemini licere*] signum saluatoris, &c. signũ crucis

* *Clarus negat Apostaty sine hæresis seruãdam ei fidẽ a priuatos. sont. § hære fi. vers. p̃terea quid certe durũ videtur est, in graue fidẽ fallere. l. 1. ff. de pecu. const. Clarus ibidẽ negat cõtumaci præstari patronum aut procuratorem. Gothof.*

1 † *Interna* no legit Azo & reiectam.

2 † *Inducti.*

3 † al. plectendum.

4 † *Alias Valente 8. & Anthemio.*

crucis humi ponere est cōtrariū religioni, & ideo de hoc ponit & lege per se.

a *Grauissima.*] Scz pœna mortis, quę est grauissima, vt ff. de pœ l. vltimum.

re, vel pingere: sed quodcunque reperitur tolli, grauissima [a] pœna mulctandū eū, qui contrarium statutis nostris tentauerit, spāliter imperamus. Da. 12. Kal. Iu. Hierio, & Ardaburio Coss. 427.

DE IVDAEIS, & Cœlicolis.

Quia Iudæi & Cœlicola multa contraria proponunt religioni, ideo de his dicit et sūt cœlicula, qui planetas colunt. Vel sic de hæreticis in genere dictum est sup. modo ponit in specie. Vel sic. Supra dictum est de Christianis, qui plenissime diuinam religionē colunt. Nūc videamus de Iudæis qui semiplene, & ad litteram Deum venerātur, & colunt, & lenius errant, quam alii hæretici. Azo.

b Q *Vod Cornelia.*] propriū nomen est.

c *Non potest.*] vt ff. de hær. inst. collegio, secus si vni eorum, vt ff. de reb. dub. l. cum senatus.

d I *Vdais.*] non legitur.

e F *eralem.*] i. crudelem.

f I *N synagogam.*] i. in domum Iudæorum.

g *Irruentes.*] alias milites irruentes, & est cōtra sup. de sum. Trin. l. 2. solu. vt ibi.

h *Quos.*] s. milites.

i *Religiosarum.*] s. Iudæorum sunt enim quo ad eorum opinionem, religiosa.

k I *Vssio.*] immunitas. in multis n. immunitatē habebant, antequā Christus veniret in virginem. & facit ff. de dec. l. generaliter. § fi.

l N *E quis Christianam.*] debent n. esse cōiunctio diuini iuris, vt ff. de ritu. nup. l. 1.

m *Relaxata.*] etiam sine inscriptione, forte, sed regulariter contra, vt inf. qui accu. non poss. l. 3.

n N *Emo.*] In cōiunctionib. i. in matrimoniis.

o *Legem.*] ipsi n. statuerunt, vt quasdam personas ducere liceat, quas duci non

i Et legem non de Iudæis sed & christianis intelligendū censet. Alcia. in ann. ad de cimā li. C. tit. de dec.

✝ Neophitus tamen libera tur christianismus professione a delictis ante commissis, de Clar. 5. sent. § vlt. q. 11.

2 Hunc casum specialem ponit in c. super his. ext. de accus.

1 ✝ In synagogas in duci crudeli hospitio.

2 ✝ hospitio.

✝ Vide C. lex. q. ob. ... 32.

TITVLVS XII. De Iudæis, & Cœlicolis.

Collegio Iudæorum legari non potest. h. d. Salic.

Imp. Ant. A. Claudio Triph.

LEX PRIMA.

QVod Cornelia[b] Saluia* vniuersitati Iudæorum, qui in Anthiochensium ciuitate constituti sunt legauit, peti non potest.[c] Dat. Prid. Kalen. Iulij Ant. A. 4. & Balbino Coss.

Gręcę constitutionis Epitome.

IN festiuitatibus, aut Sabbatis suis Iudæi corporalia munera non obeunt, neq; quicquam faciunt, neq; propter publicam priuatamve causam in ius vocantur, aut ipsi Christianos in ius vocāt.

Iudæi irruentes in conuersum ad Christi cultum sunt concremandi. Salic.

Imperator Constan. A. ad Euagrium P.P.

LEX II.

IVdæis,[d] & cœlicolis, & maioribus eorum, & patriarchis volumus intimari, q̄ si quis post hanc legem aliquem, qui eorum feralē[e] fugerit sectam, & ad Dei cultū respexit, saxis, aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognouimus) ausus fuerit attentare, mox flammis dandus est, & cum omnibus suis participibus concremādus. Dat. 15. Kalen. Nouem. Constant. A. 8. & Constantino Cęs. VI. Coss. 315.

Christiani non debent irruere contra synagogam Iudæorum. h. d. Sali.

Imp. Valen. & Valens AA. Remigio magistro offi.

LEX III.

IN synagogam [f] 1 ✝ Iudaicæ legis, velut hospitij 2 ✝ meritò irruentes[g] milites iubeas emigrare, quos[h] priuatorū domus, nō religiosarum[i] loca habitationum meritò conuenit attingere. Dat. Prid. Non. Mart. Valentiniano, & Valēte AA. Coss. 365.

Immunitas antiquitus Iudæis concessa per hanc legem reuocatur. Salic.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Hypatio P.P.

LEX IIII.

IVssio, quia sibi Iudaicæ legis hoīes blandiuntur per quam eis curialiū munerum dabatur 3 ✝ immunitas,[k] rescindatur. Dat. 17. Kalend. Maij Mediolani, Mērobaud. 2. & Saturnino Coss. 383.

Christiani cum Iudæis non possunt matrimonium contrahere sub pęna capitis licentia accusandi cuilibet concessa. h. d. Salic.

Imppp. Val. Theod. & Arcad. AAA. Cynegio. P.P.

LEX V.

NE * qui Christianam[l] mulierem in matrimonium Iudæus* accipiat, neque Iudææ Christianus coniugium sortiatur: nā si quis aliquid huiusmodi admiserit, adulterij vicem commissi huiusmodi crimen obtinebit: libertate in accusandum publicis quoq; vocibus relaxata.[m] 4 ✝ Dat. Prid. Id. Mart. Thessalonicæ Theodosi A. 2. 5 ✝ & Cynegio Coss. 388.

Nuptię inter Christianos prohibitę similiter inter Iudæos prohibentur, sua lege cessante. Salicet.

Imppp. Theod. Arcad. & honor. AAA. Infantio Comiti Orientis.

LEX VI.

NEmo[n] * Iudæorum morem suum in coniunctionibus retineat: nec iuxta legem[o] suam nuptias sortiatur: nec in diuersa[p] * sub vno tempore * * coniugia conueniat. Dat. 3. Cal. Ianuar. Theodosio A. 3. & Habundantio. Coss. 393.

Hæc est bona lex & breuiter hoc dicit. Iudæi habent ea, quæ sunt ciuium Romanorum, & coram iudicibus Christianis debent litigare, & possunt vnum ex eis arbitrum assumere. Bart. Vel sic: Causa Iudæorum secundum iura nostra est agitanda, & si in arbitrium compromiserint, valebit sententia per iudices exequenda. Salicet.

licet, vt auisam, forte forte, & hoc est, quod hæc lex eis prohibet.

p *Diuersa.*] potest enim quam habebant relinquere, & aliam accipere.

* * Quia si naturæ rationem quærimus, ipsa generatio non perficitur, nisi ex duobus: si amorem coniugalem, solidus inter duos tantum esse potest: nec sic erit indiuidua vitæ coniunctio, si vtrique pluribus adhærere permissum est: ad hæc, si consideramus id quod homo per se potest, vnus pluribus non potest ita sufficere: si æquitatem, plures maritis vxori non permittendi. Si Hebræorum, & familiarium certitudinem, si parentibus honorem debitum, scilicet duos esse maritorum aut vxorem ille numerus. Si consulas Ethnycos, Polygamiam non probabant. l. 1. infra de his qui nos. neque Imperatores. Iudæi.

3 ✝ debebatur.

** Ex lib. 3. ti. 8 l. 2. C. Th.*

✝ Notat Alciat. 1. parer. 13. eū, qui cum Iudæa rem habuerit, vt adulterū puniri, si alio contra hēdi matrimonii, sed minus extraordinaria pœna. Gotho.

4 ✝ Reseruato

5 ✝ xij.

✝ Possis & addere ius sosistandi fœminis fratrum vxor. Gen. 29. Deu. 25.

✝ Et sic in dæi prohibētur habere plures vxores, vt hic, & ita gaudere mas. iunct. gl. sup. ver. bo, vxores. tot. & deuer.

Impp. Arcad. & Hono. AA. Eutychiano.

LEX VII.

IVdæi cõmuni Romano iure viuentes, in ijs caussis quæ tam ad superstitionem [a] eorum, q̃ ad forum, & leges ac iura pertinent, adeant solemni more iudicia: oẽsque Romanis legib. * conferant, [1] † & excipiant actiones.

¶ Si qui verò ex his communi pactione ad similitudinẽ arbitrorum [b] apud Iudæos in ciuili [c] dumtaxat negotio putauerit litigandum, sortiri eorum [d] iudicium iure publico non vetentur. Eorum ẽt sententias iudices exequãtur: tanquam ex sententia cognitoris arbitri dati fuerint. Dat. 3. Non. Febr. Constantinop. Honorio A. 4. & Eutychiano Coss. 398.

Iudæi non possent arctari ad vendendas res proprias aliter quam Christiani. Bar. Vel sic: Ad curam Christianorum non spectat statuere pretia rebus Iudæorum. h. d. Salic.

Impp. Arcad. & Hono. AA. ad Iudæos.

LEX VIII.

NEmo * exterus [e] religionis Iudęorum Iudęi pretia statuet, cum venalia proponunt. [2] † Iustum est enim sua cuique committere. * Itaq; rectores prouinciarum vobis [f] nullũ discussorem, aut moderatorẽ esse concedẽt. Quod si quis sumere sibi curam (præter vos, [g] proceresq; vestros) audeat, cum velut aliena appetentem supplicio coercere festinẽt. Dat. 3. Cal. Mar. Constantinop. Arcadio 4. & Honorio 3. AA. Coss. 396.

Ijdem AA. & Theodosius A. Eutichiano P. P.

LEX IX.

QVicunque [h] ex Iudęis obnoxij curiæ cõprobantur, curiæ mancipentur. [i] Dat. 2. Cal. Ian. Theod. A. 3. & Rumoridio. Coss. 397.

Quando Iudæi celebrant sua solemnia, non debent aliquid agere in contemptum Christianæ fidei: alias puniuntur. Salic.

Imp. Hono. & Theod. AA. Anthemio Prǽfect. prætor.

LEX X.

IVdæos [k] quosdam * festiuitatis suæ solemnia ad pęnæ quandam recordationem incendere, & sanctæ crucis ad simulatam speciem in cõtemptum Christianę fidei sacrilega mẽte exurere, prouinciarum Rectores prohibeant, ne locis suis fidei nostræ signum immisceant, sed ritus [l] suos citra contemptum Christianæ legis retineant; amissuri * sine dubio permissa hactenus, nisi ab illicitis temperauerint. [m] Dat. 4. Cal. Iun. Basso, & Philippo Coss. 408.

Nisi cælicolæ conuertantur ad fidem, vt hæretici puniuntur. Salic.

Iidem AA. Iouio P. P. LEX XI.

COelicolarum * nomen inauditum quodãmodo nouum crimen superstitionis vindicauit. Hi nisi ad Dei cultum, venerationemque Christianam conuersi fuerint, iis legibus, quib. præcipimus, hæreticos adstringi, se quoq; nouerint adstringendos. [3] † Aedificia aũt eorum (quæ nescio cuius noui dogmatis conuentus habent) ecclesiis vindicentur. Certum. n. est, quicquid a fide Christianorum discrepat, legi Christianæ esse contrarium. [n] Dat. Cal. Apr. Rauennæ 409.

In die Sabbathi, & aliis festiuitatibus Iudęorum ipsi non possunt conueniri, nec alios conuenire. h. d. Bar. etiam pro commodis fisci. Salic.

Iidem AA. Iouio. [4] PP. LEX XII.

DIe Sabbato, [o] ac reliquis sub tpe quo Iudęi cultus sui reuerentia seruãt, neminem aut facere aliquid, aut vlla ex parte conuenire [p] eos dẽ pręcipimus, ita tñ, vt nec illi detur licentia eodẽ die Christianos Orthodoxos conuenire: [q] ne Christiani forte ex interpellatione Iudæorũ ab officialib. præfatis dieb. aliq̃ sustineãt molestiã, cũ fiscalib. cõmodis, & litigiis priuatorũ cõstet reliquos dies posse sufficere. D. 7. Cal. Aug. Rauẽnę, [5] † Hono. 9. & Theo. 5. AA. Coss. 409.

Nec Iudæos offendere, nec bona eorũ inuadere cuiquã liceat propria auctoritate, nec econtra. S.

Iidem AA. Philip. P. P. Illirici. LEX XIII.

NVllus [r] tanquam Iudæus, cum sit innocens, [s] obteratur, [t] nec expositum eum ad contumeliam religio [u] qualiscunque perficiat: non passim [x] eorum synagogæ, vel habitacula concrementur, vel perperam sine vlla rõne lædantur. cum alioquin etiam si sit aliquis sceleri bus implicitus, idcirco tñ iudiciorum vigor, iurisq; publici tutela videtur in medio cõstituta, ne quisquã sibi ipsi permittere valeat vltionẽ. [y] *

¶ Sed

---

a IVdæi. Ad superstitionem. id est ad fidem eorum.
b Arbitrorum] i. à Christianis, electorum apud Iudæos.
c In ciuili.] secus in criminali, vt ff. de arbi. l. non distinguemus. §. Iulianus.
d Eorum.] i. arbitrorum. & hoc dic sine [illegible] vt inf. de recep. arbit. l. cum antea.
e NEmo exterus. nec etiam Iudęi interse, nec Christiani, vt ff. rerum amo. l. non. n. & int. de monop. l. 1. nisi ex causa, vt sup. de epi. & aud. l. ij. & ff. de offi. præsid. vbi. l. ij. §. cura. & ad leg. Iul. de anno. l. 1. § 1.
f Vobis.] i. Iudæis.
g Vos.] qui non subibunt talem pęnam, non tamen statuunt, vt modo dixi.
h QVicunque] non legitur.
i Mancipentur.] id est vendicentur.
k IVdæos.] solennia puta coronam spineã, & crucem.
l Ritus.] id est consuetudines.
m Temperauerint.] priuilegium. n. debet amittere, qui cõcessa sibi abutitur potestate, vt 74. dist. c. vbi. & ff de neg. gest. qui sine. & in auth. de tabel. § nos autem coll. 4. 2.
n COelicolarum] Contrarium. qui non est mecum contra me est. t. c. ff. de re iud. l. non facit. & ff. de fideic. l. hicõ, § pen. & ad Trebel. l. h. ey ju e. § 1.
o DIe Sabbato.] Neminem. i. Iudæum.
p Conuenire.] vel à Iudæis, vel à Christianis.
q Conuenire.] facit inf. de fruc. & lit. ex pen. l. si. & de resci. ven. l. rata. & ff. qd quisq; iuris. l. 1. Sed contra inf. de leg. & const. quod fauore. Solu. vt ibi.
r NVllus Iudæus. id est hoc ipso, quod est Iudæus.
s Innocens.] à crimine, de quo inculpatur.
t Obteratur.] id est verberetur.
u Religio] obtentu-

---

1 Imo ab ipsis Iudæis cũ hæc cõ non de Christianis, sed de Iudæis tractat.
* Ex hoc patet, quòd Iudæi subiecti sunt Imperatori vt & i. c. venerabili. in glo. super verbo in g. romanis. ext. de elect.
1 † Inserãt.
* Hæc lex nemo. & l. Iudæi inter se sunt.
2 Cõcor. c. tuarũ nos supra verũ ext. d. piu.
* Concor. c. 3. cum gl. 1. ext. de iure iur. vbi dicit gl. quòd super suis rebus propriis pro quolibet statuere, & facere pro voluntate sua. & hoc per glos. post princ. ext. de sepul.

---

tis, & dic expositum, id est, exposito.
x Passim idest iudi stinctè.
y Vltionem] Sed nũ qd de casu permittitur, cum ille non vult venire anticipãdicem.
* Solemni Aman ita legitur i. C. Theo. l. vn. de Iud. & qua sa [illegible]. vid. historiã Hester c. 11. & Ioseph. 11.
* Nam per negligẽ necessitas amittere. q pr missa sibi abutitur potestate. vt hic. & in c. dicet. hic. gl super ver amittere. e. t. de reg.
3 † ad attinendos.
4 † Ioann.
5 † D. D. N. Ho 8. et Theo. A. 3.
+ Ex li 16. tit 6 l 7. C. Th.
* Conc. a. parte, eum gl 2 ext. de dine.

dicit ac iudex potest eum cogere? Respõ. secũdũ Io. sic, ar. in ff. de l. generali lib. 10. & ff. quæ in fraud. cre. l. ait præt. § si debitorem, & sup. de epis. & cle. l. quis curialis. Il lud autẽ cõtra, q con tra quas personas quis hoc licet. vt inf. eã lice. sine iud. se vin. l. 1. & ff. item facit, cum hac l. inf. ne quis in sua cã l. 1. & ff. quorum leg. l. 1. in prin. & ff. de vsufr. & cuius alias incip. & vsufr. & deniq; & ff. quæ in fraud. cre. l. pe. & de fur. l. interdum 2. & in tit. 2. Christianis & ff. de orig. iur. l. 2. § post originem.

1 † Ex lib. 16. tit. 6. l. ... C. Th.

a S*I qua inter.*] per vos legite.

b I*Vdæorum primates.*] leg. te per tres.

2 † 10.
3 † 9.

c H*Ac valitura*] interdictæ sunt imo videtur, q ad honores admittantur, vt ff. de decu. l. generali tes. § ff. que est cõtra. Sol. quidã dicũt hãc corrigere. Alij dicunt q hic erãt Iudæi, ...nor, licet Iudaicã su perstitionem, vel vitã seruarent. Alij, q illud fuit specialiter indultum eis, prima verior est.

4 † Ex li. 16. tit. 6. l. ... C. Th.

NE CHRIstianum mancipium &c.

Quia contrarium est religioni, quod hæreticus habeat Christianum mancipium, ideo de hoc punit.

d I*Vdæus*] Christianum habuerit, sufficit habere, vt pœnam indictã patiatur ar. q nõ Christianũ duo sũt necessaria, & possidere, & circũcidere, vt subiicit. Ac.

e *Capitali*] i. perpetuo exilio. & cõcord. sup. tit. l. Iudæi. 2. nam illa est capitalis pœna, vt ff. de pœnis. l. rei capitalis, in princ. & de publ. iud. l. 2. & facit sup. de episc. & cler. l. ...ali.

a DE

¶ Sed vt in hoc personis Iudęorum volumus esse promisum, ita id quoque monendũ esse censemus, ne Iudæi forsitan insolescant, elatiq; sui securitate, quicquam pręcipites in Christianam reuerentiam vltionis admittant. Dat. 8. Id. Aug. Constantino, Honorio, 9. & Theodosio 5. AA. Coss. 412.

Iudæus actor, vel reus forum sequitur Christianum. Salicetus.

Ijdem AA. Aureliano P.P.

LEX XIIII.

SI qua [a] [1] † inter Christianos, & Iudæos sit contentio non a senioribus Iudæorum, sed ab ordinariis iudicib. dirimatur. Dat. 14. Cal. Nouembr. Hono. 12. [2] † & Theodosio. viij. [3] † AA. Coss. 418.

Bona Iudæi Christianum circuncidentis sunt publicanda. Salic.

Ijdem AA. Asclepiodoto P.P.

ij IVdæi [b] [4] † & bonorum proscriptione, & perpetuo exilio damnabuntur, si nostrę fidei hominẽ circuncidisse eos, vel circuncidendũ mandasse constiterit. Da. Pri. Cal. Feb. Theo. 17. & Festo. Coss. 439.

Impp. Theod. & Valen. AA. Ioann. Comiti sacrarum largitionum.

LEX XVI.

IVdæorum primates, qui in vtriusque Palæstinæ synedris dominãtur, vel in alijs prouincijs degunt, periculo suo anniuersarium canonem de synagogis oibus palatinis compellentib. exigant ad eã formã quã patriarchæ, quondã coronarij auri nomine postulabant: & hoc, quod de Occidentalibus patriarchis conferri consueuerat, nostris largitionibus inferatur. Dat. 3. Calen. Iun. Constantinop. Florentio. & Dionys. Coss. 429.

Iudæi non possunt habere aliquem honorem. h. d. Bartolus.

Ijdem AA. Florentio P.P.

LEX XVII.

HAc valitura [c] in omne æuũ lege sancimus, neminem Iudæorum (quibus omnes administrationes, & dignitates interdictæ sunt) nec defensoris ciuitatis fungi saltem officio, nec patriæ honorem arripere concedimus, nec acquisiti sibi officij auctoritate muniti, aduersus Christianos, & ipsos plerumque sacrę religionis antistites, veluti insultantes fidei nostrę, iudicandi, vel pronunciandi quamlibet habeant potestatẽ. ¶ Illud etiam [5] † pari consideratione rationis arguentes præcipimus, ne qua Iudaica synagoga in nouam fabricam surgat, fulciendi vetere permissa licentia, quæ ruinam [6] † minantur. ¶ Quisquis igitur vel insulas acceperit, quæsitis dignitatib. non potiatur, vel si ad officia vetita irrepserit, ab his penitus repellatur, vel si synagogam extruxerit, compendio catholicæ ecclesiæ nouerit se laborasse. Et qui ad honores, & dignitates irrepserit, habeatur vt antea, conditionis extremæ, & si honorariam illicitè promeruerit dignitatem. Et qui synagogæ fabricam cœperit, non studio reparandi, cum damno quinquaginta librarum auri fraudetur ausibus suis. Cernat præterea bona sua proscripta, mox pęnę sanguinis destinandus, quasi qui fidem alterius expugnauit peruersa doctrina. Dat. Prid. Cal. Feb. Constant. Theodo. A. 17. & Festo Coss. 439.

5 † Christianum hoc §. c. ext. tit. vbi idem dicitur q hoc, & illud c. sum prima hoc.

6 † Grego. c. consuluit ext. de iud. permisit ... pristinas ... lapsas re... ... Et a quo ... rata nõ no... sed ad... intel ligitur, so... ... l. 20. § 2. ff. de seruit. vrb. præd.

TITVLVS XIII.

Ne Christianum mancipium hæreticus, vel Iudæus, vel paganus habeat, vel possideat, vel circuncidet.

Mancipia Christiana Iudæis sunt interdicta, & statim libera fiunt, mancipia verò alterius sectę eis sunt permissa, sed non possunt eos circuncidere sub pœna hic statuta. Salic.

Imp. Constantinus A. P.P.

LEX VNICA.

IVdæus [d] [7] † seruum Christianum nec comparare debebit, nec largitatis, vel alio quocumque titulo consequetur. Quòd si aliquis Iudæorum mancipium, vel Christianum habuerit, vel sectę alterius, seu nationis crediderit, ex quacumque causa possidendum, & id circunciderit, non solum mãcipij damno mulctetur, verũ etiam capitali [e] sententia puniatur, ipso seruo pro præmio libertate donando. Dat. 4. Id. Apr. Const. Hono. A. x1. & Const. C. V. 2. Coss. 342.

7 † Ex li. 18. tit. 7. l. 1. & 4. C. Th.

Constitutionis Græcæ Epitome.

GRæcus seu Paganus, Iudæus, & Samaritanus, & alius hæreticus, id est, non existens orthodoxus, non potest Christianum mancipiũ habere, neq; catechumenum circuncidere, quia & ipsum mancipium Christianum ad libertatẽ peruenit. & qui possidet, dat priuatis largitionibus triginta libras.

TI-

TITVLVS XIIII.

De [1] † paganis, [a] & sacrificijs, & templis eorum.

Templa ad sacrificandum dijs debent claudi, & sacrificãtes conscij, & ministri gladio debent puniri, & bona cõfiscari, & iudices negligentes incurrunt pœnam quinquaginta librarum auri. h. d. ista l. & sequens, & l. pen. infra eo. Salic.

Imper. Const. ad Taurũ P.P.

LEX I.

PLacuit [b] omnib. locis, atque vrbib. vniuersis claudi protinus templa, & accessu vetito omnib. licentiã delinquendi perditis abnegari. Volumus etiam cunctos sacrificijs abstinere. Qđ si aliquid fortè huiusmodi perpetrauerint, gladio vltore sternantur: facultates ẽt peremptifisco decernimus vindicari: & similiter puniri rectores prouinciarũ, si facinora vindicare neglexerint. Dat. Cal. Dec. Const. 4 & Const. A A. Coss. 342.

Imp. Theo. A. Cynegio P.P.

LEX II.

NE quis [2] † [c] mortaliũ ita faciẽdi sacrificij sumat audaciã, vt inspectione iecoris, extorumq; psagio, vanę spẽ promissionis accipiat, vel (q̃ est deterius) futura sub execrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim imminebit supplicij cruciatus ei, q contra vetitũ præsentiũ, vel futurarũ rerum explorare tentauerit veritatẽ. Dat. 7. Cal. Iun. Arcad. & Bautone Coss. 385.

Impp. Arcad. & Honor. A A. Macrobio, & Præliano vicar.

SIlent [d] sacrificia tẽplorum prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamẽto seruari. Ac ne sibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur euertere, si q̃ rescriptum, si qua lex forte prætẽditur, abrepta [e] [3] † hmõi chartæ ex eorũ manib. ad nostrã sciẽtiã referãtur. Dat. Cal. Feb. Constan. Theod. & Rumoridio Coss. 399.

Conuentus ciuium, & eorum lętitię, & festa consueta non debent eis interdici. Salic.

Idem AA. & Theod. Apollodoro Proconsuli Africæ.

LEX IIII.

VT profanos [f] ritus iam salubri lege submouimus, ita festos conuentus ciuiũ, & communem omniũ lętitiã [4] † non patimur submoueri. Vnde absq; vllo sacrificio, atq; vlla superstitione damnabili exhiberi [5] † populorum voluptates secundum veterem consuetudinem, ministrari [6] † etiam festa [7] † conuiuia, quando exigunt publica vota, decernimus. Dat. 8. Calen. Septemb. Honorio 7. & Theod. 2. AA. Coss. 399.

Princeps potest publica donare, & donata in patrimonio donatarii debent perpetuo remanere. h. d Salic.

Impp. Honor. & Theod A A. populo Carthaginiensi.

LEX V.

OMnia [g] loca, quæ sacris error veterum deputauit, nostræ rei iubemus sociari.

¶ Quod aũt ex eo iure vbicumq; ad singulas quascumq, personas, vel præcedentiũ Principũ, vel nostra Maiestas voluit peruenire, id in eorum patrimonijs æterna firmitate [8] † perduret.

¶ Ea vero, quæ multiplicib. constitutis ad venerabilẽ ecclesiã volumus ptinere, christiana sibi meritò religio vindicabit. Da. 3. Cal. Septẽb. Rauennæ, Honori. 10. & Theod. 6. A A. Coss. 415.

Christianis non licet paganos offendere, nec eorum bona rapere sub pœna dupli. h. d. Sal.

Ijdem A A. Asclepiodoro P.P.

LEX VI.

CHristianis, [h] qui verè sunt, vel esse dicuntur spãliter demandamus, vt Iudæis, ac Paganis, quiete degentibus, nihil tentantibus turbulentum, legibusque contrarium, non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nã si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint: non ea sola, quę abstulerint, sed conuicti in duplum, quæ rapuerint, restituere cõpellentur. Rectores etiam prouinciarum, & officia, & principales, cognoscant se (si non ipsi talia vindicent, sed fieri a popularibus hæc permiserint) vt eos, qui fecerint, puniendos. Dat. 7. Idib. Iun. Constantinop. Asclepiodoro & Marimiano. Coss. 423.

Summata est cum prima: sed vnum nota quòd agentes, consentientes & ministri puniuntur pari pœna. h. d. Salic.

Impp. Valent. & Maxim A A. Palladio P.P.

LEX VII.

NEmo [i] venerandi, adorandique [9] † animo delubra, quæ olim iam clausa sunt, reseret. Absit a sæculo nostro infandis, execrandisque simulacris honorem pristinum reddi, redimiri sertis templorũ impios postes, profanos aris [10] † accendi ignes, adoleri in ijsdem thura, victimas cædi, pateris vina libari, & religionis loco existimari sacrilegium.

¶ Quisquis autem cõtra hanc serenitatis nostræ sanctionem, & contra interdicta sanctissimarum

veto-

---

[1] † *Pagani quasi in pagis viuites alieni de ciuitate Dei Opt. Puto paganos ob cõtemptum vocitatos fuisse, quasi diuersos, a Christianis Christo militantibus & Christianis ignobiliores Nã & in iure pagani militib. opponũtur Gitilles Etini cor, nationes dictos opinor cõparatione habita ad Christianos qui erãt numero paucissimi Gothof.*

[a] DE PAGAnis, & sacrificijs, & templis, &c.

De Iudæis, qui in quibusdam nobiscum conueniunt, dixit, nunc de paganis, qui prorsus a nobis discrepant, dicit. Vel sic Dictũ e l sup de Iudæis, mõ ponit de paganis id est de saracenis qui deos innumeros, deasq, imo dæmones colunt, et adorant. Et adiecit de eorũ sacrificijs, et de tẽplis. Azo.

[b] PLacuit.] per vos legite.

[c] NE quis.] per vos legite, & fa. inf. de male l. quinta.

[d] SIlent.] per vos legite Accu.

[e] *Abrepta* Nota q̃ si aduersarius retinet instrumẽtũ, q̃ credo & dico falsum, possũ ipsum vi eripere & dilaniare, vt hic colligitur, vel melius possũ ipsum arripere, & ad Principẽ illud referre.

[f] VT profanos.] per vos legite.

[g] OMnia. per vos legite, & fa. sup. de hære. l. tertia.

[h] CHristianis. In duplũ, speciale est, regulariter cõtra, vt instit. vi bo rap. in prin. & facit sup. de Iudæis. l. nullus.

[2] † *Ex lib. 16. tit. 8. l. 9. C. Th. Con cor gl. 1. 2. q. 2. c. rescripta, et gl. 1. 3. c. pastoralis, ext. de fid. inst.*

[i] NEmo. hanc, & sequentẽ legite per vos. Figura in eacasum hoc modo: faciebant olim sacrificia, q a aperiebãt delubra, vel tẽpla animo adorandi, & reddebãt honorem nefandum simulacris, & postes tẽplorũ redimebant: thura incendebantur, & pateris gustabatur vinũ, qđ totũ remouet. Secundo imponit pœnam facientibus.

[3] † *Licentiam.*

[4] † *Voluntates.*

[5] † *Iniri.*

[6] † *Al. volumus.*

[7] † *Hinc colligere possis Dominiũ principis alienari non posse. & merito, nã q̃ prouincia a populo regi adferũtur, dotis publicę locũ obtinent, vt que vt mulieris dos alienari non põt, ita nec regis dominiũ. Atque sedo generis Regũ liberis certę prouinciæ adsignãtur, usq. earum sed dominia a corona non abscinditur Gothof.*

[8] † *Permaneat.*

[9] † *Venerantis, adorantisque.*

[10] † *Sacris*

DE IIS, QVI AD eccles. &c.

Quoniam inter cætera, quæ ecclesia habet privilegia, hoc speciale habet, ne confugientes ad eam alicuius temeraria abstrahantur authoritate: ideo de confugientib. ad eam, et exclamantib. in ea punit.

a Interpretatio Contij.

b Hinc illa Symmachi querela, Oro vos, iusti, sacerdotes, vt vrbis vestræ sacris reddat priuata successio, dictet testamē a secari, & sciant sub principib. auaris stabile esse quod scripserint &c.

c Vi l. 16. *inf. ff. de vsuf. leg.*

d Interpretatio Contij.

e Apostatæ vltimo supplicio puniūtur. *V. sup. de apostatis.*

f Pedobaptismus hic probantur.

g Baptismus gentilibus imperatur.

h *Adde l. 18. sup. de hæreticis.*

i Pœna recusantis baptismum *adde §. 3.*

k Idest, summo supplicio *l. 11. 12. sup. de hæreticis.*

l *Iudæi.*] Simulat. Idem & si non simulēt, sed ista verba denotant frequentiam.

m *Crimina.*] i. pœnas, quæ pro criminib. imponuntur.

n *Arceantur.*] i. ab ecclesia exterminātur, a sā. extrahantur.

o *Nec ante* [...] & ... de sacros. eccles. l. qui sub prætextu A. ... Con

veterū constitutionū sacrificia exercere tētauerit, apud publicū iudicē reus tāti facinoris legitimè accusetur, & cōuictus proscriptionē omniū bonorū suorū, & vltimū suppliciū subeat. Conscij et criminis, ac ministri sacrificiorū, eandē pœnā, quæ in illam fuerit irrogata, sustineant, vt hac legis nostræ seueritate perterriti, metu pœnæ desinant sacrificia interdicta celebrare. Quod si vir Clarissimus rector, prouinciæ post accusationē legitimā, & post crimen in cognitione conuictū, tantū scelus dissimulauerit vindicare, quīquaginta libras auri ipse iudex, quinquaginta etiā officiū eius confestim fisco nostro inferre cogatur. Dat. pri. Id. Nouemb. Martiano A. & Adelphio Coss. 351.

Cuilibet licet de hoc crimine accusare, et domini in quorum prædiis committitur, scientes puniuntur pœna hic scripta. Sali.

Imp. Leo & Anthemius AA. Dioscoro PP. LEX VIII.

NEmo ea, quæ sæpius paganę superstitionis hominibus interdicta sunt, audeat pertentare: sciens, quod crimē publicū cōmittit, qui hæc ausus fuerit perpetrare. In tantū autem huiusmodi facinora volumus esse resecanda, vt et si in alieno prædio, vel domo aliquid tale perpetretur, scientib. videlicet dñis, prædiū quidem, vel domus sacratissimis [1 †] iuribus ærarij adijciantur: domini vero pro hoc solo, quod scientes consenserint [2 †] sua loca talib. contaminari sceleribus, si quidem dignitate, vel militia quadam decorantur, amissione militię vel dignitatis, necnon rerum suarum proscriptione plectentur: priuatæ vero conditionis, vel plebeiæ constituti post cruciatus corporis, operib. metallorum, aut perpetuo deputabuntur exilio.

1 † *Sanctissimis.*

2 † *Consenserint.*

Græcæ constitutionis epitome ex pręfata collectione. & Nomoc. tit. 6. cap. 3. & tit. 12. cap. 9.

LEX IX.

SI [a] quid datum fuerit aut relictum locis, aut personis, aut ad constructionem Paganici erroris, vrbs illud accipiet,[b] in id [c] qua personę habitant, aut sub qua loca subiacent, & expenduntur ad similitudinem Imperialium redituū.

¶ Paganorum autem impietates puniunt præsides: & quæ supra suam potestatem erunt, referent Imperatori.

Græcæ constitutionis epitome ex eadem collectione, & Nomoc. tit. 4. c. 4. & tit. 3. c. 10.

LEX X.

QVi [d] post sanctum baptismum in errore paganorum manent, vltimo [e] supplicio plectentur.

¶ Qui vero nondum sunt baptizati: ipsi cum liberis, & coniugibus, & omnib. suis perducant se ad sanctas ecclesias, & suos paruulos [f] liberos sine mora baptizari [g] curēt: maiores vero prius scripturas secundum Canones doceantur.

¶ Si vero propter militiam, vel dignitatem, vel facultates habendas, fingant [h] baptizari, & liberos, aut coniuges ipsorum, aut domesticos suos in errore reliquerint, & eos, qui sibi attinent & necessitudine iuncti sunt, publicantur, [i] & competenter plectuntur, & rempublicam non attingunt.

¶ Si vero non sint baptizati: nec participes erūt in vlla parte reipublicæ, neque domini erunt rerum mobilium vel immobilium, sed fiscus ipsas vindicabit, & congruè punientur, & exulabunt.

¶ Si autem apparuerint sacrificantes, aut idololatrantes, vt Manichęi [k] punientur.

¶ Tāta āt nobis antiquitati habita ē reuerentia, vt nomina prudentium taciturnitati tradere nullo mō patiamur. sed vnusquisq. eorū, qui auctor legis fuit, nostris Digestis iscriptus est, hoc tātū mō a nobis effecto, vt si quid ī legib. eorū, vel superuacuū, vel impfectū, aut minus idoneū visum esset, vel adiectionē, vel deminutioné necessariā accipiat, & rectissimis regulis tradatur: sed & ex multis similib. vł cōtrariis qđ recti⁹ hēre apparebat, hoc p aliis oīb. positū ē: vna oīb. auctoritate īdulta, vt quicquid ibi scriptū ē,[e] hoc nr̄um appareat, & ex nostra voluntate cōpositū: nemine audēte comparare ea, q antiquitas hēbat cum iis, q nostra auctoritas itroduxit: quia multa, & maxima sunt, quę pter vtilitatem trāsformata sunt, adeò, vt & si pricipalis constō fuerat ī veterib. libris relata, neq. ei pepercerim⁹, sed & hāc corrigenda esse putauerimus, & ī melius restaurandā. Nominib. n. veterib. relictis, quicquid legū veritati decorū, & necessariū fuit, hoc nostris emēdationib. seruauimus. Et propter hāc cām & si quid iter eos dubitabatur, hoc iā in tutissimam peruenit quietē, nullo titubante relicto. Sed cū[f]

per.

* Al. proximus.

a *Et trib. annis.*] Not. tribus annis factas leges, quod facit ad id, quod no. sup. de Iust. Co. confir. in §. Item no. vilissima pecunia posse libros comparari, quod falsum est hodie.
b *Si quid.*] hic not. duo verba bona.
c *Contrarium.*] Not.
d *Codice.*] id est digesto.
e *Multo vtilius*] no. et in auth. de referendarijs sac. pala. coll. 2. & in Auth. de tabellioni. post me coll. 4. & in decret. 23. dist. c. tales.

2 † Al. imponere.

1 † Al. accipere.

3 † Al. censibus.

perspeximus,* quod ad portandam tantæ sapientiæ molem nō sint idonei homines rudes, & quæ in primis legum vestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant, etiam aliam mediocrem eruditionē præparandam esse censuimus, vt sub ea colorati, & quasi primitijs omnium imbuti possint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniuentibus oculis aspicere. [1] †Et ideo Triboniano viro excelso, qui ad totius Sed opis gubernationem electus est, necnon Theophilo, & Dorotheo viris illustrib. & facundissimis antecessorib. accersitis mandauimus, quatenus libris, quos veteres cōposuerunt, qui prima legum argumenta continebant, & institutiones vocabātur, vndiq; separatim collectis, quicquid ex his vtile, & aptissimum, & vndiq; elimatum, & reb. quæ præsenti æuo in vsu vertuntur, consentaneum inueniatur: hoc & capere studeant, & in quatuor libris reponere, [2] & totius eruditionis prima fundamenta, atq; elementa ponere, quib. iuuenes suffulti possint grauiora, & perfectiora scita legum sustentare. Admonuimus aūt eos, vt memores ēt nostrarum sint constitutionum, quas pro emendatione iuris promulgauimus, & in confectione instōnum ēt eandē emendationē ponere non morentur, vt sit manifestū, & q̄ anteā vacillabat, & q̄ postea in stabilitatē redactum est. Quod opus ab his perfectum, vt nobis oblatū, & relatū est, & prono suscepimus animo, & nostris sensibus [3] †non indignum esse iudicauimus, & prędictos libros constitutionū vicē habere iussimus: quod in orōne nostra, quā eisdē libris præposuimus, apertius declaratur.

¶ Omni igitur Romani iuris dispositione composita, & in tribus voluminib. i. Institutionum, & Digestorum, seu Pandectarum, necnon Constitutionum perfecta, & tribus annis [a] consummata (quæ vt primum sperari cępit, neq; in totum decennium compleri sperabatur) omnipotenti Deo, & hanc operam ad hominum sustentationem pijs obtulimus animis: vberesq; gratias maximę Deitati reddidimus, quę nobis pręstitit, & bella fęliciter agere, & honesta pace potiri: & non tm̄ nostro, sed etiam omni æuo tam instanti, quàm posteriori leges optimas ponere.

¶ Omnibus itaque hominibus eandem sanctionem manifestam facere necessarium esse perspeximus, vt sit eis cognitum, quanta confusione, & infinite absoluti, in quantam moderationem, & legitimam veritatem peruenerint: legesq; in posterum habeant tam directas, quàm compendiosas, omnibusq; in promptu positas, & ad possidendi libros, earum facultatem idoneas, vt non mole diuitiarum expēsa possint homines superuacuæ legum multitudinis adipisci volumina, sed vilissima pecunia facilis eorum comparatio pateat, tam ditioribus, quàm tenuioribus minimo pretio magna prudentia reparandi.

¶ Si quid [b] aūt in tanta legū compositione, quę ab immēso librorum numero collecta est, simile forsitan raro inueniať, nemo hoc vituperandū existimet: sed primū quidē imbecillitati humanæ (quę naturaliter inest (hoc adscribat: q̄a omnium * hēre memoriā, & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis, q̄ mortalitatis est, q̄ & à maiorib. dictū est: deinde sciat, quod similitudo in quibusdā, & his breuissimis assumpta non inutilis est, & nec citra nostrū propositū hoc subsecutū. Aut. n. ita lex necessaria erat, vt diuersis titulis propter rerū cognationē applicare eā oporteret: [4] †aut cum fuerat alijs diuersis permista, impossibile erat eā per partes detrahi, [5] † ne ius totum confunderetur, & in his partibus in quib perfectissimę iussiones [6] † veterū expositæ fuerant, q̄ particulatim in eas fuerat sparsum, hoc diuidere, ac separare penitus erat inciuile: ne tam sensus, q̄ aures legentium ex hoc perturbarentur. Simileq; modo si qu id principalib. cōstitutionib. cautum est, hoc in Digestorū volumine poni nullo modo concessimus, quasi constōnum recitatione sufficiente: nisi & hoc raro ex ijsdem causis, ex quib. similitudo assumpta est.

* Concor. c. porrecta. cum glo. 2. ext. de consti. vti vel multi. vbi hec verba recitantur.

4 † Opportuerit.

5 † Destrahi.

6 † Visiones Fl. & rectè.

¶ Contrariū [c] aūt aliquid in hoc codice [d] positum nullum sibi locū vendicabit, nec inueniet, si quis subtili aīo diuersitatis rōnes excutiat: sed est aliquid nouū inuentū, vel occultè positū, q̄ dissonantiæ quærelā dissoluit, & aliā naturā inducit, discordię fines effugientē. Sed & si q̄d forsitan prætermissum est, q̄ in tantis millib. quasi in profundo positū latitabat, & cū idoneū fuerat poni, obscuritate inuolutū necessario derelictū est: quis hoc reprehēdere rectō aīo possit? Primo quidē propter ingenij mortalis exiguitatē: deinde propter ipsius rei vitiū, q̄d multis inutilib. permistū, nullā sui ad eruendū prębuit copiā: demū q̄ multo vtili[e] ē, pauca idonea [7] †. effundere, quā multis iutilib. homines pręgrauari.

7 † Effingere. Fl.

¶ Mirabile autem aliquid ex his libris emersit, q̄ multitudo antiqua præsente breuitate paucior inuenitur. Homines etenim, qui anteā lites agebant, licet multæ leges fuerant positæ, tm̄ ex paucis lites perferebant, vel propter inopiā librorum, quos comparere eis impossibile erat, vel propter ipsam inscitiam, & voluntate iudicum magis, quā legitima auctoritate lites dirimebantur. In præsenti autem consummatione nostrorum Digestorum ex tantis leges collectæ sunt voluminibus, quorum etiam nomina antiquiores homines non dicimus nesciebant, sed

nec

a *Sed quia diuina.*] no. hic auctoritatem.
b *Nuncupantur.*] supra l. j. rox. i. in fi. contra hoc dic, vt ibi.
c *Confusam.*] scilicet facerent.
d *Libri.*] Nota totum falsum ratione partis, sic ff. de furtis. l. vulgaris, §. quod si totum vas & ad Sillania. l. j. § si quis tabulas. Vel dic contra in instrumentis, vt inf. de tran. l. si ex falsis.

nec vnquam audiebãt. quæ omnia collecta sunt substãtia amplissima cõgregata, vt egena quidẽ antiqua multitudo inueniaẽ, opulẽtissima autẽ breuitas nostra efficiaẽ.

¶ Antiquæ aũt sapientiæ librorũ copiã maximè Tribonianus vir excellẽtissimus ꝑbuit: inquib. multi fuerãt, & ipsis eruditissimis hominib. incogniti, quib. omnibus ꝑlectis quicqd ex his pulcherrimũ erat, hoc semotũ in optimã nostram compositionẽ ꝑuenit. Sed huius operis cõditores nõ solũ ea volumina ꝑlegerũt, ex quib. leges positę sũt, sed ẽt alia multa, quæ istu nihil, vel vtile, vel nouũ in eis iueniẽtes, ꝙ excerptũ [1] † nostris digestis applicarent, optimo aĩo respuerunt.

1 Exceptum Fl.

¶ Sed qa diuinę [a] quidẽ res ꝑfectissimę sunt, humani verò iuris cõditio semper in infinitũ decurrit, & nihil est in ea, ꝙ ꝑpetuo stare possit, * (multas etenim formas edere natura nouas deproperat) nõ desperamus quędã postea emergi negotia, q̃ adhuc legũ laq̃is non sint innodata.

* Concor. cum adeo in glo. 1. circa fi. de confir. 2 hic hæc verba reclamantur.

¶ Si quid igiẽ tale cõtigerit, augustũ imploretur remediũ: quia iõ Imperialẽ fortunã reb. humanis Deus præposuit, vt possit oĩa, quæ nouiter contingunt, & emendare, & cõponere, & modis ac regulis cõpetẽtib. tradere, & hoc non primũ à nobis dictum est, sed ab antiqua descendit ꝓsapia, cũ & ipse Iulianus legũ, & edicti perpetui subtilissimus cõditor, suis libris hoc retulerit, vt si qd imperfectũ inueniatur, ab Imperiali sanctione hoc repleatur. Et hoc nõ ipse solus, sed & diuus Hadrianus in cõpositione edicti, & senatusconsulto quod eum secutum est, aptissimè definiuit, vt si quid in edicto positũ non inueniaẽ, hoc ad eius regulas, eiusq; ꝯiectura, & imitationes possit noua instruere [2] † auctoritas.

2 † al. constituere.

¶ Hæc igitur oĩa scientes (patres conscripti) & omnes orbis terrarũ homines, gratias quidem amplissimas agite summæ diuinitati, quæ nostris tẽporibus, tam saluberrimum opus seruauit. Quo enim antiquitas dignadiuino nõ est visa iudicio, hoc nostris tẽporibus indultum est.

¶ Has itaq; leges, & adorate, & obseruate, omnibus antiquiorib. quiescẽtib. nemoq; vestrũ audeat, vel cõparare eas priorib. vel quid dissonãs ĩ vtroq; est inqrere, q2 omne, qđ hic positũ est, hoc vnicũ, & solũ obseruari sancimus, nec in iudicio, nec in alio certamine, vbi leges necessariæ sunt, ex alijs libris nisi eijsdẽ Institutionib. nostrisq; Digestis, & Constitutionib. à nobis cõpositis, vel promulgatis, aliquid vel recitare, vel ostẽdere conetur, nisi temerator velit falsitatis crimini subiectus vna cũ iudice, qui ei audientiã accõmodauerit, pœnis grauissimis laborare.

¶ Ne aũt incognitum vobis sit, ex quib. veterũ libris hæc consummatio ordinata sit, iussimus, & hoc in primordij, Digestorum nostrorum inscribi, vt manifestum sit ex quib. legislatoribus quibusque libris eorum, & quot millibus hoc iustitiæ Romanæ templũ ędificatum est.

¶ Legislatores aũt, vel cõmẽtatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos anteriores pijssimi Principes admittere non sunt dedignati. [3] † oĩb. vno dignitatis apice ipartito, nec sibi quoquã aliquã ꝓgatiuã vindicãte. Cũ .n. constitutionũ vicẽ, & has leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdã esse intelligatur, cũ vna dignitas vna potestas oĩb. est indulta?

3 † Indignati. Fl.

¶ Hoc autem, quod ab initio vobis iustum visũ est, cum hoc opus fieri Deo annuente mandabamus, tempestiuum nobis esse videtur, & in ꝑsenti sancire, vt nemo nec eorũ, qui in præsenti iuris peritiam habent, nec qui postea fuerint, audeant commentarios ijsdem legibus annectere, nisi tantum, si velint eas in Græcam vocem trãsformare, sub eodem ordine, eademque consequentia, sub una voces Romanæ positæ sunt, hoc quod Græci κατὰ πόδας dicunt, vel si quid forsitan per titulorum subtilitates annotare maluerint, & ea, quæ παράτιτλα nuncupantur [b] cõponere. Alias autem legum interpretationes, immo magis peruersiones, eos iactare [4] † non concedimus, ne verbositas eorum aliquod legibus nostris afferat ex confusione dedecus, quod in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderate confectum, huc, atque illuc in diuersas sententias producentes, in infinitum detraxerunt, [5] † vt pene oẽm Roma. sanctionẽ esse confusam [c] cerneres, quod si non passi sumus, quemadmodũ posteritatis admittetur vana discordia: Si quid aũt tale facere ausi fuerint, ipsi quidẽ falsitatis rei constituantur, volumina autem eorum omnino corrumpãtur.

4 † al. tractare.

5 † Distraxerunt.

¶ Si quid vero (vt supra dictum est) ambiguum fuerit visum, hoc ad Imperiale culmen per iudices referatur, & ex auctoritate augusta manifestetur, cui soli leges condere, & interpretari concessum est. Eandem autem pœnam falsitatis cõstituimus, & aduersus eos, qui in posterũ leges nostras per signorum obscuritates ausi fuerint conscribere. Oĩa. n. idest, & nomina prudẽtum, & titulos, & librorum numeros per consequentiam literarum volumus non per signa manifestari, ita, vt qui talem librum sibi comparauerit, in quo signa posita sunt, in qualicunq; loco libri, vel voluminis, sciat inutilis se esse Codicis dñm, neq;. n. licentiã aperimus ex tali Codice in iudicio aliquid recitari, qui quacũq; sui parte signorũ habet malitiã ipse aũt librarius qui ea inscribere ausus fuerit, nõ solũ criminali pœna (scđm qđ dictũ est) plecteẽ, sed ẽt libri [d]

æstima-

a *Duodecimæ indictionis.*] sup. de Iustineo. confir. in fi contra. Sol. vt ibi.

DE IVRIS ET *facti ignoran.*

Quamuis prædictis iuribus quandoq. erretur & infra eod. de hac ponitur. Accu. Vel sic: Dictum est supra de legibus quod ab omnibus debent intelligi & sciri: sed quia in pa... tamen in causis sæpe prætenditur ignorantia, tamen iuris ... Vincentius ... Azon.

1 Ista glo sequitur Ias.

QVamuis. CASVS. Quidã miles ... suo côuetus, p̃p simplicitatẽ armatæ militiæ, (non milites caducatorum, qui quamuis sit milites, tenentur tamen iura scire) ignorantia iuris omisit suas exceptiones opponere: post sententiam latam, & iudicatam voluit ad eas redire, & eas proponere, quæritur, quid iuris? Respon. quod si aduersario nondũ sat. siceceit, potest vti exceptionibus sicut ante litem cont. Viuia.

Ex hoc tex. nor. dũ dicit, nondum satisfecerit, à contrario sẽsu, quod exceptio q̃ non excludunt per executionem sententiæ, &c. Bal.

2 Istũ sequitur Bart. Ias.

b *Ageres.*] o miles id est defenderes a sic ff. de eden. l. i. in principio. & de rei iud. l. ii. g... sic contra. l. i. Vel p̃ prætorsa, de rei ta. 3. quia qui excipit, agit, vt. ff. de except. l. i. nam reus in exceptione fit actor.

3 Nihil ẽ. Bar. & Ia.

c *Armatæ.*] Milites enim nostro, &c. vt inf. de iure deli. l. fin. in prin. Sed quid si rusticus? Respon. 4 licet, tamẽ dem. si non potuit consulere peritiores vt ff. de eo. l. regula, & nõ est, § sed iur. s aliud al. ja quia non vt info. sen. retcin. nõ subuenit posse. l. perem. rustico, nisi tas, ff. de bo. pos. l. fin. in bonorum, solue secundum illam, & distingue.

4 Placet Io. Fab. & Ful. dupli Bar. P. Ba. Sal. & tal. & rõ est, quia non subuenitur iure ex. in casib. a iure expressis per tex. in l. fi. inf. eo. tit.

d *Allegationes.*] id est exceptio. l. petem ptorias.

e *Permitto.*] ipso iure alij per restit. in integ.

f *Ex sententia.*] scilicet actione in facto, quæ desc. ndit ex snia, vt

æstimationem in duplum domino reddit, si ipse dominus ignorans talem librum, vel comparauerit: vel confici curauerit, quod & antea à nobis dispositum est constitutione, quam ad legum professores dimisimus.

¶ Leges autẽ nostras, quas in his codicibus, i. Institutionum, seu Elementorum, Digestorũ, seu Pandectarum posuimus, suum obtinere robur ex tertio nostro fœlicissimo sancimus consulatu præsentis duodecimæ [a] indictionis, tertio Kal. Ianuarius in omne æuũ valituras, & vna cũ nostris constitutionib. pollentes, & suũ vigorẽ in iudicijs ostendentes in omnib. causis, siue quæ postea emerserint, siue quæ in iudicijs adhuc pendent, nec eas iudicialis, vel amicabilis forma compescuit. Quæ. n. iã, vel iudiciali sententia finita sunt, vel amicabili sopita pacto, hæc resuscitari nullo volumus modo.

¶ Bene aũt properauimus in tertiũ nr̃um côsulatũ, & has leges edere: q̃a maximi Dei, & Dñi nostri Iesu Christi auxilium felicissimum çũum nostræ reipubli. donauit, cum in hoc & bella Partica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis accreuit. Post Europam enĩ, & Asiam, tota Libya nostro Imperio adiuncta est, & tanto operi legum caput impositũ, & o ia celestia dona nostro tertio côsultaui indulta.

¶ Omnes itaque iudices n̄ri, pro sua iurisdictione easdem leges suscipiãt: & tã in suis iudicijs, quã in hac regia vrbe habeant, & proponãt, & præcipue vir excelsus huius almæ vrbis p̃fectus. Curæ aũt erit tribus, excelsis præfectis prætorijs tã Orientalib. quã Illyricanis, necnon & Libycis, p̃ suas auctoritates omnibus, qui suæ iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. Dat. 17. Calen. Ia. Constantino. D. N. Iustin. præfect. præto. A. iij. Coss.

TITVLVS XXI.

De iuris & facti ignorantia.

Permittitur militi, qui exceptionem peremptoriam, per iuris ignorantiam ante sentẽtiam non abiecit, vt eam post sentẽtiã possit opponere. Bal. & Sal. Vel sic: Miles potest exceptionem peremptoriam quã per errorem iuris omisit opponere etiam post sententiam, quæ transit in rem iudicatam, & impedire executionem eius, si facta non est. Sed postquam esset facta, non posset uirtute priuilegii militaris propter hoc retractari, hoc dicit Pau. de Castr.

Imperat. Antonius A. Maximo militi.

LEX PRIMA.

QVamuis [*] cum causam tuam ageres, [b] ignorãtiã iuris propter simplicitatem [*] armatæ [c] militiæ allegationes [d] competentes omiseris, tamen si nondum satis fecisti, permitto [e] tibi, si cœperis ex sententia [f] conueniri, defensionibus tuis vti. [g] Dat. 2. Calen. Maij. duobus Asperis Coss. 215.

Renuncians hæreditati materne, eã postea non potest adire, licet prætendat iuris ignorantiam. Bal.

Imp. Gordianus A. Iuuenali.

LEX II.

CVm ignorantia iuris excusari facile non possit [h] si maior annis xxv. hæreditati matris tuæ renuntiasti, sera prece subueniri tibi desideras. [i] Dat. 13. Cal. Maij, Ariano, & Papo Coss. 244.

Lapsus temporis petendi bonorum possess. inducit tacitam, & irreuocabilem repudiationem, Bal. Vel sic: Ignorantia iuris non excusat in lucro seu quasi lucro captando h. d. Pau. de Cast. & Salic.

ff. de re. cre. l. actori.

g *Vti.*] iusta pro milite faciunt, quia miles, quia certat de dãno vitando, & quia reus. 5 Duo contra eum, scilicet text. iudicata, & iuris ignorantia. Item no. hic casum, vbi peremptoria post sententiam opponatur. Secũdus, ff. de re iud. l. Neleniaus, § fi. Tertius. ff. de fi. ieiul. l. si iessio tes, § item si. Quartus. ff. ad Mace. l. i. etsi non opposita. Quintus infra de p. cu. l. licet. Sextus, ff. de minor. l. minor. 25. an. d. missã. Alius, vt ff. sol. mat. l. ex ciuerlo. § si alius, vbicũque dico iudicĩ nullum fuisse, quia iudex incompetens, vel excommunicatus, 6 vt inf. a quando prouo nõ est. ne. per tot. & inf. si a nõ compe. per totum, licet improprie 7 dicatur exceptio hoc casu, & in falso procuratore, cum nullum sit iudicium, vt in d. l. licet alias, at præter istos casus post sentẽtiam opponi non potest, vt infra sent. re scin. non poss. l. peremptorias. De dilatorijs dic, vt inf. de probat. i exceptio.

5 Idem in milite actore, vt tenet Bar. hic.

6 Ista glo. est singularis sed est Ias. in La. sup. de sa. crosan. ec. cl. ad hoc q exceptio excõicationis potest opponi corã iudice seculari.

7 Glo sequitur hic Bal.

ADDITIO Dic, q idem est iudicũ de dilatorijs, sicut de perẽp. orijs, q cote sunt opponi post sẽtentiam diffinitiuã. F. & tal. hic.

a *Ista l. singul. s cum dicit circa fi. ibi permitto tibi, & secundum Bar. Pa. & Ia. hic. & sed. Bal. inf. si dat. sep. ad hoc q priuilegium istius legis competat militi ipso iure, & non per restitutionem in integr. Non idẽ in militia togata vix in. est, vt in aduocato, iuris ignorantia excusetur. vide l. 11. § 1 de ad. no. diuersi. iud.*

CVm ignorantia.] CASVS. Q. ...fecit talem quæstionem, materna mortua est, eius hæreditatem repudiaui, quã nunc vellẽ, nunquid ego eam petere possũ? Dicit imperator, quare repudiasti? Dicit ei, dominus, iuris ignorantia ductus? Resp. Imperator: sero venisti ad petendam illam hæreditatẽ, eo quod per ignorantiam iuris eam repudiasti. Viuia.

h *Non possit.*] sibi.

i *Desideras.*] immo videtur audiri, vt infra de repu. hæ. l. fin. quæ est contra. Sol. illic in paterna hæredi.

1 Imola. Bar. & P. & rō est: quia haec dictas paterna ma- gis debe- tur filio, quam ma- terna. Pa.
2 Sequitur eam B. & B. & Sali.
3 Ista cum sequest di- minutius. Bartol. & Paul.

reditate loquitur; hic in materna. hoc non placet, 1 quia & in materna videtur admitti post renunciationem, ff. ad Ter- tul. l. filij, §. primo, quae est contra. Solu. refert, an renunciet eo modo, vt in perpetuum eam non habeat, & vt hic, vt di- cat, non adeo, quia magis differt tunc argumentatio vnde li. l. fi. Vel hic praetereat 3 annus, intra quem per l. illam filii poterant adire, & l. deo dixit fera praec. Tu dic, quod hic ea- dem abstinuerat, ibi non arg. ff. de mi. l. quod si minor. §. Scaeuola. & ff. de suc. edi. l. 1. §. sed videndum, & l. de repu. haer. l. fin. & no- stra facere contra i- stum, quia maior: quia ius ignorauit, & quia de lucro certat.

S*I emancipata.* CASVS. Titius habebat filiam: quam emancipauerat, decessit intestatus: ista filia non petiit bo. pos. intra annum: voluit postea petere praetendens ignorantiam iuris: num. quid potest, dicitur, quod non. Viuia.

a *Si emancipata.*] secus si non emancipata, quia tunc intra triennium auditur: vt ff. de rep. haered. l. vlt. quae est contra, 4 immo hoc iure praetorio. Item no. quod ista faciunt contra istam, quia maior, qa de lucro certat, & qa in iure errauit.

4 Dic me- lius, quod ibi repudia- uit heredi tatem ex presse hic vero taci- te. Bart. & Paul.

b *Nullis rationibus.*] cum potuisti consulere peritiores, alias secus, vt ff. de bo. pos. in l. bonorum. Sed videtur, quod iuris ignorantia non obsit in damnis vitandis,

1 † *Al. rectorem.*

Imp. Philip. A. Marcello.

LEX III.

SI emancipata [a] à patre intra annum bonorum possessionem petere cessasti, praetendere iuris ignorantiam nullis rationib. [b] potes. D. 16. Cal. Iul. Peregrino, & Aemeliano Coss. 245.

Erronea diuisio, errore probata non officit diuidenti. Et praesumitur error, si ex post facto apparet rem aliter se habere. h. d. Bal. Vel sic: Diuisio facta per verum heredem, cum haerede putatiuo per ignorantiam iuris, vel facti, non praeiudicat uero haeredi probata veritate. Pau. de Castro.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. Iulianae.

LEX IIII.

SI post diuisionem factā [c] testamenti vitium in lucem emerserit, ex ijs, quae per ignorantiam confecta sunt, praeiudicium tibi [d] non comparabitur. [e] Ostende [f] igitur apud rectorem [1] † virum clarissimum amicum nostrum, testamentum, vel fide [g] veteri deficere, vel iuris ratione stare non posse, [h] vt infirmata scriptura, quae testamenti vice prolata est, solidam successionem, obtineas, [i] Dat. 8. Idus Iul. Diocletiano 4. & Maximiano 3. A A. Cos. 290.

Falsa confessio non immutat veritatem, ideo probata veritate non praeiudicat confitenti. Pau. de Castro.

Ijdem AA. & Cōstantius, & Maximianus Cęl. Martiali, al. Marcello.

LEX V.

CVm falsa [k] demonstratione mutari substantia veritatis minimè possit, respōdendo id, quod paternum [l] erat, ex maternis esse bonis, [*] nihil egisti. [m] Dat. prid. Cal. Ianua. Diocletiano V & Maximiano IIII. A A. Coss. 293.

Promissio pro parte indebita eatenus reuocatur, quatenus erratur, nisi ex causa transactionis interponatur, Bal. uel sic: promittens plus quam debeat per errorem, potest liberationem condicere. Pau. de Cast.

vt ff. de iur. & fact. igno. l. error. hoc autem est damnum, cū patris haereditas sit debita filiae vt infra de cod. l. l. fin. § per. Sed respon. non est debita. s. d quasi debita, vt infra de cu. fur. l. i. §. 1. & sic non est vere damnum. 5 Item admitti potest ex alio capite, puta, vt de cognat, quia tenuciatio 6 nocet tantum in illo, quod sibi tunc competebat, scilicet vnde liber, vt ff. de suc. edi. l. 1 §. sed videndum. Vel dic, quod perpetuo possit adire de iure ciuili, quia non repudiauit, vt infra de iur. deli. l. licet.

5 Glo. se- quuntur hic Bart. Bal. Paul. & Ias.
6 Tacita. Ias.

S*I post diuisionem.*] CASVS. Quidam facit talem quaestionem Imperatori. Decessit agnatus, vel cognatus meus, cuius successio ab intestato ad me pertinere debet, venit quidā, & attulit testamentum quoddam, dicens, quod insimul cum eo in eo testamento sui institutus haeres: feci cum eo extra ius diuisionem. modo apparebat falsum testamentum, vel minus solemne: quaero, quid iuris sit: dicitur, quod si credis te posse probare testamentum esse falsum, vel minus solemne, adeas rectorem prouinciae, & coram eo proba, quod si feceris: non obstabit diuisio, quin solidam recipias haereditatem. Viuia. Ex hac l. no. in ver. ostendit igitur, quod scriptura testamenti praesumitur vera. No. secundo, quod testamentum in dubio praesumitur solemne. Tertio not. quod asserenti negatiuam ad impugnationem scripturae incumbit onus probandi, secundum Bal. hic.

c *Factam.*] s. sine iudice.

d *Tibi.*] haeredi instituto in testamento non solemni cum quodam extraneo.

e *Comparabitur.*] quia habeat totum ab intestato.

f *Ostende igitur.*] ō fili.

g *Fide veri.* quia est falsum.

h *Non posse.* quia minus solemne. Et sic no. quod statut testamento, & praesumitur solemne, donec contra probetur.

i *Obtineas.*] contra est ff. fam. ercis. l. cum putatem, vbi post diuisionem nō retractatur diuisio, etiam si non fuerit cohaeres. Sol. 7 ibi cum iudice, hic sine iud. ce facta fuit diuisio, vt ibi in fin. Item con. inf. de test. l. non dubium, §. fin. Sol. vt ibi. Itē vt nullo modo repetit eo casu, cum fuit non solemne naturaliter enim erat debitum, quod solutū per ignorantiam iuris non repetitur, vt inf. cod. l. cum quis. Rñ. 8 secundum quosdam extraneis naturaliter debentur legata ex non solem ni voluntate, non āt heredes inter se tali obligatione tenētur, quod non placet. 9 quia sicut cum solēne est, obligantur inter se ciuiliter, & naturaliter: sic cum est non solemne, debent naturaliter obligari, vt video ex stipulatione ex qua, vbi est, solemnis, nascitur ciuilis, & naturalis obligatio vbi 10 vero nō solemnis, naturalis tm. Dic ergo, quod hic fuit error facti, non iuris 11 credebat n. testamē hēre septem sigillacū non haberet nisi sex, & forte oste debatur ei, ac si esset septē & sic ex probabili ignorantia facti solutum repetetur, vt ff. ad Maced. l. si. Sed qua actione repetit? Respond. 12 illam medietatem mediatatis, quam dedit eis credens esse accipientis, rei vendicatio cum errans dominium non mutauit, vt ff. de condi. cau. dat. l. dedi. § pen. alias per condi. indeb. vel sine causa, vt ff. de condict. sine cau. l. prima. Sed Pet. 13 dicebat hunc non tradid. sic, & ideo dicit, obtineas. l. tu filius, id est retineas secundum eum.

7 Istā so- lutionem sequitur. Bar. Bald. Pau. & Ias.

8 Istā etiā sequūtur. Bar. Bald. Paul. & Ias.
9 Et ma- lè Bar.
* *Hinc simplex recognitio in Feudū, uel emphyteusim, licet non semper disponat, tamen inducit probationē. ne dū quoad illū actū, vel praeteritum solutionem. sed & in futurū, donec contrariū probetur. Dec. Goth.*
10 Nihil est. P. hic.
11 Immo dic, quod de vtroq; errore intelligitur Ba. Bal. Paul. Sal. & Ias.
12 Ista sol. est bona secundū praedictos.
13 Ista opinio non placet hic scribētib.

C*Vm falsa.*] CASVS. Sempronius conueniebatur actione hypothecaria pro domo quodam paterna, quasi domus esset materna, quaerit creditor ab eo vtrum domus esset paterna, qui conuenit eum pro ista domo hypothecaria actione: dicit ei Sempronius, non est domus de bonis paternis, sed maternis, ecce instrumentum, per quod apparet, quod fuerit de bonis maternis: non paternis, modo quaeritur, vtrum sua confessio possit ei nocere? & dicit Imperator, quod nihil ei nocebit, si facta fuit extra iudicium cum falsa sit. Viuianus.

14 Idem dic in actione personali ex testō. Ias.
15 Istā gl. sequūtur. Bar. Paul. & Ias. hic.
16 Solue secundum Bar. hic quia ibi loquitur in confessione liberationis quod sola voluntate pōt induci.

k *Cum falsa.* Hypothecaria 14 conueniebatur filius in bonis maternis, & erat hęres patris, & matris.

l *Id quod paternum.* siue in facto errando, quia credebat matrem emisse, quod pater emerat; siue in iure, quia credebat donationem a patre, in matrem vxorem factam tenuisse, & hoc si extra ius. Si autem in iure, error iuris non excusat, sed facti sic, vt ff. de confessis l. non fatetur.

m *Nih. l egisti.* quo ad dominium perdendum, vel mutandum, in quo sola voluntas 15 non sufficit. Sed in possessione sic, vt ff. de acq. poss. l. si quis vi. §. differentia. Sed arg. contra, l. istam. ff. de pact. tale, in prin. 16

Si

Si non transactionis.] CASUS. Quidam Titius quaesiuit ab Imperatore, dominus Archonticus mortuus est, qui fecit me sibi promittere certam quantitatem olei, quia credebat me esse suum debitorem maiori quantitate, quàm essem, puta debebam 30. & promisi per stipulationem cent. quaeritur, vtrum possum istam obligationem condicere in eo, quod plus est? & dicit Imperator, quod si hoc non fecisti ex causa transactionis, tunc bene poteris condicere, soluto prius, quod debes. Viuia.

Iidem AA. & CC. Tauro & Pollioni.

LEX VI.

SI non transactionis[a] causa, sed indebitam errore[b] facti olei materiam vos Archontico[c] stipulanti dare spopondisse rector prouinciae animaduerterit, reddito[d] quod debetis residui[e] liberationem condicentes[f] audiet. Dat. 5. Cal. Maii. CC. Coss. 294.

Erronea confessio, cum erretur in facto, potest vsq; ad sententiã reuocari, sed post rẽ decisam est irreuocabilis.

Iidem AA. & CC. Zoz.

LEX VII.

ERror[g] [1] † facti,[h] necdum finito[i] negotio, nemini nocet.[k] Nam causa decisa[l] velamento tali[m] non instauratur. Dat. 2. Non. Iul. CC. 3. Coss. 300.

Erronea confessio non facit valere testamentum inualidum, nec ei imponit vires, nec etiam valet per seipsum, vt disponat in aliquo effectu. Bal. Vel sic: Erronea cõfessio super viribus testamenti non praeiudicat cõfitenti. Vel sic: Verba enunciatiua per errorẽ emissa, siue principaliter propter se siue propter aliud, dispositionẽ nõ inducunt, etiam fauore libertatis. h. d. ista lex cum seq. Pau. de Cast.

Idẽ AA. & CC. Dionysiae.

LEX VIII.

CVm testamentum[n] nullo iure constiterit, ex eius, qui [2] † ab intestato successit, professione sola, velut ex testamento liberos per errorem profitentis, orcini,[o] *

1 Et bene latum.

a *Si non transactionis.* tunc: enim secus, vt infra de condic. indeb. l. 2.

b *Errore facti.* Jn idem fit iuris quidam non, vt hic. Sed nos contra, cum non debeat nocere in dãno vitando, vt ff. de iu. & fac. igno. l. error. in fi. Et dic, quod ciuiliter, & naturaliter indebitum, vel naturaliter tantum, secus si est naturaliter debitum: nam tunc solutum non repetitur, vt ff. de cond. indeb. l. si deicommissum. infra eo. l. cum quis.

2 † Concor. glo. 1. post prin. in e. si quis, & ante, de rescri.

c *Archontico.* illi foeneratori: proprium nomen est.

d *Reddito.* scilicet, tu debitor, scilicet, soluto. leg. fin. C. ne fisc. infra.

e *Residui.*] debebat enim quinquaginta cados olei, & promisit centum.

f *Condicentes.* per condi. sine causa, vt ff. de cond. sine cau. l. qui sine.

ERror.] Habet duas partes. In prima parte loquitur de tempore ante sententiam. In secunda parte, de tempore post sententiam, vel alio modo rem decisam. Secunda ibi Nam causa Bal. CASUS. Dicit Imperator, quod si aliquis fuit confessus aliquid in iudicio per errorem facti, quod non erat verum: post istam confessionem potest reuocare, quod verum est ante sententiam, si autem sententia lata fuerit, non poterit. Viuia.

2 Et bene Paul.

3 Nihil ẽ, imo dic, qđ ibi confessio fuit erronea circa praeparatoria iudicii, quae non sunt tanti praeiudicij circa decisionẽ causae, P & Sal. hic.

4 Istud nihil est dicere, imo sic, qđ mulier renunciare potest legio, quo non iuuat masculus. Paul.

g *Error.*] Lex ista potest intelligi, & in errore, qui interuenit circa confessionem factam in iudicio, & in eo, qui interuenit in ea, quae facta est extra iudicium. In eo, qui fit extra iudicium, vt sup. eo. l. cum falsa, nam ibi nocet negotio non finito sed eo finito, vel per transactionem, vel per sententiam postea subsecutam, sic sup. l. prox. Est tamen differentia: quia dum confessus est extra iudicium, potest retractare, nec praesumitur ita esse: licet Io. contra 2. sed cum iudicio confitetur praesumitur ita esse, nisi contra probetur, vt inf. de erro. aduo. l. 2. Sed ad istam primam regulam sunt signata contraria in primis ff. de inter. ac. l. de aetate. §. vlt. Sed non obst quia ibi loquitur, quãdo dixit ex certa scientia: 3 tunc. enim ita demum licet ei poenitere, si nulla captio sit actoris, & si est captio, poenitet ante litem conte. Item signatur contra. ff. de confes. l. si is cum quo. Sed ibi dicit, quod fuit confessus ex certa scientia. Vel est ibi speciale: quia videtur confiteri quasi ex transactione, cum conueniat bauractione, quae crescit per inficiationem. Item cõtra dicit. ff. de Vell. l. si mulier in iure, vbi dicit iuuari mulierẽ errantẽ Sc natusc. Vell. Sed resolui non 4. negat per hoc, quia & huius leg. auxilium posset habere. Vel dic, qđ ibi, vbi dicit, existimauit se haeredem, & credebat suum creditorem, postea repent, quod non erat, inuentus tuterc. Iussisse, subuenitur quidem ei. Vel dic, quòd Iam erat contra ipsam lata sententia, post quam auxilium Velle. competit. Ad hoc est signatum aliud contrarium, inf. de li. cau. l. iubemus. Sed illud est verum quo ad praesumptionem, non tamen nocet, si probetur contrarium. Ista tamen regula fallit in casu inf. arbit. tut. l. vlt. post princ. Item not. quod dicit Pe. secus esse in errore aduocati, qui non reuocatur nisi intra triduum, vt inf. a de error. aduo. l. fin. & inducit rationem, quia melius quis errorem alienum, quàm suum corrigere potest, vt patet in ludo de schacis, nam melius videt, qui ibi assistit, quàm lusor. sed nostri praeceptores intelligunt aliter l. istam vt ibi, & dicam infra de si insti. l. 4. & ff. de don. l. 3. & ff. de noxa libus l. electio. §. neque.

h *Facti.* pone casum. ff. famil. ercis. l. cum putarem. Item in qualibet exceptione etiã dilatoria, quae omissae per errorem facti possunt opponi etiam post lit. contesta. etiam in indebito soluto.

i *Finito.* transactione, vel sententia, vt iureiurando.

k *Nocet.*] nisi probetur contrarium.

3 † Qua.

l *Decisa.* per sententiam.

m *Tali.*] i. error facti, sed contra inf de errore calculi. l. pri. ibi. Item contra. 5. inf de reb. cred. l. fi. & si ex falsis instr. per totum, & de se iud. l. diuos, & de iureiur. l. admonendi. Sol. 6 in his omnib. dolus est admissus ab aduersario, qui non debet ei patrocinari, vt inf. de leg. l. si legatarius, & ff. de dolo. si legatarius. Item contra inf. si aduer. rem iud. l. 2. Sed illud ratione aetatis, non erroris. Item contra inf. de fur. l. fi. §. si autem nescius, sed dic, 7 quod ibi non restauretur aduersus eundem, sed aduersus alium, scilicet furem. Item contra. ff. de confes. l. si is cum quo, quia ibi error ante sententiam praeiudicat, & tamen est error facti. Solut. ibi in facto proprio errauit, hic in alieno, quod quidem licet, vt ff. pro suo. l. fin. in fi. Item contra. ff. quando act. de peculio est an. l. 2. Sol. ibi erat communis error, sicque probabilis, vt ff. ad Maced. l. 3. & ff. de offi. praeto. l. Barbatius. Vel ibi falso ex certa scientia aduersarius aliquid allegauit, sic. ff. de iud. l. si praetor. §. Marcellus, & sic soluitur. ff. de instit. l. habebat, in princip. Vel ibi in l. habebat, post sententiam non agit ex ea causa, qua prius egit. sed ex alia. Item quod dicit, errorem facti non nocere, est verum maxime alieni, nec etiam facti sui nocet in iudicio, vt argum. d. pro suo. l. fi. & ff. de confes. l. non fatetur, & de hoc dixi plenè. ff. eo. l. regula. in princ.

* Orthini legendũ prima, imò concor. vt tat. Alc li. praetermis. 1. vt signisicantur q. q directam libertatem acceperint à Graeca dictione orthos.

5 Gl. sequitur Bart. Bal. & Sa.

3 Istã sol. sequit. B.

7 Istã glo. vsque ad finem sequitur Bart. Pa. & Sal.

CVm testamentum.] CASUS. Quidam condidit testamentum minus solemne, in quo libertatem seruis suis reliquit, & quandam, quae poterat sibi succedere ab intestato, haeredem instituit. ista mulier instituta non adiji ex testamento, cum potuit ab intestato succedere: quadam die vocauit istos, quib. erat relicta libertas in testamento, suos libertos, cum tamen in veritate non essent liberi: quia testamentum non erat solemne modo quaeritur, vtrum per istam confessionem mulieris liberi sint illi? & dicitur, quod neque orcini, neq; liberti mulieris erunt, quia errantis nullus est consensus. & dicuntur orcini, quia directa erat eis relicta libertas ab eo, qui tendebat ad orcum. Viuia.

n *Cum testamentum.*] in quo erat institutus agnatus, qui ab intestato erat successurus.

o *Orcini.*] i. directo iussi esse liberi, vt insti. de sin. te. per si. te. §. libertas, vers. at si qui. ab orthos, quod est rectum.

Vel

Vel dicuntur ab orco, quia manumittuntur ab eis, qui tendunt ad orcum, vel ad mortem.

a *Ipsius.*] qui successit ab intestato.

b *Iudicium*] idest voluntas.

c *Non potuerunt.* immo videtur, quod errantis hæredis voluntas ei præiudicet, ff. ad leg. fal. l. 1. § si legatarius, vbi errantis volũtas tollit hæredi Interdictũ quorum legatorum, sed ibi ratione possessionis præiudicat, 1 hic verò in proprietate, vel dic, vt ibi no. Itẽ no quod 1. glossauit hic, cum ex ignorantia deficit, id, qđ fieret a sciẽte, vt hic fuit pactum, aliàs delictum, quod expone hic enim deficit libertas propter ignorantiam, quæ valeret si esset sciens, & qđ subiicit h. e. pactum, s. tacitum dãdæ libertatis. Item quod subiicit, alias delictũ. s. deficit ratione ignorantiæ, vt infra ad l. Corn. de sica. l. 1 & sic ponitur vt i. sicut Vel dic, 3 quæ à sciente fiat. q. d. idẽ esset à sciente nõ siue tacitum pactum, vt hic. siue expressum pactũ inter dominũ, & seruum de libertate dãda in futurum, non valet, 4 vt infra, de transf. l. interpositas, & infra, de col. dete. l. 1. sed nec modo datur. nam hęc verba non sunt dandæ libertatis, vt infra, de test. mi. l. ex his verbis, sed potest responderi, quod aliud hic, quam ibi, quia hic naturaliter erat debita libertas ex voluntate testatoris, sed ibi nullo iure. Præterea quia subiicit, alias delictum, exponunt 5 quidam, & alio modo, i. aliud est in delicto, quia valet libertas, & da exemplum inf. si man. ita fuerit alien. vel alias delictum. i. aliud est, si quis scienter delinquat, vel alias delictum. i. aliud est, si quis iuris ignorantia fatetur se deliquisse, vt ff. de confes. l. non fatetur, prima placet.

1 Gl. sequitur Bart. Bal. Pau. Ias.

2 Et bene Bart.

3 Et malè Bar.

4 Hec reiicitur in c. vlt. in gl. 5. extra de coniug. seruo. vbi vide concordantias.

* Nocet ei tamen tamen vtrisque.

4 Nisi præcedat obligatio naturalis, Bar.

5 Et malè Bal.

vel priori liberti, si non ipsius[a] accesserit iudicium[b] (cũ errantis voluntas nulla sit) effici non potuerunt.[c] Dat. 5. Cal. Septẽ. CC. 4. Coss. 302.

Qui recipit aliquid tanquã à tali, non intelligitur consitere eum talem esse, si appareat errasse per contrariorum terminorum veritatem, Bald. Vel sic: Verba enunciatiua per errorem in contractu, vel quasi emissa non disponunt, hoc dicit, Sal.

Ijdem AA. & CC. Caio, & Antemio.

LEX IX.

NOn idcirco minus, quæ à vobis[d] velut à liberis debitã accepisse pecuniã Sanius dicitur, (cum nullus sit errantis * consensus[e]) mouere status * quæstionem prohibentur eius hæredes. Dat. 6. Idus Decemb. Coss. 305.

Debitum naturaliter, tantum, indebitum ciuiliter, solutum tamen per ignorantiam iuris nõ repetitur, sed per ignorantiam facti repetitio conceditur, hoc dicit secundum intellectum gl. Bal. Vel sic: Indebitum ciuiliter tantum facti errore non iuris solutum repetitur. Salic.

Non potuerunt remanebunt ergo serui.

NOn idcirco.] CASVS. Seius plures seruos habebat, ab illis seruis, vt à liberis recepit quandam summam pecuniæ, & factum est publicum instrumentum inter dominũ, & seruos suos super hoc, vocat postea illos seruos suos, qui dicunt ei. domine de cætero non potes nos vocare seruos, quia fecisti pactum, & instrumentum nobiscum, sicut cum liberis, quæritur quid iuris sit. Dicitur, quod nihilominus possunt mouere eis quæstionem etiam hæredes mei, cum errantis nullus sit consensus. Viuia.

d *A Vobis* scilicet, libertis.

e *Consensus.* vt ff. de iur. om. iu. l. si per errorem, & de iu. l. 2. in prin. & inf. lo. l. ad probationem, sed quid si hic fuit sciẽs? Resp. idem, 6 licet quidam contradicant.

6 Gl. sequitur Barto. Bal. Ias.

CVm quis. Textus iste primo ponit dictum. Secundo ponit quandã distinctionem bimembrem. Secundo ibi per ignorantiam. Bal.

CASVS. Meuius quandam quantitatem, quæ fuit debita naturaliter, indebita vero ciuiliter, puta mihi in testamento minus solemni, soluit errando in iure, vult ipse legata repetere, vt indebita, quæritur, an habeat ipse repetitionem? Dicitur, quod non; quia in iure errauit, secus, si in facto fuisset erratum. Viuia. Not. ex hac l. duo necessaria. Primum est, quod error iuris non potest prodesse circa repetitionem debiti naturalis tantum. Secundum est, quòd error facti prodest circa repetitionem debiti naturalis, & sic non dabitur retentio, non obstante, quòd sit naturaliter debitum de hoc no. ff. de cond. indeb. l. interdum, & l. cum 1, § 1. Bal.

Ijdem AA. & CC. Araphiũ, aliàs Amphlæ.

LEX X.

CVm quis [f] ius ignorãs * indebitam pecuniã soluerit cessat repetitio. Per ignorantiam enim facti repetitionem tantum indebiti soluti competere tibi notum est, Dat. 5. Calend. Ianuar. CC. Coss. 306.

Mulieribus non succurritur propter ignorantiam iuris in lucris capitandis, sicut nec masculis, nisi ratione minoris ætatis: quo casu tam mulieribus quam masculis succurritur per beneficium restitutionis. Paul. de Cast.

f *Cum quis.* Pone casum in indebito ciuiliter, sed naturaliter debito, vt infra ad l. Falc. l. error. Vel dic in voluntate non solenni credebat hæres debere legata, & distingue, quia aut est ciuiliter indebitum, sed naturaliter debitum & tũc solutũ per ignorantiam facti repetitur, iuris non, vt hic, & d. l. error. & ff. de cond. indeb. l. si deicommissum, & ff. ad Maced. l. fi. fallit in muliere, & in minore, qui repetunt etiam per ignorantiã iuris solutum tale indebitũ, vt ff. ad Vell. l. quamuis § interdũ & ff. de condic. inde. l. interdum, sed Pet. dixit, 7 in tali indebito soluto siue per errorem, facti siue iuris non repeti, & dicebat speciale in l. Falcid. & muliere, & minore. Item econtra si debitum est iure ciuili, sed naturaliter indebitum, solutum per errorem iuris, vel facti repetitur, vt ff. de cond. ind. l. si nõ sortem, § indebitum & § adeo fallit. insti. de ob. quæ ex quasi con. § fi. & ff de cond. indeb. l. in summa, in prin. & ff. man. l. si fideiussor 1. § in omnibus. Item si est indebitum vtroq; iure, siue errore facti, siue iuris ignorantia solutum repetitur vt per tot. ti. de cond ind. C. & ff. sed fallit in casibus quos modo in superiori casu notaui. Si autem est vtroque iure debitum, sed ope exceptionis indebitum, si quidem est dilatoria, debitum solutum per errorem facti repetitur, secus si iuris, vt ff. de cond. indeb. l. in diem, & ff. mand. l. fideiussor, § quamuis, vel secundum 8 Azonem vtrobique, vt ff. man. l. fideiussor § quamuis Si autem perpetua, si quidem fauorabilis, vt Velle. solutum siue iuris, siue facti errore repetitur Si vero odiosa, vt Mace. solutum per ignorantiam iuris non repetitur, vt ff. de cond. inde. l. qui exceptionem. in principio. sed per facti errorem probabilem repetitur, vt ff. ad Macęd. l. fi. Si vero dubitetur, sit perpetua, vel dilatoria exceptio solutum, siue iuris, siue facti errore repetitur, vt ff. de cond. indeb. sufficit. Quocunque casu dixi solutum repeti, ibi ex certa scientia solutum non repetitur, vt ff. de condict. ind. l. 1. Idem si est tutus exceptione, quæ sit inducta ad rigorẽ iuris conseruandum, & soluat, nullo modo repetit, vt ff. de condict. inde l. Iulianus. & infra de condic. ind. l. 1. Item opponitur in casu huius l. Nonne est tutus fauorabili exceptione hæres? ergo solutum repetitur per prædictam l. qui exceptionem. Sed respondetur, non dicitur hæres habere exceptionem, cum legatarii nullam habeant actionem ex non solemni voluntate. Item & si est solemnis, & excedunt legata dodrantem, ipso iure remanet in bonis hæredis quarta vt infra ad l. Falc. pen. & ff. ad l. Fal. l. Plautius. vnde non dicitur habere actionem legatarius, sic ergo nec hæres exceptionem. Sed in minore 9 dic, vt infra si aduersus creditores, l. 1. & hæc omnia intellige in maiore.

Indebitũ per errorẽ solutum an possit repeti.

** De materia huius legis & generaliter de repetitione indebiti vide gl. i. c. vlt. de sal. quæ ponit plenam distinctionem in hac materia.*

7 Et malè Sal.

8 Et malè Salt.

9 Gloss. sequuntur Bar. Bald. Pau. Sal. & Ias.

Quamuis.

QVamuis. CASVS. Mulier quædam errans in iure, quia omisit petere bo. pos. erat minor, vult modo petere cõsulit dominum Imperatorem, qui dicit ei: quare non petisti? Illa respondet, credebam cursum temporis mihi non nocere dicit ei Imperator, non potes petere, quia in iure errasti illa dicit quod minor est 25. ann. dicit ei Imperator: si hoc est, ratione ætatis bñ petere potes. Viu. No. ex hoc tex. q magis subuenitur imbecillitati ætatis, quam sexus, licet aliquando æquiparentur, l. 1. in fi. ff. de eden. fa. hic.

a *Quamuis*. Pone casum, v supra eod. l. si emancipata.

b *Imperfectam*] quia est minor, & sic restituitur, vt ff de minori. l. ait prætor, §. vlt.

Aliud in dãno l. 9 supra eod. l. 8. 9. ff eod. 6. inf. qui admi. l. vlt ff. de reg. iur. Vide Cuia. 14. obseru. 15.

Imp. Constãtinus A. Agneti Vicar. Præfect.

LEX XI.

QVamuis [a] in lucro * nec fœminis ius ignorantibus subueniri soleat, attamen contra ætatem adhuc imperfectam [b] locum hæc non habere retro Principum statuta declarant. Dat. 3. Cal. Maij Gallicano, & Symmacho Coss. 330.

Nemo potest dissimulare se leges nescire. Bal.

Imperat. Valent. Theo. & Arcad. AAA. Flauiano P. F. Illy. & Ital. P.

LEX XII.

COnstitutiones [c] Principũ nec ignorare * quẽquam, nec dissimulare [d] permittimus. Dat. 3. Calen. Iun. Titiano, & Symmacho Coss. 391.

COnstitutiones.] CASVS. Hac l. cauetur, quod nulli permissum ignorare vel dissimulare constitutiones Imperatorum, & dicitur ille simulare, qui non scit eas, & dissimulare, qui scit, & se nescire dicit Viuia.

Præsertim in delictis. Vide Clar. 5 sent. §. vlt. q. 60.

c *Constitutiones.*] Aliud est in aliis legib. secundum quosdam quod non placet loco vt sup. tit. 1. l. 1. in fi. 2. col. & sup. de legi. & con. l. leges sacratissimæ, & facit in authen. vt fa. no. con. col. 5.

d *Dissimulares.*] Qd non est simulo, dissimuloq; quod est, vt ff de concus. l. 1.

Mulieribus non subuenitur propter ignorantiam iuris altra, quam masculis, nisi in casibus à iure expressis, hoc dicit secundum Bart. & Pa. de Cast.

Impp. Leo, & Anthemius AA. Erythrio, PP.

LEX XIII.

NE passim [e] liceat mulieribus, omnes suos contractus retractare in his, quæ prætermiserint, vel ignorauerint, statuimus, si per ignorãtiã iuris damnũ aliquod circa ius, vel substantiã suã patiantur, in ijs tantũ casibus, in quib. præteritarum legũ authoritas [f] eis suffragatur, subueniri. Dat. Cal. Iul. Martiano, & Zenone. Coss. 469.

NE passim.] CASVS. Quia mulieribus succurritur quãdoq; credet aliquis, quod indistincte succurratur ita, vt liceret eis contra pacta sua venire passim & indistincte, hoc remouet, & dic, vt in lit. tera. Viu.

Mulieribus multæ leges subueniunt.

Nota hic, quod statuta generaliter, & indefinitè condita ligãt mulieres, sicut masculos, nisi specialiter excipiantur, sm Ia. hic.

e *Ne passim.* i. scil. indistincte.

f *Authoritas.* Sunt enim quædam leges, quæ specialiter prouident eis, vt in intercessione, vt inf. ad Vel. l. si tine. in secundo respon. Item, vt ab incestus crimine excusentur, si lo la iuris nostri obseruantia deficit, vt ff de adul. l. si adulterium, §. 1. Item in satisdatione iudicio sisti recepta minus idonea, vt ff qui satisd. cog. l. de die, § minori. Item cum indebitum soluunt, vt exonerentur probatione, vt ff. de prob. l. cum de inde, § 1. Item si cautiones, vel orationes in iudicio non edunt, vt ff. de eden. l. 1. § vlt. Item cum stipulantur dotem, nouando de bono debitore ad inopem, vt ff. solut. mat. l. si cum dotem §. si mulier. Item cum legatum sibi ad scribunt dictante marito, vt ff. ad l. Corn. de falsis, l. diuus Claudius § 1. item in filio. Item vt ff. ad Turpil. l. 1. §. accusationem, in fi. & l. mulier. Item intra de fal. mo. l. 1. §. viduas. Item ff. de iure fisc. l. 2. in fi. Sed nonne regulariter etiam maribus iuris ignorantia non nocet in damno vitando, vt ff. eod l. error. in fi. sic ergo fœminæ deterioris conditionis esse videntur, cum certis casibus eis subueniatur, sed maribus semper. Sed certè 1 dic, dicit illis casibus eas iuuari, quibus & mares, & eo amplius in prædictis, in quibus non iuuarentur mares, vnde dic, quod in prædictis mulieres iuuantur vltra mares.

Ignorãtia iuris non nocet in dãno vitando.

1 Glos. sequitur hic Bar. Paul. & Ias.

TITVLVS XXII.

De precibus Imperatori offerendis, & de quib reb. supplicare liceat, & vbi. [1] †

DE PRECIBVS Imper. off. & c.

Dixit de iure, quod consistit in sacris, & sacerdotibus nũc de eo quod in magistratibus & primo 2 de Principe, præmittend quib. & qualiter adeatur. Vel sic: Post tractatũ diuinorũ sacrorũ, eorũ demũ, ministrorũ tractionimus supra de humanis sacris, idest de legib. vnde consequens est, vt videamus de mostris humanorum sacrorum, idest legum, quarum quodammodo Imperator caput est, & minister. de Imperatore audiamus. Et quia ipse non temere, sed per preces est adeũdus, videamus de precibus ei offerendis, & de quibus rebus liceat ei porrigere preces Azon.

2 Sequatur gl. Bar. Bal. & Sal.

1 † Liceat vel non.

Laudabilis fidei exemplũ & atrocitas criminis faciunt inhabilem probabili reputari ad impetrandum, & etiam ad prosequendum impetrata. Bald. Vel sic: Seruus, qui ad supplicandum regulariter nõ admittitur, pro laudabili exẽplo, & atroci delicto in persona domini commisso auditur. Salic.

Imperat. Diocletianus, & Max. Firminæ.

LEX PRIMA.

Transactio facta per Aquilianam stipulatonem, & acceptilationem perimit omnem actum, & perimit ipso iure. secus si non interueniat Aquiliana stipulatio, & acceptilatio: quia tunc perimit ipso iure, sed ope exceptionis. h. d. Bald. Vel sic: Si transactio fiat per acceptilationem, præcedente Aquiliana stipulatione, non potest actor ad pristinam etiam realem redire, licet reus transactionem non obseruet. h. d. Alexand.

Iidem AA. Pontio.

LEX XV.

VT responsum congruum accipere possis, [k] insere pacti exemplum. ita enim intelligemus, vtrum sola conuentio fuerit, an etiam Aquiliana stipulatio, necnon & acceptilatio secuta fuerit: [l] quæ si subdita esse illuxerit, [m] nullam aduersariæ tuæ petitionem hæreditatis, vel in rem [n] specialem competere, palam [o] fiet. [2] † PP. 15. Calen. Aug. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

Legitima transactio rescripto principis non tollitur. h. d. Alex. Bald. & Salic.

Iidem AA. & CC. Cæcilio.

LEX XVI.

CAusas, [o] vel lites tran-

S *I diuersa.*] CASVS. Si me ad fundum conueniisti, & transegisti, vt mihi fundum cederes, & tu dicas eam sequi me à pacto transactionis discedere possimus, quæritur? & respondetur sic, dummodo hoc fiat de vtriusque consensu, & actione pristina agere potest

a. sua mihi pecunia, quam dedi nomine transactionis. Viuianus.
d *Si diuersa pars.*] id est actor.
e *Contra placitum.*] scilicet transactionis.
f *Refusa.*] id est restituta.
g *Pecunia.*] Transactionis nomine data per reum ipsi actori. & dic condictionem indebiti competere ad hanc pecuniam repetendam, vt ff. de condic. indeb. l. eleganter, §. respon.
h *Tu.*] scilicet reus.
i *Agi.*] vt & ff. de solut. l. pupilli, §. primo. Sed nunquid ipso iure non obstante prima transactione? Respon. non vt ff. de pact. l. si vnus, §. pactus. & dixi supra titu. primo, l. pactum nouissime. Item quid, si sublata erat prior actio per acceptilationem, & Aquilianam stipulationem? Respond. idem videtur esse dicendum, quod agatur veteri, vt inf. ead. l. vlt. Sed argum. contra, ff. de pactis, l. si vnus, §. sed si pactum. Sed forte dabitur ei prior actio vtilis ex æquitate, vt argum. infra si aduersus trans. l. primo & secunda. Item quare secus in sententia, vbi etiam latã per partium consensum secunda non valet, vt infra quando prouoc. non est necess. nisi cum esset dubium an esset indicatum, & super hoc iudicaretur, vt ff. quæ sent. sine appell. rescind. l. prima? Respond. quia fit ex consensu transactio, & ideo contrario consensu tollitur, vt ff. de reg. iuris, l. nihil tam naturale. sed iudicium in inuitum redditur, vt ff. de verbo. obligat. l. inter stipulantem, §. 1.

Sententia secunda etiam de partium consensu non valet.

V *T responsum.*] CASVS. Quærebas à principe, an mulier te pro dote conueniens, & tecum transigens, venire possit contra transactionem. & respond. declarare debes, an facta fuit simpliciter transactio: quo casu ei agenti actione pristina, obstabit excep. transactionis. an fuit sublata per acceptilationem interpositam Aquil. stipulat. quo casu nullam habebit aduersus te actionem, neque vniuersalem, hæred. pet. neque singularem, vt rei vendi. Viuia.
k *Possis.*] tu qui simpliciter quæris, an possit aduersaria tua contra transactionem venire. Et no. quod benignè docet Imperator supplicantem qualiter proponat, vt sup. de precibus Imper. offer. l. si. Durius autem respondet alibi Iurisconsultus, vt ff. de testa. l. Domitius.
l *Fuerit.*] his enim duobus modis fit, vt ff. eod. l. 2.
m *Illuxerit.*] id est apparuerit.
n *Vel in rem.*] sed quo modo illæ actiones accepto ferentur, cum sola verborum obligatio possit accepto ferri, vt ff. de accep. l. an inutilis, §. acceptum? Respon. adeducuntur in stipulationem Aquilianam prior, vt Inst. quib. mod. tollitur oblig. §. item per acceptilationem. Sed quomodo potero rem meam stipulari, vt d. de leg. 1. l. cætera, §. 1. de verb. oblig. l. nemo? Respon. non rem, sed quanti mea interest, vt Inst. quib. mod. toll. oblig. §. est autem. & ff. de verb. obl. l. si ita debemus, §. si à fore.
o *Palam fiet.*] Nisi vt infra si aduersus transactionem, l. 2. Accursius.

2 † Et bene Bar. & Ias.

C *Ausas.*] CASVS. Transegi tecum, postea impetraui iudicem contra te super debito, super quo transegi, non facta mentione de transactione, ecce te li facio citari coram iudice, & tu comparet, & excipis de transactione iam facta, & facias de ea fidem, iudex debet pronunciare rescriptum esse surreptitium: quia si de transactione fecissem mentionem, tale rescriptum non obtinuissem: quia non est intentio principis lites sopitas per transactionem, vel sententiam, resuscitare. & sic pronunciabit se non esse iudicem competentem, secundum Paul. de Cast. hic.
p *Causas.*] Dicunt quidam causam ante litis contestationem: post controuersiam tamen: sed post litis contestationem incipit esse lis, vt argu. ff. de litig. auth. litigiosa. sal. causas esse.

Causa & lis differunt.

criminum, sed lites ciuiles vt ff. de testib. l. 1. §. 1. & ff. de verbo. signific. litis nomen. Tu potes dicere tertio, scilicet causa post contestationem litis. sic enim dicit Tullius, Causa est res quae habet in se controuersiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione, sed lis est ante & post & sic est genus. & causa species, vt infra quomodo & quando iudex & sent. quis terti. An ergo ante contestationem potest transigi? videbatur quod non, quasi non sit res dubia lite, vt ff. eo. l. 1. Sed contra est vt hic, & ff. de cond. indeb. l. elegante r. §. si quis. non autem post sententiam, vt in ea. l. si post.

a *Legitimis.* alias nō, vt sup. titu. e. l. cum postea.

b *Oportet.*] Cum enim exhauriat in totum ius alterius, praesumitur cōtra ius, & ideo non valet, i. vt hic & sup. de precib. imp. offe. l. quoties, & si contra ius, vel vtil. publ. l. omnes, & j. de ex. tr. adu. l. fin. & sen. rescin. nō pos. l. si. nisi diceret, non obstante hac l. ff. de leg. 3. §. quis, in prin.

1 Cōcor. gl. super verbo, ipsa, in fi. c. audita, ex de testi. spol.

† *Facit ad hanc l. gl. fi. insi. in c. dilectis. ex. tra de arb.*

2 † *Contrarie.*

sanctionibus legitimis a finitas, imperiali rescripto resuscitari non oportet. b S. Id. Mart. ipsis 5. & 4. AA. Coss. 293.

Ex transanctione poenali cum clausula, rato manente pacto, datur exceptio, & poenae exactio, ex non poenali vero sola exceptio, hoc dicit Sal. Vel sic. Potest quod datum est repeti, & exceptio transactionis opponi contra actorem, promissa non seruante reo, si hoc actum fuit, id est si in transactione fuit apposita clausula, rato manēte pacto, hoc dicit. Alexander. poena non, nisi falsi. hoc dicit,

Ijdem AA. & CC. Marcello.

LEX VII.

Cum proponas 1 † ab ea, c cōtra quam supplicas, litem quam tecū 2 † habuit transactione decisam, eaque acceptis ijs, quae negotij dirimendi causa placuerat dari, nunc de conuentione resiluisse: d ac petas uel pacto e stari, vel data restitui: perspicis, f si quidem his reddendis, manente transactionis placito, statim stipulatione, si contra feceris, prospexisti & viginti quinque annis maior fueris. g quod 3 † exceptionem pacti, & actionem datorum 4 † habeas. h Quod si nihil tale cōuenit, exceptio i tibi, non etiam eorum, quae dedisti, repetitio k competit, parta l securitate. P. P. V. Id. ipsis AA. 5. & 4. Coss. 293.

In omni poena sanguinis potest transigi, vel pacisci, excepta poena adulterii, de alia poena non, nisi falsi. hoc dicit Sal. & Alex.

Ijdem AA. & CD. Valent.

LEX VIII.

Transigere, 5 † m vel pacisci de crimine capitali, n excepto adulterio prohibitū o

Cum proponas. CASVS. Mulier aliqua petebat à te fundum, tecū transegit vt dares ei decē, & à lite discederet, non vult stare pacto transactionis petis vt pacto stet, vel reddat quae nomine transactionis dedisti. quaeritur vbi consulatur, quaeritur, & respondetur, aut conuenisti, vt stares transactioni, & si non stares transactioni, repetere posses quae dedisti transactione manente. aut non. Primo casu repetes quae dedisti si non stet pacto. & ei agenti obstabit transactionis exceptio cum intercessit stipulatio, si contra transactionem veniret, neque fuit minor 25. annis. Si autem non conuenisti, sed vt à lite simpliciter discederet, dedisti, sibi agenti, similiter obstabit transactionis exceptio, neque datorum tibi debitur repetitio. Viuianus.

c *Ab ea.* i. actrice, vel à creditrice praesenti.

d *Resiluisse.* id est, resilire velle.

e *Pacto.* scilicet transactionis.

f *Perspicis.* id est intelligere debes.

g *Fueris.* Nam si minor esses, iuuaretur in integrum restitutione.

h *Habeas.* id est habebis, vt & ff. de trans. l. qui fidem. Sed contra, ff. de pac. l. rescri. §. 1. Sed ibi non fuit dictum, rato manente pacto.

i *Exceptio.*] vt infra de dolo. l. si superstite. Et not. quod huius l. distinctio locum habet, vbi non intrauit se non venturum contra transactionem, tunc enim & soluit poenam & reddit accepta, nec agere potest, vt infra eodem l. si quis maior. Item intellige, cum vetus actio superest. alioquin restituit accepta, & non agit. Item praestat poenam, vt infra eodem vbi. Sed quid si est stipulatus reddi data, non eo addito, vt remaneret placitum? Respond. mouent quidam esse in electione promissoris reddere data, an stare pacto, vt ar. infra eod. l. vbi. Tu dic 3 in electione repetentis, vt ff. de condi. indeb. l. elegante r, § si quis post. in fin. & de pact. l. rescriptum, §. 2. & ff. eodem l. pacto. & l. qui fidem, & de verborum, obligatio. l. ita stipulatus. in fine, & de eui. l. vendicantem,

2 Idē Bar. & Ia.

3 Approbatur p Bar. & Ia. Crimen dr̃ capitale tripliciter.

k *Repetitio.* scilicet simul, sed per se sic, vt ff. de condi. indeb. l. elegante r, §. quis, in fi. & dices infi. eo. in ne apud.

l *Parta* id est quaesita.

Transigere. CASVS. Titius accusauit aliquem de crimine publico capitali. quaeritur an super hoc crimine possit transigi, vel pacisci. Respō. & distingue quia aut enim irrogat poenam sanguinis, aut non. Primo casu transigitur, praeterquam in crimine adulterij. In secundo casu non praeterquam in crimine falsi. Viu.

m *Transigere.* s. gratis quo ad paciscentes, & nō gratis quo ad transigētes, vt ff. eod. l. 1.

n *Capitali.*] puta quod ingerit poenam sanguinis. Tribus modis dicitur capitale crimen. Primo dicitur vltimum supplicium, vt infra de pub. iud. §. publicorum. Secundo amissio libertatis, & per consequens ciuitatis, puta quia dānat in metallū, vel opus metalli. Tertio amissio ciuitatis tantum vt in deportatur, ff. de pub. iud. l. 2. & ff. de bo. pos. l. ed. d. §. sed autē capitalis, & ff. de p. l. 2. & l. quida hic aut strictius accipitur, pro eo quod ingerit poenam sanguinis tātum, vt no. per sequētem literam. & sic etiā ponitur ff. de bo. eod. qui sibi. l. 1. sed in l. 2. eiusdem tituli.

o *Prohibitum.*] scilicet accusato, 4 sed accusanti est prohibitum vnde si paciscetur, vel transigeret, incideret in Turpillianum, ff. ad turp. l. ab accusatione, sed accusato licet qualitercunque redimere sanguinem suum, vt ff. de bo. eo. l. prima. Item nunquid transactio talis praeiudicabit alijs si velint eum iterum de eodem crimine iterum accusare? Respond. non, 5 vt ff. ad l. Iul. de vi publ. l. qui coet. §. finali. Sed ar. contra ff. de praeuarica. l. praeuaricationis & ff. de iure iurand. l. cum qui. §. in popularibus. Sed illud est quia habent iudicis auctoritatem, hic autem partium consensum tantum. Alij dicunt gratuitum pactum non praeiudicare, vt d. l. qui coetu. in fine sed transactio sic. Immo contra, in eo quod excipit adulterium tantum, vt hoc & in tra ad legem Iuliam de adulter. l. de crimine, immo & raptus videtur excipi, vt infra, quibus ex causis ser. pro pix. l. ac. l. pen. Solut. Idem statutum in raptu virginis, quod in adulterio, propter similitudinem, quam inter se habent sed secundum Ioan bene potest transigi, vel pacisci de raptu, vt videtur velle litera illa, dicit enim pacto transmissum, ergo apparet, quod per pactum est remissum, ergo fuit licitum pactum. Item contra in eo quod hic dicit, de adulterio non posse transigi, vt in authen. vt li. ma. & auxi. to. §. fina. colum. 8. ibi, nisi tamen nondum aut iudicialiter, aut amicabili conuentione &c. Solut. dicunt quidam pro hoc corrigi. sed verius secundum Ioann. quod ibi dicitur, non est referenda ad capitulum adulterij, sed ad alia capitula in eadem auth. primo posita. Item contra in authen. si nulli iudic. § adulteram, col 9. Solu. speciale fo. ē in viro. Vel verius ibi actum erat, & etiam mulier punita, quia in monasterium erat missa, sed vt ubi reconciliat intra biennium. Item cōtra ff de adul. l. si maritus, §. si negauerit. Sol. ibi repudiauit, non autem transegit, vel pactum fecit. Item cōtra, ff. de pac. l. iurisgen. §. si paciscar, & §. seq. vbi nō punitur

5 † *Et.*

4 † *Iurata transactionem oppugnari nota in infra ma l. 41. infra pri natura gui sate. l. 17. inf. de dign. Stellionat teneturideo q punitur ciuiliter aut eius loco p pena pecunia arbitrio iudicis. Vide Ferra. informa vt sala seruetur 36. in vero transactio 7. in me. 13.*

Crimē dicitur capitale tripliciter.

5 *Goth. pacat admitti transacti. nō similam accusator desistendi occ. si item habuit pr. fuerunt. in ei probationes deesse sinuit puteri l. inf de abol. citat Alcia. Vid. Paradox. l. 4*

4 Reprobatur per Bat to. Bal & Ial. cce. pro Fulg.

4 Omnes gl. solutiones comm tenent DO cto. sed hic

valere possum contra publicam vtilitatem factum. Solut. illa distinguitur per istam, vt ea locum habeat in crimine, quod ingerit pœnam sanguinis. Alij dicunt eam tantum loqui in gratuito pacto, istam in transactione tantum, & exponunt hic transigere, vel pacisci pacto, scilicet non gratuito, & inducunt sup. eo l. præses.

a *In alijs autem publicis.* Publica iudicia sunt, quæ enumerata sunt, ff. de pu. iudi. l. Quid sūt crimina priuatis delictis. Respon. io. vt in ea poi [illegible] transigi & pacisci. l. necnō. §. 1. Sed ar. contra, ff. de ac. l. nō distinguemus, §. Iulianus, & ff. de iis qui no. inf. l. quoniam, & potest sic distingui: an criminaliter & tunc non licet, an ciuiliter agitur, & tunc licet.

b *Non licet.*] vt infra de collat. & cō. stip. l. si quidē. in fi. quia si transigat, pro confesso habetur, vt ff. de præuari. l. in omnib. Et quod non reperit nisi transigeretur, nā pacisci bene licet, vt ff. de iur. fis. l. in fici. [illegible] & l. eius, & ad l. Iul. de vi pu. l qui cætu. §. [illegible] quod non placet [illegible] vt alibi not. Sed [illegible] quod si transigat? Di[illegible] cum quid in transa[illegible] valere inter [illegible] & eum ad alijs nō præ[illegible]

non est: in alijs autem publicis [a] criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, trāsigere [1] † non licet [b] citra falsi [c] accusationem. [2] † S. 2. Cal. Septēb. AA. Coss. 293.

Noua repertio instrumenti non vitiat transactionem: sed dolus ipsius occultatis eā inualidat, si actio prima non erat ipso iure sublata. alias inducit actionem de dolo, hoc dicit Salicetus. Vel sic. Transactio nō rescinditur prętextu instrumentorum noniter repertorū si bona fide facta fuit: sed si reus per dolū extorsit ea, rescinditur: vel per doli replicationem, si actio nō erat ipso iure sublata, per doli actionem, si actio sublata erat hoc dicit, Alexan.

Ijdem AA. & CC. Ireneo.

LEX XIX.

SVb [3] † prætextu [d] instrumētipost ea repertī transactionem bona fide finitam rescindi, iura nō patiuntur. [4] †

¶ Sanè si eam [5] † per se, [e] vel per alium subtractis instrumentis, quibus veritas argui [f] potuit, decisionē litis extorsisse probetur: si quidē actio [g] superest, replicationis auxilio doli mali [6] † pacti exceptio remouetur. Si verò iam perempta [h] est, intra constitutum [i] tempus tantum actionem de dolo potes exercere. [k] Dat. 4. Calen. Octob. Sirmij, AA. Coss. 293.

Contra transactionem non potest veniri, sicut nec contra rem indicatā: nec tempus nocturnum vitiat transactionem, hoc dicit Sal. Vel sic. Transactio & sententia paris sunt auctoritatis, & valet transactio facta de nocte, sicut de die. hoc dicit Alexander.

[illegible] casu quod non placet, quia sic nulla esset differentia, an transigat quis super re familiari, an super re publica, sed lex aperte facit differentiam, vt ff. de pac. l. iuris gen. §. pacisci. & l. si vnus. § pacta, & si dicam inter eos non valere, vt no. d. § si paciscar. in glo. Fit enim nunciano &c. hic videtur ali[illegible] dicendum vt alibi notatur, scilicet cum refertur ad pecuniariam æstimationem.

c *Falsi accusationem* vt infra de fal. l. ipse. & est ratio, quia plerumque falsi accusatio refertur ad pecuniariam æstimationem, secundum Ioan. & hoc solo casu videtur eam accusationem exceptam à transactione, scilicet prohibita: videlicet vt non possit transactio super falso, quod refertur ad pecuniariam æstimationem. nam quandoque irrogat pœnam sanguinis, vt inf. de fal. mo. l. prima, § actore, & l. pen. Veritas quod semper super crimine falsi licet transigere, etiam quando irrogat pœnam sanguinis, vt in princip. l. [illegible] non irrogat, vt h. c, alioquin non esset bona exceptio, quam facit. Et no. verius. Sanguinis in pœnis (nisi [illegible]) transigi [illegible] omnis. in cætera nulli liceat nisi crimi[illegible]

SVb prætextu. CASVS. Mutuaui tibi decem factum est in [illegible] negastiue mihi debere, vel te soluisse dicis. [illegible] debitum, tecum transegi pro 5. & alia quin[illegible] quia instrumentum reperire non potui, sed tran[illegible] facta instrumentum tamen, an eius prætextu litē [illegible] transactione resuscitare possim, quæritur, & respon. [illegible] aut instrumenta subtraxisti: per te ipsum, vel per [illegible] tua, esse. & neutro casu commissum fuit [illegible] propter hoc facilius venitur ad transactionem, [illegible] transactio, aut Aquil. stipulatione vallata [illegible] acceptilatio. Primo casu agam actione pristina, & si ac[illegible] de pacto transactionis, replicabo de dolo. Secundo [illegible] cum nullum detur mihi auxilium, agam de dolo. [illegible]

d *Sub prætextu.* Præ [illegible] nisi in causa publica, vt ff. [illegible] imperatores, & nisi in causa ecclesiæ, vt aut. [illegible] non alien. [illegible] coll. 2. & nisi in causa pupilli, vt inf. de iur. reip. l. rem. lib. 11. & nisi sit testamentum, vt ff. eo. l. de his. Idem de codicillis, vt ff. eo. l. Imperatores. § 1. & l. non est.

e *Per se.*] Per se possunt subtrahi, ita vt non cadat in nomen furti, vt si apud eum sint, & non contrectet, sed celet, vt ff. de fur. l. in celando. circa prin. Si autem contrectaret, fieret furtum & daretur actio furti ad duplum eius, quod continetur in instrumento, vt ff. de fur. l. qui tabulas, & sic nō daretur de dolo, quā hic dicit dari, vt ff. de do. l. 1. §. ait prætor. l. 2. Per alium autem subtrahit, vt si alicui mandauit acciperet ea: qui putans esse mandantis, ea accepit. Nec enim mandator commisit furtum: quia nō contrectauit, nec fuit præsens, nec accipiēs cōmisit furtū, quia nō fuit in dolo, vt ff. de fur. l. si is qui rem 2. §. si tu Titium, & l. si quis præferēdum, & l. falsus, § si quis nihil. Alij non exigunt hmōi expositiones, q. dicūt cōpetere furti actionē cū actione de dolo, cū sint famosæ ambæ qđ nō placet, vt ff. de dolo, l. 1. & l. ideoque.

ADDITIO. Aduerte, q doplex est dolus, vnus commissus in subtrahendo, & ex illo competit actio furti, & non de dolo. Secundus est dolus cōmissus in celando, & extorquendo à te transactioné, & ex isto non oritur actio furti, quia ex alia sua cōtrectatione non nascitur. Lei qui, ff de furtis, vnde merito agitur de dolo, & isto casu loquitur hæc lex secundum Iac. But. quod approbat hic Bal.

f *Argui potuit.*] idest arguté probari.

g *Actio.* Quæ est, si qui rem &c. vt statim dicit.

h *Perempta.* scilicet actio vetus & sic fuit stipulatio, & acceptilatio.

i *Constitutum tempus.* scilicet biennij, vt inf. de dolo. optimum.

K *Exercere.*] sic ergo vbi quis per calumniam resistit, valet transactio, vt hic, licet ut secus in actore committente dolum, vt dixi supra eod. l. 2. Sed cum dolus dederit causam transactioni, quare non est nulla ipso iure, sicut venditio, vt ff. de dolo. l. & eleganter, post prin. Resp. in venditione qui rem tradit, habet dolo. Nam vt an B præcessit venditio vt infirma, secuta est traditio vt infirmanda per actionem de dolo. sed ille videtur tradidisse, cum remisit actionem. Vel aliud in bonæ fidei, aliud in stricti iuris, sicut est transactio, secundum B. sed hoc non placet, vt infra de inuti. stipulat. l. dolo. Item quomodo datur de dolo, cum alia competit, vt ff. de dolo. l. 1. §. si quis cum? Responnet But. hic nulla competit post dolum admissum. Vel dic. quod hic in ea amittenda passus est dolū, vt ibi dicit. Item quare non datur condictio ob causam, vt se reponat in pristinam obligationem, vt ff. de cond. cau. da. l. si quis? Respon. quia hic factum fuerat à reo quod conuenerat, sed actor dicebat se dolo inductum, vt dixi supra eodem l. actione, & facit infra in quibus cau. cess. lon. temp. præscrip. l. prima, & supra titulo primo, l. cum postea. & infra de re iudic. l. sub specie, & ff. de excep. l. qui agnitus, & de minorem l. admonendi, in fin.

NOn minorem.] CASVS. Parem auctoritatem habent res iudicata, & transactio, quia vtraque finit lites quia nihil &c. neque refert an nocte vel die fiat, cum nulla [illegible]

1 † Gothof. putat admitti transactionem si instrumento auctor desistit occasionem habuit [illegible] probatio [illegible]

2 † [illegible] aliter interpretantur hac nouitia sententia [illegible]

4 † Prohibente.

5 † alias de eo [illegible] eum.

6 † Conue. glo. [illegible] per verb. obtinea. et transit.

lo tempore excludatur consensus. Vivianus.

a *Non minorem.*] quantum ad decidendas lites, & quantum ad exceptionem parandam: quandoque tamen secus est, vt supra eod. l. si diuersa. Item pactio non facit ingenuũ, sed sententia sic, vt inf. de ingen. man. l. diffamari, & plenã potes dicere. vt ff. de iureiur. l. 2.

b *Siquidem.* i. quia.

c *Fides.* vt ff. de pac. l. 1. in princ. & Insti. de rerum diuis. §. per traditionẽ, ff. de act. empt. l. exempto, in princip.

d *Tactum.* s. transactionis.

e *Secunda hora.* putà in galli cantu. Et sic nota, quod valet de nocte quod fit, sicut de die, vt ff. de testa. l. ad testium, § posse. Sed si de nocte fit, cum possit, vt dictum est, nunquid erũt necessaria luminaria. Resp. sic, ff. de ventre inspi. l. 1. §. tria lumina. & inf. de sent. ex breui. recit. l. 2. Sed arg. cõtra, inf. ad l. Iul. de adult. l. Gracchus, & in Auth. de iud. §. sedebunt, coll. 6.

f *Tempus.* de die, vel de nocte.

g *Repudiet.* quia post sit transigi.

1 † *Concor. gl. in c. consuluit. sup verbo. edit lucẽ, in fi. ext. de offi.*

2 † *Non potest arbitrium reddi, non tamen ferri sententia, secundum Oldrd. ar. l. 2. §. 3. in fraude orig. tur. vide Oldend. 2. §. 3. ff. de orig. iur.*

Iidem AA. & CC. Antistæ.

LEX XX.

NOn minorem ᵃ auctoritatem transactionũ, quàm rerũ iudicatarum esse, recta ratione placuit. Siquidem ᵇ nihil ita fidei ᶜ congruit humanæ, quam ea, quę placuerant, custodiri. Nec.n. ad rescindendum pactum ᵈ sufficit, quòd hoc secunda ᵉ hora ¹ † noctis ² † intercessisse proponas: cum nullum tẽpus ᶠ sanę menti maioris vigintiquinque annis consensum repudiet. ᵍ S. 4. Calend. Octobr. ipsis AA. Coss.

Simulata emptio, ex causa transactionis facta, fictum emptorẽ non obligat ad preciũ soluendum. Bal. Vel sic. Transactio vera præualet vẽditioni ex causa transactionis simulatæ: ideo precium ex ea fictum peti non potest. h. d. Sal. Vel sic Plus valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. h. d. Alex.

Iidem AA. Geminiano.

LEX XXI.

CVm ea, quæ transactionis causa dari, ʰ aut retineri conuenit, velut emptorem eum quem accipere placuerat, obtinere præscribitur: ⁱ iis, quę simulatè gerũtur, pro infectis habitis, frustra ficti precii postulatur numerario. ᵏ S. V. Non. Octobr. ipsis AA. Coss. 294.

Protestatio, vel contestatio super dolo, non facit dolũ presumi. h. d. Salic. & Alex. Vel sic. Transactio non rescinditur ex protestatione. Iac. Butrig.

CVm ea. Pone casum in terminis, vt in glos. proxima. Ex qua gl. declaratio ne ipsius nota dum dicit, scholaris in dando reus, id est qui cõueniebatur, dedit sine restituit. sed dum dicit in retinendo actor, id est quod dum scholaris ageret, conuenit quod aduersarius retineret. & finalis cõclusio huius legis stat solum in hoc, quod vbi est vera transactio, & simulata emptio, statur transactioni, & cõtractus simulatus nihil operatur, secundũ Bald. Et adde secundum Ias. quod simulatio nõ potest liquidè probari, ideo sufficiunt verisimiles coniecturæ, sicut in dolo, l. dolum, inf. eod.

Transactio facta per dolũ nõ est nulla ipso iure.

h *Causa dari.* Scholaris gloriosus, & inanis gloriæ cupidus, in retinendo actor, dando reus, cum ageret ad fundum, conuenit, vt aduersarius retineret fundum velut emptor, cum retineret ex causa transactionis modico dato scholari. Item si aliam rem dedit nomine transactionis, vt sibi daretur fundus petitus, & conuenit vt illa titulo emptionis retinerentur ab aduersario. econtrario in dando reus, qui restituit fundum, cum sit reus, sed fingit emptionem modica pecunia accepta per transactionem.

i *Praescribitur.* id est in præiudicium veritatis scribitur. vel ante oculos scribitur. Cum enim verè esset transactio, fingebatur emptio. Et dic præscribitur, scilicet in instrumento venditionis.

k *Numeratio.* vt inf. de contrah. empt. & de don. inter vir. & vxor. l. creditor. & plus val. quod agi l. & l. si quis, & inf. si cert pet. l. si non singuli, & l. ex precio.

Iidẽ AA. & CC. Alexãdro.

LEX XXII.

SI maiori transegisti, ad rescindendam transactionem de dolo contestatio ¹ ³ † non sufficit. S. Calend. Decembr. ipsis AA. Doss. 294.

Exceptio, non sum hæres, opposita creditorib. hæreditariis, est exceptio intentionis. Item cui denegatur defensio multò magis denegatur actio. h. d. Bal. Vel sic: Si conuentus ut hæres non opposuit quòd non erat hæres, sed vt hæres transegit, & soluit, repetere non potest, licet uerè non esset hæres: & si non soluisset, compelleretur soluere, uerè, si stipulatio interuenisset. h. d. Alex. & Sal. Vel sic. Post rem transactione decisam non potest opponi exceptio intentionis, vel facti, nec soluti repetitio concedi. h. d. Salic.

SI maior transegisti. CASVS. Licet protestatus fueris in transactione dolum interuenisse, non propter hoc rescinditur transactio, nisi probetur, vt infra de dolo, l. dolum.

Nota ex hac l. quod licet repetatur protestatum, non tamen presumitur protestatio vera, nisi probet: quod nota secũdum Bald.

l *Contestatio.* id est protestatio, vt & dixi supra eo. l. interpositas. nisi probetur, vt infra de dolo, l. dolum, & de iis quæ vi. & caus. l. metum. Excipiunt quidam in minor, à contrario sensu, vt hic sed male & de iureiur. nam & postea, § si minor. & ff. de minor. l. non omnia. Vel dic contestatio de dolo, i. quod lite in fuerit cõtestatus super actione de dolo.

3 † *Alia.*

Iidem AA. & CC. Tatiano.

LEX XXIII.

NEc intentio ᵐ creditorũ Archimedori, ⁿ ⁴ † cui alios successisse profiteris, si obligatus ᵒ pro eo non fuisti, tenere ᵖ te ⁵ † potest. sed ⁶ † hoc integro ᑫ negotio tractari cõuenerat. Nam cum iam qõnem transactione decisam, & à te dari ʳ placitã, numeratam ˢ pecuniam proponas, huius indebiti soluti prætextu ᵗ improbè tibi petitionem ᵘ decerni postulas, cum etsi tantum in stipulationem fuisset deducta, ˣ indebiti promissi velamento defendi non posses. ʸ Da.

NEc intentio. CASVS. Decessit aliquis, credebas te eius hæredem: conuentus à creditorib. cum eis transegisti, alio existente hærede, repetere vis quod nomine transactionis solui sti. quæritur an possis? & respond. quod non: quia antequam transigeres, tibi prospicere debuisti: vnde si transegisti, licet non soluisti, soluere teneris, & si solueris, non repetes. Vivia.

4 † *Archimedori.*

5 † *Non.*

6 † *Et.*

m *Nec intentio.* id est petitio.

n *Archimedori.*] cui putas te hæredẽ esse.

o *Obligatus.* quoquo modo, vt adcillis.

p *Tenere.* repete nec.

q *Integro.* id est antequam transigeres & solueres.

r *Dari.* s. creditoribus Archimedori.

s *Numeratam.* id est datam esse.

t *Pretextu.* siue sciente, siue ignorante ius vel factum.

u *Petitionem.* id est repetitionem.

x *Deducta.* non etiam soluto, & hoc præcedente transactione.

y *Non posses.* Et cur denegatur hæc defensio, multo magis actio: nec etiam à veris hæredibus repetes, qui non sunt

sunt liberati per tuam transactionem. sic contra, ff. de peti. he. hered. tatis. l. si quid possessor. Sed dic, quod ibi soluit ex con. .cti defuncti, hic autem ex suo, sic licet transactionem hoc modo intelligitur ff. de pactis, l. si tibi, §. fina. alias per eu. l. Item contra ff de tut. & rat. distr. l. si ex duobus. sed aliud in tutoribus & curatoribus per vna obligatione & actione tenentur. hic autem nō soluit ex obligatione, qua tenebantur hæredes, sed sua, vt dixi. Item nota datum, vel promissum transactionis causa etiam indebitum non posse repeti, sed tunc solui debet, vt hic, & infra de cōd. indeb. l. si citra, & de nō num. pec. l. si transactionis & de contrah. stipul. l. scire. & de plus pet. l. 1. nisi in casu, quando actor calumniatur, vt ff. de condict. indeb. in summa.

... transactio ... causa ... ū nō repetitur.

1 † exceptis

Non posset. sui aduocatus in causa tua. promisisti mihi 50. trāsegisti pro quadraginta, residuum non possum petere.

S*I quidem.*] CASVS. debebat tibi aliqua mulier 10. ea petisti. dicebat soluisse, vel nihil debuisse. vnde venit in dubium, cum ea transegisti. quinque tibi soluit, & alia 5 remisisti. an alia 5. petere possis, quæritur & respō. quod non, quia obstat exceptio si autem confessa tibi debere quinque, soluit quinque, alia quinque petere non prohiberis, si alia quinque debeat. Viuia.

a *Instrumento.*] transactionis.

b *Conuenit.*] minore pecunia ob trāsactionem accepta.

c *Perspicis.* vt ff. cod. l. qui decti.

d *Decisione.* id est nō interposita transactione. in vtroque ergo plus fuit petitum, & minus solutum, siue confessatum. vnde videbatur, q sicut in primo est exceptio pro t. fideo, sic & in ... S. contra est, vt hic, & ff. ... pac. l. si v... ... in summa. ... & l. si ... & ff. cod. l. Aquil a. & ff. de except. rei iud. l. si ex ... mente, & ... ff. de sol. l. si inter. & l. si intercessit, & infra de ... l. post sermonem.

2 † Aliàs proponatis.

9. Idibus Martij, CC. Coss. 294.

Solutio partis debiti ex causa transactionis, inducit liberationem à toto: secus in confessione partis facta à reo. h.d. Bald. & Salic.

Ijdē AA. & CC. Victorino.

LEX XXIIII.

SI quidem ex causa transactionis, acceptis[1] †iis, quę instrumento[a] continentur, nihil amplius peti cōuenit,[b] aduersariam tuam exceptionis auxilio defendi pspicis.[c] Sin verò certam quantitatē, quasi solam ab ea debitam reddere se debere, siue litis decisione[d] confessa est: tam[e] eam, quam residuam debiti partem petere minimè prohiberis. S V. Non. April. Sirmij, CC. Coss. 294.

Transactio non rescinditur ob defectum causę non expressę. h.d. Bart. & Bald. Vel sic. Defectus causæ impulsiuæ, vel finalis in corde retentæ non vitiat transactionem, vel debiti remissionem. h.d. Salic.

Ijdē AA. & CC. Marcellę, & Quirillæ, al. Sabinæ.

LEX XXV.

SI maiores[f] vigintiquinque annis, cum patruo, siue auunculo vestro transegistis,[g] vel ei debita donationis causa, sine aliqua conditione[h] remisistis, non idcirco, quòd hoc eius[i] hæreditatis captandæ causa, id est, spe futuræ successionis, vos fecisse proponatis,[2] †aliis ei succedentibus instaurari finita debet.[k] S. 2. Id. April. CC. Coss 294.

Status liberorum ex contractu matris non læditur. Baldus.

Ijdem AA. & CC. Dionysiadæ.[3] †

LEX XXVI.

TRansatione matris,[l] filios eius nō posse seruos fieri, notissimi iuris est. Idib. Apr. CC. Coss. 294.

3 † Aliàs Dionysia.

Valet transactio hominis ægri sicut sani, dummodo sit sanæ mentis. h.d. Bald.

Ijdem AA. & CC. Catoni.

LEX XXVII.

SAnum mēte, licet ægrum corpore, rectè transigere manifestum[m] est; nec postulare debuerat improbo desiderio placita rescindi, valetudinis corporis aduersæ velamento. S. 7. Idibus Maij, CC. Coss. 294.

Ex solo transactionis pacto non datur actio nec primitiua tollitur, quasi agatur, cōtra excipientem replicatio datur. h.d. Sal. Vel sic. Transactio cū scriptura, vel sine facta apud acta, vel extra producit exceptionem, actionem verò non, si fuit facta nudo pacto, & reus eā non seruans conueniri potest primitiua actione, contra quam si excipiat, repellitur replicatione, cuius virtute compellitur implere conuenta, aliàs ad vlteriora procedetur in causa, super actione primitiua. h.d. Alexand.

sti, ea spe vt hæredem te institueret. instaurari per transactionem litem iam sopitam frustra conaris, quia agendo tibi actione pristina obstabit exceptio.

Non hic, quod licet donatarius non instituat donatorem hæredem, non propterea dicitur ingratus, ideo non reuocatur donatio, quemquā nil relinquatur donanti in testamento donatarii, secundum Bald.

f *Si maiores.*] auunculus meus mihi centum debebit transegi cum eo pro 20. quia credebam, quod me hæredem faceret, non possum petere.

g *Transegistis.* minore pecunia ob transactionē acceptā, quàm deberetur.

h *Conditione.*] Sed quid si actor expressisset conditionem, puta, remitto tibi litem, si me feceris heredem? Resp. vt dicā infra cod. cum donationis.

i *Eius.*] scilicet patrui.

k *Debent.*] vt infra, de cond. ob cau. da. si repetendi, & ff. de cond. causa da. lege tertia, §. quamquam constet.

T*Ransactione.* CASVS. Debet tibi aliqua mulier decē, ea petisti, & transegisti, vt filii sui serui tui forent. quæritur an eis præiudicet trāsactio? Et respondeo quod non. Vel dic: duo inter se transegerunt de muliere aliqua, dicentes esse eorum ancillam, nō præiudicat filiis, quo minus liberi sint. Vivianus.

l *Transactione matris.* id est facta à matre, vel inter alios super conditione matris, nam hæc non valet, vt infra eodem l. fin. not. & facit ff. eod. l. de re filiorum & de pact. l. vnus, §. & in summa, & de reg. l. iur. l. non debet alteri. & ff. de probat. l. ad probationem 2. & de lib. cau. l. post certi.

S*Anum.*] Ista lex plana est, ideo pone casum per te ipsum.

m *Manifestum est.*] non eo minus, quia æger est, sicut nec eo minus testari potest, & inf. qui testam. fac. poss. l. senium.

e *Tam eam* quantitatem, scilicet quam fuit confessa se debere.

S*i maiores* CASVS. Debebat tibi patruus tuus de..., ... & cum eo transegisti, & quinque remisisti...

S*iue apud.* CASVS. Transactione facta inter te & aduersarium tuum, siue coram iudice, siue extra iudicium, scriptura interueniente, vel non, rata est & obseruanda; si ergo fundum petebas, & transegi vt 5. tibi darem, & tu mihi fundum dimitteres, 1. non item placitus, an ubi detur actio ex pa-

ex pacto transactionis? Respon. quod non. Si autem interfuit stipulatio in trans. ages ex ea: si non, ages ex actione pristina: & si excipiam ex pacto transactionis, replicabit de dolo, vel in factum, si fuerit parens, vel patronus: & sic consequeris quod conuenit, si pristinam velim euadere petitionem fundi, & ita ad aliud agit quis, & aliud consequitur: agitur ad fundum, sed hoc consequitur hic agens, s. vt fiat quod in pacto conuenit. Vtianus.

a *Actis* .tantundem enim valet, vt sup. tit. l. pacta 2.

b *Vel non.*] tantundem enim similiter valet, vt sup. eo. l. cum te transegisse.

c *Conuenit.* siquidem nihil &c. vt sup. cod. l. non minorem.

d *Certum.*] puta 10. idem si incertum.

e *Pacto* s. nuda transactione, & intellige in dandum actori, vt hic, & sup. tit. 2. l. cū proponas. 2. Sed ad repetendum reo quod dedit, sic ff. de cond. cau. da. l. 3. §. 1. in princ. & de cond. indeb. l. elegãter, §. pen. Sed quare non actori sicut reo datur? Rñ. secundum Bar. q̃ hæc species incidit in contractum illū facio, vt des: vt quo debet dari de dolo, vt ff. de præscr. verb. l. naturalis, § quod si faciam: hæc autem s. de dolo locum habere hic non potest: 1 quia alia competit, vel competijt, vt ff. de dolo, l. 1. §. si quis cum. Hoc autem non valet: quia sic posset dici, 2 do vt des, cum remittere sit dare, vt ff. de cond. causa da. l. si mulier. Dic 3 ergo, quod ea est ratio, quia est nudum, nec enim est vestitum aliquo vestimento, etiam rei interuentu, quod magis videbatur: quia licet remiserim, non tamen plenè vestitus, cum adhuc possim agere, vt ff. de condic. indeb. l. eleganter, §. penult. ibi. Sed hic non videtur &c. Quid ergo si per acceptilationem liberaui? Dico idem, quia saltem de facto agere possum, vt infra eod. ibi secundum H. Azo contra: vt ff. de pac. l. tradition:bus, & sup. de pac. l. legem. Item quid si caueam me non acturum? Respond. videor plenè vestisse, vt ff. de cond. instit. l. 5. si. non tamen possem cogi ad cauendum, nisi conuenerim hoc, vt ff. de cond. cau. da. l. 3. in princ. licet alias quando que quis cogatur ad cauendum, vt in contractibus, vt ff. de iud. l. in omnib. 4. & in seruitutibus, vt ff. si ser. vend. l. harum & in vltimis voluntatibus fauore earum, vt ff. de cond. & demonst. l. Mutianæ. Nec obst. quod si stipulor conuentum, quod possim petere, quia tunc est vestitum stipulatione, siue prouisione mea: lex enim mihi suum non meū denegat auxilium. Item no. quod hoc est regulare, quod ex nuda transactione non datur actio. Fallit in duobus casibus, vbi datur actio, vt inf. eo. l. si pro fundo, & sup. eo. l. cum mora. vel dicas, quod in legibus illis fuit à lege data, non natiua, vel in l. cum mora, fuit contractus innominatus, do vt facias, licet præuenerit ille in faciendo. Item, quæ est differentia inter contractum facio, vt des, & pactum transactionis. Respondeo alius 1 est factum de quo dicitur in isto contractu, quod scilicet prorsus consummari potest, vt tertio l. 1 butum, manumitto seruum, quæ reuocari non possunt, & alius, de quo hic loquitur, quod non prorsus perficitur, vt d. l. leganter, §. pen.

f *Pendente.* dicitur pendere prima vendicatio propter incertum exitum: quia incertum est an rem redderet, an conuentum seruaret, vel dic, 5 pendet ex eo, quod non prorsus desijt esse dominus remittens, quod est not. Sed argu. contra ff. ad l. Falcid. §. i. Melius facit l. 4. secundum Bart. hic,

g *Vel in factum.* contra patrem, vel patronum, vt ff. de doli excep. apud § aduersus.

h *Vrgere.* non præcisè, sed causatiuè, si vult euadere primā petitionem. sic alias aliud petitur, & aliud quis consequitur, vt sup. tit. 1. l. si pacto, & infra de rei vx. act. §. 1. Sed vsque quo audietur hic reus? Respon. 6 Vsque ad sententiam, vt inf. eo. l. si maior. Vel 7 post diē vsque dum conueniatur iudicari, vt ff. de 7 Ista nulpet. hæ. l. item veniūt. Idem rectè ait si no fuit quia semper ex trāsactione datur actio. Nam aut dolo me induxisti, & datur de dolo: aut non seruas cōuentionem, & ergo condictio ob causam vt dixi sup. eod. l. sub prætextu. Respon. 8 de dolo datur ex delicto, nō ex pacto. Item ob causam, nō ex pacto, sed vt se reponat in obligationē. hæc lex ex pacto denegat dari. Item quod dicit dari primam fallit 9 in accusatione, vt inf. ad Turpil. l. quamuis.

6 Ibi cōtentiam ... ter sequun... tur scriben...

Ijdē AA. & CC. Sapparitæ.

LEX XXVIII.

Siue † apud acta rectoris prouinciæ, siue sine actis, [a] scriptura intercedente, vel non, [b] transactio interposita est, hanc seruari conuenit. [c] Sed quoniam, vt certum [d] quid accipias, conuenisse te, licet sine scriptura, proponis, nec huius rei causa stipulationem secutam esse, quamuis ex pacto [e] non potuit nasci actio: tamen rerum vindicatione pendente, [f] si exceptio pacti opposita fuerit, doli mali, vel in factum [g] replicatione vsa, [1] † poterit ad obsequium placitorum aduersarium tuum vrgere. [h] Da. 3. Non. Iul. CC. Coss. 294.

Transactio generalis generalem parit exceptionem in eo, quod tūc poterat sub actione proposita includi, non in eo quod includi non poterat: licet actor transigens includi per errorem putauet. h. d. Alexand. & Bald. Vel sic: Generalis transactio non rescinditur prætextu specierum nouiter repertarum, nisi trāsactionis tēpore apud tertiū fuerint constitutæ. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Martiæ.

LEX XXIX.

ij Svb [i] prætextu [k] specierum post ea repertarū, generali transactione finita [m] rescindi prohibēt iura. Error autem circa proprietatem [n] rei, apud alium extra personas transigentium, tempore transactionis constitutæ, nihil potest [o] nocere. † S. 4. Cal. Octob. CC. Coss. 294.

Svb prætextu. CASVS. Conueni te procuratorem meum pone actione mandati petitione generali proposita, hoc est, vt rationem reddas administrationis quam gessisti, interueniente postea inter te, & me generali transactione, hoc est, quod amplius de administratione tua te non conueniam, reperitur postea aliqua species, administrationem tuam cōtingens, de qua nihil fuit actum neque cogitatum in transactione. Quæritur an prætextu rei postea repertæ possim rescindere transactionem? Respondeo quod non; nisi fortè res illa, seu species, apud alium tempore transactionis fuerit constituta, quam meam esse ignoraui. Viuianus.

i *Sub prætextu.* generalis fuit petitio, & generalis fuit transactio, & in omnibus nocet, etiam in ea specie, de qua cogitatum non fuit, nisi dolus interueniat aduersarij, vt ff. de pact. l. tres fratres vel alias sufficiens causa, vt ff eod. l. de re filiorum, & l. de his, & non est. Sed contrarium huic supra eod. lege. Sol. vt ibi. 10 Item contra, infra de iudic. l. 11. sed ibi fuit specialis petitio, licet generalis sententia, vt infra eod. l. de certa. quod non placet, imò aliud in iudicijs, quæ restringuntur ad cogitata, cum reddantur in initium, vt ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem, §. primo, & aliud in trāsactione, quæ ex consensu fit, & ideo tollitur, vt infra vt ac. ab hære. & contra hære. l. 1. Item & quando est petitio specialis in transactione, & iudicio, & decisio generalis, ipso iure non nocet in transactione, nisi in speciale petita, infra eod. l. si de certa. Sed in iudicio sic, licet replicetur, vt potest dici per prædictam l. secunda, de iudic. quod non placet. Item huic contra, infra si aduersus rem iudicatam, l. prima. Sol. 11 ibi indefinitè, hic generaliter facta fuit decisio. Vel ibi in iudicio, immo ibi iure restitutionis. 12 Et quod hic dixi in transactione generali, & petitione speciali, serua etiam in arbitrio, vt ff de arbit. l. si cum dies, §. plenum. Item quære hic quod quæsiui ff. de pac. l. si vnus. §. illud

Prætextu. Hic quondam pupillus transegit cum tutore, vel curatore.

k *Specierum.* Agebatur generali, vel vniuersali iudicio.

m *Finita.* i. est ea, quæ fuit finita.

n *Proprietatem.* i. ... differentiam personalis actionis.

o *Potest*] i. ... transigenti, qui tempore transactionis putauit eam rem esse apud eum, cum quo transigebat, cum

* *Intell. huius l. vide apud Iaco. Nigrum in c. 1. nu. 96 d. verb. obl. et Hieron. Verum in rubr. eiusdem tit. nu mer. 162.*

1 † *Aliàs vsus.*

1 Et bene Bart.

2 Ista ratio reprobatur ut non valet. Sal. & Ias.

3 Ista est verissima opi. secundum Bar. Pa. & Ias.

4 Contrarium tenet Bar. Bald. Pa. & Ias. q. ibi loquitur de cautione, quę datur, vt aliquis reddat securum: & nō de cautione, quæ habet vim implemēti. Ias.

5 Vtraque placet Sal.

6 Ibi cōtentiam ter sequuntur scribentes.

7 Ista nulpet modo vera Salic.

8 Istam approbat Ias.

9 Et istud est odiosū. Ias.

* *Quamuis transactio iusta de cā d. principe rescindi potest l. 27 ff. de pœnis. Gailus.*

10 Ibi fuit facta petitio specialis, hic non. Ias. Iudicium redditur in euentum.

11 Reprobatur per oēs scribētes hic.

12 Ista tenet Bartol. Bal. & Sal.

1 Istæ duę lectu sunt vere secundum Bart. sed nimis violant literam secundum Ias. hic.

2 Idẽ Bar. Paul. & alii.

3 Et bene si sup petitione primæua actio realis nõ intelligebatur inclusa: alias secus, puta quia adiectum fuit, vt reliqua restituerentur. Ias. hic.

cum esset apud alium, vel econtra, 1 hoc quidem ei nocet, vel dic, 2 quod erat error circa proprietatem hoc modo: hic adultus non credebat suam, eo quòd non erat inter cæteras res suas constituta apud procuratorem, sed apud aliũ. Sed quid si actor sciebat esse apud eum, sed non credebat suam? Adhuc dicit Fla. idem, quia debeat non videatur cogitasse, vt ff de neg. gestis, l. Pomponius, in fi. & de lib. leg. a. l. non solum 2. ff. si hæres. & l. si §. Tria. & de excep. rei iud. l. si ex testamento. & 3 ą sup: personalibus non super realibus petitionibus trãsegit: imo puto etiam si super realibus petitionibus transegit. Alii dicunt contra, quod dirigit sermonem reo, s. quod etiam de illa re sit ei transactum: sic concordabit cum princi. huius leg. s. Vel primo non credebat suã eo quod erat apud alium: tamen nihilominus prodest ei trãsactio. Accur.

Allegans ad rescindendam trãsactionem proprium dolum, repellitur: & crimen fateri videtur. h. d. Bald. Vel sic: Qui aliquem ad transigendum inducit, non potest petere rescindi trãsactionem ratione sui doli: quia turpitudinem suam allegat. h. d. Alexand.

Ijdem AA. & CC. Anton.

LEX XXX.

ij TRansactione finita, cũ ex partibus tuis magis [a] dolum intercessisse, quàm eorum cõtra quos preces fundis, confitearis: instaurari, graue, necnon criminosum tibi est. S. V. Id. Octob. Crebro CC. Coss.

Clausula generalis refertur ad specificata. Vel sic: terminis, ad quem fit relatio, restringit terminum proferentem, siue referentem. h. d. & est notabilis lex. Bar. Vel sic: Generalia verba transactionis restringuntur ad rem & causam, de qua litigatur. hoc dicit. Alexand.

TRansactione. CASVS. Pone, induxisti me dolo, vt fundum meũ (quem meliorẽ credebas) cũ famulo tuo permutarem: in ipse deceptus fuisti. Quęritur, si contractum rescindere velis, tanquam dolo initum, debeas audiri, turpitudinem propriam allegans, & respõ detur quod nõ: mihi tamen bene licebit agere, & facere, vt stetur transactioni.

¶ Ex hac l. no. argu. quòd positio dicitur criminosa, quodcũq; contineat crimen, siue criminaliter, siue ciuiliter: & ideo non debet responderi, quando fit ab aduersario. ita inducit Bart. istum tex.

4 Imò cõparatiuè, secundum Bald. Cy. Sal. & Ias. hic.

5 Ad suũ comedũ, & agendo, secundum Sal. & Ias. hic. tũ in foro poli bene auditur vt c. inter dilectos, de donat.

a *Magis.* Electiuè 4 ponitur, & aduersa pars bene poterit eam rescindere, vt supra tit. l. 1. l. cum postea. & si velit, poterit agere, vt stetur transactioni. vt diximus ff. de do. l. & eleganter, circa princ. Sed si ambo dolo fecerint, neuter agit, vt ff. de do. l. si duo. Sic ergo nota, quem non debere allegare turpitudinem suam, 5 vel sic, neminem ex suo dolo lucrari, nec alii nocere, vt infra de petic. & commo. rei vend. l. dolum, & de infra de ser. pig. da. ma. l. si creditoribus. & supra, de epist. & cler. l. omnes, § fin. & ff. de except. doli, l. apud, § Marcellus. & infra, de euict. l. siue possesso & de de reuoc. dona. l. cum profitearis. & infra de reuoc his quæ in frau. cred. l. filios. & inf. si ex fal. alleg. l. j. & ff de reg. iur. l. nemo ex suo delicto. & ff. de aro. l. ita demum, in princ. & inf. de leg. l. pen.

SI de certa re. CASVS. Teneberis mihi fundum, agi & transigi his verbis expressis, vt amplius non petam; hoc nõ adiecto, nomina fundi: subintelligitur enim, etsi non apponatur, nomen fundi: an per ista generalia verba mihi præiudicem quantum ad species, ad quas mihi alias tenebaris, quæritur: & respondetur, quod non. Viuianus.

b *Si de certa re.* id est de specie certa, puta fundo. Incertum tamen erat propter litem, an possem petere: alias contra, ff. eo. l. 1. Accur.

c *Peti.*] Vnde videbatur propter generale pactum in transactione comprehensum, nec aliquo speciali nomine coarctatum de omni re transactum: sed non est ita, vt hic, & inf. ad Velleia. l. iubemus, & ff. eod. l. qui cum tutoribus, & inf. de iud. l. licet, & inf. si aduer. rem iud. l. j. & ff. de arbit. l. si cum. § plenum, & de condic. indeb. l. Stichus, §. idem quęsiuit.

Ijdem AA. & CC. Proculo.

LEX XXXI.

SI de certa re, [b] pacto trãsactionis interposito, hoc comprehẽsum erat, nihil amplius peti: [c] & si non additum fuerat, eo [d] nomine: de cæteris tamen quæstionibus [e] integra permanet actio. PP. 4. Id. Octobr. Byzantii, CC. Coss. 294.

Post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, non põt transigi: actio tamen ex ea põt nouari, et acceptilatione perimi. Sal. Vel sic: super reiudicata valida & indubitata transigi non põt: sed bene põt iudicatum remitti per acceptilationẽ factam ex alia causa, quã trãsactionis: & si non esset remissum per acceptilationem, potest executioni mandari. h. d. Alex.

Ijdem AA. & CC. Cyrillo.

LEX XXXII.

SI causa [f] * cognita, prolata sententia (sicut iure [g] traditum est) appellationis, [h] vel in integrum restitutionis [i] solennitate suspensa non [k] est: super [l] iudicato

d *Eo nomine.* i. nomine rei, de qua fiebat transactio.

e *Quæstionibus.*] De quibus non fuit actũ nec cogitatum, 6 & potest intelligi, ita vt si de eadem re experiat, si tamen ex alia causa, non obstat trãsactio, sicut nec sententia, vt ff. de excep. rei iudic. l. cum quæritur. arg. ff. eod. l. qui cum. in princ. & in fi. Sed hoc puto falsum secundum H. tribus rationibus. Prima, quia vbi est generalis petitio, & transactio, nocet in omnib. omnino, etiam de quibus non cogitaui, vt sup. eod. l. sub prætextu specierum. licet secus sit in iudicio, inf. de iudic. l. ij. Idem ergo debet esse in specie, vt in omni causa noceat quantum ad illam rem, ff. de admin. tut. l. si duo. i. fi. licet huic rationi posset responderi esse verum, si agat ex eadẽ causa. Quid enim prius personali, nunc rei vẽdicatione agit? Secunda ratio est, quia vbi promitto nõ mouere litẽ, teneor non mouere controuersiam etiam occasione iuris futuri, vt ff. de verborum obligatio. l. stipulatio ista, § quęsitum, & §. sed quatenus. Tertia ratio est in eo, qui facit pactum de fundo non petendo, & postea petit vsumfructum, quem non potest petere, nisi ex alia causa, & tamen repellitur, vt ff de pact. l. si vnus, § penult. immo ibi petitur vsusfructus causalis: & sic ex eadem causa agitur, qua primo.

6 Cõcor. c. 2. cũ gl. in medio, extra, de renunc.

Transactio generalis an noceat in omnibus.

* Concord. ad hanc l. c. exposita cum gl. super verbo, compromisit, ext. de arbitris.

N*On videtur.*] CASVS. Tu minor seruum tibi necessarium emisti, postea interiit. vis restitui: an sis audiẽdus, quæritur? & rñd. quod non: quia iure communi vsus es non videris circumscriptus: vt ff. eod. l. verum, §. item sciendum. Vel sic: Cõsuetudo est in aliqua regione, quod omnis qui vendit rem, promittat duplũ euictionis nomine: minor existens in illa regione rem suã mihi vendidit, & promisit de duplo nomine euictionis secundum consuetudinẽ regionis; si velit restitui, non est audiendus: vt ff. de pigno. act. l. si vendito pignore, §. vlt. & l. seq.

m *Non videtur.*] pone casum: vt ff. eod. l. verum, §. sciendum, & §. item non restituetur. & §. si locupleti. vel pone, quod de dupla promisit de euictione secundum regionis morem: vt ff. de pign. act. l. si pignore, §. vlt. & l. seq. quilibet enim hoc fecisset. Et est ad l. istam ff. de re iudic. l. nihil consensu, §. 1. & de fideius. l. inter eos adeiutores, §. cum inter. & de solut. in pupillo. Fecit autem dominus Ir. super l. istam glo. talem. Consequentiam tollit, scilicet hæc lex, non oppositum infert: quia pars eius est. Hæc consequentia tollitur, si vsus est iure communi, ergo est circumscriptus. Item infert, cum dico, iure communi vsus est; ergo non est circumscriptus: quod inferatur, scilicet ergo non est circumscriptus, non est oppositum primi, scilicet vsus iure communi, & vere non est oppositum: quia quod infert, s. vsus iure communi, est species: quod infertur, s. non est circumscriptus, est genus, & species potest inferre genus affirmando, vt homo est, ergo animal est: non autem genus infert speciem: bene dico quod nõ circumscriptus est genus. nam non circumscriptorum quidam vtuntur iure communi, vt cum deliberatione adeuntes hæreditatem: & quidam non, vt sine deliberatione adeuntes hæreditatem locupletem. Sed certe secundum Hug. bene differentias habent, vt excedentia, & excessa [illegible] potest dicere, est vsus iure cõ, quantum si diceret fecit, quod quilibet diligens faceret, quare non vr circumscriptus, nec restituendus. Et secundum hoc dic, quod eius pars est. [illegible] particulariter est verum, i. in quibusdam est verum, in quibusdam non, quod qui est circumscriptus, est vsus iure communi. & econuerso, & qui non est circumscriptus, est vsus iure communi, & econuerso. Item potest dici [illegible]

Non dicitur decipi, qui credit assertioni, quam scit esse falsam. Et ideò licet minor in liberatione tutoris, & auunculi se maiorẽ asseruit, illa assertio auunculo vel tutori nõ patrocinatur, nec restitutionem minoris excludit. Bal. Vel sic: Minori, qui asseruit se maiorem, vt induceret aduersarium ad transigendum, non denegatur restitutio, si aduersarius sciuit uel scire præsumatur, eũ fuisse minorem, & sic eum mentiri, secundum primum intellectum Glo. h. d. Alex.

Ijdem AA. & CC. Seueræ.

LEX VII.

DE tutela auunculi,[a] eiusdemque tutoris, cui falso, ætate [1]† probata,[b] præstitisti liberationẽ, quẽ ignarum[c] ætatis tuæ non fuisse, tàm officium tutelæ, quam sanguinis proximitas arguit:[d] si necdum statutũ[e] tempus excessit, ex causa in integrũ restitutionis hæredes[f] eius[g] conuenire potes. Dat. 3. Cal. Aug. CC. Coss. 294.

In omissis ex certa scientia, vel sine, minor restituitur. Saly. & Alex.

Impp. Honor. & Theod. AA. Iuliano proconsuli Aphricæ.

LEX VIII.

ij MInoribus [2] † in ijs, quæ vel prætermiserunt,[h] vel ignorauerunt,[i] innumeris[k] auctoritatib.[l] [3] constat esse consultum. Dat. pridie Non. Mart. Rauen. Constan. V. C. Coss. 420.

Minor læsus non sui facilitate, quia facit id, quod diligens paterfamilias faceret, nec etiam læsus dolo aduersarii, sed casu fortuito, non dicitur circumscriptus, & ideo non restituitur in integrum. Alex.

Imp. Zen. A. Æliano [4]† PP.

LEX IX.

NOn videtur[m] circũscriptus esse [5]† minor, qui

Marginal notes:

1 Ista reprehenditur per Bar. & Alex. & dicit Pau. hic, quod ista solutio non est multũ necessaria.

1 † Coniun[cti] sanguine præsumũtur scire ætatem cognatorũ ex præsumptio ci est efficax, vt onus probãdi trãsferat. vide Roland. à Val. 1. cõs. 19. nu. 19.

2 Hæc magis tuta secũdũ Bar. & sequitur Bal. dicũt Pau. & Alex. & quod est vera in se: sed diuinat.

3 Istam tenet Alex.

4 Vtraque bona. Sal.

5 Ista glo. allegatur hic per DD. cuius naturæ est contractus: illius naturæ est distractus.

6 Et bene Bar. & Pa.

7 Et male Salic. licet Pano. contra

8 Dicit tñ Bal. quod iudicis auctoritas nõ potest cõualidare contractũ gestum inter tutore, & pupillũ.

9 Concor. cum hac gl. in hoc Bal. Paul. & Saly.

2 † Ex lib. 2. tit. 16. l. 3. C. Th.

3 † Auctoritas.

4 † al. Iutiano.

5 † Vi. Cuiac. 6. obseru. 14.

consequentiam tolli, est vsus iure cõmuni, & minor, ergo læsus. Vel secundum Azo. cuius verba hæc sunt, sic expone, est minor & læsus, ergo circumscriptus hoc tollitur, alias colligitur per hæc verba. vsus iure communi i. eo ipso, quod iure communi vtitur minor, videtur non circumscriptus, quasi diceret, & si est circumscriptus, non denegabitur ei hoc beneficium: & sic ordinabis literam, minor, qui iure communi vtitur, videtur nõ circumscriptus: præsumitur ergo contra eum, hoc ipso, quod non restituatur. Ia.

a *Qui iure.* id est qui fecit, quod quilibet sapiens faceret adeũdo pinguem hæreditatem, quamuis posteà vineæ, prædia, &c. alluuione, casmate, perierint.

iure [a] sit vsus cõmuni. Dat. Calen. Ianuar. Basil. & Constant. Coss. 480.

TITVLVS XXIII.

De filiofamilias minore.

Authoritas patris nõ firmat contractum filii minoris contra restitutionem in integrum. hoc dicit Bal. Vel sic: Minor fideiubens etiam pro patre restituitur in integrum, nisi sibi successerit. h. dicit Alexan.

Imper. Gord. A. Triphoni militi. [1] †

1 † al. Idẽ A. Gaudẽtio militi, al. Caudiano, & postponitur l. si frater, inf. & ita est 2. huius tit.

DE FILIOFAMILIAS minore.

Dixit de restitutione in genere, nunc in specie, & primo in specie personarum, si filijsfamilias, cuius restitutio patri proficere videbatur, & ideò etiam sibi denegãda, sed tamen datur. vt in hoc tit. & ff. eod. l. 3. §. sed verum.

LEX PRIMA.

Filiusfamilias si minor viginti quinque annis pro extraneo fideiussit, in integrum restitutionem implorare non prohibetur. [b]

¶ Sed & si pro patre suo fideiussor [c] extitit, eiq; diem suum functo non successit: [d] in integrum restitutionem postulare [2] † potest. [e] Dat. Calen. Iul. Gordiano A. 2. & Pompeiano Coss. 242.

2 † al. non potest.

Filiusfamilias. CASVS. Hæc lex dicit, quod minor 25. ann. siue pro extraneo, siue pro patre fideiussit, neq; ei succedit: restituitur. secus si succedit, quia tunc nõ restituitur duplici ex causa, vna, quia læsus non videtur, si succedit. alia ratio, quia extincta est sua obligatio.

Filiusfamilias minor fideiubeat, an sit restituendus.

b *Non prohibetur.*] vt ff. eo. l. ait prætor, §. non solum. reus tamen remanet obligatus, vt ff. eod. l. minor se in id. in vltimo. Item accipe extraneum omnem præter patrem, vel alium in potestate habentem: vt auus paternus, vt ꝯ. de rei vxo. ac. §. extraneum. Item est hoc verum, quod hic dicit, secundum P. si non est soluendo ille, pro quo fideiussit, vt sic in subsidium detur restitutio, vt arg. ff. eod. l. cum mandato, §. sed si ex contra, & §. si autem ipse. sed ibi in vno casu primo principaliter in rem maioris contraxit minor, hic secundario. in alio non contraxit minor, sed procurator eius: vnde ipse in subsidium restituitur. Vel aliter, & verius, quod ibi dicitur, intelligitur, quando pater statuerat iniquum pretium, & filius pro illo statuto à patre pretio vendidit, licet res plus valeret, non tamen filius potest restitui, secundum Ia. & Azo. Dic ergo cum hic restitui, etiam si sit soluendo principalis, quia interest sua potius non soluere, quàm solutum repetere, vt ff. de compen. l. ideo, & ff. de fideiuss. l. si stipulatus, in princip.

c *Fideiussor.*] quæ fideiussio valet. vt ff. de fideiuss. l. si dubitetur, §. filiusfamilias, & ff. qui satisd. cog. l. 2. §. & filius.

d *Non successit.*] si ipse filius: secus si successit patri, vel pro qua fideiussit: quia tunc duplici ex causa non restituitur. Prima quia non est læsus. Secunda quia est extincta obligatio sua, vt ff. de sol. l. Stychum, §. quod vulgo. & de fideiuss. l. generaliter. & hoc si simpliciter fideiussit. si vero autem principaliter se obligat pro alio, tunc vna ex causa tantum non restituitur, 2 quia non est læsus, nec autem obligatio est extincta, vt ff. de fideiuss. l. generaliter. sed P. dicit 3 secus esse, si successit extraneo, quasi ratione sua restituatur. argum. huius l. sed certe fungitur

1 Bened. Odo. Bar. & Salyc.

2 Sequitur Bart. Fer. & Salyc.

3 Ita tenet Cyn.

confirmatur pro ea parte, qua successit, vt d. l. Stychum, §. quod vulgo. & de fideiuss. l. hæres, §. quod si stipulator. & sic ad fictionem se refert: sed in sequenti expositione ad veritatem. Item dixit P. cum patri succedentem in parte non modica, non restituendum pro ea parte, aliis secus, vt ff. quod cum eod. l. 1. & 4. sed secus 4 hic puto, quia nomine patris, siue iure hæreditario conuenitur: ibi suo nomine.

4 Istam tenent Odo. Salycet. & Alex.

e *Potest.*] Aduersus cautionem, vt inf. si aduers. credit. l. 1. & inf. l. proxi.

Filiusfamilias minor restituitur aduersus mutuum, nisi iussus patris interuenerit, vel iuuetur per Macedonianum. h. dicit Salyce. & Alexan.

Idem A. Triphoni militi.

LEX II.

SI frater tuus, cũ mutuam pecuniã acciperet, in patris fuit potestate, nec iussu [f] eius, nec contra senatusconsultum [g] contractum est: propter lubricum ætatis aduersus eam [h] cautionem in integrum restitutionẽ potuit postulare. PP. 3. Non. Octo. Pio, & Pontiano Coss. 239.

SI frater tuus.] Titulus iste hẽt duas leges: & prima consueuit incipere, filiusfamil. secunda, si frater, quæ autem carã sit prior, non est vis. CASVS. Minor 25. ann. in potestate patris constitutus mutuam accepit pecuniam, & eam consumpsit, an possit restitui, ne cautione emissa de reddenda ea conueniri possit, quæritur? & respon. quod potest, nisi iussu patris eam accepit, quo casu cessabit restitutio: vel contra senatuscons. Ma. quo casu iure communi tutus per Maced. non restituitur, vt si cum causa studij aberat, mutuum accepit. vel dic, quod publicè habebatur vt paterfamilias.

¶ No. duo, quæ faciũt cessare restitutionem in integr. primum est cõtractus firmitas, vt quia iussu patris contraxit mutuum. Est enim firmus, & inexpugnabilis propter patrem, qui habet in hac specie potius ius præcipuum. Secundum est contractus infirmitas, quia contraxit mutuum in casu prohibito, nam cessat restitutio: quia est tutus ipso iure per Macedonianum. Bald.

f *Nec iussu.*] quo casu specialiter est restitutio deneganda: aliis 5 autem si iussu patris contrahat, restituitur filius, si ipse conueniatur: si verò pater, tunc nec ipse, nec filius restituitur: vt habes hic, & ff. eo. l. 3. §. sed verum. Si verò nomine filij directa actione pater conueniatur, datur restitutio patri, etiam filio, secundũ quosdam, vt ff. eod. l. patri, §. 1. quod non placet, 6 & illam aliter expone, vt ibi.

5 Istã glo. vsq; ad 6. sequitur Bartol. & Salyc.

g *Contra senatusconsultum.*] quia tunc iure communi tutus per Maced. non restituitur, vt ff. eo. l. in causæ 2. in prin. Sed qualiter esse potest, quod tunc detur restitutio, quã non contra senatusconsultum factum est: si enim studiorum causa aberat, vel in necessarias causas accepit, non iuuatur? Sed dic loqui tantum, cum publicè paterfamilias videbatur, vt ff. ad Maced. l. 3. & l. penul. & ꝯ. ad Maced. l. 1. & 2. Item & quando in necessariam causam accepit, & post ita facultate amisit: nam puto eum restitui, quamuis videbatur vti iure communi, vt sup. tit. r. l. fin. secus si facto, vt ff. eod. l. verum, §. sciendum. Vel dic eum non restitui, vt arg. ff. de solu. l. pupillo. sed ibi in facto loquitur.

6 Et bene xit Paul. intelligẽdo glo. qũ pater non erat obligatus: nec sperabat obligari.

h *Eam cautionem.*] quam fortè emiserat de forte reddenda, & vsuris.

TITVLVS XXIV.

De fideiussoribus minorum.

Restitutio concessa minori, non prodest fideiussori. ideò si fideiussor soluat, vel ad soluendum condemnatus sit, repetere potest à minore: nisi minor aduersus fideiussorem restitutionem petat. h. d. Alex.

DE FIDEIVSSORIBVS MINORVM.

De minoribus dixit, nunc de eorum fideiussoribus dicit.

POstquam.] CASVS. Mihi minor fundum promisit, & fideiussores dedit: si vult restitui ad fundum, an possit, quæritur? & respond. quod sic: sed an fideiussores liberantur.

rantur. Respon. quòd non. Si autem præstiterit, idem erit.
a *Aetatis*. & læsionis.
b *Restitutus*. contra emptorem conuentus de duplo. vel dic restitutus ad rem vendicandam.
c *Non cogeris*. consequitur ergo per restitutionem, vt de euictione non teneatur sed si fuerit paternū vt hic dicit sic filijs, iniuria fit emptori, si extraneus euincat, & ita minor de iure cōmuni nō tenetur, & sic non est opus petere in integrum restitutionē, vt ff. de eui. l. si per imprudentiā. Vnde dic, quod fuit patris quo ad æstimationem, quia sic credidit. Sed quid si fuit extranei, in quo decipitur reddendo pretiū? Respondeo non eo quod vendidit, sed quia duplum promisit, cū & sine eo tā tandem potuit vendere, nec erat consuetudo regionis promittere de duplo, vel quia pretium amisit. Alij dicunt prædium fuisse minoris, & cū restitutum ad rem vēdicandā. Item dic, quod cum decreto facta fuit venditio, alias ip so iure non valet, nisi quando pater permisisset, vt infra quā no decre. opus non est. l. prædium, & tamen fideiussor semper teneretur, vt inf. de præd. mi. l. & si iā.
d *Sed ea res*. i. restitutio tibi data, vt de euictione non teneagis. Vel restitutio tibi data ad rem.

1 † *al. miseri*.

Imp. Seuerus, & Antoninus. AA. Mironi.[1] †

LEX PRIMA.

Postquam in integrum ætatis [a] beneficio restitutus [b] es, periculum euictionis emptori, cui prædium ex bonis paternis vendidisti, præstare non cogeris. [c] Sed ea res [d] fideiussores, qui pro te interuenerunt, excusare non potest, iuuare mandati iudicio, si pecuniā soluerint, aut condemnati fuerint, [e] conuenieris: [f] modo si eo quoque nomine restitutionis auxilio non iuuaberis. [g] 6. Calend. Octob. Seuero A. & Albino Coss. 195.

Restitutio minoris nō prodest fideiussori, nec potest restitui fideissor minoris, nisi ob dolum aduersarii, hoc dicit.

Imp. Diocle. & Maxim. AA. Curioni.

LEX II.

Si ea, quæ tibi vendidit possessiones, [h] interposito decreto præsidis, [i] ætatis tantūmodo auxilio iuuatur, [k] non est dubium fideiussorem ex persona [l] sua obnoxium esse contractui, verum si dolo [m] malo apparuerit [a] † contractum interpositum esse, manifesti iuris est, vtrique [n] personę, tam venditricis, quam fideiussoris[3] † consulendum esse.[4] † S. 6 Calend. Maij Diocle. 2. & Maximiano AA. Coss. 287.

e *Fuerint*. quia perinde est, ac si soluissent, vt inf. manda. l. si pro ea. & ff. manda. l. Lucius.
f *Conuenieris*. tu minor à fideiussoribus actione mandati.
g *Iuuaberis*. contra fideiussores, iuuaris enim ff. eo. l. in causæ. l. Accur.

Si ea quæ. Hæc lex sicut in princ. dicit idem, quod in superiori proxima. CASVS. Dicit igitur, quod si rem tuam minor tibi vendidit, decreto præsidis interueniente, & fideiussorem dederit nomine euictionis, an restituto liberetur fideiussor, quæritur? & respond. quod si dolo minorem, vt ibi venderet, induxisti, non solummodo tibi, sed fideiussori succurritur.
h *Possessiones*. id est, res possessas, vt ff. de verbo signific. l. interdum.
i *Præsidis*. alias nulla esset venditio ipso iure. Itē & tutoris auctoritas est necessaria, vt inf. si propter pu. pen. l. si & tamen nihilominus potest restitui, puta si minori pretio vendidit, quam valeret, vt inf. de præd. min. l. si quis rem. Sed contra, ff. de min. l. ait prætor, § quid tamen, & §. sed credo. Solu. ibi præcepit, hic permittit, vt ff. eod. titu. l. quod si minor, §. pen.
k *Iuuatur*. puta læsa sui facilitate, non dolo aduersarij Accursius.
l *Ex persona sua*. idest suo pacto, vel obligatione sua, sed in veritate nomine minoris est obligatus, vt ff. de his qui no. infa. l. furti §. si quis. Sic infra de leg. l. ex legato nominis.
m *Si dolo malo*. sed non videtur hoc stare posse. si enim dolus dederit, causam contractui, iure communi videtur tutus, & per actionem de dolo, & per condictionem sine causa, vt fideiuss. liberetur, vt ff. de dolo. l. eleganter. in principio & infra de rescin. vend. l. si dolo. si incidit dolus, ergo agitur actione ex eo contractu, vt ff. de dolo. si quis affirmauerit & de act. empt. l. Iulianus, § si venditor, & §. per contrarium, sic ergo semper cessat restitutio, vt ff. eo. l. in causæ. l. in princ. Sed dic, quod dolus dedit causam contractui, & facta fuit venditio & traditio, cessat enim de dolo, quia datur restitutio, vt ff. de do. l. 1. §. penul. Vel posset dici, quod hic dolus non emptoris, sed tertij interuenit, vnde & tenet emptio, vt dicitur ff. de do. l. & eleganter, §. 1. sed datur restitutio, vt hic. Alij dicūt cōpetere restitutionē cum actione ex contractu, vt ff. eo. l. in causæ. §. Pompo. nius, & l. Aemilius. & sic de incidente dolo dicunt.
n *Vtrique*. hoc odio illius, qui dolum adhibuit. Sed nunquid, si minor restituitur, eo ipso fideiussor eius restitutus videtur? respon. exceptionē habet, non autem ipso iure liberatur, nisi & ipse restitutionem petat, quam petet eodem iure, quo & minor, cum hic dicat, vtrique personæ, & c. secundum Azon. licet hoc mirabile videatur, vt ff. de exceptio. l. exceptiones, §. rei autem, vsque in fine sed secus, vbi minor sui facilitate decipitur, vt ibidem dicitur, in princip. Sed si minor non petat restitui, an fideiussor poterit? Respond. sic, vt ff. de bon. pos. contra tab. l. si post, §. final. & de pa. l. final. & ff. de fideiuss. l. ex persona, & hic. nam dicit tam vni, quam alij, ergo cuilibet eorum, etiam altero non petente. Vel dicas, quod non potest fideiussor restitui, minore nolente, sed cum cum effectu conuenit actione mandati, vt ff. eo. fere l. quod si minor, in principio. Item in eo, quod hic in fine dicitur, fideiussori minoris non subueniri, & superiori l. prox. est contra, ff. de procur. l. minor. vbi in fine dicitur fideiussori subueniri. solu. distingue, an consulto reo, & si fideiussor det in alium regressus actori, vt ibi erat, & tunc vtrique consulatur, vt ibi an non, & tunc reo tantum, vt hic, & eodem modo solu. ff. de administ. tuto. leg. 2. & ff. de acquirend. hæred. l. si pupillus. secundo. Vel dic, hinc in contractu, in quo circumscriptus est, dedit fideiussorem, in legibus contrarijs in alio, secundum Ioan. Alij aliter hoc soluunt, vt diximus in d. l. minor. Item ad id, quod hic in fine dicit est contra, ff. de fideiuss. l. Marcellus, vbi dicit fideiussori non subueniri, sed dic ideo, quia non tenetur, cum pro fatuolo, vel similis intercedit.

Dolus qui; dat causam cōtrahenti; qui; incidit in contractum.

3 † Fideiussor ēt iuuatur, si nihil creditori minoris de petit. l. 89. ff. de acq. hære. si ignorauit minorem, l. 43. ff. de fideiuss. Si minori successit, l. 95. ff. de solu. tio. si hæredes fuit, nō iuuatur, l. 13. ff. de solutio. Goth.

3 † Rei cohæredes ex ceptiones et fideiussori competunt. Goth.

4 † Beneficiū restitutionis quoties ad alios & hæredes transeat dicitur regale. Vide ... prae. 25. ... Goth.

5 Mulcinia ... Fideiussor minoris, an & quādo possit integrū restitui.

TITVLVS XXV.

Si tutor, vel curator interuenerit.[5] †

Minor aduersus aditionem potest restitui intra tempus legitimum, quo elapso contra curatorem sibi succurritur, qui auctoratus est sibi. Vel sic. Mora petendæ restitutionis contra aditionem hæreditatis non excludit remedium agendi contra curatorem, qui perperam auctoratus fuit minori ipsa aditione, vel immistione, Bal.

SI TVTOR VEL CVRATOR interuenerit.

Quando interuenit fideiussor in contractu minoris dixit nunc quando tutor, vel curator interuenit.

SI iam. CASVS. Si adulti vtriusque sexus auctoritate cu ra orum hæreditatem paternam adierint, quæ non soluendo sit, an possint restitui, quæritur? & distinguitur: aut excessit tempus, quo petitur restitutio, aut non. si non, eam implorare possunt, si sic, non dabitur restitutio, sed curatores conuenient, qui vt adirent suaserunt, secundum formam iuris, vel vtili negot. gest.

1 † Marcianæ.

Imp. Antoninus A. Martianæ [1] † & alijs.

LEX PRIMA.

SI iam puberes [a] vtriusque sexus parentum hæreditatem adijstis, [b] si etiam nunc in ea ætate estis, vt eo, quod paternæ hereditati vos obligastis, in integrum restitutionis auxilium accipere debeatis: per procuratores [c] vestros adite præsidem prouinciæ.

¶ Quod si legitimam ætatem [d] implestis, idque tempus, [e] quo in integrum restitui potestis, excessistis: curatores vestros, si aduersus eos nondum experti [f] estis iudicio [g] secundum formam [h] iuris conuenite PP. 2. Non. April. Læto, & Cereali Coss. 226.

Tutoris auctoritas in iudicio, vel extra non impedit restitutionē minoris, hoc dicit, Bal. Vel sic: Minor circunuētus præsente tutore, vel curatore in iudicio, vel extra, restituitur, hoc dicit, Sal.

Imp. Alexander A. Martianæ.

LEX II.

MInoribus, annis viginti quinq; etiam in ijs, quę præsentibus tutorib. vel curatoribus in iudicio, [i] vel extra iudiciū gesta fuerint, in integ. rest. auxilium superesse (si circumuenti [k] sunt) placuit. PP. 3. No. Mar. Max. 2. & Aquil. Coss. 224.

Auxilium extraordinarium cum ordinario cōcurrit contra diuersos. h. d. Bal. Vel sic. Minor non prohibetur restitui, licet indēnitatē à suo tutore, vel curatore possit cōsequi, hoc dicit. Salic.

a *Puberes*. Quia impuberes non possūt sine tutore, vt Instit. de auct. tut. §. neque tamen.

b *Adijstis*. Curatore interueniente, vnde videbatur eius auctoritate corrobata aditio.

c *Per procuratores*. Hūtes spāle mandatum, vt ff. de mino. l. illud, §. si talis.

d *Aetatem*. 25. an. & cum auctoritate curatoris, vt Inp. de proc. l. 3.

e *Idque tempus*. scillicet quadriennium.

f *Experti*. ob hoc, quod adierunt hæreditatē non bonam.

g *Iudicio*. actione vtili neg. gest.

h *Secundum formā*. q̄ est, vt de gestis 1 & gerendis 2 teneantur vtili actione negotiorum gestorum vt sup. de neg. gest. l. tutori. & in cod. tit. l. curatoris. Sic ergo secundum P. pupilles, qui cum tutore adijt, abstinet sine restitutione, pubes non potest sine restitutione. Sed tu dic, 3 quod vterq; per restitutionem, vt diximus, s. eo. l. an prætor, §. non solum. & facit ad hanc l. infra si mai. se ab hære. absti. per totum.

1 Vt quia perperam auctoritatem gessit. Sal.

2 Quia non mirecerū ... gestulatūr Sal.

3 Idē Bal. ... de Sa ...

MInoribus. CASVS. Cum minor tut. vel cur. præsente, extra iudicium vel in iudicio circū scriptus sit, in integ. restit. auxiliū potest implorare, etiam si tutor, vel curator pupilli, vel adulti emerit, vel vendiderit, vel alias in rebus eorum contraxerit, & se læsos dixerint, non solum pupilo contra tutorem datur personalis actio tutelæ, sed etiam ad rē sua restituetur. Idem est in adulto, vt ei teneatur curator vtili neg. gest. act. similiter, & restitutio conceditur.

i *In iudicio*. accipe exempla, vt ff. eo. l. & si sine, §. pen. & l. minor autem magistratus, §. 1. & l. minor 25. ann. adito. & l. etiam si. & ff. de conte. l. certum, §. pe. & in tit. aduer. rem iu. per totum, & infra de iu. l. properandum, in fi. & inf. de adm. tut. l. si bonam.

k *Circumuenti*. sui facilitate vel dolo aduersarij, hoc tamen fallit in casibus: vt inf. de admi. tut. l. constitutionem & l. sancimus 1 & inf. ad Treb. l. pen. in prin.

l *Etiam male gessisse*. dolo vel sine dolo, culpa tamen: vt ff. eod. l. tutor vrgentibus, in prin.

Imp. Dioclet. & Maxim. AA. Nicomed.

LEX III.

ETiam [1] † in ijs, quæ minorum tutores, vel curatores malè gessisse [l] probari possunt, licet personali actione à tutore, [m] vel curatore [n] ius suum [o] consequi possint, in integrum tamen restitutionis auxilium eisdem minoribus dari, iam pridē placuit. Dat. 4. No. Maij, Maximo, & Aquilino. Coss. 286.

Minor non restituetur, contra obligationem, quam in se suscepit eius administrator. h. d. Bal. Vel sic. Vbi aduersus minorem ex contractu administratoris sui nō datur actio, ei non competit restitutio, Salic.

Ijdem AA. & CC. Isidoro.

LEX IIII.

SI creditor nō vestram personam, sed curatorum secutus, [p] cum ipsis contractū habuit, & ab ipsis stipulatus est; nullam [q] ei [r] prorsus aduersus vos [s] actionem competere, manifestum [t] est. 5. Cal. Maij, Heracliç. AA. Coss. 293.

Licet minor possit restitui tamen potest contra administrationem experiri: nec præiudicat sibi per electionem, Bal. Vel sic: Vbi tutor vel curator res minoris distrahit, minor potest petere restitutionem, vel via ordinaria experiri contra administratorem: nec sibi prçiudicat per electionem, hoc dicit. Sal.

m *A tutore*. actione, scilicet tutelæ.

n *Curatore*. s. vtili negotiorum gestorum.

o *Suum*. i. sibi debitum. sic ff. si cert. pe. l. si & me. Et dic s̄m quosdā, p̄nt. s. de iure non de facto, quia non sunt soluendo: alioqn secus, vt ff. de mi. l. cū mandato, & l. intra, §. vendentib. & eodē mō soluitur aliud p̄rium. inf. de iu. l. properandum, in fin. Vel aliter. vt j. eo. l. si. no. Vel dic indubitabiliter hoc locū hře, qn̄ īterest sua hře rē, vt ff. eo. l. si ex cā. in prin. & quod cum fal. tu. l. pupilli. Item quod ff. de min. l. in cāz, 2. in princ. vbi dicitur dari restiōnē minori demum deficiē re alio auxilio. Sed dic contra eundem ibi, hic autem contra diuersos. Vel dic vt ibi, generale est, quod hic dicitur, speciale ibi, infra de iudic. l. properandum, in fi. secundum. Ias.

1 † Cōcor. cum hac l. sa per verbo restituimus, in fi. in c. 2. ext. de resti. in integ.

SI creditur. CASVS. Tutori vel curatori minoris fidem eius secutus nō adulti, pecuniam tuā credidisti, & ab eo stipulatus es, eam tibi tradi an aduersus adultum detur actio, quæritur? & respō. quod non, quia tantum cum curatore contraxisti, & opus est quod hoc specialiter exprimatur.

p *Secutus*. scilicet specialiter.

Tutoris secutus qn̄ obliget pupillum.

q *Nullam*. neq; directam, neque vtilem: quia dixerat se nolle cum minoribus contrahere, aliter ex contractu tutoris in pupillū daretur actio, vt & datur pupillo ex contractu tutoris. Itē nec fuit hic versa pecunia in pupilli vtilitatem, al. is teneretur, licet cum tutore tantum creditor contraxisset, vt inf. quod cum eo. l. ei qui, in fi. & inf. quando ex fac. tut. l. si in rem, & ff. quod fal. tu. aut. l. pen. § 1. quæ sunt contra. Et dicas hic distinctionem, si vis, quam habes ff. de neg. gest. l. si pupilli, §. 1.

r *Ei*. scilicet creditori.

s *Vos pupillos*.

t *Manifestum*. ergo non indiget restitutione, vt ff. cod. l. in causæ, §. in prin.

Etiam

ETiam.] CASVS. Si curator minoris res eius distraxit: vel aliàs contraxit, puta permutando, dabitur minori electio, vel agere contra tutorem ad consequendum id, in quo per eum damnificatus est, vel petere rebus suis restitui: neque altera electa, præiudicabitur sibi in altera, quo minus ad eam regressum habeat, vel habere possit.

Ijdem AA. & CC. Valētino.

LEX V.

ij ETiam tutoribus, vel curatoribus[1] † distrahentibus,[a] vel aliàs contrahentibus,[b] minores tàm restitui rebus proprijs, quàm tutorum, vel curatorum dāna sequi,[c] nullo eis præiudicio per electionem generando,[d] placuit 6. Id. Decē. CC. Coss. 294.

a *Distrahentibus.*] i. vendentibus res pupilli, vel adulti.

b *Contrahentibus.*] id est permutantibus.

c *Sequi.*] scilicet bona eorū propter damna sua.

d *Generando.*] contra. inf. de codi. l. fin. in prin. sed ibi loquitur, quando contra eundem eligit: hic autem contra diuersos. Item contra ff. de mi. l. in causæ 2. in princ. vbi non datur extraordinaria, donec habet locum ordinaria: sed hic, quando tutor, vel curator distraxit, ibi quādo ipse minor, vt facilius cōtra factum tutoris, vel curatoris veniat, quàm contra suum: sic ergo quando minor distraxit, non restituitur ad rem cum habeat actionem cōtra tutorem, vel curatorem, nisi magis intersit suam habere rem, quàm actionē, vt ff. de min. l. in causæ 1. §. fi. & l. sequen. Sed Bal. non admisit superiorē distinctionem. & l. in causæ loquitur secundū eum, quando contra eundem, hic quando cōtra diuersos. sic ergo datur electio: & hoc placet. Tertij dicunt, quando ipso iure est munitus, cessat restitutio: sed quando iure actionis, datur nihilominus restitutio. Quarti dicunt, quòd hic non erat soluendo tutor: & tunc eligit. argumen. ff. de minor. l. cum mandato. Item contra inf. de iu. l. properandum, in fi. vbi primò dicit agendum contra tutorem. Solut. speciale in iudicijs propter auctoritatem iudicantis. Vel ibi in instantia fuit læsus. vnde actio est ei salua, & firmior, quàm prius. Si autem quia testes, vel instrumenta non produxit: quia causa non est ei salua, sed est amissurus, restituitur etiam non conuento tutore. Vel hæc secundum illam: quia hic non erat soluendo. Quid autem si non appellauerit? Dic vt infra titulo secundo, l. in rem. Item quando per procuratorem decipitur, quare non habet hanc electionem, vt ff. de mi. l. cum mandato, §. si autem? Respond. plus tribuitur ex necessitate gerenti tutori, vt hic, quàm sponte gerenti, vt ibi.

ADDITIO. Quando auxilium extraordinarium concurrat cum ordinario, vide pulchrè per Bar. in l. in prouinciali, §. si vero in loco communi, ff. de no. ope. nunc.

1 † Hinc colligunt differētiā īnter distractū, & cōtractū. Gothof. Restitutio in integrū an detur minori habēti aliud auxilium.

2 † al. Amphibio. al. Phobio.

Al. his notis () inclusa desunt, & subaudi, vt in seq. tit.

TITVLVS XXVI.

Si in communi eademque causa in integ. resti. postuletur.

Pactum sororis non præiudicat fratri. restitutio sororis non patrocinatur fratri. h. d. Bal. Vel sic: Transactio fratris non nocet fratri ratum non habenti: nec restitutio minoris prodest maiori secum communem causam habenti. Salyc.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. & CC. Aphobio, & alijs. aliàs Amphobio.[2] †

LEX VNICA.

NEc si maior[e] vigintiquinq; ann. soror vestra fuit, vobis non mandantibus, nec ratam transactionem habentibus, de iure vestro quicquam minuere potuit.[f] Nam[g] si cognitis, quæ gessit,[h] his consensum post vigintiquinque annos ætatis[i] accommodastis: quamuis illa minor pro portione sua restitutionis auxilium implorare possit: vobis tamen ad communicandum edicti perpetui beneficium eius ætas patrocinari[k] non potest. S. 3. Idib. August. CC. Coss. 294.

SI IN COMMVNI EADEMQVE CAVSA in integr. restitut. postuletur.

Quia de negotijs minorum tantum gestis dixit; nunc de illis, quæ cum alijs habent communia.

NEc si maior.] CASVS. Fundum mihi, & sorori communem possedit Titius, quem ego, & soror mea petiuimus: soror me non mandante, neque ratum habente, vel forte lite contestata ab vtroque, me tamen postea absente, transegit: an mihi præiudicauerit quò ad portionē meam? respon. quod non: vt si maior esset, quod non soluet: si minor, repetet. Si autē maior 25. annor. eam ratam habuit: & ipsa ad portionem suam beneficio ætatis restituta fuit: an mihi hoc prosit, quo magis portionem recuperare possim, quæritur? & respon. quod non.

e *Maior.*] nedum, quia ipsa erat minor, vt j. dicitur in fi. l.

f *Potuit.*] vt ff. de pac. l. si vnus, §. in summa. & s. de transac. l. transactionis.

g *Nam si cognitis.*] scilicet à vobis fratribus.

h *Gessit.*] etiam non nomine fratrum, sed tantum suo, vt infrà de rei vend. l. mater.

i *Aetatis.*] scilicet vestræ.

k *Patrocinari.*] quia est personale beneficium, vt ff. de excep. l. exceptiones. 2. §. rei, ff. de administra. tutor. l. ex pluribus. Item hoc si res erat diuidua, puta transactum erat super rei vendi. impetrauit hic restitutionē, vt possit vendicare pro parte dimidia, quæ ei competebat. Si autē esset indiuidua, puta seruitus forte: nam omnis seruitus est indiuidua præter vsumfructum, vt ff. ad leg. Falcid. l. prima, §. si vsusfructus. contra esset, vt ff. quemadm. ser. amit. l. si communem, in princip. & infrà si vnus ex plu. ap. l. prima, & secunda, ff. si serui. ven. l. loci corpus, §. si fundum, & argum. suprà de di. rescrip. l. prima, & argum. ff. de appellat. l. si quis separatim, §. fina. Item no. quod quidam signant contrarium huic l. quod est ff. eod. l. tertia, §. socio, quasi hic facta fuit transactio omnibus istis existentibus minoribus à sorore: sed certè non exigo hos fratres fuisse minores transactionis tempore: licet & hoc posito, adhuc lex illa non obstaret, vt in solutione contrariorum ibi diximus.

3 † Restitui etiam potest, allegationē omisit. l. 36. ff. de minori. si contumax fuit. l. 53. ff. de re iu. etiā si agatur de causa statu. l. 2. inf. eod. vtcumque a tutori defensus fuerit, l. vlti. inf. eod. Gothof.

Seruitus quælibet est indiuidua, excepto vsufructu.

TITVLVS XXVII.

Si aduersus rem iudicatam[3] restitutio postuletur.

Contra sententiam pro parte condemnatoriam, & pro parte absolutoriam potest minor pro parte, scilicet quatenus est læsus: restitui: sed si sententia incidit in tempus maioris ætatis, restitutio cessat. hoc dicit, & est no. lex Bald. Vel sic: Aduersus sentētiam latam contra minorem super actione tutelæ datur restitutio non, si sit lata contra maiorem. h. dicit Salyc.

SI ADVERSVS REM IVDICATAM restitutio postuletur.

De personis dictum est: nunc verò de negotijs.

MInor.] CASVS. Tutor obligatus pupillo in 10. pro vna re malè administrata, & à pupillo facto adulto in 10. conuentus in 5. condemnatus est, in alijs 5. absolutus: minor à sententia non appellauit, sed stetit vsque ad 28. ann. petit nunc restitui, an sit audiendus, quæritur? Distinguitur, aut post legitimam ætatem fuit sententiatum, aut non: si post, restituendus non est: si ante, sic: cum sit intra an. vtile olim: hodie intra quadriennium restitutio peti potest de ijs, quæ in minori ætate gesta sunt.

a *Minor.*] pone hic casum, quo generalis fuit petitio, & generalis absolutio: & sic per eam ... petitu species rerum. Vel pone, quod generalis ... fuit petitio: sed sententia specialis ... ad decem ... & in quinque fuit condemnatus: & in quinque absolutus. Quid autē si de alijs tacuit? Respon. iure communi agit, vt ff. de neg. gest. l. si autē. §. fin. & de compen. l. quod in diem, §. 1. nec praeiudicat sntia, vt ff. de excep. doli. l. apud. §. itē quęritur. Sed quidam dicunt tacite in residuo absolutum, per l. istam, vt ff. de app. l. amplioré, in fi. & infr. de po. l. 4. quod non placet. Sed si pone casum, vt ibi di ... Item nec d̄r nulla in cog. expressit: sed aliud. Et H. licet quidam, vt Azo, hoc dicerunt per h. ... super toto debeat ... condemnando, ... habes ... l. qualem, §. ... b *Consecuti*] puta quinque. c *De superfluo.*] ex alijs quinque. d *Actionem*] s. tutelae efficacem petita ... e *Iudicij*] s. totius, nam si tempore ferendae sententiae maior erat, ita demum restituitur, si dolo aduersarij hęc dilatio est facta, vt ff. eo. l. 1. §. primo, etiam si altero die post impletam ętatem esset lata sententia. Sed certe mihi videtur restitui tunc: nam ... cum res post absentiam vitiata est, modico tempore restituitur secundum omnes, vt ff. ex quib. cau. ma. ... §. sed quod simpliciter. Sed potest esse ratio, quia hic potest appellare.

ADDITIO. Aliam rationem diuersitatis assignat Bart. hic dicens. Modicum tempus ex quo quis reuersus est, computari non potest absenti, donec sarcinulas composuerit, & aduocatum quaerit, quae ratio cessat in modico tempore, ex quo superuenit aetas.

f *Largitur.*] quia estis intra vtilem annum hodie quadriennium.

g *Aetatem*] scilicet 25. annorum.

h *Prolata.*] non torde tutoris, vt ff. eod. l. 3. §. 1.

i *Eisdem speciebus*] maxime de eisdem non potestis: nam nec de alijs, ... de transac. l. sub praetextu specierum, vel aliud in transactione ... quam iudicio propter plures actiones, & species, quas transactio admittit. Vel in vtraque idem ... generaliter agitur, & transigitur, hic specialiter ... facit ff. de iud. l. 2. & ff. de transact. l. age cum Geminiano. & l. si de certa, & ff. de transac. l. cum tutoribus, in fine.

SI cum.] CASVS. Pater filium suum, quem emancipauerat, in potestatem petijt, actione praeiudiciali proposita, filius in iudicio ... protulit emancipationis, replicat pater instrumentum falsum esse, vel ... puta quia erat emancipatus coram iudice pedaneo, cum erat emancipandus, coram iudice ordinario, lata est sententia contra ... filium, vult restitui, quid iuris sit, quaeritur? & respond. praeses prouinciae ipsi audientiam suam impertietur, an restituendus sit, an non: quidam dicunt, quod non, per tit. qui & aduer. quos. l. vlt. tu dic, quod sic, neque obstat lex ille, quia speciale est, quod filius contra patrem audiatur in causa status.

k *Si cum pater*] Pone casum, agit pater actione in rem de iure quiritum, excipit filius emancipationem, pater replicat emancipationem non valere.

l *Emancipationem.*] quam factam esse ille filius dicebat in forma replicationis.

m *Pronunciauerit.*] sed male, & in quolibet & sic non est ꝯ ff. de adoptio. l. post mortem. Vel ibi duo faciunt cōtra patrē; factum suum, & longum tempus; hic vnum tantum, arg. inf. de fun. pa. l. si ibi ... & infra de testam. l. sancimus.

n *Sententiam*] in qua fuisti subiectus potestati patris.

o *Postules*] tu filius.

p *Qui prouinciam regit*] videtur ergo, ꝙ minor magistratus, puta praeses possit in integrum restituere, ꝯ sententiam maioris, puta proconsulis, q. est spectabilis, iste clarissimus, vt inf. l. prox. & sup. de episc. & cleric. l. raptores, quod esse nō potest, vt ff. eod. l. in causae, §. fina. & l. praefecti. & l. minor autē magistratus. sic & in appellatione. vt in Auth. de appel. & in-si ... quae temp. §. fina. ... Sed dic praeses nomen generale ... esse, vt ff. de offi. praesid. l. 1. Vel hic non facit mentionem praesidis: ... loquitur de proconsule, qui regit prouinciam: vel litera ita non dicit, quod restituat, sed quod sic impertienda cognitio.

q *Exhibebit*] de secundo restitutionem, & sic non est contra ... qui & aduer. quos. l. fin. vbi dicit non dari restitutionem contra patrem. Vel dic hanc per illam corrigi, quod in idem recidit. Vel cognoscet, sed super hoc non pronunciabit, vt argum. ff. de offi. proconsul. l. solent. Vel dic speciale, cum de statu ... detur, alijs secus, hoc placet. Vel restituitur contra sententiam, non contra patrem, argu. ꝯ. si aduer. dona. l. sin. quod non placet. & facit ad l. ꝯ. de patr. potest. l. si filium. & de peti. hae. l. si pater.

A *Duersus.*] CASVS. Ex delegatione principis, quidam vice eius de causa, quam habebat minor contra aliquem, cognouit: tulit sententiam contra minorem: vult restitui aduersus eam: an praetor, vel praeses possit restituere, vel cognoscere an sit restitutio danda, vel non, quaeritur? & respond. quod non: sed solus princeps restituet. Sed nunquid ipse delegatus possit restituere? dicit, quod sic.

r *Qui tunc vice.*] puta quia vicarius erat, de quo loquitur sup. de off. eius qui vi. al. l. 1. Vel quia erat delegatus, vt ff. eod. l. minor autem. §. pen.

s *Praetorem.*] vt inf. vbi, & apud quem, l. 1.

t *Solus.*] aliud videtur in appellatione, vt in Authent. de appellat. & intra quae tempo. §. fin. collat. 4. & hoc ideo, quia ipse princeps videtur cognoscere, cum quis cognoscit vice eius. vnde sicut ipse posset tunc in integrum restituere, ita nunc, vt ff. de minor. l. minor autem magistratus, §. pen. sed quidam dicunt hodie immutatum, vt inf. vbi. & apud quem, l. fin.

1 † Remedia aduersus sententiam restitutio, ... App. ... latorum ... Gothof.

2 † Seuerę.

3 † Vi. Cuiac. 16. obseru. 2.

4 † Quid si is ... principis audi ... torio ... iudicari pōt, l. 18. §. 1. ff. de minor. Gothof.

r Prēsidis nomen est generale.

Imper. Alexander A. Iulijs.

LEX PRIMA.

MInus [a] ex tutelae iudicio consecuti, [b] de superfluo [c] habere actionem [d] ita potestis, si tempore iudicij [e] minores annis fuistis, & nunc beneficium aetatis [1] † vobis largitur. [f]

¶ Caeterum si post legitimā ętatem [g] sententia prolata [h] est, iterato eādem actionem de eisdem speciebus, [i] inferre non potestis. PP. Calē. Febr. Pompeiano, & Peligno Coss.

Minor 25. annis potest restitui contra sententiam latam pro patre super patria potestate. h. d. Bal. & Saly.

Imperator Gordianus A. Serenae. [2] †

LEX II.

SI cum pater [k] tuus te in sua potestate esse, minimeque emancipationem [l] à se factam valere diceret, proconsul super causa cognoscens te eius potestati subiectam pronunciauerit: [m] cum aduersus eam sententiam [n] in integrum restitui postules: [o] is, qui [p] prouinciam regit, in impertienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. [q] PP. 15. Calen. Decem. Pio, & Pontiano Coss. 239.

Aduersus sententiam vicarii, vel delegati principis, solus princeps cognoscit, & restituit. h. d. Bald. & Salyc.

Imp. Philippus A. & Philip. A. Aelianae.

LEX III.

ADuersus sentētiā eius, qui tunc vice [r] principis [3] † iudicauit, in integrum restitutionis auxilium apud pretorem, seu pręsidem prouinciae clarissimū virū efflagitare nequaquam poteris. [s]

¶ Nam aduersus eius sententiam, qui vice principis cognouit, solus [t] princeps [4] † restituet. PP. 18. Cal. Nou. Philippo A. & Titiano Cos. 246.

ADDI-

ADDITIO. Dicit hic Barto. si restitutio petitur aduersus interlocutoriam aliquam, tunc ipsemet delegatus potest restituere, vt d. l. fina. si vero petitur restitutio aduersus definitiuam, tunc ipsemet delegatus restituere non posset, vt hic, nisi sibi specialiter, committeretur, vt d. lege, finali.

Sentẽtia lata aduersus minores indefensos est nulla ipso iure: sed si sunt legitime defensi, est valida, sed possunt restitui, hoc dicit Bald. Vel sic: Sententia definitiua contra minorem defensum est aliqua, sed per restitutionem rescindenda. Salic.

Imp. Diocle. & Max. AA. Vrbinio,[1] † & alijs.

LEX IIII.

CVm & minores vos esse affirmetis, & indefensos [a] nullum [b] vobis praeiudiciũ [c] fieri praeses prouinciae pro sua grauitate curabit.

Nam si iusta defensione tutorum, vel curatorum vobis assistente, aliquid statutum [d] est, intelligitis in integrum restitutionis auxilium vobis esse necessarium: [e] eodem obtinente, etiam si per procuratorem vestrum legitime [f] ordinatum, lis agitata est. Dat. 16. Calend. Maij, Maximo & Aquilino Coss.

Non attenditur qualitas, administratoris, sed qualitas domini hoc dicit, Bal. Vel sic: Sententia lata contra tutorẽ in causa pupillari, dicitur contra pupillum lata: ideo pupillus potest restitutionem petere, hoc dicit, Sal.

Sententia lata cõtra adultũ nõ habentem curatorem an valeat.

CVm & minores. CASVS. Si contra pupillum, vel adultum, & indefensos, quia neque tutor, neque curator interuenit, lata est sententia, nulla est ipso iure, vnde restitutio non est necessaria, si autem defendantur & contra eos lata est sententia, valet, sed aduersus eam restituuntur, idem est, si per procuratorem defendantur.

1 † Vrbano.

a *Indefensos* ab alio, sed voluntarie fuit lis contestata.

b *Nullum* quia non non interueniat curator, vel tutor, vt ff de re iud. l. acta, § fi. & l. contra pupillum, & infra quis leg. per l. 1. & ideo non est necessario restitutio, vt hic. & ff de mino. l. in causae, 2. Quid autem in adulto non habente curatorem? videtur, quod valeat lata, quia sibi sua defensio committi videtur, vt ff quibus ex cau. in poss. eatur. l. haec autem § fi. Sed dic contra secũdum omnes, licet nulla lex hoc dicat, nam & haec, & aliae loquũtur, cum habet tutorem, vel curatorem, & non interuenit, &c. & est in iudicijs speciale, secus in contractibus vt sup. de in integr. restitut. l. si curatorem, & secus in haereditate, vt ff. de acq. haered. l. necessarijs. Item & in iudicijs excipio sententiam de mittendo in possessionem, quę datur contra pupillum, vt ff. quibus ex cau. in poss. ea. l. apud Iulianum, § fi. & l. seq. In adulto tamen hoc est plus in iudicijs, quod a patitur venditionem, vt ff de bon. auth. iud. poss. l. si minor. Item quid si tutor, vel curator in exordio fuit, sed post citatus per iudicem desiit, & condemnatur minor? Videtur, quòd non valeat, quia si medio tempore desierit esse tutor, vel curator, non valet sententia, vt inf. quomodo & quando iudex. l. si praeses. & ad hoc infra de adult. l. quamuis 1. Sed quid si in principio non fuit, postea autem citatus affuit, nunquid valeat sententia? Resp. on. vt infra qui leg. per l. momentaneae Sed dic contra, quia dic non debetur, sicut a contrario sensu eiusdem, l. probat. [illegible] dico, & si non fuit tutor citatus, quia iam contestatis erat, & causa cognita, sed minor cum tutore agit, vt arg. ff de bo. auth. iud. poss. l. minor.

Missio in possessionẽ fit contra pupillum.

c *Praeiudicium.* per sententiam in qua succubuistis.

d *Statutum.* contra vos, pro vobis autem valet, etiam sine eo, vt sup. de procu. l. non eo.

e *Necessarium.* & habebitis, probata laesione. Sed contra ff. eo. l. eum qui Solu. ibi non restituitur qui sponte se obtulit defensioni minoris, nec minor, quia non tenetur. hic tenetur, & sic restituitur.

f *Legitime.* scilicet a minore cũ auctoritate tutoris, vel curatoris, vt supra de procur. l. neque, & hanc l. habent quidã pro vltima huius tituli & alij prope.

IN rem. CASVS. Si in causa pupilli, vel adulti contra tutores, vel curatores lata fuerat sententia, aduersus illam pupillis, vel adultis debetur in integrum restitutio, ac si contra personas eorum lata.

Iidem AA. & CC. Martiano.[2] †

LEX V.

IN rem pupilli,[g] vel adulti contra [h] tutores, seu curatores a praeside lata sententia, restitutionis auxilium nõ minus, quam si quid aduersus [i] eos fuisset statutum implorare minores posse constat.[k] Dat. 10. Cal. Nouemb. AA. Coss. 293.

2 Aquiliano.

non fuit in quae tunc & ratio: quia hic, potius actio contra eos aliquid fuerat statutum, ratio est, quia in res eorũ mandatur sententia executioni, vt ff. de re iud. l. a diuo Pio.

g *Pupilli.* secus si non est in rem eorum.

h *Contra tutores.* qui etiam in alterius aliena, vt inf. de sen. & interlocu. l. 1. & inf. quibus in integ. restitu. non est necess. l. si tutori.

i *Aduersus eos.* scilicet minores praesentes.

k *Constat.* mandaretur enim sententia executioni in res eorum, s. minorũ. Azo. vel adultorum, vt ff. de re iud. l. si sententia, princip. & § primo, vnde secus, quando aliquis se obtulit eorum defensioni, cũ tunc fiat executio in eius sentent. vt ff. eo. l. eum qui & de procur. l. Pautius Restituitur hic ergo ad totam causam, vt ff. de in inte. eo. l. fin. Vel ad appellationem, si eo. tit. l. & si tunc § penult. An autem hodie tempora appellationis currant contra minorem? Quidam dicunt, quod non, vt infra quibus ex cau. in integ. restit. non est necess. l. fina.

Snia cõtra tutores, vel curatores, lata, cõtra quos mandabitur executioni.

TITVLVS XXVIII.

Si aduersus vẽditionem, &c.

Si venditio solennis processit à minore cum iuramento, excludit beneficium restitutionis hoc dicit secundum verum intellectum Bal. Vel sic: Contra venditionem in se validam, minori corporaliter iuranti, de non contrauenienendo, non datur restitutio. Salicetus.

Imp. Alexander A. Florentino[3] † militi.

3 † Florentio.

LEX PRIMA.

SI minor annis vigintiquinque emptori [l] prae-

Vnde dicunt hodie non dandam restitutionem contra sententiam, cum iure communi possit appellari, sicque habes hunc titulum correctum, sed certe & si nõ currerent tempora appellationis, tamen plus est restitui ad totam causam, quam ad appellationem, vt inf. si saepius in integ. resti. post. l. 1. Vnde etiam si appellauit curator pro adulto, tamen adultus potest restitui, vt ff de adm. tut. l. si minoris. Sed tu dic, quod huiusmodi tempora iudicalia currunt hodie propter auctoritatem iudiciorum, vt infra de iud. l. properandum, in fi. in auth. de haered. & fal. § papillus, coll. 1. sic quod tã ad totam causam, quam ad appellandum restitutio est necessaria, secus in absentibus reipublicae causa, qui quandoque ad appellandum tantum restituuntur, vt ff. de in integ. restitut. l. final.

SI ADVERSVS VENDITIONEM, &c.

SI minor. CASVS. Minor 25. an. cum decreto praedium tibi vendidit, promisit, quod non veniret contra venditionem, & hoc iuramento firmauit, petit restitui, an sit restituendus, quaeritur? & respon. quod non.

l *Emptori.* secus si alij iurasses, vel etiam coram testibus, septem, & tabellione, te non venturum contra illam venditionem, quam facturus sis; vt statim dices in auth. hic posita. Item dic emptori cum decreto, & sic tenuit cõtractus

dij cauisti,[a] nullam de cætero te esse cõtrouersiam facturum, idq; etiã [1] † iureiurando corporaliter[b] præstito seruare [2] † confirmasti, neque perfidiæ,[c] neque * periurij [d] me auctoré tibi futurum sperare debuisti. Dat. 6. Cal. Septemb.

Contractus puberum iuramento firmati, nequeunt infirmari, nisi vis, vel iustus, metus interuenerit vel nisi in ratum de non exponẽda querela maleficiorum. Bal. Vel sic: Contractus puberum iuramento spontaneo firmati, nequeunt retractari, secus si iuramentum per vim sit extortum. hoc dicit Salic.

Noua constitutio Federici.

SAcramenta * puberum [e] sponte facta super [f] contractibus [g] rerum suarum nõ retractãdis, inuiolabiliter custodiantur.[h] [3] † Per vim autẽ vel per iustum metum [4] † extorta,[i] etiam à maioribus (maximè ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant) nullius momenti iubemus.

Minor læsus sui facilitate, vel per tutoris insidias restituitur integrum. Bal.

3 † Sic statuo. Res pupilli mobiles uiles præsertim & tpe perituras legitime à tutore distrahi.l.22.ff. de admin. tut.eas: que uiu api & immobiles legis pscripto, & sine ulla lęsione alienatas in ea dé esse cã sup. si aduer.uéd. si alterutra il egitimè uéditæ sint non usucapi ut hic. 10. Eclog. 4. titu. 18. Goth.

Pupilli res an possit usucapi. Præscriptio nulla currit contra minorem.

pec.l.si intra.excepta 30. an.præscriptione sui odio, quæ in pupillo dormit, vt in d.l.sicut. Sed eam expone, vt ibi dixi.

SI ADVERSVS FISCVM RESTITVTIO, &c.

De personis minorũ, et rebus et negotijs, aduersus quæ restituũtur minores, dictũ est: nũc de personis dicendũ, aduers⁹ quas restituũtur.

TITVLVS XXXVII.

Si aduersus fiscum restitutio postuletur.

Minor restituitur, etiam contra fiscum. h. d. Bal. Vel sic. Si minor lædatur in venditione facta procuratori Cæsaris, potest restitui: & competens iudex est procurator fisci. h. d. Secundum vnam lect. & veriorem. Sal.

Impp. Seuerus, & Antoninus A A. Longino.

LEX PRIMA.

SI Probus [a] in minori ætate constitutus, circumuentus [b] à Rufino dispensatore nostro, [c] venditionem rei præcipiri animo pretio longè minore [d] contrahere festinauit, iuris [e] publici [f] fiscus [g] noster in integrũ [1] † restitutionis [2] † sequitur auctoritatem. Dat. Seue. A. 2. & Victorino Coss. 201.

Inter priuatos cognoscit præses prouinciæ: tamen inter priuatum ex vna parte, & fiscum ex altera, cognoscit procurator Cæsaris, adiuncto præside. h. d. Bal.

Imp. Alexan. A. Antiochio, & alijs.

SI probus. CASVS. Minor 25. anno. procuratori Cæsaris longe minori pretio, quam valuit, vendidit: puta valebat 30. vendidit pro 20. rem suam si petat restitui coram quo restitutionis causa agitari debet? respon. quod corã procuratore fisci, q. iudex est inter priuatũ, & procuratorẽ priuatæ rationis. i. procuratorem Cæsaris.

a *Si probus.*] propriũ nomen est.

b *Circumuentus.* re ipsa, non dolo aduersarij. sic ponitur ff. de mino. l. in causæ. 2. §. idẽ pomponius. alias non haberet in integrum restitutionem: cum si dedisset dolus causam contractui, ipso iure esset tutus: vel si incidisset, esset tutus actione ex eo cõtractu, vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. si dol. & §. si venditor. & §. per contrarium. Vel dic dolum dedisse causam cõtractui, sed processum fuit ad traditionẽ. vnde sicut maiori daretur de dolo, sic minori in integrum restitutio.

1 † Aequi nõ videtur restituendus eũ [illegible] de cepto cõpetat ordinariũ remediũ, l. 2. inf. de resc. in. vend. Restitutio vtilior est minori, q a nõ cogitur probare se deceptũ: vltra dimidiam iusti ptij. Bal.

2 † al. restitutionis iure sequet.

c *Nostro.*] scilicet procuratore Cæsaris, siue principis, qui etiã rationales dicitur, vt sup. de modo mulcta. l. 2. & 3.

d *Minore.*] non tamen vltra dimidiam iusti. pretij, quia & tunc ageret actione ex eo contractu, vt inf. de resc. in. vẽd. l. 2. arg. ff. de iure dotium. l. si res, §. 1. & l. iure succursum, §. fi. Accur.

e *Iuris.*] ius priuatorum vocat hic ius public. ideo quia publica auctor. est inuentum.

f *Publici.*] idest iuris communis.

g *Fiscus noster*] idest procurator fisci, qui cognoscit inter priuatum, & Rufinum procuratorem Cæsaris, vt j. eo. l. 4. Vel dic Rufinum esse procuratorem fisci, & sic fiscus, idest procurator fisci Rufinus patietur dari contra se restitutionem. Sed hic expone. s. dispensatore nostro, i. fisco. Sed tunc erit iudex procurator Cæsaris, vt inf. l. prox. prima verior.

SI aduersus.] CASVS. Siquis aduersus priuatum vult restitui, coram quo agitanda sit causa restitutionis quæritur? & respon. q coram præside prouinciæ. si autem contra fiscum priuatus vult restitui, cognoscat procurator, Cæsaris, an danda sit, necne: & hoc præsente prouinciæ præside & aduocato fisci.

h *Procuratorem meum.*] qui cognoscit inter priuatum & fiscum. vt hic, & inf. l. prox. & inf. vbi causæ fisc. ad fiscum. Et dicitur rationalis.

i *Vnacum*] sed hodie secundum F. solus princeps cognosc. i., vt in auth. v. omnes obe. iudi. §. si. cotra. 5. Accur.

k *Patrono.*] i. aduocato, qui si non adesset, ex integro cognosci oporteret, vt ff. de iure fis. l. fiscus. & sup. de aduo. fis. l. fi. Et no. in hoc tit. priuilegiatum contra priuilegiatũ admitti, vt ff. ex quibus cau. ma. l. fi.

Priuilegiatus contra priuilegiatum admittitur.

E Dicto.] CASVS. Habebat minor aliquis prædium cẽsuale, pro quo reddere censum singulis annis tenebatur, cessauit in solutione: procurator fisci prædiũ distraxit: vult minor ad illud restitui, an sit audiendus, quæritur? allegat minor pro se, quòd sit restituendus, quia edicto diui Marci continetur, q si fiscus vendit rem alienam ut suam, emptor securus fit præscriptione quinquennali, quo edicto excipiebantur res minorum, vt vltra quintũ annum competat minori rerum suarũ restitutio. Respon. Imperator, quod edictũ pro minore isto nihil facit, quia tunc locũ habet illud edictum, cum fiscus vendit rẽ alienam, vt suã. hoc autem casu vendidit alienum propter aliquam cessationem censuum. si autem procurator fisci longè minore pretio vendidit quam valuit, puta valebat triginta, & vendidit p 10. x. vel solennitatem, quæ in his desideratur, non seruauit, minor restituet. Sunt enim tria seruãda in tali venditione. Primum, vt quis deleat: secundum, vt in solutione cessauerit: tertium, vt res sub hastentur. quorum si aliquod defuerit, si minor fisco satisfecerit.

LEX II.

SI aduersus priuatos, in integrum restitutionem, tam tu, quam fratres tui desideratis, præsidis prouinciæ viri clarissimi notio est: isque, causa cognita, æstimabit, an auxiliũ, quod imploratis, conferri vobis debeat. quòd si aduersus fiscum id postulatis, intelligitis procuratorem meum [h] vna cũ [i] præside, [3] † præsente fisci patrono, [k] adire vos debere. Dat. Cal. Aug. Alexan. A. 2. & Marcello Coss. 227.

Si minoris res alicui est vendita à fisco iure creditoris minus solenniter, & iniusto pretio, etiam post quinquennium retractatur, debitore satisfaciente fisco. h. d. Bal. Vel sic. Si fiscus vendidit rem alienam, vt suam, dominus poterat iure isto rẽ vindicare vsq; ad quinquennium si erat maior. minor vero etiam vltra: si non uendidit iure creditoris, isto tempore neuter eorum auditur, nisi sit pretio minori vendita, & solennitas debita non seruata: & de hoc cognoscit procurator Cæsaris. h. d. Sal.

rit, procurator Cæsaris, qui cognoscit inter priuatum, & fiscum, fundum sibi restitui iubebit, venditione penitus reuocata.

Fiscus dupliciter rẽ alienam vendit.

Edicto.] Duobus modis vendit fiscum rem alienam. Primo vt suam, & in hac venditione locus erat edicto diui Marci, quo cauetur, vt emptor securus sit præscriptione quinquennali, quo edicto excipiuntur res minorum, vt etiã vltra quinque ann. possint repetere, vt hic: sed hodie hoc edicto sublato statim securus est emptor, licet intra quadriennium dominus possit agere contra fiscum, vt instit. de vsu. §. fina. & inf. de quadri. præscript. l. omnes. & l. fina. Sed minor etiam vltra quadriennium ad rem suam admittitur, vt infra, de resti. mili. l. neque. Secundo vendit alienam ob aliquod debitum sibi, cuius rei possessionem nunquam habuit: in qua venditione nec maiores, nec minores iuuantur: & tria oportet ibi concurrere. Primum, vt aliquis debeat. & eum cessare in solutione, & venditionem solenniter fieri aliquo istorum deficiente, reuocatur [illegible] talis venditio si iusto pretio vt in fin. huius leg. & [illegible] pub. pen. lege. fina. & lege secunda. & de resc. in. vend. lege [illegible] quos, & de resc. in. vend. lege fundus. & infra. de fid. [illegible] & iure hasta. fis. lege prima, secunda, & [illegible] lib. [illegible] supra si aduer. vend. pig. [illegible] ead. & ff. eod. l. si ex causa. § [illegible]

Lege-

a *Excepta.* præscriptione quinque annorum indulta ex edicto, cum rem alienam vendidit fiscus, vt suam. Accur.
b *Tuum.* minoris, vt dixi inf. de fide instr. & iure hastæ fisc. l. pen. lib. 10.
c *Siquidem.* idest, quia.
d *Debiti.* erat autem edictum diui Marci, vt si quis rem emptā à fisco quinquennio possedisset, tutus esset, nisi res esset minoris, sed neque res minoris intelligebatur excepta, cum nomine parenti debiti à fisco ei quæstio moueretur, & ob id cessat beneficium edicti in hac parte.
e *Patris.* ergo vt alienam vendebat.
f *Ipsius.* scilicet minoris.
g *Quæstionem.* quia non vt suam, sed vt alienam vendidit: & sic emptor est securus, si interuenerunt tria, quæ sunt necessaria.
h *Procuratoris nostri.* idest fisci, qui dicitur procurator Imperatoris quantum ad iurisdictionem.
i *Iubebit.* scilicet procurator Cæsaris.

1 † Imperatores solét prædecessores suos (nequidē agnatione aut stirpe coniūctos) appellare parentes, vt hic, & l. vni. sup. ne lic. pe. ten. & alibi sæpe. Goth.

Impp. Diocle. & Maximian. AA. & CC. Laurentio.

LEX III.

Edicto quidem diui Marci parentis [1] † nostri res minorum exceptæ, [a] nihil tuum [b] adiuuant desiderium: siquidem [c] debiti [d] causa patris [e] minoris, vel etiam ipsius [f] prædia venundata, quinquennij præscriptionis nullā admittūt questionē. [g] Sed quoniam per collusionem, siue fraudē tunc temporis procuratoris [h] nostri nimis exiguo pretio fundum tuum cū mancipijs venundatum asseueras, si aditus rationalis noster tuis adesse fidem allegationibus, nec seruatam solēnitatem hastarū animaduerterit: fisco te satisfaciente, reuocata venditione, fundum tibi restitui iubebit [i] Dat. Id. Feb Sirmij CC. Coss. 294.

SI ADVERSVS creditorem, &c.

Stricte hoc tit. ponitur creditor pro mutuatore, vt aliquid in eius odium inducatur specialiter vt inf. l. prox. dicet.

2 † si aduersus mutuū Eclog. 10. cap. 2.

CVm & ipse. CASVS. Si minori ann. 25. 10. mutuasti, & ea perdidit: si restitui velit aduersus obligationem mutui, nec ei ea teneatur: an sit audiendus, quæritur? & resp. quòd sic, nisi probet eum locupletiorem factum: vnde læsus præsumitur, nisi contrarium probetur, sed speciale est in odiū creditoris: alioquin esset contra. ff. de iureiurand. l. nam postea. §. si minor. vbi dicitur, quòd nō ideo, quia minor est, læsus esse intelligitur: vnde debet se læsum probare.

1 Ideo dicunt Doctores, vt per Barto. hic, quòd si csset mutuatū minori sine fœnore, non habere locū hæc lex: quod nota.

k *Cum & ipse.* scilicet tu fœnerator. Accur.
l *Contraxisse.* dando ei mutuam pecuniam. speciale est hic in odium fœneratoris eius contrarium est generale, sup. de in integ. rest. l. in motionibus,
m *Locupletiorem.* præsumitur ergo læsa, nisi contra probetur, & hic est contra. ff. de iureiurat. d. l. nam & postea. §. si minor. & supra de in integr. restit. mi. l. 5. Sol. speciale est hic in odium fœneratoris, & arg. ff. de re cor. l. magis, §. nec tamen, & ff. eod. l. patri. § 1. & arg. sup. de sacrosan. eccl. aut hoc ius porrectum. in fin. Sed & aliis videtur idem: vt inf. de præd. mi. l. si prædium, sed expone vt ibi. Alij dicunt vt Py. quòd hic creditor sponte in se onus probandi suscepit, vt argumen. ff. de proba. l. circa. Tertij dicunt, quòd hic probauerat minor tria, scilicet se minorem tempore contractus fuisse, & pecunia non indiguisse, & acceptam amisisse, ergo est restituenda, nisi creditor probet locupletiorem, & secundum hos tres casus dic restitutam idest restituendam, & sic supra, de leg. & constitutio. lege prima. Quarti dicunt, quòd data fuerat restitutio iam minori, qui probauerat læsionem, & creditor appellauerat. Vnde in causa appellationis debet appellator probare, & iniquitatem sententiæ detegere, vt argumen. ff. eodem, l. præfecti, & infra, de appellat. l. ij. qui. Sed male dicunt: immo idem qui prius, & nunc probare debet, vt infra, de appell. lege quarta, & ff. nil nouand. appel. pend. lege prima, & ff. ad Turpil. l. prima. in fi. & in authen. de ijs, qui ingred. ad app. §. illud quoque determinare, colum. 5. & dicitur detegere iniquitatem appellator eo ipso, quòd dicit, inique dico sententiam contra me latam. sic ergo quattuor modis intelligi pōt hæc lex sed primus verior.
n *Restitutam.* i. restituendam.

Appellās quid probare tenetur.

Imp. Ant. Pius A. Prunico.

LEX PRIMA.

CVm & ipse [k] profitearis cum Zenodora minore vigintiquinq; annis te contraxisse: [l] nec doceri potuisse prætorē virum clarissimum, ex eo contractu locupletiorem [m] eam esse factam: intelligis eam meritò in integrū restitutā. [n] Dat. 6 Non. Aug. Largo & Messal. Coss. 148.

Imp. Gordianus A. Caiano.

LEX II.

SI (vt allegas) minor annis pecuniam fœnori accepisti, nec ea in rem tuam versa est, [o] aduersus cautionē, per quam eo nomine te obligasti in integ. restitutionis auxiliū potes solenniter postulare. PP. 3. No. Oct. Pio & Pont. Coss. 242.

o *Si vt allegas.* CASVS. Minor 25. mutuasti, quæ confessus est minor se recepisse, sed perdidisse: vult restitui, an sit audiendus, quæritur? & respon. quod sic, nisi probes pecuniam in rem suam versam esse: quod non præsumitur, nisi tu probes eā in eius commodum versam.
o *Versa est.* quod probare debes scilicet nō esse versam secundū quosdam. Tu dic, quod præsumitur nō esse versa, nisi creditor probet, in eius odium: vt dixi sup. lege proxim.

3 † Florentino

TITVLVS XXXVIII.

Si aduersus creditorem, [2] † &c.

Ipse minor in mutuo læsus præsumitur, nisi mutuās probet verum in rem minoris; & ideo minor restituitur. h. d. cum l. seq. Vel sic: Contra fœnerantem minori præsumitur, nisi probet mutuum in vtilitatem minoris conuersum: ex qua præsumptione restitutio datur, & data iustificatur. h. d. secundum omnes lect. Bal.

TITVLVS XXXIX.

Si minor ab hæreditate se abstineat.

Filius, qui se paternæ hæreditati non immiscuit, non eget beneficio restitutionis in integ. vt abstineat: quia tutus est ipso iure per beneficium prætoris; sed si immiscuit, vel bonorum possessionem agnouit, & est minor, & læsus restitutio in integr. sibi est necessaria. h. d. Bal.

Impp. Seuerus, & Anton. AA. Florentio [3] † & alijs.

LEX PRIMA.

SI vos paternæ hæreditati non immiscuistis, [p]

SI MINOR AB HÆREDITATE se abstineat.

SI vos. CASVS. Si filiofam. minori delata fuerit hæreditas paterna, neq; ei se immiscuit, an non obstante eo, quod procreatus non est se illam habere velle, sibi præiudicaturi, quo minus eam repudiet, ne i creditoribus conueniatur, qui dicunt eum filium, & hæredem, quæritur? & respon. quod non: si autem se immiscuit, & postea velit eam repudiare: an possit beneficium restitutionis in integr. petere, quæritur? & resp. quòd sic.
p *Immiscuistis.* immiscere suorum est, adire extraneorum, vt insti. de hære. qualitate & differ. §. extraneis.

Ob-

ob eam rem [a] testificatio necessaria non fuit, cum fides veritatis [b] verborũ adminicula non desideret. Quòd si pro hærede [c] gessistis, vel bonorum possessionem [d] accepistis, pp ætatẽ cui subueniri solet, in integ. restitutionis auxilium accipere debetis. [e] PP. 6. Nouemb. Maij, Saturnino, & Gallo Coss. 199.

IN AVTH. vt sponsl. larg. §. ad hæc quoque. colla. 9. consti. 2.

Ista auth. ponit modum procedendi, quando petitur restitutio aduersus aditam hæreditatem: modus autem procedendi est, vt citatis citandis, & non cõparẽtibus intra tres menses petẽti restitutionem cõcedatur. qua concessa, ex officio iudicis datur curator hæreditati iacenti, q. debet inuẽtariũ facere apud acta. h. d. Bal.

SI omnes creditores præsentes [f] sunt, ubi restitutio postulatur, a iudice vocẽtur, [g] vt intersint, cum minor se abstinet: [h] sed si omnes absunt, vel quidam, solẽniter a iudice citentur, [i] q. bus intra tres menses [k] non apparentibus, minor sine periculo ab hæreditate discedat: [l] iudice prouidente † vbi [m] & qualiter res hæreditariæ debeant custodiri, quantitate earum in actis manifestanda. *

Potest quis ab hæreditate paterna per restitutionẽ abstinere, & auitam amplecti. h. d. Vel sic: Hæreditates, quæ ex diuersis testamẽtis, vel ex diuerso iure deferũtur, nõ intelligũtur inuicẽ cõiungi: & ideo admittitur earum separatio. vt hic Baldus.

Imp. Gordianus A. Herodo.

LEX II.

SI cum aui tui [n] testamẽto te hæredem [o] reliquissent, hæreditates eorum nõ adiisti: [p] liberum tibi est, repudiata paterna successione, [q] per in integrum restitutionis auxilium, quo te ætatis iure dicis esse munitũ, hæreditatem parentum [r] tuorum (licet antea non adiisti) nunc obtinere. [s] PP. 3. Non. Feb. Gordiano A. 2. & Pompeiano. Coss. 242.

TITVLVS XL.

Si vt omissam [t] hæreditatẽ [u] vel bonorum [x] possessionẽ, vel quid aliud [y] acquirat. [z]

Aduersus hæreditatis, vel bonorũ possessionis omissam agnitionẽ minor põt in integrũ restitui. h. d. l. i. Tamẽ si emancipatus restituitur, debet cõferre fratribus quod habuit tpe mortis patris. h. d. l. ij. et sic habet totũ tit. Bal. Vel sic: Minor põt restitui, ut adeat hæreditatẽ de iure ciuili: et etiam ut bonorum possessionem petat de iure prætorio: ad collationem tamen tenebitur. h. d. totus ti. Sal.

Imp. Gordianus A. Protæ.

LEX PRIMA.

MInores vigintiquinque annis, non tantùm in iis, quæ ex bonis pprijs amiserũt, verũ etiã si hæreditatẽ sibi delatã nõ adierint, [a] posse i ĩtegrũ

Hæres suus an præsumatur statĩ adisse.

a *Ob eam rem.*] s. q abstinuistis. Et dic testificatio i. denũciatio vel protestatio coram testib. Et sic no. q hac l. reprobatur opi. quorundam, qui dixerunt, q suus hæres præsumitur adisse, & teneri statim creditorib. & pro eis est illud Pauli. Si filius, ergo hæres. l. i. q est suus, & necessarius: vt insti. de hære. quali. & diff. §. sui. & de hære. quæ ab inte. §. 2. Et ar. j. de cur. fu. l. fin. §. 1. Sed illud est uerũ, quantum ad nomẽ non quantum ad cõmodum uel incommodum, vt hic, & in insti. de hæred. quali. & dif. §. necessarii vero. & ff. de acq. hær. l. quæsitum, vel domum patris inhabitauit post mortem nam & tũc debet probare nõ aio adeundi fecisse: ut inf. de repu. hære. l. j. in casu tñ perinde hr, ac si stati immiscuisset se: vt ff. de si deic. lib. l. cũ quasi. §. sed & si quis. in fi. 1. §.

Adire hęreditatẽ vĩ. q domum patris post mortẽ inhabitat.

b *Fides veritatis.*] i. fides: quæ hr veritati. f. hoc casu: alias autem qñque exiguntur verba, vt in stipulatione: ut ff. de verb. obli. l. j. in prin. & in testamentis: vt infra de test. l. iubemus. & i nouationib. ut inf. de noua. l. j. in fi.

1 † *Index ex officio suo potest, parte non petente, prouidere, ne bona pereant. Inuentarium tutoris apud acta cõficiẽdũ. Ita confectum dicitur insinuatum. Bal.*

c *Pro hærede.*] i. p domino: vt insti. de hære. quali. & diff. § fin.

d *Vel bonorum possessionem.*] s. vnde liberi, quæ datur suis & emancipatis: ut inf. vnde li. l. j. & ff. Ac.

e *Debetis.*] i. si vultis: ut su. si tutor, vel cur. l. j. & hoc cum solennitate, quã dicit auth. si oẽs, &c. quam hic lege, & est sumpta ab auth. vt sponsa. largi. §. ad hæc.

* *Gl. 1. in c. quoniã frequẽter, adducit hanc authenticã, q testes nõ possunt recipi ante litẽ cõte. ubi aliquid est expediendũ iudicis officio.*

f SI *omnes præsentes*] s. in illa ciuitate: ut in corpore. alibi aliter accipitur: vt inf. de p̃script. lon. tem. l. fi.

g *Vocentur.*] alias nõ ualet restitutio: ut ff. eo. l. etiam si. §. fi. cum & causa cognita fieri debeat: 1 ut ff. eod. l. in causæ. 1. §. causa. & l. ait prætor. §. non solum. in fin. § & infra si per uim uel alio modo. l. fin. & tit. si cui plus quàm leg. Fal. l. 1. Quid in legatariis? Respon. & hi uocantur. ut in auth. de hære. & Fal. §. sancimus. col. 1. & inf. de auth. præs. l. si. Sed ar. contra. inf. de iure del. b l. fi. §. sed & legatarii.

1 Concor. c. cum ex literis. iunct. gl. sup. ver. dãda. extra de restitu. in integ.

h *Abstinet.*] i. petit restitui. ut abstineat.

i *Citentur.*] non ergo per præsentes plures præiudicatur absentibus paucioribus secundum quosdam. infra fa. ercisc. l. cohæredibus. Sed argum. contra. ff. de pact. l. & suum. in fin. & l. maiorem, & l. rescriptum. & ff. de curat. bonis. dan. l. 2. debent tamen hi omnes uocari saltem ad domum: ut infra de anna. excep. l. ut perfectius: in fine.

k *Tres menses.*] simile spatium datur: infra de reiu. authen. iubemus. & infra quomodo & quãdo iudex. auth. qui semel.

l *Discedat.*] per restitutionem.

m *Vbi.*] dando curatorem bonis: ut ff. de cura. bon. dan. l. 1. 2. & 3. & excipe, nisi quid periit per imbecillitatem ætatis: vt ff. eo. l. ait prætor. §. pen.

SI *cum.*] CASVS. Tres hæreditates erant delatæ, paterna, & duorum auorum patrum, & matrum. auitas hæreditates non adiit, sed paternã: sentit se læsum: uult restitui ad taciẽ repudiatas. s. auita: vt abstineat à paterna. an sit audiendus, quæritur? & respon. quod sic.

n *Aui tui.*] paternus vel maternus. s. cui nominatiui casus.

o *Te hæredem.*] patre tuo forè exhæredato antea, vel mortuo.

p *Non adiisti.*] i. repudiasti, vel annũ tacuisti. sic infra qñ non pe. par. leg. j. & ideo est læsus.

q *Successione.*] s. q̃ adiisti. & q̃ mõ repudias, iure restitũnis, ut subiicit: vt ff. de mino. l. & si sine. §. restitutus. nõ cõmuni iure: vt inf. d. repu. hær. l. si. m.

r *Parentum.*] i. auorũ. Sed nunqd iure ciuili. an prætorio? Rñ si auita est ei delata post hæreditatem paternam, iure ciuili: si ante, prætorio: vt ff. vnde libe. l. qui se. nisi in duobus casibus 〈…〉 loã. vt ff. de cond. insti. l. fi. & vnde liberi. l. scripto.

s *Obtinere.*] s. per restitutionem.

t SI VT OMIS. &c. *Scilicet lapsu ætatis.*

u *Hæreditatem.*] de hoc tractat l. j.

x *Vel bonorum.*] de hoc tractat l. 2.

y *Aliud.*] de hoc tractat l. 2. & 3.

z *Acquirant.*] per restitutionem.

MInores.] CASVS. Si minori sit delata hẽditas, & repudiauit: an ad eã restitui possit. q̃rit: & rñ. q sic. nõ. n. solũ restituit. si res suas, quas habuit, amisit: sed si quas nõdũ habuerit, ea tñ habitur' erat, si n icõsultè repudiasset.

a *Adierint.*] i. repudiauerint: & rursus poterit restitui vt repudiet: ut ff. e. l. & si sine. §. restitutus. & hoc re integra.

a *Minus.*] pone hic casum, quo generaliter fuit petitio, & generaliter absolutio: & sic ꝯ. vel pone, quod generaliter fuit petitio: sed sententia specialis. ex una tutela in decem egit: & in quinque fuit condemnatus: & in quinque absolutus. Quid autem si de aliis tacuit? Respon. iure communi agit, ut ff. de neg. gest. l. si autem. §. fin. & de compen. l. quod in diem, §. 1. nec praeiudicat sntia, ut ff. de except. doli. l. apud. §. itē quaeritur. Sed quidam dicunt tacite in residuo absolutum, per l. istam, ut [illegible] de appel. ampliorē, [illegible] quod non placet. sed [illegible] pone casum, ut ibi dixi. Item nec dn̄ nulla in eo expressit: sed [illegible] H. licet [illegible] ut Azo, hoc [illegible] super toto debeat iudicare condemnādo, vel absoluēdo, habes ff. de iur. [illegible] §. [illegible]

b *Consecuti.*] puta [illegible]

c *De superfluo.*] ex aliis 5 quinque.

d *Actionem.*] s. utilem [illegible] efficacem petita prius in integr. restitutione.

e *Iudicij.*] s. totius, nam si tempore ferendae sententiae maior erat, ita demum restituitur, si dolo adversarij haec dilatio est facta, ut ff. eo l. 1. §. primo, etiam si altero die post impletam aetatem est lata sententia. Sed certe modo videtur restitui tunc: nam [illegible] cum res post absentiam [illegible] est, modico tempore restituitur secundum omnes, ut ff. ex quib. cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. Sed potest esse ratio, quia hic potest appellare.

ADDITIO. Aliam rationem diversitatis assignat Bart. hic dicens. Modicum tempus ex quo quis reuersus est computari non potest absenti, donec sarcinulas composuerit. & advocatum quaesit, quae ratio cessat in modico tempore, ex quo supervenit aetas.

f *Largitur.*] quia estis intra utilem annum hodie quadriennium.

g *Aetatem*] scilicet 25. annorum.

h *Prolata.*] non forte tutoris, v. ff. cod. l. 2. §. 1.

i *Eisdem speciebus*] ratione de eisdem non potestis: nam [illegible] de transac. l. sub praetextu specierum, [illegible] plures actiones. & [illegible] transactio admittit. Vel in utraque [illegible] litter agitur, & [illegible] agitur, hic specialiter [illegible] facit ff. de iud. l. 2. & ff. de transac. l. age cum Geminiano. & l. si de certa, & ff. de transac. l. cum tutoribus [illegible]

r † Remedia adversus sententiam [illegible] de appel. [illegible] ff. de except. [illegible] 17. de exceptionib. Gothof.

a † Severg.

Imper. Alexander A. Iuliis.

LEX PRIMA.

Minus [a] ex tutelae iudicio consecuti, [b] de superfluo [c] habere actionem [d] ita potestis, si tempore iudicij [e] minores annis fuistis, & nunc beneficium aetatis [f] † vobis largitur. [1]

¶ Caeterum si post legitimā aetatem [g] sententia prolata [h] est, iterato eādem actionem de eisdem speciebus, [i] inferre non potestis. PP. Calē. Febr. Pompeiano, & Peligno Coss.

Minor 25. annis potest resti tui contra sententiam latam pro patre super patria potestate. h. d. Bal. & Saly.

Imperator Gordianus A. Serenae. [2] †

LEX II.

SI cum pater [k] tuus te in sua potestate esse, minimeque emancipationem [l] à se factam valere diceret, proconsul super causa cognoscens te eius potestati subiectam pronunciauerit: [m] cum aduersus eam sententiam [n] in integrum restitui postules: [o] is, qui [p] prouinciam regit, in impertienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. [q] PP. 15. Calen. Decem. Pio, & Pontiano Coss. 239.

SI cum.] CASVS. Pater filium suum, quem emancipauerat, in potestatem petijt, actione praeiudiciali proposita, filius in iudicium exceptionis [illegible] protulit emancipationis, replicat pater [illegible] esse, vel [illegible] volente, vel puta quia erat emancipatus coram iudice pedaneo, cum erat emancipandus [illegible] ordinario, lata est sententia contra [illegible] filium, vult restitui, quid iuris sit, quaeritur? & resp. praeses prouinciae ipsi audientiam suam impertietur, an restituendus sit, an non: quidam dicunt quod non, per tit. qui & aduer. quos. l. vlt. tu dic, quod sic, neque obstat tex ille, quia speciale est, quod filius contra patrem audiatur in causa status.

k *Si cum pater.*] Pone casum, agit pater actione in rem de iure quiritium, excipit filius emancipationem. pater replicat emancipationem non valere.

l *Emancipationem.*] quam factam esse ille filius dicebat in forma replicationis. m *Pronūciauerit.*] sed male, sm quosdam. & sic non est ꝯ. ff. de adoptio. l. post mortem. Vel ibi duo faciunt contra patrē: factum suum, & longum tempus: hic unum tantum. arg. inf. de fun. pa. l. filius 1. & infra de testam. l. sancimus.

n *Sententiam*] in qua fuit filius subiectus potestati patris.

o *Postules*] tu filius.

p *Qui prouinciam regit*] Videtur ergo, ꝙ minor magistratus, puta praeses possit in integrum restituere, ꝯ sententiam maiorum, puta proconsulis, qui est spectabilis, iste clarissimus, ut inf. l. prox. & fin. de episc. & cleric. l. raptores. quod esse nō potest, ut ff. cod. l. in causae, §. fina. & l. praefecti. & l. minor autē magistratus. sic & in appellatione, ut in Auth. de appel. & infra quae temp. §. fina. coll. 4. Sed dic praeses nomen generale est, vel hic non facit mentionem praesidis: [illegible] proconsule, qui regit prouinciam: vel litera ista non dicit, quod restituat, sed quod sit impartienda cognitio.

Aduersus sententiam vicarii, vel delegati principis, solus princeps cognoscit, & restituit. h. d. Bald. & Salyc.

Imp. Philippus A. & Philip. A. Aelianae.

LEX III.

ADuersus sentētiā eius, qui tunc vice [r] principis [3] † iudicauit, in integrum restitutionis auxilium apud praetorem, seu praesidem prouinciae clarissimū virū effla gitare nequaquam poteris. [s]

¶ Nam aduersus eius sententiam, qui vice principis cognouit, solus [t] princeps [4] restituet. PP. 18. Cal. Nou. Philippo A. & Titiano Cos. 246.

q *Exhibebit.*] [illegible] restitutionem, & sic non est contra, ꝯ. qui & aduer. quo. l. fin. vel dic ibi non dari restitutionem contra patrem. Vel dic hanc per illam corrigi, quod iu [illegible] Vel cognoscet, sed super hoc non pronunciabit, ut arg. ff. de offi. proconsul. l. solent. Vel dic speciale, cum de statu agitur, ut detur. aliis secus, hoc placet. Vel restituitur contra sententiam, non contra patrem, argu. ꝯ. si aduer. dona. l. fin. quod non placet. & facit ad l. ꝯ. de patr. potest. l. si filium. & de peti. haere. l. si putas.

ADuersus.] CASVS. Ex delegatione principis, quidam vice eius de causa, quam habebat minor contra aliquem, cognouit: tulit sententiam contra minorem: vult restitui aduersus eam: an praetor, vel praeses possit restituere, vel cognoscere an sit restitutio danda, vel non, quaeritur? & respond. quod non: sed solus princeps restituet. Sed numquid ipse delegatus possit restituere? dicit, quod sic.

r *Qui tunc vice.*] puta quia vicarius erat, de quo loquitur sup. de off. eius qui vic. al. l. 1. Vel quia erat delegatus, ut ff. cod. l. minor autem. §. pen.

s *Poteris.*] ut inf. ubi, & apud quem. l. 1.

t *Solus.*] aliud videtur in appellatione, ut in Authen. de appellat. & intra quae tempora, §. fin. collat. 4. & hoc ideo, quia ipse princeps videtur cognoscere, cum quis cognoscit vice eius. unde non ipse possit hunc in integrum restituere, ita nunc ut ff. de minor. l. minor autem magistratus, §. pen. sed quidam dicunt hodie immutatum, ut inf. ubi & apud quem, l. fin.

3 † Vi. Cons. [illegible] 16. obserua. 2.

4 † Quid si [illegible] contra [illegible] principis iudicio? [illegible] praetorio iudici [illegible] 1. 18. §. 1. ff. de minor. Gothof.

t Praesidis nomen est generale.

ADDI.

ADDITIO. Dicit hic Barto. si restitutio petitur aduersus interlocutoriam aliquam, tunc ipsemet delegatus potest restituere, vt d. l. fina. si vero petitur restitutio aduersus definitiuam, tunc ipsemet delegatus restituere non posset, vt hic, nisi sibi specialiter, committeretur, vt d. lege, finali.

Sententia lata cōtra adultū nō habentem curatorem an valeat.

CVm & minores. CASVS. Si contra pupillum, vel adultum, & indefensos, quia neque tutor, neque curator interuenit, lata est sententia, nulla est ipso iure, vnde restitutio non est necessaria, si autem defendantur & contra eos lata est sententia, valet, sed aduersus eam restituuntur, idem est, si per procuratorem defendantur.

1 † Vrbano.

Sentētia lata aduersus minores indefensos est nulla ipso iure: sed si sunt [illegible] defensi, est valida, sed possunt restitui, hoc dicit [illegible] sic: Sententia definitiua contra minorem defensum est aliqua, sed per restitutionem rescindenda. Salic.

Imp. Diocle. & Max. AA. Vrbinio,[1] † & alijs.

LEX IIII.

CVm & minores vos esse affirmetis, & indefensos [a] nullum [b] vobis præiudiciū [c] fieri præses prouinciæ pro sua grauitate curabit.

Nam si iusta defensione tutorum, vel curatorum vobis assistente, aliquid statutum [d] est, intelligitis in integrum restitutionis auxilium vobis esse necessarium: [e] eodem obtinente, etiam si per procuratorem vestrum legitimè [f] ordinatum, lis agitata est. Dat. 16. Calend. Maij, Maximo & Aquilino Coss.

Non attenditur qualitas, administratoris, sed qualitas domini hoc dicit, Bal. Vel sic: Sententia lata contra tutorē in causa pupillari, dicitur contra pupillum lata: ideo pupillus potest restitutionem petere, hoc dicit, Sal.

Ijdem AA. & CC. Martiano.[2] †

LEX V.

IN rem pupilli, [g] vel adulti contra [h] tutores, seu curatores a præside lata sententia, restitutionis auxilium nō minus, quam si quid aduersus [i] eos fuisset statutum implorare minores posse constat. [k] Dat. 10. Cal. Nouemb. AA. Coss. 293.

2 Aquiliano.

TITVLVS XXVIII.

Si aduersus vēditionem, &c.

Si venditio solennis processit à minore cum iuramento, excludit beneficium restitutionis hoc dicit secundum verum intellectum Bal. Vel sic: Contra venditionem in se validam, minori corporaliter iuranti, de non contrauenienndo, non datur restitutio. Salicetus.

Imp. Alexander A. Florentino[3] † militi.

3 † Florentino.

LEX PRIMA.

SI minor annis viginti-quinque emptori [l] præ-

a *Indefensos* ab alio, sed vocatū fuit lis contestata.

b *Nullum* quia non non interuenit curator, vel tutor, vt ff. de re iud. l. acta, § fi. & l. contra pupillum, & infra quileg. per l. 1. & ideo non est necessario restō, vt hic. & ff. de mino. l. in causæ, s. Quid autē in adulto non habente curatorem? videtur, quod valeat lata, quia sibi sua defensio committi videtur, vt ff. quibus ex causa in poss. eatur. l. hæc autem § fi. Sed dic contra secūdum omnes, licet nulla lex hoc dicat, nam & hæc, & aliæ loquūtur, cum habet tutorem, vel curatorem, & non interuenit, &c. & est in iudicijs speciale, secus in contractibus vt sup. de in integr. restitut. l. si curatorem, & secus in hæreditate, vt ff. de acq. hæred. l. necessarijs. Item & in iudicijs excipio sententiam de mittendo in possessionem, quę datur contra pupillum, vt ff. quibus ex causa in poss. ea. l. apud Iulianum, § fi. & l. seq. In adulto tamen hoc est plus in iudicijs, quod patitur venditionem, vt ff. de bon. auth. iud. poss. l. si minor. Item quid si tutor, vel curator in exordio fuit, sed post citatus per iudicem desiit, & condemnatur minor? Videtur, quòd non valeat, quia si medio tempore desierit esse tutor, vel curator, non valet sententia, vt infra quomodo & quando iudex. l. si præses. & ad hoc infra de a[illegible]. l. quam [illegible]. Sed quid si in principio non fuit, postea autem citatus affuit, nunquid valeat sententia? Resp. [illegible] vt infra qui leg. per l. momentaneæ. Sed dic contra, quia dic non desierat, sicut a contrario sensu eiusdem, l. probatur [illegible] dico, & si non fuit tutor citatus, quia tam contestatus erat, & causa cognita, sed minor cum tutore agit, vt arg. ff. de bo. auth. iud. poss. l. minor.

Missio in possessio[nem] nec [illegible] contra pupillum.

c *Præiudicium.* per sententiam in qua succubuistis.

d *Statutum.* contra vos, pro vobis autem valet, etiam sine eo, vt sup. de procu. l. non eo.

e *Necessarium.* & habebitis, probata læsione. Sed contra ff. eo. l. eum qui Sol[illegible] non restituitur qui sponte se obtulit defensioni minoris, nec minor, quia non tenetur hic tenetur, & sic restituitur.

f *Legitimè.* scilicet a minore cū auctoritate tutoris, vel curatoris, vt supra de procur. l. neque, & hanc l. habent quidam pro vltima huius tituli & alij pro pe[nultima].

IN rem CASVS. Sicut causa pupilli, vel adulti contra tutores, vel curatores lata faciat sententia [illegible] læsus sit [illegible] pupillus, vel adultus debetur in integrum restitutio [illegible] sententia contra lata. [illegible] & respon. quod sic, perinde ac si contra eos [illegible] statutum, ratio est, quia res eorum mandatur sententia executioni, vt ff. de re iud. l. [illegible].

g *Pupilli.* secus si non est in rem eorum.

h *Contra tutores.* qui etiam [illegible] vt inf. de sen. & [illegible]. & inf. [illegible] in integ. restit. non est necess. l. si [illegible].

i *Aduersus eos.* scilicet minores præsentes.

k *Constat.* mandaretur enim sententia executioni tutores eorum, l. a minorū. A zo. vel adultorem, vt ff. de re iud. l. si se. [illegible] princip. & §. primo, vnde secus, quando aliquis se obtulit eorum defensioni, cū tamen fiat executio in eum, vt ff. eo. l. eum qui. & de procur. l. Pautius. Restitutio hic ergo ad totam causam, vt ff. de in inte. est l. [illegible] Vel ad appellationem, si [illegible] & [illegible] Sponsoli. An autem hodie tempora appellationis currant contra minorem? Quidam dicunt, quod non, vt infra quibus ex causis in integ. restit. non est necess. l. fina. Vnde dicunt hodie non dandam restitutionem contra sententiam, cum iure communi possit appellari, sicque habes hanc titulum correctum, sed certe & si nō currerent tempora appellationis, tamen plus est restitui ad totam causam, quam ad appellationem, vt inf. si sæpius in integ. rest. post. l. 1. Vnde etiam si appellauit curator pro adulto, tamen adultus potest restitui, vt ff. de admi. tut. l. si minoris. Sed tu dic, quod huiusmodi tempora iudicialia currunt hodie propter auctoritatem iudiciorum, vt infra de [illegible] l. properandum, in fi. in auth. de hered. & fal. §. pupillus, coll. 1. sic ergo tam ad totam causam, quam ad appellandum restitutio est necessaria, secus in absentibus reipublicæ causa, qui quandoque ad appellandum tantum restituuntur, vt ff. de in integ. restitut. l. final.

Snia cōtra tutores vel curatores, lata, cōtra quos mandabitur executioni.

SI ADVERSVS VENDITIONEM, &c.

SI minor. CASVS. Minor 25. an. cum decreto prædium suum vendidit, promisit, quod non veniret contra venditionem, & hoc iuramento firmauit, petit restitui, an sit restituendus, quæritur? & respon. quod non.

l *Emptori.* secus si alij iurasses, vel etiam coram testibus, septem, & tabellione, te non venturum contra illam venditionem, quam facturus sis; vt statim dices in auth. hic posita. Item dic emptori cum decreto, & sic tenuit cōtractus

ipso iure. vnde non facit rem prohibitam, quere non potest venire contra, nisi per restitutionem, vt inf. de præ. t. mi. l. si quidem, sed prætor non vult eum restituere, vt hic, si autem sine decreto vendidit, ipso iure nullus est contractus, quia fecit rem prohibitam de iure, sicque potest suo iure vendicare minor, & sacramentum super hoc exactum nullum est, & sic loquitur lex contraria supra de leg. & consti. l. non dubium, in fine & ff. de pact. l. iurisgentiū, § generaliter & hoc est, quod dicit Bal. g elegantia verba, præstito sacramento accedente decreto, officio non vtere, non accedente decreto, tuo iure vetere idest rei vendicatione, nā prætor suum nō tuū tibi denegat auxiliū. Sed M. dixit, l. istam loqui ēt sine decreto facta venditione, q̄a hæc lex non distinguit ergo nec nos, vt ff. de pu. in rem act. l. de pretio & d. l. non dubium, intelligebat in perpetuo prohibitis, vt non accipere matrem in vxorem. At prohibitio ista (quòd minor non vendat prædia) in multis casibus fallit, vt infra de præd. mi. l. ob æs, sed quæstio est decisa hodie per auth. sacramenta, &c. quam lege hic, per quam probatur intellectus M. si modo si pubes.

1† Vi. Cu. ad Nouel. 52. Vi. Gu. ces affirmatiue legisse cosē. su minores restitui aduersus vēditionē propriā, ēt si iusiurandum interposuerint, 10. Eclog. Io. & 12 Goth.

2 Seruari

* Idem neque in eo, qui metu tradit, & iurat non se petere gl. in verbo, restringendum in c. ad audientiam. extra de his quæ vi. causa fi. & c. pen. est.

dij cauisti, [a] nullam de cætero te esse cōtrouersiam facturum, idq; etiā [1] † iureiurando corporaliter [b] præstito seruare [2] † confirmasti, neque perfidiæ, [c] neque [*] periurij [d] me auctorē tibi futurum sperare debuisti Dat. 6. Cal. Septemb.

Contractus puberum iuramento firmati, nequeunt infirmari, nisi vis, vel iustus, metus interuenerit vel nisi in ratum de non exponēda querela maleficiorum. Bal. Vel sic: Contractus puberum iuramento spontaneo firmati, nequeunt retractari, secus si iuramentum per vim sit extortum. hoc dicit Salic.

Noua constitutio Federici.

Sacramenta [*] puberum [e] sponte facta super [f] contractibus [g] rerum suarum nō retractādis, inuiolabiliter custodiantur. [h] [3] † Per vim autē vel per iustum metum [4] † extorta, [i] etiam à maioribus (maximè ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant) nullius momenti iubemus.

Minor lesus sui facilitate, vel per tutoris insidias restituitur integrum. Bal.

a *Cauisti*. i. per stipulationem promisisti.

b *Corporaliter*. vt in auth. iusiurandum, quod præ. in princip. coll. 2. secus si verbo tenus, vt infra si mi. se ma. dixe. l. si alterius.

c *Perfidiæ*. i. contra fidem pacti.

d *Periurij*. Contra sacramentum. Sed contra, sup. de transac. l. si ex falsis, vbi venitur contra transactionem etiam iuratam, sed ibi fuit dolus ex altera parte, hic non. vel ibi fuit transactio contra legem, hic venditio. non tamen fuit cum decreto secundum Bal. Vel dic secundum M. religio sacramenti facilè repellit aliquem à priuilegio, quod haberet in contractu licitè inito, si non iurasset. Idem hodie in illicito per authent. sic positam, & infra si minor se ma. dixe. l. si alterius, sed à iure cō., quod quis haberet, vt rescinderet pactū si non iurasset, non repellitur, licet iurauerit, vt ibi, & supra, de leg. & consti. l. non dubium. Nam & alias sola confessio repellit mulierem a priuilegio Velleiani, vt inf. ad Velleia. l. antiqua sed non repellitur à iure communi, vt multis probatur argumentis, vt inf. de precibus & de do. cau. l. fi. & infra de non num. pecu. l. in contractibus iura enim communia præferuntur priuilegijs, facilius enim tolluntur priuilegia, quam iura communia, vt hic, & in auth. de non alie. §. qua verisimile, collatione 2. vnde & difficilius expugnantur.

Trāsactio iurata an possit infringi.

Velleianū perdit mulier per personam cōfessionem.

Sacramenta. CASVS. In hac auth. præcipit imperator seruari inuiolabiliter iuramenta puberum, nisi per vim, vel metum fuerint extorta, quo casu etiam à maioribus annis 25. præstita, non valent, & præcipue non sunt seruanda hæc iuramenta, si exacta sunt propter hoc, ne quis conqueratur de aliquo maleficio, hoc dicit.

e *Puberum*. impuberes. n. nō iurāt, vt teneantur, vt ff. de iureiu. l. qui iurasse in fi. 1. nō nisi in casu, vt ff. de lib. cā. l. fi.

ADDITIO. Doc. cōtter tenent teste Bar. hic, quòd si impubes est maior infante, proximus pubertati, ita quod in eo cadat delictum, tunc obligetur iuramento, vt l. impuberem ff. ad l. Corn. de fal. cum similibus. Et hoc tenent etiā Abb. consil. 39. 2. lib. quia sicut peccando, & peierando potest se obligare diabolo, ita & Deo, vt in c. 1. de delic. pu.

f *Super*. siue in ipso contractu siue prius, siue post etiam quandocumque, secundum, Azo.

g *Contractibus*. etiam si ipso iure non valeant, vt quia non fuit decretum in eis enim maxime iuramentū firmat pactum, alias nihil adijceret hæc constitutio veteri, vt ff. de leg. 1. l. si quando in princ. & ad mu. l. 1. & inf. de thesau. l. 1. libro 10. Item dicunt [1] quidam, q̄ tm̄ loquitur hæc auth. in contractibus vbi hincinde nascitur obligatio, vt ff. de verbor. sign. l. Labeo. Nos contra. nam in donatione, & stipulatione locū habent, cum & hæ appellentur quandoque cōtus, vt sup. q̄ metus cau. l. si donationis, in princ. & inf. de præscr. 30. ann. l. si qs emptionis, in prin. Item q̄d si gn̄aliter iuret corā aliquibus, q̄ non veniet cōtra illum cōtum quem sit facturus p̄, Rn̄ non valeat, quia res inter alios acta, &c. vt ff. de pac. l. si vnus, § pacta q̄, in fi. § alias est §. sñ omnia, & ī. ad Vel. iubemus. ī. res inter alios acta, & ff. si seru. vend. l. loci. §. si fundus, & l. si de cō. & de euic. l. si rem quæ a pud, § 1. & ad l. Iul. de adul. l. denunciasse, §. quæritur. Item alia ratione, quia generalis renunciatio, non valet, vt ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum. Sed & posset allegari in contrarium, q̄ dicitur in qōne illa, de omni casu fortuito recipiendo, quam no. in d. §. quæsitum. Item quia fuit super contractibus, vt hic, vnde non auditur, &c. vt ff. de leg. 3 l. non aliter, & de exerci. l. 1. §. in ac igitur. Item quia subest ratio legis C. vt si non sit auctor periuriæ, &c. Item quid in iudicio? Rn̄. idem, arg. de pecu. licet, in prin. & C. de temp. app. l. si in fi. Sed arg. contra ff. de verb. obl. l. inter stipulātem, § si Stichum, ibi, nam stipulatio, &c. & inf. de arb. auth. decernit ius.

ADDITIO. Dic, quod licet iudicium reddatur in inuitum tamen iuramentum non exigitur ab inuito, merito habet locum hæc auth. secundum Bar. hic.

h *Custodiantur*. [1] vt detur actio [2] & exceptio, & ff. de acq. re. do. l. statuas, & ff. fam. ercis. l. inter, §. 1. Sed quæ actio? Respon. re non tradita actio ex eo contractu, quasi sic, i. cum sacramento non sit inhibita alienatio, vt arg. ff. fam. ercisc. l. inter cohæredes, §. 1. & de leg. 1. l. cum quis, §. nuptura. Si autem re tradita cadit à possessione, emptor agit Publiciana cōtra quēlibet etiam minorem, si ad eum, redeat possessio, secundum quosdam, quasi non sit trāslatum dominiū, l. prohibente, cum sacramentum personam afficiet, nō rem. sed magis puto [3] dominium translatum, & ei rei vendicationem dari, non autem actione ex eo contractu aget, immo do semel re tradita, arg. ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem in princ. & de act. empt. l. si quis alienam. & de contrah. empt. l. si cum fundum. Item si vltra dimidiam iusti precij est, deceptus, qui iurauit, an veniet contra? Dic vt dixi inf. de rescind. vend. l. 2.

i *Extorta*. quia non videtur deierare, [4] vbi ex licita causa cōtrauenit, ar. ff. qui satisd. cog. l. fi. Quid si iurauerit quis dare 10. vtrum per constitutionem istam teneatur? Dico, quod non. Quid si testator componendo testamentum iurauerit contra non venire? Dicunt quidam per l. istam, quod non potest, ff. de verb. sig. l. verba contraxerunt ff. de leg. 1. l. nemo, vbi dicitur nemo potest facere, quin leges locum habeant, &c. pacto non pacto non potest. infra de inoffi. testa. l. si quando.

ADDITIO. de hac quæstione vide gl. in c. vltima voluntas, 13. q. 2. & Io. An. in c. quod semel de reg. iur. li. 6. in mercurialib. & Bar. in l. si quis in princ. ff. de leg. 3 qui dicit, q̄ possit, non obstante iuramento contrauenire, citra etiam metum periurij, quod non est notabile.

In integrum. CASVS. Siue minor, siue eius tutor rē suā vendiderit, & deceptus fuerit, restituitur ad rem, & contra tuto. & curator. datur ei actio tutelæ de iure communi.

1 Glo. istā in omnib. sequuntur Bar. & Docto.

* intell. huius Auth. vid. p Io. Hannibal. in l. nemo pot. n. 287. de leg. 1.

3† Hoc nō seruatur in Gallia Minor petit, dispēsatione ab epō seu eius Vicario q̄ nō solet denegari & postea impetrat literas à Rege. Et ita seruat in curijs oibus, ēt ī restitutione maiorū Rebuf. in procem. cō. in gl. 5. n. 50.

4† Vi. Cu. ta. l. hac edictali. § idē sacramenta 2. feu. c. 2.

2 Cum ista gl. vsq; ad fi. tenet Iacob. post Due.

3 Et bene Bar. dūmodo minor sit dñs.

4 Glo. sequitur Sal.

5 Et bene Bar. & Sa.

Com-

a *Commentitias.*] quas præsumuntur commentitiæ: esse compositas, cum pupillum lædunt.
b *Venditiones.*] & transactiones, ut inf. de prædijs mi. l. nõ solum nisi res sint, quæ seruari non possunt, quas non reuocat, nisi sordes tutoris interueniant, vt ff. eodem, l. & si fine. §. primo.
c *Insidias.*] per actionem tutelæ, sic ergo ad rem agitur, ut hic & ff. eo. in causæ. l. §. interdum, & cõtra tutorem, & curatorem, vt supra. si tuto. vel cur. l. fin.

SI ADVERSVS venditionem pigno. &c.

E*Tiam.*] CASVS. Paterfam. à me mutuo, quod accepit, pignus obligauit: moritur pater, & minorem sibi instituit hæredẽ, creditor vel ex pacto vel ex lege pignus uẽdidit: vult minor restitui cõtra venditionẽ pignoris an possit, quæritur? & respo. quod si enorme dãnũ passus est, & sit intra annos, intra quos datur in integ. resti. restituẽdus est, uel potest hæc lex loqui in ipso minore tantum: & in pignore pretorio seu iudiciali, vt differat à sequenti.

Et sic no. ex ista. l. secundum Bal. quod qui damnum allegat probare debet.

d *Aduersus.*] non solũ aduersus alias venditiones, ut sup. tit. 1.
e *A creditoribus.*] ex pacto uel lege, & cœpit pignus a prædecessore: alias etiam pro paruo dãno restitueretur, licet nõ pro minimo, vt dices inf. l. proxi. §. & non huic necessarium decretũ, ut ff. de re. eo. l. 1. §. si communis, in fin.
f *Subueniri.*] contra emptores.
g *Detrimento.* uel fraudis cõsilium interuenit & sic non est contra. inf. de præ. mi. l. 2. Alij dicunt, quod hic a minore cœpit, ibi a predecessore.

Imppp. Constantinus, (Constantius, & Constans. AAA. ad populum.

LEX II.

IN* integrum restitutione minoribus aduersus commentitias [a] venditiones, [b] & aduersus tutorum seu curatorum insidias, [c] sanctionum præsidio cautum esse, non dubium est. Id. Aug. Sirmij, Cõstantio. 7. & Constante. CC. Coss. 339.

TITVLVS XXIX.

Si aduersus venditionem pignorum, &c.

Si res minoris est vendita iure creditoris: minor non restituitur, nisi propter enorme damnum. h. d. Bal. & Sal.

Impp. Diocle. & Maximian. AA. CC. Sabinæ, & alijs.

LEX PRIMA.

ETiam aduersus [d] venditiones pignorum, quæ à creditoribus [e] fiunt, minoribus subueniri, [f] (si tamen magno detrimento [g] efficiantur,) iam pridem placuit. Si igitur [h] pignori captis [i] prædijs, ac distractis, enorme damnum ex huiusmodi venditione passos vos ostenderitis, præsertim [k] cum hodie quoque minores vos esse affirmetis, auxilium restitutionis vobis impertietur. Dat. 10. Calend. Decemb. Sirmij, ipsis AA. Coss. 293.

Contra venditionem pignoris. quod incepit ab auctore minoris, minor non restituitur: sed si creditor fuit in aliqua fraude, succurretur minori contra creditorem. Item contra tutorem vel curatorẽ, qui passi sunt venundari. Bal. Vel sic. Vbi pignus cœpit à prædecessore minoris, contra venditionem, minori non datur restitutio: seu contra vẽditorem agit, si fraudẽ commisit: & etiam contra tutorem, vel curatorem, qui venundari passus fuit. hoc dicit. Salicetus.

Ijdem AA. & CC. Seueræ, & Clementianæ. [l] †

LEX II.

REm, quam à patre vestro quondam creditor eius obligatã sibi distraxit, [l] per ætatem vestram postulantiũ reuocari desiderium non habet [m] rationem, quod iuris est, etiã si extraneo successistis. Nam si creditor nõ bona fide versatus [n] est, ipsũ

m *Non habet.*] vt inf. de restit. mi. l. quæ à patre. & de re. ali. l. mancipia. Hoc tamen fallit in duob. casib. secundum Bal. s. propter enorme damnum, vel fraudis consilium cum emptore participatum, ut sup. l. proxi. & inf. de præd. mi. l. 2. & ff. de dist. pign. l. si creditor. §. illud in quibus etiam ad rem restituitur: sed maior tantum contra creditorem aget, ut inf. si vend. pigno. aga. per totum.
* Ista lex est singularis secũdũ P. licet habeatur, in ca. quoniã frequẽter. extra ut lite non cõte. & concor. glo. 1. in c. edocete. in prin. extra de rescr. & in tell. huius vid. p Bologniũ. in in l. si finita. §. Iulianus. num. 185. de dã. infec.

Possessor rei mobilis an possit dño denunciare.

* Idẽ proprietate vt est i veteri glossula interlineari, Cont.

2 Dicas, q̃nq; missio in possessio. sit ante lit. p̃test. & nũc auditur & possessione & proprietate, vt d. l. si q̃s emptionis. §. pe. q̃nq; litẽ p̃testatã vel quasi, & tunc non audit de possessione, sed de p̃prietate: vt hic. q̃nq; sit post dif finitiuam sñiam, & tũc nõ auditur nec de p̃prietate nec de possessione vt d. l. properãdũ. § sin autem reus, & ibi. glo & q̃d iudex l. p̃ sentẽtiã cũ Bald.

In reali & personali actor sequitur forum rei. Item reus potest conueniri in loco, vbi est res. h.d. Bal.

Impp. Valent. Theod. & Arcadius AAA.

LEX III.

Actor rei forum, siue in rem, siue in personã sit actio, sequitur.[a] Sed[b] & in locis, in quibus res[c] propter quas contenditur, constitutæ sunt, iubemus in rem actionẽ aduersus possidentem moueri.[1] † D. 10. Cal. Iul. Arcadio & Bautone Coss. 385.

TITVLVS XX.

Vbi de hæreditate agitur, vel vbi hæredes scripti in possessionem mitti postulare debeant.

Siue agatur edicto diui Hadriani, siue petitione hęreditatis, agi debet vbi est res, Item petitio hæreditatis potest moueri in loco domicilii hæredis h. d. Vel sic, & clarius: iudicium verò petitorium etiam in domicilio conuenti, possunt agitari. Sal.

Impp. Valerianus, & Galienus AA. Messalæ, al. Messiæ.

LEX VNICA.

Illic,[d] vbi res hæreditarias esse proponis, hæredes in possessionem rerum hæreditariarum mitti postulandum[e] est. Vbi autem domicilium habet qui cõuenitur, vel si ibi vbi res hæreditariæ sitæ[2] † sunt, degit.[f] hæreditatis erit controuersia terminanda. D. 7. Cal. Maij. Seculari, & Donato Coss. 361.

TITVLVS XXI.

Vbi de ratiocinijs tam publicis, quam priuatis agi oportet.

De administratione priuata ibi debet ratio reddi, vbi administratio gesta est. h.d. Bal. & Sal.

Impp. Dioclet & Maxim. AA. & CC. Gerontio, al. Gersaptio.

LEX PRIMA.

Evm, qui aliena negotia siue ex tutela, siue ex quocunque alio titulo[g] administrauit,[h] vbi hæc gessit rationem[i] oportet reddere. D. 7. Calen. Aug. Annibaliano, & Asclepiadoto Coss. 292.

Ibi debet reddi ratio publicæ administrationis, vbi administratio gesta est, quia ibi habilius instructio sufficiens habetur, & verissima possunt testimonia monstrari. h. d. Bald.

Impp. Hon. & Theo. AA. Macedonio magistro militũ.

LEX II.

Nemo[k] post depositi[3] †

Actor. CASVS Tu Bonon. equum tuum quem possidebat Mutin. petere voluisti: vbi conueniendus sit, quæritur? Respon. quod ibi vbi domicilium habet, scilicet Mutinæ licet Azo. contra, scilicet vbi res est. Si autem res sit immobilis, puta fundus quem petere voluisti, & apud Rhegium sit fundus, & Mutin. vbi domiciliũ habet, & apud Rhegium vbi possessio constituta est, petere potes.

a *Sequitur*. vt supra de iurisdic. omn iud. l.

b *Sed & in locis* quasi dicat non solum ibi, vbi habet domicilium.

c *Res*. s. immobiles fere secundum omnes. Sed Azo. contra quia hic dicit indistincte & per id quod est. ff. de iud. l. quod legatur, §. fin autem, & pro eo in eo. tit. l. sed & si sosceperit, §. fin. sed certe secundũ H. in mobili aliud videtur dicendum, scilicet quod sufficiat satisdare iudicio sisti in suo foro, vt ff. de offi. præs. l. senatus, & ff qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. si nisi in causa vbi sufficit nuda cautio propter priuilegium legationis, vt ff. de iud. l. 2 §. de. vel loquitur ibi, cũ persona suspecta nõ erat alias satisdabit, vel res deponi debebit, vt d. l. si fideiussor. §. si. Alij dicunt ibi primo litem contestari, vbi res est: & postea satisdari, quod posset esse verum, si actio esset tempore peritura vt d. l. senatus, sed quid si reali te conuenio hic, vbi habes domicilium, & res est alibi: quis executioni mandabit?[1] Resp iudex illius loci, vbi est res ex denunciatione huius, sicut fit in vera definitiua, vt supra de iud. l. properandum. § fin autẽ reus, & ff. de re iud. l. a diuo Pio. in princip. & vera interlocutoria, vt ff. de bo. auth. iud. pos. l. cum vnus. §. fin. Item in cuius electione est, in loco domicilij, vel vbi res est, eligere forum? Resp. actoris, 2. vt ff. de iudic. l. 2. §. plane, & si perfecta. Accursius.

* Concor. c. sane extra de foro compe.

1 † Alias sequatur.

1 Subaudi sniam latã pro actore Paul.

2 Ista glo. semper allegatur quãdo quis habet plures iudices sub quib. pôt côueniri, electio est actoris, contra quô côueniat. Argu. batur in ff. si. supr. de iurisd. omn. iudic. & C. de præscr. long. têp. l. fin. Paul. de Castr.

VBI DE HÆREDITATE AGITVR, &c.

De hoc finis l. & vbi scripti &c. de hoc principium l.

Illic.] CASVS. Pro hæreditate ad te pertinente contra possessores hæreditatis interdictum quorum bonorũ intentasti in isto possessorio iudicio, vbi mitti debeas in possessio. rerum hæreditariarum, quæritur? Respon. quòd ibi, vbi res hæreditariæ sitæ sunt. si autem pet. hæredit. contra eos intentasti: vbi domicilium habent, & vbi hæreditas est, eos conuenire poteris: sed & vbi degunt: quod intellige maxime: quia idem est, si ibi non degunt.

d *Illic*. & a iudice illius loci, in cuius territorio sunt, vt ff. de iurisdict. omn. iudic. l. finali, & dixi supra titul. proxim. l. finali.

e *Postulandum est*] per interdictũ quo. bo. vt ff. quo. bo. l. 1. in prin. vel per officiũ iudicis, vel per condit. ex lege, quæ est infr. de edi. diui Hadr. tol. l. fi.

f *Degit*. maxime si ibi degit. nam idem si ibi non degit vbi sunt res, quia poterat conueniri vbi sunt res, ad instar mere realis, vt s. tit. 1. l. fi. & arg. sup. vbi de poss. agi. opor. l. 1. cũ hæreditatis petitio sit & in rem, non solum in personam, vt infr. de pet. hær. l. hæreditatis.

2 † Alias sunt.

VBI DE RATIOcinijs tam publicis, &c.

Evm qui. CASVS. Tutelam alicuius pupilli, vel adulti curam administrasti. finita tutela, vel cura, vbi conueniri debeas, quæritur. rñ. nõ ibi vbi domicilium habes, sed ibi vbi administrasti puta si fueris Mutin. & Bononiæ curã, vel tutelã administrasti: Bon. es conueniendus, & illuc transmittendus si alibi habes domicilium.

g *Titulo* vt argentarius, vel procurator vel quocunque modo, vt hic, & ff. de iudi. l. hæres absens §. 1. & l. argentarium, & de proc. l. neque, & de condi. & dem. l. cum seruus, §. 1.

h *Administrauit*. ff. de iudic. l. hæres absens.

i *Rationem*. redditur ratio villicationis, vt insti. de obli. quæ ex quasi contract. §. sicut autem. Sed an debeat trãsmitti, si ibi non inueniatur? Quidam quod sic, & speciale, vel non speciale, quia & idẽ in contractibus fit quandoque, vt d. l. hæres, §. 1. diximus, in l. autem sequenti constat, quòd fit transmissio.

3 † Posita.

Nemo CASVS. Aliquis constitutus ad subministrandum militibus stipendia, minus quàm recepit impendit, finita administratione, si appareat eum male administrasse. vbi conueniri debeat, quæritur? resp. quod non vbi domiciliũ habet, sed vbi administrauit, s. sub magistro militum, sub quo tempore administrationis militabat, & hoc sine fori præscriptione, vel exceptione, vt si dicat se non esse conueniendum vbi administrauit, sed vbi domicilium habet, non audiatur.

K *Nemo*.] super l. de priuato: hæc de publico dicit. Accursius.

a *Cingulum*.] fuerat enim electus super aliqua professione militum, uel negotiatorum, vt supra de iurisdict. omn. iud. l. final.
b *Quocumque*.] idoneo ad petendum.
c *Fori*.] vt dicat se non conueniendum sub eod. iudice, sub quo conueniuntur.
d *Asseritur*. quia multa pro expensis ab eis recipiebat, & ois partẽ præstabat.
e *In militari*. hodie adiungitur eps, vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. necessitatem. coll. 2. & de coll. §. super hoc collat. 9.
f *Sufficiens*.] sic supra quādo impe. inter pu. & vi. l. prima in fine, primo resp. & in auth. vt omn. obed. iud. §. hæc cōsiderantes. collat. 5.

1 † Roi.

2 † Duar. assixisse.

cingulum [a] suæ priuatæ vitæ [1] † reditus, ob negotium quod militiæ causa est ei exortum, præstandi ratiocinij gratia, eius muneri, in quo militauit vel quem ipse gessit, à quocūque [b] pulsatus fori [c] præscriptionibus vtatur. vnumquemque enim super huiuscemodi causis publicis, quas dum militaret, exercuit, vel super ratiocinijs militaribus, per quę suos contubernales [2] † affixisse asseritur, [d] in militari [e] oportet iudicio respondere: in quo & instructio sufficiēs, [f] & nota testimonia, & verissima possunt documenta præstari. D. 2. Id. Iun. AA. Coss.

TITVLVS XXII.

Vbi causa status agi debeat.

Si seruus aufugit à domino ad aliam prouinciam, causa possessionis tractatur eodem loco: sed causa proprietatis examinatur coram iudice vnde aufugit. h. d. secundum Iacob. de Arct. Bald.

Impp. Alexand. A. Aurelio Aristocrati.

LEX PRIMA.

EA, quæ à te, cum tibi seruiret, [g] fugit, & in aliam prouinciam se contulit, libertatem sibi vindicans, [h] nō iniuria [i] eo loco [*] litigare compellenda est, vnde quasi fugitiua recessit. [k] Ideoque remittere eam in prouinciā, in qua seruiuit, præses prouinciæ, qui eo loco ius repræsentat, curæ habebit: [l] sed non vbi deprehēsa est, audiri debet. [m] PP. 13. Cal. Septemb. Pompeiano, & Pelignano Coss. 232.

Procurator Cæsaris non est iudex competens in causa status. h. d. Pau. de Cast.

Imp. Decius A. Felici.

LEX II.

PRocuratores nostros [n] status [o] causas examinare non posse, omnib. notum est. PP. Calen. Decemb. Decio A. 2. & Grato Coss. 251.

Causa seruitutis & libertinitatis, quæ est inter fiscum & priuatum, potest per procuratorem Cæsaris examinari: causa verò ingenuitatis pertinet ad iurisdictionē præsidis. Bal.

Impp. Diocle t. & Maxim. AA. & CC. Zenoniæ.

LEX III.

SI in possessione libertatis constituta es, cum in status etiam quæstione actor rei forum sequi debeat: ibi causam liberalem agi oportet, vbi consistit, quæ ancilla dicitur, licet senatoria dignitate actor decoretur. [q] D. 2. Idib. Maij. AA. Coss. 297.

Idem AA. & CC. Sisiniæ.

LEX IIII.

SI ex [*] possessione [r] seruitutis in libertatem quis proclamet, ibi agi oportere status causam, vbi domiciliū constitutum habet qui se dominum dicit, non est ambigui iuris. D. 2. Non. Mar. Bizantij. CC. Coss. 294.

Quando ille qui dicitur seruus est, in possessione libertatis, debet conueniri vbi est: & illud dicitur eius forum. h. d. cum l. seq. Vel sic: Etiam in causa status actor sequitur forum rei, licet actor sit senator. h. d. Salic.

VBI CAVSA STATVS agi debeat.

E *A qua*. CASVS. Si ancilla tua à te fugiens, & in alienam prouinciam se conferens, asserit se liberam: vbi cā status agi debeat, quæritur. respond. quod non ibi vbi eam deprehendisti, sed ibi vbi tibi seruierat, antequam se in fugam in cōsulte reciperet.
g *Seruiret*. i. erat in possessione seruitutis.
h *Vindicans*. idest in libertatem proclamans, postea quā constiterit eam esse possessam in seruitute.
i *Non iniuria*. sed de iure.
K *Recessit*. nisi diu, idest 10. annos morata est in possessione libertatis bona fide, idest putans se liberam iustis rationibus ducta, vel in iustis rationib. 30. anno, vt ff. de acqu. possess. l. tertia, §. si seruus, & l. per eum §. primo, & qui, & à quibus ma. li. l. si cū fideicommissa, §. Arist. & ad hoc, ff. de lib. cau. l. liberis. §. fi. & l. igitur sciendum est. & inf. de præs. long. tēp. quę pro lib. l. 1. & 2. & infra, de lib. cau. l. ea quæ & infra, de prob. l. vir eius, & de ser. fug. l. cum seruum. Accursius.

Libertas quanto tēpore præscribitur.

* Concor. glo. 2. in c. de seruorū ex de ser. non ord.

l *Habebit*.] cognoscendo i. & pronunciando super possessione: non per vnde vi, vel vti possi. interdictum, cum sit res mobilis. Item quia nec dicit, quod se ipsum possideat, sed fit hoc offic. iudicis, vel interdicto vtrobi. Ibi ergo quæritur & pronunciatur de possessorio: sed petitorium seruatur in loco vnde aufugit: & sic diuiditur causæ continentia, & sic est contra supra de iud. l. nulli.
m *Debet*.] in petitorio.

P *Rocuratores*.] CASVS. Si priuatus priuato status moueat quęstionē, puta dicit aliquem esse seruum, qui se pro libero gerit: an procurator Cæsaris qui cognoscit inter fiscum & priuatum, cognoscere possit, quæritur? Resp. q non, vel dic, q si inter fiscum & priuatum de seipso, &c.
n *Procuratores nostros*. s. Cæsaris.
o *Status*. s. ingenuitatis.
p *Notum est*.] inter duos priuatos inuitos, secus inter fiscū & priuatum, vt dicunt infra eodem, l. iamdudum, quod placet: nam nec inter fiscum, & priuatum, vt infra ne de sta. defun. l. si pater. Dic ergo, quod in l. iamdudum erat vice præsidis, vt supra de pęn. iud. l. 1. Vel tertio si inter fiscū & priuatū de aliquo seruo, vel liberto sit quæstio, quia quilibet ad se pertinere dicit. cognoscere potest. si inter fiscum, & hominem priuatum, qui se liberū, vel ingenum asserit tunc non potest, vt hic, & d. l. si pater. vel quarto distingue, quæ quęstio est status, vt si quidē ingenuitatis, nō possit: vt hic, & d. l. iamdudū. in fi. Et quod hæc sit causa libertatus, habes inf. de ordi. cog. l. si status, & d. l. si pater. an alterius status, & tunc pōt, vt i prin. dicte, l. iamdudum, vnde valet, vt ff. eo. l. 2.

Procurator Cæsaris an possit cognoscere de cā status.

* Consor. gl. 2. in ca. 2. extra de seru. non ord.

S *I in possessione*.] CASVS. Alicui mulieri in possessione libertatis constitutæ quæstione status mouisti, vbi hęc status quæstio agitari debeat, quæritur? resp. ō. quod in foro mulieris, cui status quæstio mouetur.
q *Decoretur* vt ff. de lib. cau. l. libertis. §. fin.

S *I ex possessione*. CASVS. Ex possessione seruitutis proclamasti in libertatem. vbi causa status agi debeat, quæritur. respon. q vbi consistit, qui se dominum dicit.
r *Si ex possessione*. hæc lex est contra ad superiorem: & est idem in ancta l. libertis, & infra, de liber. cau. l. eam quæ, & ff.

& ff. de proba. circa. & l. si quis liberum.

Iamdudum.] CASVS. Inter priuatum & fiscum de quodam tertio liberto erat quæstio, quia priuatus dicebat eum esse seruum suum vel libertum: econuerso fiscus suum esse dicebat, an procurator Cæsaris de ista causa cognoscere possit, quæritur. respond. quod sic. Si autem fiscus dicat aliquem esse seruum suum, econuerso ille asserat se ingenuum quis cognoscere de causa debeat, quæritur. Respon. quod præses prouinciæ.

a *Libertinitatis.*] hic agebat vices præsidis vel aliter, vt modo dixi in l. 2. huius tituli.

b *Et seruitutis*] puta, quia fiscus vocabat aliquem ad seruitutem, & ille dicebat se manumissum à fisco, uel ab eo cui successit fiscus, at sequenti responso dicebat se ingenuum cũ ad seruitutem vel libertinitatem vocaretur.

c *Rationalem.*] hic agebat vice præsidis vel aliter, vt modo dixi in l. 2. huius tituli.

d *Vel magistrum.*] vel pro id est.

e *Vnde.*] id est de quo est quæstio an possint cognoscere. Accu.

f *Ingenuitatis.*] scilicet inter fiscũ & priuatum, vt inf. ne de sta. defun. l. si pater. & supra eo. l. si procuratores, & de ped. iu. l. placet. 1.

In litibus CASVS. Hominem ingenuum vt seruum possedisti, de facto eum manumisisti, an elapso quinquennio in ingenuitatem proclamare possit, quæritur. resp. quod sic. licet olim cõtrarium obseruaretur, sine principis beneficio super hoc impetrato & obtento: & post quinquennium de causa ista cognoscat ipse præses, nec refert, an fuerit clarissimus, vel non, qui talem fuit passus quæstionem.

* Concor. gl. 2. in fi. c. 2. ext. de ser. non ord.

1 † Libertatis.

* Vi. Cuia. ad l. 5. in f. de iure fisci.

Iidem AA. & DD. Diogeni præsidi insularum.

LEX X.

Iamdudum * à nobis statutum est, ut si quæ causæ libertinitatis, a 1 † & seruitutis b in prouincijs inter fiscũ & priuatos exorirentur, ad rationalem; c vel magistrum d rei priuatę, * hoc est, vnde e motæ essent quæstiones, remitteretur: si quæ verò ingenuitatis f essent, à rectore prouinciæ examinarentur. Dat. 4. Non. Aug. CC. Coss. 294.

Etiam post quinquenniũ manumissus de facto potest prouocare in ingenuitatem quod olim nõ poterat nisi ex domini auxilio, hoc est gratia Cæsaris. h. d. Vel sic: contrà statum non præscribitur spatio quinquennali: sed pro statu sic, ut in glo. Bald.

Imp. Iustinianus A. Menæ PP.

LEX VI.

In litibus, in quibus vtrũ ingenuus, an libertinus sit aliquis, quæritur, quinquennij pręscriptionem g (post quod diuino h adiutorio opus esse veteres leges præcipiebant i) in posterum cessare sancimus: & huiusmodi lites etiam post memoratum tempus ad exemplum cæterarum, vel in prouincijs apud earum moderatores, vel in hac alma vrbe apud competentes maximos * iudices examinari. Quod etiam si clarissima persona k super tali l conditione, vel etiam seruili quæstione patiatur, tenere censemus. D. 3. Non. Aug.

TITVLVS XXIII.

Vbi quis de curiali vel cohortali, aliave conditione conueniatur.

Si curialis vel cohortalis à curia aufugerit, potest per eos à quibus fugerit, propria auctoritate capi vbicunque reperitur, & conuictus reduci per iudicem ad pristinum statum. h. d. Bal. Vel sic. Curialis vel cohortalis fugiens potest capi, & agitur causa possessionis vbi capitur: de proprietate vero ad locum vnde aufugit, remittitur, secundum Iac. But. & Salic.

Impp. Arcad. & Hon. AA. Florio P. P.

LEX PRIMA.

Si quis vel curiæ vel officijs iudicum, aut alijs quibuscunq; corporib. obnoxius, m intra prouinciam ab ijs n erit quos aufugit, comprehensus, o non expectata eiusdem iudicis notione, 2 † sub quo per ambitum p cęperat militare, q penitusq; emẽdicati honoris pręscriptione summota, à iudice r qui in locis aditus fuerit, audiat s ma-

g *Præscriptionem.*] alias dimensionem.

h *Diuino.*] id est rescripto concesso per principem.

i *Veteres leges præcipiebant.*] olim enim ingenuus de facto manumissus nõ poterat in ingenuitatem proclamare vltra quinque annos, nisi auxilio principis, vt hic, in princ. & ff. si liber. inge. esse di. l. 2. §. 1. & 2. corrigitur, ut hic subijcit, & argum. infra de præscrip. long. temp. quæ pro li. fi. Item videtur corrigi totus titu. inf. ne de sta. defun. per istam legem. Sed ille loquitur de defuncti statu: hic viuentis. Item hic ad bonum: ibi ad malum reuocabatur in seruitutem. Accur.

k *Clarissima persona.*] s. que ad ingenuitatem prouocat, vel contra quam fit prouocatio.

l *Super tali conditione.*] s. quæ ad ingenuitatem prouocat, vel contra.

VBI QVIS DE CVRIALI, &c.

Si quis.] CASVS. Nuncius vel procurator vel executor communis Bonon. in ciuitatem Mutin. se contulit: & sub magistro nunciorum militare cœpit. ubi comprehensus, sub quo iudice cõueniri debeat, quæritur? Respon. quod ius exigit in territorio illius sub cuius captus est, non expectato eo sub quo militare cœpit: & conuictus societati eorum quos declinauerat, congregatur.

No. ex hac l. in fugitiuo regulam, ubi te inuenero, ibi te iudicabo: & est speciale propter fugam, secundum glo. & Bald.

m *Obnoxius.*] in aliqua ciuitate.

n *Ab ijs.*] vel procuratoribus eorum.

o *Comprehensus.*] in alia ciuitate. Sic ergo speciale est hic, vt liberam personam quis sua auctoritate capiat, sic & infra de decur. l. generali libro 10. & ff. quo in fraud. credi. ait prætor. §. si debitorem. Et est ratio quia sicut seruum in fuga constitutum adhuc dominus possidet, vt ff. de acqui. poss. l. rem quæ nobis, & l. 3. §. Neruà. & §. si seruus, ita & hunc. Et sic non videtur capere quod si alienum, sed retinere quod est suum. Item capit hoc dicit, vt subijcit, ut ad iudicem deducat, qui cognoscat, & iustam exhibeat, & sic non est contra sup. de iudæis l. nullus.

p *Per ambitum.*] id est malum desideriũ.

q *Militare.*] in militia inermi, vt quia apparitor, executor, scriptor, & præmisserinius, secus autem in militia armata, vt infra l. prox. & in hoc differt. Item & in hoc, quia hic aufugit: in sequenti non aufugit, sed dicitur debere esse de curia, vel cohorte, vel corpore. Accur.

r *A iudice.*] quolibet, qui ordinarius sit in eo loco, vbi est comprehensus, & sic not. vbi te inuenero, & cæt. & propter huiusmodi fugam. Sed quid si ille ordinarius erat, sub quo militabat? respon. etiam sub eo potest quæstio hæc proponi, non enim vetat hæc lex: sed dicit illum cognoscere, in cuius territorio est captus, non expectato eo, sub quo militabat. Item qua actione petitur, cum sit libera persona? Respon. off. iudicis vel vtili in rem causa adiecta, ut ff. de rei vendi. l. prima, §. primo.

s *Audiatur.*] & expediatur vsque ad tres menses hæc causa, vt infra de decur. leg. generali. libro decimo.

* Causa status exigẽt maximos iudices. l. 32. §. 2. ff. de arbi. adeo vt nec pedaneis delegari possint, nec cõpromissarijs. quã vel pręsidũ olim de statu nõ fuit cognitio. l. 1. sup. d. ord. iud. Cuia. hic. Qui & libertate oli judicarit, vide apud Forn. 2. so. lec. 23.

Personam liberã quẽque possumus ppria auctoritate capere.

2 † Notitia.

Militia quædam est inermis.

Persona libera qua actione est petenda.

Hæc

H*Ac perpetua.*] CASVS. Si adstrictus curiæ ab officio sibi deputato se subtraxit, vel actor aliquis de negotio alicui metum, vt ab eo aliquid extorqueret, intulit: de his quæstio mota fuerit, quis cognoscere debeat, quæritur? Respond. quod præses prouinciæ: nulla fori præscriptione opponenda: nisi nomen fuerit: uel principis beneficio fuerit munitus quo minus sub præside conueniatur: quibus casibus a præside prouinciæ aliquid profertur quod ad magistrum militum quæstio terminanda referatur & hoc in prima & secunda parte. in tertia dicit, quod si aliquis pupillus præstationibus, vel debitis obnoxius inueniatur. nulla gaudeat fori præscriptione, quin sub præside conueniatur nisi principali priuileg. muniatur: aut præfecti, vel præsidis nullo modo declinat examen: & hos in tertia. Siquis autem huius l. contemptores fuerint, inuenti à præside prouinciæ puniantur.

a *Vocantur.*] i. reuocantur.

b *Cohortalibus.*] cohortales erant magis cohortati, quam curiales.

c *Eos etiam.*] repete non posse, &c. Et dic quod superexactum est, restituitur in duplum sine ui ablatiua, alias triplum, vt inf. de superexac. l. 1. lib. 10. & ff. de publi. l. licitatio. §. quod illicite.

1 † Dicentur.

d *Vel concussiones.*] quas fecerunt, dum erant in officio.

e *Armata.*] super quibus non potest iniici manus.

f *Curiæ nomen.*] quia dicitur curiæ adstrictus.

g *Ad magistrum.*] idest, magistrum militum.

h *Potestatem.*] ut condemnet, ipse tamen præses cognoscet, sed certe immo narrando factum, ut causam audiant & exequantur. Accur.

i *Prouinciali.*] subaudi a nam sunt ablatiui.

nifestarumq; rerum probatione conuictus, eorum societati, quos declinauerat, aggregetur. D. 12. Cal. Aug. Mediolani, Cęsario, & attico Coss. 399.

Homines obnoxiati, vel qui pro exaction:b. vel concussionibus conueniuntur, nō possunt fori prescriptionem opponere, nisi sint milites armatæ militiæ, uel eis specialiter sit concessum. h. d. Bald.

Impp. Theod. & Val. AA. Cypro PP.

LEX II.

HAc perpetua lege sancimus prouincialibus iudicijs non posse fori præscriptionem opponere eos qui ad curias vocantur,[a] vel cohortalib.[b] deberi dicuntur officij, vel alijs corporibus obnoxij sunt: eos[c] etiam, qui super exactiones, vel cóculsiones[d] perpetrasse firmetur: [1] † exceptis videlicet ijs qui armata[e] militia præditi sunt, vel aliàs speciali beneficio principali sese defendũt: ita tamen vt cui ex militarib. viris curiæ nomen,[f] vel cohortalis officii quæstio ingeratur, rector prouinciæ super eius nomine tam ad sedē tuę magnificentiæ quā ad magisteriam[g] vel competenté referat potestatem,[h] vt ij, qui velut debiti postulentur, prouinciali[i] iudicio destinati, ibi euentum[k] iudicij expectent, vbi iura moueri pręcipiunt hmōi quæstiones.

¶ Super publicis aũt functionib. & debitis nemini liceat fori præscriptionem opponere,[l] præter[m] eos, qui specialiter excepti sunt.

m *Præter eos.*] vel est hic §. vel infra cęteros &c. & secundum primum non refertur ad proximum.

n *Cæteros.*] respicit infra uel supra.

o *Sententiam.*] cum lis erat contestata, vel verius de pena contumaci imponenda dicitur, ut ff. si quis ius di. non ob. l. 1. & sic falsa est nota quam quidam hic faciunt, quod sentētia ante litem contestatam fertur. r Nota etiam hic ordinarium non recusari, ut & supra de iud. authent. si vero contigerit.

¶ Cæteris[n] excelsę tuæ sedis, & rectorum prouinciarum in quolibet negotio declinare minime posse iudicium decernimus, ita, ut qui tam saluberrimã legem pertinaciter violare tentauerint, sciant à moderatoribus prouinciarum aduersus se tanquam contumaces sententiam[o] proferendam. Dat. 12. Cal. Oct. Cyr. V. C. Cos. 441.

r Gallic. de Cuneo sic intelligit q etiã definitiua sñia proferat in contumacem in casibus hic positis qd sequitur hic Bar. & dicit mẽti tenendum.

TITVLVS XXIIII.

Vbi Senatores, vel clarissimi, ciuiliter, vel criminaliter conueniantur.

Qui occasione criminis cōuenitur, occasione dignitatis non illustris priuilegio fori non vtitur. h. d. Vel sic: Reatus excludit omnem honorem. h. d. Bal. Vel sic: Dignitas clarissima nō prodest, quo minus clarissimus cōueniatur vbi deliquit. h. d. Sal.

Imp. Constantinus A. ad Octauianum Comitem Hispaniarum.

LEX PRIMA.

QVicunque[p] * non illustri,[q] sed clarissima dignitate tantum præditus virginem rapuerit, vel fines aliquos inuaserit,[r] vel in aliqua culpa,[s] seu crimine[t] fuerit deprehensus:[u] intra prouinciam, in qua facinus perpetrauit, publicis[x] legibus subiugetur.* nec fori præscriptione vtatur omnē enim huiusmodi honorem reatus excludit.[y] D.[2] prid. Decemb. Sardicæ. Accepta. Non. Marc. Cordubæ Gallicano, & Basso Coss.

VBI SENATOres, vel clarissimi ciuiliter, &c.

Q*Vicunque.*] CASVS. Si clarissimus aliquis virginem rapuerit vel fines inuaserit, vel in aliquo crimine deprehensus fuerit, uel crimen committat, nulla fori præscriptione opponenda puniatur a præside prouinciæ in qua deliquit: quia omnem dignitatem huiusmodi crimen excludit.

p *Quicunque.* prima in clarissimis & criminalibus tantum, Secũda in ciuilibus & clarissimis & superioribus. Tertia in criminalibus & spectabilibus & superioribus.

q *Non illustri.*] in illis enim distinguit, vt in fr. eodem, l. quoties.

r *Inuaserit.*] & accusatus fuerit de crimine.

s *Culpa.*] pro qua nō tantum, sicut pro dolo condemnatur, ut ff. ad legem Cor. de sica. l. in lege.

*Ex lib. titu. l. 1. C. T.

t *Seu crimine.*] quoniam voluntatem nocendi adesse oportet. infra ad legem Corn. de sica. l. prima.

u *Deprehensus.* secus sic conuictus, sed nō deprehensus, quod nō placet: immo idem vtrobique, ut ff. de ritu nup. palam. §. quæ in adult.

*Concor. vl. ext. de for. cõpe.

2 † Al. Datu 2. Nonis alias Pridie Nonis.

x *Publicis legibus.*] de quib. habes instit. de publ. iud. per tot.

k *Euentum.*] idest sententiam super eo de quo impetuntur.

l *Opponere.*] etiam si præditi sint armata militi, ut inf. in quib. cau. ni. to. præscrip. l. 1. circa prin. & quod subijcit, præter eos &c. non excipit de præcedentibus, sed ad subsequentia refertur: quasi diceret, cæteros prætor eos &c. Vel dic excipi illos, quos super excipit. s. milites armatos.

y *Excludit.*] vt supra de epis. & cler. l. raptores & inf. de di. l. quoties lib. 12. & de decu. l. infamia. libro 10. & in authen. ut omn. ob iud. §. hæc considerantes collat. 5. & de offic. præf. l. 3. Sed contra inf. de exh. re. l. 1. & supra de iur. om. iud. l. magisterię. Sed ibi de hoc dixi. Item no. quòd hęc lex loquitur cum criminaliter agitur: sequens. s. senatores, quando ciuiliter.

Senatores in ciuilib. causis possunt conueniri vbi habent domicilium, vel maiorem partem bonorum, vel vbi conuersantur: in vrbe vero corā suis iudicib. h.d. Bal. Vel sic: Senatores, vel constituti in dignitate illustri in causis ciuilib. possunt conueniri coram ordinariis, tam Romæ coram suis magistratibus quā in prouinciis vbi sortiuntur domiciliū vel assidue conuersantur. hoc dicit. Paul. de Cast.

Impp. Valens, Grat. & Valentin. A A. ad Senatum.

LEX II.

SEnatores [a] in pecuniarijs causis, siue in hac alma vrbe, siue in suburbanis [1] † degūt in iudicio, tam prætorianæ, quam vrbicariæ præfecturæ, necnon magistri officiorum (quoties tamen ad eum nostræ pietatis emanauerit iussio) in prouincijs vero vbi larē fouent, [b] aut vbi maiorem bonorum partem possident, [*] & assiduè versantur, respōdebunt. D. Cal. Mart. 390.

Obtinentes dignitatem illustrem in præcedenti administratione, ex causis criminalibus arduis, in quibus non admittitur procurator, solum coram principe, vel cui princeps commiserit possunt accusari, à quo commissario possunt absolui, sed nō condemnari principe inconsulto: & eorum aduersarii de calumnia possunt cōdemnari, nisi similis dignitatis existant. h.d. primo Qui vero sunt illustres ex priuilegio, non ex præcedenti administratione, poterūt sub quibusdam iudicib. hic nominatis in vrbe, in prouinciis vero apud earum rectores, accusari: qui poterunt absoluere, sed non cōdemnare, principe inconsulto. h.d. Bal. & Paul. de Cast.

Impp. Zeno. A. Arcadio PP.

LEX III.

QVoties viro forte patricio, [c] vel ex patricio, [d] vel ei, quem prætorianæ, [e] vel vbicariæ [f] amplissimæ sedis administratio illustrauit, vel consulari viro, quē tā ordinaria [g] professio, quā facta [2] † nostræ pietatis pariter sublimauit oratio, qui ve magisteriæ ptātis sudorib. clarus factus est, vel ei, qui magistri officiorum, vel quæstoris officio functus, aut sacro [3] † nostræ pietatis cubiculo præpositus, post depositam administrationem senatorio ordini sociatus est aut cui nostra serenitas domesticorum scholam regendam mandauit, cuive sacros nostri numinis thesauros, aut res [4] † priuatas nostræ pietatis, vel serenissimæ Augustæ nostræ coniugis gubernandas iniunxit: post depositam videlicet administrationē crimen publicū priuatūve (cū tñ non per [h] procuratorem rñdere liceat) in hac alma vrbe, [i] vel in prouincijs cōmoranti: ingeratur: nullius alterius iudicis nisi nostræ pietatis [5] † hmōi esse cognitionē, vel sacri tantummodo cognitoris, cui nra serenitas hmōi negotij audientiā vice sua sacris apicib. mittendis mandauerit: [k] ita tamen, vt apud talem iudicē nullius officij, [l] vel scholæ intercedente ministerio, more, atque habitu sacrarum consultationū absque vlla videlicet obseruatione dierū fatalium [m] intro-

Senatores. CASVS. Si cum senatore causam quis habuit pecuniariam: vbi conueniri debeat quæritur: Respon. q. siue in vrbe, siue in suburbio degat, sub præfecto vrbis conueniri poterit, ex principis delegatione sub magistro officiorum. In prouincijs autem, vbi domicilium habent, vel vberiorem partem bonorum suorum, conueniatur.

a *Senatores*. qui superillustres sunt, vt ff. de sen. l. 6. Quidā habēt hāc ꝑ vltima l. huius titu. Et not. hoc seruari etiam si sint clarissimi, secus si criminaliter: quia tunc distinguit sint clarissimi, an superillustres, vt j. l. 3 x.

b *Vbi larem fouēt*. i. vbi habent domicilium: vt inf. de incolis. l. ciues. lib. 10. & in scriptis conueniuntur & non satisdant. vt j. de dig. l. quoties. lib 12.

QVoties. CASVS. Si super illustri, vel spectabili aliqua criminis moueatur qō, cum per procuratorem ridere non liceat, cognitio principis est, vel eius cui princeps specialiter demandauerit: in iure nulla stādi maneat necessitas, sed sedendi inferius iudicib. paribl. licētia tribuatur: & obnoxius inueniatur, principi eius condēnatio reseruetur: alioquin vice principis cognoscens ipsum absoluat: accusatoris calumniam et principe incōsulto puniēdo, nisi tantæ fuerit dignitatis accusator quantæ & reus: quo casu in puniendo eius calumnia principis auctoritas requiratur, & hoc in prima. Alij aūt illustres a prædictis, qui beneficio principis dignitatem siue administratione adepti fuerint: si alicui eorum crimini inferat qō, præfectus prætorio, vel vrbis, vel magister officiorū, si sibi a principe specialiter demandatur cognitio, poterit cognoscere, ita vt accusato sedendi nulla pateat facultas: cuius condemnatio si contra eum tamē probata fuerit ad principem referatur. hoc in secunda. In prouincijs autem, si alicui illustri, cui dignitas ex administratione committitur (vt differat: & hoc a proximo superiori) aliquid obijciatur, competens iudex absoluat absoluendum, nec condemnet si obnoxium inueniat, sed ad principem referat eius condemnationem: ita tamen, vt si in condemnando, seu in puniendo inueniatur accusatoris calumnia. districtione supradicta puniatur, & in tertia. ita videlicet, quod sedendi copia sibi non denegetur.

c *Patricio*. nomen est dignitatis, & dicitur patricius, quem Imperator in patrē eligit.

d *Ex patricio*. qui deposuit patriciatum.

e *Prætoriana* spectabilis est.

f *Vel vrbicaria*. illustris est, sed consul. & patricius superillustres. Hoc teneas, q oēs sunt super clarissimos. hoc est spectabiles illustres: vel, superillustres vt differat à l. 1. quæ de clarissimis dicit.

g *Ordinaria*. Nā ordini consulū cū administratione est aggregatus. Et nota, quod princeps aliquem sublimat. Et not. q numerat quosdam illustres, qui tantum coram principe conueniūtur, vel delegato ab eo, ad hoc quod pōterit absoluere, non condemnare: vt hic subijcit, & hoc vsq; illuc, viros aūt illustres, &c. Sed cōtra sunt l. i. po l. 1. in si. sed ibi i clarissimis, hic in illustrib. vel speciale vt sub prætide respondeāt. Alij vero illustres præter prædictos. Itē & prædicti, qui tūc honore siue administrationem habent, conueniuntur Romæ coram præfecto prætorio, & præfecto vrbi, & coram magistro officiorū, si hoc ei princeps permiserit. in prouincia corā competētib. iudicib. vt absoluantur, non damnentur ab eis sed ad principem referatur, & hoc dicit vsque in fi.

h *Non per procuratorem*. nam quædam sunt crimina in q.b. per procuratorē agitur, & rñdetur: vt q in ponunt pœnā relegationis, vel circa s. minorem: ut ff. an per aliū cā app. l. 1. & j. de iniur. l. fi.

i *Vrbe*.] s. Constantinopolitana.

k *Mandauerit*. idest delegauerit.

l *Officij*. vlterius quam nostri, vel delegati a nobis. Accur.

m *Fataliū*. q.d licet factum alias accipiat eam fatalib. diebus elapsis, vt in causa appellationū: hic tñ secus est: sicut & qñ princeps cognoscit vt j. de tēp. appel. authent. lis.

a *Sedendi*.

Marginal notes:

1 † Prouincijs.

* Concor. c. dilectus filius. i gl. 2. in verb. alias dē. ex tra de rescrip.

Patricius quis sit.

2 † Sacra. Principis est aliquē sublimare.

3 † Sacra.

4 † al. priuata.

5 † Partis.

a Sedendi.] speciale propter nobilitatē, vt sedeant & non stent [illegible] ita & sup. [illegible] officio [illegible] & d. [illegible] in l. fi. & in aut. vt ab illustrib. & [illegible] b [illegible] ab soluere, non pōt damnare, sic in auth. vt clerici apud proprium episcopum conueniantur. col. [illegible] argum. de cur. bo. edic. l. 1. §. causæ. sed contra ff. de reg. iur. l. nemo qui condēnare. hæc [illegible] Vel dic, [illegible] condemnat: sed prius consulto epo. Sed contra regula est vera, q pōt damnare, & absoluere, vt ff. de re iu. l. 3. præcipue in d. auth. priu. consul. c Illustres. sine administratione. d Codicillis. i. literis ab imperatore sibi cōmissis, vt aliquo honore, vel dignitate gaudeant. e Egisse. habent. n. dignitatem illam sine administratione ac si habuissent administrationem. f Viri illustres. Sine administratione.

* Bald. [illegible] quæ [illegible] aurei [illegible] 3. §. de [illegible] sacra [illegible] comi[illegible] 7. [illegible] b recentes in fi. de [illegible] Pseudo co mitatēses l. 14. [illegible] de re mili. Goth. 1 † Qui [illegible] * Sessorium aulæ in quā iudice conuenitur, ea dē forma, qua auditorium l. 30. ff. de reb. cred. Got. erāt in auditorijs ut dicuntur veluti gradus, vnus, imicum, alius illustrium, postremus alter cancellorum, vt hic vid. Cuiac. ad Nouel. 71. in fi. Got. * idest, principis delegatus vice principis auditurus ℥. eo. Got. 2 † Qui.

IN QVIBVS causis militantes fori præscriptione vti nō possunt

g Omnes. Domesticos principum.

h Militia. armata, vel inermi secundum quosdam, & sic est contra supra ubi, quis decur. vel coh. l. 3. Sol. [illegible] & sic hic non dicas de armata. Et dic, priui gaudentes aliqua dignitate, si negotiatio conueniuntur super publicis functionibus [illegible] publicis debitis, tātum apud præsides prouinciarum conueniuntur & exigantur & excipiuntur armata militia præditi, & qui [illegible] se accepisse [illegible] commeatū ad propriam rem componendā. * hoc hic dicit.

i Si hac. s. præscriptione.

k Occupatos.] qui sunt [illegible] numero agentium, vel domesticorum.

3 † [illegible]

sæ, viris deuotissimis sacri nostri scrinij libellensib.* solennia implentib. audiantur: & eo, qui in crimē vocatus erit, ne quas i † ante probationes iniurias patiatur sedendi a neque in aliqua secretarij parte quæ iudicib. inferior, altercātib. vero superior esse videatur, habituro licentia. ¶ Adeo autem tentatum honores dignitatum duximus augendos vt ne sacro quidem cognitori nostro,* postquam crimē fuerit patefactum, contra hmōi viros, vel eorū substantias statuendi aliquid concedamus facultatem, sed hoc solummodo in hmōi viros vice quoq; principis auditori licebit, vt intentatum apud se crimen, si patefactum fuerit, ad principalem referat notionem. Vltionis aūt tantis inferendæ, dignitatib modus, non nisi in prīcipis residebit arbitrio, cū sit certum oportere accusatoris calumniam, reo videlicet protinus absoluendo, [b] incōsulta quoque e nostra serenitate, prout leges sanciunt, coerceri: nisi forte accusator quoque non minoris quam reus sit dignitatis. In hoc namque casu super coercēda hmōi accusatoris calumnia non immeritò consulenda erit principalis auctoritas. Viros aūt illustres [c] in hac inclita vrbe degentes, qui sine administratione honorarijs decorati fuerint codicillis, [d] licet talē prærogatiuam nostræ iussionis meruerint, vt quod 2 † nō egerint, videantur egisse: [e] in criminalib. causis, magnificæ tuæ sedis, & illustrissimæ vrbicariæ præfecturæ, necnon etiam viri magnifici magistri officiorum (quoties tamē ad eius iudicium specialis nostræ pietatis emanauerit iussio) sententijs respondere decernimus: ita vt huiusmodi iuri sedendi quidem in cognitionibus dicendis minime sibi vindicent facultatem: sciant aūt ipsi quoque nec de se nec 3 † de suis facultatibus iudicaturos aliquid, nec probatis criminibus (nisi prius ad nostrā pietatem retulerint) posse statuere. ¶ Quoties autem viri [f] illustres in prouincijs constituti, nō ij tamen, quorum cognitio ad nostram maiestatē, vel ad iudicem vice nostri numinis 4 † auditurum pertineat in quærimoniam fuerint criminalem vocati: & sedendi, cum celebratur cognitio, in secretarijs iudicantium, ius consequantur. & iudices patefactis quoque criminibus, ferendis contra huiusmodi viros illustres, vel facultates eorum sententiis abstineant, dum nostræ pietatis ad suas meruerint relationes respōsum, supplicio videlicet, quod accusatoribus patefacta eorum calumnia ingerendum est, nec apud prouinciales iudices, si non sic (vt superius dictum est) similem dignitatem habeant differendo.

l Sociantur. i. societatem contrahunt: alias negotiantur. m Militia.] iunc. n. conducere nō possunt, vt ℥. loc. l. fi. ab his excipit postea, nisi forte commeatum, &c. secundum H. sed secundum Azo. ut dixi, a superioribus excipit, vt intra spatium non conueniantur. n Commeatum. s. a militia, quam exercuerant secundum H. nā tunc conueniuntur, vel commeatum, idest relaxationem: vt non conueniantur.

4 † Nominus.

VBI

TITVLVS XXV.

In quibus causis militantes 5 † fori præscriptione vti non possunt.

Militantes etiā in curia principis fori præscriptionem non habent in publicis functionibus, vel si priuatis negotiationibus conueniuntur: nisi tempore commeatus. h. d. Bal. Vel sic: Conuenti super publicis debitis vel publicis functionib. cuiusuis sint dignitatis non possunt uti fori præscriptione, nisi pro tempore commeatus, h. d. vel nisi sint milites armatæ militiæ. h. d. cum gl. Sal.

Impp. Theodosius, & Valēti. AA. Florēti. PP.

LEX VNICA.

OMnes omnino domesticos, & [g] & agentes in rebus, & quæcunque alia prætendatur militia [h] vel dignitas sub moderatoribus prouinciarum pro functionibus publicis respondere, nulla fori præscriptione valitura, sancimus, [i] si hac, [i] qui exiguntur publica debita, vti tentauerint; immo & in alijs priuatis actionibus occupatos [k] volumus respondere, qui vel per prouincias sociantur [l] vel conductorum [*] vocabulis, cū non armata militia [m] præditi sint, defenduntur, siue domorum diuinarum, siue virorum potentium, seu cuiuslibet conditionis 6 † sint conductores, nisi si fortem commeatum [n] ad rem propriam componendam vnius anni inducias ostēderint se accepisse, eadem forma seruanda in iis etiam, qui mercandi, vel militandi sacra beneficia meruerint, vt & ipsi rectoribus prouinciarū respondeant Dat. Constantin. Theodosio A. 7 † 17. & Festo. Coss. 493.

5 † Milites * ad hunc locum pertinet l. 2. & 3. de iurisd. C. T. * Forte selecti. hinc elicit Mercatura deditos priuatam militia quo nomine teneri prehenditur a Cuiac. 9. obser. 37. quę hoc noluisse existimo. minus hoc generaliter dici, cum sit falsum in militia nō armata. uerum in armata & uero colligit milites negotiatores in eā negotiatione conuentos non habere priuilegii militaris. Got. 6 † Conductionis. 7 † al. 17.

VBI CAVSÆ FISCALES, vel diuinæ domus, &c.

Hominumq;. Causa autem hominum diuinæ domus, siue sint serui, siue coloni, vel inquilini, siue agant, siue conueniantur in ciuili, vel in criminali negotio audiuntur, & examinatur apud præpositum sacri cubiculi, & comitem domorum, vel procuratorem Cæsaris, vt infra eod. l. vlti. & l. cum aliquid. Et est hic notandum, quod serui principis agunt, & conueniuntur, quod est contra regulam. Item & illud not. est, si actor rerum priuatarum principis, vel procurator eius aliquem prouincialem vexauerit iniurijs, patefactis contumelijs, vel deprædationibus qui fecit iniuriā, publice viuus cōcremetur, & certè vt ait P. in prædictis criminibus tantæ pœnæ tam horribili, tam horrendæ consilium non dedisset, si eo tempore fuisset. Azo.

TITVLVS XXVI.

Vbi causæ fiscales, vel diuinæ domus, hominumque eius agantur.

De bonis auferendis ab hærede, qui mortem defuncti non vindicauit, non potest agi, nisi conuictis reis, vel defunctis. h. d. Bald.

Impp. Seuerus, & Anton. AA. Dioscoro.

LEX PRIMA.

NOn defensæ [a] mortis quæstionem, [b] apud procuratores nostros non oportere tractari: nec bona à fisco peti posse [c] priusquam de crimine [d] constiterit apud eum, [e] cui conuictis [f] pœnā irrogare licet, quis ignorat? Planè defunctis [g] homicidij reis, apud procuratores quoq; causam agendā esse ratio permittit. [h] PP. 7. Idus Maij, Laterano, & Rufino Coss. 198.

Causa quæ pertinet ad procuratorem Cæsaris, coram incompetenti iudice tractari non potest. hoc d. Bald. Vel sic: Procurator Cæsaris cognoscit, an quis mortem sibi consciuerit metu pœnæ criminis, fortè propter publicationem bonorum à fisco petitam. h. d. Sal. Vel sic: Quando de maleficio non restat imponenda alia pœna, quàm confiscationis bonorum, tota causa venit tractanda coram procuratore Cæsaris. Paulus de Castro.

Ijdem AA. Aristæ.

LEX II.

NOn animauertimus, cur causas ad officium procuratorum nr̃orum pertinentes, ad proconsulis notionem aduocare velis. nam cum hoc quæratur, an pater tuus mortem sibi cōsciuerit metu alicuius pœnæ, ac proptereà bona à fisco vindicari debeant: [i] iam non de crimine, aut pœna mortui, sed de bonis quærendum [k] est. Dat. 12. Cal. Octob. Apro. & Maximo Coss. 208.

Iudex, qui non potest facere executionem, non habet ius pronunciandi. Bald. Vel sic: Procurator, qui non potest pœnam desertæ accusationis exigere, ita nec pronunciare, vt exigatur. h. d. Iac. But. Vel sic. Cui denegatur executio, denegatur & pronunciatio, vel cui denegatur consequens, denegatur & antecedens. hoc dicit Salycet.

Imp. Anto. A. Heliodoro.

LEX III.

PRocurator meus, qui vicæ præsidis [l] † prouincię non fungitur, sicut exigere pœnam [l] desertæ accusationis non potest; [m] ita iudicare, vt ea inferatur sententia sua non potest. Dat. 10. Calend. Septemb. Læto, & Cereali Coss. 216.

Quo officio cogitur quis ad soluendum, eodem officio cogitur ille, pro quo soluitur. h. d. secundum Iac. But. Bald. Vel sic: Illud officium, quo quis compellitur pro alio soluere potest, quando soluit implorare, vt ille, pro quo soluit, tantumdē debeat ei dare. h. d. Sal. quod no.

a NOn defensæ.] i. non vindicatæ. ¶ Titius cōuenit Caium coram procuratore Cæsaris, dicens Caium institutum à Sēpronio interfecto, & non vindicasse necem eius, ideoq; bona confiscāda. Caius dicit sua morte mortuum, non occisum. De hac quæstione an sit mortuus, vel occisus, non cognoscit procurator Cæsaris, sed primo apud præsidem sunt accusandi occisores, & damnandi; deinde cōueniendus est Caius, & damnandus: & postea se intromittet procurator Cæsaris. idem si mortui sunt occisores, vt iam conuinci non possint: vt hic, & ff. de Carbo. edi. l. 1. Accursius.

b Quæstionem.] post moram ergo hæredum alius accusat occisores, dicens hæredes non defendisse, & sic se velle accusare: vt & not. inf. de ijs quib. vt indig. l. 1. & l. sororem.

c Posse] subaudi priusquam, &c.

d De crimine.] extra ordinem facta accusatione.

e Eum.] scilicet præsidem prouinciæ.

f Conuictis.] homicidis.

g Defunctis.] homicidij reis, & ideò accusari non possunt.

h Permittit.] ratio cur accusari non possunt, quia non pecuniaria, sed criminalis causa morte extinguitur, vt ff. ad Syl. l. Caius. Item contra, inf. de his, quibus. vt indi. l. si ca. Sed alia secundum istam.

NOn animaduertimus.] CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti: obijcitur hęredi, quod mortem metu criminis, vel pœnæ tibi consciuisti. an procurator Cæsaris cognoscere possit quæritur? Respon. quod cum morte criminosi criminis quæstio infirmetur, cognoscere potest, nec ad præsidem est referenda.

i Debeant.] vt j. de bon. eo. qui sibi mor. l. 1. Accurs.

k Quærendum est.] crimen enim morte criminosi finitur: vt hic, & supra l. proxi. & inf. si reus, vel ac. mor. l. 2. & 3. & ff. de pœ. si pœna. & de calumnia. in hæredem. sed non pecuniaria quæstio, vt sup. l. proxi. dixi. Accurs.

PRocurator meus.] CASVS. Accusasti, ab accusatione destitisti. an sicut procurator Cæsaris exigere potest pœnam desistenti inflictam à lege quinq; librarum auri: ita an sit inferēda, cognoscere possit, quęritur? Respon. quod sic: & secūdum hoc nec negatio est in primo verbo potest, nec in fine. sed cum vtrobiq; est negatio, sic intelligatur de procuratore fisci, quod sicut nec exigere pœnam promiserat, si ab actione desisteret: sic nec exiget, nec an sit inferenda cognoscet: & hoc quia inter duos priuatos nō cognoscet, sed inter priuatum, & fiscum.

¶ No. quod qui non potest aliquem cōdemnare, non potest ipsum pronunciare cōdemnandum: & qui non potest absoluere non potest pronunciare ipsum fore absoluendum. de hoc in l. 1. §. si aduer. libe. Paul. hic.

l Tenam.] scilicet, legalem.

m Non potest.] quidam habent sine nō, & hic, & in fi. & tunc est plana, & loquitur in procuratore Cæsaris, scilicet de pœnis desertæ accusationis, quæ est quinque librarum auri: vt ff. de præuarica. l. tertia, in fi. Si habes, non potest, vtrobique, tunc dices in procuratore fisci, vel etiam dic Cæsaris: sed de pœna dicet quam accusator promisit accusato si desisteret, vt j. ad Turp. l. 3. hæc enim est inter duos priuatos, & ideò non cognoscit. Accursius.

l † Procurator Cæsaris fungens vice præsidis potest cognoscere de causis criminalibus l. 1. sup. de peda. iudi. vi. Cuiac. 10. obser. 13. Rober. 1. animaduers. 22. Ant. Mer. ca. Notat. 21. Goth. Accusationis desertæ pœna est quinq; librarum auri.

CVm vendente.] CASVS. Aliquo mandante ad opus suum a procuratore Cæsaris prædium emisti, nec de prædio satisfecisti: satisfacere debes: an autem ante procuratorem ad pretium quod soluisti, vel vsuras quas

quas propter motam impendisti, mandatorem conuenire possis, vel idem procurator cognoscere possit: quæritur? Respon. quod sic, si eum iudicem elegeris, quod intellige cum aduersario. nec obstat supra de iurisdict. omn. iudic. l.prima. & de pedan. iudi. in l.1.

i *Comiti.*] id est procuratori Cæsaris, vt inf. eod. l. vniuersi.
k *Iudici.*] prædicto scilicet procuratori. Vel dic alij, qui se intromitteret de hoc.
l *Existimationis.*] id est, famæ.
m *Officio.*] id est officiali.

Procurator fisci nō cet fisci, vt patet in potest fidē habere de pretio.

a *Procuratore.*] scilicet fisci, vt patet in fi. legis.
b *Debes.*] nec potest fides haberi de pretio, vt transeat dominium, vt ff. de iure fisci. l. si procurator. in fi.
c *Emisse.*] s. à procuratore Cæsaris.
d *Elegeris.*] cum altera parte. nec enim tu sufficis, vt s. de iurisdict. om. iud. l.1. & de pedan. iud. l.1.
e *Soluenda sunt*] à te, qui non soluisti pretium.

1 † Solutæ.

A *D fiscum.*] CASVS. Siue fiscus contra priuatum, vel econuerso priuatus contra fiscum causam habeat: quis cognoscere debeat, quæritur? Respond. procuratori Cæsaris, nec à partibus, vē cognoscat pretium exigere debet.
f *Rationalis.*] i. procurator Cæsaris.
g *Decidat.*] vna cum præside, vt supra si aduers. fiscum. l.2. & hoc siue agat fiscus, siue conueniatur, & idem econtra coram procuratore fisci, siue agat, siue conueniatur: procurator Cæsaris, licet quidam tunc tantum istos cognoscere dicit, quando conueniuntur: sed verum est, quando agunt sub præside: quod non placet. Item ff. ne quid in lo. pub. l.2. §. sed hoc interdictum. vbi coram præfecto dicit agi has causas. Sed ibi ponitur præfectus pro procuratore Cæsaris, sicut & alias ff. de fideic. li. l.4. §. si bona.

Præfectus ponitur pro procuratore Cæsaris.

h *Concussionibus.*] quia non debet exigere a partibus pretium pro causæ cognitione.

S *I quis.*] CASVS. Prædium à principe conduxisti, causam Titius habuit, quis debeat de ea cognoscere, quæritur? Respond. quod procurator principis: & si aliter iudicat, quā debeat, non solum fibi nota infamiæ imminebit, sed officiali suo inest discrimen.

Imp. Alex. A. Maximæ.

LEX IV.

Donatio patris in filium quandoque statim transfert dominium.

b *Arbitri.*] subaudi, & tunc arbitri, &c.

c *Familiæ erciscūdæ.*] videtur non habere locum actio familiæ erciscundæ: quia talis donatio retrotrahitur, vt ℐ. de donat. inter virum, & vxorem. l. donationes. [illegible] actio autem familiæ erciscundæ non, nisi pro ijs, quæ erant in bonis tempore mortis, intentatur? Resp. trahitur retro, non quantum ad dominium: vt qui olim expressa volūtate nō potuit esse dominus, nunc videatur voluntate ficta fuisse: sed quantum ad fructus. item quantum ad hoc, vt non teneatur de damno dato. vel illud de iuris fictione: secus est quantum ad veritatem, quam hic respicit. Vel dic, quod non confirmatur morte hæc donatio pro eo, quòd est immensè donatum: & sic non retrotrahitur pro eo, quòd immensè donatum est, sed pro alio sic. Item quod hic dicit de iudicio familiæ erciscundæ, intellige, si vterque filius sit hæres. aliàs non haberet locum hæc actio, sed querela inofficiosæ donationis, vt ff. familiæ erciscundæ, l. prima, & secunda. Item nota hic, quod venit hæres contra factum defuncti, & eo modo quod non veniret, nisi esset hæres: quod est mirum. Item est contra huic dicto ℐ. de collat. l. si donatione. Sol. vt ibi.

Donatio morte cōfirmata, quemadmodú retrotrahitur.

d *Incolumem.*] per hoc apparet, quod debet habere quartam sine onere legatorum, & fideicommissorum. sic & in ea quæ erat ad excludendam querelam inofficiosi testamenti, vt supra tit. 1. l. scimus. Item contra, ff. de legat. 2. l. [illegible] 2. §. Imperator. vbi dimidiam reuocat. Solut. vt not. suprà l. proxima.

e *Adminiculo.*] quia adminiculum est, vt in morte donatoris confirmetur donatio, vt ℐ. de donat. inter vir. & vxo. l. donationes.

f *Nititur.*] vt ℐ. de donat. l. siue emanciparis.

g *Ad similitudinem.*] vt ℐ. de contrah. empt. l. cum res. sed fratribus inter se non datur, secundum Ir. sed nos contra, [4] vt hic, & ℐ. eod. l. fin. Accurs.

PRecibus.] CASVS. Si inter extraneos donationem inter viuos fecisti, & totum patrimonium exhausisti, & in modico, vel in nihilo filium tuum instituisti, an aduersus donatores ei competat querela inoffi. Respond. quòd sic. Viuianus.

[4] Et benè Paul. in l. 2. seq.

h *Denotant.*] scilicet fecisse hoc, quod sequitur, qui cum, &c.

i *Ad intestatos.*] secus in querela inofficiosi testamenti, quæ tantum facto testamento competit. Item illa contra scriptos hæredes tantum: hæc contra donatarios tantum. Item illa in totum reuocat: hæc catenus, quatenus est bonorum subsidium: licet quandoque & totum, secundum quosdam, vt dixi supra eo l. 1.

k *Æquitatis.*] Ref. ff. ad leg. Aquil. l. illud. & infra ad leg. Falcid. l. finali.

SI filius. CASVS. Superius dictum est qualiter prouideatur filijs, hic qualiter parentibus, dic ergo, Filius donationem fecit in extraneum, & totum patrimonium exhausit, ita quod nec remansit matri debitum bonorum subsidium, qualiter ei scilicet matri succurrendum sit, quaeritur? Distinguitur, aut ex persona filij potest restitui, aut non. In primo casu non datur sibi querela in offic. don. aduersus extraneum ad exemplum querelae inoffi. test. quae non datur quando aliud super est auxilium, secundo casu sic.

a *Si filius.* Sicut n. filij agunt, sic & parentes, & ita agit hic mater & idẽ in fratre, vt dixi sup. eo. l. 2.

b *Subueniet.* l. dando restitutionem ex persona filij, vt ff. de in integ. resti. l. non solum, & ff. de min. l. patri pro filio. & hoc si tenuit donatio, alias directo vendicaret, vt sup. si aduer. do. l. 2.

c *Necessarium.* In subsidium ergo datur haec querela, sicut querela inofficiosi testamenti, vt instit. de inofficio. testam. §. iam autem, & facit sup. de inoffi. testam. cum filium. & infra, eodem cum donationibus.

SI tota. CASVS. Sunt filios, quos emancipatos habebas, credens te plures filios non habiturum, totum tuum patrimonium contulisti, & postea vxorẽ duxisti, & filios suscepisti, quaeritur an ex donationibus factis detrahi possit quarta, vt eam filij qui nihil habere inueniuntur, consequi possint? Dicitur q̃ sic. Vel sit quaestio, quatenus sit detrahendum ex praedicta donatione, & dic vsque ad eam quantitatẽ, quae sufficiat filijs postea natis ad debitum bonorum subsidium. Vel q. quaestio sit, qualiter sit eis succurrendum, dic quod agent querela inoffic. donat. vt ex praedicta donatione detrahatur quarta. Viuia.

*Intel. huius l. vid. apud Ant. Rub. in l. Titia Seio. §. Imperator n. 183. de leg. 2.

Querela inofficiosae donationis non habet locum vbi habet locum restitutio in integrum, & sic auxilium minus subsidiariũ excludit auxilium magis subsidiarium. hoc dicit Bal. Vel sic: Querela inofficiosae donationis est subsidiaria, nec competit cũ alio remedio etiam extraordinario competente ex defuncti persona, hoc dicit Sal.

Impp Diocler. & Maximia. AA. Aristinae.

LEX IIII.

SI filius [d] tuus immoderatae liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit, praesidis prouinciae auxilio vteris, qui discussa fide veri si in integrum restitutionem ex filij persona tibi competere ob improbabilem donationis enormitatẽ animaduerterit, in remouendis ijs, quae perperam gesta sunt, tibi subueniet: [b] ideoque non est tibi necessarium [c] aduersus immodicas donationes auxilium, ad instar inofficiosi testamenti. Dat 6. Febr. Maximo 2. & Aquilino Coss. 286.

Quod immoderatè vni ex liberis est donatum, propter superuenientes liberos vsque ad debitum bonorum subsidium reuertitur ad patrimonium donatoris, hoc dicunt, Bal. & Salic.

Ijdem AA. Cottabao.

LEX V.

SI totas * facultates [d] tuas per donationes vacuas fecisti, quas in emancipatos filios cõtulisti, id quod ad submouendam [e] inofficiosi testamenti querelam non ingratis liberis relinqui necesse [f] est, ex factis donationib. detractum, [g] vt filij, vel nepotes postea ex quocumque legitimo matrimonio nati, [a] debitum, [h] bonorum subsidium consequantur, ad patrimonium tuum reuertetur. [i] Dat. 2. Calen. Mar. Maximo 2. & Aquilino Coss. 286.

Impeditur intẽtare istam querelam, qui iudicium patris agnouit, vel aliud remedium habet, vel habet legitimam. hoc dicit Bal. Vel sic: Debita portio, item in integrum restitutio, itẽ volũtatis defuncti agnitio hanc querelam excludit, hoc dicit, Sal.

Ijdem AA. Demetrianae.

LEX VI.

CVm donationibus in fratrem tuum collatis facultates patris tui [k] exhaustas esse, eundemque patrem vestrum ea, quae superfuerant, codicillis inter vos diuisisse proponas, si voluntatem eius non agnouisti, [l] nec beneficio aetatis [m] aduersus haec iuuari poteris, nec tantum dos à patre data, & [l] † fideicommissum, continent quantum sub mouẽdam querelam sufficiat: de enormitate donationum, ad exemplum [n] inofficiosi testamenti, praeses prouinciae iurisdictionibus suae partes exhibebit PP. Calendis Maij Coss. vt supra.

inofficiosae donationis, tenuit enim donatio, vt sup. proxi. ibi vacuas, &c. hoc subijcit, cum dicit reuertatur, vt dixi supra eo. leg. 1. Item nota ipsum patrem contra suum factum venire, etiam se viuente, quod non est in querela inofficiosi testamenti, nam non intentatur viuente illo, qui fecit testamentum Vel dic, quod demum post mortem reuocatur, vt infra de sec. nup. leg. hac edictali, & in authent. de nup. § quia vero hactenus, col. 4.

h *Debitum.* imò videtur totum, vt inf. de reuo. dona. leg. si vnquam, sed ibi soli. nu. Item cõtra, ff. de leg. 2. Titia. 2. §. Imperator. Sol. vt dixi, supra eodem. l. 1.

i *Reuertetur.* Quantum ad id, quod de facto euenit, vt sup. de sacrosan. eccle. l. iubemus, 1. in fine. Azo. Sed Ioan. contra, vt modo notaui.

* Vide Cuia. Nouel. 92.

CVm donationibus. CASVS. Si in vnu ex filijs tuis immensam donationem fecisti, ita quod se totum patrimonium exhausisti, deinde cod cillis, q̃ supererat inter ipsum & fratrem donatarium diuisisti, an querela inoffi. don. agere possit frater q̃ fratrem donatarium, quaeritur? Rñ. quod sic, nisi voluntatẽ tuam agnouisset, vel aliud ei auxiliũ cõpeteret puta beneficium in integrum, vel nisi sibi relictũ ad excludendam querelam sufficiat ad exemplum inof. testam.

k *Patris tui.* Filiae loquitur.

l *Non agnouisti.* Ex pressè renunciando, vel tacitè, accipiendo legatum. Et sic B. h. e nam nota, per agnitionẽ paternã querelae cessare, sup. de inof. test. l. si quando, & ff. eo. l. Papinianus. Itẽ cessare q̃ parentibus. Itẽ cessare suam querelam nou[…] quod sta fratribus. Vnde & ingratitudinem. & fin. de l[…] ac rem ingratitudine, vt in authent. de gratũ ego immen[…] don. § fine, a prol[…] col. 7. Item si datur testam. & q aliud auxilium extraordinarium, vt infra a q. e. subijcit, nec beneficio, &c. idem si aliud ordinarium competat, vt supra eod. l. si pater.

† Vel. si filius sit quod aut piendo legatum vel deatur hac querela renunciare non placet telam non testam. Vnde ego à prol. col. tene à querela inofficiosi testamenti, nõ tũ tenet à querela inofficiosi testa[…] mẽti non reuoceturn.

d *Facultates tuas.* O pater. Accur.

e *Ad submouendam.* Nota contra factum suum in praeiudicium etiam alterius venire posse. & infra de patribus qui fil. dis. l. 2.

Factũ proprium q̃n licet impugnare.

f *Necesse est.* olim quarta, hodie triens vel semis, vt sup. tit. eo. l. cum quaeritur, & auth. nouissima.

g *Detractum.* ipso iure, vt dicunt, argum. infra de reuoc. dona. si vnquam. Sed tu dic secundum Io. per querelam

m *Aetatis.* Paternae, ex cuius persona restitutionem habes, vt & supra codem l. si filius. Vel etiam tuae, quia sui agnoscenda voluntate, vt supra de in integrum restitutio l. 1. Item ideo dicit, nec beneficium &c. quia si non per hoc auxilium locum habet, denegaretur haec querela, vt supra eod. si filius.

n *Ad exemplum.* vt supra cod. l. si pater, & inf. de contrahend. empt. l. cum res.

SI *mater tua*. CASVS. In lege superiori dixit de patre, hic de matre pone ergo, quod materfamil. totum patrimonium suum exhausit in vnum filiorum per donationẽ, alteri quędam donauit, quæ non sufficiebant ei ad quartam, an ei detur querela inofficio. donatio. Dicitur, quòd sic. Viuianus.

a *Exhausit*. inf. subijcit, vt, &c. Accur.
b *Quartæ partis*. Totius assis, & hic, est casus, quem etiam habes ff. de leg. 1. Titia. 2 §. Imperator, Accur.
c *Donationibus*. scilicet immodicis.
d *Reuocabitur*. vsq; ad debitum subsidium, vt dicit supra eod. l. si totas.

SI *liqueat*. CASVS. S. mater tua in fratrem tuum donationem inter viuos contulit, & patrimonium suum totum exhausit, ac si testamentum fecisset, & ut in minori scilicet debitæ naturæ subsidio, patrẽ & fratrem tuum in maiore instituisset, testamentum suum p inofficio. querelam impugnari posset, qualiter tibi succurratur, quæritur Rñ. quod reuocabitur donatio vsq; ad quartam debitam naturæ partem per querelam inoff. don. hoc dicit vsque ad §. nã quod in quo figura casum ut ibi.
e *Si liquat*. idest liquido appareat.
f *Inofficiosi*. test.
g *Consilijs*. scilicet malignis.
h *Pro ratione quartæ* idest ratione quartæ quam non habet. Vel. h. propter rationem quartæ, quam non habet, totã partem suam reuocat, cum donatio fuerit inofficiosa re, & consilio, vt dicit principium legis. Item pro hac distinctione est, quod subijcit, ad instar, &c. vt enim per querelam inofficiosi testamenti in totum fit irritatio, ita per hanc querelam, secundum Io. & pro eod. infra de reuoc. donat. l. si vnquam. & ff. de lega. 2. Titia. §. Imperator. Sed Azon dicit indistinctè reuocari vsq. ad debitum bonorum subsidium tantum, etiam quando re, & consilio interuenit fraus, per legem istam, vt diximus sup. eo l. 1. & pro hoc facit verbum quod est inf. diminuetur. Accur.

Querela inofficiosæ donat. an sarcietur in totum.

Donatio, reuocatur, quatenus modus exceditur, Bal. Vel sic: Donatio matris inofficiosa reuocatur, quatenus modus exceditur, hoc dicit Salicet.

Ijdem AA. Ammiano.

LEX VII.

SI mater tua patrimonium suũ ita profunda liberalitate in fratrẽ tuũ, euisceratis opibus suis, exhausit, [a] vt quartæ partis [b] dimidium, quod ad excludendam inofficiosi testamenti querelam aduersus sufficeret in ijs donationibus [c] quas tibi largita est, nõ habeas quod immoderatè gestũ ẽ, reuocabit. [d] PP. 5. Id. Maij. Coss. vt sup. 286.

Donatio facta vni ex liberis etiam re, & consilio inofficiosa, non reuocatur nisi in debito bonorum subsidio. hoc dicit primo. Item quod vxor donat de bonis viri eo consentiente, vir, non vxor uidetur donare: & persona viri seu patrimonium eius attenditur, hoc dicit secundum Bal. Vel sic, Donatio facta vni ex libertis, licet fuerit inofficiosa re, & consilio, non reuocatur, nisi vsque ad debitum bonorum subsidium. Et donatio inter virum & vxorem, non valet ipso iure, ideo si rẽ sibi donatam à viro vxor donauerit filio emancipato consentiente marito, reuocatur tanquam de bonis viri, non vxoris, si reperiatur inofficiosa, h. d. & est notab. lex secundum Sal.

Ijdem AA. Auxanoni.

LEX VIII.

SI liqueat [e] matrem tuam interuertendæ quæstionis inofficiosi [f] causa patrimonium suum donationibus in vnum filium collatis exhausisse: cum aduersus eorum cogitationes, qui consilijs [g] supremum iudicium anticipare contendunt, & actiones filiorum exhauriunt, aditum querelæ ratio deposcat, quod donatum est, pro ratione [h] quartæ ad instar innofficiosi testamenti conuicti deminuetur. Nam quod vxor à marito in se matrimonij tempore donationis causa collatum, emancipato filio communi, consentiẽte domino, [i] donauit, velut ex bonis patris, de cuius substantia prohibente matrimonio [†] non potuit exire, [k] datum accipi, rationis est, in cuius [l] bonis si idẽ consilium & euentus [m] comprehendatur, lex, quam de patrimonio matris ediximus [n] obseruabitur, PP. 3. Id. Septem. CC. Coss. 290.

Querela inofficiosæ donationis in temporis duratione, & in exclusione ex causa ingratitudinis, similis est querele inofficiosi testamenti. B. Vel sic? Ista querela assimulatur querelæ inofficiosi testamenti, & ideo durat quinquẽnio tantum, & nõ vltra. Hoc dicit secundum Pa. de Cast.

Imp. Constantius A. & Iulianus Cæs. Olybrio.

LEX IX.

NOn [*] conuenit dubitari, quòd immodicarum donationum omnibus [o] querela ad similitudinem inofficiosi testamenti legibus fuerit introducta, vt sit in hoc actionis vtriusque vel vna [*] causa, [p] vel similis [q] existimanda, vel idem [r] & temporibus, [s] & moribus. [t] Dat. 14. Calen. Iul. Tauro, & Florentio Coss. 361.

Nam quod. CASVS. Si pater tuus matri tuæ prædium donasset constante matrimonio non tenuit donatio, & si illud fratri tuo illa contulisset patre consentiente, perinde est ac si pater donauit, & ita reuocare non potes, in cuius bonis si idem consilium & euentus euenerit (quod potest) id est si alienasset in fraudem filij ne haberet suam quartam quod in patrimonio matris statutum est, vt scilicet diminuatur ratione quartæ, illud idem in patrimonio patris obseruetur. Viuia.
i *Domino*. i. marito eodemque patre.
k *Exire*. vt infra de do. inter vi. & vxo. l. etiam si. & ff. de iure dot. l. prof. titia. §. si quis certam.
l *In cuius*. scilicet patris.
m *Consilium & euentus*. Nota ergo duo necessaria. vt fiat reuocatio, consilium, & euentus secundũ quosdam, quod non placet, imò & solo euentu fiat reuocatio, vt colligitur sup. eo. l. 2. vbi dicit impetu, &c. Quod hic dicit, verum est, si à primo incipias. non. n. sufficit status, nisi etiam euentus sequeretur, sic & inf. de iur. delib. l. potuit, & ff. de acq. pos. quemadmodum, & l. 3. §. in admittendo.
n *Ediximus*. Vt supra. l. in prin.

NOn conuenit. CASVS. Nulli venit in dubiũ, quin sit similitudo inter querelam inof. don. & inof. testam. quia in causa vtriusq; in est exclusio in tpe, quia sicut vna intra 5. an. dat, & non vltra, sic nec alia, quia sicut vnã tollit ingratitudo, ita & aliã. Viuia.
o *Omnibus*. s. legib. quod est s. tractantib de hac materia.
p *Vel vna causa*. in specto genere, quia iniqua exclusio inducit vtramque.
q *Vel similis*. Inspecta specie, quia vt illam inducit exclusio facta in testamento, sic hanc donatio inter viuos nimia.
r *Vel idem*. s. ius sit in vtraque in ijs qui subijcit.
s *Et temporibus* quia vtraque quinquẽnio durat, vt supra tit. prox. si quis filium. § si.
t *Ex moribus*. quia vtramque tollit ingratitudo, vt in auth. co. titu. § fina colla. 7. Sed differunt in tribus, quia hæc ex testamento

† patrimonio.

Donatio an debeat esse inofficiosa euẽtu & consilio, anteq̃ possit reuocari.

* Ex lib. 3. ti. 20. l. vnica. CC.

* Poterit ergo ijsdẽ casib. inofficiosa donatio inter viuos à fratre facta Goth.

testamento & ab intestato, illa ex testamento tantum, vt supra eod. precibus. Item illa datur contra scriptos hæredes tantum hæc contra donatarios. Item illa non intentatur vbi quis habet aliquid, licet minus: in hac contra, vt diximus supra eod. l. prima.

DE INOFFICIOSIS DOTIBUS.

TITVLVS XXX.

De inofficiosis dotibus.

Si per donationem in dotem filii in legitima defraudantur, reuocatur per querelam inofficiosę dotis.h.d.Bar. vsque ad debitum bonorum subsidium.Bald.& Sal.Vel sic. Sicut donatio inofficiosa rescinditur per querelam inofficiosæ donationis, ita & dos inofficiosa rescinditur per querelam inofficiosę dotis.h.d. Paul. de Cast.

Imp. Cōstātius A. ad Maximum Præsidem Ciliciæ.

LEX VNICA.

CVm * omnia bona à matre [a] tua in dotem dicantur exhausta, leges [1] † legibus concordare [b] * promptum [c] est, vt ad exemplum inofficiosi testamenti aduersus dotem immodicam exercendæ actionis [d] copia tribuatur, & filijs conquerentibus, emolumenta debita conferantur. [2] † Dat.

Cum omnia.] CASVS. Aliqua mulier liberos habens ex primo matrimonio, cōuolauit ad secundum matrimonium: secundo viro omnia bona sua dedit in dotem: fecit pactū de dote lucrāda qualiter liberis primi matrimonij succurrendū sit, quæritur? Respon. quod in exemplum inoffic. test. datur liberis querela inofficiosæ dotis.

a *A matre.*] trāseunte ad secūdas nuptias & faciente pactum cum viro de dote lucranda. alioquin, id est si non esset factū tale pactum, cum ea mortua dos ad filiū rediret, non haberet locum querela, secundum H.

b *Concordare.*] scilicet ad hunc nouum casum.

c *Promptum est.*] vt in auth. de exhib. re. §. fi. coll. 5.

d *Actionis.*] Hodie filij primi matrimonij habent cōditionem ex lege vsq; ad talem quātitatē quilibet, qualem dat secundo viro, vt infra de secun. nupt. l. hac edictali. & in Authent. de nupt. §. quia vero hactenus, collat. 4. Vnde dicit. Azo. cessare hanc querelam hodie. Vel dic secundum H. eam competere etiam cum auxilio, licet secus sit in præcedentibus querelis, vt institu. de inoffi. testa. §. tam autem, & supra titu. prox. l. secunda. & l. si filius. Vel tertio secundum P. loquitur, cum dotabat filiam vel extraneam: & sic cessat dict. op; ofi io. Item contra huic l. infra de iu. do. l. nulla. Solu. vt ibi. Item facit supra si aduer. dotem. l. 1. Et not. quod demum mortua matre agit hic filius, & eodem modo hic agit, vt in superiori, vt dixit supra tit. prox. l. 1.

* Ex li. 2. tit. 21. l. 1. C. Th. & ff intel. huius tit. vi. Ant. Rub. iu. l. Titia Scio. §. imperator n. 22. de le. 2.

1 † Al. deest, leges & in C. Th.

* Cōor. c. cū dilect. & cum gl. super verbo nec iuri cōmuni. ext. de cōiuet. & c. cū expediat. de elect. li. 6.

2 † Al. deseritur. & in C. Th.

DE PETITIONE HAEREDITATIS.

Post querelam inofficiosi testamenti, quæ est præparatoria, venitur ad petitionem hæreditatis. Et not. quod mixtim de omnibus dicit, cum in ff. sint quatuor tituli.

Senatus.] CASVS. Hæreditas alicuius decedentis facta est caduca, quæ olim fisco deferebatur, contra possidentem istam hæreditatem agebat fiscus, cui possessor condemnatus est: sed quia dubitabatur in quibus & inquantum tunc deberet ei condemnari, fecit Hadrianus Imperator Senatusconsult. quo cauebatur, quid, & ex quo tempore deberet fisco condemnari. hoc senatusconsultum innouat Imperator Aelius, cuius est hæc lex: dicens, quod non solum habet locum si fisco. à priuato: sed etiam si priuatus à priuato petat. In secunda descendit ad species, & pone sic. Tres habet partes hæc lex. in prima facit mentionem cuiusdam senatusconsulti quod locum habet cum fiscus à priuatis hæreditatem petebat, secundum antiqua iura, & ff. de peti. hære. Item priuatorum, quod habebat locum similiter secundum iura. C. cum priuatus a priuato hæres petebat. In secunda dicit, hæreditatem ad me pertinētem possedisti bona fide: & ante lit. contest. fructus & pretia ex venditione rerum percepisti, neq; vsuras neque fructus prediorū reddere cogēdus es: nisi factus sis locupletior. In tertia dicit, quod post lit. cōtest. cum per lit. contest. sis factus malæ fidei possessor: non solum fructus quos percepisti, sed quos percipere potuisti: item vsuras pretiorum ex vēditione rerum ante li. cōte. redactarū à tempore lit. conte. computandas, restituere compelleris.

13. Cal. Ian. Sirmij. Tatiano, & Cereali Coss. 538.

TITVLVS XXXI.

De petitione hæreditatis.

Senatusconsultum factum in petitione hæreditatis in fisco porrigitur ad priuatum: & bonæ fidei possessor teneatur, quatenus factus est locupletior, & non vltra. Malæ fidei & bonæ fidei possessores post litis contesta. sunt pares: & ideo tenentur de fructibus perceptis, & percipiendis, & de vsuris pecuniæ in hæreditate inuentæ, vel ex hereditate reductæ.h.d. secundum. Bald.

Imp. M. Aelius Anton. A. Augur. procon. [3] † Africæ.

LEX PRIMA.

SEnatusconsultum [e] auctore diuo Hadriano auo meo factum: quo cautum est, quid & ex quo tempore euicta [f] hæreditate restitui debeat, non solum ad fisci causas, sed etiam ad priuatos hæreditatis petitores pertinet. [g] ¶ Vsuras [h]

3 † Praefecto.

e *Senatusconsultus.*] de quo senatusconsulto hic loquitur, & quid in eo continetur, habes. ff. eo. l. itē veniunt. §. in priuatorum, & §. pridie. & §. cum §. antequā, & sequentib. vsque ad §. aptanda.

f *Euicta.*] quia verus hæres euincit possessori, qui possidet pro herede, vel pos.

g *Pertinet.*] no. ergo arg. quod iura in fisco statuta, & in priuatis obtinent, sic ff. eod. item veniunt. §. in priuatorum, & de iuris & fac. igno. l. pen. §. pen. & de compen. idem iuris. Sed argu. infra de compen. l. prima. & 2. & loquitur, vt hic dicit, hoc senatusconsultum in causa fisci, cui olim deferebatur hæreditas caduca, sed hodie seruatur, quod est infra de cadu. toll. §. in nouissimo.

h *Vsuras.*] De pecunia redacta ex venditione rei hæreditariæ ante litem conte. & eius vsuris loquitur secundum Io. & Azo. & H. secundum hoc dicit collectas ante litem conte. & sic, cum sit bonæ fidei, non tenetur nisi inquantum locupletior est, & idem de fructib. ante lit. contest. perceptis dicit, sed post lit. conte. tenetur etiam de omnib. f. fructibus & vsuris dictæ pecuniæ currentibus post. Alij dicunt etiam hanc legem loqui in vsuris pecuniæ in hæreditate inuentæ, & quod dicit rerum hæreditariarum vsuras, subaudiunt, etiam, quod non placet, quia de tali vsura nemo tenetur etiam ante vel post litem contest. nisi eam attingat malæ fidei possessor, vt eod. si possessor. 1. in princip. & de rei vendicatione. l. si nauis, attingere autem videtur, si consumit vel erogat, secus si contemplatione hæreditatis, latius vtatur rebus suis, vel si pignori obligat rem, quæ est in hæreditate, vt ff. eod. sed & si. §. si quis & §. quod autem quis. Item quid est, quod dicit post litem contestatam? nonne idem est, & controuersia mota? Resp. ita, nam fit malæ fidei sola controuersiæ motione renunciatione facta, vt ff. eod. l. item veniunt. §. petitam, & l. sed & si. §. si ante & infra, de his qui. vt indig. l. prima, nisi quo ad fatalitatem, vt ff. eod. l. illud. Item quid de vsuris fructuum, a quo vel qualiter præstari debent? & quidem bonæ fidei possessor post litem contestatam tenetur præstare vsuras fructuum perceptorum ante litem contestatam, sed

sed perceptorum postea non: quia ex necessitate perceperit. & sic intellige. ff. co. l. hæres furiosi. §. fi. licet M. aliter illum §. intellexit.

a *Verò.*] pro igitur, vel pro certè.

b *Locupletiores.*] quod tempore rei iudicandę inspicitur. vt ff. eod. l. si a patre. §. quo tempore.

c *Post litem.*] vel qualemcunq; scientiam vel controuersiam, vt dixi. Venit quod di speciale circa huiusmodi vniuersales actiones. scilicet petitionem hæreditatis, quæ similiter cit. vt tantum operetur controuersiæ motio, quantum litis contestatio quantum ad vsuras, & fructus, secus in rei vendicatione, & cōi diuidundo. Hinc est, quod in familiæ erciscundæ iudicio etiam post motam controuersiam tantum impeditur alienatio, ut habes. ff. famil. ercis. l. alienationes, & ff. eo l. diuus.

1 † Potuerunt.

d *Poterant.*] vt infra de fruct. & lit. expen. l. litigator.

SI *post natum.*] CASVS. Titius Seium instituit heredē Seius conuentus a legitimo hærede puta Caio, Sempronio vēdidit partē dimidiā, demum hęreditate euicta, an fructus teneatur Sēpronius restituere, quęritur? distinguitur, aut post motam controuersiā emit, aut antè primo casu tam ipse, quam eius hęredes tenent ad fructus, & cum ista parte cōtinua illud verum, fructib. enim, &c. & dic augetur hęreditas. i. hęreditati. petitio. secundo casu non, nisi a tēpe litis conte. non motæ controuersiæ, vt sup. l. proxi. dictū est, & hæc vera sunt, cum vniuersitas empta est. Si verò emptæ res singulares sint. p actione in rē vēdicari posse: ab eo non petitione hæreditatis, quia titulum habet: & hoc in prima parte & secunda, & tertia.

verò [a] pecuniarum ante litis contestationē ex die venditionis hęreditariarum rerū ab eo factæ, qui anteà possidebat, collectas, necnon etiā fructus bonæ fidei possessores reddere cogendi nō sunt, nisi ex his locupletiores [b] extiterint.

¶ Post litem [c] aūt contestatam iam fructus non venditarum rerum, non solum quos percipere poterant, [d 1] † quā vsuras pretij rerum ante litis contestationem venditarū, ex die contestationis computandas, oīmodo reddere compellantur. PV. 6. Cal. Febru. Claro, & Cethego Coss. 147.

Malæ fidei emptor hæreditatis, tenetur petitione hereditatis, titulo non obstante. primò. In qua petitione tanquā in vniuersali fructus includuntur. hoc secūdo. Sed bonæ fidei emptor non tenetur de fructib. nisi ex die litis inchoatæ. hoc tertiò. Et non tenetur petitione hæreditatis, sed tenetur rei vendicatione tanquam possessor rei singularis. hoc quartò, secundum Bal. Vel sic: Emptor hæreditatis ad alium spectantis quàm ad venditorem, tam ipse, quam hęredes eius tenētur ad fructus etiam nō perceptos, sed qui percipi potuerunt. h. d. primo. Sed bonæ fidei emptor non tenetur ad illos, nisi post litem contestatam, & hoc secundo. Item fructus rerum hæreditariarum augent hæreditatem: ideo veniunt in petitione hæreditatis simpliciter intentata: licet de ipsis nulla sit facta mentio. hoc tertiò. Non sic in iudicio particulari, vt in rei vendicatione proposita pro re, in qua non venirent fructus, nisi fuerint petiti, & hoc vult glos. & doctò. Emptor vero singularum rerum hæreditatis, vel quotæ, non tenetur petitione hæreditatis, sed rei vendicatione. hoc quarto & vltimo. Et est difficilis, & malè declarata per doct. o. secundum Pau. de Cast.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Marcello militi.

LEX II.

SI post motam * controuersiam Menecratis, [e] bonorum partem diuidiam Musæus ab hærede scripto quæstionis illatæ non ignarus comparauit: [f] tam ipse quasi malæ fidei possessor, quam hęredes [g] eius * fructus restituere coguntur. Si vero venditionem lite antiquiorem esse liquido probetur, [h] ex eo die fructus restituantur, ex quo lis in iudicium deducta est [i] Fructibus enim [k] augetur hæreditas, cum ab eo possidetur, à quo peti potest. [l]

casu subaudias totis, nam & ante litis conte. augetur fructib. etiam bonæ fidei possessore possidente, sed non totis. non enim conuenitur, nisi scilicet inquantum locupletior est, sed posteà tenetur de omnibus, & hoc vbi empta est vniuersitas. Si verò quis fuerit emptor rei singularis, vel rerum singularium, non enim tenetur restituere fructus, sed etiā rei vēdicatione tenetur pro illis singularib. reb. non aūt petitione hēditatis quia titulo munitus est. Itē non secūdum Bal. quatuor cas9 hic poni. s. cū quis emit post litis contest. Itē cum ante litem. Item tenetur de omnibus fructibus. Item tenetur de illis, quos percepit, & locupletior est: sicq; reddit quartum secundo, & tertium primo. Item notant hic quidā, emptorem vniuersitatis sēper tenerī petitiōe hēditatis per legem istā. Sed tu distingue: quia cū qs emit vniuersitatem, si mala fide, tenetur vtili, vt hic, & ff. eo. l. ēt. §. si quis si bona fide, non tenetur, nisi modico est distracta, vel vēditor non comparet, vt ff. eo. l. etiam. §. quod si quis. si tñ non habet regressum p euictione, ut ff. l. sed & si. §. item si re. Item tenetur si titulus habetur pro non titulo, vt ff. eo. l. nec vllam. § 1. Si vero rē singularem, siue bona fide, siue mala, non tenetur, nisi titulus habeatur pro non titulo.

* Ad ītel. hui9 l. vi. Hube. Zachar in l. fi. nu. 468. ʒ. de edic. diui. Adri. toll.

* Vi. Cui. 9. obseru. 25. & 14. 22.

f *Comparauit.*] post motam enim litē prohibetur possessor aliquid alienare, nisi in casib. vt ff. eo l. diu9.

g *Quam hæredes.*] et illatam quæstionem ignorantes, vt inf de fruct. & liti. expen. l. secunda. & ff. de diuer. & temp. præscripti. l. cū heres, & ff. de publi. l. si ego. §. partus, nec sibi prodest, quod vere est hæres, vt ff. eo. l. nec vllam. §. Neratius, & l. etiam. §. hæredem. Accur.

e *Menecratis.*] Menecratis facit Titium hæredem, qui hæres scriptus conuentus petitione hæreditatis à legitimo, qui dicebat testm̄ non valere, vendidit partem dimidiam Museo. Distingue tñ verum emit post motam controuersiam, vt tunc ipse, & hæredes sui sicut malæ fidei possessores conueniantur de fructib. s. perceptis & percipiendis: & ad hunc casum est adaptanda litera, quæ sequitur, fructib. n. &c. An ante, vt tunc, non nisi a tēpore liti. contest. vel motæ controuersiæ, vt supra l. prox. dixi, censeatur malæ fidei quantum ad fructus, & quantum ad vsuras, restituendas. Et licet in primo casu bene aptetur litera, quæ sequit, fructibus. n. &c. tamen & ad hunc potest aptari & in primo

h *Probetur.*] hoc ipso quod contrarium non probatur sic infra de præscript. long. tempo. l. super. ff. de prob. l. verius.

i *Deducta est.*] controuersia mota, vt diximus supra l. proxima.

k *Fructibus enim augetur.*] adeò vt eadem actione veniant, licet non sic in rei vendicatione, vt dixi. ff. eodem, l. item veniunt §. fructus, & ad hoc infra familiæ erciscundæ. l. non est, & ff. de verborum significationibus. l. pecuniæ verbum. §. 1.

l *Peti potest.*] vt quia possidet pro hærede, vel pro possessore, vel titulo habito pro non titulo, non aliàs: vt ff.

vt ff. eod. l. regulariter, & inf. in quibus causis cess. long. temp. præscrip. l. hæreditatem.

a *Singularum.*] idest non solum facit fructus suos cum est bonæ fidei, sed & singularum, &c. Vel aliter, idest non tantum fructuum existentium nomine tenetur, sed etiam singularum, &c. Vel secundum alios, non tenetur tantum petitione hæreditatis sed etiam, &c. Vel potest hic recitari casus superior, scilicet cum emit vniuersitatem, & dices, non tantum tenetur petitione hæreditatis, sed etiam singularum rerum rei vendicatione. Sed an vtraque possit simul intentari, potest dubitari. Arguitur, quod non, infra, de noxa. l. fin. & dic, vt ibi, in fine magnæ glos. vel dic contra diuersos simul intentari, contra vnum petitio, contra alium rei vendicatio. ff. eod. l. si bonæ fidei, §. fin. contra eundem pro diuersis reb. possunt simul intentari, vt quia pro omissa petitione hæreditatis, agitur rei vendicatione, vt ff. eod. tit. si quis libertatem, §. fin. pro ijsdem rebus non possunt, quia lata sententia in petitione hæreditatis parit exceptionem rei iudicatæ in rei vend. ff. de except. rei iudi. l. si quis cum totum, §. penul. & ideo simul intentari non possunt, argum ff. de except. l. fundi, & l. fundum.

b *Conuenitur.*] scilicet rei vendicatione, vt ff. eo. l. nec vltam, §. quod si quis, & l. quod si in dies, §. fin. in fin. §.

c *Hæreditas.*] Quidam sic intelligunt, peto à te hæreditatem materteræ, demum succumbo; decedis me hærede relicto, & ego eandem hæreditatem modo peto à quodam possidente. Videbatur quod non possem, quia in eadem hæreditate semel succubui, sed non est ita, quia ex alia successione nunc ago: sed certa est hic, & alia ratio, quare non obstat exceptio rei iudicatæ, quia non est eadem persona, quæ conuenitur, quod esset opus, ut ff. de exceptio. rei iudica. l. cum quæritur, & l. seq. Dic ergo secundum Idam. & P. quod peto à te hæreditatem materteræ, quæ nec ad te, nec ad me pertinebat, sed ad Titium, succubui, postea Titius me hæredem instituit, si agam contra te, non ideo, quia semel succubui contra te, repelles me, quia nunc ex alia causa, idest alia successione ago. sed & si nulli successissem, si tamen ex alia causa nunc agerem, & ex alia egi, puta primo modo vendicabam hæreditatem, quia testamentum matris meæ dicebam inofficiosum: modo ex alia causa peto, puta quia ex heredem [illegible] vel filio, vel iuro, bene possum, quia est alia hæreditas [illegible]

1 † al. Victorino.

* Concor. cum hac l. gl. sing. & vnica in c. 2. de libel. oblat. vbi hæc lex allegatur.

¶. Emptor autem, qui proprio titulo possessionis munitus est, etiam singularum [a] rerum iure conuenitur. [b] Dat. Calen. Iul. Seuero A. 2. & Victoriano [1] † Coss. 201.

Exclusus à petitione hæreditatis ex vna successione proposita, non excluditur, si ex alia successione proponatur, licet ad easdem res. Item exclusus à querela potest hæreditatem ex alia causa vindicare, h. d. Bald. Vel sic: Siue actum sit petitione hæreditatis, siue querela, absolutoria lata non nocet agenti ex alia persona, vel causa. Sal.

Ijdem AA. Epictesi, alias Epictesidi.

LEX III.

HAereditas, [c*] materteræ petita [d] non infringit alterius hæreditatis [e] petitionem, quæ venit ex alia successione. Sed & si quæstionis [f] titulus prior inofficiosi testamenti causam habuisset, iudicatæ rei præscriptio non obstaret eandem hæreditatem ex alia causa vendicanti. [g] PP. 5. Idib. Augu. Geta, & Plautiano Coss. 204.

Possessor, à quo euincitur hæreditas, deducit sumptus, quos se fecisse probat in infirmitate, & funere defuncti. hoc dicit Bald. idem Sal.

lam, videtur intendere petitionem hæreditatis, vt dixi supra de inoffic. testam. l. 1. Vnde dic quod primo egi querela, & succubui, & per consequens, in illa petitione hæreditatis, quæ erat mouenda post querelam.

d *Petita.*] super ea sententia dicta contra petitorem.

Imp. Anton. A. Vitaliano. [2] †

LEX IIII.

IN restituenda hæreditate [h] compensatio [i] eius habebitur, [3] † quod te in mortui infirmitatem, inque sumptum funeris bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaueris. PP. Calend. Mart. Antonino A. 4. & Balbino 3. Coss. 214.

Possessor, qui hæreditatem restituit, deducit quod creditoribus hæreditariis hæreditario nomine soluit. h. d. Bald. idem Salic.

Idem A. Posthumianę.

LEX V.

DE hæreditate, * quam bona fide [k] possidebas, si contra * te pronunciatum est: in restitutione eius detrahetur, quod creditoribus eiusdem hæreditatis exoluisse [l] te bona fide [m] probaueris: nã repeti à creditoribus, qui suum receperunt, non potest. PP. 6. Calen. Iun. Antonino A. 4. & Balbino [4] † Coss. 215.

Ratione dubitationis tenet iudicium cũ minus legitimo tutore inter auũ, & nepotem in eius potestate cõstitutum. h. d. secundum veriorem lecturam. Iacob. But. & Bald.

Imp. Alexan. A. Firmino. [5] †

LEX VI.

SI putas non iure * tutores datos nepotib. tuis,

e *Hæreditatis.*] licet sit eorundem bonorum, & transitiue lege.

f *Quæstionis.*] quod supra facit diuersitas successionũ, facit hic causarum diuersitas. Accursius.

g *Vendicanti.*] vt ff. eod. l. Lucius, & supra de inoffi. testamen. l. cum qui, & infra ad exhiben. l. neque. & ff. de except. rei iudi. l. & an eadem, & l. si is. & supra de iur. & fa. ignor. l. cum falsa. Acc.

I *N restituenda.*] CASVS. Hæreditatem ad me pertinentem possedisti, bona fide egi contra te, & succubuisti: an per retentionem consequi possis, quod probaueris in funus defuncti vel infirmitatem eius impendisse, quæritur? Dicitur quod sic. Idẽ est si creditoribus hæreditarijs probaueris te soluisse bona fide: quia a creditoribus, quod sibi debitum solutum est, repetere non poteris, & hoc dicit cum l. seq.

h *In restituenda hæreditate.*] a bonæ fidei possessore.

i *Compensatio*] idest retentio. Vel dic cõpẽsatio ad actionem negotiorum gestorũ. vt ff. eodem l. hæreditas. §. 1. & ad hoc. ff. de reli. l. impensa.

K DE *hæreditate. Bona fide.*] inspecta causa hæreditaria, idest, quia hæreditas debet, nam nomine hæreditatis soluit: si vero suo nomine, quia se debere, vt hæredem putabat, non aliis detrahit, quam si condictionem indebiti cesserit euincenti hæreditatem, vt ff eo. si quid possessor. & sic non obstat huic legi. ff. de condic. indeb. l. si pœnæ causa, §. 1. nec infra, de condi. indeb. l. si a patre, & plene de his distinxi. ff. eodem, si quid possessor. in gl. in omni casu, &c.

l *Exoluisse.*] de tuo.

m *Bona fide.*] contra, infra de condictio. indeb. si patre. Solut. hic nomine hæreditario, illic suo, vnde potest repetere: tamen hic potest agere actione negotiorum gestorum.

S *I putas.*] CASVS. Habebas filium, & ex eo nepotes: filium emancipasti, nepotes in potestate tua retinuisti: decessit filius, dati sunt tutores nepotib. cum dubium esset eos in potestate tua esse, cognoscit iudex de veraque quæstione, scilicet de hæreditate. [illegible]

2 † Vitali.

3 † Induci tur.

* Intel. huius l. vide apud Pet. Stel. in l. Repet. nu. 29. de cód. inde.

* vi. Cuia. 8. obser. 9.

4 † al. Balbino. 3.

6 † Firmo.

* Vi. Cuia. 9. obser. 13.

habui nepotes ex eo, si dicatur, quod post emancipationem eos substituerit, & quod eo mortuo non sunt in potestate mea, sed eis dati sunt tutores, & postea comperio eos in potestate mea esse: quia natos ante filij emancipationem, an possim hæreditatem petere filij per nepotes mihi quæsitam, quæritur. Dicitur, quod possum secundum iura vetera, & remouere tutores, prima positio vera est, & eius concordat cum litera. Vivianus.

a *In tua esse.*] nam tutor datur ei, qui sit sui iuris, vt hic, & institut. de tutel. in princ. sic & aliis non tenet decretum iudicis in dandis tutoribus, vers. ff. de tut. & curator. dat. ab his. l. Sciz. & hic dicit, an à præsidialibus, &c. & acta per talem tutorem non valent: vt ff. de rebus eorum. l. qui neque in princi. sed hoc videtur iniquum, decipit illicet contrahences, qui decreto iudicis crediderunt, vt supra de ijs qui veniam ætat. impe. l. 1. Sed ibi erat decretum veniæ ad permittendas alienationes, & ad contractus faciendos. hic tutoris est datio ad conseruandum magis.

b *Patere.*] ad gubernandum.

c *Ab his*] scilicet tutoribus, nam nepotes possident pro hærede vel pro possessore hæreditatem, & tutores eorum nomine debent respondere, etiam si dicantur non iure dati: & valet tale iudicium ratione incertitudinis, argum. ff. de iud. si quis ex aliena, & sic non est contra in eod. tit. l. lis nulla. nam incertum est, an sint in potestate aui, & per consequens an sit quæsita auo hæreditas, & an tenuit datio tutorum. Sed argum. contra. ff. eod. l. etiam, §. si quis. Et hæc prædicta petit auus suo nomine, dicens se hæredem filij sui. Et si obijciatur, quod prima causa est in successione liberorum, vt institu. de hæred. quæ ab in est. §. 1. Respon. quod illud sit verum, si sint in potestate morientis nepotes: hic non erant, sed aui paterni, quod non placet, vt ff. de contratab. si tectmus, & ff. de inoffic. test. l. filio, §. 1. vel hic de hæreditate extranea. Dices ergo casum, quod hic auus nomine nepotum agit contra datos tutores tenentes hæreditatem, vt prædones, non contra tutores, vt tutores. Et dic nepotes infantes, & sic nõ est opus eorum consensu, vt infra, de iure delib. eran. si infanti, alias esset eorum voluntas necessaria, & aui iussus, vt infra, de iure delib. potuit. & infra. de hæred. insti. cum proponas, ff. de acq. hæred. si quis mihi. §. iussum, nisi in casu, vt infr. de acq. hær. l. 6. §. interdum, & hoc est, quod dicitur in hæreditate esse aliquatenus operas, vt ff. de acquir. rerum domi. liber homo licet in legato sit secus.

d *Commodum.*] loquitur secundum antiqua tempora quando omnia patri per filium quærebantur, vt]. cod. si filius, & instit. per quas personas, §. 1. sed certe idem hodie, cum nomine nepotum agit, sicut administrator.

e *Ad te.*] s. nomine nepotum pupillorum.

f *Discedendum.*] nam quandoque non discedit, vt infra de pari. pot. l. 1.

g *Negarentur esse.*] i. non dicerentur esse, aliàs si esset negatum, & super eo iudicatum, staretur sententiæ, vt dicta l. de patria potest. l. 1.

eò, quòd eos dicas in tua [a] esse potestate, petere [b] ab his [c] hæreditatem filij tui emancipati non moreris, cuius commodum [d] ad te [e] pertinere dicis: iudice statuturo, an a præsidalibus actis discedendum [f] sit, qui eis tutores dedit, cum in tua potestate negarentur [g] esse. PP. decimo Calend. Iul. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, & ideo non excluditur præscriptione longi temporis: sed speciales actiones in rem contra titulo possidentem dantur: & ideo possunt excludi præscriptione longi temporis. h. d. secundum Bal. Vel sic: Petitioni hæreditatis præscribitur 30. annis: sed rei vendicationi præscribi potest longo tempore cum titul. hoc dicit Paul. de Castr.

Hæreditas.] CASVS. Certum est dari contra eum qui possidet pro hærede, vel pro possess. pet. hæredit. Sed quæritur, an possessor excusetur propter longi temporis exceptionem? Respon. quod non, quia petit hæredit. mixta est in rem, & in personam, vnde datur vsque ad 30. annos, quæ autem verè reales sunt, vsque ad longum tempus durant, nisi possessor per vsucap. vel longi temporis præscriptionem dominus factus fuerit. Sin autem singulas res velit quis vendicare, potest repelli per vsucapio. vel longi temporis præscriptione, dic ergo, quod actionum aliæ sunt reales & aliæ sunt personales, aliæ mixtæ. reales tolluntur spatio decimo anno inter præsentes, vigesimo inter absentes, cum dantur contra possidentem bona fide, & titu. Sin verò non possideant titulo, tolluntur spatio triginta annorum personales 30. ann. hypothecariæ tamen tollitur vsque ad spatium 40. ann. mixtæ tolluntur spatio 30. anno.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. & CC. Restitutæ.

LEX VII.

HAereditatis [h] petitionem,* quæ aduersus pro hærede vel pro possessore possidentes exerceri potest, præscriptioni longi temporis non submoueri, nemini incognitum est, [i] cum mixtæ personalis actionis [k] ratio hoc rñdere compellat. [l] A cæteris [m] autẽ tantũ specialibus in rem actionibus vendicari posse manifestum est, si non agentis intentio per vsucapionem, [n] vel longum [o] tempus explosa [p] sit. PP. 11. Calend. Aug. CC. Coss. 204.

*Intel. huius l. vide & Hubert Zuchar. 1. l. fi. n. 469. inf. de edit dimi.

Exceptio præiudicialis status defuncti opposita ad processum petitionis hæreditatis, debet ante discuti, quam vlterius procedatur, h. d. Vel sic: Persona defuncti prius est fundanda in iudicio, quã procedatur in petitione hæreditatis proposita ex testamento. Bald.

h *Hæreditatis petitionem.*] vt ff. eod. l. regulariter.

i *Incognitum est.*] vt infra, de iure delibe. licet.

k *Actionis.*] qui petitione hæreditatis tenetur, non habet iustum titulum.

l *Compellat.*] est enim regula, quòd personales actiones durant triginta annis, vt infra, de constitut. pecu. l. secunda, hæc non videtur bona ratio, quia multæ personales anteriori tempore tolluntur. Sed melior ratio est, quia non datur petitio hæreditatis contra titulo possidentem, nisi in casibus, vt infra in quibus causis cessat longi temporis præscriptio. l. hæreditatem, & nulli competit præscriptio longi temporis, nisi titulum habeat, & bonam fidem, infra, de præscriptione longi temporis, leg. diutina. Sed hoc quod hic dicit, potest esse ratio eius, quod consueuit quæri, quare regulariter non datur petitio hæreditatis contra titulo possidentem, quia cum deberat dare regulariter triginta annis, si possidentes titulo tuentur se minori tempore, iam essent sibi iura contraria, & esset quædam repugnantia, & ideo sic fuit statutum. Vel dic, vt nota. infra in quibus cau. cess. long. tempo. præscriptio. l. hæreditatem, sed videtur decem annis, vel 20. eam tolli, vt infra, de edict. diui Adria. toll. l. fin. in fin. quæ est contra, Solu. vt l. 1.

ADDITIO. Doctores communiter dicunt, quòd ratio quare petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, sit ista: in petitione hæreditatis agens fundat se solum ex titulo suo, & possessione defuncti: licet enim defunctus non fuerit dominus, tamen venit in petit. hæredit. vt l. & non tantum, ff. codem, sed ille qui possidet titulo, habet titulum, & possessionem, & sic habet æquale ius cum actore, ergo melior est conditio possidentis in pari causa, vt in capitulo in pari, cum multis similibus, de reg. iur. lib. 6.

m *A cæteris.*] titulo possidentibus.

n *Per vsucapionem.*] triennij, si res est mobilis.

o *Longum.*] si est immobilis.

p *Explosa sit.*] idest exclusa.

Liber,

Liber.] CASVS. Petebam à te hæreditatem Titij, dicebas Titium esse seruum tuum, prius inquirendum est fuerit seruus, necne, antequam intentetur hæreditatis petitio.

a *Testator.*] quod objici potest in modum exceptionis.

b *Ante omnia.*] si tēpore mortis fuerat ei mota quæstio status: alias scriptus, heres prius mitteret in possessionē: vt j. de edi. diui. Adr. tollen. l. 2. quæ est ꝓ. Vel ibi agitur possessorio, 1 hic petitorio: & sic et nō obstat sup. de ord. iu. l. 1. Aut ꝑ possessorio hic ponit casus: vt j. de Carb. edic. l. 1. Ac. ADDITIO. Tu dic secundū Baldū, quod ibi objiciebatur exceptio de statu agentis: hic de statu defuncti. vel ibi non opponebat ad impediēdū ꝓcessum, sed in modum perēptoriæ: hic vero opponebat ad impediendū processum per modum dilatoriæ, secundū Ia. de Arctio. & Bald.

1 Ista est vera secūdum doc.

c *Disquiri.*] bene dicit disquiri. non tū pronunciari, vt infr. de ordi. cogni. l. 2. & d. l. sup. de ordi. iudi. l. 1. Si ergo fuerit seruus, nō potest agi petitione hereditatis ꝓ hæreditate eius, cum nulla sit, vt in ſ. com. de success. l. seruus. Accur.

2 † Alias, decst tui.

d *Petitur.*] per petitionem hæreditatis.

Ijdem AA. & CC. Asterio, aliàs Austerio.

LEX VIII.

Liber, necne fuerit testator, [a] ante [b] omnia disquiri [c] debet, cum hæreditas petitur. [d] Dat. 4. Cal. April. CC. Coss. 300.

Hæres, ad quem pertinet hæreditas ex repudiatione alterius, habet contra repudiantem, & quemlibet detinentem petitionem hereditatis de iure ciuili vel prætorio. h. d. Bal. Vel sic: Repudiantibus scriptis hæredibus succedentibus ab intestato de iure ciuili, vel prætorio competit hereditatis petitio. hoc dicit.

Ijdem AA. & CC. Demophiliæ aliàs Demophilę.

LEX IX.

SI scripti hæredes delatā sibi successionem cognati [e] tui [2] † repudiauerunt, & hanc honorario, [f] vel ciuili, [g] iure quæsisti: [h] res hæreditarias, quæ in eadem causa durant [i] hæreditatis [k] petitione vēdicare pōt. D. 3. Cal. Dec. Nicomediæ, CC. Coss. 300.

Ex diutina possessione præsumitur solennitas extrinseca præcessisse. Bald. Vel sic: Ex diutina filii possessione cum patris scientia, presumitur patris iussus precessisse. h. d. Salic.

Ijdem AA. & CC. Theodosiano, aliàs Theodosio.

LEX X.

SI filiusfamilias delatam [l] sibi hęreditatem per longum tempus detinuit, [m] eo ipso (vtpote agnita hæreditate) patri suo eius commodum acquisisse videtur. [n] D. 13. Cal. Ianua. CC. Cos. 300.

Qualitatem possessionis conuentus reali iudicio non tenetur dicere, nisi in petitione hæreditatis. h. d. Bald.

Imp. Arc. & Honor. AA. Aeternali proconsuli Asiæ.

LEX XI.

COgi [o] possessorē [*] ab eo, qui expetit, [p] titulum suæ possessionis dicere, inciuile est: [q] præter [r] eum qui dicere cogitur, vtrum

l *Delatam.*] contra. infra de bon. lib. l. 2.

m *Detinuit.*] sed quomodo adiuit: cum sine iussu adire Filius an non possit, vt ff. de acquir. hæred. l. si qui mihi bona. § iussum aliter enim non videtur per filium patri acquiri hęreditas, nisi iussu patris præcedat? Quidam dicunt, quòd licet iussu posuit hic fingitur intercesse patris nō fuisse iussus in posteriori cōprobatione. ꝑcedente. [...] tē a Alij quod tantum facit sequens ratihabitio, quantum si prius comprobasset, quod non placet, vt dicto §. Dic ergo secundū Ioannem, quod iussit, & tunc filius renuit, sed post mutato proposito, paruit, sic ff. de reg. iur. semp. qui nō prohibet. Vel vere mandatum pręcessit, sed non constabat filium mandato paruisse, vel voluisse: pręsumitur tamē, quod voluit propter temporis internallū, quo res ipsas detinuit. & idem si pater detinuisset, vt ff. de acquiren. hær. qui in aliena. in principio. Et quod dicit longi, dic triennium, vel decennium, secundum quosdam. argum. infra, de fideicomm. l. prima. Vel 2 dic per 10. vel 20. annos arg. ff. qui & à qui ma. l. si. vel non l. si cum fideicommissa, §. Aristo. & insti. de vsucap. in prin. & infra de pat. pot. l. 1. Accur.

2 Iste est verus intellectus secundum Bar. Bal. & alios.

n *Videtur.*] olim in totum: hodie quo ad vsumfructum vt inf. qui admi. ad bo. possess. l. 1. & de bo. quæ lib. l. fin. §. vbi autem in vnum.

* Ex li. 10. ti. 39. l. 12. C. Th.

* Concor. c. ex literis, ext. de prob. & 2. quæst. 5. in prin.

S*I scripti.*] CASVS. Titius duos cognatos suos hæredes scripsit, scripti hereditatem repudiauerunt. si cognatus alius de iure prætorio, vel agnatus de iure ciuili eam quæsiuit, an res hæreditarias ab alio possessas pet. hære. petere possit, quæritur? Respon. quod potest.

e *Cognati.*] nominatiuus.

f *Honorario.*] quia cognatus es, & ab intestato per vnde cognati succedis.

g *Vel ciuili.*] quia es agnatus. Accur.

h *Quæsisti.*] s. animo.

i *Durant.*] hæreditariæ, neque deperdita, neque diminuta. Vel aliter i. quæ consistunt apud scriptos hæredes. vel idest, quæ possidetur pro hærede, vel pro possessore àliquo. Accur.

Hæreditatis petitio quædā, est directa quædā vtilis.

AMbiguitatem.] CASVS. Vxori vsumfructum alicuius fundi legasti vsque ad 12 annum filij tui, & filius tuus ante 12. ann. ætatis decessit. an in vlterius tempus quam vsufruct. erat relictus, extendatur? dicitur quod non, nec refert siue filius ad eam ætatem peruenit, siue non. an autem si fructuaria ante illud decesserit tempus, transmitteret ad hæredem, quæritur? Resp. quod non, & hoc in prima. Si autem mihi vsumfru. legasti quamdiu filius tuus esset in furore, an si resipuerit finitur vsusfruct. dicitur quòd sic. Si autem in furore decesserit: vsque ad tempus vitæ extẽditur vsusfr. quia potuit esse quamdiu viuerem, quod non peruenisset ad sanam mentem. vnde humanum est vt in tẽpus vitæ meæ penes me resideret vsufr. sicut enim me, vel furore finito extinguit vsusf. ita si in furore filius decessit eum non extinguit, quod mors sanam mentem præcessit: imo nec sana mens secuta est, cum iam sit mortuus antequam resiperet.

a *Ambiguitatem.*] hæc lex ponit duos casus. Primus quando sub certo tempore. Secundus quãdo sub incerto.

b *Sub certo tempore.*] idest vsque ad certũ tempus, forte 10. an. si autem ad incertum distinguitur ĩ. eadẽ l. §. sin autem talis.

c *Peruenerit.*] lego Titio vsumfruct. per decennium, donec vixerit filius meus.

d *Siue non.*] vt infra quando dies leg. cedit. l. ex his. & ff. ad Trebel. Seius Saturninus. & ff. de adimendis legatis. l. libertis quos. §. ab hæredibus & infra de fideicommiss. liber. si fideicõmissaria. & infra de nup. sancimus. & quãdo dies leg. credit. si cũ prefinitione & l. si cum hæres. Sed contra. ff. de ma. testa. si sua scriptum fuerit. Sol. hic ad certum tẽpus: ibi ex certo tempore, siue sub conditione. Vnde hic non perit relictum, licet illa ad ætatem illam nõ peruenerit, cum sit purum. ibi vero petitius, & eodem modo soluitur aliud contra. ff. de leg. 1. l. si cui legetur. §. hoc autem. & aliud vt infra de ma. testa. l. cum testator. & aliud. ff. de sta. lib. si seruus.

e *Sin autem talis.*] incipit secundus casus & de eo dicit vsque ad finem.

f *Apud eum.*] vt & ff. de vsufruct. lega. generali. §. duas. in fin. Accur.

g *Humanissimum.*] non est hæc bona ratio: quia eadem posset assignari in inferiori casu. Sed ideo est hic aliud: quia iste nondum peruenerit ad sanam mentem cum est mortuus. & ideo extenditur. Item est illa potior ratio, quia superiori casu testator respexit ad certa temporis curricula: hic non. Potest etiam esse ratio, vt. n. imminebat onus restituendi ante, ita liceat & & lucrum sperare, vt infra de cadu. toll. §. pro secundo.

CVm antiquitas.] CASVS. Testm fecisti, hæredem instituisti, habitationem mihi legasti: cũ erat dubium an legatum habitationis esset vsus vel vsusfructus, vel nuda proprietas: itẽ, an ille cui habitatio erat relicta posset eã alij locare: item, an legata habitatione videat testator proprietatem legasse. Ad primã rñdet Imperator, quòd habitatio est ius quoddã per se, neque vsusfructus, neq; vsus. Item alij põt cũ legatarius locare. nec refert, vtrum ipse maneat, an alius, vt mercedẽ accipiat. Ad tertium respon. ꝙ habi. legata proprietatẽ rei legatę vendicare non possum: nisi testatorẽ hoc expresse dixisse probauerim. i. velle dñiũ ad leg. pertinere. & hoc in secunda.

h *Habitationis.*] i. habitationum.

i *Proprium.*] primæ quæstioni respondet. tres enim.

k *Habitatio.*] neque enim vsus, neq; vsusfructus est. Vsus non, quia locare potest, vt hic. vsusfruct. non, quia hæc non finitur nisi morte: sed vsusfructus multis modis vt ff. de vsu. & habit. l. si habitat. in fin. r. resp. & infra. co. correctionem.

l *Postea.*] secunda quæstio.

m *Vel dominium.*] tertia quæstio.

1 † Antiquioris. al. antiquitatis.

2 † Al. prospexit.

3 † Inserta.

Habitatio differt ab vsu & vsufructu.

4 † Al. veterum auctorum.

5 † Dari.

Item-

rio et locationis licentiam.[a] Quid enim distat, siue ipse legatarius maneat, siue alij cedat, vt & [1] † mercedem accipiat,[b] & multo magis si habitationis[c] vsumfructū reliquerit, cum & nimiæ subtilitati satisfactum videatur, etiam nomine vsusfructus addito. In tantum etenim valere habitationem volumus vt non antecellat vsumfructū,[d] nec dominium[e] habitationis speret legatarius, nisi specialiter euidentissimis probationib. possit ostendere & dominiū eius [2] † domus sibi esse relictum:[f] tunc etenim voluntati testatoris per omnia obediendum est. ¶ Quam decisionem locum habere censemus in omnib. locis,[g] [3] † quib. habitatio constitui potest.[h] Da. Cal. Octob. Lapadio & Oreste VV. CC. Coss. 530.

Appellatio hæredis relatiua ad id, quod de sui natura non est transmissibile ad hæredes, in persona primi hæredis finitur. h. d. secundum Bar. Vel sic: si testator legat. proprietatem deducto vsufructu, mortuo primo hærede finitur vsusfr. & consolidatur cum proprietate. Salic.

Idem A. Iuliano P.P.

LEX XIIII.

Antiquitas dubitabat, si quis fundum, vel aliam rem cuidam testamento relinqueret,[4] † quatenus[i] vsusfructus apud hæredem[k] maneret, si huiusmodi constaret legatum esse existimabant,[l] quia vsusfructus nunquam ad suam rediret proprietatē sed semper apud hęredem remaneret (& forsitan hoc existimabant, quia & secundus hæres, & deinceps successores vnius esse* videantur?)[m] nec possit huiusmodi vsusfructus secundum veterem distinctionem solitis[n] modis extingui. Alij autem huiusmodi legatum non esse respuendum existimauerunt.[o] ¶ Tales altercationes decidentes, sancimus, & hmōi legatum firmum esse, & talem vsumfructum[p] vna cum hærede[q] siniri: & illo moriēte, vel alijs legitimis modis eum amittēte,[r] expirare. Quare enim iste vsusfructus sibi tale vendicet priuilegium vt generali interemptione vsusfructus ipse solus excipiatur,[s] quod ex nulla induci rationabili sententia manifestissimū est. Et propter hoc, & vsumfructum finiri & ad proprietatē suam redire, & vtile esse legatum sancientes, hmōi paucissimis[t] verbis totam eorū ambiguitatem delenimos D. 15 Calen. Octob. Lampadio & Oreste VV. CC. Coss. 530.

Si per seruos fuit vsusfructus acquisitus, alienatio eius non tollit acquisitionem iam factam, nec manumissio nec mors. Bal. Vel sic: Per alienationem partis serui, non extinguitur vsusfructus seruo concessus. h. d. secūdum. Bart.

Idem A. eidem Iuliano.

LEX XV.

Inter antiquam prudentiā dissensio incidit, si per seruū vsusfructus domino fue-

a *Licentiam*. & sic est soluta secunda quæstio. Sed contra ff. de vsu. & habitat. l. cæterum in princip. & §. sed neque vbi dicit quod non locat sine se. Soluti. ibi dicit in vsuario nec obstat huic solutioni in eodem titolo. l. si habitatio. in princip. vbi pacificat vsum & habitationem, quia ibi dicit penè.

b *Accipiat*. vt & in institut. de vsu. & habit. §. sed si cui. & argume. de vsufruct. l. arboribus. §. vsufructuarius.

c *Si habitationis vsumfructum*. i. per hæc verba quorum sensus est idest habitationem, nec enim potest esse seruitus seruitutis, vt ff. de vsu. le. l. 1.

d *Vsumfructum* in hoc scilicet locando. Sed in eo quod non finitur nisi morte, antecellit, sed & minor est quandoque, cum nō nisi in domo constituatur vsusfructus autem in omni re.

e *Nec dominium*. solutio tertiæ quæstionis. Accur.

f *Ipsi relictum*, nec n. &c. vt ff. de leg. 3. nō aliter. probatur autē ex eo, quod testator solebat vti vocabulo habitationis pro domo, vt ff. de legat. 1. si seruus plurium. §. si na. & argumen. ff. de super. leg. Labeo. secus vbi verba testatoris nullo modo sententiæ conuenirent, vt ff. de legat. primo. l. 4.

g *Locis*. alias modis.

h *Constitui potest*. constituitur enim vt vsusfructus, vt institut. de vsuc. & habitat. §. penult.

Seruitus seruitutis, non potest esse.

1 † Al. deest, &c.

2 † El.

3 † Modis.

4 † Reliquerit.

ANtiquitas. CASVS. Olim si testator alicui nudam proprietatem fundi retento vsufructu pro hærede legasset, dubitatio erat an, valeret legatum, quibusdam asserentibus, quibusdam negantibus, cum ideo nunquam esset reuersus vsusfructus ad proprietatem propter hoc quod secundus hæres, & deinceps vsque in infinitum cum sint hæredis hæredes, & testatoris, haberet hūc vsumfructum, hanc dubitationem decidit Imperator, dicens hoc legatum valere scilicet proprietatis, mortuo, scilicet, primo hærede, vel capite minuto, quare enim talis vsufruct. tale priuilegium sibi vendicat, vt generali interemptione excipiatur, cum ea quæ generaliter dicuntur, generaliter intelliguntur. ff. de legat. primo, l. prima, § generaliter.

i *Quatenus*. idest hic modo:

k *Hæredem*. scilicet legantis.

l *Nunquam ad suam rediret proprietatem*. argumen. quòdlibet homo non potest [r] locare operas suas in perpetuum, ne inutilis sit libertas. It. pro eo. institut. eod. §. ne tamen. & ff. de li. hanc exhib. l. 2. & ff. de condit. & demonst. Titio. §. Titio. secundum Io. & nos contra, quoniam poterit per alium operari, vt sup. de epiico. & cler. l. quisquis & leg. ad similitudinem, & ff. de vsufr. le. l. 3. Itē no. quod quædam ad tempus valent, quæ in perpetuum nō valent, vt ff. communi diuidum. in hoc iudicium. § si conueniat.

m *Videantur*. vt & ff. de ver. sign. l. hæredis & l. sciendum. & inf. de hæredit. institut. l. fina. & ff. de pet. hær. l. 3. Fallit tamen in duobus casibus, scilicet in pupillari substitutione, & in operis, vt in illa lege, de ver. significat. l. sciendum & ff. de vulg. substit. l. qui liberis. § hęc verba. & in casu huius legis.

n *Solitis modis*. quia nō morte secundum prædicta.

o *Existimauerunt*. & bene.

p *Vsumfructum*. quia talia sunt subiecta, qualia permittūt prædicata, quia talis est natura vsusfructus.

q *Cum hærede*. primo, nisi constet, & de secunde sensisse, & tūc erunt duo vsusfructus, & quilibet solitis finitur modis, vt ff. de ver. obl. stipulatio ista. § si quis ita, & hic. Item in eo quod dicit, moriente primo finiri, est argum. contra ff. de iure immu. l. 4. sed ibi fuit concessa immunitas sibi & posteris generaliter. Item argument. contra infra de legat. in annalibus & ibi solui.

r *Amittente*. scilicet per capitis diminutionem.

s *Excipiatur*. quod ergo generaliter dicitur, generaliter intelligatur, vt ff. de leg. præs. l. 1. § generaliter & ff de public. de pretio. & in decret. 19. dist. cap. fin. Romanorum.

t *Paucissimus*. not. ꝙ multa verba paucissima appellat, sicut faciunt allegantes qui dicunt. vnum verbum dicam & multa proferunt, & fac ad hoc inf. de bon. vac. l. 2. lib 10.

r Et bene, vt præcisè teneat seruire, sed cautiue, si non vult soluere interesse, sic vt de ver. obl. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & ff. loc. l. in operis cum sim. & ita teneas secūdum B. hic. Dictum generale generaliter, est intelligendum.

5 † Anthemio. PPi

* Inclusa desunt in quibusdā manuscriptis.

INter antiquam. CASVS. Olim si testator seruo alterius vsumfruct. legasset, & sic dominus per seruum acqui-

acquisiuisset vsumfruct. dubitabatur si dominus partem serui alienasset, vtrum pro parte finiretur vsusfruc. vel in totum, vel ad proprietatem rediret, an penes dominum remaneret. Circa hanc dubitationem recitantur opiniones, vna erat, quia si testator partem serui alienasset, in totum finiretur vsusfructus. Secũda, q in parte remaneat. Tertia, quòd siue sic, siue, sic, apud dominũ remaneat integer vsusfr. & hanc opinionem approbat imperator statuens, quod hoc obseruetur: vt sicut ab initio apud dominũ intelligitur vsusfruc. ita & nunc: & si seruus pro parte fuerit alienatus.

a *Acquisitus.*] re. vel saltem dies cessit. alias secus. vt ff. quando dies lega. ced. l. si post. §. fin.

b *Multi.*] interpositio est. Accur.

c *Vsumfructum.*] distinguendum est, vtrum cõtemplatione domini vel serui.

d *Retentionem.*] vt infra l. proxima. & ff. de rebus dub. l. quoties in actionibus.

e *Et si pars.*] vt hic, & arg. ff. de ser. l. vt pomum, §. 1. idem etiã si totus alienet, vt ff. qb. mod. vsuf. amit. l. si seruo. & l. repeti. §. si quis, &] eo. l. si. & arg. ff. de don. cau. mor. l. si. Sed contra, ff. de vsuf. l. qui vsumfructum, §. fin. prout est ibi in litera sermo Titij. Solut. ibi contemplatione serui relictus, hic domini. Vel hic corrigit. Vel ibi est seruus mortuus: hic alienatus. Si autem habeat ibi vsumfructũ serui Ti. tio, non est contra.

* † Si.

* Graecani ea locutio: sicut in procemio ff otum. nihil tã stu diosum, i. expetẽdu. Goth.

ritacquisitus,[a] & ex quibusdam casib. (multi [b] enim casus rebus incidũt mortaliũ) pars huius serui ad aliũ perueniat: vtrum omnis vsusfructus, qui ante per seruum ad aliquẽ[1] † peruenerit, apud eũ remaneat: an totus tollatur, vel ex parte diminuatur, ex parte autem apud eum resideat. Et super huiusmodi dubitatione tres sententiæ vertebantur. Vna, quæ dicebat ex particulari alienatione serui totum vsumfruc. diminui. Alia, in tantũ vsumfructum[c] diminui, in quãtum & seruus alienaretur. Tertia, quæ definiebat partem quidem serui posse alienari, totum autẽ vsumfr. apud eũ remanere qui antea seruũ insolidũ hẽbat. & in nouissima sñia sum mũ auctorẽ iuris scientiæ Saluiũ Iulianũ esse inuenimus.

¶ Nobis autem hæc decidẽtibus placuit Saluij Iuliani admitti sententiam, & aliorum, qui in eadem fuerunt opinione: quibus humanius visum est, non interemptionem vsusfruct. studiosam[*] esse, sed magis retentionem, [d] quatenus etsi [e] pars serui alienetur, tamẽ neque pars vsusfructus depereat, sed maneat secundum suam naturam integer, atque incorruptus. Et quemadmodũ ab initio fixus [2] † est, ita & [3] † cõseruetur, ex hmõi casu nullo deterioratus modo. D 10.

2 † Ininis.
3 † Alabe est, &.

C *Orruptionem.*] CASVS. In prima parte huius legis dicitur, q olim erant certi modi, per quos finiebatur vsusfr. morte, vel capitis diminu. vsufructua. vel non vtendo. actione, scilicet personali ex testamento, vel ex stipulatu. si in stipulationem deductus esset vsusfruc. per quam petebatur vsusfr. certum, quasi erat tacite, quod morte vel capitis minutione vsusfructus tollebatur: sed du. babatur...ne, vel tollebatur actio nes tollerentur...vsusfructus; hanc...imperator, statuens, quòd vsusfr...non...vel...non vtendo, non finiatur, nec actio...competens ex prædicto tempore, l. siue varius tacuerit, ...prædicto domino...iureconsultus...decem inter præsentes, viginti inter absentes, ...tempore actio pe...& hoc in prima. In secunda dicit, non quolibet capitis diminutione finietur vsusfructus, sed maxima & media, sed non minima. ...simile in filiofam.

f *Corruptionem.*] id est amissionem.

g *Diminutione.*] etiam minima. Accur.

h *Vel non vtendo.*] per annum vel biennium.

i *Quibusdam.*] vel rei interitu, vel mutatione, vel consolidatione, vt insti. eod. §. finitur.

k *De personali.*] scilicet ex stipulatu, si per stipulationem fuit promissus: vel ex empto, si fuit venditus: vel ex testamento, si fuit legatus.

l *Eam tolli.*] scilicet actionẽ personalem. Accur.

m *Non vtendo.*] id est non deducendo eam in iudiciũ, vel etiam non vtendo vsufructu post traditionem vel quasi, amittit actionem, vt statim dicet.

n *Si.*] id est an.

o *Altercantibus.*] Sed certe non iuste videtur quæri, vel dubitari de actione personali, an tali tempore tollatur, nisi tum in testamento est relictus, & quis per biennium nõ petijt: tunc enim potest iuste quæri de vsufructu, an tollatur nõ vtendo, quia statim competit adita hæreditate, vt ff. quemadmodum seruit. amit. l. si partem fundi, §. 1. Item non potest iuste quæri de actione ex testamento, quæ simul competit. Cum autem per contractum inter uiuos in cõuentionem deducitur, aut est traditus, & tunc tollitur actio solutione: vt In stitu. quib. modis tollitur oblig. in princ. & sic non potest esse quæstio, an debeat tolli tẽpore, vel non. Aut non est traditus, & tunc non amittitur tempore vsusfructus, cum non fuerit, vt ff. de vsufructu lega. l. Sempronius, & ff. quib. modis vsufructus amitti. l. 1. §. sed ita demum, & §. fina. Sed nec actio personalis potest tunc tolli, nisi 30. ann. vt infra, de constituta pec. l. a. & inf. qui. non ob. long. temp. præscrip. l. neque...tui. Ad hoc respond. qui procedit, vbi etiam inter viuos constituitur, sed non...traditionem, sed post...non est ...per traditionem tollatur actio pro eo competens, cum...non sit traditio, vt...§...& ff. de acqui. rerum dom. l. seruus, & incorporales. Sed in rebus corporalibus...quod soluti...quod debetur tollitur...obligatio...constitutus per patientiam & ...mihi deberi, ...mihi debetur, quia (vt dixi) cum non sit ibi ...traditio, non...nus, quod studiosus lector potest notare, quia plures dicunt...seruitute debita. Præterea & res mea quandoque mihi debetur, scilicet ratione eius, quod meum non est, scilicet restitui ...obliga...nemo rem. Secundo uidetur, quòd Iustinianus non respondeat huic quæstioni de personali actione,

Cal. Octob. Lampad. & Oreste VV. CC. Coss. 530.

Hęc est subtilis lex, & materia eius est de apicibus iuris. & breuiter hoc intendit. Vsusfructus non vtendo, et personalis actio pro eo, seu pro patientia competens, spatio lõgi temporis finitur, non minori spatio. Item vsusfructus non finitur minima capitis diminutione: sed media, quę ciuitatem adimit vel maxima, vel morte naturali. Bald.

Idem A. Iuliano P. P.

L E X XVI.

CORruptionem [f] vsusfructus multiplicẽ esse veteribus placuit, vel morte vsufructuarij, vel capitis diminutione, [g] vel non [h] vtendo, vel alijs quibusdam [i] non ignoratis modis.

¶ Sed de vsufructu quidem hoc indubitatum fuerat: de personalis [k] autem actione, quæ super vsufructu nascitur, siue in stipulationem vsufruct. deductus sit, siue ex testamento relictus, dubitabatur: morte quidem vsufructuarij, & capitis diminutione eam tolli [l] omnibus concedentibus. non vtendo [m] autem, si [n] per annum, vel biennium forsitan eundem vsumfructum non petierit vsufructuarius, vt sic personalis actio tollatur, altercantibus. [o]

Actio personalis pro vsufr. cõpetens quanto tẽpore tollatur.

a Hi glo. reprobant hic Pet. B. & Paul. Actio personalis x. vel 30. an. aliquando tollitur.

1 † Pro.

actione, sed dico, quòd plenè respondet, cum dicit, nisi talis exceptio vsufructuario &cæt. Aduerbio enim, nisi &cæt. excipit de eo generali, quod dixerat, scilicet nec actionem nec vsumfructum non vtendo tolli &cæt. tunc ergo vsusfructus & actio tollitur. Et sic est mirabile, quod actio personalis competens pro vsufructu tollitur decem ann. inter præsentes, & inter absentes viginti, vt hic dicit. sed an ipso iure? Respondeo non, sed per exceptioné, quia tempus &c. vt ff. de act. & obligat. l. obligationum ferè, §. placet. sed si capitis diminutione, vel alijs modis, amittitur tūc ipso iure.

a *Non vtendo.*] vt olim s. per annum, vel biennium.

b *Cadere.*] nec alio modo.

c *Non possunt.*] sic. j. de præscri. 30. ann. l. si. & supra l. proxi.

d *Excludere.*] 10. annos, vel 20. Sed quid si in re mobili est vsusfructus? an tolleretur actio personalis triennio? Respon. non, cum vsusfructus rei immobili comparetur, vt infra. de præscrip. lõgi temp. l. fi. in fi. & ff. de vsucap. l. iusto, §. non mutat. & infra titu. primo, l. sicut.

e *Amittat.*] quasi dicat non. & sic non tollitur minima capitis diminutione, vt Institut. de acquisit. p arrog. in princ. & Institut. de vsufructu. §. fin.

2 † Al. ad vtilitatē ei possessum.

f *Anima.*] i. morte.

EX *libris.*] CASVS. Si filiofamilias testator vsumfructum alicuius fundi legasset, si dominus per [illegible] vel pater per [illegible] vsumfructum acquisi[illegible], dubitatio esset, in media vel maxima capitis diminutione vel morte, vel emancipatione filij, vel serui alienatione, vel manumissione finitu[illegible] vsusfr[illegible] penes patrē & dominum, [illegible] per seruū vel filium acquisitus erat. [illegible] dubitationem decidit Imperator, quod non obstate calamitate filio vel seruo cōtingēte, vsusfru. apud patrem vel dominum integer maneat. hoc in prima. Si autem pater vel mediam uel maximam capitis dimin. passus fuerit, vel decessit: an ob hoc penes filium remanebit vsusfruct. qui patri per eum erat acquisitus? Respon. Imper. cum enim magis testatorem filio contemplatione filij, quàm patris reliquisse præsumamus, nihilominus manet apud filium. & hoc in secunda. & no. quòd de domino rationem non facit capitis dimin. &c. sed in ea dubitatio non esset, &c. Vide & hæc lex & superior sunt de quinquaginta decisionibus secundum Bald. hic.

3 † Exemptus.

¶ Sed nos hoc decidētes sancimus, non solū actionē, quę de [1] † vsufructu nascitur, sed nec ipsum vsumfructum nō vtendo [a] cadere, [b] nisi tantummodo morte vsufructuarij, & ipsius rei interitu: sed vsumfructum, quē sibi aliquis acquisiuit, hunc habeat, dum viuit intactū, cum multæ, & innumerabiles causæ rebus incidant mortaliū. per quas homines iugiter retinere, quod habent, non possunt. [c]

¶ Et est satis durum per huiusmodi difficultates amittere, quod semel possessum est: nisi talis exceptio vsufructuario opponatur, quæ etiam si dominium vendicaret, posset eum præsentem, vel absētem excludere. [d]

¶ Sed neque per omnē capitis deminutionem hmói detrimentum imminere nostris patimur subiectis: (quare n. si filiusfamil. fuerit is, qui vsumfructum habet, fortè ex castrensi peculio, vbi patri vsusfr. acquiri[illegible], ei possessum, [2] †, per emancipationem eum amittat? [e]) sed secundum, quod definitum est, tunc eum tātummodo desinere, cum vsufructuarius, vel res pereat, & tantummodo eum anima, [f] vel rei substantia expirare: nisi prędictæ exceptionis vigor reclamauerit: excepta videlicet tali capitis diminutione, quę vel libertatē, vel ciuitatem Romanā possit admere. tunc etenim vsusfructus omnimodo ereptus, [3] † ad suam reuertatur proprietatem. D. Cal. Octob. Constantin. Lampad. & Oreste VV. CC. Coss. 530.

Vsusfructus filiofa. vel seruo alieno relictus, acquiritur patri, & domino: & licet filius, vel seruus moriantur, vel statum mutent, residet nihilominus penes patrem, & dominum: sed patre mortuo, vel mediam seu maximam capitis diminutionem passo, vsusfructus redit ad filium, à quo habuit originem, & ad quem testator præsumitur habuisse contemplationem. h. d. Bal.

Idem A. Ioanni P.P.

LEX XVII.

EX libris [g] Sabinianis quęstio nobis relata est, per quam dubitabatur, si vsus fructus per seruum acquisitus, vel per filiumfamiliàs, capitis diminutione filij magna, vel media, vel morte, vel emancipatione, [h] vel serui quacunque alienatione, vel morte, vel manumissione possit [4] † adhuc remanere. Et ideo sancimus in huiusmodi casib. neque si seruus, vel filiusfam. in pręfatos casus inciderit, interrumpi patri vel domino vsumfructum, qui per eos acquisitus est, sed manere intactum. [i] Neque si pater [k] magnam capitis diminutionem, vel mediam passus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemptus vsumfructum perire: sed apud filium [5] † remanere, etiam si hæres à patre non relinquatur. Vsumfructum enim per eum acquisitum apud eum remanere etiam post patris calamitatem oportet: cum plerunque verisimile sit testatorem contemplatione [l] magis filij, quā patris vsumfructum ei reliquisse. Dat. 15. Calend. Nouemb. Constantinopo. post Consulatum Lampadij, & Orestæ VV. CC. 531.

g *Ex libris.*] quos non habemus.

h *Emancipatione.*] hoc respicit antecedētē l. corruptionē.

i *Intactum.*] imò videtur amitti, vt ff. de vsufruc. l. qui vsumfructum, §. fin. prout est ibi. seruo Titij. Sol. refert cōtemplatione domini tātum sit relictus, & tūc nō perit. an serui, & tūc domino perit. an dubium est, & tunc obtinet hæc l. & eo modo soluitur aliud contra. ff. de donat. causa mortis, l. si filiofamilias, & ff. de vsu. & habit. l. plenum, §. si plus. arg. contrarium huic solutioni, inf. in fi. huius l. Alij dicūt, quod illa l. qui vsumfructum, corrigitur. aliæ duæ in alijs casibus loquuntur. nam aliter quemcūque dixeris vsufructuariū, stare nō potest, vt dicunt. Præterea l. illa plenum, non est contra: quia hic tractat, de cuius morte finiatur. ibi nondum finitus vsusfru. ad quem porrigatur. Vel pōt dici, q principium l. huius dicit, quando cōtēplatione patris: finis vero, quando cōtēplatione filij. Item adhuc est cō. ff. de verbo. ob. l. l. si stipulatus fuerim, in prin. & ff. de minor. l. 4. § sed & legatum sit, & ff. de iniur. l. sed si vnius, §. fi. Sol. ibi loquitur in ijs, quæ personæ cederent filij vel serui. Item adhuc cōtra, j. de bo. quæ lib. l. cū oportet. & l. fin. nam nec in aduentitijs, nec in profectitijs, nec in castrensi, vel quasi, locum habere potest hæc lex. sed respondeo hic loqui, cum dubium est cuius contemplatione, vel hoc corrigitur.

Vsusfructum seruo relictus quādicatur finiri.

4 † Potest.

5 † Alium.

k *Neque pater.*] quid de domino? Resp. secus. nam seruus non habet, nec ad hæredem transit. at filius habet, non vt hæres, sed vt vsufructuarius.

l *Magis contemplationis.*] comparatiuè. Et no. argum. quod in dubio contemplatione filij relictum præsumitur, vt arg. inf. ad cit. tut. l. si defunctus.

DE

DE SERVITVTIBVS ET AQVA.

Dixit de seruitutibus personalibus, nunc de seruitutibus rerum: vt ff. eod. l. 1. & specialiter post de aqua, generaliter de alijs: quia quadam specialia in ea est dicturus: vt infra l. 2. sic & diuina scriptura, dicit discipulis eius, & Petro.

TITVLVS XXXIIII.

De seruitutibus,* & aqua.*

Ista est notabilis lex, & habet tres lecturas: & secundum primam lecturam hoc intendit; Seruitus, quæ habet causam continuam, acquiritur spatio longi temporis, si præscribens fuerit bonæ fidei. hoc dicit secundum Bart. Vel sic: secundum Sal. Seruitus habens causam continuam præscribitur longo tempore ab eo, qui possidet bona fide, quia non ui, non clam, vel precario. hoc dicit secundum primam lecturam. Vel sic; Libertas contra seruitutem altius non tollendi, longo tempore præscribitur ab eo, qui bona fide fuit in quasi possessione libertatis. hoc dicit secundum secundam lecturam. Vel sic; Patientia eius, qui possidet ui, clam, vel precario, non sufficit in præscribēda seruitute, etiam ab eo qui possidet bona fide. hoc dicit secundum tertiam lecturam.

* ne dicas arcēda, ut tit. ff. de aqua plu. arcen. da. sed de seruitutibus aquæductus a. quæ h. . . . tur. Cuia. notat hic legendū esse de aqua & alijs seruitutibus, ut l. 3. infra. eo. Goth.

a SI quas.] Pone casum tribus modis. Primo secundum antiquos. Domus tua debebat seruitutem domui meæ altius nō tollendi, quæ acquisita erat domui meæ tempore, nunc tu altius exaltas cōtra seruitutem debitam: agam contra te, vel uti possidetis vel confessoria, & vincam si bonam fidem habui in præscribendo, non autem si vi, vel clam, vel precario sim vsus seruitute. Et secundum hunc casum dic, quod hæc seruitus potest quæri tempore, cum habeat perpetuam causam, & incipit ab eo tempore, quo vicinus meus fuit aliquando a me prohibitus ædificare. nam ex tunc incipit possidere iure seruitutis: quod est necesse: vt ff. quemadmodum serui. amit. l. fin. alioquin clam possidere videret, quod non debet esse: vt hic dicit. Item quod dicit longi temporis, proprie dicit secundum nos, licet quidā dixerint, cuius temporis non est memoria, per l. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. in fin. & l. 2. Item quod dicit, vicem seruitutis constituere: scilicet per pactum, vel per vltimam voluntatem. & sic consuetudo æquiualet veritati. Item quod dicit, si modo is, qui pulsatur. dic id est, tu pulsaris, idest inquietaris ædificatione illius: vel eo agente negatoria. Et quod dicit possidet, idest quasi possit seruitutem: quia verè non possidentur: vt ff. de acquir. rer. domi. seruus. §. incorporales. Item hæc verba vi. & c. expone, vt ff. de vi. & vi arma. l. vim facit. clam, expone, vt ff. de acquir. possessio. clam. precario, expone vt ff. de preca. l. 1. in princip. Vel dic secundo. Domus tua debet seruitutē domui meæ altius non tollendi, per constitutionem, altius ædificatam habuisti longo tempore contra veterem formam, id est seruitutem, si ago contra te, iudex te absoluet, si modo nec vi, nec clam, nec precario sic tenuisti. Et quod dicet vicem seruitutis. scilicet amissæ per pactum. vel proptere, scilicet acquisitæ. s. illi, cui domus seruiebat contra meam domum: nam libertas eius, quodammodo dicitur seruitutis mea. Itē ꝙ dicit pulsat proprie ponit. Et secundum vtrumque supra dictum casum, quæro, an sufficit, si ab aduersario non teneatur precario, uel clam, licet ab alio teneatur? Sed dic a nemine debere agere precario, cum bonam fidem debeat hēre: vt ff. quemadmodū seruit. amit. l. fi. & de aqua pluuia arcen. l. fi. licet sit arg. contra. ff. vti pos. l. 1. §. fin. & l. 2. Vel sic tertio. Domus tua debebat seruitutem domui meæ altius non tollendi, tempore mihi quæsitam, vt assero: si tu ædifices, ego agam & vincam te, ita demum, si tu, contra quem præscripsi non possidebas domum tuam eo tempore, quo præscripsi contra te, uel clam vel precario: nam tunc sicut non potes mihi in ea per pactum constituere seruitutem, sic nec per præscriptionem in ea quæram seruitutem. dic ergo, si quas, &c. sed quæ sunt actiones, quæ pro seruitutibus competunt? Respond. confessoria. Item uti possidetis. utile: ut ff. si ser. uend. l. 2. in princip. & §. 2. & de serui. l. penult. Item negatoria: sed datur econtra: sed nō simul quia hoc esse non posset.

Imp. Antonin. A Calpur.[1] †

LEX PRIMA.

SI quas[a] actiones aduersus eum, qui ædificium contra veterem formam * exstruxit, vt luminibus[b] tuis officeret, competere tibi existimas: more[c] solito per iudicem[2] † exercere non prohiberis.[d] Is, qui iudex erit, longi temporis[e] consuetudinem vicem seruitutis[f] obtinere sciet: modo si is,[g] qui pulsatur, vi, nec clam,[h] nec precario possidet. PP. 3. Id. Nouemb. Gētiano & Basso Coss. 218.

Ista lex est singularis, & est clauis in tota materia. & hoc dicit: Seruitus, quæ habet causam continuam, acquiritur longo tempore, nisi fuerit interrupta: nec repetit quis expensas, quas fecit in re contemplatione seruitutis. h. d. Bal.

Idem A. Martiali.

LEX II.

SI aquam[i] per possessionē Martialis eo sciente,[k] duxisti; seruitutem exemplo

1 † al. Calfurnia.

ADDITIO. Ioanni Fabro in suo Breuiario placet tertia lectura, quia notabilior, licet doctores primam approbent, quia aptior. Et si videre optas, quanto tempore acquiratur seruitus, & a quo tempore incipit possideri, & an requiratur, & præsumatur bona fides: uide hic plene & familiariter per ipsum dnm & Io. Fabr. in suo Breuiario.

* Vi Cuia. 1. obser. 74. & 17. 35. Mynsing. Respo. 32. num. 11.

2 † al. deest per iudicem.

b *Vt luminibus.*] ut, consecutiue ponitur, non causatiue. sic supra de iudi. l. properandum. §. 1.

c *More solito.*] per libellum: ut supra de lit. contest. auth. offeratur.

d *Non prohiberis.*] vt ff. de seruit. urba. predi. lege, qui luminibus, & ff. de itin. actu que priuato. apparet. §. pen.

e *Longi temporis.*] cuius non extat memoria secundum quosdam: uel decem, uel viginti annorum secundum nos. Accursius.

f *Seruitutis.*] constituta, uel amissæ secundum diuersos casus.

g *Pulsatur.*] propriè, & impropriè secundum diuersos casus.

h *Nec clam.*] & dic ille, qui pulsatur opere & facto.

SI aquam.] Diuiditur in tres partes. In prima, loquitur de seruitute præscripta. In secunda, loquitur de præscriptione interrupta: & ea interrupta, ille, qui fecit expensam contemplatione seruitutis, eam non repetit. Tertio rationem reddit huius legis. Secunda ibi, Quod si ante. Tertia ibi, cum in aliena. Bald.

¶ Casus istius l. talis est. Per agrum meum me sciente, nec prohibente aquam per x. ann. inter præsentes, uel per xx. inter absentes duxisti: an sit tibi quæsita seruitus quæritur? Respon. ꝙ sic: exemplo rerum immobilium. & hoc in prima. Si autem ante impletam præscriptionem prohibui, ne duceres. & post prohibitionem in agro meo opus aliquod, ut aquam duceres, exstruxisti, puta canales uel tubulos. Nec fructus, quos fecisti, repetes: nec quod exstruxisti, ad rem pertinebat.

k *Sciente.*] iure seruitutis, non precario, uel clam, uel ui, & not. non desiderari titulum in præscribenda seruitute, ut hic, & ff. si ser. uend. l. si quis diuturno. & ff. de itine. actuque priua. l. 1. §. si quis au. em cum. & §. fit ibi fundum in fi. & inf. de long. temp. præscript. quæ pro liberis l. 2. 1 Item not. quod dicit, sciente, quia aliud est in præscriptione rerum corporalium, ubi non exigitur scientia. ut inf. de præsc. long. temp. l. fin. in fin. & de præscrip. xxx. ann. l. sicut. & est ratio, quia hic dominus possidet, ibi non, nec obst. quod dī in eadem l. de præscr. long. temp. eodem obseruando &c. quia idem est quantum ad tempus, non quantum ad scientiam.

1 Rationē ponit. Dyn. in c. possessor. de reg. iu. l. 6. ist. l. §. 1. q. in præscriptione ista seruitutum tractatur de modico præiudicio, ideo non requiritur titulus.

etiam secundum Azo. Alij vt H. subaudiunt hic maxime.
a *Quæsiti.*] Et sic x. ann. inter præsentes. xx. inter absentes, quia sic est in immobilibus, vt supra de vsucap. transfor. l. 1. Sed contra. ff. de aqua quotidia. & æsti. l. hoc iure. §. ductus, vbi exigitur tempus, cuius non extat memoria. Solut. Ibi de aqua ex flumine publico dicit, vel fiscali, hic priuato. Vel hic habet perpetuam caussam. ibi nō. argum. ff. de serui. vrba. præd. l. fortamen. ¹ Item quid si aqua non fluxit, sed fistulæ semper paratæ fuerūt ad aquam recipiendam? Idem videtur, quod in stillicidio, vt videatur habere perpetuam caussam, arg. dictę l. foramen. Et dicas hic, quæ seruitutes, & qualiter præscribantur, vt not. ff. de seruit. l. seruitutes. ³. Sed negatoria quāto tempore tollitur? Respond. 30. ann. secundum quosdam, cū omne ius tanto tempore tollatur, vt infra de anna. ex cept. l. 1. §. 1. Sed si mihi tollitur negatoria, ergo tibi acquiritur seruitus tempore, quod negaui modo in illa, quæ non habet perpetuam caussam. Sed dices secundum illos, non sequitur. nam potest esse, quod seruitus non est quæsita, & tamen non potest ei negari, vt & alibi. ff. de seru. rustic. præd. l. per fundum. Alij dicunt, quod etiam elapsis xxx. annis defenditur negatoria pro præsenti itione non præteritis, quæ fac. uere iam sunt xxx. anni vel plus. nā quot sunt itiones, tot sunt facta, & tot præscriptiones: vt ff. de verbo oblig. l. si sic stipulatus sum. hęc vna est continua alteri vt ff. de seruit. l. seruitutes. 4. & aliud in possessione rei corporalis, quæ potest, & debet esse continua. Sed cum prohibeam, quodammodo non vadat, & quod interesse reddat pro itionibus a 30. annis, citra, vno iudicio potest agi, licet plura, vt dictum est, petantur. argum. ff. pro socio. l. cum duobus. §. si plures. & ff. famil. ercisc. l. hæredes. §. de pluribus, & si pro quibusdam egi, non repellar exceptione rei iudicatæ agendo postea pro alijs, sicut si tu isti aliquando absolutus, quia non possidebas nunc possidebas, vt infra ad exhibend. l. neque. Prædicta autem procedunt in seruitutibus, quæ non quæruntur longo tempore. alias tollitur negatoria eodem longo tempore.
b *Interdictus est.*] naturali interruptione. vt ff. de vsucap. l. naturaliter. sicut & retinetur per continuationem vsus: vt ff. de vsufr. arboribus §. idem tractat. Item per lit. contestat. non per solam denunciationem: non enim sola denunciatio vsucapionem interrumpit: vt sup. de rei vend. l. motæ litis, & ff. pro emptore. l. alienam. Vel forte est speciale, vt sola denunciatio interrumpat, sicut facilius currit præscriptio aquæ sine titulo, & sine possessione. nam incorporalia nō possidentur, vt ff. de acquir. rer. do mi. l. seruus. §. incorporales. Et no. ff. de vsufruct. arboribus in fin.
c *Factos.*] post interdictionem, cum videaris velle donare: vt sup. de rei vendi. domum.
d *Manet.*] vt sup. tit. 2. l. 2. & dic, vt ibi.
e *Possessio.*] id est, res possessa, siue dominium. sic supra tit. 2. l. quoties.

1† Per longum tēpus ut supra. l. prox.

2† Hanc solutionem dicit Car. hic tenendam.

2† al. quoad.

rerum immobilium tempore ¹† quæsiti. ᵃ Quod si ante id spatium eius vsus interdictus ᵇ est, frustra sumptus in eam rem factos ᶜ præstari tibi postulas, cum aliena possessione operis facti dominium, quod ²† in eadem caussa manet, ᵈ adeum pertineat, cuius est possessio. ᵉ PP. Calend. Iul. Læto & Cereale Coss. 216.

Prouinciales, licet eorum prædia sint tributaria. habēt tamen dominium; & ideo possunt seruitutem constituere. & acquirere. B. Vel sic; In prouinciali prędio licet tributario potest seruitus imponi, & onus seruitutis impositæ comitatur rem ad quemcumque transeat. Sal.

3† al. Idē A.

Imp. Alexāder. A. ³† Ricanę.

LEX III.

ET in prouinciali ᵃ prædio constitui aquæductus, ⁴† vel aliæ seruitutes possunt: ᶠ si ea præcesserint, quæ seruitutes ⁵† cōstituūt. ᵍ Tueri ʰ enim placita inter contrahentes debent. ⁱ

¶ Quare non ignorabis, si priores possessores ᵏ aquam duci per prædia prohibere iure non potuerint, ⁶† cū eodém onere perferendæ seruitutis transire ad emptores eadem prædia posse. ˡ PP. Calend. Maij, Maximo 2. & Aeliano Coss. 224.

* prouincialia. i. nō fiscalia in Italico. Vi Cuia. 7. obser. 3. Prouincialia prædia tributaria siue stipendiaria. Et hinc ō dubitandi sumitur. vide eun. constitutā seruitute tributi de zerio. caussa fieri ad. de Cuiac. ad l. 4. ff. de vsucap. Gotho.

4† Seruitus. tem.

6† al. potuerunt.

Ex fundo alieno non potest duci aqua, nisi domino volente. h. d. secundum Bald. Vel sic; De alieno fonte non potest aqua duci, sine permissione domini. hoc dicit secundum vnam lecturam. Vel sic; Sine permissu eius, cui seruitus prius fuit concessa, quando hæc secunda cōcessio priori foret nociua, non potest de eodem fonte aqua duci. h. dicit secundum aliam lecturam. Salic.

Idem A. Cornelio. ⁷†

7† Cornelia.

LEX IIII.

AQuam, quæ in alieno loco oritur, sine voluntate eius, ad quem vsus ᵐ eiusdē aquæ pertinet, ⁿ prætoris edictū ᵒ non pmittit ducere. PP. Idib. August. Maximo. 2. & Aeliano Coss. 224.

In consistoria venit, vt res in pristinum statum reducatur, & damna sarciantur. hoc dicit Bal.

Imp. Philip. A. Luciæ militi.

LEX V.

SI quid pars aduersa ⁸† cōtra seruitutem ædibus

8† Diuersa.

ET *in prouinciali.*] CASVS. An in prædio prouinciali possit seruitus constitui, quæritur? Dicitur quod sic, præcedentibus ijs, quæ ad seruitutem constituendam sunt necessaria, puta per actionem ex stipulat. &c. & hoc in prima. Et si post constitutionem seruitutis prædium alienatum fuerit, trāsit cum suo onere. & hoc in secunda.
f *Seruitutes possunt*] cōtra videbatur, quia non sunt domini: ut infra de usuca. transfor. l. 1. & seruitutes non possunt constitui, nisi a dominis, ut institu. de seruitu. §. ideo autem, sed tamē est contra, quia sunt quasi domini.
g *Constituunt.*] scilicet pactiones & stipulationes, vt inf. subijcit, ut instit. eo. §. fin.
h *Tueri.*] idest, defendi. Vel dic tueri seruitutem.
i *Debent.*] ut sup. de transact. non minorē.
k *Possessores.*] idest, qui tibi vendiderunt.
l *Posse.*] & non aliter, vt ff. de seruit. rusti. præd. uia. §. si fundus, & de contrahen. emp. l. si aquæ ductus & l. alienatio.

AQuam.] CASVS. An vicinus aquam, quæ in fundo vicini oritur eo inuito ad irrigandos agros suos ducere possit, numquid & tu me inuito, cui seruitus aquæ ducendæ constituta est, a tuo fundo alij ducere aquam concedere possis, quæritur? Dicit, q non. & hic est casus quæ habes ff. de serui. rusti. præd. l. ex meo, vel sic, concessi tibi, vt duceres aquam, inuito te cui cōcessi primo, an possim alij secundo concedere, quæritur? Dicitur, quod non. & hunc casum habes. ff. de aqua quotid. & æsti. l. Lucio. ff. de serui. rusti. præd. l. per aquā magis placet prima positio, quia concordat cum litera.
m *Ad quem vsus.*] idest, proprietas ratione dominij.
n *Pertinet.*] iure proprietatis, idest, sine voluntate domini soli, in quo nascitur, ut ff. de aqua pluuia arcend. l. in concedendo. & l. seq. Si autem dominus soli velit alij concedere, potest, si nō nocet ei, cui primo concessit, ut ff. de aqua quotidiana & æsti. l. Lucio. & ff. de serui. rustic. præd. l. 8. §. si aquæductus, quæ sunt contra. secus si noceat. ut ff. de seruit. præd. l. per quem. Item si ille cui primo fuit concessa, velit alij concedere, nō potest, ut ff. de serui. rust. præd. l. ex meo, nisi postquam iam ingressa est fines agri sui, ut ff. de aqua quotidia. & æsti. l. 1. §. illud.
o *Edictum.*] puta uti possidetis. Item ne eius cōditio fiat deterior, per alterius factum. & hoc inuenies fere in quolibet edicto prætoris, ut ar. ff. de alie. iu. mutan. cau. fac. l. j. Itē & actione iniuriarū potes agere, ut ff. de ac. emp. l. qui pédente.

Si quid

S*I quid.*] CASVS. Habebam seruitutem in domo tua recipiendi stillicidium: aliquid extruxisti, per quod impediebatur seruitus, an agere possum contra te, vt ad pristinum reducas statum, quæritur? Respond. quod sic. In hac actione venit damni ratio, quod passus sum, quia seruitute mea vti nō potui.

a *Curabit.* vt ff. si seru. vend. l. & si forte. §. 1. in fi. & l. si quando, §. fin. Item no. in cōfessoria venire dānum, scilicet quanti eius interest, ꝙ non est vsus seruitute, vt hic. & ff. si seru. vendi. l. loci, §. 1. sicut & in rei vendicatione, quæ est similiter in rem, habetur ratio dāni, vt ff. de rei vendi. l. non solum. & ℂ. de rei vendi. l. domū.

1 † Facit ad hanc l. gl. in cap. bonæ memoriæ, super verbo cōmunē. in fi. extra de postul. præl.

¶ *Curabit.*] te agente confessoria, vt no. ℂ. eod. l. altius.

P*Ræses.*] CASVS. Habebas fontē, ex quo ducebas aquā ad irrigandos agros tuos. volebam te inuito de eodem fonte aquam ducere ad agros meos: an possim, quæritur? Dicitur, quod non.

2 † Propogari.

¶ Nota istam legem, quæ semper allegatur ad hoc, ꝙ ordinata charitas incipit à se. facit c. 1. de suppl. negli. præla. lib. 6. & no. in c. quiescamus, 42. dist. Pau.

b *Iuris tui.*] q̄a tuus est, vt subijcit.

c *Consuetudinis.*] id est, non debetur alij seruitus. etiā per consuetudinem: nam hoc modo posset acquiri, cum habeat perpetuam causam. vt diximus ℂ. eo. l. 2. Vel si non haberet, tunc tātum tempus, cuius non extat memoria, vt ff. de aqua quotidiana, & æstiua. l. hoc iure, §. aquæductus.

3 † Perfluen.

tuis debitā iniuriosè extruxit; Præses prouinciæ reuocare ad pristinam formam, damni etiam ratione habita, pro sua grauitate curabit. [a] PP. Cal. Febr. Præsente, & Albino Coss. 243.

Ordinata charitas incipit à seipso. h. d. Bal. & Sal.

Imp. Claudius A. Prisco.

LEX VI.

PRæses [1] † prouinciæ vsu aquæ, quam ex fonte iuris [b] tui profluere allegas, contra statutam consuetudinis [c] formam carere te non permittet: cum sit durum, & crudelitati proximum, [d] ex tuis prædijs aquæ agmen ortum, sitiētibus agris tuis, ad aliorum vsum vicinorū, iniuria propagari. [2] † PP. Cal. Maij, Claudio A. & Paterno Coss. 270.

In aqueductu antiqua cōsuetudo seruanda est. h. d. secundum Bart. & Bal.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. & CC. Iuliano PP.

LEX VII.

SI manifestè doceri possit, ius aquę ex vetere more, atque obseruatione per certa loca profluentis [e] [3] † vtilitatem certis fundis irrigandi [f] causa exhibere: procurator [g] noster, ne quid contra veterem formam, atque solemnem morem innouetur, prouidebit. PP. 4. Non. Maij Maximo 11. & Aquilino Coss. 286.

Contra seruitutē domum nō eleuo: sed præter seruitutē possum vsque ad cælum. h. d. Iac. But. & Bal. Vel sic: Domus potest altius eleuari, nisi probetur seruitus deberi. Et faciens fenestram in alieno, cogitur proprijs sumptibus rem in pristinum statum restituere. h. d. Salyc.

Ijdē AA. & CC. Aniceto. [4] †

LEX VIII.

ALtius quidem ædificia tollere, si domus seruitutem non debeat, [5] † dominus eius minimè prohibetur. [h] In pariete verò tuo, [i] si fenestram Iulianus vi, vel clàm fecisse conuincatur: sumptibus [k] suis [6] † opus tollere, & [7] † integrum parietem restituere compellitur. Dat. Calen. Ianuar. Sirmii AA. Coss. 293.

Ædificans contra debitam seruitutem, cogitur ędificatum tollere, qui tamen dicit seruitutem sibi deberi, debet illud probare. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Zesimo.

LEX IX.

SI in ædibus [l] vicini tibi debita seruitute, parie-

de damn. inf. & l. fluminum, §. fina. & l. Proculus. & de reg. iur. l. domum.

ADDITIO. De hac quæstione, & pluribus alijs circa eandem materiam vide plene per Bartol. in repetitione l. quominus, ff. de fluminib. & ibi plenissimè per Iason. de Mayno in quadam repetitione sua.

A*Ltius.*] CASVS. Si domus tua domui meæ altius non tollendi seruitutē nō debeat: quantū vis eā eleuare potes. & hoc in prima. Si aūt in pariete tuo, vi aut clam fenestram feci, immitter do tigni in ędes tuas. an sumptibus meis tollere debeam, quod feci, cum seruitutē mihi non deberes, & parietē reficere? Dī. quod sic. qua actione, nō aperit. tu dic, quod interdicto, quod vi aut clam.

¶ Not. ex hac l. quòd domus præsumitur libera a fundamentis, vsque ad cœlum, nisi probet seruitus, cōstituta, vel præscripta.

4 † Agineto.

¶ Not. sexto, ꝙ in pariete alterius, quis nō pōt facere fenestrā. & per consequens nec immittere tigna, sed in proprio pariete bene possum facere fenestram. Bald. hic.

5 † Nec. n. seruitutes habēt causas naturales, sed cōuentas, vel pscriptas. hodiè modo volunt rem prædij liberā, allodiale, non feudalem. Feudum enim est species seruitutis, quæ regulariter nō præsumitur, nisi probetur. Prora ri intelligitur feudalis, si ... talis fuit. Vide Gail. 2. obs. ... num. 2. & seq. Goth.

h *Prohibetur.*] vñ ergo, ꝙ quodlibet prædium præsumitur liberū, nisi ꝓbetur ꝯrariū, est enim eius vsque ad celū, cuius est solum, vt hic. & ff. de seruit. l. fin. §. pen. & ff. ꝙ vi aut clam. l. si. §. pen. & l. Proculus. & de regul. iur. l. domum. & de ser. vrb. præd. l. cum eo. & l. Imperatores. & l. eius. & ℂ. eo. l. si ... & l. si tibi. & ff. de ser. vrb. præd. l. qui luminib. Solu. ibi erat seruitus, & ideo altius nō tollit.

6 † Per prouidentiam prouincere.

7 † In.

d *Proximum.*] vnde dicitur. Alpibus ille perit, qui se plus diligit vllum, &c. ordinata enim charitas incipit à se.

S*I manifesta.*] CASVS. Debebas mihi seruitutem aquæ, mihi a te ante confiscationem constitutam: quæritur, an directè post confiscationem ducere possim? Respond. ꝙ sic. & agetur coram procuratore Cæsaris, qui cognoscet inter priuatum, & fiscum. Vel sic: Concessi tibi seruitutem aquæ ducendæ de fonte meo: vis aliter ducere eam, quam solitus eras, vel contra formam in constitutione seruitutis appositam: an possis, quæritur? Dicitur, quod non. & hoc prouidebit procurator Cęsaris si ad fiscum deuoluatur prędium. prima positio verior est.

e *Profluentis.*] ex prædio fisci.

Molendinu habens in flumine an possit impedire, ne aliud ibidē fiat?

f *Irrigandi.*] volebat procurator fisci innouare, ne haberet seruitutem.

g *Procurator.*] cum res inter fiscum, & priuatum agatur. Item no. argum. ex hac l. quòd si quis habeat molendinum in flumine, quod alius non potest supra facere aliud molendinum, per quod auertatur aqua etiam in suo. Sed contrarium est, vt ff. de aqua plu. arcen. l. si in meo fundo. & ff.

i *Tuo.*] id est tibi seruienti, vt propriè dicas.

k *Sumptibus suis.*] hoc per interdictum quod vi aut clam, vt ff. de alie. iudi. mu. causa fac. l. 3. §. 2. Vel per confessoriam, vt ℂ. eod. l. si quid. vel etiam per negatoriam, si propriè accipias, tuo.

S*I in ædibus.*] CASVS. Habebam seruitutem in domo vicini altius non tollendi. contra debitam seruitutem eam vicinus eleuauit: an possim compellere, vt sumptibus suis tollat, quod extruxit, quæritur? Dicitur quod sic, & hoc in prima. Si autem nullam seruitutem mihi debuit, quin altius quantum voluerit, tollat, prohibere non potero. & hoc in secunda.

l *Si in ædibus.*] idem dicit quod superior, sed stylum conuertit: imò non omnino idem.

S*I tibi.*] CASVS. Debebas mihi seruitutem aquæductus: non patiebaris me aquam ducere: ita quod non vtendo per 10. ann. vel per 20. eam amisi: an vendicare possim, quæritur? Dicitur quod sic, si probem mihi seruitutem deberi. alioquin licuit tibi me prohibuisse per operis extructionem, quod in agro tuo extruxisti.

e *Si tibi*] nam si hoc minime probetur, s. deberi seruitutē, vel si probetur quidē e contra monstratur, quod amisisti. & facit s. eod. l. altius.

P *Er agrū*. CASVS. Si per agrum vicini tui via vel actus cōstituta sit seruitus, eā petere potes: alioquin p agrum suum ire, vel agere eo inuito tibi non licebit: sed via publica prohiberi non poterit.

b *Minimè licet*.] de iure humano, vt hic, & Inst. de rer. diui. §. ferè. vers. planè secus de diuino. nam trāsire p agrum alienum fas est, vt in decretis. dist. 1. c. 1. Item fallit qđ hic dr̃ in casibus, vt ff. de relig. l. si quis sepulchrū, in prin. & ff. quemadmodū ser. amit. l. si locus, §. 1.

c *Prohibetur*.] nisi & qui prohibet, hēt ius obtinendi, vt fit in plan tris obuiātibus, vt ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. 1.

N *On modus*.] CASVS. Habebam ius aquæ ducēdæ per pdium tuū, ad pdium meū posteà acquisiui alia prędia: an ad illa prædia aquam te inuito ducere possim, quæritur? Rñ. q nō.

d *Non modus*.] si post seruitutem constitutam aucta sunt prædia, scilicet constituta ab initio. Accurs.

e *Modus*.] i. si multiplicata sint prędia, vel aucta, ei, cui debetur seruitus, non per hoc crescit seruitus aquæ ducendæ: sed seruitus, i. seruitutis impositio facit terminū & certitudinē, quanta debeat duci, vt ff. de seruit. rust. pręd. l. ex meo. & ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. §. illud. & ad hoc ff. de damno infect. l. damni, §. si is.

S *Icut vsumfructum*. CASVS. In vsufructu amittēdo certum tps est cōstitutum, s. decem annorū inter pñtes, viginti inter absentes, & nō biennale in immobilib. vel annale in mobilibus, sicut olim: ita & in cæteris seruitutib. amittendis idem obtinet, vt in hoc sit similis causa cuius-

Agrum̃ p alienum transire, an liceat.

1 † Aquæductus, & stillicidij seruitus, cū primū est constituta, quasi continua est. Continuaē enim facto naturæ citra factū hominis. Tigni, & oneris ferēdi continuæ. Idque continuo facto naturæ citra factum hominis. Iter, actus via, & similes seruitutes, discontinuæ: in his enim requiritur factum hominis, nō tamē perpetuum. Vuurms. 3. pract. 27. obseru. 1.

2 † Hactenus.

3 † Vtēdo.

4 † In.

5 † Aurelio.

6 † Cōcor. cilt. 2. cap. omnes leges.

7 † Iure.

tem altius ædificauit Heraclius: nouum opus suis sumptibus per pręsidem prouinciæ tollere compelletur. Sed si te seruitutem habuisse non probetur, tollendi altius ædificiū vicino non est interdictum. PP. 5. Calē. Iul. Sirmij AA. Coss. 293.

F Ilij.] CASVS. Si testamentum fecisti, & solēne: filij tui illud rescindere non poterunt, nisi per inoffic. querelam. Si autem nō solenne, puta adhibitis trib. testibus tm̄, & in illo minus solēni voluntate diuisionem bonorum tuorū inter eos fecisti, puta assignando vni prędia, quę vltra Rhenum erant, alij quę erant citra an iudex, qui cognoscit famil. ercisc. iudicio diuisionem factam in minus solenni voluntate bonorum tuorū inter eos seruare debeat, quæritur? Respon. quod sic, dum tñ vnusquisque filius non habeat minus legitima, quod si habeat, ex senatuscons. sibi supplebitur.

1 † Heracliano.

2 † intell. huius l. vide p Hieronymū ... in l. ex facto. nu. 271. de vulg. & pupill.

4 † Sniā huius legis pcēda est à Græcis, quæ ab Accursio ignorata fuit, q est, si pater quādā ex rebus suis diuisit, familię arbiter diuisas quidā (sicut eas diuisit) pa... tribuet in diuisa pro legitimarū partiū rōne. Ecolo. 20. ex tit. 3. c. 71. l. 21. t. Codi. Ge.

4 † Ad dictum.

d Filij.] idem est in cęteris liberis, vt infr. de testa. l. hac consultissimu. §. ex imperfecto. Accur.

e Testamentum.] nō etiam coram quinq; testibus factum.

f Inofficiosum.] largè ponitur hoc nomē, s. pro omni testamēto, q est factum contra officium pietatis, siue exhęredationē siue pręteritionem contineat. sic insti. de suc. lib. §. si vero testamentū.

g Possunt.] licet sit aliquis eorum gratus.

h Facultatem.] quia nec suo iure, nec iudicis officio.

i Deficiat.] quia nec quinque testes interfuerunt, ut inf. de cod. l. si. §. in omni.

k Verbis.] puta, sic dixit, omnia bona mea diuidatis inter vos filij mei, secundum quosdam, quòd non placet, quia dicit retentionis modo seruato. Vel melius dic vnum fundū tibi, & alijs alia bona relinquo. Vel dic ipse pater diuisit.

l Ab intestato.] Ex hoc dicunt quidam, quod ex minus solenni voluntate parentis non succeditur, nisi ab intestato, quod non placet cum lex dicat, quòd quælibet patris volūtas inter liberos est seruanda, vt ... est infin. ergo & hic, & ita ter liberos ex testamēto pōt successio seruā... statio mentis, vt in Glo. vt stit. de testam. in hoc velle princ. sed nihilominus dicere per nus potest ei ab intestato succedi, vt ... etymolo... omisit causa test... per totum, & sic hic ... dicit, & inf. l. fin. nec quo ... obst. ... Patris ... cum ... hoc ab intestato, &c. ...

pertinere ad patrē tuum placuit, ei [a] firmauit: earum vendicationem habere potes, si patri tuo successisti. Si verò placitum diuisionis vsque ad pactum stetit, [b] arbiter familiæ erciscundæ iudicio vobis datus, communionem inter vos finiri prouidebit. [c]

Iudex in diuidendo inter liberos, debet sequi voluntatem defuncti etiam non solennem. hoc dicit secundum Bar. & Bald. Vel sic: iudex in diuidendo inter liberos, debet sequi voluntatem defuncti etiam non solennem: licet non succedatur ex testamento, sed ab intestato: salua tamen Falcidia, vel Trebellianica, si alicui eorum nō remaneret integra. hoc dicit secundum Pau. de Cast.

Iidem AA. Heraclio. [1] †

LEX XVI.

Filij [d] patris [2] † testamētum [e] rescindendi, si hoc inofficiosum [f] probare non possunt, [g] nullam habent facultatem. [h] Sed & si tam circa testamentum, quam etiam codicillos iudiciū eius deficiat, [i] verum quibuscunq; verbis [k] voluntas eius declarata sit, licet ab intestato [l] ei fuerit successum, [3] † ex senatusconsulto [m] retētionis modo seruato [n] familiæ erciscundę iudicio aditum [o] [4] † iudicem sequi voluntatem patris oportere, iuris auctoritate significatur.

Diuisio facta inter præsentes, iuri absentis non pręiudicat. hoc dicit Bald. Vel sic: Diuisio facta inter quosdam ex sociis, aliis absentibus non præiudicat. h. d. secundum Pau. de Cast.

Iidem AA. & CC. Commodiano.

LEX XVII.

Cohæredibus diuisionē inter se facientibus, [p] iuri absentis, & ignorantis minimè derogari, [q] ac pro indiuiso portionem eam, quæ initio ipsius fuit, in omnibus communibus rebus eum retinere certissimum est. Vnde portionem tuam cum reditibus [r] arbitrio familiæ erciscundæ percipere potes, ex facta inter cohęredes diuisione nullum pręiudicium timens. Dat. 7. Calen. Dec. Sirmij. AA. Coss.

Quod pater nomine vnius filij, vel filiæ emit & sibi tradidit, debet illi adiudicari, & in hoc iudicio habetur ratio sumptuum per vnum ex cohæredibus factorum in re communi. hoc dicit Bart. Vel sic: Donatio facta à patre filiæ familias, morte confirmatur, et capit nim relicti et pręcipua adiudicatur filiæ. hoc dicit Iac. But. vsque ad ver. in communi. ibi dicit, quòd si vnus hęres de propriis expendit in rebus communibus, quod illud recuperat à cohæredibus. hoc dicit. Vel sic: Quod pater emit nomine vnius ex filiis, & sibi tradidit, videtur donasse, & tanquam donatum in diuisione hæreditatis sibi præcipuum adiudicatur, si donatio non fuit reuocata. Item in hoc iudicio habetur ratio impensarum factarum per vnum in rebus communibus. hoc dicit secundum Pau. de Cast.

m Ex senatusconsulto.] argumento Trebelliano, cui locum assiscit ... & in fideicōmissis, quæ ab intestato relinquuntur, vt hic cauit, ut ff. ad Trebell. l. recusare. §. 1. ff. ad legem Falcid. l. si filiusfamilias, videtur enim hic pater fideicommisisse eorū, vt contenti partib. assignatis, restituant cętera. ut ff. de leg. 2. l. peto. circa principiū nam & Falcidia inter hæredes locū habet, vt ff. ad leg. Falc. l. cohæredibus.

n Seruato.] eodem modo ac si ex testamento succederetur.

o Aditum.] id est, apprehensatum.

C Ohæredibus. CASVS. Si testator ... filiis relictis decessit, a duobus absentibus diuidere possint bona, quæritur? ... quod ... portio ... in reb. communibus ante diuisionē, seruabitur & cū fructib. percipiet, interim non timet pręiudicij si fieri per diuisionē ipso absente factam.

p Facientibus.] quod facere possunt quò ad personales præstationes, vt ff. eo. l. 2. §. dubitatum, & l. arbitrium, & ff. communi diui. l. & si non omnes.

q Derogari.] vt & inf. res inter alios acta, &c. Accur.

r Reditibus.] vt & sup. eo. l. non est.

F Iliæ.] CASVS. Si duabus filiabus hæreditatis insti-

institutis paterfam. decesserit: an res, quas vni nostrum cōparauit nomine suo, quasi nomine filiæ, post mortem suam cum alijs bonis veniant in diuisionem, nisi probetur patrem contrarium voluisse, quæritur? Dicitur, quòd non: & hoc quibusdam rescriptis Imperatorum comprobatur: quibus filia, nomine cuius res comparantur, aduersus sorores suas vti potest: & hoc in prima. An ... autem filia, quæ in de ... communi ... hæreditate ... bona ... pro portione ... quæ petit, quæ ... familiæ erciscundæ iudicio, vel neg. gest. & hoc in secunda.

a *Res comparauit.*] vt ... de iure nomine eius emit, vt ... quod per vltimum iudicium conferret in eam, vt hic, quod facit pro filio, cuius nomine pater emit libros, & pro hoc ff. eo. l. quæ pater. 2. & l. Pomponius Philadelphus, & de pecu. leg. l. fi. & de don. l. donationes in concubinam. §. species, & infra de don. inter virum & vxo. l. si filij tui. Sed cōtra inf. de coll. l. si ... in fi. sol. ... non eius nomine pater emit, sed suam rē filio donauit. Vel plenius solue, vt ... Sed aut est legat ... hoc, vel donatio causa mortis? Respon. non est donatio inter viuos, quia ... non valeret, vt ff. de inoff. don. l. 2. nec ... mortis, quia pater ex ea obligari nō poterat ... nec legatum cum nō in testamento relictum ... Sed dic esse quasi legatū, nō & non adita hæreditate patris cōfirmari morte ... secundum Azo.

1 † Intell. ... An ... filia ... bona ...

2 † In non ... loco ... Cui tc. 13. obser. 33.

Libros quos pater emit filio, an debeat filius habere pcipuos.

3 † Libera tia. Legatū & tum repetitur.

Ijdem AA. & CC. Domine.

LEX XVIII.

Filiæ,[1] † cuius nomine [a] † pater res comparauit,[a] si non postea contrarium eius iudicium [b] probetur, per arbitrium diuidendæ hęreditatis præcipuas adiudicari [c] sæpe rescriptum est.

¶ His[d] itaque, si patri successisti, quem nomine tuo quædam comparasse dicis, aduersus sororem tuam apud præsidem prouinciæ (si res [e] integra est) vti potes.

¶ In communi autem hæreditate, quin sumptus ab vno facti bone fide, familiæ [f] erciscundæ [g] iudicio vel negotiorum gestorum actione seruari possit, non est ambiguum. D. 12. Cal. Decēb. AA. Coss.

In hoc iudicio habetur ratio rerum a quibusdam ex hęredibus subtractarum, vel deterioratarum. Bald.

Ijdē AA. & CC. Liberati.[3] †

LEX XIX.

Incerti iuris non est, in familię erciscundæ iudicio earum rerum, quas ex cohæredibus quidam de communibus assumpserunt,[h] vel deteriores fecerunt, rationem esse habendam, eiusque rei cæteris præstandam indemnitatem.[i] D. 19. Cal. Ianuar. AA. Coss. 293.

Si res communis distrahitur communis nomine, pretium uenit in actionem mandati, vel negotiorum gestorum, si verò proprio nomine, venit in petitionem hæreditatis. hoc dicit. fac. Bu. Bal. & Salic.

Ijdem AA. & CC. Pactuele.

LEX XX.

In familiæ erciscundæ iudicio ab vno pro solido rei veluti communis vęnūdatę [k] pretium non venit:[l] sed mandati, si præcessit,[m] cohæres vēditoris agere potest: vel negotiorum gestorum si ratam fecerit venditionem.[n] Nam si velut [o] propriam vnus distraxerit, ac pretium possideat,[p] hæred. tas ab eo petenda est.[q] 3. Cal. Feb. CC. Coss. 295.

Iudex hoc in iudicio debet sequi patris voluntatem in rebus diuisis: sed in non diuisis sequitur iuris auctoritatem. h. d. Vel sic: Pater inter filios potest in se assumere officium arbitri diuidentis: & sufficit diuisio minus solemnis: sed quæ omittit pater, iudex supplet. h. d. secundum Bald.

b *Fuit in lectum.*] quia donasse præsumitur, nisi contra probat ...

c *Adiudicari.*] sed quo titulo? titu. quasi legati adiudicari ... quod semper datur præcipuum, vt inf. de coll. l. filiam. ... & sup. eo. l. si qua.

d *His itaque.*] s. rescriptis.

e *Si res integra.* quia nec sententiatum est, nec transactum est. sup. e. ... l. 1.

f *Familiæ.*] si res pro parte geri non possit, vel minus commo ... cum autem commode geri potuit pro parte, agitur neg. gest. vt hic subijcitur & ff. comm. diui. l. si quis putans. §. siue. & ff. eod. l. hæredes. § si vnus, & l. his consequenter. & l. Pomponius, & sup. de neg. gest. l. siue, & ff. de neg. gest. l. si communes ædes.

g *Erciscundæ.*] in luendo pignore, quod pro parte lui non poterat, vt ff. communi diuid. l. si quis putans.

Incerti.] CASVS. Duobus hæredibus relictis decessit testator, & vnus cohæredem de rebus hæreditarijs, vel consumpsit, vel deteriores fecit, in casu ratio est habenda, & alij cohæredi indemnitas præstanda, quæritur? Dicitur, quod sic.

h *Assumpserunt.*] id est, consumpserunt. Accur.

i *Indemnitatem.*] ... in duplum, & tenetur etiam hæres cohæredis: quæ duo non sic seruantur in l. Aquil. vt ff. eo. l. & puto. §. fin. & l. damno. & ff. communi diuidun. l. item quamuis, in princ.

In familia.] CASVS. Decessit Titius relictis tribus hæredibus: vnus rem communem vendidit, & pretium recepit, qua actione a cohæredibus ad pretium conueniri possit, quæritur? Distinguitur, an rem communē alienauerit nomine cohæredis: aut nomine suo tantum. In primo casu subdistingue, quia aut habuit mandatum, aut nō; primo casu conuenitur actione mandati. secūdo casu; si alij cohæredes ratā hēnt venditionem, conuenit act. neg. gest. nec veniet pretiū iudicio famil. ercisc. quia forte vēditio poterat pro parte expediri. Si nomine suo, conueniatur ad pretium petitione hęreditatis.

k *Venundatæ.*] id est venditæ.

l *Non venit.*] hoc ideo; quia pro parte poterat expediri, vt supra. eo. l. filiæ, in fine diximus. Vel quia hic erat actum, vt no. secūdum Io. ff. eo. l. hæredes. § idem est, & si vnus.

m *Præcessit.*] s. mandatum.

n *Venditionem.*] vt & sup. de neg. gest. l. ab vno. & de rei vend. l. mater.

o *Velut propriam.*] & per hoc patet, quod diffiteatur me esse hęredem.

p *Possideat.*] quod est loco rei, vt ff. de peti. hære. l. si & rē. idem si habeat emptorē obligatum, quia tunc, vt verus possessor conuenitur petitione hereditatis, vt ff. de pet. hær. l. regulariter, & l. quod si in diē.

q *Petenda est.*] i. pretium pro petenda hæreditate, ut hic, & ff. eo. d. l. inter cohæredes, in fi. §. Et ad euidentiam distingue, cum quis uendit rem communem, aut est communis ex causa societatis, & tunc si vendit rem communem sociorum voluntate, non vendicatur, sed agitur pro socio, si autem eis inuitis, tunc non præiudicat alijs, ff. ut ff. pro socio. l. nemo. Si autem ex alia causa est communis, aut ex causa hæreditaria, aut aliunde, quia donata, vel legata. primo casu si vendit, vt communem, ac per hoc verisimile est, quod alterum confiteatur cohæredem, agitur ad pretium familiæ erciscundæ, nisi pro parte non potuit commode expediri, ut ff. eo d. l. hæredes, §. idem est & si unus & ff. comm. diuid. l. si quis putans, §. siue, & hoc siue interceda: mandatum, siue non, hæc enim actio secum aliam admittit, ut ff. eod. l. & puto. §. sed & si dolo. Si vero pro parte potuit expediri uenditio, agitur actione neg. gest. uel mandati, si mandaui de uendendo. Nec agitur communi diui. sicut nec fam. ercisc. quia pro parte commode potuit expediri, ut ff. communi diuid. l. si quis putans. §. siue, & hac l. prima. respond. Si autem rem uendidit, ut propriam, ac per hoc uerisimile est, quod diffiteatur me cohæredem, tunc proponam ad pretium petitionem hæredi-

1 Dic hoc verū, nisi res ad hoc esset in cōi deducta, vt vēdat, vt in mercib. & reb. vænalibus nam vnus ex socijs alijs ignorantibus vel contradicentibus non habent ista cāp̄ pōt vendere merces cōmunes, argu. eius qd̄ not. in l. Sabinus. ff. com. diui. & no. in l. nemo ff. pro socio. Paul.

reditatis, vt in hac l. 2. reſpond. & ff. ſi pars hære. per l. 1. §. proinde. Veriſimile autem ideo dixi, quia poteſt eſſe, quòd vendidit, vt propriam, & tamen confitetur me hæredem eſſe, & ſic agetur à l pretium famil. ercis. non nego geſt. Quia quod non ſuo nomine, geſtum eſt, ratum habere non poteſt: vt infra dicam. Item ſi vendidit vt communem, & diffitetur cuique ver me cohæredem: agam bis. l. 16. ſu petitione hæreditapra eo. quiti. Vbi autem ex alia buſcumq; cauſa non hæreditaindit ijs, l. ri: eſt communis, ſi vlt. inf. eo. quidem meo, & tuo Apud Hal. nomine vendis: nec legitur ma tamen ego mandaui: le, iudi io poſſum agere de pre- Idē errore eo actione negotioaccidit a- rum geſtorum ratum lijs legib. habendo. Si vero tuo pu ta l. 7. nomine tantum: non inf. de re- agam ad pretium cō pu l. le. 2. t a te, niſi in ſubſiinf. vt in di im: vt dixi ſupra de poſſeſſ. vi. rei vendic. l. mater 1. de Cuiac. reſpon. & §. finautē. ad Nou. Illud autem in om-

2. nibus verū eſt: quòd

2 † Hic col mandato interueniē- ligunt, pa- te agi poteſt manda- trem poſſe ti. Item & illud, quòd eligere v- ſemper poſſum rem nam rem, meam vendicare, niſi de qua te- voluntas mea præ ceſtari poſ- dat, vel ſequatur alie ſit; nec eā nationem: vel niſi vē liberos eli- dictum ſit? fiſco: vt pere poſſe inf. de com. re. alie. l. loco legiti ſecunda. Vel niſi coma, ſi mo- hæres, qui ſi ſolum do in alijs putat hæredem ven- rebus legi didit: quia ſenatuſcō- timam ha- ſultum noluit bonæ bere poſ- fidei poſſeſſorem affi ſint. vide ci damno, 1 vnde vi- Roſſi. à Va detur rem non poſſe le. 1. conſ. vendicari: vt ff. de pe 22. num. 1. tit. hæredita. lege ſed 1 Iſta glo. & ti. §. item ſi rem.

† Quibuſ

reputatur ſingularis ſm P. hic. ad hoc, licet bona fid. poſſeſ. hæredi. nō ſit dñs, tñ ne damnū patiat q ſenatuſcōſult. non vult, ſi ven dat rē hæreditariā tamquam hæres, nō poteſt cm- ptor moleſtari a ve- ro hærede: licet non cōſenſerit in vendi- tione. q ppetuo ne ſm eundē, & h ſ. l. ſ. ſ. ff. de leg. 2.

S *I cogitatione*] CASVS. Deceſſit pater famil. hæredibus relictis: cuilibet certas partes aſſignauit, puta omnia bona, quæ erant vltra Rhenum vni: alij, quæ erant vltra Sagonā, & quædam in montanis reliquit in diuiſo, diuidenda tamē inter cohæredes. an huic diuiſioni ſtari debeat, quæritur? Reſpon. q ſic. nec iudex familiæ erciſcundæ eam immutabit: quia bona, quæ erant in diuiſa, diuidet inter cohæredes pro æqualib. portionib. & dictis diuiſionibus ſtabit: & ſi vnus habet minus ſua legitima, de portionib. aliorum ſuppleatur licet cum ſinguli inſtituuntur, & aliquis eorum rogatur, vt ſit contentus certa re, quæ fortè quartam naturæ non faceret, portio legitima à cohæredib. ſibi complebitur, ſm Azo. & hic caſus verior eſt, quod colligi poteſt ex illis verbis, exemplo &c. & ex illis, pro virili præterea, &c.

a *Arbitri*] i. iudicis familiæ erciſcundæ.

b *Iudicio*] i. ſ. non ſcripto.

c *Qualicunque*.] in ſcriptis, vel non.

d *Inditio*] imperfecto, ſed ſcripto, vt innuit verbum, declarati: imò ad vtrumque refertur.

e *Suam*.] volentem maiorem hæreditatis partem ad aliquē ex liberis peruenire ad alium minorem.

f *Voluntatem*.] ſ. diuidendo res hæreditarias: quibuſdam tamen mi nus præteritis.

g *Exemplo*.] hoc ideo, vt dicunt quidam: quia Falcidia & hic facit tantum in teſtamento locum habet, ſed certè immò etiam ab inteſtato, vt infr. ſi omiſſa ſit cauſa teſta. l. ſina. & infra quando di. leg. ce. l. fin. Sed hoc ideo dixit exemplo: vt ſicut alijs detrahitur de legatis, & fideicommiſſis: ſic & hic de prælegatis, vt & ff. de hær. inſti. ex facto, 2. §. vnde ſcio. in fin. §.

h *Virili*] quia & in alijs habent viriles: licet per quandam prælegationem vnus habet pluſquam alius: vt hic. & ff. de hæred. inſti. ex facto. 2 §. 1. & ſic non eſt contra. ff. eo. quæ pater. 1.

i *Nulli*.] expreſſè vel tacitè ſ. vt res nō aſſignatæ expreſſè ſe quuntur illas, quas expreſſè aſſignauit, vt inſtrumentum fundum, aut vtdineta vineam, vt ff. eod. l. quæ pater.

k *Voluntatem*.] vt & ſupra de inoffic. teſta. l. pareſquæ & ſupra eod. l. quoties. & in auth. de trien. & ſemiſ. §. quod iā pecoll. 3. Et not. quod pro huiuſmodi diuiſione non agitur de euictione, vt ff. de legat. 2. l. cum pater. §. de euictis. ſecus in ea, quæ fit per iudicem, vel per partes, vt ſupra eod. l. ſi familiæ. Accur.

k *Voluntatem*.] ſingulis, prout defunctus voluit.

Falcidia & in teſtamento, & ab inteſtato locum habet.

Diuiſione facta à patre non agitur de euictione.

Ijdē AA. & CC. Fortunato.

LEX XXI.

SI cogitatione futuræ ſucceſſionis, officium arbitri [a] diuidendæ hæreditatis præueniendo pater communis iudicio [b] ſuo, qualicūq; [c] inditio [d] [1] q ſuam [e] declarauerit volūtatem: [f] inter eos, qui ei ſucceſſerunt, exēplo [g] Falcidiæ retentionis habita ratione, familiæ diuidendæ cauſa datus arbiter, pro virili [h] præterea portione eorū, quæ nulli [i] generaliter, vel ſpecialiter aſſignauit, facta diuiſione, in adiudicando patris [2] † ſequetur voluntatē. [k]

Error cohæredum non facit alteri acquiri dominium. Vel ſic: Non habens titulum non poteſt præſcribere contra iudicium famil. erciſc. Item longa poſſeſſio, & error non inducunt titulum. hoc dicit Bald. Vel ſic: Communis ſeruus ab vno ex hæredibus ſine titulo poſſeſſus, non vſucapitur: ſed pro cuiuſcunque hæredis portione diuiditur. b. d. Salic. Vel ſic: Qui poſſidet rem alienam ſine titulo licet domino ſciente, & patiente: non propterea acquirit dominium. b. d. Paul. de Caſt.

Ijdē AA. & CC. Dioniſio.

LEX XXII.

SEruum communem, non conſentientibus cohæredibus, ſed per errorem ad eū qui poſſidet, pertinere credentibus tenens: [l] cum omnis verus titulus deficiat, [m] ſuum [n] non facit: [o] ſed in portiones hæreditarias aſſignatas, [p] penes ſingulos ſucceſſores remanere manifeſtū eſt. PP. 5. Non. Ian.

Pactum cohæredum non præiudicat creditoribus: ſed inter ipſos cohæredes ſuum operatur effectum, b. d. Bal. & Paul. de Caſt.

Ijdem AA. & CC. Hermogeni.

LEX XXIII.

LIcet pacto diuiſionis aduerſus ſingulos actio pro hæreditarijs portionibus creditori parata mutari nō poſſit: [q] tamen ad exhibendam fidem ijs, quæ conuenerant, ſtipulationis, & iuri [r] adhibito remedio, qui placitum excedit, vrgeri poteſt: cū & hoc omiſſo, [s] ſi non contra-

S *Eruum*.] CASVS. Deceſſit Titius hæredibus relictis; vnus ſeruum hæreditariū per 10. vel 20. an. poſſedit: alijs per errorem credentib. eum ad cohæredē pertinere: ſi poſtea apparuerit eū communem fuiſſe non obſtante præſcriptione longi temporis, partes ſuas poſſunt vendicare, & portiones aſſignatas à l. 12. tab. penes eos remanere debere, manifeſtum eſt. Viuia.

l *Tenens*.] aliquis hæredum.

m *Deficiat*.] igitur & vſucapio.

n *Suum*.] nec per vſucapionem, nec per præſcriptionem. 10. vel 20. ann. ſed tantum 30.

o *Non facit*.] nam in præſcriptione, titulus eſt neceſſarius: vt hic. & ſup. de rei vend. re tua. & l. nulla & ff. pro donatio. l. 1. & de vſucap. l. Celſus. & inf. de præſcrip. long temp. l. diutina. & inf. quib. cau. ceſſat long. t. p. præſcrip. l. vnus.

p *Aſſignatas*] l. 12. tab. vt ſup. de pact. l. pacto ſucceſſorum & facit. inf. de dona. l. nec ignorans.

L *Icet*.] CASVS. Deceſſit quis tribus hæredibus relictis: duo a tertio ſtipulati erant, vt creditoribus hæreditarijs reſponderet: & aliquo dato pepigerunt, vt eis ſatisfaceret: ſi fidem ſeruare non vult, qua actione conueniri poſſit à cæteris cohæredibus, quæritur? Reſpond. quòd licet pactum ab eis interpoſitum præiudicare non poſſit creditoribus tamen cohæres, qui promiſit ad fidem ſeruandam, conuenietur actione ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interceſſerit: vel ſi non interceſſit, agetur ex pacto incontinenti adpoſitio act. præſcriptis verbis. hoc dicit.

q *Non poſſit*.] vt & ſup. de pact. l. debitorum. & l. pacto. & infra ſi cer. pet. l. 1.

r *Et iuris*] i. ſtipulationis iure factæ ſecundum Iō.

ſ *Omiſſo*.] id eſt, ſtipulatione non interueniente: ſed tantum pacto in rei traditione appoſito: vt inf. de re. permut.

mo.l.rebus & inf. de don.l.legem. & l.cum res. aliàs si non esset facta traditio, nulla ex tali pacto actio nasceretur, vt ff. de pact. diuisionis, & sup. eo. si diuisionem.

a *Commisse.*] post pactum interpositum: nam pacta nouissima sunt seruanda, vt sup. de pact. l. pacta nouissima.

titulum? Respon. quod hæc restitutio 6 fiet cohæredibus per hanc actionem. sicut & prælegationes veniunt in hoc iudicium: vt supra eodem. l. si qua. & ff. eo. l. inter cohæred. §. 1. & l. si ita legatum, vel quia hæredes restituta sibi diuident hoc iudicio: vt ff. eodem l. sed & eius in fin. Alij dicunt, quod etiam hi extranei fuerunt cum filijs instituti. Literam autem expone, filium idest filius. & sic infra de fideicommiss. le. eam quam, vel subaudies filius, & secundum vtramque erit suspensiua vsque in finem. Vel dic testator sanxit filium habentem quem, idest, aliquem fundum, & quod dicit in fine, compellitur, subaudi prædictus filius.

c *Portionem.*] idest, suam partem hæreditatis, quæ erat tertia, ne sit contra ff. de verbo. signif. l. nomen. §. portionis.

d *Hæreditaria parte prædij.*] Sed quare totam hæreditariā partem fundi computat in quartam, scilicet Trebellianicam: imo videtur, quod quartam hæreditariæ partis debeat computare solum: quartam enim cuiuslibet quartæ, quam habet in qualibet parte, debet computare: nec debet retinere totam quartā, quam haberet ab intestato in illo fundo pro illa parte, quam retinere debeat: sed in qualibet re quartam quartæ, quam haberet ab intestato, debet retinere, sicut computat quartam aliarū rerum, quas ex testamento habeat? Sed respon. secundum quosdam: quia hoc testator dixit: sed hoc refugium 7 est miserorum. Dic ergo secundum Ioan. 8 ꝙ hic fundus fuit filio prælegatus de hæreditate, & non cauit testator, vt quartam retineret de hæreditate. vnde contra voluntatem eius deducitur quarta. & ita cum faciat contra voluntatem retinendo, fiet contra suam in hoc: quia tota hæreditaria computabitur 9 in quartam, & nil curabitur inde scilicet, de hæreditaria. Cæterum si cauisset testator, vt quartam retineret de hæreditate, tunc fundus prælegatus esset præcipue suus. nec imputaret nisi tantum, quantum retineret: etiam si alij fuisset legatus, scilicet quartam suæ partis: ut si est vnus filius, tres vncias. si tres, vnam vnicam: vt ff. ad leg. Falcid. Titia. Sed huic lec. Io. ob. quod subijcit, si quid deest in supplementum &c. quia si fundus est prælegatus, ut dixi: ergo hæreditaria portio tantum computatur in quartam: non etiam quod deest ad quartam, in eodem fundo est soluendum, cum extra quartam sit, quod a cohærede percipitur: vt d. titul. lege in quartam. Sed respond. Ioan. quod hic filius rogatus fuerat extraneis dare fundum, & ita totum: & aliquod filio dare, & eodem modo fratribus, & ab ijsdem aliquid recipere debebat. Computabit ergo sibi in quartam hæreditariam partem prædij. Item quod accepit a cohæredibus: Item quod accipiet ab extraneis in eodem fundo, idest pro eodem fundo restituendo, quem prælegatum habebat non enim intelligendum est, vt in eodem fundo habeat amplius, quam hæreditariam portionem, & ideo callidè posuit in litera, à cæteris, quasi dicat, ab extraneis. Vel dic, vt dicemus in glo. alia inferiori, §. destinatione &c. Vel si vis secundum Azo. & Hug. dic hunc fundum collatū filio a parte, vel bene merito, 10. vel conferendo vltimum

abhi-

F*ilium.*] CASVS. Paterfam. habuit quater centum in bonis: & habuit quatuor filios, vni filiorum in vita sua dedit fundum valentem 40. ad sui sustentationem postea condidit testamentum, & instituit æqualiter quatuor filios, idest quemlibet in centum, cōputato fundo dato filio ad sustentationem in suis cap. & rogauit testator illum filium, cui dederat fundum, per fideicomm. vt restitueret cohæredibus suis, & quibusdam extraneis suam partē hæreditatis sub conditionibus, si nauis veniret ex Asia perceptis 10. a cohæredibus, cohæredes voluāt dare 10. ista conditione existente, debet restituere cohæredibus suam partem hæreditatis: vult deducere quartam: quæstio est, vnde dēat deducere, & qualiter: dicitur, quod debet computare in quartam illa 10. quæ percepturus est a cohæredibus, vel ab alijs. Itē quartam partem prædij sibi dati, quæ est 10. & ita habet 20. Item debet habere 5. in eodem fundo sibi dato ad supplementum & ita habet 25. quæ sunt quarta pars de centum: residuum de fundo debet restituere cohæredibus & hoc est, ꝙ dicit secundum Viuia. vel pone casum aliter, vt in gl. 1.

b *Filium.*] Fama & re difficilis est hæc lex. Dico ergo casum 1 secundum antiquos. Quidam habens trecenta: tres quoque filios, vni in vita fundum de suo patrimonio concessit ad sui sustentationem, & sic in peculium: quos tres filios solos hæredes instituit æqualiter: hæreditaria ergo portio cuiuslibet est centum, & rogauit filium, cui fundum cōcesserat, vt suam portionem hæreditatis restitueret cohæredibus, & quibusdam alijs sub conditione, puta si nauis ex Asia venerit perceptis a cohæredibus pone 10. hic autem debet habere quartam. idest 25. computantur autem in quartam illa 10. quæ accepi. a cohæredibus causa implendæ conditionis. Item hæreditaria pars prædij. pone, ꝙ valet fundus 12. ergo habet in fundo quatuor. sic ergo habet 14. ꝙ autem deest, soluetur ei in eodem fundo. Hoc non placet: quia non superesset aliquid de eo fundo restituendo, quod hic fuit, vt in fin. dicit 2. imò deesset. ideo dic, quod fundus valuit 30. 3 & sic habet 10. a cohæredibus. Item ex parte hæreditaria fundi, quæ est alia 10. desunt 5. illa accipit ex eodem fundo. & sic supersunt in fundo 15. quæ restituit vna cum alijs, quæ habet de illa hæreditate. Sed de qua quarta loquitur? Respond. 4. de Trebellianica, quæ ex vniuersitate detrahitur. vt ff. ad Trebellia. nam quod. §. fina. & l. cogi. in princip. & §. generaliter. Non autem de quarta iure naturæ: quia in illa 5 non computantur data causa implendæ conditionis: vt supra. de inofficio. testa. l. scimus. nec de illa iure institutionis: quia illa ex singularibus relictis detrahitur per leg. Falcid. vt institut. de fideicom. hæred. §. restituta, in fine. §. sed secundum hoc quid faciet ad

rium conuenisse a probaretur, præscriptis verbis conueniri potuisset.

Famosa, & difficilis est hæc lex: & hoc intendit: Fideicommissum vniuersale restituendum post conditionis euentum, conditione adueniente, debet restitui, quarta deducta: in quam computatur hereditaria portio fundi in peculium dati secundū antiquos, vel prælegati secundum Ioannem, vel mortis causa dati, seu donati secundum Azo. & acceptum causa conditionis implendæ. hoc dicit secundū cōmunem lec. Iac. But. Bald. Vel sic: Filius grauatus de restituendo cohæredibus suis partem suam hæreditatis, in quartam Trebellianicam, quæ sibi debetur, tenetur computare totam hæreditariam partem fundi sibi concessi per patrem in peculiū profectitium, etiam quicquid datum est a cohæredibus gratia conditionis implendæ: & si ista non sufficiant, debet suppleri in eodē funeo, & sic de portionibus aliorum coheredum, quas in eo habent. Residuum verò quatenus habent vltra quartam tam in eodem fundo, quàm in alijs rebus tenetur coheredib. restituere ex causa fideicommissi. Et totum expedictur officio iudicis diuidentis hæreditatem inter eos: & sic in iudicio famil. ercifcun. hoc dicit secundum Paul. de Cast.

Ijdem AA. & CC. Socrati.

LEX XXIIII.

FIlium, b quem 1 † habentem fundum, portionē c hæreditatis fratribus, & quibusdam alijs 2 † sub conditione verbis precarijs 3 † restituere sanxit testator, post eius conditionis euētum hæreditaria parte d prædij in

1. Sequuntur Bar. B. Pa. & Ias.

2 Imo non apertè dicit, & ideo ista lectu. est bona Bal. Paul. & Ias.

3 Concor. Bar. Bald. Pa. & Ias.

4 Idē prædicti scribētes hic.

5 Nec in Trebellianica hodie cura computetur in legitima Pa. & Ias.

6 Placet p diffcriiō s,

1 † Alciat li. 6. Parado. 5. cap. vide antē intell. nouū ad hāc l. per Bereng. Fernan. in l. i quartam. nu. 40. ad l. Falci. & per Coras. Polit. & alios scrib. hic.

2 † Idem si, solis fratribus. Ias.

3 † i. verbis obligs Ias.

7 Et bene Bar. Bald. P. & Ias.

8 Et malè Bar. Bald. Pau. & Ia.

9 In hoc placet prædict. doc.

10. Azo. sibi ipsi contradicit.

10 Donās dotaliter, ꝙ requiratur confirmatio mortis Bart. P, & Ias.

9]

Et bene arbitrium, puta emendo nomine ſuo, vnde venit in iudicium famil. ercis. percipiendus, vt ſup. eo. l. filiæ. Et bene dicit, quòd tota hæreditaria portio cōputatur in Falcidiam: quia contra voluntatem defuncti retinet quartā ſecus, ſi ex voluntate, vt ff. ad leg. Falc. l. Titia. nā ibi de Treb. Falc. dicit & ſic habet tres partes ſuas tanquā præcipuas. Nec obſt. qd ſequit, ſi qd deeſt, &c. nā hic dicit, vt vltra nomina partē imputet: ſed repetit qd dixerat; quaſi dicat hæreditaria parte pdij &c. q ſoluitur. i. hæreditaria in eodē fundo, de quo iam habet duas partes. Sed qd ſi oia hæc non ſufficiunt ad quartam? Rñ. cōpletur ex alijs iure cōi. Itē nunquid prælegationes cōputantur in fideicōmiſſo gnali? Rñ. diſtingue: vt infra de fi. dei. l. cum virū. Itē qđo imputabit ét hæreditaria partē rei, q̄ habiturus erat, ſi

Bar. Bald. Pa & Iaſ.

1 † Al ſupplemento.

2 † Pro parte ſtatuta. Od. & Iaſ.

3 † Cuiac. hic l. interpratur ex Ferat. 34. l. 78 in fi. ff. de hered. inſtit. Punces ita pōt explicari: Ad filium (oneratū a reſtitutionē portionis incertæ conditionis hac lege, aliquo viciſſim ab iis, qb. reſtituit, accepto) quatuor referunt termini. Retinere, ꝯpenſare, deducere, reddere. Fundū reſtituere tenet, ſed ex eo quartā deducit ſibi, retinere. Si tñ a fideicōmiſſarijs, accepit, quantum ſatis eſt ad quartam, id in eam imputabit, i. e. compenſatio, ſin minus ex fundo fideicōmiſſario deducit, quā tū ſatis eſt ad ſupplēdi quartam, ibi in ſupplemētum deducto, ſin plus reddere ꝯpellitur. ibi tex. dic. ſiuſſes ex hac poſtrema ſententia neceſſario colligere, iure etiā illum oneratū fideicōmiſſo vnam quartā accepiſſe.

quartæ ratione retenta, compenſata præterea quod à cohæredibus vice mutua percepit. [a] & ſi quid deeſt, in ſupplementum [1] † deducto, [2] † quod [b] à cæteris in eo [c] fundo ſoluitur, ſupra quartam habens, reddere compellitur. [3] † Dat. 5. Non. Ian. CC. Coss. 294.

Habens titulum ſingularem non tenetur conferre ſi non vult vniuerſaliter ſuccedere. Bal. Veliſic: Repudians hæreditatem non tenetur ad collationem. h. d. Salic.

hæres non fuiſſet, quia morte hmōi donationes ꝯfirmantur, & idem in prælegatis, ut ff. de leg. 1. l. qui filiabus. §. fin. & l. ſeq. Sed rñd. quia cum teſtator poſſet illa reuocare, vt cum non reuocet, ſed inſtituat, grauare, ut hæreditariam partē rei plegatæ, vel quartam hrditariæ cōputet, ut dictū eſt. Ex pdictis patet aliter ſecundū antiquos, vt in prædicta prima gl. fama &c. & in prin. huius l. & aliter ſecundū Io. & aliter ſcdm Azo. & H. l. illam poſſe intelligi. Item qualiter ꝯputat ſibi hrditariam partem prædij, cum a ſeipſo hre ea videatur. Vnde cadit in fideicommiſſum generale, vt ff. ad Treb. l. in fideicommiſſo. §. fi. quæ eſt contra. Sed certe ſatis cadit in fideicommiſſum, cum computet ſibi in quartā. Item no. quod hæc lex corrigitur hodie in eo, quod dicit ea illa imputari in quartam liberis primi gradus, ut ff. ad Treb. l. iubemus, in prin. Sed quidam dicunt hoc ideo ſic eſſe: quia ſic defunctus voluit, quod non placet, vt ibi notatur.

a *Percepit.*] ſ. deſtinatione 4 vel reipſa. Sed quare in vna re tantum quartam deducit, ſ. de fundo illo ſecundum caſum antiquorum? Rñ. quidam, 5 quia hoc teſtator dixit. Alij vt Lot. hoc præſumunt ex eo, quòd teſtator huic filio de dit hunc fundum etiam in vita. Vnde citum poſtea lex illā voluntatem imitatur quòd non placet: 6 quia talia peculia profectitia communia ſunt, & non præcipua, vt ſup. eod. l. certum eſt. Alij dicunt, 7 potuit in vna retineri Falci. vt hic in fi. Alij autem v... 8 eſſe ſpeciale pro filio illa ratione: quia & aliud eſt ſpeciale contra eum, ſ. quod computet in quartam acceptum a cohærede: nam extra quartam eſt, quod a cohęrede accipit, ut ff. ad l. g. Falc. in quartam, ibi. pro ea vero parte &c. quod non placet: 9 quod non computet in quartam, quod a cohæredib. acc... it, quod omnino eſt falſum duabus rationibus. Nam ſi pecuniam hæreditariam a cohærede accipiat, a ſeipſo & quaſi iure hæreditario hre videtur, vnde cōputat. ut ff. de leg. 1. l. cum pater. in prin. Idem ſi corpus non hæreditarium à cohærede accipiat, ut ead. l. & ff. ad Treb. l. deducta. §. nummis. Nec obſt. ro. dicta l. in quartam, quia loquitur cum eſt hæreditarium, quod à cohærede percipitur: vnde non poteſt eadem ratione habere eandem rem, iure legati, & iure hæreditario vt ff. de cond. & demonſt. l. Titiæ ſi impleris. Hic autem hæreditarium non fuit hoc, quod accepit cauſa implendæ conditionis. Item alia ratione: quia ſi duo ſumus cohæredes, & a me tibi & te mihi legatum relinquitur: vt eſt in caſu noſtro; item & alijs relinquitur a nobis, ego vtar retentione Falcid. contra alios, & computabo mihi in quartam meam, quod a te perceptum ſum, & tanto minus a te ſubtraham: ſed alijs non per hoc minus ſubtraham, licet in hac Falcid. iure inſtitutionis aliis non conſequenter legata imputari, vt ff. ad legem Falcid. l. Nonnunquam, reſpond. & l. in quartam, in princip. Multo ergo magis in hac quarta debet fieri computatio

horum, quæ à cohærede percipiuntur, in qua etiam legata vide Cuiac ab alijs imputantur: vt d. l. in quartam. Alij dicunt, 11 ſolā obſt. ſoluitur a volentibus, & volenti. Alij, vt Ioan. 12 tranſponunt. 4. Coth. literam hoc modo: ſoluitur a cæteris, ſ. ſancta detractione. Eſt de ſingulis, & ſupra quartam habens in eodem fundo & c. ſect. Azo vt in alio glo. Et vtique diſpli hæc elareant, ſi ien. cet Barto. dum eſt aliam eſſe Bal. Paul. quartam iure naturæ & Iaſ. quo in qua omnia data iad text. putantur præter do. 4 † Emancipationem ſimpliciter emancipato ſi. & fructus, patrimo. licet. Id. in ... Nam in teb. prin Græca adcipat. dēt habere hāc le. ſup quartā. 13 vt ſupr deplēt. vide inoffi. teſtamen. l. ſi. Cuiac. 13. trac. §. primo, & l. ſi obſer. 33. qi. §. fin. Aliam de 3 iſta plabitam iure inſtitutio et Bar. B nis, in qua ea ſola in P. & Ia. in putatur, quæ iure hę. reipſa, nō hæreditario capiuntur, tū in quarta 14. vt ff. ad leg. Falci. tū proſe in quartam, quando quit opique tū etiam legata min. Alex. imputantur, vt ff. ad 4 Scilicet legem Fal. id. Neſentes ſtōris & niius. Itē ſi dentur aſſic peride ſtatuliberò nūmi pe. hr, ac ſi eſſet

Iidem AA & CC. Diocl.

LEX XXV.

E X cauſa [d] donationis, vel aliunde [e] tibi [4] † quæſita, [f] cuius ſucceſſionem reſpueris, conferre fratribus compelli non potes. D. Idus. Apri. Tuſco, & Anulino Coſs.

Diuiſio, vel diſpoſitio teſtati, vel inteſtati inter liberos, valet etiam imperfecta, id eſt, ſine ſolennitate legali. Sed ſi perſona extranei permiſcetur: quo ad extraneum non valet. hoc dicit Bald.

culiares, in hoc caſu ſolo imputantur, 15 vt ff. ad leg. Falc. ſet præcedi. l. id autem. Item aliam debitam iure Trebellianico, tum in qua & legata & fideicommiſſa, & data cauſa implendæ conditionis ab extraneo imputantur. Si autem detur ali. ..quid a cohærede, ſi quidem corpus non hæreditarium, idem eſt, & ſi hęreditarium, ſi quidem pecunia, idem eſt, ſi autem ſpecies hæreditaria, pro ea parte quam habet iure hæreditario, imputabitur, 16 pro ea vero quam a cohærede accepit, extra quartam eſt, ut hac l. & ff. ad Trebell. l. deducta. §. nummis. De fructibus autem quando computentur ſecūdū in quartam iure naturæ, habes ff. de inoffic. teſtam. l. Papinianus. §. ſi condi... i. vers. vnde ſi quis. Quando verò ſcdm in quartam iure inſtitutionis, habes. ff. ad legem Falcid. l. dict. in lege Falcidia, placuit. & l. Paulus. Quando vero in Trebellianicam, dixi inf. ad Trebell. l. iubemus. Et not. quod quarta alia iure naturæ, alia iure Trebellianico, alia inſtitutionis, alia debita ex conſtitutione diui. Pij, alia debita patrono in bonis liberti, alia de qua dicitur inf. quando & quibus quarta pars, l. prima. in princip. & infra de impo. lucra. deſc. l. vnica eo lib. alia, de qua dicitur inf. de diuor. & repud. l. pen. Item alia inf. v. nde vir & vxo. Authen. præterea.

5 Et machinatum B. Bald. 6 Imò eſt bona Bar. B. & Iaſ. ſingu... 7 Et malè B. 8 Et malè Et not. B. & alij. 9 Et bene Bar. & B. P. & Iaſ. 10 Placet Bar. & P. ſed diſplicet B & I. 11 Reprobāt per B. B. P. & Ia. licet ſit vera in ſe ſecundum Ia. 12 Reprobāt et per B. & Iaſ. 13 Approbat. B. P. & Iaſ. 14 Cōcordāt. do. 15 Et leſſe ne Bar. B. P. & Iaſ. 16 Sequūt gloſſ. B. P. & Iaſ. 17 Placet B. B. P. & Ia. quò ad tex. & ē caſu quo. fin quoad hoc & ſecūdum Ia.

b *Quod a cæteris.*] ſ. cohæredibus fratribus, uel ſecundum alios ab extraneis.

c *In eo.*] ſic ergo in vna re poteſt Falcidia retineri ſecundū quoſdam, ut hic, 17 & ff. de leg. 2. poteſt, & l. non amplius. §. licet in ſed illa loquitur in parte bonorum legata. Sed contra dicimus, vt ff. ad leg. Falc. Plautius, & dixi inf. ad leg. Falc. cundū l. in imponenda. & ex eone, vt modo dixi, ſecundum Ioann. & Azo.

E *X cauſa donationis.*] CASVS. Deceſſit paterfam. relictis duob. hęredib. ſ. d. Titius portionem ſuam hæreditatarum repudiare vult, & ea, quæ ſibi pater dedit, vel aliū de acquiſiuit, retinere, an compelli debeat ea cum cohærede ſuo conferre, quæritur? Reſ. ... quod non.

d *Ex cauſa donationis.*] hodie ſecus ſi donetur vni ab auo in officioſe, vt ff. pe inoffi. teſtam. auth. vnde & ſi patrus. Item ſecus ſi aliunde quæſitis, quæ non conferuntur, etiam ſi ... ſi tantum ... coll. l. fi.

e *Aliunde.*] id eſt, ex cauſa alia.

f *Quæ ſita.*] ab auo.

I *Ater liberos.*] CASVS. Paterfa. incœpit facere teſtamentum, ſed non compleuit, & hoc teſtamento imperfecto tres ... inſtituit hæredes, vel fecit codicillos adhibitis tribus teſtibus vel e... adhibitis ſcite duobus. In his voluntatem ſuam declarauit, & deſignauit ex quarta parte voluit vnū quenque eſſe hæredem, an talis diſpoſitio valeat, quæritur? 8 Et ... dicitur, quod ſic inter filios ſuos & emancipatos & alios deſcendentes. Quantum vero ad extraneos, ſi cum filijs nō alibi ſcriptis, non valet. & hoc in ſecunda.

Ex hac l.ibi, hæredes suos, no. quòd largè loquendo etiã emancipati possunt dici sui hæredes, & etiam illi, qui nec sunt in potestate, nec emancipati, vt in hæreditate materna licet propriè loquendo non; nisi existerent in potestate tempore mortis, l. in suis. ff. de lib. & posth. Paul.

a *Hæredes suos.*]idem hodie de illis, q nec sunt sui, nec emancipati, vt ex linea fœminina, vt infra de test. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.

b *Pares.*] in successione, licet dispares in gradu, vt filius & nepos ex alio filio mortuo.

c *Quos prætor.*]ideo dixit, quos, quia quidam extra potestatẽ positi non vocantur vt damnati de crimine capitali, vt ff. de bo. poss. l. edicto prætoris.

d *Neque impletum testamentum*] quantũ ad solennitatem, sed bene completũ quo ad voluntatem. Acc.

e *Vel iudicijs*]dum tamen duobus testibus probetur, ut argum. ff. de mi. testa. l. Lucius, idem videtur etiã iure veteri: vt ff. de leg. 2. l. peto. §. mater. quod non licet, vt ff. de cõfir. tu. l. 1. & d. l. peto. Dicit minus solennem, si quo ad tutoris datione, sed quo ad alia perfectã, & hoc dixi infra de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.

f *Ab intestato.*] vnde videtur voluntatem defuncti non esse, iniquandam. & de hoc dixi sup. eodem l. filij.

g *Seruato.*]in quarte fideicommissorũ retentione, & est sic sup. eo. l. si cogitatione, & l. quoties, & ff. eo. l. sed & si.

h *Pro nulla haberi.*] sicut supr. de inoffic. testa. l. si mater. & ff. de liuor. l. si. in prin. & ff. de leg. præst. l. 3. & 4. & infra. tit. 1. l. fin.

1 † Cuia. c. cõsulto negat testam valere sine testib. & 2. ad Afri. negat testes pertinere ad testamenti solennia. Goth. Ista gl. reputat singul. secundũ Bar. ad hoc, quod ad probationem iudiciũ requiratur duo teste.

2 † Cuiac. ad Nouel. 107. excipit vxore, propinquos, alumnos, & similes, argu. l. 38. ff. de fidei. liber.

3 † 2. Cod. Theod. 25. 12. Eclog. 2.

Imper. Constantinus A. ad Bassum P.P.

LEX XXVI.

INter omnes duntaxat hæredes suos, [a] qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares [b] videntur esse, vel emancipatos quos prætor [c] ad successionem vocat: siue cœptum, neque impletum testamentum, [d] vel codicillus, seu epistola parentis [1] † esse memoretur, siue quocunque alio modo scripturæ quibuscunque verbis, vel indicijs [e] inueniantur relictæ: iudicio familiæ erciscundæ (licet ab intestato [f] ad successionem liberi vocentur) seruato [g] senatusconsulto custodiatur, etiam si solennitate legum hmôi dispositio fuerit destituta. Si verò in huiusmodi voluntate designatis liberis, alia sit mista persona, certum est eam voluntatem quantum ad illam duntaxat personam permissam, pro nulla [h] haberi. [2] † D. Romæ Cal. Apr. Crispo. 2. & Constantino C. 2 Coss. 321.

IN AVTHENT.

¶ De trien & sem. § & quod sæpe. coll. 3. const. 5.

SI modo [i] subijciatur huic scripturę, vel ipsius parentis, vel omnium, inter quos fit partitio, liberorum subscriptio.

TITVLVS XXXVII.

Communi diuidundo. [3] †

Hæc actio datur contra singularem successorem: & in eam venit adiudicatio, vel diuisio secundum quòd commodius fieri potest: & post litis contestationem impedit alienationem fieri. hoc dicit, & in hoc vltimo est no. Paul. de Cast.

S*I modo.* CASVS. Dicitur in lege codicis, quod voluntas testatoris imperfecta valet inter liberos. Auth. hæc dicit hoc verum esse limitando legem codicis, si huic scripturæ imperfectę subscripsit testator, vel omnes liberi, inter quos debet diuidi hæreditas ista.

i *Si modo.*] caue tibi, quia lex codicis loquitur siue in scriptis, siue sine scriptis pater inter filios testetur minus solenniter. hic autem prosequitur tantum, quando in scriptis, vt pater, vel filij debeant subscribere, sed & tunc potest valere sine huiusmodi subscriptione: sed & tunc vt in Auth. alia, quę iungitur cum ista, quæ est inf. de testa. Auth. quod sine . .

Testam imperfecti solenniter liberos an requirat subscriptionem.

COMMVNI DIVIDVNDO.

De diuisoria vniuersitatis dixit, nunc de diuisoria singularum rerum.

F*Rater tuus.*] CASVS. Prædium tibi & sibi commune frater vendidit, tibi non præiudicat: sed tamen in parte sua non reuocabitur venditio, sed si prædium illud commune diuidi non potest, si plus obtuleris pro parte sua, quam emptor pro sua, communi diuidundo iudicio totum prædiũ consequeris. Si diuidi potest, media pars tibi adiudicabitur. Hęc sunt vera, si partem suã alienauerit ante lit. contes. post vero inuito fratre suo non potest.

Imp. Anton. A. Lucano. [4] †

LEX PRIMA.

FRater tuus si solam portionem prædij ad se pertinentem distraxerit, venditionem reuocari non oportet: [k] sed aduersus eum, cum quo tibi idem prædium commune esse cœpit, communi diuid. iudicio consiste: & ea actione, aut vniuersum prædium si licitatione viceris, exoluta socio parte pretij, [l] obtinebis: aut pretij portionem, si meliorem alius [m] conditionem obtulerit, consequeris. [n]

¶ Quòd si diuisio prędij sine cuiusquam iniuria commodè fieri potuerit, portionem suis finibus tibi adiudicatam possidebis: hoc, videlicet, custodiẽdo, vt post litis [o] contestationem nec [5] † partem suam, cęteris eiusdem rei dominis non consentientibus, alienare possim P PP. Calen. Mart. Romæ, Antonio A. 4. & Balbino Coss. 214.

Frater non potest obligare portionem fratris: & creditor, qui reperitur in possessione rei communis, potest prouocari ad diuisionem, & proceditur per licitationem, vel diuisionem, prout dictauerit æquitas iudicantis. Bald.

k *Non oportet.*]vt infra, de commu. rer. alie. l. falso. & de donatio. l. portionem, & de contrahend. emptio. l. dudum.

l *Parte pretij.*] idest pretio partis, parte tantum æstimata secundum quosdam, quod non placet, imo totus fund⁹ ęstimetur. vt hic, quia maior fit ęstimatio omnium partium, si totus æstimetur, quam si pars, vt ff. fam. ercis. l. Meuius. §. fin. Item pro hoc. ff. de leg. 2. l. cũ filius. in princi. & l. Mæuius. §. in fundo. & ff. ad leg. Falcid. l. in Falcidia, & de exceptio. do. l. pure. §. si cui. nam his legib. non potest seruitutis pars assignari. & iõ non possunt prędicti sic exponere, vt hic exponebant.

m *Alius.*]socius, vel etiam extraneus, vt inf. eo. l. 3. in fi.

n *Consequeris.*] hoc cum diuisio non potest fieri commode.

o *Post litis contestationem*]item nec ante, si fieret causa mutandi iudicij & pœna imponitur, vt ff. de alie. iudi. mu. causa fac. l. 1. in fi. In fami. ercisc. autem actione etiam post motam controuersiam prohibetur alienationes, vt ff. de pet. hęr. l. diuus. & l. sed si. §. si ante. nisi ex necessitate, vt ff. fam. erc. l. alienationes, sic & hic ex necessitate permittitur per eandem legem, vt ff. de fun. do. l. 1. & l. si fundum.

d *Possim.*] forte nec pignori obligare, vt infra. de reb. alie. non alie. l. si licet in re litigiosa sit aliud secundum quosdã. vt in Auth. de liti. §. ad hoc alias ab hoc coll. 8. nec enim erat hic quæstio de dominio, quia certum erat rem esse communem, & ideo non prohibetur alienatio tanquam in re litigiosa.

4 † Al. Luciano.

5 † Al. nemo nec. Et sic interdũ duę negationes magis negãt. ita in l. 24. ff. de dam. inf. vi. Cuiac. 10. obseru. 26.

S*I probatum.*] CASVS. Si veniam tibi & fratri tuo communem frater tuus obligauit, cum obligare non potuit,

potuit eam cum fructibus, quos ex parte tua percepit, præses tibi restitui iubeat. hoc in prima. Item agens communi diuidundo aduersus creditorem, si plus pro parte sua dare volueris, quam ipse pro parte tua, vnde partem fratris, & tuam, quam frater obligauit, data ei pecunia, quam iudex statuet, recuperabis: aut tua parte æstimata data tibi pecunia ad creditorem fratris tui totam vineã transferre faciet.

a *Non potuerit.*] vt infra titu. 1. l. si fratre, & infra si comm. res pignor. dat. sit, l. 1. & infra si res alie. pigno. dat. sit, per totum.

b *Restitui.*] agenti tibi rei vendicatione, cum socius negaris: vt ff. de excep. l. fundi, quem tuum, sic & ff. famil. ercis. l. 1. Vel dic etiam agendo cõmuni diuidundo, licet negetur socius, cum objiciatur quæstio præposterationis: vt ff. de euict. l. si mancipium, §. 1.

c *Cognoscet.*] scilicet, postmodum.

d *Eum.*] scilicet creditorem.

e *Valere.*] hoc cum inter creditorem, & domini alterius partis agitur, vt hic, & ff. communi diuidun. l. communi diuidũdo, 2. §. fin. secus si inter creditores: quia tunc tantum debitum æstimatur: vt ff. com. diui. l. communi diuidundo 2. §. inter. Itẽ æstimat partem hic a stimando totum, ut sup. proxi. dixi.

f *Data pecunia.*] scilicet tibi. & hoc quando commode diuidi non potest. Item not. hic casum, vbi quis cogitur alienare inuitus: sed volens videtur, cũ duplex sit hoc iudicium.

AD *Officium.*] CASVS. Si cum fratre tuo res habes cõmunes: ad officium iudicis pertinet diuidere. Si autem frater tuus partem earum vendidit, postea sunt tibi communes cum emptoribus. vnde cum emptoribus ages communi diuidundo iudicio, si a communione uel societate discedere uelis, & hoc in prima, & si forte ager fuerit, qui diuidi postulatur, nec commode diuidi potest: fiet æstimatio, & plus offerenti dabitur, & in pretio alij condemnabitur. & hoc in secunda. Si autem in licitando plus offerat, frater autẽ uolens plus offerre, non habeat quid offerat: supponere potest extraneũ emptorem, qui licitando plus offerat, & hoc in tertia.

g *Arbitri.*] idest, iudicis.

h *Pertinent.*] ut diuidat.

i *Communia.*] non alia: ut subijcit infra titu. proxim. l. fin. ibi.

1 † Vico.

Imp. Alexand. A. Auito [1] † militi.

LEX II.

SI probatum fuerit præsidi prouinciæ, fratrem tuum vineas cõmunes pignori dedisse: cum partem tuam, quã ĩ vineis habes, creditori obligare non potuerit: [a] præses prouinciæ restitui [b] tibi eam iubebit cum fructibus, quos creditor de parte tua perceperit. Idem præses prouinciæ de diuisione vinearum inter te, & creditorem fratris tui cognoscet: [c] & iubebit eũ [d] accepta pecunia, quanti statuerit partem fratris tui valere, [e] eam partem, quam de fratre tuo accepit, tibi restituere: aut æstimata tua parte, ad creditorem fratris tui data [f] pecunia, quanti eam æstimauerit, transferre. PP. 2. Id. Septemb. Alexan. A. 2. & Marcello Coss. 227.

Ista est no. lex. & h. d. In hoc iudicium veniunt, quæ sunt communia. Item per iudicem est facienda diuisio per aßignationem partium, vel poßeßionem diuersarum. Et sic vna alteri præponderat, venitur ad licitationem: & si alter consortium ex inopia non est par in licitando, admittitur extraneus licitator. Baldus.

Idem A. Verecundiano.

LEX III.

AD officium arbitri, [g] qui inter te, & fratrem tuũ pro diuidendis bonis datus fuit, ea sola pertinent, [h] quæ manent communia [i] tibi, & illi. Nam ea, quorum partẽ is vendidit, cum emptoribus tibi communia sunt: & aduersus singulos arbitrũ petere debes, si ab illorum quoq; societate discedi placeat.

¶ Cum autem regionibus diuidi [k] cõmodè aliquis agere inter socios [l] non potest, [m] vel ex pluribus singuli, [n] æstimatione iusta facta, vnicuique [o] sociorum adiudicantur, compensatione pretij inuicem facta: eoque, cui res maioris pretij obuenit, cæteris condemnato, [p] ad licitationem nonumquam etiam extraneo [2] † emptore admisso; maximè [q] si se non sufficere, ad iusta pretia alter ex socijs sua pecunia vincere, vilius licitantẽ [3] † profiteatur. PP. 5. Non. Maij, Iuliano & Crispino Coss. 223.

Diuiso facta inter fratres debet haberi rata, nisi beneficio restitutionis rescindatur: sed non diuisa debent diuidi: & in hoc iudicio habetur ratio culpæ, & fructuum. h. d. secundum Barte. & Bald.

Impp. Dioclet. & Maxim. AA. & CC. Herodæ.

LEX IIII.

SI maior [s] quinque & viginti annis soror tua tecum res communes diuisit; quamuis non instrumentis, sed alijs probationibus earum [4] † diréptam [t] communionem esse probetur: stare tamen finitis conuenit.

k *Diuidi.*] scilicet commodè. vt instit. de offic. iud. §. quod si commodè.

l *Socios.*] socij sunt conuentionali, vel non conuentionali societate. vt institu. de obligat. quæ ex quasi contract. §. item si inter.

m *Non potest.*] s. commode. ut inst. de offi. iudic. §. quod si commode.

n *Singuli.*] scilicet, fundi diuidi non possunt commodè.

o *Vnicuique.*] idest, huic, uel illi, in casu tamen præcise alteri: ut infra, de donat. l. sancimus, §. ne autẽ.

p *Condemnato.*] ut & ff. famil. ercisciund. l. Mæuius, §. arbiter. & ff. eo. l. si quis putans. §. si fundus.

q *Maxime.*] si scit se uilius licitantem non sufficere &c. & facit infra de uectigali. & comm. leg. tertia, & quarta.

r *Licitantem.*] & ponitur ex parte subiecti: sed posset poni ex parte prædicati: & est sensus, non posset uincere etiam uilius licitantem, cum sit 1 adeo pauper.

2 † Extra. nec. n. minus fauendũ, quam ppinquo, fa. l. 19. ff. de test. tu. Goth.

3 † Al. licẽtantem.

1 Tu dic illum accusatiuũ, licitantem, construendum cũ. si se, & adde infinitiuũ vincere illi infinitiuo sufficere.

SI *maior.*] CASVS. Bona tibi, & fratri tuo communia diuisisti, si scriptura in diuisione non interuenit, nec ob hoc rescindetur. & hoc in prima. Si uero minor fuisti, cum diuisisti, & te læsum probare posis: nec tempora restitutionis inuitus egressus fueris: restitueris, & hoc in secunda. Si autem bona communia remanserant inter uos: præses prouinciæ iubebit diuidi. Item doli, & culpæ ratio in hoc iudicio habetur. Viuianus.

s *Si maior.*] ut & supra tit. 1. l. non ideo, & infra, de fid. instr. l. instrumentis. Sed quid si non alijs probationibus probat: sed probat hoc, scilicet se possedisse rem, ut propriam pro parte una, & per 10. annos inter præsentes, uel 20. inter absentes: solus subiuit onera rei, & solus sensit commoda? Respon. secundum Azo. & Hug. uerisimile est diuisionem factam. arg. ff. de usur. l. cum de in rem uerso. & de aqua pluuia arcen. l. 1. §. fi. & infra de acq. poss. l. minus. An autem idem in eo, qui rei uendicatione conuenitur, ut non sit necesse probare titulũ, sed præsumatur dominos ex diuina detentione, posset quæri.

Diuisio an præsumatur facta ex lõga rei possessione, vel diuiso.

4 † Hal. quã lectionẽ probat Cuiac. 13. obser. 35.

ADDITIO. Bart. & communiter doct. hic respondent ad istam quæstionem, quod non, per l. nullo, supra de rei uend. Nec obstat, quod dicit hæc gl. in præcedẽti quæstione: quia ibi non agitur de tanto præiudicio &c.

t *Dirempta.*] idest, separatam.

Causa

a *Causa cognita.*] nec enim &c. vt ff. de iureiur. l. nam & postea §. si minor. & de hoc dixi supra si aduers. transact. leg. prima.
b *Idem.* [scilicet, præses.
c *Prouidebit.*] præses dico habiturus rationem sumptuũ &c. Et sic no. sumptuum. & fructuum rationẽ haberi: vt hic: & ff. eod. l. si quis putans, §. 1. & l. in communi, & l. antepe. & ff. pro socio. l. quib. casibus.
d *Et culpæ.*] vt ff. eo. l. in communi, & l. & si non omnes. §. venit, & l. si is, & ff. fa. ercisc. l. heredes, §. nõ tantum.
e *Hæc omnia.*] i. præstationes omnes.

Ratio sumptuum & fructuum haberi debet.

1 † Al. existimabit.

I*N communione.*] CASVS. Si cum sorore tua res habebas communes, si a cõmunione vis discedere, potes, & eas inter vos diuidet præses: quia nemo in cõmunione, vel societate inuitus detineri cõpellitur.
¶ No. ex hac lege regulam, quæ fallit in quibusdam personis, quæ non possunt ad diuisionem prouocare, possunt tamẽ prouocari, & isti ♃ sũt tres personæ. Minor, maritus in dote, & ecclesia. Bal. hic.
f *In communione.*] inchoanda, vt ff. de condi. indeb. si non sortem, §. si cẽtum, quod fallit ratione impossibilitatis in duobus casibus, vt ibi notaui. Vel verius hic subaudi retinendam, vt ff. pro soc. l. actione. §. item qui & infra pro socio. l. tamdiu. Sed hoc fallit ratione personæ: vt quia minor, vel maritus, vel ecclesia: quia isti non possunt prouocare, sed prouocari, vt ff. de condi. furti. l. & ideo eleganter, & infra, de præd. mino. l. inter. & infra, de fun. do. l. 1. & 2. Item fallit ratione pacti: vt ff. cod. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. Item ratione temporis, scilicet 30. ann. vt infra, de anna. excep. l. 1. §. ad hæc. Item si testator prohibuerit, vt infra, de reb. alie. non alie. l. fi. Accur.
g *Inuitus.*] fallit in pupillo & marito, qui de re dotali aliũ ad diuisionem vocare non potest.

2 † Aequabilitas.

Ecclesia, minor, maritus ad diuisionẽ nõ prouocãt, sed prouocantur.

¶Quòd si minor fuit, nec tẽpus in integrum restitutioni præfinitum adhuc excessit, an in integrum propter diuisionem restitui debeat, causa [a] cognita, præses prouinciæ æstimabit. [1] †

¶ Idem [b] eorum etiam, quæ vobis permanent cõmunia, fieri diuisionem prouidebit: [c] tam sumptuũ (si quis de vobis in res communes fecit) quam fructuum.

¶Item doli, & [d] culpæ (cum in communi diuidundo iudicium hæc [e] omnia venire nõ ambigatur) rationem, vt in omnibus [2] † æquabilitas seruetur, habiturus. Dat. 8. Idus Feb. CC. Coss. 294.

Nemo cogitur in communione manere. h. dicit Bald. & Salic.

Ijdem AA. CC. Secundino.

LEX V.

IN communione, [f] vel societate nemo compellitur inuitus [g] detineri, quã ꝓpter aditus præses prouinciæ ea, quæ communia tibi cum sorore perspexerit, diuidi prouidebit. Dat. 8. Calend. Sep. CC. Coss. 295.

TITVLVS XXXVIII.

Communia vtriusque iudicij tam familiæ ercisecundæ, quam communi diuidundo.

Diuisio habet instar seu similitudinẽ emptionis. h. d. Bal. & Sal.

COMMVNIA VTRIVSQVE, &c.

Dixit, quæ singularia sunt vtriusque iudicij: nunc quæ communia.

D*iuisionem.*] CASVS. Habebam tecum prædia communia: iudex orientalia mihi adiudicauit: occidentalia tibi: hæc diuisio vicem emptionis obtinet: puta propter euictionem, & dominij translationem.

h *Vicem.*] quia pars tua mihi adiudicatur, & mea tibi.
i *Placuit.*] diuisio enim est similis permutationi. 1 vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. hæreditatem, & permutatio emptioni: vt inf. a de rerum permut. l. 2. ff. de contrah. emptio. l. 1. ergo, & ipsa conueniunt enim quia ex vtraque possessio secuta dominium, vel causam vsucapiendi præstat: ut ff. de vsu. l. si per errorem, reque euicta vtrobique præstatur euictio vt infra eod. l. si fratres, bonæ fidei contractus est vterque: ut institu. de actio. §. actionum. Sed differunt: quia in emptione non est locus conditioni ob causam, secus in diuisione: ut ff. de re. perm. l. 1. in fi. cum diuisio appelletur permutatio: ut dixi. Item ex nudo pacto diuisionis nõ nascitur actio: ut ff. de pac. l. diuisionis, secus in emptione.

1 † Ista glo. non congrue loquitur secundum Paul. hic, quia nullum simile est ibi: ut not. in l. quod Nerua. ff. depositi.

Emptio & diuisio differunt.

Imp. Antoninus A. Marco.

LEX PRIMA.

DIuisionem prædiorum vicẽ [h] emptionis obtinere placuit [i] PP. 6. Calend. Decemb. Gentiano & Basso. Coss. 212.

Litigantes factum a non competenti iudice possunt cõfirmare. hoc dicit secundum Odofre. Bald. Vel sic; Diuisio facta a iudice incompetẽti potest partium cõsensu validari. hoc dicit Sal. Vel sic: Sententia nulla potest de cõsensu partium approbari; ad hoc semper allegatur ista l. Paul. de Cast.

Imp. Alexand. A. Euphratæ.

LEX II.

ETiam [k] si is diuisionis [l] arbitrum [m] dedit, cui dãdi ius non fuit; [n] tñ si socij [o] quõdam diuisioni cõsensum dederint: quod quisq; eorũ secundũ placita possedit, ꝓ parte socij dominiũ nactus est PP. 16. Cal. Decẽb. Alex. A. 3. & Dione Coss. 230.

In diuisionibus subuenitur ei, qui est deceptus dolo aduersarii, vel re ipsa vltra dimidiam iusti pretii. h. d. & no. Bar. Bal. & Salic.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. Seuæ.

LEX III.

MAioribus etiam, [p] per fraudem, [q] vel dolum, vel perperam [r] sine [s] iudicio [t] factis diuisionibus, solet subueniri: quia in bonæ fidei [3] † iudicijs, quod

E*Tiam.*] CASVS. Habebam tecum rem cõmunem: uolebas a cõmunione discedere: Abbas sanctæ Proculi nobis iudicẽ delegauit, qui cã diuideret: quia is delegauit, cui dandi iudicẽ licentia nõ fuit an illa facta diuisio infirmari debeat, quæritẽ. Dicitur, ꝙ non.
k *Etiam.*] pro parte.
l *Diuisionis.*] factæ ab illo delegato.
m *Arbitrũ.*] i. iudicẽ.
n *Non fuit.*] contra sup. de iurisd. om. iudi. l. priuatorũ, sed dic, potius tenuit auctoritate pacti, ꝗ arbitrio.
o *Si socij.*] quia, & ꝓ sua ipse habebat dominium. Et no. quòd non tenuit, consensu & pacto partium cõfirmatur: 2 vt supra titu. 2. si diuisionem, & de iurisd. om. iudi. l. 1. & inf. de test. l. nodubium, & item ra. habe. l. 3. in fi.

2 Concor. gl. n c. cũ clim. infr. post prin. de offi. deleg. vbi di cit, ꝙ si iudex excederet fines mandati scientibus præiudicat eis.

M*Aioribus.*] CASVS. Habebam tecũ rem cõm. dolo dante causam diuisioni, vel fraude inciden te in ipsa diuisione, vel perperam: quia re ipsa etiam deceptus vltra dimidiũ sine iudice eam diuisionem retractari possit? Dicitur, ꝙ sic, etiam si maior fuisset &c.
p *Maioribus etiam.*] q. d. non solum minoribus.
q *Per fraudem.*] vel dolum. i. per fraudulentum dolum. Vel dic fraudem. i. culpam, quæ incidit in dolum, qui det causam diuisioni. alij econtra: vel dic fraudem. i. culpam & dolum committit: ut sup. tit. prox. l. pen. in fin.
r *Vel perperam.*] cum vltra dimidiam fit alter deceptus ad instar venditionis: vt inf. de resc. in. vend. l. 2. & sup. eod. l. 1.
s *Sine.*] hoc ad proximum tantum refertur.
t *Iudicio.*] subaudi maxime. Vel dic sine iudicio referri ad tertiam clausulam, non ad duas primas.

3 † Vi. Cujac. 13. obser. 24.

Re-

a *Reformabitur.*] iudicio communi diuidundo. & non agitur ad diuisionem faciendam hic, sed ad decipiendum. Alij dicunt officio iudicis faciendum, vt plene diximus s. quibus ex cau. ma. l. in contractibus.

S*i patruus.*] CASVS. Cum patruo meo habebam pecuniam cōmunem: nomine suo ex pecunia illa rem comparauit: an rem illam, cum omnium bonorum socius non erat, communicare debet, quaeritur? Dicitur, quod non: sed vt pecunia communis diuidatur communi diuid. iudicio agere potero. b *Si patruus.*] id est, frater patris tui. c *Ex communibus.* bonis, scilicet nummis communibus, quibus res comparatur. Vel dic bonis, i. nummis redactis ex communibus bonis: & secundum hoc nummi erant tantū ementis: vt ff. de fur. l. qui vas, §. fin. & sic minus dubij, quam in primo. d *Gerens.*] i. suo nomine, alias secus: vt ff. de neg. ge. l. si ego. e *Non omnium bonorum.*] Nam tunc licet sibi quaereretur, cogeretur tamē communicare, vt ff. pro soc. l. si quis societatē. & l. praeced. f *Socius.*] s. factus ex conuentione, non autem coincidenter, vt quia haeredes sumus de vna haereditate, vt ff. pro socio. l. si fratres, in princ. g *Oportet.*] actione communi diuid. quia ex re communi percepit: vt s. tit. px. l. 2. h *Postulas.*] & vt s. de rei vendi. l. si ex ea pecunia. & j. si quis alteri, vel sibi. l. 1. & j. de pb. l. ad probationem. in fi. nisi sit miles, vel minor, vel ecclesia, vel maritus: vt dixi s. de rei vend. l. si vt proponis.

* Vltra dimidiā, qa diuisio vitiatur: cū emptio nis sustinet. Quod Galliç Curijs non probatur. Datur enim restitutio deceptis, vel ad quadrantem praedij. Gothof.

2 † Maximum.

* sibi. Vide Ferrar. in forma li. in cau. vendi. 37. in verbo, vendidit.

2 † Frontoni.

3 † al. existimabit. al. prouidebit.

inaequaliter* factum esse constiterit, in melius reformabitur. a PP. 16. Calend. Iul. ipsis AA. Coss. 293.

Res empta communi pecunia, nec redacta ex rebus communibus, non est communis: nec venit communicanda, nisi inter socios omnium bonorum: sed pecunia peti debet. h. d. & est multū quotidiana. Bar. Bal. & Sal.

Ijdē AA. ad Maximianū. 2 †

LEX IV.

Si patruus b tuus ex communibus bonis c res comparauit, sibi * negotium gerens, d non omnium e bonorum socius f constitutus, pro competentium portionum modo indemnitati tuae consuli oportet. g & ideò rem emptam communicare eum contra iuris formam postulas. h PP. 17. Cal. Nouemb. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 293.

Penes quem debeant esse communia instrumenta, iudex prouidere debet. h. dicit Bal. Sal. & Pau. de Cast.

Ijdem AA. Frontino 2 † & Gaffirioni.

LEX V.

De instrumētis, quę communia fratrem vestrū tenere proponitis, rector prouinciae aditus, i apud quem haec collocari debeant, aestimabit. k 3 † PP. 6. Id. Febru. Sirmij: AA. Coss. 293.

Conditio iuramenti apposita in diuisione debet impleri: alias diuisio non officit diuidenti. hoc d. Bal & Sal.

Ijdem AA. & CC. Thesidianae, & alijs.

LEX VI.

Si cum patruo vestro hac conditione diuisionem fecistis, vt se nullum dolum malum adhibuisse l iuraret, nec fidē placitis exhibuit, m quo minus res indiuisas n requiratis, eorum placitum, quae in diuisionem venerūt, nihil vobis nocere * potest. Dat. 5. Calen. April. Sirmij, CC. Coss. 294.

Ex contractu diuisionis quis tenetur de euictione, nisi aduersarius sciens res alienas, vel alii obligatas acceperit: quia tunc quis non tenetur, nisi promiserit. hoc d. secundum Bartol. & Bald. Vel sic: Diuisio facta extra iudicium inducit actionem de euictione, nisi facta sit inter scientes. h. d. Iacob. Butr.

Ijdē AA. & CC. Seueriano, & Flauiano, al. Flauillo.

LEX VII.

Si fratres vestri p indiuiso cōmune praediū citra vestram voluntatē obligauerunt, & hoc p ad vos secūdū pactum diuisionis, nulla pignoris facta mentione, peruenit: euictis q partibus, quę ante diuisionem sociorum r fuerunt, in qbus obligatio s tantum constitit, 4 † ex stipulatu, t si intercessit,* alioquin quanti interest, praescriptis verbis contra fratres agere potestis. u nam si fundi,

D*e instrumentis.*] CASVS. Habebas pdia cum fratribus tuis communia, & instrumenta: de his volebas, vt penes aliquem nostrum deponerentur instrumenta, quid iuris sit, quaeritur? Respond. quod praeses prouinciae existimabit penes, quem instrumenta debeant deponi: sed per quam actionem hoc debeat consequi, non aperit. Tu dic communi diuid. quae non datur ad diuisionem, sed ad iudicandum penes quem instrumenta debeant collocari: quod est speciale. & aliud est speciale, suprà eod. l. 3. vbi agitur non ad diuisionem, sed ne decipiatur.
i *Aditus.*] per actionem communi diuidundo, quae datur hoc casu, non ad diuisionem, sed ad iudicandum apud quem debeant esse instrumenta: sic & alias datur non ad diuisionem: vt sup. eod. l. maioribus. Accursius.
k *Aestimabit.*] personis, & rebus inspectis prius eis descriptis, & cautione praestita de his exhibendis, si quando fuerit opus: vt ff. fam. ercisc. l. si quae cautiones. & ff. de fide instrum. l. fi. & s. de eden. l. procurator.

S*i cum patruo.*] CASVS. Habebas res cōes cum patruo tuo: volebas a communione discedere. dedisti ei partem praedij, vt iuraret se in diuisione dolum non adhibuisse. Si autem vult stare pactis, an tale pactum tibi debeat nocere, quo minus possit petere, quod res indiuisae diuidantur, quaeritur? respon. quòd non.
l *Adhibuisse.*] in ea diuisione, vel in alio forte negotio.
m *Exhibuit.*] id est, non iurauit. Sed quid si iurauit, & inuenietur postea deierasse? Dicam non stari placitis, 1 & de dolo agi posse. & non sufficere solam poenam periurij. argum. ff. de dolo, l. si legatarius. Sed argu. §. s. de re. cre. l. 2. & ff. de iureiur. l. j. & 2. Sed ibi ex delatione specialiter fuit iuramentū praestitum: hic aūt spōtanea voluntate iurasse videtur. Sed videtur in casu huius l. debere remitti iusiurandum: vt ff. de cond. inst. l. quę sub conditione. vsque ad §. si quis. Sed fortè aliud est in ɔtractib⁹ inter viuos, qui sumunt firmitatem ex consensu vtriusque partis. Vel refert, debeat quis iurare de praeterito, quia non remittitur, vt ff. de iureiur. l. si quis. & ff. de cond. & demonstr. l. municipib. an de futuro, quando remittitur, vt ibi dicitur. 2
n *Indiuisas.*] pro iure.
* *Nihil vobis nocere.* quia sub conditione facta fuit ista diuisio. conditione ergo non impleta, soluitur diuisio. Vel secus ei rō voluntate pactum in diuisione, quod nomine quarundā rerum nō peteres fieri diuisionem: venies quidem contra pactum, cum nec ipse tibi seruet pactum vt s. de pact. l. cum proponas. 2

1 Istū glo. sequi videtur Paulus hic: licet Pet teneat contra. Iuramentum quādoque ex delatione, quandoque ex voluntate praestatur.

2 Iunge ambas hic. & ff. solutiones, & dic, quod iurisiurandum, siue sit de praeterito, siue de futuro remittitur in contractibus, in vltimis voluntatibus, tacitè, si de futuro remittitur p praetorem non de iure ciuili, vt in l. al. ad le. in glos. & in l. facta, §. si in danda, ff. ad Trebel. Pa. de Ca. hic.

4 † al. constitit.

S*i fratres.*] CASVS. Si frater tuus praedium pro indiuiso tuum ignorante te obligauit: si diuisione facta portio sua à creditore euicta fuerit: si stipulatus fueras de euictione, ages ex stipulatione: si non, ages praescriptis verbis ad interesse. Si verò te sciente obligauit, si stipulatio de euictione fuerit interposita, ages: alioquin non.
p *Hoc.*] scilicet praedium.
q *Euictis.*] p hypothecariā: vt ff. de euic. l. si mancipiū, §. f.
r *Sociorum.*] qui obligauerant.
s *Obligatio.*] vt s. tit. prox. l. 2. & j. de commu. re. alie. l. fin.
t *Ex stipulatu.*] id est, ex stipulatione.
u *Agere potestis.*] vt q s. tit. 2. l. si familiae. & ff. de euict. l.

ſi cum, §. fin. & hoc cum neſciuiſtis: aliàs non agitur, niſi ſtipulatio, vel pactio de euictione interuenit, vt ſubijcies vt inf. de euict. l. ſi fundum. ſic itaque pactum ſolum ad eam parandam ſufficit. Sed contra inf. communia de leg. l. fi. in fin. Sol. vt ibi. & facit ff. eod. Litem quamuis, in fine.

statoris, poſſit venire in diuiſionem. Dicitur, quòd ſic.

e *Teſtamenti.*] hodie determinat Authen. de iureiur. à mo. præſti. colum. 5.

f *Nihil impedit.*] nam diſpoſitiuæ voluntas ſeruantur, non enunciatiuæ: vt hic, & inf. de teſt. l. verba. niſi iurauerit, vt in auth. de iureiur. à mo. §. 1. col. 5.

S*I inter vos.*] CASVS. Habebam cum Titio rem cõem: facta diuiſione, & cuilibet noſtrũ portione ſua aſſignata, non vult Titius ſtare diuiſioni. an ſit audiendus, quæritur? Dicitur, quòd non.

a *Maiores.*] ſecus ſi minores: vt ſup. tit. 1. l. pen.

b *Finem accepit.*] his enim modis accipit finem; vt s. tit. 2. l. ſi diuiſionem. & ff. de pact. l. diuiſionis.

c *Conſenſu.*] hoc eſt per pactum. Vel dic ſolo conſenſu nõ reuocari re perfecta: vt & ff. de pact. l. ab emptione.

F*Amiliæ.*] CASVS. Lex iſta dicit, quòd iudiciũ famil. ercisc. & com. diuid. hñt locum pro corporib. cõibus ex hæreditaria cauſa, vel alia: ita demum ſi corpora communia ſunt. hoc eſt verum de directo dominio. ſed vtile dominium habet locum pro rebus diuiſis: puta pro damno dato, & ſic ſoluitur s. ff. cõmuni diuid. l. in ſumma.

d *Agi poteſt*] vt & ff. eod. l. per hoc. & in l. 2. in fin. Sed s. ff. cõi diuid. in ſumma. vbi etiã poſt interitũ rei cõis agitur. Idem & in familiæ erciſcundæ iudicio: vt ff. famil. ercisc. ſi ſeruus. Solu. hic dicit de directa: ibi de vtili. Itẽ cõtra ff. com. diui. l. 3. §. ſicut, & § fin. & ſeq. & ff. de dam. infect. l. ſi finita, §. ſi plures. in quibus legib. agitur communi diuid. pro præſtationibus, & ſumptibus factis, antequam res eſſet cõis: alias eſt in glo. poſt cõionem, ſed dicas agi vtili, non directa: vel reſpõde ad omnia, ita demũ agi põt, ſi vt ſuit diuiſio.

S*criptura.* CASVS. Paterfam. fecit teſtamentum, in quo omnia bona inter filios ſuos diuiſit, in vltima parte teſtamenti adiecit, ſe nihil indiuiſum reliquiſſe: an ſi appareat aliqua res indiuiſa, non obſtantibus verbis illius te-

ſcientes obligationẽ, dominium ſuſcepiſtis, tantum euictionis promiſſionem ſolennitate verborum, vel pacto promiſſam pbãtes, eos conueniendi facultatẽ habebitis. [1]† Da. Non. [2]† Decemb. Nicomediæ CC. Coſs. 294.

A diuiſione facta tradendo, vel poſſeſſionem dimittendo apud alterum de conſortibus, ſolo conſenſu recedi non poteſt. h. d. B. cum Sal.

Iidem AA. & CC. Nicomacho, & alijs.

LEX VIII.

SI inter vos maiores [a] annis vigintiquinque rerum communiũ diuiſio, relicta, vel tranſlata poſſeſſione, finem accipit: [b] inſtaurari mutuo bona fide terminata conſenſu [c] minimè poſſunt. Da. Non. Decẽb. CC. Coſs. 294.

Vbi non eſt cõmunio, non cadit diuiſio. h. d. Bal. & Sal.

Iidẽ AA. & CC. Demetria.

LEX IX.

FAmiliæ erciſcundæ, vel cõmuni diuidundo iudicio, ita demum, ſi corpora maneant communia, agi poteſt. [d] Dat. 6. Idus Decemb. Nicomediæ CC. Coſs. 294.

Verbis teſtatoris enunciatiuis non ſtatur, nec creditur, ſi contrarium apparet. h. d. Pau. de Caſt.

Iidẽ AA. & CC. Gallicano.

LEX X.

SCriptura teſtamenti, [e] qua ſpecialiter omnia diuiſa continentur, quo minus res, quarum teſtator non fecit mentionem, hæredes inquirere poſſint: nihil impedit. [f] Sine die & conſule.

Officiũ iudicis in diuiſione eſt familias non ſeparare, & ſeparatas coniungere. hoc d. Sal. Vel ſic: Officiũ iudicis in bonis diuidendis eſſe debet, vt vna familia ſeruorum adinuicem ſe attinentiũ non diuidatur, ſed integra nõ adiudicetur, ne inducatur dura ſeparatio. h. d. Pau. de Caſt.

Imp. Conſtantinus A. Cerulo rationali triũ puinciar.

LEX XI.

POſſeſſionum * diuiſiones ita fieri oportet, vt integra apud ſucceſſorem vnumquemque ſeruorum [e] vel colonorũ aſcriptitiæ cõditionis, ſeu inquilinorum proximorum agnatio, vel affinitas permaneat. [g] Quis enim ferat liberos à parentibus, à fratribus ſorores, à viris coniuges ſegregari?

¶ Igitur ſi qui ſic ſociata [3]† in ius diuerſum mancipia, vel colonos diſtraxerint, in vnum eadem redigere cogantur. [h] Dat. 3. Cal. Maij, Iulia. & Pauli. [4]† Coſs. 334.

Dos, & donatio propter nuptias ad patrẽ reuerſa debet eſſe pcipua illius filij, vel filiæ, p quo, vel qua data fuerit: extraneis inſtitutis cum illo, vel illa. Sed inſtitutis filiis debet ita demũ ad eundẽ redire, quando alij ſimile lucrũ haberẽt, non diuidendũ, aliàs diuiditur inter omnes. Vel ſic: Dos à patre profecta, & ad eum reuerſa, venit inter liberos diuidenda: niſi ratio inæqualitatis aliud inducat: ſed cum hærede extraneo non diuiditur, ſed ad ipſos liberos, pro quibus data fuerat, reuertitur. h. d. Iaco. But. & Pau. de Caſt.

Imp. Iuſtinia. A. ad Senatũ.

LEX XII.

ILlud [5]† æquitatis fouere rationibus benè nobis apparuit. Si quis etenim pro filio ſuo ante nuptias

P*Oſſeſſionum.* CASVS. Si fundum tecum habebã cõem, & in eo colonũ: & in diuiſione velim, vt mihi Stichus aſſignet & tibi vxor ſua: an ſim audiendus, quæritur. Dicitur, quòd non. ſed vni noſtrum vterque aſſignabitur, & in pecunia fiet condemnatio alteri.

g *Permaneat.*] aliàs pmaneret. ſic & s. de agric. & cenſi. l. diffinimus, §. illud, li. 11. & ff. de ædil. edict. l. pleriq; & ff. de leg. 1. l. ſi domus, §. q confitetur. & ff. de fun. inſtruc. l. q ſitum: §. itẽ lanificas. & s. de cuſto. reo. l. qm vnũ. Itẽ nec ipſa mancipia à terra debẽt ſeparari: vt s. de agri. & cenſi. l. 2. & l. quemadmodum, li. 11. Item nec vt Inſt. de offi. iud. §. quòd ſi commode.

h *Cogantur.*] ſ. in cõmunionẽ. vel poſtulabit iudicio cõi diuidũdo, vt aliter fiat diuiſio, vel adiudicatio. Sed quo poſtulãte? Reſpon. quolibet duorum. ſ. qñ iudex ſine volũtate eorum ita diuiſit. Sed q. d. ſi duo ſic diuiſerũt, vel ab alio ita diuiſa retinuerunt? Rñd. quilibet forte repellit, ſi cõſenſit ei, quod retractare intẽdit. arg. dictæ l. & l. 1. ſi domus, §. qui cõfitetur.

I*llud.*] CASVS. Si pr vel cõſimilis perſona dotẽ, vel donationẽ pp nuptias dedit, vel aliquis pro eis, & ſoluto matrimonio, ad eum dos vel donatio pp nuptias reuertatur, & facto teſtamento nõ faciat mentionẽ de illa dotis ſingulatione: aut teſtatus nec reperit inter extraneos, aut inter filios ſuos, & eſt noua & alius filius, & filia, ſecundum qui ſimiliter h... Pau. hic, runt dotem, & ante quia hæc, nup. do. quorum ma ... ſinit cõe... aliquas ... ſes ex paterna ſub... ...

ſtantia: iſti ſimiliter lucri cauſa dicũt habere hoc pcipuum, ... faciunt autẽ res reuerſas, pro ea quantitate æqua, que ... matrimonia.

1† al. conſiſtat.
2† aliàs 2. Nou.

* Ex lib. 2. tit. 23. l. 1. C. Theod.

3† Diſſociata, vt & in C. Th.

4† al. Proculo, & P. inc.

5† Iſta lex ...

tres lucrāti sunt distribui. Si autem nihil præcipuum habent, quorum durant adhuc connubia, communicantur, inter eos res ad patrem reuersæ: at si plures res ad patrem reuersæ sunt, quam ipse dedisset, fortè facto pacto de lucranda dote, vel propter nup. præcipuum habebit superfluum filius, vel filia, cuius nomine lucrari contingit. Si verò minus ad patrem peruenerit, quam dedisset, dispendium ad eundem filium, vel filiam, ad quos, vel quas datum est, pertinebit. Sin autem extranei sunt instituti tum filio & filia, quorum dos & ante nup. do. ad patrem reuersæ sunt, tunc extranei nihil habebunt de illa dote, vel donatione, si pater nullam fecit mentionem, & ita si bene inspicias in duobus casibus hic cessat collatio: & cum plus rediit ad patrem scilicet pro illo superfluo, & cum hæredes extranei instituti sunt. Sed nunquid corriguntur hæc hodie per auth. inf. de collat. ex testō? dic ꝙ non, ꝙ dic, vt in summa de colla. §. fi. ibi, facienda est.

donationem conscripserit,[a] vel dederit,[b] vel pro filia sua dotem, & hoc, quod dedit, iterum ad eundem reuertatur, vel stipulatione vel lege[c] hoc faciente: vel & si alio dotem, vel ante nuptias donationem dante, stipulationis paternæ tenor, vel fortè[d] legis hoc induxerit: ille autem testamento condito, vel filios suos, vel extraneos[e] scripserit hæredes & nihil de hmôi rebus, quæ ad eum reuersæ sunt,[f] vel peruenerunt, disposuerit: inueniantur alij liberi eius res à paterna substantia lucrati vel per ante nuptias donationem vel dotes, vel militiæ, causa, quia (vt pote testamento existente) non coguntur conferre,[g] tunc filius, vel filia easdē res, quæ ad patrem reuersæ sunt, vel peruenerunt,[h] habeant præcipuas, ad simile tamen lucrū cōputandas:[i] vt in præsenti casu tantum habeat ipse, vel ipsa; quantum eius fratres à patre sunt consecuti[k] secundum eos modos quos supra diximus. & quos supra diximus, & quos conferre propter testamentum non coarctantur.

Sin autem nihil tale penitus in fratres eorum à patre collatum est: neque ipsos sibi præcipuè hanc partē vindicare, sed quasi paternę facta substantiæ sit, inter omnes secundum institutionis tenorem diuidi. & hęc quidem, si inter fratres patris elogium compositum sit.

¶ Sin autē extranei sint scripti[l] hæredes, & nihil in testamento suo, neque in parte testator dixerit,[1] † tunc omnimodo[m] præcipuum habeat filius vel filia, quod ad patrē reuertitur, vel peruenit. Si tamen minus in fratres[n] collatum est, amplius aūt ex hmôi cā ad patrē peruenit, illo, qđ ad similem quantitatem concurrit, excepto,[o] cætera quasi paternæ substantiæ facta, secundum modum institutionis[p] diuidantur.

¶ Illo proculdubio[q] obseruando, quod si minus sit id, quod pater ex huiusmodi cā habuisset quantitate, quæ in fratres[r] collata[s] est: * tota hmôi portio ad eas personas perueniat, quarū occasione res ad patrem reuertitur.

¶ Ea igitur, quę in paterna persona diximus, obtinere volumus etiam in auo, & proauo paterno, vel materno, & in matre & in auia, & proauia paterna vel materna. Dat. 11. Cal. Aug. Constan. Lāpadio & Oreste VV.CC.Coss. 530.

TITVLVS XXXIX.
Finium[2] † regundorum.

Non inspiciuntur fines antiqui, sed fines in venditione designati: quia licitum est mutare terminos in propriis agris, hoc dicit, Bart. Vel sic: Dominus certam partē fundi vendens potest terminos secundum conuentionem venditionis apponere, ultra quos non licet emptori agere, Sal.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Nicephoro.[3] †

LEX PRIMA.

REgionem[t] †[*] certam fundi, proprij[4] † finibus eius mutatis, dominos eius distrahere, ac residuum retinere non prohibetur. Nec amplius emptor,

a *Conscripserit*. i. per scripturam dederit.

b *Vel dederit*. scilicet sine scriptura.

c *Vel lege*. etiam sine stipulatione: qa dos profectitia erat, vt j. de rei vxo. acto. l. vna, §. extraneum. Alij ponunt exemplum, quando mulier dimittit primū matrimonium, & ꝯtrahit secundum sine voluntate patris, nam dos redit ad patrem, vt infra de nupt. l. si vt proponis, 2.

d *Vel forte legis*. cū contemplatione patris dos data est, vnde habetur profectitia, vt ff. de iure do. l. profectitia.

e *Extraneos*. coniungit hos sed postea diuidit in responsione.

f *Sunt*. cum ipse dedit.

g *Conferre*. nisi pater expresse dixisset vt infra de coll. l. 1. Sed hodie hæc & illa corriguntur, per auth. ibi positam, ex testamento.

h *Peruenerunt*. cum alius dedi.

i *Computandas*. alias est in textu, computandā sunt.

k *Consecuti*. non plus, minus autem sic, si earum dos vel donatio fuerat minor. arg. infra ea. l. in fi.

l *Scripti*. scilicet cum filia, cuius dos reuersa est ad patrem, & sine alijs fratribus, quorum constat matrimonium. & idem dic de filio.

m *Omnimodo*. etiam si in fratres nihil tale collatum sit, & in hoc differt hic casus à superiore secundum quosdam: qđ non placet, vt infra prox. Sed dic omnimodo. s. etiam si extranei nihil habeāt vltra virilem, & hic §. vsque in fine, non corrigitur per auth. dictam, ex testamento. Quid autē si hæc filia & fratres & extranei sunt instituti? Respondeo idem esse, ac si filii & filios sine extraneis instituisset, Acc.

n *In fratres*. non institutos, idem si instituti.

o *Excepto*. i. præcipuo adiudicato huic filiæ, cuius dos est reuersa, sine dicas inter ipsam & fratres, quorum matrimonia durabant.

p *Institutionis*. inter ipsam & extraneum hæredem.

q *Proculdubio*. nunc dicit econtra.

r *In fratres*. qui nō sunt hæredes, idem & si essent.

s *Collata*. quando rediit.

FINIVM REgundorum.

Sicut superiore actione diuidunt, sic & hæc dirimit finiū quæstionē, vbi est quædam quasi communio, & ideo merito hic ponitur.

R*Egionem*. CASVS. illius legis ponitur in gloss. 1. sed clarius dic ꝙ quidam fundum habebat, cuius partes ꝓ non erant distincta, & vna vocabatur Titiana: alia Mutiana. dñs quoque alii volens ampliare, aliam distrahere, mutauit metā alterius, quā postea vēdidit: emptor vero aliam, petebat, licet venditio iterum idē post mutationem finium. Dī ꝙ non pōt, & facit ad hanc positionem, ff. eod. l. omnes

t *Regionem*. pone habeo fundum terminatum in duas partes, muto terminos, & alteram partem vendo, puta minorem, emptor, cedens primos termino. non posse mutari, ingreditur usque ad primos terminos in possessionem, cogetur quidem hoc iudicio, stare illis finibus, qui fuerunt tibi demonstrati in

1 † Edixerit.

* Solt. legēdum pu lat. Cod. hic.

2 † 2. Co. Theo. 20. Paul. 1. sententi. 16. adde Eclog. 58. 9. 1. Harmeno. 1. c.

3 † Al. Niciphoro.

* De materia finium regun. vide in c. ex literis ext. de prob. & ibi scribentes.

4 † Legis Cuiac. 15. obser. 33.

vendítione, nam potui agrum meum terminare, prout volui, vt hic, & inf. l. prox. & ff. eo. l. in finalib. & l. eos. & de le. 1. l. qđ in rerum natura §. si quis, & de le. 2. Caius in fin.
a *Rõne*. i. rõbiliter. Vel dic rõne quentionis, vt subijcit.

k *Finiatur*. per officium iudicis non sñiando, cum libellus non sit datus. Vel dic sententiando definitiuè. 2 sic & supra de rei ven. l. ordinarij, & infra de interdi. l. incerti, & sup. de iud. nulli. Et põt hoc hře locum, qñ habebã instřm, quo cõtinebatur, quod ego debebã habere 10. iugera: sed ego dico me hře minus. prius ergo quæritur, vsque ad quem locum possideo, qa feci semina ri terrã, & arari, & co li: & postea si minus est, q̃ dicat instrumẽtum meũ, scietur per agrimensorẽ: & etiã ipse iudex videt, si opus est, vt ff. eo. l. si irruptione, §. fina. & poneni termini ante
l *Et tunc* s. probato prius quantum vltra meum est.
m *Vt patefacta*: s. p hæc duo iudicia scilicet possessorio, & alio. s. cõi diuidundo quo pbaui p instřm vel testes, q̃tũ vltra est ager meus, finiatur lis vel subijt, agrimensore interueniente vice cuiusdã executoris.
n *Terminetur*. per sententiam, uel dic motu iudicis.
o *Hmõi qõ*. hic erat lis cõtestata ideo dr. qõ, aliàs non posset definitiuè pcedi, vt sup. de iu. l. pperãdũ §. j. sed i prĩ. huius l. dixit q̃rimoniã, quia ñ erat ibi lis ɔtestata.
ADDITIO. Putat Bar. hic, qđ qñ qõ est solũ de finib. & non de proprietate. lite nõ contest. possit ad definitiuã sñiam pueniri pro quo facit qđ no. ide Bar. in l. si omnes, sup. si minor ab hæredi. se absti.
p *Obseruante*. i. pñte.

S*Vccessionum*. CASVS. Cum haberemus agros confines antiquis terminis distinctos, placuit alios ponere, & a veterib. recedere. si forte postea his mutatis moueat quæstio iudex nouos fines sequetur. cũ alias termini successionum varietate & nouo cõsensu mutari possint. Viuianus.
b *Varietas*. s. quia vni succedunt duo hæredes, qui terminant inter se aliter, q̃ terminatũ habuit testator, vel tenuerit.
c *Agris*. s. partibus, agrorum.
d *Alterutro*. hodie dicimus alteri: sicut olim alio, hodie alij.
e *Monumenta*. i. terminos, à moneo: qa monent & docent quousq; ptẽdant fines. Vel p similitudinẽ: quia sicut sepulchrum est memoria hominum, sic p terminos finium memoria retinet. Vel appellat. monumenta, instrũ q̃ ptinẽt alios fines, q̃ mõ immutantur. Statur ergo antiquis terminis, nisi noui probent, vt hic, & s. l. prox. & ff. eo. l. eos, & l. in finalibus. & ff. de acqu. plu. arcen. quod principis.

S*I quis*. CASVS. Ego & Titius habebamus fundos distinctos, ego dico fines malè positos, qa vltra eos fundus meus porrigitur, pone per duo iugera, licet ego non possideam illa duo iugera: vñ puto aliter fines poni: tamen ordo seruandus est, vt primo de possessione. i. vsque ad quẽ locũ sĩt [illegible] de pprietate super duobus iugeribus cognoscatur, tertio agrimensore misso ad agrũ, hmõi litigiũ terminet pñte vtraq; parte, si adesse vult. Si vero pars aduersa se absentet, non eo minus iudex cum agrimensore & altera parte pñte aget ad j. partẽ. & facit s. de rei vend. l. ad eam.
f *Si quis*. actor agit finium regun. Primo inquiritur quantum tenet. Scdo, quot iugera ibi hře dẽat. Tertio mittitur [illegible] quantum hẽat minus ad [illegible] Quarto iudex definiet præcipiendo poni [illegible] vel per adiudicationem.
[illegible] aliqua fundi, vt ff. de ver. sig. l. locus. [illegible] agens finium regundorum.
[illegible] rei vendicatione inquirit iudex, quid [illegible] hic cũ dicam vltra terminos, vel [illegible] meum: sed in rei vendica[illegible] hic qq; [illegible] & ille sĩt in eius [illegible] distinguantur, [illegible] §. inst. de offic. iud. § si finium.

r Pro intellectu istius l. vide Ange. Are. in § quædam actiones, in gl. sup. ver. finium regun. inst. de actionibus.
[illegible]

1 † Traditione legit Cuia. de loco arg. l. 7. ff. de ac. emp.

quã qđ[1] † rõne[a] sm venditionis fuerit ad se peruenit vẽdicare pt pretextu terminorũ tpis añcedẽtis vẽdõnẽ. D. Id. Decẽ. Nicomediæ AA. Cos. 293.

Varietate successorum & consensu dominorum possunt agrorum termini mutari, h. d. Bar. Bal. & Pau. de Cast.

Ijdem AA. & CC. Tatiano.

LEX II.

SVccessionum varietas,[b] & vicinorum noui consensus, additis, vel detractis agris[c] alterutro,[d] determinationis veteris monumenta[e] sæpe permutat. D. 9. Cal. Ian. Nicomediæ AA. & Coss. 293.

In iudicio finium regundorum quæritur de proprietate possessione: & mensura committitur agrimensori: & secundum eius relationem postea iudex mandat terminos dirigi: & adiudicat, & altera parte, per contumaciam absente, potest iudex agrimensorem emittere, & definitiuam proferre, hoc dicit, Bal.

Imp. Constan. A. ad Tertullianũ P. V. Com. Dio. Asi.*

LEX III.

SI* quis[f] sup sui iuris locis[g] prior de finibus detulerit querimoniã,[h] quæ proprietatis controuersiæ cohæret:[i] prius possessionis[2] † qõ finiatur[k] & tunc[l] agrimensor ire præcipiatur ad loca, vt patefacta[m] veritate, hmõi litigiũ terminet.[n] Quod si altera pars, ne hmõi[o] qõ terminet, se subtraxerit: nihilominus agrimẽsor in ipsis locis iussione rectoris prouinciæ vna cum obseruante[p] parte hoc ipsum faciẽs perueniet. Da. 8. 3 † Ca. Mar. Veronæ, Gallicano, & Symmacho Coss. 330.

Qui post litem contestatam super finibus aliquid inuadit indebite, punitur, h. d. & istam legem commendat Rofre. in materia violentiarum. Vel sic: Qui post litem contesta. in iudicio finium regundorum occupat de alieno: illud hẽt reddere: & tantũdẽ suo, h. d. la. Butr. Bal. & Sal.

Idem A. ad Bassum P. V.

LEX IIII.

SI constiterit[q] *eũ, qui finalẽ[r] detulit[4] † qõnẽ,[s] prius quã aliquid sñia determinet rẽ sibi alienã vsurpare voluisse:[t] non solũ id, quod malè[u] petebat, amittat, sed quo magis vnusquisque cõtẽtus suo, nõ expectat[5] † iuris alieni: is q̃ irreptor agrorũ fuerit in lite superatus, tãtum agri modũ quantũ adimere[6] † tentauit,[x] amittat.[y] Lecta apud acta[7] † 13. Calend. Iul. Gallicano, & Symmacho Coss. 330.

2 Quia est unus, de casibus exceptis à regula, qđ ante li. contest. non debẽt testes recipi, uel sententiari, ut per gl. 1. in c. qin frequenter. x. ut lit. non contest.
3 † Al. 16.
* Ex lib. 2. titu. 26. l. 1. C. The. & The. & Iu. Frontino, ubi sup.
4 † Retulerit.
Quæstio & querimonia differunt.
5 † Al. expectet.
6 † Diripere.
7 † Senatũ.

S*I constiterit*. CASVS. Aliqs egit cõ uicinũ suũ de finib. litẽ est ɔtestatus: anteq̃ fi. regũ. pferret sñia, occupauit de terra vicini sui, & posuit fines propria auctoritate, quid iuris sit, quærit? Respõ. q. illud quod petebat, amittet, quod occupauit, restituet, & nihilominus tantundem de suo, & hoc est quod dicit.
q *Si constiterit*. s. iudici.
r *Qui finalem*. idest, de finibus.
s *Qõnem*. loquitur ergo hæc constõ de post litem contest. violentia commissa sed illa, si quis in tantam, j. vnde ui. loquitur & ante & post, & hæc de immobilibus tantum, illa ẽt de mobilibus, ut instit. vi bon. rap. §. sed nedum. Item hæc locum habet tantum, cum controuersia est de finibus.
t *Voluisse*. i. uoluntarie usurpasse, ne sit cõ. ff. de pœnis, l. cogitationis, sic & ff. de ter. diui. l. fi. & inf. de re cre. l. antepe. illi, renunciandum putauit, &c. Et hoc ẽt innuit uerbum, irreptor. & similitudo interuicti unde ui, & si quis in tantam & furti in quibus casib oportet factũ interuenire. Vel dic, quod non tanquam cogitauit, sed etiam ultra processit, unde punitur, ut sup. de his, qui ad eccl. confu. l. fi. in prin.

Voluntas sine effectu an sit punienda.

u *Malè*. si aũt bñ, amitteret tñ rẽ, sicut i ɔstõne, si qs i tãtã.
x *Tentauit*. i. temeratie ademit.
y *Amittat*. conpõne ex hac lege, & facit inf. de suffr. l. re.

Quin quæ

* Sciendũ ... **Q**Vinque pedum.] CASVS. De minori spatio quinque est legibus pedum olim non agebatur: hodie per hanc legem 12. tab. cauillud tollitur: quia de minori spatio agi potest, non obctũ fuisse, stante exceptione quinque pedum, si videris de alterius vt inter vi finibus occupatum. & hoc est quod dicit.

cinorũ p̃-a *Praescriptione*] id dia consti est exceptione, quidã tutis fini- dicunt sic scribi probus quin- scriptione, non praeque pedũ scriptione. q. d. pro- (qui fines tentione, vel prolonfiniũ dici gatione, vt pro loca- potuerũt) liter ponatur. Vel vespatiũ re- rius dic praescriptiolinquerẽt, ne, i. exceptione praevt eo spa- scriptionis. nam olim tio ire, a- si controuersia erat gere vter- de quinque pedibus que domi- tantum, vel minus, nus possẽt & ageretur hoc iu- Itaque, vt dicto, repellebatur acircumuer gens praescriptione, ti aratrum id est exceptione, qđ facto eate erat propter terrę vti nus falco litatem: sed hodie posset, id agitur quantumcumspatiũ vsu- que vnus de alterius capi lex ve finibus occupauerit tat. Serui- per hanc legem. Sed tus itine- Petrus Baylardus, q. ris, seu iter se iactauit q̃ ex quaad culturã libet quantumcumvsucapi po que difficili litera ratest: iter li fieret aliquem sanum mitaneũ, intellectum: hic dicit vt Varro nescio.

zit, nõ po- b *Finalis.*] cum queftest. Lex stio est de finibus zoManilia. tius possessionis. deinde la- c *Vel locorum*] id est ta est, qua alicuius partis agri, cautũ fuit, vt ff. de verbo. signif. vt quoties l. locus. de his qui d *Intentio.*] proposique pedi- ta hac actione. bus cõtro- **C**Unctis. CASVS. uersia mo- Quaestio finium uerei, agi regundorum nõ tolmẽsor eli- litur longo tempore: geretur, q. sed longissimo. Ratio fines eos est, quia mixta est in regeret. rem, & in personam. Vltra qui- Instit. de act. §. praeque pedes terea. lis nõ erat e *Et machinationib.*] finalis, sed eorum, qui conabanproprieta- tur eã finiri decẽnio, tis, ideoq; vel vicennio. Azo. non agri- f *Sed 30. tantummodo* mẽsor, sed *annorum.*] est enim pretor ad- mixta, vt Inst. de act. eũdus erat §. quędam. Sed quãreliqua vi- do nascitur? Respond. ex quo coeperant fines turbari. Item apud Alc. vnde nascitur? Respon. non ex contractu, vel quasi, vel mali. de quin lcficio, vel quasi, sed ex datiua propter turbationem, vt ff. que pedi. ff. eod. l. fin. Sed videtur tolli 10. ann. vt ff. pro emp. l. 2. §. sed praescript. & si fundus. & l. qui fundum. §. 1. vbi dicit, quod si vicinus Gothof. meus vendidit aliquid de meo, quod emptor praescribit 10. * Est & a- annis: sed certè non ideo mihi denegatur haec actio, sit terlia quęstio mini commodius distinguantur: sed sibi remanebit quod demon. de praescripsit. Vel dic durare 30. ann. vbi nihil de meo praequa vide scripsit, vt hic. aliis contra, vt ibi. quod in idem recidit. Cuiac. 10. obseru. 2.

* Vi. Cuia. hic, & Agenium.

* Ex Iul. Frõ. vbi s. † Mutio-

Etiam pro modica occupatione, & pro vili cespite terrae, redditur iudicium finium regundorum. Vel sic: Iudicia, quae redduntur in re communi, redduntur ita pro re parua, sicut pro re magna. hoc dicit Bald. Vel sic: Exemptio antiqua quinque pedum non impedit hoc iudicium. Salyc.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Neoterio PP.

LEX V.

QVinque pedum * praescriptione [a] summota, finalis [b] iurgij, * vel locorum [c] libera peragatur * intentio. [d] PP. 8. Calen. Aug. Arcad. A. 2. & Rufino Coss. 392.

Quaestio finium regundorum non tollitur, nisi spatio 30. annorum, & non spatio longi temporis. h. d. Bald. & Salycet.

Imppp. Theod. Arcad. & Hon. AAA. Rufino PP.

LEX VI.

CVnctis * molitionib. [e] † & machinationibus amputatis, decernimus in finali quaestione non longi temporis, sed triginta tantummodo annorum [f] praescriptionem locum habere. Da. 2. * † Non. Nouem. Arcad. A. 2. & Rufino Coss. 392.

DE CONSORTIBVS EIVSDEM LITIS.

Quia in praedictis finium regun. vel communi diuidundo iudicijs euenit eiusdem litis esse plures consortes, siue agendo, siue excipiendo: qui agentes finium regundorum, vel communi diuidundo, repellebantur ea ratione, quia quidam eorum abessent. Et econtra si conuenicbantur simul, se exceptione turbantur, quia non omnes adessent: & ideo generaliter remouet in omnibus.

EXplosis.] CASVS. Consortibus eiusdem litis, siue conueniebantur, siue agebant, semper obstabat exceptio ante legem istam, quod nunquam vnus sine alio admittebatur pro parte sua, & tunc praecipuè vbi non haberẽt idem forum, si in diuersis prouincijs versabantur: sicque in fraudem cõtingebat litigia protelari. haec insolẽtia remouetur hic: & cauetur, vt semper pro parte audiatur, siue agat, siue conueniatur: etiam consortis praesentia non habita. & hoc dicit haec lex: & loquitur ante li. conte. sequens post litem contestatam.

TITVLVS XL.

De consortibus eiusdẽ litis.

Licet plures sint consortes eiusdem litis: tamen quilibet potest pro parte agere, & defendere. h. d. Bald. & Salyc.

Imp. Iulianus A. Secũdo PP.

LEX PRIMA.

EXplosis * atque reiectis praescriptionibus, quas litigatores sub obtentu consortium, [g] studio protrahendae disceptationis excogitare consueuerunt, siue vnius fori omnes sint, siue in diuersis prouinciis versentur, nec [h] adiuncta praesentia cõsortis, vel consortium, agendi, [i] vel respondendi iurgãtibus licentia pro [k] parte * pandatur. [l] Dat. 3. Non. Septemb. Antiochiae Mamertino, & Neuitta Coss. 362.

Pro consorte post litis contestationem absente, potest quis agere, & defendere sine mandato, praestitis legitimis satisdationibus. h. d. & iste casus non reperitur alibi. Bald.

Impp. Valent. & Valens AA. Salustio PP.

LEX II.

COmmune * negotium post litem legitimè ordinatam, [m] etiam quibusdam absentibus insolidum agi sine mandato potest, [n] si

g *Consortium.*] dicit reus, non respondebo tibi, nisi tui, vel mei consortes adsint. h *Nec.*] id est sine. i *Agendi.*] post lit. contest. ab alijs, vt j. l. proxi. sed respondere pro alijs potest, & ante & post. & ad hoc inf. de cert. pet. l. cum te. & ff. de iudi. l. non idcirco. k *Pro parte.*] i. propter partem, vel propriè. l *Pandatur.*] i. praebeatur.

COmmune.] CASVS. Sub praetextu absentiae consortis, vel consortum eiusdem litis nõ prorogandum est negotium, sed lit. contest. agi potest absentium nomine: neque mandatũ exigitur ab iis, qui praesentes sunt. Sola enim cautio de rato si agatur, & de iudicato soluendo si conueniatur, necessaria est: quod si certũ sit eum non habere mandatum, admittatur consors pro altero praestita satisdatione, hoc tamen, nisi fuerit inhibitum: quo casu aliud est. & sic loquitur ff. de iudic. l. si praetor.

l *Ordinatam.*] i. inchoatam. contra ff. de procu. l. Pomponius. sed loquitur post litem contestatam, illa ante.

m *Ordinatam.*] non ante, si certum sit eum non habere mandatum, vt dixi s. de procu. l. 1.

n *Potest*] imò videtur, quod non, vt ff. de iud. l. si petitor. quae est contra Sol. alijs inuitis non potest, vt ibi: sed ignorantibus sic, vt hic. & ff. de procu. l. Pomponius, §. fin.

ADDITIO. Bar. hic distinguit, quia aut plures consortes habent eandem litem circa rem indiuiduam. & potest vnus solus agere, & defendere, vt l. si cum vno. ff. si ex noxa. causa ag. Aut est res diuidua, & tunc ante litem contestatam non potest agere vnus, nisi pro parte sua, vt sup. l. proxim. Post litem verò contestatam aut vult agere alijs inuitis, & contradicentibus, & non potest, vt l. si petitor, ff. de iud. aut alijs ignorantibus, & potest praestita cautione de rato, vt hic.

* Ex lib. 2. titu. 5. l. 1. C. Theod. * Habent cõsortem olim ∥ egisset, hãc exceptionem audie bat: quod ageret, nõ adiuncta persona consortis: si cõuenicbat hac exceptione se tueri poterat. Quod habet et cõsortes. Sidonius 4. epist. vide Cuia. hic. Gothof. * Ex lib. 2. tit. 12. l. 2. C. The. & cõcor. gl. e. in e. cum M. Ferrariensis, de const. & e. cum dilecti, cũ gl. 2. de dolo, & contu. nibus, & machinis. † Prid.

a *Cauere.*] id est satisdare, cum prætoriæ sint. Sed videtur lite contestata huiusmodi cautiones non præstari, vt ff. de procur. l. Pomponius, §. ratihabitionis. quæ est contra. Sol. ibi interuenit procurator ante litem contestatam: vnde erat quod imputaretur aduersario: hic interuenit postea, vt s. de procura. l. nihil. idem dici potest in causa suspitionis, vt ff. de arb. l. non distinguemus, §. cum quidam.

b *Satisdatione.*] s. pro parte sociorum.

præsentes rem ratam dominum habiturum cauere [a] parati sint, vel (si quod ab his petitur) iudicatum solui satisdatione [b] firmauerint. PP. 7. [1] † Idus Decembr. Diuo Iouiano A. & Varroniano Coss. 364

1 † Al. D. 6. vt in C. Theod.

DE NOXALIBVS actionibus.

Dixit de damno dato à liberis personis, vt sup. ad leg. Aquil. nunc de dato à seruis, & omni maleficio ab eis commisso.

*18. Eclo. 8.

TITVLVS XII.

De noxalibus * actionibus.

Ex furto facto in seruitute non tenetur liber factus, nisi ex noua contrectatione, h. d. Bald. Vel sic: Vbi seruus deliquit aduersus extraneũ, noxa sequitur eum liberum factum. Si verò deliquit aduersus dominum, ex noua tantum contrectatione tenetur. h. d. Salyc.

Imp. Alexãder A. Marcello.

LEX PRIMA.

SI extat [c] corpus nummorum, quos ablatos ex patris tui hæreditate ab eo, quem liberum [d] esse constiterit, allegas, vendicare eos, vel ad exhibendum agere non prohiberis. nam quamuis aliàs [e] noxa caput sequatur, & manumissos furti actione teneatur, [f] quæ in hæredem non competit, [g] cum tamen seruus à domino aliquid auferat, [2] † quamuis furtum committatur, [h] furti tamen actio non est nata, [i] neque aduersus [k] ipsum, si postea manumissus est, locum habet, nisi furtiuas res, & post manumissionem contrectet. [l] PP. 13. Calen. Decembr. Maximo 2. & Æliano Coss. 224.

SI extat corpus.] CASVS. Testator in testaméto suo reliquit libertatem puré seruo suo, iacente hæreditate iste seruus subtraxit res hæreditarias: adita hæreditate statim est liber, an hoc ipso furti agere possim? Respõ. quod non. imò si res extant, eas vindicare possum, quia licet seruus furtum faciat domino, tamen cum eo furti agere non potest, neque si postea est manumissus: nisi res furtiuas post manumissionem contrectet, scilicet baiulando de loco ad locum.

c *Si extat.*] aliàs extiterit. alias existat.

d *Liberum.*] scilicet institum in testamento tui patris, suus enim erat seruus.

e *Aliàs.*] quãdo extraneo esset furtum factum à seruo.

f *Teneatur.*] vt Insti. de nox. act. §. omnis.

2 † Al. aufert.

g *Competit.*] vt infrà de fur. l. furti. sed hæredi sic. vt Institu. de perpe. & tempo. ac. §. est enim.

h *Committat.*] & res fiat furtiua, vt Instit. de oblig. quæ ex delict. §. secundo, qui.

i *Est nata.*] vt infrà an seruus ex suo facto. l. fin.

l *Causis.*] non repetit contractibus, nam & non solum comprehendit contractus stricti iuris, sed etiam delicta, & quasi delicta, nam super omnib. potest iurari, 14 vt hic, & ff. codẽ. l. tertia. §. 1. & de rerum amot. l. Marcellus, §. 1.

m *Inopia.*] s. emergente.

n *Per iudicem.*] Deferentem iusiurandum, vel à parte parti delatum approbatum, & sic de vtroque hic dicit.

o *Decidi oportet.*] i. causã definiri potest secundum eã, qui iurauit, vt ff. eodem. l. admonendi. Et nota si actor plenè probat, vincit, sed, si nullo modo, absoluitur reus, licet non iuret, vt supra de eden. l. qui accusare, & de iudici. l. properandum. §. primo. & infra de probat. l. secunda. nisi in casibus, 15 in quibus lex defert reo iuramentum ad purgationem sui, vt supr. de ijs, qui ad ecclesiam confu. l. fin. & sicubi. & infra de fide instrum. l. fin. & de iure deliberandi. l. fin. §. licentia danda. & in Authent. de fide instrumen. §. si tamen collat. sexta. & ff. de eden. l. prætor. §. sed si initio. Si autem actor semiplene probauit per scripturam domesticam puta, vt infra de probat. l. instrumenta, vel per comparationem literarum, per quam qualisqualis colligitur fides, vt in auth. de fide instrumen. §. numerantes omnes. & §. si vero nullus, collat. sexta. vel per fugam rei, qui debuit sisti...

11 Approbatur secũdum Sal. Angel. & Paul.

12 Approbatur secũ dũ B. Butr. Ang. & S. Et sic potest iurari per creaturam & cõ cor. c. & si Christus. cum gl. sũ per verbo creaturã ext. eo. tit.

13 Ista solut. est bona secundum Bal. & Sali.

14 Qñ agitur ciuiliter: sed si qñ criminaliter. B. B. Butri. Auge. Al. Tri. & Odof. hic.

15 Approbatur per præd. scribẽs.

finito officio respondere per se, vel per procuratorem ibi vbi gessit officium, vt in Auth. de collat. §. super hoc, & §. si quis autem, collat. nona. Vel per vnum testem, quem dico semiplene probare, arg. ff. quemadmodum testa. aper. l. prima. §. fi. & de dote præleg. l. Theopompus, & ff. eo. l. si duo. in fi. primi responsi. & ff. ad leg. Corn. de fal. l. si quis decurio. & ff. de re mili. l. non omnes. §. a barbaris. Item si duo faciunt plenã probationem, ergo vnus semiplenã nec obst. ff. de quæst. l. maritus. 1 ibi enim non prohibetur quæstionem haberi, quia non præcedebant indicia, sed quia in caput domini non debuit torqueri, vt infra de quæstio. l. 1. In prædictis dico casib. deferetur iuramentũ per l. istam, sed non aperit cui, sed ponit in causæ cognitione, debet ergo iudex inspicere, an sciat veritatem, an non, qui vult iurare, vt eum qui nesciat, iurare nõ faciat, vt ff. eod. l. iusiurandum & ad pecunias. ij. §. tamen, & ff. re. amo. l. Marcellus. §. qui rerum, & infra de iudic. vid. toll. l. ij. Sed quid si non interfuit facto, sed dicat scio veritatem per famam? nec tunc ei deferat, vt d. l. ij. de iudic. vidui. licet quidam 3 contra. Sed quid si vterq; dicat scio veritatem? Respond. deferam actori secũdum H. qui induxit pro se semiplenam probationẽ. Alij vt Azo deferunt reo, si est æqualis honestatis vt actor. & est ero eis. ff. eod. l. admonendi. & inf. eod. l. cum etiam. 4 Item quia contingeret absurdum, nam cum introduxisset actor vnum testẽ, vt tunc detur ei iuramentum, ergo ipse tenet vicem alterius testis, sicque in re sua testificaretur, quod esse non debet, vt inf. de testib. l. omnibus. Item respiciat personam actoris & rei, secundum Azo. si sit alias honesta, vel non. Item personam testis inducti, arg. ff. de testi. l. iij. ibi, tu magis &c. & in Auth. de testib. §. 1. collat. vij. Item an modica sit causa, an magna, 5 & sic pro qualitate personarum actoris vel rei testium deferam sacramentum huic vel alij, vel nulli. in casibus tamen actori tantum defertur in odium rei, vt inf. vnde vi. l. si quando. & sup. de iud. l. properandum. §. 1. & §. sin autem alterutra.

1 Idem Bar. Cyn. B. B. Ang. Sal. & Al.

2 Dic, quod ibi actor ignorabat veritatem qua agebat de facto alieno, ideo non deferebat iuramentum. Bal. & Sal.

3 Idem Bal. Iaco. Bar. Cyn. Angel. & Sal. hic, & Bart. P. & Iason l. admonendi. ff. eo.

4 Dic, quod ibi loquitur in iuramento iudiciali: ideo nihil facit pro opinione actoris Sa.

5 Et quæ cã sit magna, vel parua, dic hoc attendi ex qualitate personarũ, & regionis, modo re. Albe. & idẽ Ang.

6 Ista lectura est bona, sed modicæ dubitationis, ideo dic, quod fuit finita tutela. Sal.

Pupillus tutori iuramentum deferre non potest Bald.

Ijdem AA. & CC. Martianę.

LEX IIII.

SI ad excludendam tutelæ actionem pupillus iusiurandum tutori detulerit:[a] postea eandem litem exercere nõ prohibetur.[b] PP. Cal. Iul. ipsis, 4 & 3. AA. Coss. 290.

Relictum à tutore, videtur relictum à pupillo: & si dubitabatur de eo, potest tutori deferri iuramẽtum. Bald. Vel sic: Relicta à tutoribus intelliguntur relicta à pupillis, & vbi aduersarius fatetur, ad sacramentum non recurritur. Et tutor iurat in causa pupille. nota. h. d. Salic.

Ijdem AA. & CC. Iuliano.

LEX V.

CVm etiam à pupillorũ tutoribus, velut ab ipsis pupillis relicta[c] fideicommissa videantur:[d] super fideicommissis præses prouinciæ cognoscet. & si id tibi relictum esse constiterit, reddi tibi efficiet, idem,[e] si inficietur,[f] ad iusiurandum (vt desideras) tutorem adiget.[g] PP. 4. Calen. Decem. ipsis. & 3. AA. Coss. 290.

Declaratum ab arbitro, cuius declaratio iuri consonat, est exequendum siue sequendum à iudice. hoc dicit secundum primam lecturã. Bal. Vel sic: Super causa status potest iusiurandum deferri. Salic.

Ijdem AA. & CC. Bessio.

LEX VI.

CVm proponas * partib. placuisse iurisiurãdi religione[h] generis, & ingenuitatis quęstionẽ decidi.[i] præses prouinciæ iuxta decretũ arbitri ad voluntatis vr̃æ placitum amitę tuæ filij consulet.[k] PP. quinto Idus Feb. Tyberiano, & Dione. Coss.

Filius non potest deferre sacramentum in causam patris, nisi habeat mandatum, uel pater ratificet. h. d. & idẽ in alia quacunque persona coniuncta. Bal. Vel sic: Iuramentum vel delatio vnius non præiudicat alteri ratum non habenti. h. d. Sal.

S*I ad excludendam.*] CASVS. A tutore pupillus petijt fundum, detulit tibi iusiurandum: qui iurauit se non debere: periurus est, an non obstante, quod iurauit se non debere, possit pupillus litem exercere, quæritur? Respond. quod sic. Vel dic, quod deferente pupillo tutor iurauit se non teneri ex ea administratione: quod verius est. 6

a *Detulerit.*] aliàs dederit.

b *Non prohibetur.*] non ratione periurij, vt ff. eodem, l. 1. sed quia detulit sine auctoritate tutoris: non enim potest dici, quod tutor qui iurauit in hoc ei auctoritate in re sua, vt ff. de auctoritate tuto. & curato. l. prima, & 6 dicas hic, quæ dicuntur ff. eod. l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. primo.

ADDITIO. Dic, quod in omni iuramento requiritur veritas intentionis, iudicium discretionis, & iustitię impletio. in Auth. quod cis, infra de nupt. Bald.

C*Vm etiam.*] CASVS. Testamentum fecisti, filium tuum impuberem instituisti, ei tutorem dedisti, fideicommissum mihi reliquisti: ex cuius substantia fideicommissum solui debeat, an tutoris, an pupilli, quæritur? Dicitur, quod licet ea, quæ à pupillo relicta sunt, videantur à tutore relicta: tamen ex substantia pupilli, sunt soluenda, & de hoc præses cognoscet: & si constiterit aliquid mihi fuisse relictum, præses compellit tutorem ad iurandum, aliqua præsumptione pro me faciente.

c *Relicta*] à patre.

d *Videantur*] & sic de bonis pupilli soluentur, 7 vt hic, & ff. de legat. 2. peto. §. mater. & de leg. 3. fi. & infra de fideicom. l. etiam, & ff. de fideicom. lib. l. Thais. §. 2.

e *Idem.*] scilicet præses.

f *Si inficietur.*] i. si neget fideicommissũ esse relictum, aliqua præsumptione pro te faciente, secundum quosdam.

* Iste text. est singul. secundum Lu. do. de Ro. fin. §. 466. secundum lecturam vltim. gl. ad hoc quòd arbiter incidẽter põt cognoscere de causa status.

ADDITIO. Quotuplex sit præsumptio, vide glo. in c. is cui. de spõs. & in l. fi. ff. quod metus cau. & cum ista gl. concordat Bal. & Sal.

g *Adiget.*] idest cõpellet, non tamen vt anceps periurium 8 subire cogatur. argument. ff. eodem l. iusiurandum, & ad pecunias, secundo respond. Sed in iuramento in litem, est secus: vbi etiam sciens non compellitur iurare, vt ff. de in litem iuran. l. videamus, in principio. Quid autem si expresse voluit tutorem dare de suo, vel pupillo, vel extraneo? Respondeo non valet, 9 nisi aliquid fuerit relictum, argument. ff. de fideicom. lib. l. Thais. §. secundo. & facit infra de fideicom. l. fin. & l. ab eo.

8 Id est si cõpellitur iurare de re, de qua non habet notitiam. Lodo. laudetenis.

9 Idem B. & Salic.

C*Vm proponas.*] CASVS. Cum de successione cuiusdam amitæ quæreretur, scilicet an ei possint filij succedere, quæstio status, & generis ab agnatis mouebatur: detulerunt extra ius filijs iuramentum, & iurauerunt, volebant agnati retractare iusiurandum, quasi quod talis quæstio per iuramentum decidi non potuisset, fuit de hoc inter eos compromissum, scilicet, an talis delatio teneret: pronunciauit arbiter, quod tenuit. adhuc nolebant agnati seruare sententiam: dicitur, quod præses prouinciæ seruari iubebit. duobus alijs modis potest intelligi, prout dicit in glos.

h *Religione.*] extra ius.

i *Decidi.*] & decisa fuit.

k *Consulet.*] iubet iusiurandum seruari, primo enim fuit præstitum, & cum diceretur, quod non posse talis quæstio iuramento decidi, fuit de hoc compromissum: an tenuit talis decisio? & dixit arbiter, quod sic, & adhuc non seruabatur: præcipiet ergo præses, quòd seruetur. Vel dic arbitri, idest ordinarij iudicis, sic sup. de pestu-

postulan. l. quisquis. & hoc dico, ne sit contra, ff. de arbit. l. non distinguemus, §. de liberali, & supra de peda. iudic. l. 2. in fin. Vel dic, quòd principaliter de hæreditate agebatur coram arbitro, & incidenter de statu. argum. sup. de iudic. l. quoties.

1 † Vito. N *Ec filius.*] CASVS. An filius debitori patris iuramentum deferens ei possit præiudicare, quæritur? Dicitur, quod non: neque litigando, neque paciscendo: nisi pater q gestum erat, ratum habeat.

a *Alius.*] nisi de hoc haberet mandatum.

2 † Cōtr. b *Litigando.*] idest succumbendo.

c *Citra.*] idest præter sic ff. de pactis, l. pacisci, & ad Trebel. si cui. §. si autem à me. & de furt. qui vas. §. vetare, & ff. de seruit. vrban. prædio. inuitum.

1 Approbatur fm Bal. Ang. & Sal. d *Aliquid.*] deferendo fortitan iusiurandum debitori, 1 & sic nota non præiudicari per alium, vt hic, & argum. ff. de pecu. deposui, §. 1. & ff. eo. l. quanto magis, & l. sequen. & l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. fina. & l. tutor. in princ. & supra de pact. filius, & l. seruus. & ff. de solu. l. filiusfamilias, & supr. de procura. l. maritus.

A *Ctori delato.* CASVS. Dicebam te mihi teneri ad decem, negasti, detulisti mihi iuramentum, vel detuli tibi iusiurandum, & tu mihi retulisti, vel cum paratus essem iurare mihi remisisti ad similitudinem iudicati: dabitur mihi actio in factum ex iureiurando.

e *Actori delato.*] à reo extr. iudicium, non a iudice, secundum P. ne duæ nascitur in factum actiones. Nos contra, 2 vt dixi sup. eod. l. 1. Accursius.

Ijdem AA. & CC. Eutychianæ.

LEX VII.

NEc filius, nec quisquā alius, [a] nec litigando, [b] nec paciscendo, sed neque iusiurandum citra [c] voluntatem dominæ rei deferendo, præiudicium ei facere potest. Vnde si citra [1] † mandatum tuum aliquid [d] erga rem tuam filius tuus gessit, nec hoc ratum habuisti, nihil tibi oberit. S. Idib. Nouemb. AA. & Coss. 293.

Ex iuramento nascitur actio in factum ad instar iudicati. h. d. Bald. & Salic.

Ijdem AA. & CC. Alexandro.

LEX VIII.

ACtori, delato, [e] vel relato iureiurando, si iurauerit, vel ei remissum [f] sit sacramentum ad similitudinē iudicati in factum [g] actio competit. S. 12. Calen. Maii. CC. Coss. 294.

Reus, cui iuramentum defertur, tenetur iurare, aut deferre, vel soluere. hoc dicit Bald. Vel sic: Deferens tenetur prius de calumnia iurare: & is, cui defertur, tenetur iurare, vel referre: aliàs compellitur soluere. h. d. Bal.

2 Idem B. But. Ang. B. & Cyn. in l. 1. sup. eod. f *Remissum sit.*] quod fuit susceptum mox. 3 quàm fuit delatum, vt ff. eodem, l. non erit, §. fina. & l. remitti, & ad hoc, ff. quibus mod. pign. vel hypo. solui. l. item, §. primo.

3 Vide gl. in ca. quia pp. extra de eccl. & in ca. si in qualibet, 12. q. 2. g *In factum.*] scilicet si informiter iurauerit, non referendo, sed ad aliquam speciem causæ: sed si super aliquo facto nominatim iuratum est, veluti se vendidisse, sicut venditi si vendidisset actio competeret, sic & nunc vtilis actio datur venditio, vt ff. eodem, l. si duo. §. si quis.

D *Elata.*] CASVS. Dicebam te mihi teneri in decem, negabas, detuli tibi iusiurandum cum hoc communiter placuisset, si per me non steterit quo minus de calumnia iurem, scilicet, quod non animo calumniandi detuli tibi iusiurandum, alterum vnum facies, aut iurabis, aut referes, aut solues per iudicis delationem, & compelleris ad probatio ad aliquod istorum.

h *Delata.*] i. quia placet 4 parti: puta actori causam decidi per iusiurandum. — 4 Ista est de mente omnium.

i *Per actorem.*] quia nisi iuret, denegabitur ei actio. & habebitur pro remisso iusiurandum, 5 vt ff. eodem l. si non fuerit. — 5 Concor. Sal. & Bu.

Ijdem AA. & CC. Martiano.

LEX IX.

DElata [h] conditione iurisiurandi, ritus (si non per actorem [i] quo minus de calumnia iuret, [k] steterit) per iudicem [l] soluere [m] vel iurare, nisi referat [n] iusiurandum, necesse habet. [o] S. 5. Calend. Maij. Sirmij AA. Coss. 299.

Etiam in actione depositi potest deferri sacramentū. h. d. Bal. & Sal.

k *De Calumnia iuret.* nisi sit patronus, vel parens, qui de calumnia non iurant, 6 vt ff. eodem, l. iusiurandum, §. qui iusiurandum. — 6 Idē Sal. hic, & B. & Ias. in l. hic alleg.

l *Per iudicem.*] delationem approbantem.

m *Soluere.*] quod petitur.

n *Referat.*] qui nō debet de calumnia iurare, 7 vt ff. codē l. iusiurandum, & ad pecu. §. ait prætor. Et not. quòd quandoq; non licet ei referre, vt infra de fidei. l. fi. & ff. rer. amo. l. Marcellus, §. fin. & ff. de iniur. l. lex Cornelia, §. hac. & infr. de iur. delib. l. sancimus, §. licentia danda, & supra de ijs, qui ad eccles. confu. præsenti, §. sicubi. — 7 Idē Sal.

ADDITIO. Dic, quòd in actionibus turpibus, vel famosis descendentibus ex delictis reus præcisè compellitur iurare, nec potest referre, in capitulo final. extra eodem. Ias. in l. iusiurandum, ff. eodem.

o *Habet.*] vt & ff. eodem, leg. manifestæ. Quid si fuerit susceptum? Respon. non reuocabitur, vt ff. eo. l. manifestæ, sed certe imo potest recusare, vt infra cod. l. generaliter, §. sin autem is cui. & ibi solues. Dic, quòd hic conuenerat inter partes, vt causa iuramento decideretur, ibi non, & sic non corrigitur. Iacob. Butrig.

Iidem AA. & CC. Protogeni, al. Protogenito.

LEX X.

IN actione etiam depositi, quæ super rebus quasi sine scriptis datis mouetur, iusiurandum ad exemplum cæterorum [p] bonæ fidei iudiciorum deferi potest. S. 5. Calend. Decemb. CC. Coss. 300.

Iuramentum delatum potest reuocari, antequam sit iuratum, vel pronunciatum, & reuocatum non potest iterato deferri. hoc dicit not. Bald. Vel sic: Delatio iuramenti, antequam præstetur, vel sententietur, potest reuocari. h. d. Salic.

Imp. Iustinianus A. Demostheni PP.

LEX XI.

SI quis [*] iusiurandum intulerit, & necdum eo

* Intell. huius l. vide p Purpur. in l. edita, nu. 38. C. de edend.

I *N actione.*] CASVS. Deposui penes te librum meum, repetij depositum, negasti te penes me deposuisse, an ego tibi, vel tu mihi possis iuramentum deferre, quæritur? Dicitur, quòd sic, ad exemplum, &c. videbatur, quòd non admitteretur delatio in deposito, sicut nec compensatio.

p *Cæterorum.*] nam & hæc est bonæ fidei, & institut. de act. §. actionum, sed videtur non deferri, quia nec 8 compensatio habet locum, vt infra, de compen. l. fina. & pro Iac. hoc argum. infra de non numer. pecun. l. in contractibus, §. illo, & quia de dolo tantum, & lata culpa tenetur, & ideo videbatur non admitti iuramentum, quo diceret se non teneri, vel non recepisse. — 8 Concor. But. & Sal.

S *I quis.*] CASVS. Dicebam te mihi teneri in decem negasti, detuli tibi iusiurandum, antequam iurares, alijs probationibus abundantibus mihi, forte quia in-

ueni instrumenta, per quæ potui probare, reuocaui iuramentum, an his probationibus iterum deficientibus possum regredi ad delationem iuramenti, quæritur? Dicitur, quod non: satis enim, &c. nec me admittet iudex, & hoc in prima, sed vsque ad quod tempus reuocare licet, quæritur? dicitur, ꝙ vsque ad definitiuam sententiam, non post sententiam, quæ prouocatione non fuit suspensa, vel confirmata, ne repet. &c. & hoc in secunda. Et qualiter in hac secunda parte poni casus habeat, dic, vt subijcit. l. prox. §. in princip. in positione casus.

a *Allegationibus.*] i. probationibus.

b *Ad sacramentum.* quod iam reuocauit.

1 Concor. c. cum venisset. cū glo. fin. in med. extr. de testitu.

c *Putauit.*] 1 & renunciauit, & est ad hoc infra, de non numer. pecu. l. generaliter, & ff. de sta. hom. l. homo lib. & ff. qui satisd. cogan. de die. §. fin. & inf. de cond. indeb. l. fi. & infra, de fide instrumen. l. cū quidam, & ff. de procura. l. in cau. æ. & de adminis. tut. l. cum quæritur. Sed argum. contra, ff. de collat. bono. l. nonnūquam, sed ibi nulli nocebat.

ADDITIO. Imo, & ibi de præiudicio fratrum, quibus videbatur acquisitum ius, tractatur, sed ex benignitate admittitur, ne a successione de facili priuetur. Salic.

præstito, postea (vt pote sibi allegationibus,[a] abundantibus) hoc reuocauerit, sancimus, nemini licere penitus iterum ad sacramentum[b] recurrere. Satis enim absurdum est redire ad hoc, cui renunciandum putauit:[c] & cum desperauit aliam probationem,[d] tunc denuo ad religionem conuolare, & iudices nullo modo eos audire ad tales iniquitates[e] venientes.

¶ Si quis autem sacramentum intulerit, licere quidem ei hoc facere, & alias probationes (si voluerit) præstare: ita tamen, vt huiusmodi licentia vsque ad litis tantummodo terminum ei præstetur.

¶ Post definitiuam[f] autem sententiam, quæ prouocatione suspensa non sit, vel quæ postquam fuit appellatum, corroborata fuerit, nullo modo reuocare iuramentum,[g] & iterum ad probationem venire cuiquam cōcedimus, ne, repetita lite, finis negotij, alterius causæ fiat exordium.[h] Dat. 15. Calend. Octobr. Chalcedone Decio V.C. Cos. 529.

Ista est not. lex, & ita vtilis, sicut in isto quarto libro, & hoc intendit. Iuramentum ad decisionem litis delatum à parte, vel in defectum probationis delatum a iudice, ante sententiam definitiuam, vel ipsa sententia, est præstandum. hoc dicit vsque ad §. sed iuramento. Bald. Vel sic: Si iudex in definitiua sententia reum condemnat sub conditione, si actor iurauerit, & sententia sit appellatione suspensa, non poterat actor interim iurare, propter quod actore interim moriente, sententia non habebat effectum: nunc prouidetur, vt possit iurari, etiam appellatione pendente. hoc dicit Salicetus.

d *Probationem.*] cuius contemplatione reuocauit iusiurandum.

2 Singul. gl. secūdū Lud. dero. singu. 37.

e *Iniquitate.*] 2 variationem, iniquitatem appellat.

f *Definitiuam.*] dicas, ꝙ interlocutoria erat, quia pronunciabatur sacramentum esse præstandum, & ideo dicitur definitiua, quia illud definit. 3 & sic non corrigitur per se q. l. secundum Irn. vel dic, quòd de definitiua dicit, nam postea olim iurabatur, vt hic, & inf. de sententijs, l. cum semper iudex, sed hodie contra, vt inf. l. prox. in princ.

3 Ista glo. semper allegatur, quod sñia, quæ desinit vnū articulū causę, potest dici largo mō, & improprio definitiua.

g *Iuramentum.*] idest delationem.

h *Exordium.*] quod esse non debet, vt infra, de fruc. & lit. expen. l. terminato.

G *Eneraliter.*] CASVS. In princ. huius legis recitat Imperator quandam antiquitatem, quæ talis est, olim si Titius a Sempronio 10 petijsset, intentionem suam Titius probauisset semiplene forte per vnum testem, iudex quia non plene sibi liquebat in causa, pronunciabat sic, condemno Sempronium Titio in decem, quæ petijt Titius, si Titius iuret Sempronium sibi teneri, & a tali sententia appellabatur: pendente autem appellatione contingebat Titium mori: iuramenti delationem ad hæredem non transmittebat, quia forte hæres veritatem ignorabat, vel non erat fide dignus, vt defunctus: multæ causæ, ideo quod iuramentum post sententiam consueuit interponi, periclitabantur, propterea hanc antiquitatem corrigit Imperator, statuens, quod omne iuramentum, siue necessarium, siue iudiciale ante sententiam præstetur. Si vero actor reo, vel iudex iusiurandum deferat, reus potest iurare si vult: si non vult reus, potest actori referre, & habet actor necesse iurare. Si vero recuset, & condemnetur, non appellat, cum non debeat respuere in persona sua, quod placuit in persona aduersarij. Vel pone sic: Delato iureiurando, si nō recusetur, præstetur. Si vero referatur, delator nullatenus potest recusare. Si vero recusetur, & iudex viderit iurandum esse, condemnabit illum quantum ad illud capitulum, super quo iurare debuit, nec audietur appellans, quis enim ferendus est, &c.

¶ *Si ss autem is cui.* Si vero is, cui iuramentum defertur, vel a parte, vel a iudice, illud recusauerit, hoc ei facere liceat: si tamen iudex viderit esse iurandū, condemnabit eum super illo capitulo, super quo iurare debuit, quasi eo deferente delator iurare paratus esset, & ei fuisset remissum, quando eo volente recusatur. & hoc est, quod subijcit, quasi volente, &c. nihilominus super alijs capitulis lite suo marte currente, &c. ita tamen, quòd reus protestetur, quando recuset, & si non audiatur, appellet, & si iudex appellationis viderit iuramentum bene illatum, sed male recusatum, confirmabit sententiam primam iudicis. Si vero fuerit malè illatum, & bene recusatum, rescindetur prima sententia, neutri parti, quo ad expensas præiudicium generando: sed si actor obtinuit in prima sententia, reus in secunda, vel econuerso, fiet expensarum inuicem compensatio: illi vero, qui iuramentum detulit, siue iurauit is cui delatum est, siue ei remissum fuerit cum paratus erat iurare, non audiatur appellans, & hoc in secunda.

¶ *His de præsentibus personis.*] Prædicta vera sunt, cum tam actor quam reus præsens est: si vero actor sit præsens, reus absens, & per procuratorem litiget, si debeat iuramentum deferri, datis inducijs præsentare se debet coram iudice, & iuramentum subire, vel recusare. Si vero, adeo nobilis sit, vt in prouincia, in qua degit, iudex iurandum prospexerit, mittere debet ad iudicem illius terræ, & ille iuramentum recipiet, & in scriptis redigi faciet: sit illatum siue relatum: si susceperit, & præstiterit, vincat: si illatum vel relatum recusauerit, causam amittat: nec deferenti liceat appellare: poterit autem si voluerit ire per se, vel per procuratorem, & iuramento interesse: si vero, nec ire voluerit, nec procuratorem mittere, reus coram iudice illius prouinciæ iuramentum debet subire, vel referre, & debet redigi in actis, qualiter iurauerit vel tulerit, & debet acta mittere ad iudicem, coram quo causa agitur, quid autem sit statuendum de expensis iudex examinabit. Interim tamen dum omnia ista fiunt, alia capitula causę poterunt examinari, sed non definitur sententialiter, & postea examinabitur capitulum, super quo iuratum est: ea vero, quæ sancita sunt, cum tam actor, quam reus præsens est, & in personis absentibus obseruentur, & hoc in tertia. Iudex verò coram quo causa agitur, videre debet qualitatem personarum, an iuramentum sit præstandum coram se vel alibi, & sub qua forma obseruatis ijs, quæ de iuramento calumniæ sancita sunt, vel a Iustiniano, vel a retro princi-

principibus non derogando per hanc legem alijs antiquis legibus, quæ super iuramentis præstandis sancita sunt: sed si quid in his deest, hoc repleatur, vel si quid minus benè dictum est, hoc corrigatur, vt est in principio huius legis, & hoc in vtraque parte.

Idem A. Demostheni P. P.

LEX XII.

Generaliter de omnibus iuramentis, quæ in litibus [a] offeruntur vel à iudice, vel à partibus, definiendum est. Cum. n. iam increbuit [b] iudices in plenissima [c] definitione [d] sacr̄m imponere, [e] euenit, vt prouocatione [f] lite suspensa, ij quidem qui iusiurãdum præstare iussi sunt, ab hac forte luce subtrahantur: probationes [g] autem rerum cadant, * cum [h] multum discrepet iuramentum hæreditarium [i] à principale [k] sacramento.

¶ Necessitate itaq; rerũ coacti, & probationibus pinguius [l] subuenientes, ad huiusmodi venimus sanctioné.

¶ Omne igitur iuramentum siue à iudicibus, siuè à partibus illatum, vel in principio [m] litis, vel in medio, vel in ipsa definitiua [n] sententia sub ipso [o] iudice detur, non expectata, [p] vel vltima definitione, vel prouocationis [q] formidine.

Iuramento præstito est standum præcedẽte legitima delatione: si autem non est præstitum, sed recusatum: si quidem ab eo, cui refertur, habetur pro conuicto, & non appellatur: si autem ab eo, cui defertur, potest per iudicem haberi pro conuicto, & contra eum pronunciari definitiuè, si iuramentum respicit totam causam, vel in interlocutoriè super aliquod capitulum: tamen si credit se grauatum, poterit appellare, & iustificare appellationem. h. d. vsque ad § his de præsentibus. Baldus.

¶ Sed iuramento illato, cum hoc à partibus factum [r] fuerit, & à iudice approbatũ, [s] vel ex auctoritate iudicis cuicumque parti illatum: [t] si quidem is, cui imponitur sacramentũ, nihil ad hoc fuerit reluctatus, [u] hoc [x] præstetur, vel referatur, [y] necessitate ei imponenda, cui iure refertur, relationis sacramentum subire: vel si hoc recusauerit, * quasi illato [z] sacramento [a] præstito, [b] causa, [c] vel capitulum decidatur, [d] nullo loco prouocationi relinquẽdo. Quis enim ferendus est ad appellationis veniens auxilium in his, quæ ipse facienda procurauit. [e]

¶ Sin autem is, cui [f] sacr̄m

a *Quæ in litibus.*] non ergo de voluntario 1 iuramẽto dicit hæc lex.

1 Quia illud extra iudicium, & quãdocumque. Angel.

b *Increbuit.*] i. consuetudo fuit. 2

c *In plenissima.* id est interlocutoria, vt quidam dicunt. Tu dic, in definitiua: nam dicit plenissima, vt ff. de re iudicata, l. 1. interlocutoria enim plenè, non plenissimè definit.

d *Definitione.*] & benè, quia sententia debet continere condemnationem, vel absolutionem, vt ff. de re iudica. l. 1. nam sub conditione solebant ferre sentẽtiam si iuraret reus, vel actor.

*Cogũtur tamen hæredes interdum iurare, dummodo veri similiter possint iurare, vt potè nota eis veritati facti, quam liberi tacita quadã præsũptione nosse intelliguntur. Vi. in hunc locũ Rol. à Val. 1. cons. 52. adde Aruba. 19. 55. nu. 8. Min sing. 1. obseruat. 13. Gothof.

e *Imponere.*] veluti condemno Titium Seio in quinquaginta, si Seius ibi iurauerit deberi, vt suprà l. proxi. in fi. & infrà, de senten. & interlo. l. cum iudex. Vel ecõtra, absoluo Titium, si iurauerit se non debere. Accursius Florentinus.

f *Vt prouocatione.*] vel etiam ante appellationem intra decẽ dies.

g *Probationes.*] præstande per eorum iusiurandum. Et sic not. q̃ sacramentum obtinet locum probationis, vt j. de non num. pec. l. contractibus, §. illo. & de iure delib. l. fin. §. licentia danda, & ff. eod. l. sed & si possessori, §. fin. Sed arg. contra, 4 ff. eo. l. eum qui, in princ. sed illud verum quantum ad pœnam: secus autem quantum ad rem. Item quandoque obtinet locum veritatis, vt ff. eod. l. sed & si possessori, §. 1. Quandoque locum siue vim litis contestatæ, vt ff. eod. l. nam & postea, §. si is cui. Quandoque vim pacti, vel transactionis, vt ff. eod. l. 1. & 2. Quandoque vim solutionis, siue acceptilationis, vt ff. eod. l. iusiurandum etiam, & l. seq. §. 1. Quandoque vim nouationis. Item delegationis, vt ff. eo. l. qui iurasse, §. fin.

4 Dic, q̃ ibi fuit cõsideratum onus, hic verò effectus. Saly. & Ang.

h *Cum.*] pro quando temporaliter melius ponitur, quàm accusatiuè.

i *Hæreditarium.*] id est hæredis.

k *A principali.*] scilicet defuncti, vt quia nesciat hæres veritatem, nam licet ei ignorare, vt ff. de re iudic. l. qui in alterius. nec de alieno facto compellendus est iurare, vt ff. rerum amotar. l. Marcellus, §. iurare. Item potest esse, quod defunctus bonæ famæ, & legalis homo fuit, sed hæres nequam.

l *Pinguius.*] no. sic j. de hære. l. quoniam, in fine.

m *In principio.*] id est post litem contestatã, vel id est ante.

n *Definitiua.*] i. paululum ante sententiam, quoniam quæ incontinenti fiunt, inesse videntur, vt ff. si cert. pet. l. lecta, & supra de pact. l. petens. Alij dicunt, i. paululum postea, vt non sit correcta lex superior. & illa quæ est j. de sent. & interloc. l. cum iudex. & pro eis facit inf. eod. §. fin. vbi dicit non mutari vetera iura. Tertij dicunt, id est in ipsa sententiæ prolatione, & reddunt singula singulis, id est, vt ad id quod dicit in princip. litis, vel in medio referatur, id quod dicit non expectata sententia: & ad id quod dicit in ipsa definitiua sententia, referatur, non expectata prouocationis formidine.

ADDITIO. Aduertas secundum Cynum hic, quòd hoc principium istius legi. non corrigit superiorem legem proximam in fine. licet Glos. hoc ibi velit, & glos. fi. infra eodem. l. sed solum. hoc nouum inducit, quòd etiam appellatione pendente possit hodie iurari, ne probationum copia pereat, & sic non corrigitur etiã hodie l. cum iudex. infra, de senten. & interlocu. omnium iudic. vt vult etiam Bartol. & hic, & ibi.

o *Sub ipso.*] id est coram. sic suprà, de episc. audien. l. mathematicos.

p *Expectata.*] Redde singula singulis, vt dixi. Vel dic non expectata vltima definitione, & cum à partibus defertur, vel prouocationis formidine, cum à iudice.

q *Prouocationis* quia secũdum legem, post sententiam tantum licet appellare, supra de episcopali audientia.

* Scilicet ille, cui relatũ est iuramẽtum. Salyc.

r *Factum.*] id est delatum.

s *Approbatum.*] & sic est iudiciale: & ideò dicit approbatum, quia quandoque non approbat, vt si ille cui defertur, dicat se nescire veritatem, vt ff. eod. l. iusiurandum, & ad pecunias, circa principium.

t *Illatum.*] & sic est necessarium.

u *Reluctatus.*] id est non recusat.

x *Hoc.*] nunc respondet.

y *Vel referatur.*] cum à parte infertur, vel etiam cum à iudice, & poterit isto casu is cui defertur recusare, Item appellare, vt j. ead. l. §. sin autem is cui.

y *Illato.*] id est delato.

a *Sacramento.*] quia perinde habetur, ac si primus iurasset.

b *Præstito.*] ab eo, cui ab initio illatum fuit.

c *Causa.*] quando super tota causa defertur: sed capitulum, quando super certo capitulo defertur.

d *Decidatur.*] sic ergo delator non potest recusare, si ei refertur: sed is cui primo delatum fuit benè potest recusare, vt inf. ead. l. 1. Item nec appellar, vt hic, quod alteri, cui scilicet primo fuerat delatum non denegatur, quia potest appellare, vt inf. proxi. §.

e *Procurauit.*] procurauit enim, vt lis iureiurando decideretur, & est sic ff. quod quisque iur. l. 1. & ff. eod. l. iusiurandum, & ad pecu. §. si is.

f *Cui.*] siue sit actor, siue reus,

est illatum vel à parte, vel à iudice, hoc subire minimè voluerit, licentiam quidem habeat sacramentum recusare:[a] iudex autem si hoc[b] omnimodo præstandum existimauerit,[c] sic causam dirimat, quasi volente[d] eo, sacramentum sit recusatum: & ita cætera siue capitula,[e] siue totius negotij summa examinetur, & lis suo marte percurrat, nullo ei obstaculo obuiante.

¶ Ipse autem qui sacramentum sibi[f] illatũ dare recusauerit, vel hoc attestetur,[g] vel si fortè non audeat, habeat sibi in vltima prouocatione repositũ auxilium,[h] * & si iudex appellationi præsidens, bene quidem illatum iusiurãdum, non ritè autem recusatum pronunciauerit, res secundum quod iudicatum est permanebit. Sin autem nõ ritè quidem illatum, rectè autem recusatum sacramentum pronunciauerit: tunc ei licebit emẽdare sententiã iudicis, quæ quasi ex recusato[i] sacramento processit, & nihil penitus nec præiudicij,[k] nec iniusti dispendij[l] cuicunq; incurret, sed & causæ cursus[m] ab initio vsq; ad nouissimũ terminum non impedietur, & lis æqua lance trutinabitur.

¶ Siue autem[o] illatum iurãm præstitum fuerit, siue recusatum,[n] ipsi parti, quæ hoc intulit, nullũ prouocationis remediũ in hoc reseruabitur, cum nimis crudele est, parti, quæ hoc detulit[o] propter hoc ipsum, quòd iudex eius petitionem[p] sequutus est, superesse prouocationẽ.

Iuramẽtum defertur absenti, & debet venire ad iudicem, vel ad eum mitti, vt sub actorũ testificatione iuret, vel referat, vel recuset. Et quæ dicta sunt de appellatione inter præsentes, dicuntur inter absentes, h. d. not. vsq; ad §. in omnibus. Bald.

¶ His de præsentib.[q] personis statutis,[r] nec absẽtes nos fugiunt, sed etiam eos huic legi subiugamus: & si persona præsens non inueniatur, cui sacrãm illatũ est, lite fortè per procuratorẽ vẽtilata, necesse est[s] vel ipsam principalem personã, datis certis inducijs, ad iudicem venire, vt ea, quæ de sacris statuta sũt, impleat: vel si iudex existimauerit,[t] in prouincia vbi degit, sub actorum[u] testificatione iuramentũ ab ea, vel dari, vel referri, vel recusari, hoc ꝓcedere, vt singulis casibus euentus[x] iam definitus imponatur, licentia danda[1] † etiam parti alteri, vel per se, vel procuratorem super hoc ipsum ordinatum, adesse ijs, quæ de iuramento aguntur: vel si neutrum[y] facere maluerit, &

a *Recusare.*] a contra, J. eo. l. delata & ff. eod. manifestæ. Sol. hic nouum. Vel dic, vt in d. l. manifestæ, diximus.
b *Si hoc.*] hoc ad necessarium tantum restringitur.
c *Existimauerit.*] id est illum, cui illatum est, non iustè recusare prospexerit.
d *Volente.*] idest sicuti si alteri retulisset, & cum ille subire vellet, iste ei remisisset, & sic ille recusasset illo volente. Vel aliter, id est sicut si relatũ sibi sacramentum recusasset, quod ab initio detulisset. & hæc duo paria sunt quo ad sententiam, non quo ad appellationem, nam secundum primum intellectum, qui defert, vel refert, non appellat, vt J. ead. l. §. siue autem, hic autem qui recusat appellat. Item secundum alium non appellaret, quod hic facit, vt hic subijcit.
e *Capitula.*] super quibus non est iuratum, vt infra ead. l.
f *Sibi.*] scilicet reus, vel actor.
g *Hoc attestetur.* quasi, ex causa subire iustificati iurandum recusat? potest ex forte, quia dubitat de facto, cum hoc in iuramentum sit veritatis, vt ff. eod. l. iusiurandum. & ad pecunias, circa princip. & inst. de amot. l. Marcellus, §. iurare autem. Accursius.
h *Auxilium.*] ille ergo cui defertur appellat, & datur iudex appellationis, cuius officium quale sit, statim subijcit.
i *Ex recusato.*] hoc expone, vt supra. Et quasi dicit, ideò, quia non per omnia est simile, vt modo notaui.
k *Præiudicij.*] ex prima sententia.
l *Dispendij.*] nam neuter alteri damnatur in expensis ob hoc, quod calumniose egerit, nam vnus dicit vnam causam, alius aliam, & sic quilibet bonam causam fouisse videtur, vt in Auth. de iudic. §. oportet, coll. 6. Vel dic dispendij ex prima sententia, s. quia cassatur per appellationem. Vel dic, id est damni.
m *Cursus.*] quantum est in alijs capitulis, vt infra ead. l. §. nullo. Vel dic etiam huius, scilicet primæ, & secundæ, non procedit, vt moris est procedi in causis principalibus & appellationis.
n *Recusatum.*] ab eo cui delatum est, volente tamen deferente. Dic ergo recusatum, id est remissum, sicut si iudex ... & is cui delatum est recusat delatum, vt subijcit, ... & supra eod. §. sin autem.
o *Detulit.*] Nota delator non appellat, sed relator, secundum P. sic, quia hoc facit ex necessitate, vt ff. de const. pec. l. illud. sed Io. contra, quia omnis relator est delator.
p *Petitionem.*] i. iurisiurandi illationem. Et no. hic triplex iuramentum, vt not. ff. eo. l. 1. in fi. & J. eo. l. 1. & est voluntarium, quod spontè suscipitur, & recusatur, & refertur: vt ff. eo. l. iusiurãdum quod ex cõuentione, in prin. de alijs duob. dicit hæc lex. sunt & alia multa iuramẽta, de quibus in corpore iuris tractatur: vt no. ff. eo. super rub. Item no. ꝙ in casibus nullo modo refertur: vt ff. rerum amo. l. Marcellus, §. fin. & l. non magis. Item & J. de fideicom. l. fin. Item & vbicumque lex deferat, nisi eadem lex dicat de recusatione: vt infra, de bo. auth. iud. poss. l. fi. §. fin. & d. l. Marcellus, & sup. eod. delatæ.
q *His de præsentibus.* personarum, quarum est negotiũ: aliæ sunt præsentes, aliæ absentes, supradicta locum habent inter præsentes. In absentibus autẽ non omnino quantum ad expensarum præstationẽ: sed quædam eorum obtinẽt. Item nota secundum Irn. quòd illatum auctore iudice iusiurandum à parte parti: aut suscipitur, aut recusatur: susceptum, aut præstatur, aut refertur: relatum rursus aut suscipitur, aut recusatur, qui delatum aut relatum præstitit, obtinet: qui recusat sine causa, cadit quidem: sed qui retulit, relatumque recusat, non potest prouocare, quod scilicet, alteri non denegatur: nam appellare potest, qui sacramentum sibi delatum recusat, cum iudici videatur, quod iuret, nam contra eum fertur sententia, absente quoque altero, idem & casu iuris euentus deprehenditur, & hoc dicit lex ista secundum Irn.
r *Statutis.*] vsque nunc.
s *Necesse est.*] deferri ergo potest absenti, sicut & remitti, vt ff. eod. l. penult.
t *Existimauerit.*] vt ff. eod. l. iusiurandum, §. si de qualitate. alias destinauerit.
u *Sub actorum.*] conficiendorum coram iudice illius prouinciæ, vbi absens degit, & ad hoc J. de fide instr. l. iudices. & J. de iuram. cal. l. 3. §. sin autem, & auth. principales, & ff. eod. l. ad personas, & J. finium regund. l. si quis.
x *Euentus.*] vt si illatum sibi susceperit, & præstiterit, vincat, idem est si relatum præstat: si autem relatum, vel illatum sine causa recusat, amittat causam, nec licet ei qui intulit appellare.
y *Neutrum.*] id est neque per se, neque per procuratorem.

De hoc vide c. vlt. vbi bon. glos. extra eod. tit.

* Iste tex. §. nullo tamen & c. est singul. Vel dic super quibus ... iuratum, vt infra eod. hic, §. prox. sed & causa ... &c. ... pellatio- nis, & vid. glos. 2. c. t. de his quæ vi metus causa fiunt.

1 † Concedenda.

Iudices.

ex vna parte,* sub fide tamē gestorum, iuramentum præstari, vel referri, vel recusari: expensis propter huiusmodi causam præstandis, officio iudicis [a] trutinandis, an ab vtraque [b] parte, an ab altera [c] oporteat eas dependi, nulla tamen ex hoc litibus impedimento generando, sed donec ea procedunt, alijs vel capitulis * vel litis [d] membris [e] à iudice examinandis: & postquam fuerint intimata gesta super iuramento subsequuta tunc iterum ad hoc capitulū iudice redeūte, & eo ad impleto ad cętera perueniente, omnibus alijs, quæ de præsentibus sancita sunt, & in absentium parte obseruandis.

Secundum qualitatem personarum iudex compellit ad comparendum in iudicio personaliter, vel mittit ad domū. Itē lex noua in dubio non prę sumitur corrigere veterem, hoc dicit, Bal.

¶ In omnibus autem casibus in quibus sacramenta præstātur, obseruationem iudicialē permanere censemus ſm personarum qualitatem, siue sub ipso iudice præstari oportet iuramentum, siue in domib. [f] siue sacris scripturis tactis, siue in sacrosanctis oratorijs. [g] Similique modo in sua firmitate remanere, quę de calūniæ [h] iureiurando, vel relato sacramento legibus [i] cauta [k] sunt, vel à nobis, vel à retro diuis principibus introducta non enim vt aliquid derogetur antiquiorib. legibus, hęc prolata sunt, sed vt si quid deesse eis videatur, hoc repleat. Recitata septies * in nouo cōsistorio palatij Iustinia. Dat. 3. Calend. Nouemb. Decio V.C.Coss.

Ista est not. & facilis lex, & hoc intendit. Causa vltimæ voluntatis falso iuramento decisa, retractatur veritate reperta, & in causa executionis testi potest obijci leg. Falcidię beneficium h.d.not. Bal. Vel sic: iuramentum super vltima voluntate præstitum retractatur, si contrariū postea probetur, & si Falcidia immineat, illa detrahitur iuramento non obstante. Sal.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XIII.

CVm quis legatum, vel fideicommissum, vtpote sibi relictum, exigeret, [l] & testamento forte non apparente, pro eo [m] sacramentum ei ab hærede delatum esset, & is religionem suam præstasset, affirmans sibi legatum, vel fideicommissum derelictum esse, & ex huiusmodi testamēto id quod petebat, consequutus esset, postea autem manifestum [n] esset factum, nihil ei penitus fuisse derelictum, apud antiquos quærebat, vtrū iureiurādo standum esset: an restituere deberet, quod accepisset: [o] vel si re vera ei derelictum fuisset legatum, [p] vel fideicommissum, an daremus licentiam hæredi Falcidiam, si competat, ex hoc retinere? Nobis itaque melius visum est repeti ab eo legatum, vel fideicommissum, nullumq; ex huiusmodi periurio lucrum [q] ei accedere. Sed si verum fuerit inuentum, quartæ detentionem introduci (si tamen locum habeat) cui [r] ex delicto impium sibi lucrū afferre

a *Iudicis.* coram quo iuratur.
b *Ab vtraque parte.* cum alteri parti fuit delatum, & ab ea alteri relatum, vel cum vnicuique fuit delatum super diuersis capitulis, & sic vtrique prodit sententia.
c *Ab altera.* cum alteri parti fuit delatum, & ab ea præstitum: in quo casu cōdemnatur in expensis pars, quæ detulit, & sic secundum l. properandum, §. sin autem alterutra, supra de iud. §. oportet. collat. 6. Item not. de expensis officio iudicis imponendis, & ad hoc inf. de app. l. eos. §. si quis autem, & infra de testibus, l. quoniam liberi.
d *Vel litis.* vel, pro idest.
e *Membris.* scilicet, capitulis.
f *In domibus.* ratione sexus, vel dignitatis, ut ff. eod. l. ad personas, & l. iusiurandum & ad pecunias, §. si de qualitate, & supra de iura. calu. l. 2. §. 1.
g *Oratorijs.* i. super altari.
h *De calumnia.* quod præstatur à deferente, & de his habes ff. eo. l. iusiurandum & ad pe. §. ait prętor, & §. qui iusiurandum.
i *Legibus.* super iuramento calumniæ, & in litem, & in alijs, vt no. ff. eod. l. 1. etiā super isto, excepta recusatione quod hodie fit, & tempore sententiæ, vt supra, eadem l. in princ. & §. sin autem is cui nā olim fiebat post sententiam, vt sup. ea. l. in prin.
ADDITIO. Tu dicas hanc gl. communiter reprobari per doctores in eo, quod dicit, duo noua hac l. induci contra iura vetera. De secundo enim diximus supra, ea. l. in fin. De primo vero. l. quod hodie possit iuramētum iudiciale recusari: Dic hoc verum subexistēte causa, vt satis probat tit. supra in § sin autem is cui. iuncto, §. seq. & sic l. manifesto, ff. eodem, non corrigitur hodie, vt dicunt communiter ibi docto. Vide Abb. in c. fi. in prin. extra eodem ver. sed contra prædicta.
k *Causa sunt.* exceptis casibus duobus primis huius l.

C*Vm quis.* CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti, ex eodem testamento fundum mihi quasi relictum ab hærede petij: hæres negauit fuisse mihi aliquid relictum, non apparente testamento: detulit mihi hæres iuramentum. quæritur, an restituere debeam, quod accepi, cum appareat post nihil fuisse mihi relictum? Respondetur quod sic, & hoc in prima. Si vero aliquid fuerit mihi relictum: sed erat quæstio inter me, & hæredes: an detrahere possent Falcidiam, & delato mihi iuramento iuraui Falcidiæ locū non esse, si postea autem iuramentum retractando posset hæres Falcidiā detrahere, quærit? Dicitur quod sic, vt non ex periurio meo lucrū consequar. & hoc in secunda.
l *Exigeret.* in iudicio.
m Pro eo. s. legato.
n *Manifestum esset.* non per testes, sed per scrip. testamenti, secundum P. vel dic etiam per testes.
o *Accepisset.* hoc primum soluit, ibi: nobis itaque, &c. aliam quæstionē soluit ibi, sed & si verum, &c.
p *Legatum.* contra, ff. de dolo. l. quod si deferente. Sol. transactio non valet in rebus testamenti, antequam aperiatur. vt ff. de transa. l. de his controuersijs, & sic fuit hic.
q *Lucrum.* imò videtur stari delationi, vt ff. de dolo, l. quod si deferente, & l. sequen. vel si iuratum est sine delatione, tunc detur de dolo, vt in eo. tit. l. si legatarius, quæ sunt contra, non condictio indebiti, de qua hic dicit. Sol. Hæc corrigit illas quo ad hoc casum, & erit ratio, quia sacramentum obtinet vim transactionis, vt ff. eod. l. 1. & 2. sed transactio non potest fieri, nisi cognitis verbis testamenti, ergo nec iuramentum deferri. vt ff. de transa. l. de ijs, & quemadmodum testamen. aper. l. prima. Vel hic erant cognita verba testamēti. non. sic nō no. hic speciale, vt retractetur iuramentum, vt ff. eod. l. admonendi.
r *Nec cui.* Potes intelligere, vt de Falcidia non fuerit facta quæstio: & ideo ipso iure in ea non obstat iuramentum. Vel secundo dic, quod de ea fuerit facta quæstio; & sacramentum delatum & iuratum, quòd Falcidia non habet locum: nam dicit ex hoc delicto, sed potest intelligi de alio priuato delicto.

* Iste tex. est singul. ſm Angel. hic, quòd iurām iudiciale, vel necessariū pōt præstari p parte aduersario et absente, & valebit, sicut aduersarius esset præsens.

* Sing. est et ſm Angel. hic, q liceat pendeat dilacio data su p vno, tū sup alijs iudicantis officiū nō cessat, & ita limitata est lex siue pars. supra de dilat.

* Septimo Cuiac. 20. obser.

* Idē Bar. Butr. & Salic.

Trāsactio nō pōt fieri, nisi cognitis verbis testamenti.

SI CERTVM PETATVR.

De actionibus personalibus dicturus de condictionib. sumit initium, & primo de illa, qua petitur certum, quæ est generalis, vt ff. eo. l. certi. specialiter etiam dicit hic ti. de condictio ne certi ex mutuo, in qua seruantur quędā de specialia, vt ff. eo. l. singularia. & hoc, quod dicit si cer. peta. i. mutuum. nam restringitur eius significatio alij dicunt esse actionis nomen, vt ff. de tri. l. prima.

nostris legibus concedatur, Dat. 15. Calend. Nouemb. Constantinop. post consulatum. Lampadij, & Oreste VV. CC. 552.

TITVLVS II.

Si certum petatur.[a] †

Onera hæreditaria inter hæredes pro hæreditarijs portionibus diuiduntur, etiamsi in prælegatis sit inequalitas, hoc dicit Bald. vel sic: hæredes tenentur ad onera hæreditaria, non pro modo prælegatorum, sed pro hæreditatis rata: Sal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Modestino.

LEX PRIMA.

NEque æquam,[a] neque vsitatam[b] rem desideras, vt æs alienum[c] patris tui non pro portionibus hæreditaris exoluatis, tu, & frater cohæres tuus, sed pro æstimatione rerum prælegatarum, cum sit explorati iuris, hæreditaria onera ad scriptos hæredes pro portionibus hæreditarijs non pro modo emolumenti, pertinere.[d] Quod nec tu ipse ignorare videris, cum creditoribus secundum formam veteris iuris * pro portione tua caueris.[e] Datum Calend. Iu. Chilone, & Libone Coss. 205.

Ista est not. lex. Qui pecuniam alienam suo nomine mutuat, sibi stipulando ius quærit, quod cedere tenetur, h. d. Bal. Vel sic: In pecunia aliena non consistit mutuum, tamen numeratori sibi stipulāti quæritur actio, non domino nisi vt cedat, eum compellat, hoc dicit: Sal.

Imp. Anton. A. Hermogeni.

LEX II.

QVamuis pecuniam tuā[f] Asclepiades suo[g] nomine crediderit: stipulando[h] tamē sibi ius obligationis[i] quęsiuit, quam pecuniam vt possis petere, mandatis[k] tibi ab eo actionibus consequeris.[l] PP. 7. Cal. Maij. Messala, & Sabino Coss. 217.

Qui officium in prouincia administrat, fœnus exercere, non potest, hoc dicit, Bald.

Imp. Gordia. A. Sempronio.

LEX III.

EOs, qui officia administrant[m] neque per se neque per suppositas personas tempore officij sui in prouincia fœnus[n] agitare posse, sæpe scriptum est. PP. 8. Cal. Septemb. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

Qui nomine domini mutuat, si nomen dominus debitoris ratum non habet: agit actione mandati, vel vtili, absque cessione, hoc dicit, & est not. Bal.

---

† Petetur P. F. petat de Chirographo. C. Th. lib. 2.

NEque. CASVS. Testamētū fecisti, duos hæredes instituisti, alteri fundū prælegasti, qualiter inter eos æris alieni facienda est diuisio, an pro portionibus, hæreditarijs tantum non habita, ratione prælegati, an habita? Respon. quod ius restitutionis, non prælegati inspiciendum est: qui aliud desiderat, neque rem vsitatam, neq; æquam desiderat. sicq; dirigit fer nonē ad eum, cui nil erat prælegatum volentem haberi rō nem prælegati, q. nō vr̄ hoc ignorasse, quod proportione hēditaria facienda sit diuisio ęris alieni, cum ipse creditorib. pro portione sua cauisset. Vi.

a *Neque æquam.* quo ad ius scriptum, Acc.

b *Neque vsitatam.* quo ad cōsuetudinē.

c *Aes alienum.* quod pater tuus debuit, vt ff. de verb. sig. l. cedere, §. æs.

d *Pertinere.* vt supra de pact. l. pacto, & fa mil. ercisc. l. licet. & hæc quæ, & inf. de hæred. act. l. creditores. & l. pro hæreditarijs, & infra de exce. l. 1. Et est alia ratio, 1 quia personalis obligatio nō sequitur fundum, etiam prælegatum, vt ff. ad Treb. l. 1. §. si hæres. Item & alia, quia legata non cōsueuerunt esse de damno, vt ff. mand. l. si hæreditatem, sed reuocantur propter æs alienum, & debitum bonorum subsidium, vt sint nulla, vt ff. de hæ. inst. l. ex facto. ij. §. vnde scio & infra de iure deli. l. scimus, §. licentia creditoribus.

* Intellige l. 12. Tab. q explicat P. Prateius lib. 4. veter. interp. Eadem Sa. Bart. Bal.

e *Caueris.* per quod agnoscere videris pro rata, vt infra ad leg. Fal. l. 1.

QVamuis. CASVS. Pecuniam meam Titio tu nomine tuo mutuasti. & eam tibi reddi tuo nomine stipulatus es an, mibi quæsita sit actio aduersus Titium? Respon. non, si pecunia consumpta fuerit, sed qua actione te conueniam, non aperit. Tu dic utili neg. gest.

f *Pecuniam tuam.* per quod videbatur tibi quæsita actio.

g *Suo.* si autem tuo, esset tibi actio quæsita, vt ff. eo. l. certi; §. si nummos. licet si tibi stipulatus esset, nulla tibi quæreretur actio, vt in ea. l. quoniam.

h *Stipulando.* nisi. n. esset stipulatus, non quæreretur sibi actio, nisi consumptione, nam eo modo reconciliatum esset mutuum, quod sic, vt ff. eo. l. 2. §. appellata. Item annuet stipulatio se quens actionem, quæ oritur ex numeratione, & qū, dixi, ff eo. l. certi, §. qm, in gl. s. condicere, &c.

h *Stipulando.* similiter per vsucapionem, ff. eo. l. non omnis numeratio, circa princ.

i *Ius obligationis.* certi condictionis ex stipulatione, non ex numeratione, &c.

k *Mandatis.* s. vt negotium, tuū gessisse. videatur te ratum habente in subsidium, pecunia consumpta per debitorem.

e *Probandum est.*] à te, & ita probat non numeratam, & sic est contra inf. de proba. l. actor. & inf. de non num. pec. l. si ex cautione. Solu. probat admissus, non iussus, vel probat eo ipso, quod non probatur contrarium. sic j. qui mili. non poss. l. super tectis, lib. 12. & ff. de iure do. l. dotem quæ in prius. Vel hoc non simpliciter negat, sed negando aliud asserit: ideoque ab eo exigitur probatio. Sed quare dicit hic, quòd vtrumque probet, cum alterum tantum probare sufficiat ad hoc, vt sequi debeat absolutio? Respon. respexit lex quod duplici de causa potest conueniri. s. vel ex mutuo, & tunc debet probare non numeratam eo modo, vt dixi: vel ex promissione, & tunc se promisisse ob turpem causam præcedentem. Sed an huiusmodi exceptiones, & probationes etiam post biennium admittantur? Quidam quod non: arg. sup. de postu. l. sub specie, sed ibi non negat post biennium dari exceptionem doli, licet non detur non numeratæ pecuniæ: & ita hic potest dari post biennium doli. Vel quia promissum est ob turpem causam, quod idem est. nam præcedentem pactionem turpem considerare debemus, vt infra ad Maced. l. si filiusfa. aliquid. Sed opponitur. Nonne absoluendus est hic conuentus propter primam negatiuam, etiam si non probetur de turpitudine: non enim debet in eo probando grauari, quo probato non debet releuari: vt infra de probat. l. ad probationem? Sed dici potest hoc esse necesse post biennium, vel hic non solum petebat absolui, verum etiam cautionem condicebat, & contra. inf. de inuti. stip. l. dolo. & lex co. & inf. de condict. sine cau. l. fina. & suprà si certum petatur. l. si non singuli.

C*Vm te.*] CASVS. Si mulieri causa stupri domum dedisti, eam repetere non poteris: quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. Viuianus.

f *Turpem.*] vt ei commisceretis, & non erat meretrix.

g *Dedisse.*] sic ergo fecit accipientis, vt Institu. de actio. §. sic itaque.

Fiscus repetit datũ ab aliquo ob turpé causam.

h *Desideras.*] Sic ergo ex inutili contractu dominium transfertur. & sic est contra s. de legi. & constitut. l. non dubium. Sed dic, quod repetit fiscus: vt ff. de iure fisci. l. Lucius.

i *Melior.*] in pari ergo causa melior, &c. vt hic, & s. de transact. l. transactione finita. & ff. de verbor. obliga. l. si seruum, §. de illo. & ff. ne quis eum, qui in ius voc. fu. vi exi. l. nam cum vterque. & ff. cod. l. si ob turpem. & de reg. iur. l. in pari. & ne q̃d in loco publi. l. prætor, §. idem. & ff. de calum. l. in heredem. & j. cod. l. mercalem. & ff. de doli except. l. apud Celsum, §. Marcellus. Sed quid de pignore, nunquid pignus poterit vendicari, vel repeti pigno ratitia actione? Rnd. Al. & M. q̃ non. sed certè melius est, vt dicamus pignus posse iure dominij vendicari, quia vendicatio contra eum, sicut contra quemlibet instituitur: vt ff. ad exhiben. l. de eo, §. pen. & fi. & ff. si quand. pau. fe. di. l. 1. §. fin. licet sit arg. contra, quia quandoque quis non tanquam quilibet admittitur; vt s. de do. l. 1. Secus verò in re principali soluta: quia eius dominium translatum est in accipientem, quod nulla cõditione, vel actione potest reuocari. & idem in pignore, si agatur pignoratitia actione ex contractu turpiter celebrato. Sed econtra, si creditrix agat, aut actione ex contractu turpiter celebrato, & non potest per hanc legem, cum in pari, &c. Nec obstat ff. eo. l. idem, §. sed quod meretrici. quia quædam honestè accipiuntur, quæ non honeste petuntur, vt ff. de var. cog. l. 1. §. 1. aut hypothecaria, quod potest, cum contra quemlibet possidentem detur, & non inspicit contractum. arg. d. l. ad exhib. l. de eo, in fi. secundum H. quod non placet: quia si datur vendicatio debitori non possidenti etiam nihilo soluto: multò magis exceptio. arg. ff. de superfic. l. 1. §. quod autem ait prætor.

Pignus datũ ob turpé causam an possit vendicari, vel repeti, ac pign.

Q*Vod euitandi.*] CASVS. Si clericus aliquis, vel inhabilis ad exercitium publicæ militiæ, puta mancus vel claudus, aliquam pecuniam alicui potestatem habenti vocandi homines ad ciuilia munera ob vitandam militiam dederit: an repeti possit, quæritur? Dicitur quòd sic, per condict. ob causam. & accipiens de crimine concussionis poterit accusari, & condemnari. sic intelligo legem istam de dante, qui erat inhabilis. alioquin si habilis fuisset, vterque esset in turpi causa. nec haberet locum repetitio. Viuianus.

k *Tyrocinij.*] id est militiæ.

l *Competentem.*] inhabilis erat, & ipso iure excusatus: sed quia inquietabatur, dedit.

m *Eius.*] scilicet militis.

n *Recipies.*] per hanc condictionem, & dic quod turpiter

piter accepit, vnde etiam crimine concussionis tenetur, vt subijcit. sed qui dedit, honeste dedit, quia erat inhabilis ad militiam, alias graue esset detractare militiam, vt ff. de re milit. l. qui cum vno. §. qui post desertionem, nec est contra, supra quod met. cau. l. cum te, quia ibi solui.

Crimen cõcussionis quid est.

a *Qui.* s. iudex.

b *Concussionis.* crimẽ concussionis est cum aliquis occasione publici officij quòd habet, aliquid extorquet a subiectis, vt ff. de cri. cõ. l. 1. & facit ff. de contrahen. empto. l. non licet, & hic tenetur, siue erat habilis, siue non.

QVoties. CASVS. Dedi tibi decẽ, vel furtũ vel homicidium non faceres: licet non feceris, quia tñ gratis abstinere debuisti, turpiter fecisti. vnde petã per condict. ob turpem causam. Potes ponere exemplum, ff. eod. l. in factum, & l. 2. & si marito alicuius mulieri., vt cum ea commisceretis, decem promisisti, an ea petere possit, quæritur? Dr quod nõ. Si verò dedisti, quia vterq; est in pari cã turpitudinis nõ repetes, hoc dicit, cum l. seq.

c *Quoties.* da exemplum, ut ff. eod. l. 1. in fi. & l. 2. & l. fina. & l. si ob turpem, & l. idẽ. §. primo, & ff. de posi. l. fin.

d *Vsura.* quod dic, vt supra de condict. indeb. l. 1.

1 † Bitiphio. alias e Bitostro.

MErcalem. lenocinij. Quid sit lenocinium, habes ff. de min. l. auxilium, §. fi. & de adul. l. mariti, §. lenociniũ, & l. 1. §. lenocinij, & facit inf. de adult. l. crimen.

2 † Ista lex est notab. & ad hoc semper solet allegari, quod allegans suam turpitudinẽ non est audiẽdus.

f *Demonstratur.* vt j. de don. ante nu. l. ea quæ, & ff. e. l. si ob turpem causam,

3 † Soluta quãtitate.

OB restituenda. CASVS. Si pecuniam meã surripuisti, & ob eã restituendam. 10. tibi dederim eam per condict. ob turpem cau. repetere potero, quia licet honeste dedi, turpiter tamen fecisti, quia gratis restituere debebas. Viu.

g *Ob restituenda.* cõcor. j. l. prox. & ff. eo. l. idẽ. §. quoties, & l. si ob turpem.

h *Ea.* vt quia pecora & ob illa restituenda dedi pecuniam.

qui [a] memor censuræ publicæ, post restitutionem pecuniæ, etiam concussionis [b] crimen inultum esse non patietur PP. 3. Calẽ. Aug. ipsis, 4. & 3. AA. Coss.

In condictione ob turpem causam non veniunt vsuræ, hoc dicit. & Sal.

Ijdem AA. & CC. Rufino.

LEX IIII.

QVoties [c] accipientis, nõ etiam dantis turpis inuenitur causa: licet hęc secuta fuerit; datum condici tantũ, non ẽt vsuræ [d] peti possũt S. 7 Id. Ian. Sirmij AA. Cos.

Qui excludit seipsum proponendo, nõ est necesse, quòd excludat excipiendo: quia ex suo officio iudex debet eũ excludere, h. d. not. secundum Bal. vel sic: Promissam marito causa lenocinij vxoris, non potest ab eo exigi: sicut nec ei solutum potest repeti, hoc dicit Sal.

Ijdem AA. & CC. Bichoporo. [1] †

LEX V.

MErcalem [2] † te habuisse vxorem proponis: vnde intelligis, & confessionem lenocinij [e] preces tuas continere, & cautæ quantitatis ob turpẽ causam exactionem locum non esse. Quamuis enim vtriusq; turpitudo versatur, ac solutæ quantitatis [3] † cessat repetitio; tamen ex huiusmodi stipulatione contra bonos mores interposita, denegandas esse actiones, iuris auctoritate demonstratur. [f] S. 6. Idus Maij. CC. Coss.

Fur rerum vel animaliũ quicquid accipit pro restituẽdo; turpiter accipit: & restituere tenetur, h. d. cum l. seq. Bald. vel sic: Datum furi, vt rem subtractam restituat quasi turpiter acceptum repeti potest, hoc dicit, Sal.

i *Interueniat.* Titius.

EVm qui. CASVS. Si pecora mea abegisti, & ab ea restituenda pecuniam tibi dedero, non solum pecuniam per condict. ob turpem cau. repetere potero, sed & pecora, licet morte, vel aliquo casu fortuito perierint, restituere debes per condict. furtiuam, cum intelligaris semper fuisse in mora. Viu.

Ijdem AA. & CC. Eutychię.

LEX VI.

OB restituenda [g] ea, [h] quę subtraxerat, accipientẽ pecuniam cum eius tantum interueniat [i] turpitudo, condictione conuentum hanc restituere debere conuenit. D. 15. Calen. Ian. CC. Coss.

Recipiens pecuniam, vt pecora per eũ occultata restituat, tenetur illam restituere per condictionem ob turpem causam, & pecora per condictionem furtiuam, tam extãtia, quam perempta etiam casu fortuito, h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Zenoni. [4] †

LEX VII.

EVm, qui ob restituenda, quæ abegerat pecora, pecuniam accepit, tam hanc, [k] quam ea, quæ per hoc commissum tenuit, [l] restituere debere conuenit: licet mortua, vel alio fortuito casu perijsse dicantur, cum hoc casu in rem mora [m] fiat. Dat. 5. Cal. Decẽ. Nicomediæ AA. Cos.

TITVLVS VIII.

De condictione furtiua.

Ista est no. lex. & hoc dicit: Plures eandem furto subtrahentes, insolidum obligantur: & solutio vnius non liberat alium à pœna furti, & liberat à condictione furtiua, hoc dicit not. secundum Baldum.

Impp. Dioclet. & Maxim. AA. & CC. Hermogeni.

LEX PRIMA.

PRæses prouinciæ sciens furti quidem actione singulos quousque insolidum [n] teneri, [o] cõdictionis [p]

k *Tam hanc.* scilicet pecuniam per condictionem ob turpem cau. vt ff. eo l. fina. & supra l. proxi. & dic quid sit crimen abigeatus: vt ff. de abig. l. 1. §. fi.

l *Tenuit.* scilicet, pecora, & hoc per condictionem furtiuam.

m *Mora.* vt infra de furt. l. subtracto. & infra tit. proxi. l. ante. & sup. quod met. caus. l. 1. & ff. de condict. fur. l. in re. & l. fina. & de vi & vi ar. l. 1. § recitissime, & l. merito. Sed videtur contra, inf. de fur. l. non decitionem, sed non obstat, vt d. l. subtracto.

DE CONDICTIONE furt.

4 † al. Zenonidæ.

Sicut condictio superior respicit turpẽ causam, sic & hæc, & ideo post illam subijcit de hac.

PRæses. Si tres mihi pecuniam subtraxerunt, agam furti aduersus quelibet in solidũ, & vno soluente alij non liberabuntur. secus in condict. fur. nã habet electionem quem velit insolidum conuenire: & vno soluente cœteri liberantur, & hanc diuersitatem in inferenda conditione cõsiderasse præses.

n *Insolidum.* qñ agitur actione furti, oẽs insolidum tenentur: qñ condictione furtiua vno satisfaciente pro alijs est satisfactum. 5

o *Teneri.* nec vno soluente cęteros liberari, vt ff. ad legem Aquil. l. itẽ Mela, §. si plures, & de iurisdict. om. iud. l. si quis & l. fi. & l. seq.

5 Concur. gl. 1. i. me. i c. 2. ex. de his quæ vi metusve cau. fiunt.

p *Condictiones.* s. furtiuæ, quæ nõ tollitur per actionẽ furti, vel econtra, vt ff. eo. l. si pro fure, §. furti, nisi in casu, qñ contra tutorem datur in duplum actio de rationibus distra-

Ee 2 hen-

pendis, nam condictione liberatur, vt ff. de admin. tut. l. tres tutores, circa prin. quæ est contra.

a *Subtractorum.* à pluribus, vt ff. de fur. l. vulgaris, §. penul. & alibi fur ex l. si plures.

b *Liberari.* à condictione furtiua, non ab actione furti, vt sup. & est ratio diuersitatis secundum M. quia actio furti ex maleficio datur. Sed condictio furtiua ex possessione, quod non placet, imò ex varijs figuris causarum, vt no. ff. cod. l. si pro fure, §. si.

ADDITIO. Videas de hoc plene p Areti. ... tal de Mat. in. §. omnium super glo. il. i. in verbo, modum, insti. de actio.

ANte CASVS. Si rem meã surripui, & antequam oblatas perierit, cuius sit periculum, quæritur? Resp. qui surripuisti. Viuit.

c *Certissimi iuris est.* vt s. tit. 1. l. fi. in fi. & in concor. ibi positis, & dicas hic de purgatione, vt dixi j. d. tit. l. subtracto.

1† Alieno tenimum eri.

DE CONDICTIONE ex lege, &c.

Supra speciales condictiones proposuit, nunc generales, nõ. n. est nouum, vt quibusdam specialiter enumeratis, generale subijciatur verbũ &c. vt ff. ad le. Aquil. l. si seruum. §. inquit.

LIcet ante. CASVS. Ex primipilari administratione tenebaris fisco in 10. nihil habet in bonis, nisi quendam debitorem in diem: an ante diem debitorem tuum conuenire possis, imo fiscus quæritur est; pecuniam recipias, vt sic satisfacias fisco. quæritur? Dicitur quod sic licet alias ante diem cum effectu peti non possit, & propter priuilegiũ fisci agens cedi ex lata.

2† Vlpiano.

3† Reperenit, &c.

d *Non possint.* obstante exceptione, vt ff. mand. l. si mandauero, 2. in princ. & ff. de verb. oblig. l. cum qui Calendis.

verò nummorum furtim subtractorum [a] electionem esse actum domum, si ab vno satisfactum fuerit, cæteros liberari, [b] iure proferre sententiam curabit, Dat. Cal. Maijs CC. Coss.

Fur est in mora, quæ non purgatur, nisi res restituatur, hoc dicit, Bal.

Idem AA. & CC. Aristæneto.

LEX II.

ANte oblationem interemptæ rei furtiuæ damnum ad furem pertinere, certissimi iuris est. [c] 1† Dat. Cal. Maijs CC. Coss.

TITVLVS IX.

De condictione ex lege, & sine causa, vel iniusta causa.

Fiscus debitorem debitoris sui ex causa primipili, præcedente discussione, solutum exigit ante diem Bald. vel sic: propter inopiam debitoris fisci potest debitor debitoris fisci ante tẽpus exigi, h. d. Sal.

Impp. Dioclet. & Maxim. AA. Vlpio. 2 †

LEX PRIMA.

LIcet ante tempus debita exigi non possint, [d] tamẽ si te ex primipilo [e] debitorẽ constitutum fisci; ac patrimonium tuum exhaustũ præses [f] prouinciæ compererit, 3† vt ad solutionis securitatem solum fœnebris pecuniæ subsidium superesse videatur, commonebit debitorem [g] tuum, si saltem ipse sit soluendo, vt ante definitum tempus debita 4† repræsentet: [h] vt fisco, cuius ob necessitates publicas, causam potiorẽ esse oportet, debita pecunia exoluatur. [i] S. 13. Calend. August. Sirmij CC. Coss.

Creditor, cui est satisfactum, tenetur reddere chirographum debitoris, Bald. vel sic. Soluto debito potest cautio repeti per condictionem sine causa, hoc dicit, Bal.

Ijdem AA. & CC. Sculatio. 5†

LEX II.

DIssolutæ quantitatis [k] retentum [l] instrumentum inefficax 6† penes creditorẽ remanere, [m] & ideo per condictionem [n] reddi oportere, nõ est ambigui iuris. S. Non. April. CC. Coss.

Malæ fidei possessor fructus percipiendo non facit furtum, sed cõsumendo facit furtum, & tenetur furti. Bal. vel sic: Malæ fidei possessor ad fructus extantes tenetur rei vendicatione: ad consumptos condictione ex iniusta causa. Salicetus.

Ijdem AA. & CC. Galatiæ. 7

LEX III.

MAla fide [o] possidens, de proprietate victus, de extantibus [p] fructibus rei vendicatione, [q] de consumptis ... condictione, sine causa, siue ex iniusta causa.

e *Ex primipilo.* i. ex primipilari administratione.

f *Præses.* sed quomodo præses cognoscit inter fiscum, & priuatum? Dic, quod hoc facit cum procuratore Cæsaris, ut supra si aduer. fisc. l. 1.

g *Debitorem tuum.* in diem vel pure.

h *Repræsentet.* s. fisco. ille debitor tuus conuentus condictione ex lege, & sic fallit hæc lex ad titulum istum. D. ad alia ... huius conditionis, vt dixi, ff. eo. l. 1.

i ... remisso interusurio medij temporis. argum. ff. ... si constante, §. quoties, & facit, inf. quando fis. vel ... per totum. ADDITIO. Per hanc legem dicit hic Bal. quod emptores gabellarum pro necessitate rei publi. possunt exigi ante diem, vel tempus; remisso tamen eis interusurio medij temporis, quod not.

DIssoluta quantitatis. CASVS. Si mutuasti mihi 10. & in diem confectum fuerit instrumentum: & solutis tibi 10. instrumentum reddere noluisti: qua actio. te conueniam vt reddas, quæritur? Respond. quod condict. sine causa, quod condict. sine causa quod est uerum, si tu soluisti tabellioni pro instrumẽto, alioquin vendicarem, & ad exhibendum agerem, vt supra ad exhib. l. fin.

4† Tua.

k *Dissoluta quantitate.* idest dissolutæ, obligationis pro quãtitate competentis. Vel id est solutæ.

l *Retentum.* si ex sua pecunia est factum.

m *Remanere.* vt infra de solu. l. nihil, & inf. deposi. l. propter & inf. loca. l. si conuictionis.

5 † Sculatio.

n *Per condictionem.* sine causa, & sic apparet dominium instrumenti esse creditoris, per quod vide turseum non debere restituere, si enim est set debitoris, non daretur ei pro re sua cõdictio, vt ff. vius. quẽ. adm. cap. l. si. nisi ratione possessionis daretur, vt ff. de condic. indeb. l. indebiti, §. 1. & hoc cum ex pecunia creditoris fuit solutum tabellioni, alias daretur rei vend. & ad exhibendum debitori, vt supra ad exhib. l. fi. & facit infra l. fin. & sup. de cond. indebit. l. cum & soluta.

6 † Cõcor. c. cum prident, cũ gl. super verb. resignauit ex. de pac.

MAla fide. CASVS. Si fundum meum mala fide possedisti, quia cum inuasisti, & egi, & obtinui, qua actio. ad fructus quos percepisti, agere possim, quæritur? Respond. quod extantes rei vend. ad consumptos condictio-ne, siue causa, siue ex iniusta causa.

7 † Galatiæ.

Nota ex hac l. quod malæ fidei possessor fructus percipiẽdo non facit furtum, sed consumendo, sic. secundum Bal. & ratio est secundum eundem, quia cum teneantur de percipiendis, est adstrictus percipere, & facit hoc de præcepto legis, consumere autem non adstringitur, imò vetatur, quia statim debuit domino restituere perceptos. facit quod no. ff. de pet. hær. l. etiam hære. §. fi. vbi uideas.

o *Mala fide.* quod iuris est scilicet bona vel mala fide possidere, sed fructus percipere facit, vt ff. de acq. rer. do. l. bonæ fidei, §. in contrarium.

p *Extantibus.* sub audi pro extantibus, &c.

q *Vendicatione*, vt ff. de rei vendi. l. fructus pendentes, &

& ī.de rei vendic. l.certum. vbi de hac materia plenè dixi. sed & actione furti, & condictione furtiua tenetur arg. ff. de fur. l. si certè. & de cond. indeb. l. si vrbana.

a *Condictione.*] Sine causa, vel iniusta causa: vt infrà de cri. expi. hære. l. aduersus, in fi. qua tenetur & is, qui rem, quam emerat seruus meus, quem possidet bona fide, sibi traditā accepit: vt ff. si certum pe. l. cum fundum, §. seruum. sed etiam rei vendicatione potest conueniri pro consumptis mala fide: quia dolo desijt possidere, vt ff. de regul. jur. l. rem. Item condictione furtiua: vt ff. de condict. furt. l. in re furtiua, §. fin. de percipiendis autē tenetur officio iudicis: vt Inst. de officio iudicis, §. illorum autem. & ī. de fruct. & lit. expen. l. litigator. & hoc si non habet titulum, aliàs dic, vt supra de rei vendica. l. si fundum.

Possessor malę fidei qua actione conueniatur pro fructibus cōsumptis.

SI non est. CASVS. Volebam à te pecuniam accipere mutuo, spe futurę numerationis cōfessus sum in instrumentis me recepisse. Postea eam numerare nolebas: qua actione te conuenire possim, vt red das instrumentum? Respond. q̄ si biennium intra quod cōsueuit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ effluxit: & ante biennium elapsum protestatus fue ro me velle eam opponere: condicam per condictionem sine causa illud instrumentum. Viuianus.

1 † Acceptum.

sumptis verò condictione[a] conuentus, eorum restituti parere compellitur. Data Idib. Febr. CC. Coss.

Hanc legem summaui suprà in l. dissolutæ. Casus autem patet. Si pecunia non est numerata debitori, debet ei creditor reddere instrumentum. Bald. Vel sic: Confessus per scripturam se mutuum recepisse spe futuræ numerationis non secutæ: intra biennium potest condicere cautionem, & posteà, si intra biennium sit protestatio facta. h. d. Salyc.

Ijdē AA. & CC. Alexādro.

LEX IV.

SI non est numeratū, quod velut accepturum[b] [1] † te sumpsisse mutuò scripsisti: & necdum transijsset tempus[c] statutum, vel[d] intra hunc diem habitam contestationē monstrando: reddi[e] tibi cautionem præsidali notione postulare potes. Dat. 17. Calen. Ianuar. CC. Coss.

Notarius non debet scribere in instrumento spē partium.

b *Acceptum.*] aliàs acceptum: aliàs accepturum: id est in animo tuo gerebas te accepturum. hoc enim scilicet te accepturum, non debet in instrumento scribi.

c *Tempus.*] scilicet biennij: vt inf. de non numerata pecu. in contractibus.

d *Vel intra hunc.*] Licet transierit iam, quæ in scriptis est proponenda: vt ī. de non num. pecu. Auth. hanc querulam.

e *Reddi.*] condictione sine causa parum enim refert, vtrum ab initio sine causa datum sit, an causa pro qua datum sit, sequuta non sit: vt ff. de cond. sine causa, l. 1. 2. 3. & 4. & facit ad hanc legem ī. cod. l. dissolutæ. & si cert. petat. l. si non singuli. & ī. de fideiuss. l. si indebitam. & de non numer pecun. l. si quasi. Sed quomodo tam breui tempore hæc personalis actio tollitur? Respond. fingitur non nata.

DE ACTIONIBVS, ET obligationibus.

Quia in superioribus quædam generalia seruantur: ideò hic in medio de actionibus & obligationibus ponit.

DAta.] CASVS. Fideiussi pro te apud Titium: tradidi ei pecuniam in sacco, in specie, vt mandaret mihi actiones quas habebat contra te: antequam tecum fuissem litem contestatus decessit Titius, dicitur, quod vtilis mihi competit actio contra te debitorem. Vel pone casum in contractu nominato, & omnia verba stant propriè, & ferè omnes glos. superfluunt: vt si ego numeraui tibi centum, vt mihi mandares siue cederes actiones tuas aduersus tuum debitorem, ipsis cessis decessisti antequam essem litem contestatus cum debitore tuo: dicit, quod possum agere vtili actione: quia in principio statim fuit mihi nata. Viuianus.

f *Data.*] non vt eum pro quo soluisti, liberare velles, sed vt actiones eo nomine competentes in te transferantur. Et nota, quod præcessit pecuniæ dationem pactum de actione cedenda: aliàs non valeret cessio: vt ff. de fideiuss. l. cum is: & de solut. l. Modestinus. Item non fuit data pecunia vt quātitas: quia sic esset emptio, sed vt corpus, vt ff. de legat. 1. l. planè, infrà §. 1. & l. sed si certos. & l. si seruus legatus viuo, §. qui quinque. & sic fuit contractus innominatus, do vt facias, vel facio, vt des, alioquin ab initio contractus daretur vtilis actio, vt inf. de hæred. vend. l. emptor. & l. ex nominis. & ī. l. proxima. Nam in contractibus nominatis ab initio cōpetit vtilis sine cessione: sed in innominatis, in subsidium demum, vt hic dicit. Nec obstat, quod dicit quantitate, quia etiam species appellatione quātitatis cōtinetur, vt ff. de leg. 3. l. quisquis. Item nec quod dicit soluisti, quòd dic, id est tradidisti, sed M. in quolibet ab initio dat vtilem, & subandit hic maximè: sed hodie hæc videntur

TITVLVS X.

De actionibus, & obligationibus. [2] †

Ista est solemnis lex, & hoc d. secundum communem lectu. Directæ actiones procuratori in rem suam mandatæ, mandatore mortuo absque hærede, iuris artificio in vtiles conuertuntur. hoc d. & alibi non reperitur. & legitur tribus modis. duobus modis, vt in glossa magna. & tertio modo, vt in glossa parua, quæ incipit, pro quo fortè. Bald. Vel sic: Si mandator actoris moriatur sine hærede, lite nondum per mandatarium contestata, licet procuratorem in rem suam factum, vtilis actio ei competit. h. d. Salyc.

Imp. Gordianus A. Valeriæ.

LEX PRIMA.

DAta[f] certæ pecuniæ quantitate[g] ei, cuius meministi, [3] † in vicem [4] † debiti actionem tibi aduersus debitorem[h] pro quo soluisti[i] dicis esse mandatam:[k] & antequam co

2 † De obligatio. & act. rectius ex P. Flo. idq; P. Pratejus not. ad summ. Azo. eod. tit.

Quantitatis appellatione etiam con tinetur species.

3 † Et.

4 † al. inuicem.

expedita. Nam cum mandatum non finitur morte procuratoris, nec mandantis finiri debēt: vt inf. de don. l. illam. Vel ibi fuit cessa, hic mandata ad simplex exercitium, secundum quosdam. Vel tertio speciale illud in donatione. Vel illud in quinque alijs casibus speciale, in quibus ab initio datur vtilis. Primus in emptione: vt infrà de hæredit. vendit. l. emptor. & inf. l. proxim. in fin. Secundus in dote: vt infrà l. proxim. Tertius nomine dato in solutum, vt inf. quando fisc. vel pri. l. fin. Quartus in nomine dato pignori, ff. de pigno. l. cum conuenit. Quintus in legato nominis: vt infrà de legat. l. ex legato nominis. Et de natiuitate huius vtilis, dic, vt diximus ibi: & quis debeat in ea iurare de calumnia, dixi suprà de iuramen. calum. l. secunda, §. fin autem. Est & sextus hodie in donatione: vt infrà de donat. l. illam. Restat ergo, vt in hoc casu non detur ab initio vtilis, sed in subsidium: vt hic: nec etiam in omni nominato: nam in societate si velim tibi omnia communicare ex causa societatis, non tamen dabitur vtilis actio, sed debeo cedere directas: vt ff. pro socio. l. cum, in fine. & l. secunda, & tertia. & de pecul. l. Stycho. hoc ergo casu viuente mandante, habet directam nomine mandantis, suo nomine nullam: mortuo mandante extinguitur directa, & nascitur vtilis.

Actio vtilis in aliquib. casibus ab initio datur sine cessione.

g *Quantitate.*] in specie, scilicet quia in sacculo, & non in numero, & fuit ibi contractus, do vt facias.

h *Debitorem.*] pro quo fortè fideiussisti.

i *Soluisti.*] pro cuius obligatione quærenda soluisti.

k *Mandatam.*] aliud est cedere actionem, & aliud mandare. Nam primo casu nil penes cedentem remanet.

Actionem cedere, & mandare differunt.

secundo casu remanet directa, secundum quosdam. Sed Io. dixit, qui cedit, retinet directam, vtilem transferri: sed qui mandat, tantum committit causæ exercitium, & non transfert directam, vel vtilem: nisi in casibus, vt dixi, vel nisi in subsidium: vt in hoc casu, vel nisi fiat mandatum, vt fiat procurator in rem suam, quo casu idē est cedere, quod mandare, & ita hic potest accipi. Tertij dicunt, vt Azo. & Io. inter cedere actionē, & mandare, nullam esse differentiā quoad cedentem, vel mādantem, quia semper remanent penes eum directæ, licet quoad eum, cui fit cessio, differentia sit, vt modo dixi, s͡m Io. vt ff. pro soc. l. 1. in fi. & l. 2. & 3. & de pecu. l. quis ergo. vel nulla est q̄tum ad casum huius legis, secundum M.

* Vid. Cuiac. 2. obseru. 31. & ad Nouel. 134. 2 casi. a. recipō. 5.

a *Contestareris.*] nam tunc secus esset, vt j. de nouat. l. 3.

b *Sine herede.*] subaudi maxime, secundum M. vt s̄. dixi.

c *Fati munus.*] videtur ergo, ꝙ mandatum mandatis morte finiatur, etiam si in rem suam constituatur procurator, & ideò in subsidium datur vtilis, sic & infra de contrario iudicio tu. si non ex propria. & sup. ad exhi. l. si res. ff. de pac. l. si cum emptore. Item no. rem integram ante li. cōtest. vt ff. de intrilict. om. iud. l. & quia, in fin. Sed nunquid qui tibi tenet vtili actione, est tibi obligatus? & nunquid in libello vere poteris dicere eum tibi obligatum? quidā quod non, sed lex permittit tibi agere vtili actione ad vtilitatem tuam.

Actione vtili qui tenetur, an sit obligatus.

1 † al. conueniri.

nomine litem cōtestareris, [a] sine [b] hærede creditorē fati munus [c] implesse proponis: * quæ si ita sunt, [d] vtilis actio tibi competit. [e] PP. 5. Calē. Maij, Attico, & Prætextato Coss.

Vbi nomen debitoris datur in dotem, vel datur ex causa venditionis, competunt vtiles actiones. h. d.

Impp. Valerianus, & Galienus AA. Celso.

LEX II.

NOminibus [f] in dotem datis, quāuis nec delegatio [g] præcesserit, nec litis contestatio [h] secuta sit: vtilem tamē marito [i] actionem ad similitudinem eius, qui nomen emerit, [k] dari oportere, sæpè rescriptum est. PP. 14. Cal. Febr. Seculari, & Donato Coss.

Pro debito domini nō conuenitur colonus, qui satisfecit pensioni. hoc dicit Bald. & Salyc.

Impp. Diocl. & Maximia. AA. & CC. Rusticiano. al. Rusticano.

LEX III.

OB causam ꝓprij debiti locatoris cōuenire [1] colonos, pensionibus ex placito satisfacientes, [l] per quem [m] iniuriosum est. [2] † PP. Prid. Calen. Ianua. Tyberiade, Maximo 2. & Aquilino Coss.

d *Quæ si ita sunt.*] quia vtilis, & directa idem sunt in substantia.

e *Competit.*] contra debitorem nomine tuo, quam vsque nunc non habuisti.

NOminibus.] CASVS. Mulier marito debitorem habens, ius quod habebat in debitore, dedit in dotem: licet debitorem marito non delegel, vtilis tamen competit ei contra debitorem vxoris suæ. sic est in eo, qui emit à creditore ius, quod habebat in debitore. Viuian.

f *Nominibus.*] id est actionibus.

g *Nec delegatio.*] scilicet debitoris, quæ fit per stipulationem, vt ff. de nouat. l. 1. alias l. delegare. §. 1.

h *Contestatio.*] contra debitorem mandata actione, vt inf. de nouat. l. 3. & hic est alius modus delegandi. his enim duobus modis fit, vt ff. de nouat. l. delegare. §. 1.

i *Marito.*] sponso non, vt ff. de iure dot. l. stipulationem. Sed quæratur an eadem sit substantia vtilis & directæ actionis, q͡d Ioan. dicit arg. ꝯ. ff. de procu. l. non solum, §. sed interdum. & de iureiuran. l. nam & postea, §. iusiurandum. ADDITIO. Vide de hac quæstione per Bar. in l. 1. ff. eo. tit. in 3. col. vers. quæro vtrum actio vtilis & directa, &c.

k *Emerit.*] in quem transit sine cessione vtilis; vt hic, & inf. de hær. vel act. vend. l. emptor, & ff. de pact. l. si cum emptore. Et idem est in quibusdam alijs, quos notaui sup. l. proxim. his ergo casibus statim competit vtilis, sed facta cessione competit directa nomine cedentis: vt enim in venditione rei corporalis non transit dominium, nisi facta traditione: vt sup. de rei vendic. l. seruum. sic ille, cui venditur nomen, vel cui datur in dotem, non habet directam, nisi facta cessione: vt j. q͡n fiscus vel priua. l. vtilē tn̄ in casibus: vt dixi. Sed quia nō propriè dicitur traditio incorporaliū: vt ff. de acquir. poss. l. 3. in prin. ideò nomine cedentis non suo intentat directam, vt ff. pro socio. l. 2. & 3.

Actionis directæ, & vtilis an sit eadem substantia.

Bona fides præcipitur considerari inter contrahentes. hoc dicit Bald.

Ijdē AA. & CC. Liciniæ. [3] †

LEX IV.

BOnam fidem in contractibus considerari, æquū est. [n] 3. Nonas Octob. AA. Coss.

Liberum est contrahere, & non contrahere à principio; sed post obligationē contractam non est licitum resilire. h. d. Bald.

Ijdem AA. & CC. Camerino, & Martiano.

LEX V.

SIcut initio libera potestas vnicuiq; est habēdi, vel non habendi contractus: ita renunciare [4] † semel constitutæ obligationi, aduersario non consentiente, [o] nemo potest. Quapropter [p] intelligere debetis voluntariæ obligationi semel vos nexos, ab hac, nō consentiente altera parte, cuius precibus fecistis mentionem, [q] minimè posse [r] discedere. Dat.

OB causam.] CASVS. An ex ꝯtractu domini locantis fundū colonus conueniri possit, quærit? Dicitur ꝙ non, solutis pensionibus conuentis. Viuian.

l *Satisfacientes.*] alioquin conueniuntur coloni, cōdēnato prius locatore: vt j. quando fiscus, vel priuat. l. 2. 3. & 4. & ff. pro soc. l. 3. & 3.

m *Per quem.*] id est, valdè.

BOnam fidem.] In lege ista ponitur quædam regula circa actiones, & obligationes, quæ talis est. In omni ꝯtractu bona fides exigitur, non tñ omnes actiones sunt bonæ fidei. Viuian.

n *Æquum est.*] Exemplum: vt ff. depos. l. bona fides. Et dic in bonæ fidei contractib. exigitur, vt cesset dolus ad eorum essentiam; vt ff. de dolo. l. & eleganter, in princip. & de contrah. empt. l. domum, in fi. nisi quando incideret dolus. in contractibus verò stricti iuris, quoad effectum, siue incidat dolus, siue det causam: vt ff. de verbo. oblig. l. si quis cum aliter. & plenè dixi supra ex quib. cau. maior. l. in contractibus. & vide Glos. in c. 3. ext. de empt. & vend. An autem dolus tertij dans causam contractui vitiet contractum? Quidam quod sic: vt d. l. eleganter nos contra per eandem legem, circa princip.

n *Æquum est.*] quia vbi dolus dat causam contractui, nullus est. ff. de dolo. l. & eleganter.

SIcut.] Præmittit duas regulas. Ab initio cuilibet liberum est contrahere, vel non contrahere: sed contracto celebrato, alter contrahentium altero inuito, obligationi semel constitutæ renunciare non potest. si ergo cum aliquo contraxisti, vel vendendo, vel locando, eo inuito ab obligatione recedere non potes. Viuian.

o *Non consentiente.*] contra j. de commu. seruo ma. l. 1. vbi dissentiente socio potest mandari.

p *Quapropter.*] quod dixit in genere, nunc dicit in specie.

q *Mentionem.*] contra ff. de condi. ob cau. da. l. si pecuniam, in principio.

r *Minime posse.*] vt & ff. commo. l. in commodato, §. sicut. & infra de rescinden. vend. l. de contractu. & supra de transact.

2 † Hinc etiam colligunt, vasallum nō cogi ad exsoluenda patroni debita: sed nec debere Principi alienū subditum eius fisti. Sed tamen, vt hoc perpetuò verum sit, ius repræsaliarum non admittit. Vide Pechium ca. 4. de iure sisten. Cuiac. 8. obs. 14. Goel.

3 † Licilla.

Colonus an possit conueniri pro debito locatoris.

4 † Renunciari.

Bona fides quare exigitur in contractibus.

transact. & l. quamuis, & infra de contrahen. empt. l. nón idcirco, in fine. ff. mand. l. si mandauero, 2. §. sicut & ff. de cur. fur. l. cuius bonis, in prin. ff. nau cau. l. 1. §. 1. & ff. de iud. l. interdum, §. senator, & infra de donat. l. si quis argentum, §. fin. & infra ad Vell. l. si mulier, 2. §. sin autem. & l. finá. Et sic collige ex prædictis, quod qui ex voluntate imponit sibi necessitatem, non est ei subueniendū: vt ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor, §. pen. Et no. hic duas regulas. Prima, q; nemo compellitur contrahere, quod fallit in casibus, vt no. j. de iure delib. l. nec emere. Secunda, q; facto contractu nemo discedit altero inuito, quæ fallit in dato ob causam, vt ff. de condi. cau. data l. de di. §. 1. & l. si pecuniam, §. fin. Sed distingue, an fiat contractus innominatus gratia tua, vel mea & tua, & tunc obtinet, quod hic dicit, an mea tantum, & tunc quod ibi dicit, sic ff. de pactis, l. si cum fundum secundum quosdam. Item fallit in actione mandati: vt ff. mand. l. si mandauero. 2. §. fin. & l. si quis alicui. §. qui suscepit mandatum, & in actione pro socio, ff. pro soc. l. verum, §. fina. Sed specialia sūt. Vel dic secūdo, quòd in casibus prædictis non erat nata actio: nascitur enim mandati ex renunciatione facta re non integra, vel si intersit, ut in d. l. si mandauero & instit. manda. §. fi. Item pro socio, ex renunciatione intempestiua, vel finita societate; ut d. l. verum, §. fi. & infra p soc. l. tandiu, & ff. pro soc. l. sed & socius, §. fi. vel aliter, licet socius renunciet, tamen remanet obligatus, sicut potest facere emptor renunciare contractui, sed tamen tenetur ad interesse. Item ad illam, mandati, dic quod non nascitur, nisi quando res est non integra: vel quando intersit, ut prędixi, vnde reuocando prius non se eximit ab obligatione, cum ei non teneatur. vt ff. de verb. oblig. l. decem. Item nec obest ff. depos. l. 1. §. penul. & ff. de preca. l. cum precario. quia precario concedens, vel deponens non se obligat, vt non reuocet. Sed tu dic tertio secundum Azo. quod prædicta ratio, q; actio non sit nata, non valet: quia non de actione, sed obligatione hic tractat: quam constat natam in casibus prædictis. Sed plus dico, quia actio depositi nascitur ante dolum commissum, ut ff. deposi. l. 1. §. idem Pomponius quærit, & §. est autem, & idem in consimilibus, sed secus in pro socio. Est ergo illa ratio differentiæ, quia in mandato non damnificatur dominus vel procurator, vt ff. manda. l. si procuratorem, §. mandati: In condictione vero ob causam ideo pœniteo: quia is cui dedi, non obligauit me vestiendo contractum ex parte sua. in societate est ratio, quia agitur interesse. In deposito, & precario respondeo, ut dixi, & eodem modo respond. ad illam l. ff. si certum petatur, l. qui pecuniam.

Cōtractus an rescindatur per pœnitentiam alterius cōtrahentium.

1 † al. Mauriaco.

2 † Pignora. ab.

S*I in solutum*. CASVS. Si debitor meus in solidum quod habet in debito rem suum in solutum mihi dederit, pignora sibi obligata persequi per hypothecariam act. possum, & hoc in prima. Si vero ab antiquioribus creditoribus, à quibus fuit pecunia numerata, fuerint pignora distracta. ab emptore ea reuocare non potero, & hoc in secunda. Viuianus.

a *Persequere*. per hypothecariam; sed & personalem habes utilem: ut infra quando fis. uel priua. l. fi. & differt hæc ab interiori l. proxima. quia ibi emit, hic in solutum accepit. Itē hic accepit in solutum specialiter uel gñraliter ius pignoris: ibi non.

ADDITIO. Aduertas, q; finis istius glo. non placet doc. uolentibus, & concludentibus, q; cessante personali actione, etiam hypothecaria eius accessoria intelligitur cessa.

b *Perspicis*. ut infra qui po. in pig. ha. l. si generaliter, & infra si antiquior credi. l. 1. & secunda.

3 † Fuelpisto. al. Cōfuelpisto.

4 † Pignorā

Nonis Aprili. Byzantij. AA. Coss.

Cesso personali titulo dationis insolutum, vel titulo venditionis; hypothecaria etiam intelligitur esse cessa, siue veniat ex obligatione generali, siue speciali, hoc dicit not. cū l. seq. Bal. Vel sic, quando debitor dat suo creditori in solutum nomen debitoris sui, cuius bona erant etiam hypothecata, potest creditor ipse prosequi pignora nisi à prioribus creditoribus sint distracta. Salicet.

Ijdem AA. & CC. Mauritio.[1] †

LEX VI.

SI in solutum nomen debitoris sui debitor tibi dedit tuus, ac te in rem tuam procuratorem fecit, pignora, quę specialiter vel generaliter habes obligata, persequere.[a] Quæ si ab ijs, quibus fuerant obligata, cum potiores erant, distracta probentur,[2] emptoribus auocari non posse perspicis.[b] Dat. 9. Calend. Iul. Sirmij AA. Coss.

Vendita hypothecaria, dicitur vendita actio rei vendicationis. Bal. Vel sic: Ex simplici emptione nominis in emptorem transfertur etiam persecutio, & distractio pignoris, & hypotheca venditori competentis: nisi à prioribus creditoribus sit vendita, vel ab emptorib. præscripta, hoc dicit, Salic.

Iidem AA. & CC. Mauritio.[3] †

LEX VII.

SI à creditore[c] nomē comparasti,[d] ea pignora,[4] † q̄ venditor nominis persequi posset, apud præsidem prouinciæ vendica[e] nam si debitum ex eius[f] persona res tibi obligatas tenentes nó transferāt;[g] iure cōi[h] pignora distrahere non prohiberis.

¶ Sanè si à[5] † creditoribus in ordine pignorum antecedentibus venundantibus, qui possident, comparauerunt,[i] vel longi temporis præscriptione[k] muniti perhibentur;[l] pignorum distrahendorū facultatē te nōhabere perspicis S. 3. Cal. Ia. Sirmij. AA. Cos.

S*I à creditore*. CASVS. Si comparauia ct. à Titio, pignora q̄ Titius habebat obligata, possim uendicare ab ijs, qui ea possident, & ea distrahere possum, nisi illi qui possident, soluāt q; mihi debetur, & hoc in prima. Si uero possidentes pignora erant potiores, & uendiderint, aut etiā si longi temporis p̄scriptione tuti sint, qui emerunt à posteriorib. tūc neque uēdicare, & per hoc neque distrahere possum. Viuia.

4 † al. sanè credito.

c *Si à creditore*. scilicet, alicuius.

d *Comparasti*. an idem si fuerit datum nomen pignori? Respon. utique: cum enim habet principalem utilem, accessoriam habet, ut inf. de hære. uend. l. postquam.

e *Vendica* per hypothecariam.

f *Ex eius*. scilicet, creditoris uendentis.

g *Non transferant*. idest, non soluant.

h *Iure communi*. secundum formam, quam habes infra de iur. do impe. l. fi. & inf. de hær. uend l. emptor & l. ex nominis, & ff. de hær. uen. l. emptori nominis.

i *Comparauerunt*. sic inf. ad Maced. l. si permittente.

k *Vel longi temporis præscriptione*. hypothecaria durat quandoque decem annis inter præsentes, 20. inter absentes. quandoque 30. annis, ubi s. deficit titulus, quandoque 40. durat: ut inf. si aduer. credi. l. 1. & 2. & de præscrip. 40. annorum, l. sicut, & l. cum notissimi.

Actio hypothecaria quanto tpe duret.

l *Perhibentur*. Licet à posterioribus emerit.

S*I quidem*. CASVS. Diligebam quendam, s. Seium ea affectione, qua pater filium diligit suum, permisi uolens ei donare, ut acciperet pecuniam à procuratore meo: ille uolens me remunerare, mandauit procuratori suo, ut mihi pecuniam restitueret, antequam acciperem, decessit Seius: an decem, quæ dedi Seio, repetere possum, uel à procuratore petere, id quod mandauit sibi Seius mihi dandum, quæritur? Respon. quod non repetam ab hæredibus, cum perfecta donatio non reuocetur: nec à procuratore repetere potero, quia morte mandantis finitum est mandatum, & hoc in prima. Si uero Seio mutuassem eam, possem ab hæredibus petere, & hoc nisi aliquem debitorem mihi delegauerit,

rit, à quo fuerim stipulatus illam pecuniam mihi reddi. Vivianus.
a *Permisisti*. donando eidem, & sic etiam de facto habuit.
b *Ante perceptionem*. i. antequam perciperes à procuratore
c *Nec*. nunc soluit.

i *Teneri*. sic ff. quod metus cau. l. extat.
k *Exceptione*. etiam post impletam fundatam intentionem, & ad hoc supra de rei vend. l. res, & de edend. l. qui accusare & inf. excep. l. si quidem.
l *Remedijs*. vt ff. de re iud. l. a diuo.

Mandati mandantis morte finitur.

d *A procuratore*. cum morte mandantis finitum sit mandatum, vt ff. de leg. 2. l. cum pater, §. Mevio. & de dona. l. 3. §. si pecuniam. Sed contra infra de dona. l. illam, vbi dicit non finiri morte. Solut. quidam dicunt quod illa corrigit hanc: Alij dicunt ibi, quod decessit ille cui mandatæ sunt actiones: hic ille qui mandauit, cui solutioni est contra institut. mandati, §. item si adhuc & cæt. Tertij dicunt, quòd hic non mandauit illi cui volebat donare: sed procuratori, quem volebat dare: ibi vero illi, cui volebat dari, mandauit. Tu dic, quod nihil mihi donauit vel cessit: sed permisit vel mandauit, vt pecuniam à suo procuratore acciperem: vnde sicut expressè potest reuocare: vt ff. de don. l. qui saxum. ita hic tacite, scilicet eo mortuo. Alij tamen alia ratione dicerũt hic non agi, non illa quia morte sit finitum mandatum, sed illa quia iure antiquo si ne traditione donatio non valebat, nec ab herede poterat petí: sic in actione donata non valebit sine mãdato vel etiam cum mandato, sed reuocato vel finito, quod nihil est, quantum, ad hanc legem.
e *Dedisti*. & sic non fuit donum.
f *Nec delegato*. idest à procuratore.
g *Eius*. i. cui mutuo dedisti.

1† Repetere.

2† ab Oliuio.

N*Egantes*. CASVS. Si mutuasti mihi 10. & negẽ tibi me teneri, non debes me armata manu ad solutionem compellere, sed petere debes coram iudice, & te non probante quod intendis, vel si propter exceptionem te remouen, absoluar, si probaueris, condemnabit me iudex, & per executionem rei iud. compellendus ero ad solutionem. Viuia.
h *Negantes*. i. debere.

3† Petitionem.

Donatio non finitur morte, sed promissio ordinata ad donationem de futuro, re integra morte finitur, hoc dicit: Vel sic: Mandatum etiam remunerationis gratia finitur morte mandantis re integra, hoc secundum Pet. & Cyn. & Bald.

Ijdem AA. & CC. Crescentio.

LEX VIII.

SI quidem donationis causa ei, quem affectione patris te dilexisse proponis, tuã accipere pecuniam permisisti: [a] & hanc tuam liberalitatem ille remunerans te à procuratore suo aliam pecuniam sumere præcepit, rebusq; humanis ante perceptionem [b] fuit exemptus, nec [c] quod dederas, recuperare (cum perfectam habuit donationem) nec quod tibi dari mandauit necdum tibi traditum petere 1† potes à procuratore.

¶ Quod si mutuo dedisti, [e] nec à delegato [f] dari nonandi causa stipulatus es, successores eius [g] solutioni parere compellantur. Dat. 13. Calẽ. Febr. CC. Coss.

Debitum non est exigendum armata manu, sed ciuiliter in iudicio, hoc dicit Bal. & Salic.

Ijdẽ AA. & CC. Glyconi. 2†

LEX IX.

NEgantes [h] debitores nõ oportet armata vi terreri: [i] sed petitore quidem non implente suam intẽtionem, 3† vel exceptione [k] submoto, absoluit: conuictos autem cõdemnari, ac iuris remedijs [l] ad solutionem vrgeri conuenit. Dat. Idus Feb. CC. Coss.

Electa hypotheca, non tollitur, personalis aduersus debitorem, & quatenus ex pignore non est satisfactum, remanet actio prima. Bal. Vel sic: Pignore electo, pro residuo pretii remanet integra petitio, hoc dicit.

Ijdem AA. & CC. Rufino.

LEX X.

ADuersus debitorem, electis pignoribus, personalis actio nõ tollitur, sed eo, quod de pretio seruari potuit, in debitum computato, de residuo manet integra. Data, 3. Non. Apr. CC. Coss.

Quod mutuatur colono, nõ potest repeti à domino, etiam si castaldi (aliàs vasalli) domini fuerint præsẽtes, h. d. B.

Ijdem AA. & CC. Paulæ.

LEX XI.

NImia credulitate circunuenta es, cum quod 4† colonis in rem suam [n] mutuo dedisti, 5† à domino prædij te postulare posse credidisti, nec ad eum obligandum actorem [o] ipsius adiuuat te præsentia. Dat. 8. Cal. Augu. CC. Coss.

Pro debito pecuniario liber homo seruire non cogitur Bal. & Sal.

Ijdem AA. & CC. Iouino. 6†

LEX XII.

OB æs [p] alienum 7† seruire [q] liberos creditoribus, iura compelli non patiũtur. Dat. 13. Calen. Nouemb. CC. Coss.

IN AVTHEN.

¶ Vt nulli iudi. lice. habere loci seruat. §. quia vero, col. 9. const. 9.

A*Duersus*. CASVS. Mutuasti tibi pecuniam, pignus mihi obligasti, non ideo quod cœpi pignus uẽdicare, tollitur personalis actio sed si pretium pignoris ad debitum non sufficit, pro residua quantitate debita, te potero conuenire. Viuian.
m *Integra*. vt infra de distract. pigno. l. hypothecis, & de iure domi. impetran. l. si circa finem, & de pign. l. 1. & sup. si certum pet. l. si pro mutua, & ff. si cert. peta. l. creditor, 2. & ff. de distract. pignorũ, l. quæsitum, & ff. de pecul. l. si ex duobus, circa principium, & leg. quæsitum. §. si an. nua.

N*Imia*. CASVS. Si colono meo in rem suam decem mutuasti, à me petere non poteris, nec mihi præiudicabit præsentia actoris mei, id est, castaldionis, quo magis tibi obliget. Viuian.
n *Rem suam*. id est, colonorum, nam si domini, secus esset, vt inf. quod cum eo l. qui.
o *Actorem*. castaldionum, vel quia subscripsit vt testis, vt sup. si cer. pet. l. mutuæ, sic econtra sup. eod. l. 3.

4† Quini.

5† Id.

O*B æs alienum seruire*. CASVS. An ob æs alienum, quod contraxi, me facto postea non soluendo, ego liber seruus creditori fieri cõpelli possim, quæritur? Respond. quod non; vel dic compellendus seruire & sic accipitur seruire proprie, postmodum impropriè. Tertiò dic seruire liberos, id est, filios obligari. Viuianus.
p *Aes alienum*. æs alienum dicit, quod nos alijs debemus. Aes suum vel nostrũ, quod nobis alij debent, ut ff. de verb. sign. l. cedere, §. æs.
q *Seruire*. idest, seruos fieri, uel retine propriam significationem, sed repetitur instantia, inf. de capt. l. fi. & inf. communia de ma. l. 1. §. 3. & cum aliquis se obligat ad seruandũ, vsque

6† Iouiano.

7† Ambrosius lib. de Tobia. Vidi inquit, miserabile spectaculũ liberos pro paterno debito in actione deduci. i. actionẽ. vi. Cuia. ad Nou. 134. Goth. Aes aliẽũ. Aes propriũ.

vsque ad aliquod tempus. Vel dic, id est filios obligari, vt ĵ. quæ res pigno. oblig. l. qui filios, sed hoc fallit secundum B. vt arg. int. de pat. qui fil. l. 2.

I Mò à debito.] CASVS. Hæc Auth. non corrigit legẽ Codicis, sed addit, & imponit pœnas tres creditori, qui compellit debitorẽ, vt pro debito fiat seruus eius, quia perdit debitum. Item cogit tantundem dare ipsi debitori, vel eius parentib. tertiò patitur creditor talia faciens pœnam corporalem. Viui.

a Creditor cadat.] si cũ seruire compellat.

b Retento.] id est, illi qui fuit retentus, vi, et si pater consensisset, vt arg. ff. quę res pig. obl. poss. l. si.

Pactũ q creditor, possit debitorẽ capere & retinere pro debito nõ valet.

c Parentibus.] agentibus nomine retenti, in quorum potestate est retentus. Vel dic, parentibus, qui successerant retentis: idẽ tñ si extranei succesfetant: sed de parentibus dicit, ideo quia frequẽtius fit. Vel tertiò si retentus vellet remittere, parentes pñt petere: quia eis videtur fieri iniuria. ff. de lib. cau. l. 2. ȝ & 4. An autem his legib. potest renũciari? Respond. non, vt not. in Auth. vt fine prohibi. &c. §. a collat. 7. alias incipit, siue debiti, siue credi.

E Vm cui.] CASVS. Si decẽ mutuasti mihi: & de his vestes ꝯparaui, an aduersus vẽditorem vestiũ actionẽ habeas, ꝙrĩt? Resp. q d nõ. sed ꝯ me cui mutuasti, agere debes. Viui.

d Mercibus.] suis vẽditis.

e Abstulisse.] i. accepisse à debitore tuo. sic. ff. de sua. l. qui vas in pŗinc.

f Actionem.] vt inf. deposi. l. si is & supr. si cer. pet. l. nõ aduersus, & sup. de condic. indeb. l. his solis.

E St in arbitrio.] CASVS. Titius obligauit mihi pign. pro pecunia, quam ei mutuaui & pignus distraxit & vẽdidit: in electione mea est velim conueniri Titium actione personali, aut agere hypothecaria aduersus emptorem pignoris: nisi possessor pignoris tueri se possit pręscriptione longi temporis. Viuianus.

g Actione.] s. conueniatis.

h Pignora.] vt infra de pigno. l. quamuis personali, & l. distractis, & l. debitorem, & l. persecutione, & de præca. & Salmi. inter l. primo. & argumen. infra de fideiuss. l. primo & hoc in pignore expresso, secus si in tacito etiam iure veteri, vt ff. de iure fisc. Moschis, & est si. infra, l. de sier. pign. da. ma. l. prima, secunda, & tertia, & infra de pign. l. secunda.

i Longi temporis.] de hoc dic, vt dixi supra eodem, l. si à creditore.

Debitorem meum cępi, & detineo, quæritur an puniar, & qualiter? Respondetur quod tripliciter punior: quia priuor iure meo. Secundo quia debeo tantundem dare detento uel parentib. eius. Tertiò quia punior pœna corporali. d.d. Et quia non dicitur, qualiter, relinquitur arbitrio iudicis. Bald. vel sic: Not. quòd triplici pœna affligitur, qui debitorem suum capit, & retinet. Secus si debitor esset fugitiuus: quia capi potest, vt ad iudicem ducatur: et tunc modico spatio debet retineri. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. l. interdũ. 2. §. qui furẽ ff. de furtis. Sal.

I Mò à debito creditor[a] cadit, tantundem dãdo vel retento,[b] vel eius parentib.[c] ipso quoque creditore corporalibus pęnis subdendo.

Accipiens mutuum obligatur mutuanti, non is, ad quem pecunia propter mercimoniũ deuenit. Bal. & Sali.

Ijdẽ AA. & CC. Barsumio.

LEX XIII.

E Vm, cui mutuam dedisti pecuniam, ad solutionem vrgeri competenti debes actione. nã aduersus negotiatores, quos ex mercib.[d] pecunias abstulisse[e] tuo debitori proponis, nullam habes actionem.[f] Dat. 9. Cal. Appril. CC. Coss.

Creditori datur ius eligendi, an agat personali vel hypothecaria: imò ius cumulandi personalem & hypothecariam in libello. h. d. Bal. & hoc iure isto hodie serua Authen. hic positam. Salic.

Ijdem AA. & CC. Hermodoro, & Nicomacho.

LEX XIIII.

g *Si tibi.*] in reo potest poni, & sic probat ex voluntate, vt ff. de probatio. l. circa. Vel dic necessitate, cum erat dolo malo in possessione ingenuitatis, vt ff. de libera. caus. leg. libertis, §. si quis. Vel quòd iam actor probauerat, vnde incumbebat reo probatio exceptionis, vt ff. de probatio. l. in exceptionibus, & ad hoc multum facit litera. Vel dic in actore, & ponitur, defendere, pro agere, ut ff. de iis qui notan. infamia. l. furti. §. si quis. & ff. de re iudica. l. sæpe, §. primo. & secundum hoc reus facit controuertiam, vt & alias. ff. de procuratio. l. non solum, §. si status.

h *Defende.*] s. per traditionem, scilicet vno modo age causam defendendo te vel hoc imperando non dicit, sed consulendo secundum quod litera iacet. & tunc expone soli, id est solummodo. ff. de vsu & habit. l. 2. Vel dic soli, & nihil aliud ius, quod facit generalem exclusionem, vel specialem: & sic est falsa.

i *Soli.*] id est, solummodo, vt ff de vsu & habi. l. secunda. & de vulga. substitut. l. qui liberis. in princip. & ibi, non in solo pane viuit homo. & testibus, ergo & aliis probationibus probatur de statu, ut hic, & infra titulo primo. l. statutum. & infra de liber. cau. l. nec amissa. Vel dic soli, cum non reddant rationem sui dicti, quam debent facere manifestam, ut in authen. eodem §. & licet. ibi. aut etiam causam, & c. coll. 7. videtur tamen, quod simplex assirmatio, & Paulus

5 Istæ expositiões placẽt B. & Pau.

vel negatio eius rei, de qua dubitatur sufficiat sine redditione causæ, vt Authen. vt lic. matr. & auiæ. §. quod autem à nobis. coll. 8. & ff. de cond. & demonst. l. cum tale. §. falsam, & in Auth. de sanct. episc. in princ. coll. 9. & de alie. & emphyteu. §. §. prædicti. & §. est super, collat. 9. Accur.

ADDITIO. Dic, q testis tenetur cām sui dicti dicere, si interrogatur, alias nō. gl. & Bar. in l. solam, inf. eo. tit.

Domestica testimonia repelluntur. h. d. Bal. & Sal.

Impp. Valerianus, & Gallienus AA. Rosę.

LEX III.

Etiam [a] iure ciuili domestici [*] testimonij, fides improbatur. PP. 3. Calen. Septemb. Valeriano. 3. & Galieno AA. Coss. 256.

Ista est not. lex & hoc habet in effectu: Dictum testis sine redditione causę non probat, nisi alijs adminiculis appareat esse probatum. hoc dicit Bar.

Imppp. Carus, Carinus, & Numerianus AAA. Valerio.

LEX IIII.

Solam [b] testationem [c 1] † prolatam, nec alijs legitimis adminiculis causam approbatam, nullius esse momenti, certum est. PP. 8. Cal. Decemb. Caro, & Carino. AA. Coss. 283.

Veritas est præponenda gratię, & potentatui: & testes debent esse verisimiliter tales, qui preferant, & proferant veritatem. h. d. not. Bal.

Vel sic: Testes debent præponere veritatem gratiæ, & potentiæ. h. d. Sal.

Impp. Diocl. & Maximia. AA. Candido.

LEX V.

Eos testes ad veritatem [d] inuandum [2] † adhiberi oportet, qui omni [e] gratiæ, & potentatui [f] fidem religioni iudiciariæ [g] debitam possint preponere. PP. 5. Calen. Maij, Maximo 2. & Aquilino Coss. 280.

Ascendentes vel descendentes pro se, vel contra se non ferunt testimonium. Bald.

Ijdē AA. & CC. Tertullo. [3] †

LEX VI.

Parentes [h] & liberi inuicem aduersus [i] se, nec [4] † volentes [k] ad testimonium admittendi sunt. PP. 4. Nonas Decembr. Nicomediæ. CC. Coss. 294.

Nemo contra se cogitur producere testes, & adiuuare aduersarium suum. h. d. Bald. & Sal.

ETiam iure ciuili. CASVS. Non solum de iure naturali, sed ciuili domesticum reprobatur testimonium: vnde illos, q de familia tua sunt in testimonium producere non potes.

a *Etiam iure ciuili.*] Non solum naturali, vt ff. eod. l. pen. Vel dic non solum prætorio. & sunt domestici, 2 vt supra de ijs, qui ad eccle. confu. l. edictū nō. §. fi. & ff. de pœnis, l. recipiendum. §. fur. & inf. de quæst. l. pridem, & qui accusare non poss. l. pen. Quid in viro & vxore? Dic quòd sunt domestici, arg. ff. si quis caut. l. sed & si. §. preterea. 3 & ff. de iudi. l. interdum, & ad. Syl. l. 1. §. si vir. Quid si puer cēdum est domesticum aduersarij produci? forte cogetur: quia fauore mei forte impediebatur, argum. sup. de leg. & const. l. quod fauore. sicut dicimus de aduocatis. ff. eo. l. fi.

ADDITIO. Hoc intellige secūdu Pau. de Castr. hic, qñ subest sola ratio domesticitatis: secus si etiam reuerentia subesset, vt quia esset libertus aduersarij, vel vxor, vel etiam concubina secundum Bald. hic.

* Concor. gl. in c. in literis, sup verbo, de familia, extra eo. tit.

1 Istud dictū sequitur Bal.

2 Displicet Bald. quia illud reperitur: vide Pan. & Fel in c. in literis extra eo.

1 † Al. sola testatione.

3 Sequitur B. B. & P. & idem dicendum est in sponsa & concubina, quę nō distat ab vxore i affectu animi sed solū in honore. Bald.

SOlam.] CASVS. Si peto à te fundum: & super dominio fundi induco testes: si dictum eorum sit nudum, puta quia dicant fundum ad me pertinere, & non adijciant causam, quomodo sciant ad me pertinere: non valet huiusmodi testimonium, & sic suam testationem per scientiam dicti debent facere manif. stam. Vel dic testimonium non coram iudice, vel sola, idest, sine sententia iudicis, quia iudex postea non fert sententiam, vel dic sola, vt dicitur in gl.

b *Solam.*] sola sine iuramento. sola extra iudicium, sola sine adiectione causæ Accur.

b *Solam.*] à iureiurando, vt ius. eo. scilicet iusiurandi. in princ. vel solam 4 à præsentia iudicis, ut in auth. vt defun. seu fun. §. illud. Vel solam 5 à sententia iudicis sequenti, vt sup. de iudic. l. properandum. Vel solam, puta si coram vicinis fuerit protestatus, vt inf. eo. titu. l. 1. apud, & sup. quod met. cau. l. metum. Vel solam dicit scripturam depositionis testis ante publicationem, quæ quidem cum in se testes non contineat: quibus præsentibus aliqui testificati fuerunt, non habet vires coram alio iudice. Dicet quis, Nonne eo ipso, quod tabellio dicta testium scribit, publicata sunt? Respon. non: vt ff. eo. l. 3. §. idem diuus, sed tunc cum iudice ordinario 6 audiente, a tabellione dicta testium coram testibus recipiunt ad æternam rei memoriam, secundum H. non tamen intelligentibus, quid dicunt & citata parte aduersa. Vel solam dicit, idest, sine redditione causæ, quam interrogatus dicere debet: vt hic, & in authen. de hær. & fal. §. si verò absit, & de sanctis. episco. §. 1. & in Auth. eo. §. & licet, & in Auth. vt liceat ma. & auiæ. §. quod autem à nobis, & ff. de transac. l. cum hi. §. in causa. Sed argum. contra. ff. de condi. & dem. l. cum tale. §. falsam. Si 7 autem non interrogetur de causa, stabo dicto suo: quia non debet esse verbosus, arg. sup. de precib. Imper. offe. l. fin. Demum si interrogetur, dicere debet: vt arg. de iu reiur. l. iusiurandum & ad pe. §. qui iusiurandum, & ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. qui opus, & ff. de dam. infect. l. 4.

4 Sequitur illā glo. B. Pau. & Sa.

5 Intellige, quād non valet attestatio secuta sententia iudicis, vt habeat fidā statim execution ē paratam, sicut fnia. habita ī alio iudicio. l. fi. j. eo. Bar.

5 In hoc bene lo 3. nr. Bar.

7 Ibi loquitur in testatore deponente: hic vero in teste, in quo non militat eadem ratio. Bal.

ADDITIO. Intellige præcedentia, quādo testis deponit super eo quod cadit sub sensum corporeū, si vero deponat sup eo quòd cadit solum sub iudicium intellectus: vt puta, dicit Titium dominum illius fundi: tunc semp debet reddere cām sui dicti etiam non interrogatus, vt vult Innoc. in c. causam, quæ, extra eod. tit. & sequuntur omnes doctores.

c *Testationem.*] Contra sup. de sacrosanc. eccle. Auth. hoc ius, vbi dicitur, q œconomum non oporteret dicere, vbi, vel q ecclesia dēat, sed quod tātum debeat, & hoc est ideo, quia nihil sibi prodesset. Solut. si quæratur, tenetur dicere, alias non.

2 † *Al. indicandam.*

3 † *Tertullio.*

4 † *Etiam.*

EOs.] CASVS. Quales testes admitti debeant in causis, quæritur? Dicitur quod tales, qui magis diligunt veritatē & fidem & honestatem suam, quam gratiam, vel alicuius potentiam

d *Ad veritatem.*] Latitantem, & dicitur iuuari, quando releuatur. Accur.

e *Omni gratiæ.*] Sicut vicinus antiquis.

f *Et potentatui.*] id est, subditi. ff. eodem leg. nullus testis. 8 vbi dicitur idoneus non est, cui potest imperari à parte.

8 Voluit allegare l. idonei.

g *Iudiciariæ.*] Not. iudici faciendam probationem: 9 vt sup. de eden. l. procurator. & de condic. ob tur pem caus. l. 1. Item ff. eod. not. quod fides est præponenda gratiæ & potentatui. 10 vt ff. eo. l. 3. & l. ob carmen. §. si testes, & in Authen. de testib. §. sancimus, collat. 7.

9 Sequit B. & Salic.

10 Idē tenet Barto. hic & in l. qui testamento.

PArentes.] CASVS. Nec patet in causa filij, quam habet filius cum extraneo: nec econuerso pro se vel contra se, nec volens nec inuitus in testimonium admittitur.

h *Parentes.*] accipe in infinitum: vt ff. de in ius voc. l. quique §. primo. & siue sint liberi potestate siue non: cum pa rens dicatur etiam mater & auus maternus, vt ff de verbor. signifi. l. liberorum, large enim pro descendentib. sumitur, tamen pro sicut & pro ascendentibus parentes, contra ff. de probat. l. banda etiam matris professio. & hoc est, quia melius nouit etatem. Facit 11 Vel potest dici ad instructionem. Contra, ff. quod cu. tam fidē, iusque vniuer. l. illud, vnde prodest consensus, sed hic est in. alia causa. Accur.

11 In eaquæ cū iq: ff. de testa. nō tantam. sicut extra ne? B. hic

i *Aduersus se.*] sicut nec pro se, vt ff. eod. l. testis idoneus, & in §. que & l. idonei, & l. pe. & sup. l. 12. Sed quid in filio naturali? Re cunque spou. idem, arg. sup. l. proxi. & large intelligi debet: vt ff. de inf. alleg. constit. pec. l. fi. hoc verum est.

k *Nec volentes.*] nedum inuiti, vel subaudi etiam, si non habet

habes. Item hoc referas ad vtrumque, & ad ferentem testimonium, & ad eum contra quem fertur, vt ff. de postulan. quos prohibet. Sed de fratre quæro, an contra fratrem admittatur? & pro argu. quòd sic. 1 ff. eod. l. prima. §. primo. & l. lege Iul. quæ est in eo. tit. loquitur in criminali, nisi forte esset a in potestate eiusdem, ut: instit. de testa. §. sed neque hæres. Item cōtra, ff. de proba. l. etiam matris professio, sed speciale in ętate probanda. Vel solue ut ibi. Item cōtra ff. de testa. l. qui testamento, §. per contrarium, ubi in testamento filijfamilias militis ante missionem pater est testis. Sed respond. non filio, sed inter hęredes filij dicitur esse testis.

1 Hoc uerū in causa ciuili, nisi ratio domesticitatis, uel nimis intensa amicitię c. 5 repellat secus uerò in causa criminali Bar. hic.

2 Sequitur B. & Ang.

* Concor. cum hac l. c. 1. ext. de probat. & 4. q. 4. c. si testes. §. q. intendit.

1 † Diuersum.

Ijdem AA. & CC. Diogeni, & Ingenuæ.

LEX VII.

Nimis graue * est, quòd petitis[a] vrgeri partem aduersam [1] † ad exhibitionē eorum, [b] per quos sibi negotium fiat, vnde intelligitis, quòd intentionis vestræ proprias afferre debetis probationes, non aduersus se ab aduersarijs adduci. [c] Dat. 6. Calen. Maij, CC. Coss. 294.

Seruus non potest produci in testem contra dominum suum, de facto tamen suo interrogari potest. hoc dicit Sa.

Ijdem AA. & CC. Deruloni.

LEX VIII.

Seruos pro domino, quēadmodum aduersus eū, interrogari non posse, [d] pro facto autem suo [e] interrogari posse, non ambigitur. Dat. Cal. Nouemb. Nicomediæ, CC. Coss. 284.

Testi non iurato, non adhibetur fides. Item vox vnius vox nullius. hoc dicit Bald.

Imp. Constantinus A. ad Iulianum præsidem.

LEX IX.

Iusiurandi, [f] * religione testes prius, quam perhibeant testimonium, iam dudum arctari præcipimus, & vt honestioribus potius testibus fides adhibeatur. [g] Simili modo sanciuimus, [h] vt vnius [i] testimonium nemo iudicum in quacunque causa facile [k] [2] † patiatur admitti. Et nunc manifestè sancimus, vnius * omnino testis responsio nō audiatur, etiam si pręclaræ [l] curiæ honore præfulgeat. Dat. 8. Calen. Septemb. Arri. Optato, & Paulino Coss. 334.

In re propria nemo est iudex idoneus. hoc dicit Bald. nec testis. Salic.

Impp. Valens, Gra. & Valentia. AAA. ad Gracchum, P. P. al. P. V.

LEX X.

Omnibus [m] * in re [n] propria dicendi testimonij facultatem iura submouerunt. * Dat. 6. Calen. Decemb. Valente 5. & Valentiniano iun. AA. Coss. 376.

Testes debent esse liberi, & non debent esse socij, vel participes criminis, & qui producunt testes, debent eis dare impendia. hoc dicit no. Bal. & Sal.

Nimis graue. CASVS. Si peto à te decem, & uelim ut producas testes ad probādum contra te: nunquid sum audiendus, quæritur? Dicitur, quòd non, quia nimis graue est, &c.

a *Petitis.*] id est aduersus se, vt supra de eden. l. 1. & l. qui accusare.

b *Eorum.*] scilicet testium.

c *Adduci.*] argum. infra, de excusa. tut. l. humanitatis, sed fallit in casu, ubi est speciale, ut sup. de assess. l. si post. 3 quæ est contra.

Seruos.] CASVS. An seruus pro domino, uel contra dominum possit induci uel interrogari, quæritur? Dicitur, quod non, sed de facto proprio seruus interrogari potest.

3 Vel dic, q ibi non probationem, sed personę sententiam petit pars Sal.

* Ex lib. 11. tit. 39. l. 3. C. Th. 4. Idem B. & Salic.

d *Non posse.*] ut & infra, de quæst. l. hoc quod placet. 4 & exceptis criminibus adulterij, fraudati census, & læsæ maiestatis, ut infra de quæstionibus, le. 1. & excepto casu qui est infra, de iure delibe. l. fin. §. licentia danda creditoribus.

e *Pro facto autem suo.*] ut inf. de quæst. l. interrogare, & ff. de ædil. edi. l. quæro in fin. & ff. de probat. l. cum probatio, & quando recipitur cum tormentis, ff. eod. l. ob carmen. §. sed his autem quæstionibus 5 fides adhibeatur, ut ff. de quæstionibus, l. edictum, sed non omnino, ut ff. eo. tit. l. 1. §. quæstioni.

5 Concor. cum ista gl. Sal.

Iusiurandi.] CASVS. Testes debent prius iurare antequam perhibeant testimonium de ueritate dicenda, & hoc in prima. [illegible] semper debet credere honestioribus, & etiam [illegible] parte productis, & hoc in secunda. Vnius etiam testimonium non admittitur, etiam si in dignitate sit constitutus, & hoc in tertia.

f *Iusiurandi.*] [illegible] prestitis, ut in decre. 3. quæstio. 9. [illegible] ar argumentum contra, 3. quæstio. 4. si quis [illegible] pro utraque parte, ut argument. Authen. [illegible] collat. 9. Item, quod falsarium non [illegible], quia [illegible] dicere uerum aliquid, & aliud falsum; & sic se habet generalis cōsuetudo, & pro hoc supra de episcop. & cleric. l. presbyteri. Sed fallit in episcopo, qui non iurat, ut supra de episcopo. & cleric. Authent. sed index. Item si remittatur consensu partium, ut argument. ff. de ferijs, le. 1. & infra, de tempor. appellat. l. fin. in fine. Item quando tractatur de uentre inspiciendo, in renunciatione quam faciunt obstetrices etiam sine iuramento, ut ff. de uentre inspic. l. 1. circa princ. Item præsente utraq; parte iuratur, ut infra eodem, l. b quando.

f *Iurisiurandi.*] quia aliter esset ordo præposterus.

g *Adhibeatur.*] dignitas enim, & auctoritas, & opinio, & uerisimilitudo, in testibus attenditur, ut hic, & ff. eodem, l. 2. & 3. & circa princip. & l. ob carmen. §. fin. & in Authent. eodem, §. 1. collat. 7. Azo. Item potest adsignari contra. ex duabus ll. infra titu. 1. l. scripturæ, & l. in exercendis litibus. Sed aliud in instrumentis cōtrarijs, quę producens potuit prouidere, non autem sic testium dicta.

h *Sanciuimus.*] §. iam dudum.

i *Vt vnius.*] contra, ff. de uentre insp. l. prima quia creditur obstetrici, sed hoc ē speciale.

k *Facile.*] propter 3. q. 3. ca. si tabellionem, cui soli testes. §. quandoq; creditur, nullus, ut infra ad legem Cornel. de fal. l. si quis decurio. & in Auth. de fide instrum. §. si uero moriantur. collatio. 6. Vel dic, id est facile esset, & stultū si pateretur, sic ff. de fideiuss. si fideiussorem, & ff. de probat. si quis libertum, & J. eod. l. testium, & recita hic, & diximus supra de rebus cred. l. tertia.

2 † Fiscalt.

* Concor. c. ueniens, lo. 1. in fin. & ca. licet uni extra eod. tit.

* Ex lib. 11. tit. 4. l. 1. C. Th.

* Concor.

l *Si præclaræ.*] puta silentiarius, & ad hoc sup. de arbi. l. ne in arbitris, §. si autem.

Omnibus.] CASVS. In causa quam habebam aduersus Titium, ordinaui procuratorem, an procurator possit induci in testimonium? Dicitur, quòd non, quia omnibus, &c.

m *Omnibus.*] ff. eo tit. l. nullus, ff. quando appel. sit. l. 1. §. in propria. ubi dicit, quod causa est illius, ad quem pertinet emolumentum, & damnum.

n *In re propria.*] principaliter, uel secundario, puta uenditor pro emptore, quòd enim sit sua causa, patet, quia appellat uicto emptore, ut ff. de appella. l. ab executore, §. primo. & l. a sententia. & de re iudic. l. sæpe. §. item bidum mandabatur sicut in propria, ut ff. quan. appell. sit. l. 2. §. sed alius. Item quia lucrum, & damnum ad eum redit, & sic est propria, ut ff. quando appell. uel. prima. §. in propria. Sed quidam contra, argu. ff. finium regu. l. penalti sed ex pone ut ibi. Sed contra huic l. instit. de testa. §. legatarij. sed

sed ibi in causa testamenti non sua fert testimonium, nec propter hoc quod valeat testamentum, sequitur quod valeat legatum. Item contra infra, de fideicommiss. l. fin. sed impropriè ibi ponitur nomen testis, posset tamen sic intelligi hæc lex, quod nihil esset contra, vt dicatur illa propria, quam aliquis p se agit, & facit ff. eodem l. nullus, & ff. de iurisdict. omnium iudic. l. qui iurisdictioni, & de arbit. l. penul.

* Ex l. 23. tit. 39. lib. tit. 1. C. T.

Voniam liberi.] CASVS. Liberi homines p duci debent ad dicendum testimonium, in causa autem criminali non producuntur testes eiusdē criminis participes. Item prouideat index, vt producens testem eum alat. Idem erit in causa ciuil. vt testem producens eum alat.

a *Quoniam liberi*] continuatur l. superiori. Vel dic, si permittetur a domino producere seruum, nemo dubitaret eum nutriendum, cum, & dominus alias eum alat, sed quia liberi, & extranei producuntur, ideo dicit qualē cautelā index adhibeat, qn quis p ducit, non & sic not. seruum nō admitti, quia pro nullo est, vt ff. de regu. iu. l. quod attinet, & de testa. l. qui testamento, §. seruus. Et lege hic authen. si teste, de iure vero ff. de reg. iu. l. quod attinet, & leg. seruitutem morti comparamus.

b *Testes.*] ff. de reg. iu. l. quod attinet, & leg. seruitutem morti comparamus.

c *Ad causas.*] Propriè hic ponitur. scilicet pro criminali, vt ff. eodē. l. 1. Accursius.

d *Alienas.*] vt supra l. prox.

e *Participes.*] criminis. Non ergo appellat aliorum socios omnes, qui ab aliquo possunt accusari, sed si de eodem crimine,

b Qualibet vera secundū Ba. & Sal.

2 Gl. pcedit de iure ciuili, & cā quis p ducit, non erat de crimine condemnatus quia tunc taquā infamis repel. lereretur, de iure vero can. criminosi etiam non cōdēnari repelluntur, nisi vult per actram poenitētiam. P. per tex. in c. testimonium, extra eod.

3 Propter immanitatem criminis. Ang.

4 Vel dic q si socius sperat lucrum, vel danū, non admittit, alias sic.

5 Illud dictū sequitur. B. B. & Sal.

Impp. Honor. & Theodo. AA. Cæciliano P. V.

LEX XI.

QVoniam [a*] liberi testes [b] ad causas [c] postulantur alienas, [d] si socij, & participes [e] criminis non dicantur, sed fides ab his notitiæ postuletur [f] in exhibitione [g] necessariarū [h] personarum, hoc est testium, talis debet esse cautio [i] iudicantis, vt his venturis ad iudicium, per accusatorem, [k] vel ab ijs, per quos [l] fuerunt postulati, sumptus [m] competentes dari præcipiat.

¶ Idē iuris [n] est, & si in pecuniaria causa testes ab altera parte producendi sunt. Dat. 12. Calend. Febr. Rauennæ, Honorio, 8. Theodosio, 3. AA. Coss. 409.

IN AVTH. de testib. §. si vero dicatur. coll. 7. const. 2.

Ista auth. est not. & diuiditur in duas partes. In prima loquitur, quando testi obiicitur status inhabilitas. Secundo loquitur, quando testi obiicitur inimicitia seu odiositas. Secunda ibi, si vero, & hoc intendit. Propter exceptionem, quæ obiicitur in persona testis, non differtur testimonium: nisi pro opponente sit de iure præsumptio, vel talis aperta probatio, quæ testimonium etiam latum prorsus eneruaret. hoc dicit ista authent. in ratione sui. Bald.

SI testis productus dicatur seruilis esse fortunæ, & testari voluerit, ipse verò se liberum esse affirmet si quidem ex natiuitate, impleatur [o] testimonium eius, vt si is habita disputatione seruus esse apparuerit, respuatur ei testimonium.

¶ Si verò libertinum se dixerit, & prius instrumentum suæ manumissionis ostendat quàm testificetur, nisi iurauerit se alibi probationes habere, quo facto, testificatio quidem scribatur, sed nisi instrumentum mōstrauerit, respuatur testimonium eius.

¶ Si verò dicatur odiosus ex lite criminis inter eos mota, & hoc apparuerit, non ante audiatur, quàm de crimine iudicetur. * ¶ Si verò ex lite pecuniaria, [p] vel aliter est odiosus: procedat quidem testatio, tempore verò disputationum seruētur huiusmodi quæstiones.

Libertus contra patronum non testificatur: imo testificando punitur. h. d. Bald.

Ijdem AA. Georgiæ.

LEX XII.

LIbertorū [q*] aduersus patronos illicitas, atq; improbas voces pœnæ obiectione præcludimus, atque ita, vt non modò spontè pro-

ne lucrum, vt arg. ff. quando appell. sit l. 1. §. in propria. Et an legatarij? respon. vt sup. l. proxi. diximus.

f *Postuletur.*] Vt in aliena causa.

g *In exhibitione.*] idest, alimento.

h *Necessariarum.*] idest testium qui sunt necessarij ad probandum.

i *Cautio.*] idest cautela vel prouisio.

k *Per accusatorem.*] Solennem.

l *Per quos.*] vi per nō solennē accusatorem vt in crimine notorio, vt infr. de accusa. ea q. Vel dic per accusatorē quēcūq; & p quos. s. accusatos, qui qnque pbatur, vt j. de abo. l. fallaciter.

m *Sumptus.*] vt j. de appel. l. eos. §. si quis, & est ar. quod laboratores debēt ali, sed nō eorū instrumēta emendari, vt ff. ad l. Rho. de iac. l. 2. §. 1.

n *Idem iuris est.*] q debeant ali, non autē ad omnia prædicta refertur.

6 Hoc verū, si gratis laborēt alias sec. nisi cōsuetio. vel cōsuetudo aliud dispo nat. B. B. Sal. & Angel. de quo vide latius per Bal. & Ias. in l. si non fortē. §. libertus, ff. de cōdi. indeb.

S *I testis.*] CASVS. Bene dixit de liberis, quia si seruus esse dr. distinguit nā qui dr seruus, aut dicit se ingenuū aut libertum. Primo casu fert testimoniū, sed si postea apparuerit seruus, nō valebit testimoniū eius. Secundo casu antequam testimoniū dicat, ostendere debet instrum manumissionis, nisi dicat se hēr instrumentum alibi, & testificatur, sed nō valebit testimoniū, nisi postea instrum manumissionis ostendat. Si vero qui contra me inductus est, sit mihi inimicus ex aliqua causa criminali, non auditur, nisi prius de causa cognoscatur. Si vero ex pecuniaria causa dicatur testis inimicus, fert testimonium, sed quæstio illa vtrum sit inimicus, vel non, referatur

* Concor. glos. super verb. nota biles post me. in c. ex parte. ext. eo. tit.

* Ex lib. 4. tit. 6. l. fin. C. Th.

2 & vnius absolutio alteri prosit plenè, & vt ff. ad l. Iul. de adul. l. denunciasse, §. final. vel qualequale præiudicium isti quidem tales non admittuntur ad testimonium, & sic ad prædicta refertur. In casibus tamen admittuntur, vt ff. custo. re. l. diuus, & infra de male & mathe. l. fi. & ff. de re mil. l. non omnes, §. fin. sed ibi non erant socij, vt inf. de fal. mo. l. 1. & sup. de ser. l. prouinciarum, sed hæc specialia sunt. 3 Vel dic isti tales non sunt al. ndi cum magis ad excusationem sui veniant, & quique etiam torquentur, vt j. de ser. l. prouinciarū, & sm hoc legitur eum seq. Itē nunquid in ciuili idem, vt socius non admittatur? Resp. sic, vt in fi. huius legis, & hic. Sed sm lo. 4 contra, & hoc in criminali dicit, & q dicit in fin. non referatur ad oia, sed ad alimenta. pro parte ergo socij potest admitti, pro sua non, & idē si sine societate res cōis: quia licet vnu. vincat, nihil alij reddit. vt ff. si pars hære. pet. l. 1. §. quinimo aliud si 5 essent vere socij omnium bonorum, vel illud quod petitur quasi sit futurum commu-

bitur in tempus disputationum. hoc dicit ista authent.

o *Impletur.*] i. recipiatur. Quid de statu liberi? Respon. idem quia sunt serui, vt ff. de statu lib. l. statulib. Item quid de ascriptijs. Resp. admittuntur, ut argu. sup. de epis. & cle. l. iubemus, & auth. ad scriptiuos. Item quid de monachis & conuersis. Dic admitti, quia non inueniuntur repelli: vt ff. eo. l. 1. & argu. in auth. de mona. §. cogitandum. colum. 1. & idem de conuerso & regulari canonico.

p *Pecuniaria.*] Sed hic refert, an omnibus bonis, vel parte maiore, vel de statu, & tunc nō admittatur, vt insti. de excu. tut. §. item propter inimicitias, & §. item is. & infra de reuo. do. l. fi. & no. ex hac Auth. q quidam testes in principio repelluntur, alij ex post facto. Item not. q post aperturam reprobantur: vt inf. eod. l. si quis.

7 Istā glo vsque ad fin. sequit Cyn. Bal. & Sal.

L *ibertorum.*] CASVS. Aduersus patronum nec volens, nec inuitus ad testimonium admittatur libertus.

q *Libertorum.*] Sic & inf. qui accus. non pos. l. fin. sed nec pro

protis, vt inf. de q.l. pridem. Quid de hærede patroni extraneo? Rñ. idem, argu. supra de in ius voc. l. venia. sed ius succedendi liberto nõ trãsit ad extraneum hæredem, vt inf. de lati. libe. toll. l. 1. §. si sub conditione. Item intellige etiã patronis volentib. vt arg. ff. de postul. l. quos prohibet. & solut. matri. l. alia. arg. contra sup. de pac. l. pen. contra alios autem, & pro alijs possunt, vt sup. de postuland. l. nec cæterorum.

a † al. iniq.

NVllum. CASVS. Inter me, & Titium vertebatur quædam causa: produxi quosdam testes, qui non erant de foro iudicis causæ, vel erant milites, isti testes inueniuntur incredibilia dicere, an iudex eos possit punire, cum non sint de sua iurisdictione? Dr, q sic: nec possunt allegare priuilegiũ fori, quia dum sunt in iudicio, deberet cessare eorum priuilegium.

* In quibusdã est Græca cõstitutio.

a *Præscriptionem.*] quia sit clericus.

ADDITIO. Aduertas in quãrũ glos. ista sentit clericum in casu istius l. posse puniri à iudice laico, q hoc reprehendit Innocen. in cap. verum, extra de foro comp. & post eum Paul. de Cast. hic.

* Et sic pars aduersa non debet esse p̃sens, & cõcord. c. venerabili, ext. eo. tit. & c. inquisitiones, §. 1. de accus.

b *Improbitas.*] quia varie.

c *Rei qualitas.*] quæ falsitate non caret.

d *Præcepimus.*] quo minus per iudicem causæ verberetur, si sit administrator, vel per apparitores sui maioris, si non sit administrator, sed delegatus, vt in Auth. eod. §. si vero ignoti.

e *In ciuili.*] Subaudi etiam.

f *Præsidio.*] s. priuilegio fori, alij dicũt, de sportulis.

g *Quicunque.*] aliàs quodcunque, & tunc est, offenderit, & aliàs quicunque, & tũc est, offenderint.

h *Animaduertendi.*] vt in auth. eo. tit. §. si vero ignoti. & not. hic, quẽ sine accusatore damnari, i vt dixi sup. tit. 1. l. pen.

i Sic etiã Papa procedit ex officio contra simoniacũ, q̃d dic, vt in ca. 2. extra de confes.

dire non audeant, sed ne vocati quidam in iudicium venire cogantur. Dat. 7. † Idi. Aug. Rauennæ, Mariniano, & Ascledíodoro Coss. 423.

Periurus testis delinquẽs in officiis testificationis efficitur de foro iudicis, coram quo testificatur: nec habet aliquod priuilegium, nec immunitatem, propter quam possit euitare pœnam pro motu iudicis imponendam. hoc d. not. secundum Bald.

Imp. Zen. A. Arcadio P.P.

LEX XIII.

NVllum * penitus, cum semel ad iudicẽ quemlibet, licet non suum, dicendi gratia testimonium fuerit ingressus, armatã fortè militiam, vel quamlibet aliã fori præscriptionẽ,[a] ad euadẽdũ iudicis motũ, quem vel testimonij verborũ improbitas[b] bel rei qualitas[c] flagitauerit, posse prætẽdere pcẽpimus,[d] sed omnes qui in ciuili, scilicet causa suum præbent testimonium, separato, & tanquã ante iudiciũ interim deposito exceptionis fori priuilegio, huiusmodi p̃sidio[f] denudatos, ita ad iudicãtis intrare secretum,* vt quicũque[g] aures eius offenderint, nõ dubitent sibimet formidãdã, data cũctis iudicib. absque vllo præscriptionis obstaculo (sicut sæpe dictũ est) in testes, quorum voces falsitate, vel fraude nõ carere p̃spexerint, pro qualitate videlicet delicti animaduertendi [h] licẽtia. Dat. 12. Calẽ. Iun. Decio, & Longino Coss. 486.

Imp. Zeno.

LEX XIIII.

HAnc l. restituit ex Basilicis Cuiac. lib. 30. obser. c. 38. & illius argumentum his verbis fere explicat i 5. Græca, q̃ dat in primis pedaneis iudicib' testes falsos corrigendi, & tormentis subijciẽdi si plebeij sint, ius potestatemq; adhibito præfectum vigilũ. Qđ si testes decuriones sint, vel in aliqua dignitate positi, vt non possit in eos iudex pedaneus animaduertere: debet rẽ oẽm ad magistratũ, à quo datus est, referre. ita vt pro insinuatione relationis nihil inferatur: & si res aperta sit, sententiam à magistratu ferri de testium fide suscipienda, vel recipienda oporteat: sin aũt maiori indagatione indigere videatur, rursus eius rei cognitionem iudici delegari, non obstante vlla præscriptione fori, vllove priuilegio. Nam cum vltro testimonium dixerint, suo priuilegio testes renunciasse videntur. Qui falso negauit aduersarium suum esse cognatum, exegitq; ab eo probationes generis, aut gentis, quam is se habere dicebat: non hẽat ius vendicandorũ bonorũ intestati, (eius scilicet, quem suum esse cognatũ negauit, cum intestatus decesserit) sed non audiatur qui ab aduersario p̃bationes generis exigit, nisi prius ipsi iuret de calumnia, & iurato conseruetur ius legitimæ successionis. Requiruntur verò ad generis probationem testes quinq; si desint instr̃a, vel tres si illis instrumenta suffragẽtur. Quod si hmõi sint instr̃a, quæ omnium probationũ vice esse possint, illa et sine testib. sufficiunt. Vltimũ autẽ huius constitutionis caput illud est, vt qui instrõ testis adfuit, & qui deposuit tanquam testis, quæ sciebat post litẽ motã, non possit diffugere testimonium, & vti præscriptione fori.

& ff. eod. l. qui falsi. Sed an pœna legis Corneliæ, & an adhuc poterit accusari? Respond. & alia pœna mitior poterit imponi, & poterit accusari.

Imp. Iustinianus. LEX XV.

COnstitutio * iubet nõ solũ in criminali iudicio, sed et in pecuniarijs vnumquẽq; cogi testimoniũ perhibere de his, quæ nouit cum sacri p̃stratione, vel iurare se nihil compertũ habere, (exceptis tñ personis, q̃ legibus prohibentur ad testimonium cogi, & et illustribus, & his, qui supra illustres sunt, nisi sacra forma interueniat.) & si quidẽ in regia vrbe testes habitẽt, cogit eos propria voce testimonium ferre. Si verò non adfuerint, mitti ad eos iubet procuratores partium, vt apud eos deponant, quæ nouerunt, vel inficient, quæ ignorãt. Eadem proculdubio obseruando, & in testimonio, quod in gestis fit, nempè vt eædem personæ ab eius necessitate excipiantur. Omnibus autem testibus sine damno, & impendio suo vult factas de his interlocutiones, & productiones procedere.

* Hanc l. restituit Cuiac. 11. obser. 18.

Firmans, vel approbans personam testis in vno actu, firmat, & approbat eam in omni alio simili: nisi noua inficiandi causa superuenerit. h.d. Salyc. Et est canonizata hæc lex 4. q. 3. cap. si testes, §. si quis testib. Salyc. Vel sic: Contra personam testis, quem quis semel produxit, non potest opponere, nisi causa de nouo emerserit: sed contra eius dicta sic. h.d. secundum Bart. bonus casus, quem tene menti. Paul. de Castro.

SI quis.] CASVS. In causa, quam habebam cum Titio, produxi testes pro me, in alia causa, quam habuit Seius contra me, eosdem testes produxit contra me, an eos reprobare possim, quaeritur, dicendo eos infames? Dicitur quod non, nisi postquam tulerunt pro me testimonium interuenerint inter me, & eos capitales inimicitiae, & nisi velim assignare temeritatem in dictis eorum, vel nisi probem eos corruptos per pecuniam. Accursius.

a Aduersus eum.] ff. de neg. ge. l. Pomponius. i. Accurs.

b In alia] nam in eadem nō producuntur plus, vt ff. cod. l. produci. & inf. eod. l. fina. §. i. Et non distinguitur, an ab eo, alem, contra quē fuerunt primò producti, an ab alio postea producantur, cum sit eadem ratio, vt ff. de verbo. obli. l. a Titio, in fin. vers. & ff. ad l. Aquil. l. illud.

c Excipere.] id est, excipiendo repellere, & hoc ideò, quia approbasse videt eorum personas, licet inhabiles, vt ff. ad legem Iul. de adulte. l. si vxor, §. fina. licet sit argum. ff. de inoff. testam. l. Papinianus, §. sed nec. Vel quia cui stetit pro se, stet & contra, vt infra titu. proxim. Authen. ad haec. & supra de reb. cred. l. generaliter, §. i. & §. sin autem. erit ergo. idem si sit seruus hic testis. excipe ff. de adul. l. si vxor, §. vlti. vbi dicitur quòd, mores non potest quis recusare, quos approbauit.

1 † In quibusdā est cōstitutio Graeca.

2 † Supple cum gl. capitales tamen. & si solū leues secundum B. in marg. in §. testis colla. 8. nō adhibentur ei certa fides.

3 † Adde, etiā & cōsanguineos secus B. contra Gl. in l. tutor. ff. de suspec. tut.

Imperator Iustinianus A. Mennae PP.

LEX XVI.

SI quis[1] † testibus vsus fuerit, idemque testes aduersus eum[a] in alia[b] lite producantur: nō licebit ei personas eorū excipere,[c] nisi[d] ostenderit inimicitias[2] † inter se,[3] † & illas postea emersisse, ex quibus testes repelli leges praecipiunt, non adimenda scilicet ei licentia, ex ipsis depositionibus testimonium[e] eorum arguere.[f]

§ Sed, & si liquidis probationibus datione, vel promissione pecuniarū eos corruptos ostenderit,[g] etiā eā allegationē integrā ei seruari praecipimus. Da. 7. Calen. Iul. D. N. Iustino A. 2. Cons. 528.

Quando debitum est contractum in scriptis, eius solutio probanda est per scripturam, vel quinque testes idoneos, qui deponant quomodo fuerunt praesentes solutioni, sed perdita scriptura, & casu probato, duo testes de vera numeratione deponentes sufficiunt, hoc dicit Bald. & Salyc.

Idem A. Mennae PP.

LEX XVII.

TEstium[h] facilitatē, per quos multa veritati cōtraria perpetrantur, prout possibile est recusantes, omnibus[i] praedicimus, vt qui[k] in scriptis à se debita retulerint,[l] quòd non facilè[m] audientur,[4] † si dicant omnis debiti, vel partis solutionem sine scriptis se fecisse, velintque vtiles, & forsitan redemptos testes super huiusmodi[n] solutione producere, nisi quinque testes idonei,[*] & summae atque integrae opinionis praesto[o] fuerint solutioni celebratae, hique cum sacramenti[p] religione deposuerint sub praesentia sua[*] debitum esse solutum, vt creditor confessum sibi solutam pecuniam. & hoc dicit Authen. rogati.

d Nisi ostenderit inimicitias.] scilicet capitales, vt sup. eod. Auth. si testis. Idem dico, si quaelibet alia noua interueniat causa, non sic, si erat antiqua, vt ff. vt in poss. leg. si is à quo. §. [illegible] & ff. de interrog. act. l. de aetate, §. ex causa, cum eadem sit ratio aequitatis, vt supra de consti. pecu. l. fin. licet quidam dicant speciale in his tribus exceptionibus. Accurs.

e Testimonium.] secundum dictum.

f Arguere.] assignando contrarietatem in dictis eorum, & sic post aperturam inducuntur testes ad reprobationem aliorum, vt sup. Auth. si testis, in fin. vt hic subijcit. Item videtur huic l. contra. ff. eo. l. produ. i. sin vnum illius l. intellectum, scilicet primo contra se, postea pro se, vnde videtur redemptus. hic contra. Hoc nihil est dicere, nam isti duo casus sunt isti, si bene consideres, vnde dic quod hic producuntur ab alio, non ab illo, contra quem primo deposuerunt. Vel hic in alia lite, vt in princ. huius l. ibi, in eadem.

g Ostenderit] vt falsum dicant in secundo testimonio.

TEstium facilitatem.] CASVS. Accepi à Titio decem mutuo [illegible] scriptura, postea dico me totam pecuniam, vel partem soluisse, econtra asserit creditor, quod non, qualiter solutionem factam probare possim, quaeritur? Dicitur [illegible] quinque testes, qui iurent se interfuisse solutioni factae, vel per scripturā factam à creditore de solutione. Sed si [illegible] in contracta est sine scriptis, licebit mihi probare per duos testes solutionē fore factam, & hoc in primo. Ista, quae dicta sunt, locum habent in futuris temporibus [illegible], & non in pecunia, quae dicitur soluta ante [illegible] & hoc dicitur in secunda. Si verò dico super solutione [illegible] cautam me amisisse, probabo amissionem per testes, & solutionem debiti. & hoc in tertia. Et isti testes, debent rogari, siue intersint solutioni, siue intersint, quando creditor confessum sibi solutam pecuniam. & hoc dicit Authen. rogati.

h Testium facilitatem.] nam quandoque magis occultant veritatem, quam dicant, vt in Auth. cod. in princ. colla. 7.

i Omnibus.] scilicet debitoribus, & hoc si quantitas excedat quinquaginta aureos. aliis sufficiunt duo, vt non de rebus exiguis maximas adstrictiones homines sustineant, vt in Authen. de fi. instr. §. vt autem coll. 6.

k In scriptis.] id est, longe debitā, & dicitur in scriptis, quando est actum, vt non aliter valeat contractus, vt [illegible] l. contractus, vel etiam alios quocunque modo sit actum, vt fiat inde scriptura.

l Retulerint.] id est, soluerint.

m Non facile.] id est quod esset facile, & leue, & ideo nullo modo fiat, & nisi, quod sequitur, ponitur exceptiuè. Vel dic non facile, quia quandoque & sic ponitur expositiuè, vt ff. de procur. l. quae omnia, in fi. & l. seq. Item videtur, quod tres sufficiant, vt s. si cer. pet. l. fina. sed & ibi scripturam recipiebat à creditore, hic non. Accursius.

n Super huiusmodi.] quinque testes idonei.

o Praesto.] sic ergo de sua scientia debet reddere testimonium, vt hic, & statim subijcit, sua praesentia, vt in Authen. de haere. & fal. §. si verò absunt, collat. i. de auditu autem alieno, non nisi in casu aquae pluuialis arcendae, vt ff. de aq. plu. arc. l. 2. §. antepen. & de probatio. l. si arbiter. & in causa matrimonij. 14. q. 2. super quod hodie est correctum, vt extra de clande. despon. c. i. aliter obseruatur in sacramento calumniae, vt s. de iur. cal. l. 2. §. i. & totoris, vt in Auth. vt hi, qui obligatos se habere per res minorum, §. vt autem. collat. 8. Item non exigo, vt dicant, nos vidimus, sic enim de alieno visu testificarentur, quod esset aurum: qualiter enim vnus scit: si alius vidit, sed dicat talis fuit praesens: ne inueniatur varietas temporis, vt in Daniele de varietate loci dicitur de Susanna, per quod non creditur: vt 3. quaest. 9. cap. nihilominus, & 35. quaest. 6. de parentela. Item not. quod quandoque de credulitate testis audiatur, vt ff. de vent. insp. l. i. in princip. De tempore autem, & vestibus, & similibus insinuationibus non quaeritur, nisi quando videantur suspecti, & tunc dicit sic, vt ff. ad Syllan. l. prius. sic enim dicit quo in anno flagitium sit admissum. Sed de loco sic, vt dixi de Susanna. Item no. in solutione quinque testes necessarios, vt in confessione, vt in Authentica rogati. infra eod. & in codicillis, vt supra de codicil. l. fina. in fine. & in donatione causa mortis, vt infra de donation. causa mortis. l. finali. Item alibi, vt in Authentic. de fide instrumentorum, §. oportet, collat. 6. Item septem in testamentis, vt infra de testam. l. hac consultissima. Quandoque octo, vt infra qui testament. face. poss. l. hac consultissima. Quandoque quindecim, vt cum aliquis est promouendus inter agentes in rebus, vt infra de proxim. sacr. scrin. lege vtriusque libro duodecimo. Quandoque tres, vt supra si certum peta. l. fin. regulariter duo, vt ff. eod. l. vbi numerus. Vnus autem non sufficit, vt supra eodem. l. iusiurandi, in fine.

p Sacramenti.] id est, iusiurandi.

4 † al. audiantur.

* Concor. c. licet vniuersis, cū verbo quedam. in fi. ext. eo. tit.

* Iste textus est valde no. & semper allegatur ad hoc quod debeat reddere rationem dicti sui per sensū corporeū, puta visum, vel auditū, quia visu, & auditu percipiuntur; nam non censetur fuisse praesens, nisi audisset vel vidisset, vt l. dixi proferre, l. coram, s. de arbi. sed si testificant de alijs, quae nō percipiuntur visu, vel auditu, sed gustu, vel odoratu, aut tactu, debent deponere per sensum illi appropriatum. alias non esset sufficiens probatio, vt not. per B. in l. i. s. de verbo. oblig.

Itatuta.

a *Statuta.* scilicet per hanc legem.
b *In scriptis.* s. per apocham, ut in f. tit. I. l. plures, nam nihil, & c. ut ff. de reg. iur. l. nil tam naturale.
c *Iis.* scilicet excipiendis, vt possit etiam duobus testibus probare. Accursius.
d *Qui iam.* i. olim ante hanc legem.
e *Securitas.* sit, scilicet in scriptis.
f *Infortunij.* sunt.n. multi fortuiti casus, vt Inst. quib. modis re cont. ob. §. itē his.
g *Probantibus.* sic ergo qui casum dicit, eum probet, vt ff. de test. l. 2. Item nota, quod duo probāt, s. casum, & debiti solutionem & sic est contra, sup. tit. I. l. si de possessione, vbi sufficit probare furtū. Sol. ibi de delicto aduersarij admissum erat, hic non.
h *Per testes.* s. duos vt ff. eo. l. vbi.
i *Rogati.* ab eo qui introducit eos, vt in Auth. eod. tit. §. & licet, in fi. §.
k *Vt in testamentis.* de quo constat et vetero iure, vt ff de test. l. hæredes, §. fin. & infra de codicil. l. in fi. No. ergo quatuor casus in quibus sunt rogati, tres sunt hic, & quartus est. ff. de diuor. l. nullum alias regulariter est contra, vt ff. eod. l. ad fidem. Alij exigunt hodie semper rogatos, per hanc Auth. & male.
l *Confessioni.* in corp. Auth. nō aperitur, quod sunt quinque necessarij, & sic duo sufficiūt secundum Io vt ff. e. l. vbi. Sed Azo. cōtra nam ex quo in solutione sic est, ergo & in cōfessione, cum sit eadē ratio H. verò distinguit, vt rogati sufficiant duo, non rogati sint quinque siue sit solutio, siue cōfessio. Item no. quòd sm istam l. testiū, & Auth. hanc, vr, quod cōfessio extra iudicium valeat, sed hoc est ad liberādū aliud ab obligandū. Itē an contra confessionē istam possit uenri intra 30. dies? Resp. sic, ut inf. de non num. pec. l. in contractibus, §. 1. Vel distingue, aut fuerit confessio solennis, id est coram testibus habita, & tunc possit uenire cōtra, ut hic, an non, & tunc possit, ut ibi.

* Hac lege, quod quinque testes habeāt ui scripturæ, permotus) Senatus Spirēsis cēsuit. Quinque testib. quolibet probari posse quantumuis statutū probationes alias à scriptis admitti. Vid. Myn sing. 1. obser. 5. Cuiac. 15. obieru. 38. Goth.

Confessio extra iudiciū an ualeat.

scientes omnes ita ea statuta [a] esse, non aliter debitum, vel partem eius persoluant, nisi vel securitatem in [b] scriptis capiant, vel obseruauerint præfatam testium probationem: ijs, [c] scilicet, qui [d] iā sine scriptis debitum, vel partem ejus persoluerint, à præsenti sanctione merito excipiendis.

¶ Sin vero facta quidem per scripturam securitas [e] sit, fortuito aūt casu, vel incendij, vel naufragij, vel alterius infortunij [f] perempta: tunc liceat ijs, qui hoc perpessi sunt: causam peremptionis probātibus, [g] etiam debiti solutionem per testes [h] probare, dānumque ex amissione instrumenti effugere.* D. Calend. Iun. D. N. Iustiniano A. 2. Coss. 528.

IN AVTH. de testibus, §. & licet, coll. 8. const. 2.

Ista auth. addit duo ad l. secundum verum intellectum. Primo, quod testes de quibus illa lex loquitur, debent esse rogati, & non fortuiti, sicut in testis. Secūdū est, vt quod ibi dicitur, quod quando quis vult probare solutionē debiti, de quo apparet per instrumētū, locū habeat, & in eo, qui vult probare cōfessionē creditoris de recepto: licet quidam aliter intelligāt in gl. Pau. de Cast.

ROgati, [i] vt in testamentis, [k] non fortuiti vel trāseuntes, veniant. Idem est si post solutionem rogati intersint confessioni [l] creditoris dicentis pecuniam sibi debitam solutam fuisse.

Testes absentes possunt cogi venire ad testificandum, etiam in causa pecuniaria: & postquam venerint, possunt detineri per quindecim dies cum satisdatione de non recedendo, si voluerint satisdationē præstare, vel si noluerint, cum iuramento: aliam violentiam non debet eis fieri: & intra dictos quindecim dies debent iurare parte aduersa præsente vel citata, & deponere dicta eius: & iudex in hoc debet esse solicitus, quod si factum non fuerit, possunt propria auctoritate recedere, & sine licentia iudicis: & iudex qui fuerit negligēs, dēt puniri hodie ista lex singularis, P. de C.

Idem A. Iuliano P.P.

LEX XVIII.

SI quā [m] inuitos testes in pecuniariis causis [n] ex nostra [o] lege aliqs trahere maluerit: si quidē sua sponte fide iussionē † suæ [p] personæ siue [q] dāno præstare, velint, hoc fieri: sin aūt noluerint, non carcerali custodia detrudi, sed sacro eos cōmitti cēsemus. Si.n. pro toto litis certamine iuri iurādo testui credēdū esse putauerint ij, qui eos produxerint, multo magis [r] præsentiā suā testibus sacro eorum credere debent. Sed cū minimè oporteat testes in hmōi casib.

iuramento necessario standum erit, quia si pro principali causa creditur eis, multo magis hic, & hoc in prima. Non autem compellendi sunt stare vltra 15. dies, intra quos citabit partem aduersam, vt præsto sit quando dicant testimonium: si non veniat, iudex audire debet ipsos, & elapsis 15. diebus poterunt reuerti ad propria sine licentia iudicis, nec redire cōpelluntur, & hoc in secunda. Si vero per iudicē stetit quo minus testimonium dicant, damnum quod pp hoc altera pars passa fuerit, resarciet ei ex suis facultatib. & hoc in tertia. Et hanc l. intellige in causis iam cœptis, nō autem in præcedenti.
m *Si quando inuitos.* ergo inuiti [illegible] venire, & [illegible] hi. l. inen, [illegible] & quem [illegible] dicitur ab [illegible] arg. ff. qui [illegible] & ff. [illegible] ridi. & [illegible] §. fin. & hoc capitis pignoris. vtas. Inst. de fatis. §. pena & hoc est munus publicū, vt d. l. 2. §. 1. si quis cautionibus colligitur. Nec obst. ff. quēad. testa. aper. l. sed si quis ex signatorib. quæ est 3. vbi nō videtur cogi: quia ibi erat absentes, & alterius prouinciæ. Vel aliud est in recognitione sigillorū testamenti, quæ pōt et fieri domi, vt ibi, & aliud in testibus, qui corā iudice debēt cogi venire, ut hic. Vel coram eo cui delegat in alia prouincia lege statuente præterquā in criminali, vbi tamen coram eo debent uenire ut in Auth. eo. §. & q. in, & ff. eod. l. 3. §. testes. Item ideo dicit si quando, quia qui dā uolētes admittunt qui inuiti non coguntur, ut ff. eod. l. inuiti, 1. & 2. De proxenetis autem quando cogantur, habes in Auth. eod. §. antepen.
n *Causis.* in criminalibus idem, nam cum quidā excusentur ue inuiti non dicant, restat alios compelli, ut ff. eod. l. 3. §. lege, & l. 4. & 5. Item dic causis, scilicet cœptis, non ante litem contestatam, nisi in casu, & hoc dicit Auth. sed & si quis, quam lege hic.
o *Nostra lege.* s. Græca, quam non habemus, sed erat in antiquo Codice.
p *Suæ personæ* permansuræ in iudicio donec dicant testimonium, quod dicere debent.
q *Sine damno.* i. sine coactione.
r *Multo magis.* sic inf. de pact. conuent. tam super do. l. hac lege, & inf. ne fideius. do. dentur, l. 2. & in Lombarda dicitur, quod socius, qui credidit socio totum negotium, non potest cum eo inire duellum.

Testes inuiti cogun tur ex con cor. c. 1. & ca. 4. cum glo super uer. timore, ext. de test. cog.

† Fideiussor.

SI quando inuitos. CASVS. In causa quam habebam cum Titio in ciuitate Bononien. produxi testes Mutin si dubito de eorū recessu, si uelint dare fideiussores de stando in ciuitatē Bonon. donec ferant testimonium, possunt si uolunt. uel si non possunt dare fideiussores, aut nolunt, iurent quòd non recedent, aut quod die eis adsignata comparebunt ad ferendum testimonium ueritatis, & isti testes cogi possunt, quod stabunt quousque deposuerint, & corā

protelari, & pro alienis commodis suas inuenire difficultates: [a] disponimus non amplius [b] testes obseruare [c] compelli iudices, postquam fuerint admoniti, nisi tātum 15. dies, intra quos iudices prouideant, quatenus cognitionem [d] suscipiant, in qua testes necessarij visi fuerint, vt omnino licentia eis concedatur, & altera [e] parte cessante, & minimè eos [f] obseruare [g] volente, * si per executores admoniti venire noluerint, [h] testes accipere, & alterutra parte præsente, quæ eos introducit, [i] testimonia eorum capere.

¶ His autem diebus effluentibus, liceat quidem testibus discedere à iudice, nullā habente licentiam eos postquā absfuerint iterum retrahere. [k]

¶ † Ipsum autem iudicem, si per eum steterit, quo minus testimonium præstetur, parti læsæ omnem iacturam [l] pro huiusmodi causa illatam ex suis facultatibus resarcire disponimus. Dat. 12. Calend. April Lampadio, & Oreste Coss. 530.

*Concor. c. in nomine Domini, ext. de testibus.

† Nihilominus in c. 9. il i ni- de glos.

IN AVTHEN.

De testib. §. & hic verò, quia multoties, coll. 7. const. 2.

Testes ante litem cōtestatam quandoque recipiuntur, & publicantur, parte citata legitimè, & valent ad æternam rei memoriam, hoc dicit not. secundum Bald. Vel sic: Testes ad æternam rei memoriam possunt recipi, etiam ante litem contestatam, si de facili possunt mori, uel in remotis sunt se absentaturi: parte aduersa legitimè citata, Salicetus.

SEd & si quis ab aliquo aliquid patiatur contra leges, [m] aut aliter læsus, aut dānum patiens, & testes apud iudicem producere voluerit, & eorum testimonia publicare: [n] aduersarius moneatur à iudice, & sic, eo præsente, index attestationes [o] recipiat. Quod si venire noluerit etiā eo absente attestationes *recipiat, & perinde ualebunt, ac si eo præsēte, receptæ fuissent nec opponere poterit, q; ex vna [p] parte datæ sunt.

Testibus examinatis corā arbitris, non tenetur quis stare coram iudice, si viuunt, sed potest petere eos iterum examinari, si vult: sed si sunt mortui, non requiritur vlterior examinatio: sed standum est eis, sicut si coram iudice fuissent recepti, saluo tamen iure opponendi contra personas & dicta. h.d. ista lex singularis, quę non est alibi, nisi in l. pen. ff. de arbit. Tamen illa declaratur, & limitatur per istam. Paul. de Cast.

Idem A Iuliano PP.

LEX XIX.

CVm apud compromissarios [q] iudices testes, fuissent producti, variatum erat, vtrum deberet co-

a *Difficultates.* vt ff. quemadm. testam. aper. l. sed si quis ex signatoribus.

b *Non amplius.* i. non vltra quindecim dies.

c *Obseruare.* i. parere iudicibus.

d *Cognitionem.* idest testimonium per quod cognoscunt causam.

e *Et alterutra.* vel ea, quæ postulauit produci: vel ea contra quam postulati sunt.

f *Eos.* scilicet iudices.

g *Obseruare.* idest obedire. & est mala grammatica.

h *Noluerint.* si ergo velint adesse, præsentibus ipsis est proferenda probatio, vt hic: & in authentica hic posita, & infra titulo primo, l. iudices, & authen. apud & in Decret. secunda quæst. prima, c. in primis, in fi. sic est etiam in iuramento calumniæ, ut supra, de iuram. calum. l. secunda, §. [illegible] autem. sed hoc facto non poterunt plures produci, cum dicta ita sint testificata, vt supra, de prob. auth. atqui semel. Vel dic, quòd iuramentum fiat in præsentia: & sic prædicta intelligantur. Dictum autem testis secreto recipiatur, vt per Danielem est inductum: & sic approbat consuetudo generalis, argumen. pro hoc supra eodē, l. nullum. Item licet hic absente altera parte recipiantur, reseruatur tamen licentia obijciendi in dicta eorum, vt infra eodem leg. fi. §. 2. & fi.

i *Introducit.* siue sit ille, qui primo produxit, siue contra quem producti fuerint, qui modo eos producere videtur, cum petit, ut iudex eos recipiat, si autem vtraque pars esset absens, non contraheretur cremodicium: nec testes testificarentur.

k *Retrahere.* ne leges sint ludibrio, ut & infra, de bon. quæ libro l. fin. §. vbi autem puerilis, & de adopt. l. emancipati, §. fina. alias incipit adoptare.

l *Omnem iacturam* fecit enim litem suam vt Institut. de oblig. quæ ex quasi delic. §. 1.

SEd & si quis. CASVS. In hac auth. talis est. Si Titius aliquid mihi fecerit contra legem, quia non soluit, quod mihi soluere tenebatur, & ego testes nomino, quos producere volo, antequam ei moueam controuersiam, forte quia ad futuri sunt, vel de eorum morte timeatur, iudex debet citare partem aduersam, vt præsto sit, quando [illegible]. Si venire noluerint: iudex audiet eos. & attestationes valebunt, perinde ac si aduersarius fuisset præsens, nec obijcere poterit, quòd vna parte præsente receptæ sunt.

m *Contra leges.* vt quia non soluitur, quod debetur, cum leges suum ius vnicuique tribui volunt, vt Instit. de iust. & iur. §. iuris præcepta, uel econtra petitur à reo, quod non debet.

n *Publicare.* i. per publicam manū authēticari: non tamen in aperto, quia sic non possent postea produci testes, vt sup. ti. proxi. auth. at qui semel. Alij dicunt illam habere locum, quando inducuntur lite contest. hic ante. Sic ergo licet regulariter post litem contest. inducantur, fallit tamē quādo possunt facile non esse, & sic hoc intellige per [illegible], quod est ff. ad leg. Aquil. in l. 1. & infra, de vsu. pup. l. pupillus, & infra de test. l. qui testamenta. & ad idem ff. eod. l. current.

o *Attestationes.* i. iuramentum non dictū. Vel dic attestationes scilicet faciendas, debet. n. videre, & audire, qui sunt testificantes. Alij dicunt, quod etiam dicta vt notaui modo super l. si quando, prima verior.

p *Vna parte* quæ productio non valet, nisi altera parte vocata, vt hic, & l. si quando sup. eo. Accu.

CVm apud. CASVS. In causa, quam habebam aduersus Titium, cōpromisimus in arbitrū, & sub pœna, produxi testes arbiter tulit sentētiam. sed melius ponitur, aut propter publicationem nolui stare sententię, & soluo penā conuentam, & volo habere regressum aduersus eum corā iudice ordinario: an testes producti coram arbitro, possint produci corā iudice? distinguitur: aut omnes sunt superstites: aut nullus aut quidā. Primo casu iste, cōtra quē testes producuntur, eliget: an uelit adhuc, quod producantur, an velit stare testimonijs scriptis coram arbitro. Secundo casu necesse habet ille, contra quem producuntur credere scripturæ, in qua dicta testium redigebantur. Tertio, quantum ad mortuos credetur dictis eorum: Quantum ad uiuentes reus habet electionem an velit, quod iterum producantur, an quod stetur dictis corā, salua semper omnia allegatione contra dicta eorum in omnibus casibus prædictis. Viuia.

q *Cum apud compromissarios.* i. delegatos, arg. ff. de iudic. l. iudicium soluitur. Vel dic propriè poni. i. arbitros à quibus licet recedere soluta pœna, & ante sententiam & post: ut ff. de arb. l. si quis rem.

In iudi-

a *In iudicio.*] scilicet ordinario.
b *Obseruari.*] quod scilicet per pactum conuenit, vt argu. de re iud. l. si conuenerit.
c *Testes.*] scilicet omnes, vt differat ab vltimo cap.
d *Iterum.*] nunquid iurabunt iterum? Respon. sic, argum. ff. de damn. infect. l. qui bona, §. si quis stipulaturus, & fortè idem in causa appellationis, si super nouo articulo, vel capitulo inducantur, vt & in sacramento calumniæ dixi supra de iur. calu. in princ. l. 2. secundum Accursium.

ADDITIO. Hoc intellige, quâdo in nouo pôt ... instantia, & corâ alio iudice denuo inducuntur; secus autem si in eadem instantia repetantur ad declarâdum id, quod non clare dixerunt, quia qui declarat, nouo nihil inducit. & ad hoc l. hæredes, §. sed & si iste tex. re notam. ff. de testam. & l. adeò, §. cum quis ff. de acquiren. rerum dômin.

1 † Et sic tellige, testis, repetitis vicib. aucti, & exa- minari. & concor. c. côstitutis. cum gl. fi. de ext. co. tit. & ad hoc putat. fin. gularis fe- cûdum B.

* Ex his Et non opponi.] paverbis fe- tet ergo, quod aliàs quentibus potest opponi, vt ff. sûpsit Pa- eod. l. produci, sed illpa ea, quę lud hic non obstat, dixit in c. quia hic est alia causa præsenta- sa, & alius iudex. ta post me f *Factas.*] coram iudium. ext. dicc. de testib. g *Seruato.*] opponendi in dicta, & personas.
1 Sic dici- tur in cap. vlt. in glo. h *Subtracti.*] scilicet omnes.
1. circa fi. ext. de pro i *Quasi factas.*] s. in bat. & ca. iudicio.
causam q. k *In morientium.*] id est, mortuorum. Et nota, quod in hoc est, & de iudicio dictum est, valet in alio, vt & suprà de arbit. l. pen. in fine.
ext. co. ti. 2 † al. de- est, & de apochis. * 11. Cod. Theod. 2. Eclog. 23. l *Prædiximus.*] sup. 1. Harme- pxi. l. omni iure, &c. nop. 8.

rum depositionibus in iudicio[d] litigator vti, an non esset audiendus. Sancimus igitur si quidem in compromissis aliquid pro hmôdi causa statutum est, hoc obseruari.[b] Sin aût nihil conuentû est in hmôi casibus, si quidem supersint testes, licétiâ habere eû, contra quê depositiones eorum proferuntur, si eas recusauerit concedere testes[c] iterum[d] adduci, & non[e] opponi eis, q iam testimonium suum dederint: vel si hoc côcedere minimè maluerit, depositiones eorû quasi factas[f] accipere, omni iure legitimo, qđ ei côpetit[i] † aduersus eas, seruato.[g] Sin aût ab hac luce oês subtracti[h] sint, tunc necessitatem ei imponi, fide scripturæ approbata, in qua depositiones eorû referuntur, eas quasi[i] factas accipere. Si verò[*] res permixtę fuerint, & quidâ ex his mortui, alij viuentes, tunc in superstitum quidê testimonijs eandem electionê seruari litigatori, aduersus quê testimonia proferûtur: in moriêtium[k] aût personas depositiones eorû nô esse respuendas. Omni secundum q iam prædiximus,[l] aduersus eas, & testes legitimo iure, quod ei competit, aduersus quem proferûtur, integro reseruato. Da. 6. Calê. Apr. Lampadio, & Oreste Coss. 531.

TITVLVS XXI.

De fide instrumentorum,[m] & amissionê[n] eorum, & de apochis,[2] † & antapochis faciendis, & de ijs, quæ sine scriptura fieri possunt.[*]

2 Vide similem gl. in l. & si infrâ, in 2. gl. ʒ. de fid. instru. & iu. hab. fis. fin. P. Et p hunc tex, vř approbari illorû opinio, qui dicunt non valere statutû, quod nô fiat probatio aliter, quàm p scripturam.

m DE FIDE Instrumentorum, &c. De probatione viuæ vocis dixit; sequitur de probatione mortuæ, id est per scripturam.
n *Et amissione.*] id est perditione.

DEbitores.] CASVS. Habebam debitorem, & instrumentum amisi: an mihi obsit instrumenti amissio, quo minus debitor soluat? Respond. quòd non. si per testes probare, quàm hanc possim debitum.
o *Quibuscunque.*] 2 scilicet idoneis, non enim ad vnam speciem probationis, &c. vt ff. de test. l. 3. §. eiusdem. argum.

suprâ de eden. lege prima. & de rei vendic. l. iudicia.
p *Compellet.*] Captis pignoribus secundum ordinem iuris, vt ff. de re iud. l. à diuo, §. 1.
q *Nec oberit.*] Not. non nocere amissionem, si aliàs probet, vt ins. eod. l. sicut. & l. statim. & l. si solemnibus. & l. in instrumentis. & l. cum instrumentis. & lege non idcirco. & infrà de iure dot. l. cum citra. & ʒ. famil. ercisc. l. non ideò. & ff. eod. l. in re. & de pign. l. contrahitur, & suprà de pact. lege pactum, quod bona.

Probato debito per creditorem, debet iudex ad solutionem compellere debitorê, non obstante instrumenti amissione. hoc dicit Saly. Vel sic: Perditio instrumenti non nocet, si potest fieri probatio per testes, vel alios modos legitimos. Et sic loquitur de secunda parte rubricæ, de qua loquuntur multæ aliæ Pau. de Cast.

Imp. Antonin' A. Marchiæ.

LEX PRIMA.

DEbitores[*] tuos quibuscunque[o] rationibus debere tibi pecuniam, si probaueris, ad solutionem compellet[p] aditus præses prouinciæ: nec[q] oberit tibi amissio instrumêtorum, si modo manifestis probationibus eos debitores esse apparuerit. Da. 5. Id. Septemb. Constantinop. Antonino A. 4. & Balbino Coss. 214.

Sententia lata contra vnum, quod instrumentum sit falsum, non præiudicat consorti eodem instrumento vtenti, sed benè potest accusari, & per se conuinci. hoc dicit not. secundum Bal. Vel sic: Alter ex creditoribus potest vti instrumento, de quo alter fuit condemnatus de falso. Et sibi non præiudicat ista sententia, licet per neutrum eorum fuit appellatum ab ea. h.d. Salyc.

Imp. Alexan. A. Mabiliano.

LEX II.

SI vteris[r] instrumento, de quo alius[s] accusatus falsi victus[t] est, & paratus[u] est, (si ita visum[x] fuerit) à quo pecuniam petis eiusdê criminis te reum facere,[y]

SI vteris.] CASVS. Duo erant creditores stipulandi eiusdem debitoris, & habebant instrumentû, vnus creditorum volebat agere ex instrumento illo: debitor verò accusabat illud instrumentum de falso, & obtinuit, alius non appellauit, vult alius creditor agere ex eodem instrumento, ex quo erat alius condemnatus, quæritur, an possit? Respond. certe potest, cum sententia lata inter alios huic præiudicare non potuit: sed si debitor vult accusare instrumentum de falso, subijcere se debet pœnæ talionis.
r *Si vteris.*] si, id est quamuis, vel propriè lege.
s *Alius.*] vel cohæres vel correus stipulandi: 3 vel cum essent duo creditores, fecerunt sibi caueri in eadem charta, ita quòd quilibet creditor sibi in certa quantitate si parata cauebat, vt s. si cert. peta. l. eo quod.
t *Victus est.*] arg. ff. de vi, & vi ar. l. nam postea.
u *Paratus.*] scilicet debitor, a quo, &c. & quod dicit, si ita visum fuerit. ideò dicit, quia & ciuiliter posset agere excipiendo, vel actione in factum, vt ʒ. de transactio. l. si ex falsis. de quo dic, vt ibi dixi. Alij dicunt non posse ciuiliter agi, donec viuit delinquês, vt possit de crimine criminaliter accusari, vt dicetur ʒ. eod. l. si circa prin. Accur.

* Ex li. 4. titu. 2. l. 1. C. Grego. intell. huius l. sciendum, nu. 22. de verbo. oblig.

3 Non intelligas, q erant duo rei credendi, q a tûc sententia lata côtra vnum nocet alteri, vt in l. ex duobus. & ibi per B. de duobus reis stipulandi Petr. hic. Legis Corneliæ de falsis pœna quę sit.

x *Visum fuerit.*] Nota generale dictum, res inter alios, &c.
y *Facere.*] id est accusare, eo quod falso vteris, vt infrà si reus, vel accus. mor. l. tertia. vel quia dicat te fecisse, vel fecisse fieri.

a *Et discrimen.*] repete paratus eſt, & dic; Diſcrimen damnum.
b. *Periculi.*] ſcilicet pœnæ quod infligitur per pœnam legis Corneliæ de falſis, quæ eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio in libero, in ſeruo vltimum ſupplicium, vt ff. ad leg. Cornel. de falſ. l. 1. §. fin. Sed qui ſolum vtitur, & non fecit, an patiatur eandem pœnam? Dic, quod ſic. ſed põt euadere abſtinendo ad vſu, vt ĵ. ad legem Cor. de fal. l. ſi falſos. Vel dic verius decennio 2 tantum reiegandum, qui vtitur, niſi deſiſtat, vt ff. de falſ. l. falſi, §. ordine. Item no. quod ex hac litera dicunt quidam debere inſcribere accuſantem in libello ſe ſubiturum eandem pœnam, quam & reus, ſi non probauerit, ſic & infrà eod l. fin. & ff. de accuſ. l. l. libellorũ. Nos dicimus non eſſe neceſſe, & nihilominus patietur ſimilitudinem ſupplicij, vt ſuprà de aduocat. diuer. iudic. l. 1. & ff. de teſtib. l. 3. §. idem diuus. Item contra ad fin. huius legis. ff. de inoffic. teſtamẽ. l. Papinianus, §. fi. quæ eſt contra, vbi præiudicatur legatarijs iure iſto, ſi contra teſtamentum pronunciatur. Solut. ex teſtamẽto pendet petitio omnium, quæ in eo ſcripta ſunt, quo infirmato, cætera nihil valent, ſed ex inſtrumento non pendet petitio debiti. Sed huic exceptioni eſt argum. contra ff. de except. rei iudi. l. 1. vbi, idem in teſtamento dicit, quod hic in inſtrumento debiti, quòd alijs non præiudicet. Sed dic, quod ibi nullum vel irritum dicebatur, vbi iudex nihil noui facit, ſed declarat, quod eſt: at in querela inoffi. teſta. nouum facit, qui reſcindit, & facit hæredem, qui non eſt, & deſinere qui eſt, vt dicta l. Papinianus, in fi. & ff. de vulga. ſubſtitut. l. in ſubſtitutione. Alij ſoluunt, quod ibi fit ius ex ſententia, hic non, quod in idem recidit. Alij, quod ibi legatarius, non autem cohæredibus præiudicat, & ſic non eſt argu. contra, ſup. de inoffic. teſta. l. cum duobus. Sed contra, ſupra de petitio. hæred. l. fin. §. fin. ſed ſolu. vt ibi. Item contra inf. de ijs, quibus vt indig. l. Polla. in fin. Sed ibi expone retractatas, id eſt retractare intendis, vel ibi tranſactio, hic ſententia. Item quæro, an idem in teſte, vt ſemel falſum dicens non repellatur, ſi ab alio producatur? Respond. ſi iudex notauit illum falſum, non idem quod hic, alias, ſi ſimpliciter ſuo edicto non credit, contra, vt ff. ad Turp. l. 1. §. 1. & ff. de ijs, qui notan. inf. l. Lucius.
c *Non oberit.*] quia res inter alios, &c. vt hic, & ff. de re iudic. l. ſæpè. & infra res inter alios. & inf. quibus res iudi. non noc. per totum.
d *Crimini.*] id eſt, criminationi.
e *Debuiſti.*] ex neceſſitate potuiſti tamen, vt ff. de appell.

1 † al. deeſt, pœna.

2 Iſta eſt vera, ſm P. de Caſt. hic, quia minus delinquit, q vtitur, & non fabricauit, nec fabricari fecit, quã ille, qui fabricauit & licet am bo incidat in l. Cornel. de fal. minus tamen punitur. qui ſolum vtitur ſecundum eundem.

& diſcrimen [a] periculi [b] pœnæ [1] † legis Corneliæ ſubire: non oberit [c] ſententia, à qua nec is, contra quem data eſt, appellauit: nec tu, qui tunc crimini [d] non eras ſubiectus, appellare debuiſti. [e] PP. 3. Calend. Octob. Maximo 2. & Aeliano Coſs. 224.

Qui renunciauit vſui inſtrumenti ſuſpecti: tacitè videtur fateri inſtrumentum falſum; nec poteſt iterato producere. h. d. no. & non eſt alibi. Bald.

Idem A. Aeliano.

LEX III.

SI aduerſarius tuus apud acta præſidis prouinciæ, cum fides inſtrumenti, quod proferebat, in dubium reuocaretur, [f] nõ vſurum [g] ſe conteſtatus eſt, veteri nõ debes, ne ex ea ſcriptura, quã nõ eſſe verã, etiã profeſſione [h] ei conſtitit [i] negotiũ denuo repetat. PP. 3. No. Decẽ. Maxim. 2. & Aeliano Coſs. 224.

Si debitor fiſci amiſit inſtrumentum ſolutionis, procurator fiſci tenetur ei oſtendere librum rationum. Saly.

Imp. Gordian. A. Martiano.

LEX IV.

ILlatæ [k] diſpenſatori [l] pecuniæ, ſi ob amiſſorũ inſtrumentorum [m] caſum probatione defeceris, [n2] † inſpectio rationum fiſcalium fidem demonſtrabit. [o] Da. 2. Id Febru. Gordiano A. & Auiola Coſs. 240.

Qui allegat inſtrumentũ caſu perditum, debet probare: & niſi probet caſum, non patrocinatur ei allegatio caſus: ſaluum tamen eſt ius probandi per alias ſpecies probationis. hoc dicit no. Bar. Vel ſic: Si creditor dicat ſe perdidiſſe caſu inſtrumentum debiti, non debent propterea, qui dicuntur debitores, ad ſolutionem vrgeri: niſi creditor probet caſum, & tenorem inſtrumenti. hoc d. Sal. Vel ſic: De perditione inſtrumenti non ſtatur ſimplici verbo hoc aſſerentis: ſed habet neceſſe hoc probare. h. d. Pau. de Caſt.

Idem A. Priſco, & Marco militibus.

LEX V.

SIcut * iniquum eſt, inſtrumentis vi ignis conſumptis, debitores quantitatum debitarum renuere ſolutionem, [p] ita non ſtatim caſum conquerentibus facilè [q] credendum eſt. Intelligere

l. à ſententia. & l. ab executore, §. 1.

SI aduerſarius.] CASVS. Debebat mihi Titius quindecim, habebam inſtrumentum, & teſtes, volebam eum conuenire ex inſtrumento, forte dicebat Titius inſtrumentum eſſe falſum, vel reuocabatur in dubium, an valeat inſtrumentum, vel non? dicebam me nolle eo vti, & ſic ei renunciaui, poſtea pœnitui, & volebam eo vti, an poſſim, quæritur? Dicitur, quod non.
f *Reuocaretur.*] aliud forte ſi non reuocaretur, licet diceret ſe non vſurum.
g *Non vſurum ſe.*] alijs abundantib. probationibus.
h *Profeſſione.*] cui magis credendũ eſt, quam alicui inſtrumento.
i *Conſtitit.*] vt & infra de confeſſ. l. 1. An autem de falſo poſſit accuſari? Dic, quod non, vt infrà ad leg. Corn. de fal. l. ſi falſo.

ILlata.] CASVS. Tenebaris fiſco, ſoluiſti, & à procuratore fiſci recepiſti inſtrumentum de ſoluto, alio inſtrumento in rationibus fiſcalibus, in quibus ſcribebatur ſolutum, penes eum remanente, tuum amiſiſti, ſi procurator te conuenire velit, ac ſi non ſoluiſſes, & ſolutionem probare non poſſis, an eius inſtrumenti, quod penes eum de ſoluto remanſit, inſpiciendi facienda ſit tibi copia, quæritur? Reſpond. quod ſic.
k *Illata.*] i. ſolutæ.
l *Diſpenſatori.*] id eſt procuratori fiſci.
m *Inſtrumentorum.*] Nota hic, quod quis contra ſe exhibere tenetur. contra ſup. de teſtib. l. nimis graue.
n. *Defeceris.*] Secus ſi probationes habebas, vt ff. de eden. l. 2. & l. ſi quis, §. prohibetur.
o *Demonſtrabit.*] te deſiderante eas exhiberi tibi, vt ſuprà de eden. l. procurator. & l. non eſt. & l. iuſtum.

SIcut iniquum.] CASVS. Tenebaris mihi in decem, habebam inſtrumentum, igne conſumptum eſt, an à debito libereris, quæritur? Rñd. quod non. nec mihi facilè debet credi de amiſſione, niſi probem, vnde ſi per inſtrumenta probare non poſſum, quod intendo, ſaltem alijs probationibus vti debeo ad faciendum fidem.
p *Renuere ſolutionem.*] vt ſup. eod. l. 1.
q *Facilè.*] ſed ſi crederetur ei, quod amiſerit, quod prodeſſet? Reſpond. in duobus prodeſſet. Illud enim in caſu recipitur, cum eſt amiſſum inſtrumentum per aduerſarium, vt ſupra de probatio. l. ſi de poſſeſſione. Item in alio prodeſt, vt exoneretur ſolemnitate quinque teſtium, vt ſuprà tit. 1. l. teſtium, in fi. Sed hic ſi probet creditor per duos teſtes ſe amiſiſſe inſtrumentum, in quo continebatur quod Titius debebat decem, & ipſi audierunt legi, quã re probatur debitum magis, quam per quoddam exemplum, cui non creditur.

2 † al. defeceris.

* Ex l. 2. tit. 2. li. 4. C. Theod.

creditur, nisi originale ostendatur, vt supra, de eden. auth. si quis, & ff. eo. l. quicumque. Sed dic quod erit præsumptio si hoc probet, vt possit deferri iuramentum, alij dicunt 1 hoc sufficere, arg. d. l. si de possessione.

1 Hanc tenent Sa. & Paul.

a *Vel.* pro saltem.

, 1 †al. instrumētis, uos uel alijs argu. prob. fidem.

b *Fidem.* idest ueritatem.

S*Tatum tuum.* CASVS. Manumissionis tuæ instrumentum amisisti: non ob hoc status tuus periclitatur.

c *Certi iuris est.* si aliæ sunt probationes, vt & sup. eodem l. 1. nam & sine instrumentis de statu probatur, vt supra titulo 1. & infra, de liber. cau. l. nec omissa, & infra, de nupt. l. si vicinis.

S*I solennibus.* CASVS. Princeps quendam dimisit à militia, concessis, & in scriptura redactis priuilegijs, quæ priuilegia consueuerunt honestè dimissis à militia concedi: an ei obsit amissio instrumentorum, quibus continebantur priuilegia, quo minus vtatur priuilegio veteranorum, quæritur? Respond. quòd nō, si alias habet probationes de missione honesta.

d *Si solennibus stipendijs.* excursis vel finitis, Accur.

e *Honestè.* vel causariè, secus si ignominiose, vt ff. de ijs, qui not. infam. l. 2. §. ignominiæ.

2 Et sic innuit, quòd quasi possessio priuilegij releuat quē ab onere probandi: qđ displicet Pet. Cynus, Bar. & Bal. c. cum personæ, đ priuil.

f *Sacramento.* quod faciebant, vt ff. ex quibus causis maior. l. penult.

g *Si alijs.* cum non sis in quasi possessione a priuilegiorum. alias præsumitur pro te, quod sis honestē missus. 3 Vel negabatur miles fuisse, vnde probat miliciā, alijs præsumitur honestè missus, vt argum. ff. de manum. testam. l. seruo. Sed nonne soli eius sacramento creditur, si ante fuerat bonus miles? quidam, quod sic, vt ff. de re mil. l. non omnes, §. à barbaris. Vel dic 4 ibi solum volebat admitti ab hostibus rediens, hic autem etiam priuilegia petit. vnde hic plene probat, vt hic: & sup. eod. l. Accur.

3 Imò quātū ad consequendū priuilegiū hoc debet expresse ꝓbari, nec sufficit quā si possessio priuilegij, cū ius ei resistat. Pet. & Bar.

4 Sequuntur Pa. & Ba.

h *Priuilegia.* quæ multa sunt, vt infra, de vetera. per totum lib. 11. & infra, de excu. uetera. & infra quando prouoc. non est necesse, l. veteranis.

itaque debetis, non existentibus instrumentis, [1] †vel [a] alijs argumentis, probare debere fidem [b] precibus vestris adesse. PP. 3. Calen. Iun. Sabino ij. & Venusto Coss. 241.

Licet sit perditum instrumentum manumissionis: potest tamen probari manumissio per testes, h. d. Pa. de Ca.

Imp. Diocl. & Maximia. AA. & CC. Lucido.

LEX VI.

STatum tuum, natali professione perdita, mutilatum non esse, certi [c] iuris est. Dat. 13. Cal. Febr. Nicomediæ, Maximo 2. & Aquilino Coss. 286.

Aliquem esse militia perfunctum, & per consequens habere priuilegia veteranorum, amissis instrumentis, vel inde non confectis, potest probari per testes hoc dicit, Baldus.

Ijdem AA. & CC. Zinimæ.

LEX VII.

SI solēnibus [d] stipendijs honestè [e] sacramento [f] solutus es, licet super huiusmodi re instrumenta (vt dicis) facta perdita sint: tamen si [g] alijs euidentibus probationis veritas ostendi potest, veteranorum priuilegia [h] etiam te vsurpare [i] posse, dubium non est. Dat. 15. Calend. Iun. Maximo 2. & Aquilino Coss. 286.

Licet dominus perdat instrumētum proprietatis, propter hoc nihil accrescit vsufructuario, hoc dicit Bal. Vel sic: Factum fructuarij non præiudicat proprietario probanti de suo dominio, hoc dicit Sal.

i *Vsurpare.* in bonam partem, idest continue vti, vt ff. de vsucap. l. 2.

S*I constiterit.* CASVS. Habebam proprietatem in fundo, cum Titius haberet vsumfructum, an sic emptionis instrumentum proprietatis, amisit, obsit mihi illa amissio, quo minus proprietatem illā vēdicare possim, quæritur? Dicitur, quòd non, si alias constiterit penes me proprietatem fuisse.

2 †In quibusdam codicib. legitur Alex. & ꝫ. ex personę fructuarię.

Ijdem AA. & CC. Alexā. [2] †

LEX VIII.

SI constiterit proprietatē [k] possessionis, de qua agitur, apud vos esse, prouidebit iudex ex persona fructuarij nullū [l] pręiudiciū dominio [m] vestro comparari, propter amissionem instrumentorum, Dat. 16. Cal. Mart. Diocle. 2. & Maximiano AA. Coss. 287.

Licet non interueniat instrumentum, tamen diuisio valet h. d. Bal.

Ijdē AA. & CC. Aristęneto.

LEX IX.

INstrumentis etiam non interuenientibus semel diuisio rectè [n] facta non habeatur irrita. [o] PP. 7. Calen. Iul. AA. Coss.

Ea, quæ possunt celebrari sine instrumentorum confectione, non perdunt vires ex instrumentorum amissione. Bal. Vel sic: Venditio valet etiam sine scriptura: ideo amisso instrumento non vitiatur, si aliter probetur, Sal.

Ijdem AA. & CC. Victoriano. [3] †

LEX X.

CVm instrumentis [p] etiā non interuenientib. venditio facta rata maneat, cōsequenter amissis etiam, quæ intercesserant, non tolli substantiam veritatis placuit. D. 8. Calen. Nouemb. Rerinassi AA. Coss.

Perditis actis, potest emācipatio probari per testes, h. d. secundum Bal.

Ijdē A. & CC. Theagenę. [4] †

LEX XI.

EMancipatione facta, & si actorum tenor non existat, [q] si tamen alijs indubijs

k *Proprietatem.* idest dominium rei possessæ.

l *Nullum.* vt supra, de vsufruc. l. interest & l. neque.

m *Dominio.* nā possessionē posset interuertere, vt arg. ff. de vi & vi arm. l. cum fundum, & l. colonus.

I*Nstrumentis.* CASVS. Habebam rem cum Titio communem: facta est diuisio nulla interueniente scriptura: an ob hoc sit minus firma, vel minus ei stari debeat, quæritur? Respon. quòd non.

n *Rectè.* secus si nō rectè, vt sup. comm. vtriusq; iudi. l. maioribus, & facit ſ. fam. ercisc. l. non ideo.

o *Irrita.* interueniente stipulatione, uel traditione: ut ff. de pact. l. diuisionis. Accur.

C*Vm instrumentis.* CASVS. Sicut uenditio scriptura non interueniente rata manet, sic & ea interueniente, & amissa ñ retra ctabit.

3 † al. Victorino.

p *Cum instrumentis.* ratio est sequentium sic & sup. de probat. l. cum res. Sed quia si conuenerit, ut in scriptis fieret, sed amissa sunt? Respon. satis est satisfactum iuri: unde non tollitur substantia ueritatis, vt sup. tit. 1. testium, in fi. sed in testamentis secus, ubi amisso testamēto in scriptis deficit probatio secūdum quosdam. Vel idem, si tamen sit publicatum, ut ff. de testam. l. 2. & facit supra eod. l. 1. & infra de emancip. l. 2.

4 †Theagenis.

E*Mancipatione.* CASVS. Si interueniente scriptura filium tuum emancipasti, si per testes, uel alia instrumenta ostendere poteris emancipationem iure factam, quominus valeat, amissio scripturæ non oberit.

q *Non existat.* quia amissa sunt, sine his enim non ualeret, infra de adopt. l. fina. & de emancipat. l. iubemus, in fine.

probationibus, vel ex personis, [a] vel ex instrumentorum incorrupta fide [b] factam esse emācipationem probari possit: actorum interitu veritas conuelli non solet. [c] Dat. Id. Nouemb. AA. Coss.

Breuis est, & leuis. Vacua possessionis traditio potest probari testibus, & instrumentis, hoc dicit Bald.

Ijdem AA. & CC. Dionysię.

LEX XII.

NOn idcirco minus in vacuam [d] inductus prędij possessionem donationis causa, quod eius facti prater missum [e] instrumentum asseueratur, hanc obtinere potes. Dat Id. Decemb. Nicomedię AA. Coss.

Non debet credi protestāti super eo, quod non apparet, hoc dicit.

Ijdem AA. & CC. Leontio.

LEX XIII.

APud [f] eos, qui rem gestā [g] ignorauerint, amissorum instrumentorum habita testatio nihil ad probationē veritatis prodesse potest. Da. 16. Calend. Ian. Nicomediæ AA. Coss.

Conflictus scripturarum ab eadem parte productarum expellit substantiam probationis, h. d. not. Bald. Vel sic: Repugnantia scripturarum ab eadem parte productarum facit illis fidem non adhiberi hoc dicit, Salic.

Ijdem AA. & CC. [1] † ad Seuerum Comitem Hispaniarum.

LEX XIIII.

SCripturæ [h] * diuersæ, fidem sibi inuicem derogantes, ab vna eademque parte prolatæ, nihil firmitatis habere poterunt. Dat. 4. Calen. Maij, Viminatij CC. Coss. [2] †

Tantum valet instrumentum ad probandum, quantum depositiones testium: & econuerso, hoc dicit & ista lex ponit regulam, quæ fallit in multis casibus, in quibus ad substantiam rei requiritur scriptura, & per consequens etiam ad probationem, qui ponuntur per glo. in capi. primo, de censi. libro sexto, & in Spec. de instrumen. edit. §. restat, secundum Pau. de Castro.

Quidam tamen dicunt sine scriptura fieri posse per legem istam. & infra, de mancip. leg. 2. & leg. prædicta, iubemus loquitur in absente emancipato, & alia loquitur in adoptione.

ADDITIO. Paulus de Castro hic dicit primam expositionem, siue opinionē huius glossæ tenendam reprobata secunda: quòd etiam Bartol. hic dicit esse tutius propter l. ne in arbitris, supra de arbit. & c. quoniam contra, extra, de probatio.

a *Ex personis.* idest ex testibus.

b *Fide.* puta priuata scriptura aduersarij.

c *Non solet.* vt supra eod. l. 1.

NOn idcirco. CASVS. Si prædium mihi donasti, & in vacuam possessionem prædij me induxisti: an ideo minus valeret donatio, scriptura non interueniente, quæritur? Dicitur, quòd non, nec retractari potest.

d *In vacuam.* quando nec alius possedit, nec est in possessione, vt ff. de actio. empti, l. secunda, §. primo, & l. tertia, Accursius.

e *Prætermissum.* vt infra, de acquirenda possessio. l. minus, & de contrahen. emp. non idcirco, & supra de rei vendica. l. quoties, & inf. de donatio. l. in extraneos.

APud eos. CASVS. Mutuaui tibi decem, confectum est instrumētum, amisi illud, vocaui vicinos, & coram eis protestatus sum de amissione instrumenti: an huiusmodi protestatio valeat, vel prosit ad debitæ quantitatis probationem, vel ad probationem amissionis, quæritur? Dicitur, quòd non. & sic dic, quod apud eos, idest vicinos. Vel sic, coram iudice, coram quo te volebam conuenire, protestatus sum me instrumenta amisisse, qui de veritate contractus ignorauit: an mihi prosit illa protestatio, quæritur? Dicitur, quod non, & sic dic apud eos, id est iudices.

f *Apud eos.* scilicet iudices, secundum M. & sic est arg. à contrario sensu, quod secundum conscientiam debeat iudicari: Vel dic apud eos, scilicet testes, vt sup. quod metus cau. l. metum, & sup. de transac. l. si maior. 3.

g *Gestam.* id est amissionem. Vel dic, id est veritatem contractus.

SCriptura. CASVS. Volo probare fundum Titianum ad me pertinere proprietatis ratione, produco instrumentum, quo continetur, quod illum fundum emi, & mihi traditus est in solidum. Item produco aliud instrumentum, quod in illo eodem die mihi fuit constitutus vsusfructus in eodem prædio. Dicitur, quod tales scripturæ sunt diuersæ imo potius aduersæ, vnde non probant mihi. Est enim impossibile, quod eodem tempore sim dominus in totum, & habeam vsumfructum tantum [illegible], aliàs pone exemplum ad legem istam, & dic, [illegible] gloss.

h *Scripturæ.* scilicet publicæ ambæ, si autem altera est priuata, stabo publicæ, cum sit dignior, vt infra, de contrahen. stipulat. leg. optimam, in fine. Pone casum in diuersis, ita quod non aduersus directo, nec per medium, vt ecce profero duo instrumenta, in quorum vno continetur me fructuarium, in altero me proprietarium, quod non placet: quia vtrumque potest esse verum, si diuersis temporibus ad me pertinuerit vsusfructus, & proprietas: sed eodem tempore non possum esse vsufructuarius, formali vsufruc. & proprietarius, cum suæ res nemini seruiat, vt patet ex definitione vsusfructus, vt Institutio. de vsufructu, in principio. sed secundum hoc esset exemptum in aduersis directo. nam directe sequitur, si sum vsusfructuarius: ergo non proprietarius, & econtra. Pone ergo, quod profero vnum, quo continetur, me solummodo emisse, aliud, quo cōtinetur, quòd cum vxore mea eandem rem emi, & eadem die, & alijs testibus præsentibus. Vel in vno me emisse, in alio mihi donatum fuisse, & eadem die, quod non est verisimile, & ideo neutrū ualet, vt hic. Potest etiam poni in diuersis, ita quod aduersis non directo, sed per medium: vt si produco vnum, quo continetur, quod decem millia promisisti Bononiæ, aliud quod dicit te promisisse mihi decem Romæ, & habent eandem diem, neutri statur per legem istam. sic & cum dico, homo est animal, & homo non est substantia, hæc sunt diuersa, ita quod aduersa, non directo, sed per medium: Sed quidam dicunt Ioannem in diuersis tantum legisse legem istam, ita quod non in aduersis: quod falsum est. sed dixit, quod in eis poterat intelligi, nihilominus & in aduersis, ut dixi, & hæc sunt in contrariis per obliquum, multo magis si sunt directo contraria, sibi derogant, vt in primo exemplo, quando dicitur eodem tempore me vsufructuarium, & proprietarium. Sed quidam contra: & dicunt standum digniori. Prædicta autem seruantur, quando ab eadem parte producuntur, vt hic. si autem vnum ab vna parte producitur, aliud ab alia, statur digniori, ut infra, de contrahenda stipulatione, lege, optimam, in fine. Et nota, quod non potest aptari pro concordan. huic legi, ff. de regulis iuris, leg. ubi repugnantia, quia ibi eadem scriptura sibi erat contraria. Item intelligimus illam de repugnantia perplexitatis verborum, ut ff. de conditionibus institutionum, lege si Titius, vel Iunius, ut patet ff. de usu, & habitatione, l. per seruum, § fin. & huius par., & de seruit. leg. uia. Sed quidam (ut Hugo) intelligunt eam in testamento duobus codicibus scripto, ut dicitur Institutio. de testamentis, §. finali, & in uno continetur Stichum legatum Titio, & in alio legatum Seio, neutrum ualet, sed si in eodem esset talis diuersitas, tunc

1 † al. Imp. Constantinus A. C.

* Concor. c. ex tenore, ext. de rescrip. & c. imputari, de fide instrum.

2 † al D. tertio. Nō. Maij: Constantinop. Dalmatio. & Zenofilo Coss. si ita est, hæc lex lata est anno 333. Coth.

Testes diuersi, vel vnus. Quid si dicentes, an probent.

tunc distinguit, vt diximus inf. de testa. l. vnus. Item quod huic l. ff. de prob. l. cum de ætate. Sol. vt ibi. An autem idem in testibus diuersa, vel contraria dicentibus ex vna parte productis. Mihi idem argum. j. e. l. in exercendis. B. cótra, quia potuit sibi proui lere, quod non est in testibus. Vel aliud in testib. ideo quia videntur ab vtraq; parte producti, licet vna pars inducat. Vnde sicut in instr. à diuersis partibus prolatis statur digniori, ita in testib. plurib. & melioribus statur, vt ff. de testib. l. ob carmē, §. si testes, & l. 3. §. 1. & in Auth. de testib. §. si verò quędam, coll. 7.

ADDITIO.

Testes, & instr. æquiparant. & cócor. gl. in c. cū venisset, sup verbo. testimonia, exc. de testib. circa princ.

Aduertas, & hæc l. habet locū non solū in actore, sed et in reo, nā licet reus possit vti cōtrijs defensionib. l. nemo ex his, ff. de reg. iuris. tamē non potest vti cōtrijs probationibus, vt dicit Io. And. in c. imputari, extra eod. tit.

I *N exercendis.*] Materiam istius l. tractant Doc. tā Legistę quam Canonistæ in c. cum Io. ext. eo. tit.

a *In exercendis.*] Tātū valent duo testes, quantum instrumentum, vt hic, vnde licet duo reprobēt priuatū instrumentum, vt j. de cōtrah. stipu. l. optimā. non tamen reprobant publicum vt hic tres autem vel quatuor sic, vt sup. de prob. l. cum precib. & extra eo. c. cū Io. nisi esse tale, cui esset standum pręsumptione iuris & de iure, vt j. arbit. tut. l. fi. Sed est cótra i Auth. eo. §. si vero tale aliquid, coll. 6. vbi plus viuæ voci credi videtur, q̃ mortuæ: sed ibi ex vna parte erāt instrumentum, & testes qui pro eo testificabantur, ex alia solum instrumentum, vnde præualent duo. Item videtur cōtra, sup. eod. l. j. sed expone vt ibi. Et econtra fallit hæc regula in multis casib. qui nō probātur nisi per scripturam, vt diximus

Imp. Constan. A. ad populū.

LEX XV.

IN exercendis [a] litib. eandem vim obtinent tam fides instrumentorum, quàm depositiones testium. Da. Romæ 12. Cal. Aug. Gallicano & Basso Coss. 317.

LEX XVI.

SI conuentus [b] quis negauerit manum propriam prolatam in libello aut alia charta, si quidem ex comparatione is conuincatur, hoc est alia eius prolata manu & cōparata cum ea, quæ est in libello, det is pœnæ nomine actori pro mendacio solidos 24. Si verò aut tabellio productus fuerit apud quem instrumentum scriptum est, aut alij quidem testes pro veritate deponentes, tunc ipse præter pęnam 24. aureorum non possit habere licentiam obijciendæ exceptionis pecuniæ non numeratæ, vt dicat, quāuis instrumentum factū fuerit, ea tamen, quæ in eo scripta sunt non fuisse data. Sed omnimodo cōdemnetur etiā si nihil re vera ipsi solutum est. Hæc quidem obtineant si conueniatur quis ex proprio contractu. Si verò tutor est aut curator vnius earum, quæ sub cura esse solent personarum, masculus aut fęmina secundum constitutiones tutelam gerens propriorū liberorum, & manum propriam prolatam in contractu eorum, qui sub tutela aut cura sunt inficiatus fuerit, tunc si quidem ex sola comparatione conuincantur mentiri, pręstent ipsi vigintiquatuor aureos. Si verò ex productione tabellionis, aut testium, pecuniæ quidem non numeratę exceptione adimatur his, qui sub tutela aut cura sunt (neque enim peccarunt illi) sed ipsi tutores, aut curatores alios vigintiquatuor aureos pœnę nomine dent actori, habentibus his, qui sub tutela, aut cura sunt saluam sibi pecuniæ non numeratę exceptionem. Neque enim æquū est ipsos ex alienis peccatis damno affici. Hæc de reis conuentis, vbi dixit constitutio, transitum fecit, & ad agētium personam. Iubens si actor manum propriam inficietur positam in charta contra ipsum prolata, forte in ea, quæ de suscepto dicitur confessione, & ipse similiter, si quidem ex sola comparatione conuincatur, præstet 24. aureos: si vero ex productione tabellionis, aut testium, tunc modis omnibus imputet & agnoscat contenta in illa charta, etiā si reuera non sunt accepta ab ipso. Hæc si proprio nomine agat. Si verò tutor est, aut curator, det quidem duplam pęna vigintiquatuor aureorum. Is verò q sub tutela, aut cura est, possit obijcere probationi exceptionē nō numeratę pecunię.

Ex contractu in scriptis non oritur ius, nisi completa scriptura mundi, & sine vitio in forma, in qua fieri consueuit, & contractu absoluto, id est perfecto habito inter partes, interim dum dictatur, locus est pœnitentiæ, & licitum est recedere à proposito; saluo quòd præcedentibus arrhis, arrhæ perduntur ex pœnitentia. Et hęc lex dat formam non futuris solum, sed & præteritis & perfectis: nisi quæstio sit sopita transactione vel sententia: & nisi in contractibus veterum emptionum, in quibus seruari debent statuta veterum: vt hic not. hoc dicit secundum Bald.

Imp. Iustinianus A. Mennæ P.P.

LEX XVII.

CONtractus [c] venditionū, vel permutationū,

sup. de pac. l. pactum quod bona. vide hos casus collectos per Io. And. in cap. 2. de censib. lib. 6.

b *Si conuentus.*] Hāc legē Cuiac. restit. io. obser. 8. vi. l. 20. j. e.

C *Ontractus.*] CASVS. Contraxi cum Titio vendendo forte vel permutādo & confeci instrumētum super cōtractu, ita vt ex scriptura nō solum probationem habeat, sed etiam capiat substantiam. Dicitur q contractus talis, vel alius quicunque, puta donationis vel trāsactionis, nullam obtineb. it firmitatem, nisi abbreuiatura, quam fecit tabellio in quaterno suo vel schedula, etiā in mundum sit recepta: & nisi in instrumento partes se subscribant: antequam enim mundū sit completum ex abbreuiatura sola, nulla dicit obligatio, nec ex ea abbreuiatura agi potest, nec potest cōpellere venditorē vt rē tradat, vel vt teneatur ad interesse meū, & hoc in prima. Hęc vera sunt, & locū habent in instr. quæ fiunt post legē istam & in illis instrumentis, quæ tunc erant cœpta nisi super his transactum sit, i. iudicatum sed instrumēta emptionalia quæ erant cœpta tempore istius legis, debēt compleri per iura, secundum quod locum habent ante legem istā, & hoc in secunda. Si vero dedi arrhas, & nolo perficere cōtractū, ergo eas perdo amitto. Si vero venditor nolit adimplere contractum per traditionē rei, restituet arrhas, quas accepit in duplum, & hoc in tertia.

c *Contractus.*] Hac lege dicitur quādo cōtractus debet perfici in scrip is. Cōtractus prout refertur ad donationē & transactionem, impropriè ponitur, prout ad alia ppriè, vt ff. de verb. sign. l. Labeo, §. contractum. Dicitur ergo hic cōtractus eo, quod cōueniunt sic inter se. Accursius.

Cōtractus ponit propriè & impropriè.

Sigan.

vel donationum, quas [a] intimari non [1] † est necessariũ: dationes [2] † etiam arrharũ, [b] vel alterius cuiuscunq; causæ, quas tamen in scriptis [c] fieri placuit: transactionum [d] [3] † etiã, quas in instr̃o [e] recipi conuenit: nõ aliter vires habere sancimus, nisi instrã in mundum [f] recepta, subscriptionibusq; partiũ [4] confirmata; & si per tabellionem cõscribantur, etiam ab ipso completa, & postremo a partibus absoluta [g] sint, vt nulli liceat prius quam hęc ita præcesserint, vel à scheda cõscripta (licet literas vnius partis, vel ambarũ habeat) vel ab ipso mundo, quod necdum est impletum, vel absolutum, aliquod ius [h] sibi ex eodem contractu vel transactione vendicare; adeo vt nec in illud huiusmodi venditionib. liceat dicere, quod precio statuto necessitas venditori imponatur, vel cõtractum venditionis perficere, [i] vel id [k] quod emptoris interest, eo persoluere. Quod tã in postea conficiendis instrumentis, quàm in ijs, quæ iam scripta, [l] nondum autem absoluta sunt, locum habere præcipimus; nisi iam super his transactũ sit, vel iudicatum duæ retractari non possunt: exceptis emptionalibus [m] tantum instrumentis, iam vel in scheda, vel in mundo conscriptis, ad quæ præsentem sanctionem non extendimus, sed prisca iura in his teneri concedimus.

¶ Illud ẽt adijcientes, vt in posterũ, si quę arrhę super facienda emptione cuiuscunq; rei datæ sunt siue in scriptis, siue sine scriptis licet non sit specialiter adiectũ, quid sup ijsdem arrhis nõ procedente contractu, fieri oporteat; tñ & qui vẽdere pollicitus est, venditionem recusans, in duplũ [*] eas reddere [n] cogatur, & quis emere pactus est, ab emptione recedẽs, datis a se arrhis cadat, repetitiõe [n] earũ denegãda. D. Cal. Iun. Constã. D.N. Iustinia A. 2. Cos. 528.

Iudices possunt committere examinationem absentiũ testium iudici illius territorii, vbi testes degũt, & mandare partibus quod ibi compareant: & hoc siue testes producant ad probationem, siue ad alicuius instrumenti reprobationem. h. d. Vel sic: Testium vel instrumentorum receptioo potest ex causa committi iudici alterius territorii h. d. no. Bald. Vel sic: Siue testes petantur examinari ad probationem principalis negotii: siue ad comprobationem alicuius instrumenti producti, iudex potest, committere examinationem absentium iudici illius territorii, in quo testes degunt, commonereq; partes debet, vt adsint delationi sacramenti ab ipsis testibus præstandi. h. d. & not. Salic.

a *Quas.*] Scilicet donationes, & dic de illis quæ non excedunt quingentos solidos, vt j. de donat. l. pen. Alij dicunt quando fiunt inter coniunctos, exigi scripturam, etiam infra eam summam, vt j. de donat. l. data. quod non placet.

b *Etiam arrharum.*] Vt in sponsalibus exercendis, vt j. de sponsal. l. mulier. Et est hic arg. contra M. quod contractu arrharum sit contractus per se, vt ff. de actio. emp. & vendi. l. ex empto. §. is qui vina. & sic potest hic locum habere conditio ob causam, vt not. ff de condic. ob. cau l. fin.

c *In scriptis.*] Scilicet vt aliter non valeat nisi scriptura facta. argu. sup. de prob. l. cũ res, secundum Io. vel secundum P. & Azo. quando in contractu vel ante conueniunt, vt scriptura inde fiat gerẽtes in animo nõ prius contrahere, q̃ scribatur, secus si à principio simpliciter contrahant, & postea ad probationem fit inde scriptura.

d *Transactionem.*] Impropriè dicit contractus, sic & in condictione indebiti, vt Instit. quib. modis re contrahitur oblig. §. item is quoque. sed quia cõsensu fit transactio, ideo sic dicitur secundum Ioan.

e *In instrumento.*] Quæ dicuntur vulgo rogationes secũdum Io. & schedula, vt hic subijcit. est breuiatura & protocollum, vt in Auth. de tabell. §. illud, coll. 4.

f *In mundum.*] Mundum vocat instrumẽtum in quo post factã rogationẽ omnia cõprehenduntur, & dicitur à munditia, eo quod sine vituperatione debet esse.

g *Absoluta.*] id est subscripta à partibus vt in Authent. cad. §. sed etsi instrumenta, & §. oportet, coll. 6.

h *Aliquod ius.*] Actionis vel obligationis.

i *Perficere.*] id est adimplere. nam perfici dicitur statuto precio, vt inf. de peric. & commo. rei vend. l. 1. sed adimplere dicitur per traditionem, vt ff. de act. emp. l. si quis alienam.

k *Vel id quod emptoris.*] Contra M. facit qui dixit venditorem præcise teneri ad rem tradendam, vt not. inf. de actio. emp. l. si traditio. item quid si trãdat venditor ante mundum completum, an dominium transferatur? Bul. aliquando dixit quod non, sed postea mutauit consilium dicendo quòd sic, not. sup. de suffrag. l. vnica, & pro hoc quod transeat dominium ex inutili contractu. est ff. de dolo, & l. elegãter, in prin. Item in contractu conditionali, vt ff de iu. dot. l. dotis, 1. §. fin & l. seq. & l. stipulationem, & infr. de donat. ante nupt. l. cum veterum. Item quomodo rem repetet, cum non possit precium petere? Respondeo, condicet rem condictione sine causa. nec ob. quòd dicere solemus, ex contractu nominato traditum non posse condici: quia non est contractus nominatus, cum non sit adhuc perfectus, sed tantum initiatus. Sed de vsucapione potest quæri: si dominus non est tradens, an causam vsucapiendi præstet? Respon. non nec virum: nam cũ sponsa tradit sponso res, licet conditionalis sit traditio, vt ff. de iure dot. l. plerunque, §. si autem. fit tamen res sponsi, si hac mente tradat; vel nisi appareat, quod factum sit, sed nõ vsucapit dotẽ, nisi post nuptias secutas: vt ff. de vsucapio. pro dote, l. 1. & 2.

l *Iam scripta.*] Ante legem istam.

m *Emptionalibus.*] Secunda exceptio.

n *Reddere.*] Condictione ex hac lege, vel officio iudicis, vel actione ex eo contractu: vt ff. de act. emp. l. exempto, §. is qui vina & de contrahen emptio. l. sed Celsus, §. 1. Et intellige dari directã ex empto, cum contractus tenuit: vtilem, quando non tenuit, quia mũdum non erat completum. Sed quidam non dant actionem ex eo contractu hoc casu. Item si quis est passus damnum arrharum, an nihilominus teneatur ad interesse? Respon. non, secundum M. & Azo. ista est ratio, quia in datione arrharum videor ponere spem meam. arg. ff. de precario, l. & habet. §. cũ quis, & infra de except. rei iud. l. si causã, & infra de iu. delib. l. fin. §. si vero postquam, & §. si autem hoc aliqs, & supra de reb. credit. l. generaliter, §. si autem. & ff. quemad. testa. aper. l. sed & si quis. & inf. de pac. dot. l. fi. § a. & sup. de procu. l. maritus, & ff. de act. & oblig. l. obligationum ferè, §. vbi tacitè fit nouatio. An ergo agatur ad arrhas, aut ad interesse tantum, & in eo computentur arrhę, sed H. dixit si agitur ad arrhas, nihilominus potest agi ad interesse, & fortè quod consecutus est pro pœna, i. arrhas, in interesse computabit, quia cum possit petere legalem & conuentionalem, petita vna, videtur in residio tantum agi. arg. ff. vi. bon. rap. l. 1.

n *Repetitione.*] Deneganda venditore contento hac pęna secundum nos, vt modo dixi in emptore. Et no. secundum H. quod non dico referre quantum ad ista, an sit data arrha loco precij & arrhæ, vel arrhæ tantum, quia illud ad aliud interest, vt dicetur infr. quando licet ab empt. disc. l. 1. & 2.

Arrharũ cõtractus, an sit contractus per se.

1 † al. deest hæc negatio.

2 † al. dationi.

3 † al. transactione.

4 Quid si pars sui scribendi ignari. vide Alciat. 6. & 8. parerg.

Scheda quid sit.

Mundum.

Dñium an transferatur ex inutili contractu.

* apud Thuriosaliter obseruatũ teste Theophrasto in lib. de legib. apud Strobeũ, apud quos vẽditor plectebatur actione tantæ pecuniæ quãta vẽdiderat. vide Cuiac. 11. obseru. 17. Gothof.

Arrhas pdens ad nullum aliud interesse teneri.

Iudice.

Iudices.] CASVS. Habebam causam cum Titio Bononiæ: erant testes, qui nouerunt de causa, Mutinæ. Dicitur, quod iudex illius ciuitatis coram quo ventilatur quæstio, potest mittere litigantes Mutinam, vel procuratores suos: & ibi testes ferent testimonium præsente vtraque parte, quæ est coram iudice Mutinen. & postea negotium ad priores iudices reuertetur. Et quòd ita possint iudices facere, probatur per quandam constitutionem Græcam, quam non habemus. Idem est, si profero instrumentum, quod dicitur suspectum, quia si testes alibi sunt per quos probare possim veritatem huius instrumenti, debet iudex permittere vt accedant ad locum, in quo testes degunt, & ibi recipiantur eorum testimonia, quæ postea ad priorem iudicem referentur.

*Concor. c.2. cũ gl. super verbo, admonendus. ex tra de test.

† Fieri 1 mittatur.

Ijdem AA. Mennæ PP.

LEX XVII.

IVdices, [a] siue in hac inclyta vrbe, [b] siue in prouincijs, secundum ea, quæ disposuimus, [c] vt possint (si hoc perspexerint) occasione testium in alijs locis degentium litigãtes vel procuratores [d] eorum ibi destinare, vt depositionibus [e] sub vtriusque partis præsentia * factis, res, [f] ad eos referatur: etiam in illis seruare volumus, qui prolatis instrumentis fidem adhibere exiguntur, [g] vt si poposcerint in alijs locis, id eis facere 1 †, permittatur, & hoc si iuste peti iudex inuenerit, similis [h] proferatur sententia: [i] vt postquam in locis opportunis fides instrumento data, vel minus [k] data fuerit, referatur negotium ad priorem [l] iudicem. Dat. 8. Id. April. Decio V.C. Cos. 529.

IN AVTHENTICA, De testib. §. & quoniã. & §. hæc omnia. collat. 7. const. 2.

Receptio testium potest committi in ciuilibus causis, non in criminalibus. hoc dicit Bald. & Sal.

APud [m] eloquentissimũ aliquem iudicem, vel defensorem ciuitatis, siue à prouincia in prouinciam, siue ab vrbe in vrbem, vel ab vrbe in prouinciam hæc petantur: sed hoc in ciuilibus tantummodo causis. Nam in criminalibus testes apud iudices repræsentandi sunt: & cum res exegerit, [n] tormentis * subijciendi.

Sicut creditor tenetur facere debitori soluenti apochã solutionis: ita econtra debitor creditori facere vnam antapocham, in qua contineatur se soluisse debitum creditori, quod est necessarium in annuis, vel mẽstruis debitis. h.d. Bal. & Salic.

Ijdem A. Demosthenei PP.

LEX XVIII.

PLures * apochis, [p] vel redituum vel vsurarum perceptis, 1 [q] si quando super his fuerit dubitatio exorta, eas [r] habere se negando, ius agentiũ faciunt vacillare: [s] cum coloni aduersus dominum certantes, & sibi iniquã annua pensione: & quolibet anno tantum soluisti nomine pensionis: & si hæc duo non faciam, nullum generabitur mihi præiudicium, si habebam alias probationes, cum id quod pro me introductum est, in læsionem meam non debeat retorqueri. Hæc quæ dicta sunt in colono, possunt intelligi in debitore, qui tenetur mihi in 100. sub vsuris. & per 30. ann. vsuras soluit, & ei de recepto feci apocham, & eandem dicat præscripsisse contra me in personali act. qua mihi tenebatur, spatio 30. ann.

a *Iudices.*] scilicet, iubemus, vel sancimus subaudi: vel volumus, quod est inf. & incipe constructũ, ea quæ.

b *Vrbe.*] Roma veteri vel noua, per excellentiam, vt insti. de iure natu. §. sed quoties Accur.

c *Disposuimus.*] i. ad similitudinem eorũ, quæ statuimus supra de iura. calum. l. 2. §. fin. autem & de reb. cred. l. penul. §. fin. & secundum hoc subaudi ea, & subaudi sancimus iudices, &c. Vel verius dic, statuimus in Græca lege, quam non habemus. Accursius.

d *Vel procuratores.*] alias vel procurator: & tunc plana est. alias vel per procuratores: & tunc dic vel, pro etiam, vel saltem.

e *Depositionibus.*] idest, iuramentis, non autem dictis vt diximus supra de testi. l. pen.

Pignoris amissio p creditoré probari debeat.

---

a *Ex operis.*] dicis à debitore.

b *Perceptum.*] vel percipi potuit, vt inf. l. prox. & l. fi. & in l. i. de distr. pig. l. fundum. & de pigno. l. si domitium. & ff. in quibus cau. pign. vel hyp. contra. l. cum debitor. & inf. de partu pig. l. 2.

c *Releuabit.*] vt ff. de pign. act. l. si pignore. in princ.

d C*Reditor Debiti.*] quia fidem adhibuisse debuit: vnde negligentia nocet ei. ff. commoda. l. 3. §. 1. vbi dicitur, res quæ deteriorata redditur reddi non videtur.

e *Necesse habet.*] vt s. l. prox. & j. de vsu. l. ex prædijs.

f *Constituit.*] dolo vel culpa, id est faciendo quod facere non debuit, vel omittendo, quod facere debuit: secus si furtos, vel maleficijs coercetur. vt ff. eod. l. si egatur, in fi.

g *Obligatur.*] vel ad damnum resarciendum, vel ad debitum exonerandum: admissa compensatione in eo quo res deterior facta est, vt j. e. l. creditor.

h P*Actum.* CASVS. obligasti mihi rem tuam pro decem, conueni, vt eam distraherem pecunia non soluta sua die: an pactum illud debitori præiudicet, quo minus agat pignoratitia ad id quod gerens excedit debitum, si per verbo pro maiori pretio sit fructus. an venditum vel quo mihi fine, in his adimatur actio pigno. si non vendidi, vel decem pro viginti, cum esset obligata pro decem, vel dolo vendidi, vel ante diem? Dis. quòd non.

h *Pactum.*] quod valet, vt j. de pact. pig. l. 1. & ff. de pig. l. si fundus, in fi

i *Debitori.*] tale pactũ nõ adimit, quin creditor possit petere.

k *Actionem.*] si fortè creditor plus vendiderit, vt ff. eod. l. quamuis, in fi. & l. sec. & inf. de iure dom. impe. l. fin. §. si verò creditor vel nondum vendidit, vel malè vendidit, vel dolo malo, vel ante diem, vt inf. si vendi. pig. aga. l. 1.

S*I creditor.*] CASVS. Si rem, quam creditori meo obligaui, sine culpa sua lata, vel leui perdidit, eam restituere non compellitur. & hoc in prima. Si verò dolo, vel sua culpa miserit, inse mihi tenebitur. & hoc in secunda. Si autem soluta sibi pecunia dicit se rem sibi obligatam amisisse, non creditur eius assertioni, nisi manifestis probationib. hoc ostenderit: quod si non probauerit, quanti mea interest, mihi condẽnabitur. & hoc in tertia.

l *Sine vitio.*] id est sine dolo, vel culpa lata, vel leui: de quibus tenetur creditor, vt Institu. quib. mod. re contrahi. ob. §. fin. & ff. eo. l. si cum vendéte, §. fi. & l. ea. & inf. de pig. l. sicut.

m *Perdiderit.*] & ita fortuito casu amisit.

n *Non cogitur.*] & ad debitum tenetur debitor, vt j. eo. l. proxi. in fi.

o *Deprehenditur.*] tenetur de dolo, & lata culpa, & leui.

p *Manifestis.*] nõ manifestissimis, sed in crimine hoc obtinet, vt s. de prob. l. sciant.

q *Rationib.*] & hoc ideo probatur, quia contrarium nõ monstratur.

r *Se perdidisse.*] hoc probare debet ẽm oés, scilicet quod perdidi pignus, vt j. de testa. l. publicat. & s. de testa. l. testium. in fi. & de h. instrum. l. sicut. Sed an sine culpa se perdidisse pbare debeat, sub iudice lis est, verbum Horatij. Bul. enim distinguebat, an debitor confiteatur amissum, vt tunc ipse debitor pbet culpam: aut diffitetur, & tũc creditor probet amissionem, & p consequens causam amissionis probare debet, scilicet sine culpa se perdidisse. & pro eo. ff. locati. l. si quis fundũ. alias si quis domum. §. imperator. & j. de periculo. tut. & ff. de exceptio. rei iudica. l. si rem. sed M. & Ioan. & H. & Azon. & nos per istius, dicimus enim indistinctè debitorem probare debere culpam, vt ff. de probat. l. quoties, §. dolo. & de adimen. tutor. chyrog. aphis in fi. accipien. & de lega. 2. l. omnia. atus l. cum ita. legatum, §. species. & inf. eo. l. si nulla. nec obstat l. ff. loca. l. si quis domum, §. imperator. nec illa, si rem. quia ibi probat eo modo, quod non probatur contrarium, vt infra quorum. non possunt. l. fi. lib. 12. Item pro nobis, quia potest vnum esse sine altero: potest enim creditor probare amissionem: nec tamen

men sine culpa. Item quia tantum debet facere confessio debitoris confitentis amissum, quantum & si creditor probauit, nec plus nec minus, ff. de inof. testa. l. qui de inofficio so. in fi. Item nec debet creditor in eo probando grauari, quo probato non debeat reuelari, vt supra de probatio. l. ad probationem. j. Ad l. autem de periculo tut. respõ. vt ff. solut. mat. l. Titia. secundã Ir. Item arg. j huic. l. sup. de fid. instru. l. fi. sed ibi solui. ADDITIO. Limita opinionẽ istius glo. habere veritatem in his casib. fortuitis, q de facili. & frequenter eueniunt sine culpa possessoris vt sunt vis hostium, impetus aquarum, & similes, pro quod allegat Sal. hic l. si merces, §. culpæ. ff. locati & l. pen. in princip. & ff. sol. mat. secus in alijs casib. fortuitis, qui sine culpa præsumpta de facili non eueniunt, vt est furtum, & similes.

2 † al. prouideri nõ poterant.

2 † Ex huiusmodi causa.

Casus fortuiti, qui nõ possunt præuideri, non veniunt in contractibus bonæ fidei, vel stricti iuris, h. d. B. Vel sic. Creditor de casu fortuito contingente in re pignorata non tenetur: nec à debiti petitione excluditur: nisi de contrario actũ fuerit, hoc dicit, Sal.

Idem A. Trophimæ.

LEX VI.

QVæ fortuitis casib. accidunt, cum præuideri[1] † non poterint (in quibus etiã aggressura latronum[a] est) nullo bonæfidei iudicio præstantur,[b] & ideo creditor pignora, quæ[2] † huiusmodi casu interierint, præstare non compellitur, nec à petitione debiti submouetur,[c] nisi inter contrahentes placuerit,[d] vt amissio pignorum liberet debitorem. PP. Id. April. Fusco & Dextro Coss. 226.

Creditor tenetur de damno sua culpa dato tempore obligationis. Bald. Vel sic. Creditor tenetur pignoratitia pro damno illato in re pignorata eius dolo vel culpa, & necessarios sumptus in ea factos recuperat, hoc dicit Sal.

Imp. Gordiannus A Iuliano.

LEX VII.

ij CReditor, qui fundos,[e] 3 † & domos pignori, vel hypthecæ accepit, damnũ in decidendis arborib. domibusque destruendis ab eo datum, in rationem debiti[f] deducere cogitur. Et si dolo, vel culpa rem suppositam deteriorem fecerit,[g] eo quoque nomine pignoratitia actione tenebitur, vt talem restituat qualis fuerat tempore obligationis[i]. Creditor autem necessarios[h] sumptus, quos circa res pignoratitias fecerit, exigere non prohibetur. PP. 13. Calendis, August. Gordiano A. 2. & Pompeiano Coss. 242.

3 † Vel.

Vera amissio prodest, Bal. Vel sic. Creditor non tenetur si pignora sint pdita sine eius culpa, & perditio simulata præsumitur, si postea possidere reperitur, Salic.

Imp. Philippus A. & Philippus C. Saturino.[4]

LEX VIII.

SI nulla culpa,[i] seu segnitia creditori imputari potest, pignorum amissorum dispendium ad periculum eius minimè pertinet[k]. ¶ Sane si simulata amissione etiam num eadẽ pignora (vi asseueras) à patre diuersa possidentur, aduersus eam[5] † experiri[l] potes. PP. 8. Calend. Mart. Præsenta & Albino Coss. 247.

4 † Saturnio.

5 † Eum.

Res perit domino rei: & nõ est inculpa, qui facit, quod fieri est consuetum, vel qui facit, quod facit maior pars hominum, h. d. Bal. Vel sic. Pignus repositum in loco, in quo pignora publice consueuerũt reponi, non perit periculo creditoris, nec debitor propterea liberatur à debito, h. d. Salic.

Impp. Diocler. & Maximian. AA. & CC. Georgio. al. Gettio.

LEX IX.

PIgnus in bonis[m] debitoris permanere, ideoque[n] ipsi perire,[o] in dubium non venit. Cum igitur asseueres in horreis[p] pignora deposita: consequens est, secundum ius perpetuum pignoribus debitori pereuntibus (si tamen

Quæ fortuitis. CASVS. Si creditor pignus sibi obligatum casu fortuito pdidit, vel p furtũ, nõ tenebit: nisi hoc ꝯuenerit, vt per casũ fortuitũ, aut alio mõ a mitteretur pignus, nõ teneret debitor soluere debitum.

a *Latronum.* qui palã hoies spoliant, vt & inf. depositi, l. 1. & in auth. vt nulli iud. §. pen. col. 9. in furto aũt dic. vt ff. pro soc. l. cũ duob. §. damna.

b *Præstantur.* ut ff. de pign. l. si inter, §. quid & inf. de pig. l. sicut & ff eo. l. si cum venderet, §. fin. & de nau. fen. l. fœnerator & ff. de fideiuss. amissi. in prin. & ff. de peri. & cõmo. l. mortis. & inf. locati. l. 1. & 4. & de contrahen. empt. l. fistulas, §. fi. & de peric. & cõmo. rei vẽd. l. hoc ita vẽsum, §. fi. & ff. cõmo. l. si vt certo, §. nũc uidendũ, & ff. de reg. iur. l. contractus. & de administ. rerũ ad ciuit. pti. l. 2. §. si eo tempore, & de præscri. verb. l. si tibi rẽ, 2. resp. & inf. mandat. à procuratore.

c *Summouetur.* vt in fi. quib. mod. re contrahi. obligat. §. fin. & infra de pign. seruo. & infra eod. l. pignus.

d *Placuerit.* specialiter, & incontinenti, vt supra de nego. gest. l. negotium.

Creditor. CASVS. Obligaui fundum, vel domum: destruxisti, an damni ratio sit habenda, quæritur? Resp. quòd sic, & compensabitur in debitam quantitatem, & hoc in prima. Idem est si dolo deteriorasti, quia act. pig. teneberis, vt tale restituas, quale recepisti, & hoc in secunda. Siquis vero sumptus vtiles vel necessarios & in re pignorata fecerit, eos exigere poterit. & hoc in tertia.

e *Creditor.* qui fundos No. p hypotheca est in re immobili: pign. i re mobili.

Hypotheca & pign. differunt.

f *Debiti.* i. in compẽsationem debiti.

g *Fecerit.* alias non fecit & ĩ facit deteriorem, & facit ff. eod. l. eleganter, §. si.

h *Necessarios.* & vtiles ut ff. eo. l. si necessarios, & ff. de pign. in summa. moderatos tamen, vt ff. eod. l. si seruos.

Si nulla. CASVS. Damnũ sine culpa creditoris rerum amissarũ non ad creditorẽ, sed ad debitorẽ ptinet & hoc in prima. Si vero creditor simulat se amisisse, cũ non amisit: si possidet, debitor aduersus eũ experietur pignoratitia act. & hoc in secunda.

i *Si nulla culpa* in faciendo, segnitia in omittendo, nam de vtraque tenetur, vt ff. eo. l. si seruos, & l. eleganter.

k *Pertinet.* vt sup. e. l. si creditor, in prin. & l. quæ fortuitis, & inf. de pigno. l. sicut, & l. seruos.

l *Experiri potes.* & facit j. de distrac. pig. l. qui sub imagine.

Pignus. CASVS. Cum pignus in bonis debitoris remanet, si perijt sine culpa creditoris, debitori non creditori perire dr. Si ergo libri tuum mihi obligasti, & in horreo deposui, & perijerũt: tibi nõ mihi perijt, & nihilominus habebo aduersus te debiti psecutionem.

m *In bonis.* i. dñio ut hic, & ff. de distra. pig. l. r. scriptum. in pri. & ff. de ædil. edi. l. quis sit fugitiuus. §. pignori, & ff. qui & a quib. manũ. lib. non fi. l. generaliter.

n *Ideoq.* non est bona rõ, adde ergo, cũ creditoris culpa non interuenerit.

o *Ipsi perire.* nisi creditori culpa possit imputari. ut sup. l. prox. vel pactum, ut sup. tit. prox. l. 1. uel mora, ut ff. deposi. l. si in Asia, §. fi.

p *In horreis.* & in tutiori loco reponi non poterant, ut ff. de

ff. de dam. infect. l. vtique, & de ami. tuto. l. tutor pro pupillo, §. primo.

a *Publice* Not. ar. ergo, quod non intelligitur culpa, quam con suetudo admittit. sic ff. de ædil. edict. quis sit fugitiuus §. apud Labeonem, & arg. ff. ad Maced. l. 3. Accur.

g *Dominium debes*. sed an creditor poterit dicere, non es dominus tu debitor, quia agis rei vendicatione? Quidam quod non, quia non potest referre quæstionem dominij, cum ab eo causam habeat, & pro eo hæc lex & inf. de non nu. pecu. l. 1. & infra de præsc. 30. an. l. si quis emptionis, §. sed hæc contra supra. Tu dic quod potest vti et dominum se esse tunc debet probare & quod hic dicit sufficere probare originem, verum est, nisi referatur quod dominij. Vel dic, probare hic originem sufficit, vt præscriptio non opponatur. Vel dicit vendicari dominium, i. rem suam per pignoratitiam actionem. & de hoc dixi infra de præscrip. 30. ann. l. si quis emptione, §. pen.

h *Si tueri*. cum ipse possidet.

i *Turbandi*. si quæstio sit, an debeas, vel non.

k Tu. s. debitor.

l *Per vendicationem*. i. per quasi Seruianam vel hypothecariam, quod idem est, vt inst. & act. §. item Seruiana.

m *Inducitur*. vt creditor probet debitum.

n *Et tibi*. s. eo probato.

o *Difficilis*. s. de iure, & post longum tempus: nec potest creditor obijcere, quare tam longo tempore debitorem dimiserit, vt hic, & inf. de non nu. pec. l. 1.

p *Vel oblatione*. vt ff. eo. l. si & de pignoribus l. creditor, & de lui. pign. l. fi. & de compensatio. l. in iniuncti. & ff. de mi. l. ait prætor. §. 1. & inf. de vsu. l. acceptam. Accur.

Pignus furtum uendicanti an possit dici non est dominus.

2 † Debita

3 † Facit ad hanc l. gl. 2. in c. ultim. post prin. gl. extra, de præscrip.

4 † Defensione.

5 † Damianio.

6 † Modus

7 † Appollodora.

Actio pignoratitia est personalis.

Nec creditores. CASVS. Mutuaui tibi 10. pro eis 10. rem tuam mihi pignori obligasti, & eam tenui spatio 10. annorum inter præsentes 20. inter absentes, an tibi debitum offerenti opponi possit a me vel a successore meo longi temporis præscriptio, quæritur? Dic, quod non: sed si debitam quantitatem offerres, & non eam recipere vellem, debes eam consignare & deponere: & debes probare rem mihi obligatam, & si neges pecuniam me tibi mutuasse, probare debeo, me tibi mutuasse siue numerasse, siue possideam rem obligatam, siue tu. & si hoc probato & oblato à te debito, & me recipere nolente consignato & deposito, facilis erit tibi pignoris liberatio. & hoc in secunda.

b *Successerunt*. i. ius vniuersum: secus in emptoribus vt inf. si aduersus creditorem l. diuturnum. & est ro. quia emptor tenetur tm rei vendicatione debitori, hic au. & et pignoratitia, quæ est personalis, & sic durat 30. annis, vt supra de consti. pec. l. 2.

c *Et deposita*. vt inf. de vsur. accepta, in iudicio autem sola oblatio sufficit, vt ff. eo. l. si rem, §. si. & l. aliena. §. 1. & ff. quib. mo. dis. pign. vel hypo. sol. ui l. item, §. 1.

d *Longi temporis*. s. decem vel viginti annorum, quia personalis est pignoratitia, vt infra de distra. pign. a vlt. & ideo eius vita 30. annis durat, vt d. l. de constit. pecu. l. 1. & infra quibus non ob long. temp. præscript. l. neque mutui. Sed quando nascatur dic vt ff. eo. l. si rem, §. omnis. Vel ideo hæres non præscripsit: quia successor est scientiæ eius, vt ff. de diuer. p scrip. l. an vitum, quia ergo creditor non præscripsit propter conscientiam rei alienæ, vt ff. de vsucap. l. pignori non dico propter malam fidem, sicut fructuarius & colonus, ut in stitu. per quas personas nob. acquiri, ut, §. sed bonæ fidei. itē in hrd. Sed an longissimo tempore pscribet? Ioan. vtique.

e *Possunt*. quantum ad cursum vsu ratum.

f *Originem*. idest, te obligasse ei rem & tradidisse, & sic præsumitur habere hodie, quia ab isto habuit, alias secus, nisi possedisset tempore litis contestatæ, vt supra ad exhiben. l. non ignorabit cum ergo possidere præsumatur rei vendicatione tenetur. alias non teneretur, vt sup. de alie. iu. mu. cau. fa. leg. 2.

in horreis, quibus & alij solebant publicè [a] vti, res depositæ sint) personalem actionē debiti reposcendi causa integram te habere. PP. 6. Nonas Maij. Mediolani AA. Consulibus.

Soluto debito, vel oblato & consignato legitime, creditor possidens pignus conueniri potest a debitore duplici via, s. rei vendica. & pignoratitia directa. Econtra autem si debitor possidet, nec debitū sit solutum, vel legitimè consignatum: conuenitur a creditore hypothecaria, præscriptione longi temporis non obstāte in aliquo casuum prædictorum. h. d. Bal. vel sic: Debito verè soluto uel oblato, cō signato & deposita, debitor à vendicando pignore non potest submoueri longi temporis præscriptione: tamen agēs rei vindicatione debet probare causam suæ intentionis: & creditor excipiens de pignore vel agens hypothecaria debet probare suam exceptionē vel hypothecariæ actionē, a qua debitor liberatur, si probet debitum solutum uel oblatum & depositum, h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Apollodore. [7] †

LEX X.

Nec creditores, nec qui his successerunt, [b] aduersus debitores pignori quō dam res nexas petentes, reddita iure debiti [2] † quantitate vel his non accipientibus, oblata, & consignata, & deposita, [c] longi [d] temporis præscriptione muniri possunt. [e] vnde intelligis, quòd si originem [f] rei [3] † probare potes, aduersario tenente, vendicare dominium [g] debes.

¶ Vt autem creditor pignoris defensione [4] † se tueri [h] possit extorquetur ei necessitas probandi [i] debiti, vel si tu [k] teneas, per vendicationem [l] pignoris hoc idem inducitur, [m] tibi [n] non erit difficilis, [o] vel solutione vel oblatione, [p] atque solenni de positione pignoris libera. D. Non. Maij, ipsis CC. & Coss.

Pignoratitia competit soluto debito, hoc primo. Creditor non potest hypothecam sine pacto, vel iudicis decreto inuadere, h. d. secundo. Bald.

Ijdē AA. & CC. Ammia. [5] †

LEX XI.

Pignoris causa res obligatas [q] soluto debito restitui dēre, pignoratitiæ actionis natura declarat. [r] quo iure, [6] † si titulo [s] pignoris obligasti [t] mancipia, per eandem actionem [u] vti potes, nec creditor citra conuentionē, [x] vel pręsidalem iussionem debiti cā res debitoris arbitrio suo auferre potest. D. 5. Cal. Ian. Sirmij ipsis CC. & Coss.

Pignoris. CASVS. Soluto debito res obligata per actionem pignoratitiam restitueda est. si ergo mancipiū mihi obligasti & debitum soluisti, per act. pign. mancipium poteris recuperare, an vero si non soluisti, propria auctoritate possis res tuas mihi obligatas inuadere, quæritur? Resp. quod non, nisi ab initio conuenit, vel iussus iudicis interuenisset.

q *Obligatas*. & traditas.

r *Declarat*. vt inf. de lui pig. l. si. in fi. Et quod dicit soluto. dic vel alias satisfacto, vt ff. eo. l. si rem, §. omnis.

s *Titulo*. non est titulus, sed dic, id est, modificatione possidendi.

t *Obligasti*. idest, tradidisti.

u *Actionem*. pignoratitiam, non tua auctoritate.

x *Conuentionem*. vt si conuenit, ut non soluto debito liceat creditori auctoritate sua rem accipere obligatam.

y *Vel præsidalem*. per quam licet etiam sine pacto: sed si dens pro nullum horum interuenerit, & creditor abstulerit sua au. pria auctoritate. tenetur lege Iulianus, de vi. & incidit in edictum ricat e qua diui Marci, vt ff. quod met. cau. l. extat. & l. pen. Item ui bo. actione te norū raptorū, si res est mobilis, vt inf. vi hono. rapto. l. res, neatur quamuis

Creditor pignus uel hypothecam inuadere.

quamuis autem ex conuentione liceat auferre: tamen ciuilius faciet cum iudicis auctoritate, vt l. contraria,]. de pign. l. creditore. Item adhuc contra. ff. de dam. infec. l. vtique: sed ibi inquilinus erat suspectus, ne recederet, vel ibi locator quodammodo etiã prius vĩ habere possessionem pignoratitiam, vnde meritò sua auctoritate capit, vt argu. ff. in qui. cau. pign. ta. contrahitur. l. est differentia.

QVò minus.] CASVS. Si prædiũ mihi obligasti, & certo spatio decem, vel viginti ann. fructus percepi, an facta cõpensatione fructuum & debiti, vsque ad concurrentem quantitatem, & residuo soluto vel ablato, cõsignato, & deposito, me restituere nolente tibi prædium pignoratũ obstare possit longi temporis p̃scriptio, quæritur? Dicitur, ꝙ non. Viui.

a *Accepit.*] vt s. e. l. j.

b [*Solueretur.*] consignatione tñ eius facta, vt dixi sup. eod. l. nec creditores, in fi.

c *Durant.*] nec perdita, nec diminuta: aliàs nõ tenetur, nisi in culpa fuerit, vt supra eo. l. creditor, qui fundos.

d *Defenditur*] s. creditor, vt & dixi sup. eo. l. nec creditores. & facit. ff. de vsur. l. debitor.

1 † Saturnino. aliàs Herisco. al. Erusco.

2 † Creditores. Aliàs his notis [] inclusa, desunt.

DE INSTITORIA & exercit. actione

Dixit, qualiter ex nostris conueniamur cõtractibus: nũc qualiter ex alienis: & de duobus generibus cõtractuum præmittit, in quibus insolidũ tenemur. Vel dixit de pignore, ꝙ est accessoriũ: nunc de alijs accessorijs. Est. n. in cõtrahẽte seruo vel filio obligatio pricipalis, naturalis, & ciuilis, vel naturalis tantum.

3 † 53. Eclog. 1. ad. de Harmenopu. 2. titu. 11.

SEruus.] CASVS. Si seruum tuum alicui stationi prępostuisti ad emendũ frumentum, vel vendendum: quæritur, quæ actio locũ hẽt? Rñd. ꝙ institoria. & hoc in prima. Si verò in eam causam ei mutaui decem, qua act. eũ habebam obligatũ? Rñd. ꝙ institoria. & hoc in secunda. Si verò non in eam fortè causam mutuaui, sed in rem tuã versa est: de in rẽ verso habebo te obligatũ.

e *Seruus.*] nam & serui, & omnes possunt esse institores, vt ff. eod. l. sed & si quis meam rem, §. parui.

Fructus extenuãt sortem: quod intellige, quando cum sorte recipiunt functionem, vel à principio, vt pensio domus, vel ex post facto, quia sunt consumpti, vel quasi puta commixti, ita quòd non possunt discerni. Bal. Vel sic: Creditor fructus perceptos computat in sortem; & residuo soluto, pignus tenetur restituere: nec longi temporis præscriptionem potest opponere. h. d. Salyc.

Ijdem AA. & CC. Herscisco. 1 †

LEX XII.

QVò minus fructuum, quos creditor ex rebus obligatis accepit, [a] habitatione, ac residuo debito soluto, vel, (si per creditorem 2 † factum fuerit, quò minus solueretur [b]) [oblato, consignato, & deposito] pignora, quæ in eadem causa durant, [c] restituat debitori: nullo spatio longi temporis defenditur. [d] Dat. 12. Calen. Decemb. CC. Coss.

TITVLVS XXV.

De institoria, & exercitoria actione. 3 †

Ex contractu serui institoris dominus tenetur institoria insolidum: sed si non est institor, tenetur dominus, quatenus in rem suam est versum. hoc d. Bald. Vel sic: Seruus institor domini ex causa suæ institutionis obligat dominum insolidum: non institor verò, vel ex causa non suæ institutionis, obligat de in rem verso tantum. hoc dicit Salyc.

Imp. Antonin. A. Hermeti.

LEX PRIMA.

SEruus [e] tuus pecuniam mutuam accipiendo, ita demum te institoria actione obligauit, si cum eum officio alicui vel [f] negotiationi [g] exercendæ præponeres, etiam vt id faceret, [h] ei permissum [i] à te probetur. [k] Quòd si hæc actio locũ non habeat, si quid in rem tuam versum probabitur, actione in eam rem p̃posita, [l] cogeris exoluere. PP. 8. Cal. Sep. Duobus Aspris Coss. 213.

Ex contractibus serui dominus de peculio duntaxat tenetur: nisi alia ratio augeat obligationem, vt præpositio vel versio in rem domini. h. d. Bal. & Salyc.

Imp. Alexander A. Callisto.

LEX II.

EX contractib. seruorum quãuis de peculio duntaxat domini teneantur, de eo tamẽ, ꝙ in rem eorum [m] versum est, vel cum institore ex causa, cui præpositus fuit, contractum est: etiam insolidũ conueniri posse, [n] dubium non est. [o] PP. 3. Calen. Maij, Alexandro A. 2. & Marcello Coss. 227.

Ex deposito facto penes institorem, tenetur dominus. h. d. Sal. Vel sic: Ex illo contractu datur institoria, vel exercitoria, qui celebratus est ob causam, in quã fuit positus. & intelligo tacitè, vel expressè. h. d. Pau. de Cast.

Idem A. Martiæ.

LEX III.

INstitoria tibi aduersus eũ actio competit, à quo seruum mensę prępositum iudicis: si eius negotij causa, qđ per eum exercebatur, depositam pecuniam nec redditam, potest probari. [p] PP. Non. Maijs, Agricola, & Clementino Coss. 231.

f *Vel.*] pro id est.

g *Negotiationi.*] dominicæ, non peculiari, quando non institoria, sed tributoria sibi vendicat locum, ff. eod. l. sed & si pupillus, §. penult.

h *Faceret.*] id est acciperet mutuum.

i *Et permissum.*] tacitè vel expressè.

k *Probetur.*] qđ fieri intelligitur, quando ad emendas merces eum præposuit: nisi nominatim hoc prohibuerit, vt ff. de instit. l. cuicũque, §. nõ tamen. & §. seq. & ff. ad Macedo. l. sed Iulianus, §. interdum. Et arg. ff. de exer. act. l. 1. §. non autem. Et no. ꝙ ad hoc, ꝙ ista actio locum habeat, tria ꝯcurrere oportet vt in exercitoria, scilicet quod ei mutuaueris pecuniam in eam causam, in qua est præpositus expressè vel tacitè. Item ꝙ scias eum præpositũ in eam causam: licet Ia. in hoc contradixerit. Item quod in eo loco mutues, vbi res ex pecunia tua comparanda reperiatur, vt ff. de exercit. l. 1. §. non autem. & l. fina.

Exercitoria locum habet tribus concurrentib.

l *Proposita.*] de in rẽ verso, vt]. l. proxi.

EX contractibus.] CASVS. Seruo meo pecuniã mutuasti, & in rem meam versa est: p̃posui seruum alicui negotiationi, & in eam causam mutuasti ei: habebis me obligatum insolidum: licet aliàs de ꝯtractibus seruorum domini duntaxat de peculio teneantur.

m *Eorum.*] scilicet dominorum.

n *Posse.*] s. dominos. Accurs.

o *Dubium non est.*] ad hoc concor. ff. eod. l. cuicumque, in princ. & si non est dominus soluendo, conuenitur institor, si est homo liber, vt ff. de instit. l. 1. in fi. & l. 2. Accurs.

INstitoria.] CASVS. Si penes seruum tuum, quem mensæ nummulariæ præposuisti, aliquam quantitatem pecuniæ in eam causam, vt meã cum tua cambirem, deposui: si probem depositũ, & non redditum probas, eo ipso quod non probatur contrarium: habebo te obligatum institoria.

p *Potest probari.*] quod est eo ipso, quod contrarium non probatur, vt inf. qui mili. non pos. l. penult. & fi. lib. 12. nec enim iste deponens probat non redditam, cum sit negatiua, vt sup.

vt suprà de prob. l. actor. & dic depositam, vt tamen si vellet vteretur, vt ff. si cert. petat. l. si quis nec causam. Vel deposuit, cum posteà cambire secum proponebat: aliter non contraherent in causam, in qua esset præpositus. & facit ff. eodem. l. cuicumque, §. sed & si in mensa.

Etiam mulieres tenentur institoria, & exercitoria. h. dicit Bald.

Impp. Diocl. & Maximia. AA. & CC. Antigonæ.

LEX IV.

ET si à muliere [a] magister naui [b] † præpositus fuerit, ex contractibus eius ea exercitoria actione ad similitudinē institoriæ tenetur. PP. 13. Cal. Nouemb. Sirmij CC. Coss.

1 † aliàs nauis.

Ex contractu præpositi ad mutuum accipiendum, obligatur præponens ad exemplum institoriæ. h. d. secundum Bal. Vel sic: Ex contractu facto cum procuratore speciali, datur contra dominum vtilis institoria. h. dicit Pau. de Castro.

Ijdem AA. & CC. Caio. [2] †

2 † Caio.

LEX V.

SI mutuam pecuniam acciperet à te Demetriano [c] Domitianus mandauit, & hoc posse probare confidis, ad exemplum [d] institoriæ eundem Domitianum apud competentem iudicem potes conuenire. [3] † Da. 4. Cal. Nouemb. ipsis CC. & Coss.

3 † Conuenisti.

Ille, qui sequitur voluntatem alicuius, perinde est, ac si sequeretur mandatū eius. h. d. Bal. Vel sic: Ex contractu celebrato cum seruo de voluntate domini, tenetur dominus insolidū ad exemplum institoriæ. Salyc.

ET si.] CASVS. Sicut mulier ex facto, si quem præposuit alicui negotiationi, tenetur institoria: sic ex facto magistri, si quem naui præposuit, tenetur exercitoria, & hoc ad exemplum institoriæ.

a *Et si à muliere.*] tractat de vltima parte rubricæ.

b *Tenetur.*] sicut teneretur institoria, si negotiationi præposuisset, vt ff. de instito. lege sed & si quis meam, §. parui. sic & in ista, vt ff. de exercit. l. 1. §. cuius, & §. parui. & erat huius legis dubium: quia videbatur intercedere, sed non est verū: imò rem suam agit, vnde cessat Velleianum, vt ff. ad Vellei. l. si mulieri 2.

SI mutu.] CASVS. Domitianus mandauit Demetriano institori suo, vt acciperet mutuam pecuniā à Titio expendēdam forte in negotijs suis, qua actione habet Titius dominum obligatū? Respon. quod vtili institoria ad exemplum directę: quia directa non datur, quia negotium vnum fuit mandatum, vt ff. eodem. l. in eum. secus si plura, vt ff. eodem, l. cuicumque, §. 1. vel quid mutuauit Demetriano cōtemplatione Domitiani, tunc agitur neg. gest. act. ad exemplum instito. vt ff. de negot. gest. l. liberto. Vel dic datur institoria non solemnis ad exemplum directæ solemnis, quæ olim dabatur, quæ iam sublata est, vt ī. de formu. l. 1.

c *Demetriano.*] seruo suo: si autem creditori mandasset, haberet contra eum creditor actionem mandati, vt infrà manda. l. si literas.

d *Ad exemplum institoriæ.*] scilicet directæ. sed cur non datur directa hoc casu? Respon. quia vnum negotiū fuit mandatum, vt ff. eo. l. in eum, in prin. secus si negotium pecuniæ generaliter, vt ff. eod. l. cuicumque, §. 1. Alij dicunt, quod mutuasti Demetriano contemplatione Domitiani, & sicut dicunt dari negotiorum gestorum ad similitudinem institoriæ, vt arg. ff. de neg. gest. l. liberto, in princ. Vel dic tertio ad similitudinem directæ, quæ cum sollemnitate dabatur, olim, quæ hodie est sublata, vt ī. de formu. l. 1. & distingue circa hoc, vt dixi sup. si cert. pet. l. cum qui mutuam.

Dominus qua actione teneatur ratione ꝗ. Gras cum seruo celebrati.

QVi secutus.] CASVS. Lex ista dicit, si contraxi cum seruo tuo voluntate tua, tu ad instar directæ institoriæ teneris mihi institoria vtili insolidum, hoc dicit.

e *Ad instar actionis.*] scilicet directæ: quia non instituerat, sed semel contrahere iusserat. vt dixi ī. l. proxi. vel ad instar eius, quæ olim proponebatur cum solēnitate. Vel dic, quod loquitur, quādo dñi voluntate contraxisti cum seruo, puta, ꝙ iussit, & tenetur in solidum, quòd iussu, vt ff. qđ iussu. l. 1. sicut aliàs si teneretur institoria, teneretur insolidū. & hoc dicit hic. Potest poni & aliter sm Io. vt dicas voluntate domini te cōtraxisse habita inter dñm, & seruum: & tunc cessat, quod iussu, vt dñt, qđ nō placet, vt ff. qđ iussu. l. 1. Alij dñt mandatum seruo, vt accipiat mutuum: sed non est dictum a quo: tunc enim teneretur quòd iussu, sed nos non distinguemus. Alij dñt mutuantem dedisse contemplatione dñi, & sic dari negotiorū gestorū ad instar institoriæ, vt ff. de neg. gest. l. liberto, in prin. & facit ad legem istā. ff. de in rem ver. l. si res, §. 1. sed quidā assignant eam priam.

f *Conuenit.*] actione quod iussu.

Ijdem AA. & CC. Onesimæ. [4] †

4 † Onesimæ. al. Dionesimæ.

LEX VI.

QVi secutus domini voluntatem, cum seruo ipsius habuit contractum, ad instar [e] actionis institoriæ rectè insolidum [5] † dominū conuenit. [f] Dat. 14. Calend. Decemb. CC. Coss.

5 † al. pro solido.

TITVLVS XXVI.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotiū gestum esse dicetur, vel de peculio, siue quod iussu, aut de in rem verso. [6] †

6 † 17. Eclog. 7.

Ex officio tutelæ, vel curæ gestæ per filium, pater non obligatur, nisi peculiotenus, & de in rem verso: nisi huiusmodi tutelæ ex decurionatu, in quo pater consenserit, sumpsit officium: quia tunc tenetur insolidum. hoc dicit Baldus.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Ælio. [7] †

7 † Æliæ.

LEX PRIMA.

CVm filiusfamilias tutor, aut curator [g] datur, [h] pater [i] tutelæ, vel negotiorum gestorum iudicio de peculio, & de in rem verso [k] conueniendus est.

¶ Quòd si voluntate eius filius decurio sit creatus, & à magistratibus tutor constitutus: [l] pater insolidum sa-

QVOD CVM EO, qui in alie. &c. Prima pars rubri. est generalis, sequētes tres speciales, & dātur non insolidum hæ actiōes, sed quatenus est in peculio, & quatenus est iussum, & in rem versum.

CVm filiusfamil.] CASVS. Filiusfam. fuit in testamento datus tutor: quatenus ex administratione pater teneatur, quæritur? Resp. quod tenetur vtili actione tutelæ, quatenus est in peculio, vel de in rem verso, si in rem eius versum est, vel nego. gest. cum filius erat curator. & hoc in prima. Si verò voluntate patris creatus fuit decurio, & à magistratibus datus tutor, tenebitur pater in solidum. & hoc in secunda. Et perinde tenetur insolidum tutelæ, sicut si aliquod publicum munus filius administrasset, & malè. & hoc in tertia.

g *Curator,*] in testamento: sed indiget confirmatione, vt Instit. de cur. §. primo.

h *Datur.*] in testamento, agnouit pater, vel non, vt ff. de admin. tut. l. Lucius. 1. secus si à iudice, quia tunc tenetur insolidum, si agnouit, vt ff de tu. l. si filius, quæ est contra, vel ibi sciuit, & agnouit. hic licet sciuit non agnouit.

i *Pater.*] agnoscens vel non: vt dixi.

k *In rem verso.*] contra. ff. de tut. l. si filius. & ibi sciuit, & consensit: hic non. & ibi publicum auctoritate, & vtilitate, vt decurionatus.

l *Tutor constitutus.*] i. filius primo factus decurio. Duobus ergo

Pater quē admodum tenear pro filio suo tutore.

ergo casibus propter tutelam à filio factam tenetur pater in solidum, quando à iudice datur & agnouit pater, ut d. l. si filius. Item & quando à iudice: sed prius erat factus decurio voluntate patris, vt hic. Item alijs duobus tenetur de peculio & de in rem verso, scilicet, quādo à testatore agnouit pater vel non, vt d. l. Lucius. Item quādo à iudice, & pr̄ nō agnosceret, vt d. l. si filius.

1 † Inductum.

a *Idonus.* s. tutelæ nā placuit &c. vt instit. de excu. tut. in principio.

b *Munerum ciuilium.* quæ sunt publica auctoritate & vtilitate, vt consulatus & p̄fectura, nā & ibi pater tenetur in solidum, q̄a fideiubere v̄r, vt ff. ad municip. l. quoties, & familiæ erciscundæ l. si filia. aliis l. si vni, §. idē scribit. §. quantum ad rempublicam. si aūt magistratus existēs malū daret tutorem, & sic alium à republica læderet, de peculio teneretur pater, vt ff. de pe. l. 3. §. fi. & de magi. conue. l. 1. §. fi.* Sin autem munus est publicum auctoritate, sed vtilitate priuatū, vt tutela dic, vt dictum est.

2 † Hāmio

† Hæc aliter conciliat Cuia. lib. 10. obser. c. 34.

3 † Contracta.

4 † Et.

tisfacere cogit: cum id onus [a] exemplo cæterorum munerum ciuilium [b] introductum [1] † intelligatur. Dat. 7. Id. Nouembris, Dextro 2. & Prisco Coss. 197.

Actio naturaliter formata in solidum, ex accidenti moderatur, quatenus quis facere possit, h. d. Bald. Vel sic. Si filiusfamilias qui patris, vel propria voluntate contraxit, ab hæreditate patris se abstinuit: inquantum facere potest, duntaxat cōueniri debet, hoc dicit, Salice.

Ijdem AA. Annio.[2] †

LEX II.

Eius rei nomine, de qua cum filiofamilias contractum [3] † est, siue sua voluntate,[c] siue eius,[d] in cuius potestate fuit, siue in peculium ipsius, siue in rem patris ea pecunia redacta est, [4] † si paterna [e] hæreditate abstinuit, actio nē, nisi in id quod facere possit,[f] non dari,[g] perpetui edicti interpretatione [h] declaratum est. PP. 8. Calend. Decembris, Dextro 2. & Prisco Coss. 197.

Paria sunt mādare & subscribere, h d. tex. cum glo. Et sic no. quod subscriptio domini habet vim mandati. h. d. Bal. vel sic, ex contractu celebrato cum seruo, etiam domino inscio tenetur dominus de in rem uerso, hoc dicit Sal.

Eius rei. CASVS. Si cum filiofa. cōtraxeris sine voluntate patris. vel cum patris voluntate, siue illa pecunia versa est in peculium filij, siue in rē patris, & pater decessit alio hærede instituto, & ab hæreditate abstineat, in id, quòd facere potest deducto ne egeat filius conuenietur.

c *Voluntate.* scilicet, tantum.

d *Siue eius.* subaudi siue & eius.

e *Si paterna.* quasi dicat nō solū, si viuo patre fuit emancipatus. Sunt. n. sex casus in quibus inqūtum facere potest, cōdemnatur, vt ff. eod. l. 2. & de mino. leg. 3. §. sed vtrum, & de fideiusso. l. si dubitetur, §. filiusfamilias.

Filiusfa. i sex casib. in q̄tū facere. pōt cōdēnatur.

f *Possit.* deducto, ne egeat, vt ff. de reg iur. l. in condemnatione. Item & hoc posse facere dicitur, quod commode potest, vt ff. de verb. sign. l. nepos Proculo. Alij dicunt, inquantum patitur patrimonium, ut in eo, qui cessit bonis, ut insti. de act. §. fi. Sed quod secundum eos habent hi priuilegium? Respon. ut usuræ centesimæ post condemnationem non currant contra eos, quæ currerent, si insolidum damnarentur, quod non placet, sed in parentibus & patronis quibus sunt alimenta præstanda, dicunt idem, quod nos, scilicet condemnari, deducto ne egeant.

Alimenta sunt parentibus & patronis præstanda.

g *Non dari.* habita ratione, ne egeant, ut ff. de pecu. l. si filius.

h *Interpretatione.* idest, sententia, sed & uerba dicunt, ut ff. eod. l. 2.

Etiam. CASVS. Si seruo domino nec mandante, nec iubente, nec contractui subscribente pecuniam mutuaueras, & in rem eius versa est, de in rem verso habebis obligatum dominum.

i *Neque iubente.* vel etiam ratum habente, quibus casibus habet locū q̄ iussu, vt ff. quod iussu, l. 1. in princ. & §. si ratū. No. hic differētia esse inter iussum & mādatum, vt in authen. vt nulli iudic. §. & hoc verò iubemus, coll. 9. & dixi ff. quòd iussu l. 1. in princ. Itē q̄ dicit mandante, dic siue seruo siue cōtrahenti cum eo: licet P. dixerit q̄henti cū seruo tantum facto iussu habere locum quod iussu. Sed contra eum, ff. quod iussu l. j. in princ.

Mandatū & iussus differunt.

Imp. Antonin. A. Artemoni.

LEX III.

Etiam si non mandāte, neque iubente,[i] neque subscribente [k] domina, pecuniā mutuā seruo Priscæ dedisti: tn̄ ea, quantitas si in rē dominę eius iustis erogationib. versa est. de in rē verso apud suū iudicē eam conueni, consecuturus secundum iuris formā id, quod tibi deberi[l] apparuerit. Dat. 3. Calen. Iul. Læto & Cereali Coss. 216.

Nuncius seu merus minister ex contractu nullatenus obligatur, & vtrum sit nudus minister, cognoscitur ex causa, & forma, hoc dicit Ba. vel sic. Filius vt patris nuncius recipiens pecuniam patri debitam, vel creditam, nō obligatur, hoc dicit, Sal.

Idem A. Lucio. LEX IIII.

SI ex contractu patris iussu eius mutuam pecuniam accepisti,[m] teque eius hæreditate abstines, frustra vereris,[n] ne à creditoribus eius conueniaris. Dat. 5. Calend. Ianuar. Messala, & Sabino Cos. 215.

Filiusfamilias potest fide iubere pro alio si sit ætatis legitimæ, hoc dicit, Bald. Et tenetur in solidum: pater vero de peculio tantum. Sal.

Imp. Alexan. A. Asclepiadi.

LEX V.

NVlla res prohibet filios familias si pro alijs maiores vigintiquinq; annis fi-

K *Subscribente.* per quod videtur iubere, vt ff. quod iussu, l. 1. §. sed & si serui. Quid autem si prohibuisset? Respondetur nihilominus teneri de peculio, ut ff. de pecul. l. si quis §. etiam. Accur.

l *Deberi.* vt ff. de in rem verso. l. 1. in pri.

SI ex contra. in. CASVS. Mutuasti decem filio Titij iubente Titio, & tradidisti ei, ut ministro, vel nuncio: Titius decessit filio hærede instituto, sed ab hæreditate abstinente, numquid filius ex contractu patris tenebitur? Dicitur, quòd non.

m *Accepisti.* vt nuncius vel minister, ut ff. quod iussu, l fi. in prin. Et arg. ff. de p̄xene. l. 2. secus in obligando iussu patris quia tunc in solidum teneretur viuo patre adeo vt nec posset restitui in integrum, ut ff. de in integrum restitutio. minor. l. 3. §. sed vtrum, sed absente eo damnaretur, inquantum facere potest, ut ff. quod cum eodem, lege pater.

ADDITIO. Aduertas secundum Salic. hic cognosci, quod iste filius, ut nuncius patris accepit pecuniam mutuo, ex eo quia pater fuit ille, qui contraxit, sic filius capiendo illam pecuniam adhoc missus uoluit patrem solum obligatum esse, ex causa enim cognoscimus aliquem esse nuncium, ut quia uult dominum solum obligari. pro quo facit, l. fi. ff. quod iussu, & l. fin. ff. de institu. item ex forma nunciandi, quia scilicet, uerba sunt concepta in persona mittentis.

n *Vereris.* qui non succedit, non tenetur, ut hic, & infra ar. tu. l. cum.

NVlla. CASVS. Si filiusfamil. maior 25. ann. apud creditorem tuum pro te fideiussit, an teneatur, quæritur? Dicitur, quod sic, & hoc in prima. Et si cum patre de peculio agatur, utetur defensionibus suis, sed quibus non aperit

& hoc

& hoc in secunda. Tu dic deducendo quod sibi debetur vel alijs, qui sunt in potestate. Aliter intelligitur hæc secunda pars, sed dic vt in glo.

a *Actione*. ex stipulatu & insolidum dum est in potestate, vt ff. de iudic. l. tam ex contractibus & de actio. & obligat. l. filiusfamilias ex omnibus, & de fideiuss. l. si dubitetur l. si filiusfamilias, & infra de fideiuss. filius. & in hoc differt à seruo, qui fideiubere non potest. Item differunt in compromisso. Item in iudicio, vt ff. de pecul. l. 3. §. si seruus. & §. sed si filius. Item & in Macedoniano, vt instit. quod cum eodem, §. 1. & §. pen. Item seruus ex ante gesto nõ tenetur, sed filius sic vt ff. de nego. gesto. l. cum actum, & quod cum eo. per totum titul.

Filiusfa. & seruus differunt in multis.

b *Tecum* ò pater. veteris quidem tu defensionibus deducendo, quod tibi debetur, vel alijs, qui sũt in potestate tua. vt ff. de pecu. l. sed si damnum, §. præterea. Itẽ quia lapsus sit annus ab emancipatione filij, & ff. quando act. de pecu. est an. l. 1. in princ. Vel dic, tecum ò fili, cum velis defendere patrem. Vel dic quod conuenit is vt hæres patris, & tunc his duobus modis ex dẽ sunt defensiones, vt in primo casu. Vel dic quarto filium suo nomine conueniri. & dices de peculio idest propter peculium aut ex stipulatu, & dic defensionib. s. c. senatusconsulti Macedo. Vel qa sibi inuicem aliquid debeatur.

1† Martiano.

2† Vicem, Vl. Cuiac. 5. obie. 35.

S*I seruus*. CASVS. Seruo meo mutua sibi decẽ. & in locum vsurarum concessit ei habitationem cuiusdam domus meæ: nũ quid præiudicauit? Dicitur quod nõ: sed creditorem ingrediẽtem expellere potero.

deiusserint, actione [a] competenti aduersus eos teneri. Sed si duntaxat de peculio tecum [b] agatur, defensionibus si quæ tibi competũt, vteris. PP. 6. Id. Decemb. Maximo 2. & Æliano Coss. 260.

Seruus in præiudiciũ domini transfert possessionem rei dominicæ, & de facto immissum dominus potest expellere Baldus.

Impp. Valerian. & Galien. AA & Valerian. Cæs. Matrono.[1]†

LEX VI.

SI seruus tuus sine permissu tuo accepta pecunia mutua in vsurarum [2] † vicẽ habitandi facultatem creditori concessit, nullo iure aduersarius tuus hospitium [c] ex hac causa sibi vendicat, cum te serui factum non obligauerit, [d] & ingrediens [e] rẽ tuam, contra vim eius auctoritate cõpetentis iudicis protegeris. D. 12. Calen. Iul. Aemyliano, & Basso Coss.

Ex contractu serui tenetur dominus actione de peculio, quæ post mortem serui, vel eius statu mutato, durat anno, & si aliquid est versum in vtilitatem domini, datur de in rẽ verso, quæ durat perpetuo. Ex contractu vero cũ libero gesto non obligatur dominus, nisi pecunia in eius vtilitatem sit versa, uel ratum habuerit, hoc dicit, Sal. vel sic. Actio de peculio est perpetua, quousque viuit seruus, & in eiusdem potestate licet prætoria, quia est rei persecutoria non pœnalis sed mortuo seruo manumisso vel alienato, efficitur annalis à tpe mortis manumissionis vel alienationis. Actio vero de in rem verso semper est perpetua, etiam post manumissionem, vel alienationem, hoc dicit usque ad § alioqum. secundum Pau. de Ca.

Imp. Diocletianus, & Maximian. AA. & CC. Crescenti.[3]†

LEX VII.

EI, qui seruo [f] alieno dat pecuniam mutuam, quã diu superest seruus, [g] itẽ post mortem eius intra annum [h] de peculio in[4]† dominũ competere actionem, vel si in rem domini versa sit hæc quantitas, post annum etiam esse honorariã [i] actionem, non est ambigui iuris. Quapropter [k] si quidem in rem domini pecunia versa est, hæredes eius conuenire potes de ea summa, quæ in rem ipsius processit. Si vero hoc probare non potes, consequens est, vt superstite quidem seruo dominum de peculio conuenias, vel si iam seruus rebus humanis exemptus est, vel distractus, seu manumissus, nec annus excessit, de peculio quondam aduersus eum [l] experiri possis.

dic, non erat hic res peculiaris, sed dominica. unde dominus per se possidebat, per uim ergo ingrediendo magis suã retinere, quam alienam dicitur inuadere, ut ff. de vi & vi arma. l. 1. §. vi possidere. Vel tertio dico, peculiaris erat, sed seruus noluit dominum possessione priuare, quod ex eo patet, quia ad habitandum tantum concessit, alias auferret, vt d. l. peregre. Accursius.

e *Ingrediens*. scilicet, tu.

E*I, qui*. CASVS. Quantum durat actio de peculio, & de in rem verso, intendit hæc lex dicere, & loquitur prima pars in seruo, secunda in libero dicit ergo in hac parte generaliter, quod qui cũ seruo alieno contraxit, quamdiu super est seruus, vel post mortem eius, intra annũ habet dominũ obligatum de peculio, sed si in rem domini versum est, habet dominum perpetuo obligatum de in rem verso. Si vero seruus decessit vel alienatus sit, vel manumissus, & annus nondum excessit, ad uersus eũ, qui habet peculium, agere potes. & hoc in secunda. Si uero cum procura. meo contraxisti, & fidem eius (mutuando pecuniam) secutus es, nullam aduersus me habebis actionẽ nisi in rem meã versum sit, vel post factum cum eo ratum habuero, & hoc in tertia.

3 † al. Recienti.

4 † Contra

f *Ei qui seruo*. intentio huius legis est ostendere, quãtũ durat actio de peculio & de in rem verso.

g *Superest seruus*. manens in eadẽ causa. & hoc nisi actio præscriptione aliqua cõmuni tollatur.

h *Intra annum*. hoc si actio maiori tempore alias finienda esset, alioquin limitabitur suo tempore puta seruo uiuente per 29. an. & dimidium, quod non conueni dominum, postea enim non agam intra annum, sed intra sex menses tunc mortuo seruo. Item hoc uerum est, cum pura erat obligatio, alioquin contra, ut ff. quando actio de pecu. est an. l. 1. §. annus, & l. cum post.

c *Hospitium*. idest, facultatem habitandi, ut ff. quod iussu l. dominum, & infra si alie. res pig. da. sit. l. nexum. Et arg. supra de procu. l. procurator, & infra eodem, l. si liberam, §. quod si non.

d *Non obligauerit*. vt necesse habeas petere.

e *Et ingrediens*. tua auctoritate, & defenderis per uti possidetis interdictum. Sed nonne seruus dominium saltem possessione priuauerat, ut ff. de acquirend. possess. l. peregre § quibus explicitis. si ergo faceret sua auctoritate, in crimen 1. si quis in tantam, ninfra unde ui. l. si quis in... Solutio. hic incontinenti post obligationem serui ... dominus, arg. ff. de ui & ui ar. l. 3. §. cum igitur. Vel

Seruus an possit ... priuare.

i *Esse honorariam*. scilicet de in rem uerso.

k *Quapropter*. quod dixit in genere, dicit in specie.

l *Aduersus eum*. scilicet qui habet peculium, ut uenditorẽ, qui habet pretium peculij & serui. Et sic primo est conueniendus, & postea ipse emptor, ut ff. de pecu. l. si creditor, § primo, & l. si ex si duobus, § fina. & l. seq. & l. hinc quæritur, §. pen.

Cum

Supra locutus est Imperator de contractu celebrato cũ seruo alterius, an dominus ex illo teneantur, & qua actione, & usque ad quantum: hic loquitur, quando cum libero homine gerente negotium alterius, & recipiente mutuũ auctoritate illius, cuius negotium gerit, an dominus teneatur, & quando? Et respondetur, quòd si dans mutuum non habuit respectum ad dominum, sed ad illum, cum quo contrahebat: ille solus tenetur, & non dominus, nisi in duobus casib. s. si pecunia fuisset in rem domini versa, vel si dominus habuißet ratum contractũ. h.d. et reputatur singularis. Pau. de Cas.

¶ Alioquin, si cum libero [a] res [1]† eius agente, cuius precibus meministi, contractũ habuisti, & eius personam [b] elegisti: peruides [2]† cõtra dominũ nullã te habuisse actionem, nisi vel in rem eius pecunia processit, vel cõtractũ ratum habuit. [c] D. No. Apr. Bizantij AA. Coss.

Pater tenetur insolidum ex contractu filii, quando mandauit, vel iußit cum fieri, vel fideiußit pro eo. h.d. aliàs non tenetur, nisi de peculio, vel de in rem verso, nisi filium præposuißet negotiationi quæstuariæ: quia tunc etiam insolidum exercitoria vel institoria tenetur: ut sup. tit. 1. per totum. Pau. de Cas.

Ijdẽ AA. & CC. Diogni. [3]†

LEX VIII.

SI mandator pro filio tuo extitisti, vel iussu tuo cum eo, quem in potestate tua habuisti, cõtractum est, intelligis & sorti, & vsuris te patre oportere si te his oib. obligasti; [d] vt res, q̃ pignoris iure detinẽtur, [e] liberari possint. Quod fideiussor creditę pecunię itercessisti: teneri te ex ea [f] obligatiõe explorati iuris est. D. 3. Cal. Maij. CC. Cos.

Filiusfamilias ex contractu licito tenetur insolidum: & liberatus à potestate per emancipationem, ex illo conuenitur solũ, quatenus facere potest: & idẽ de morte patris dummodo hæres non existat. h.d. Sal. Vel sic. Filiusfaml. ex licito cõtractu insolidũ obligatur, & ẽt conuenitur viuente patre, et durãte paterna potestate, sed ea soluta, nõ tenetur nisi quatenus facere potest, nisi sit hæres patris in solidum, vel pro magna parte, quia tunc tenetur insolidum. Paul. de Cast.

Ijdem AA. & CC. Isidoro.

LEX IX.

SI ex alio * contractu, non ex illicita [g] mutui datione debitos extitisti, vel quod patrem tuũ in fidẽ [h] suscepisti, tã in patris positus potestate iure teneris, quã ẽt morte genitoris tui iuris effectus. Et si quidem patri hæres extitisti, [i] insolidum, alioquin inquantum facere potes, secũdum edicti formam. [k] Sed & si per emancipationẽ tui iuris effectus es, similiter [l]

a *Cum liber o.*] vt procuratore, vel negotiorum gestore alicuius, vel tutore, vel curatore. Non dicas possesso bona fide quia tunc distingueretur, an in peculium, quod ad se, an q̃d bonę fidei possessorem pertinet, vertisset: vt ff. de pec. l. 1. §. fi. & l. 2. & l. hinc quæritur. §. pen.

b *Et eius personam.*] s. tantũ secundum nos. [1] Alij dicunt etiam domini cõtemplatione fecisti.

1 Et bene secundum Paul. de Cast. hic.

c *Ratum habuit.*] his enim duobus casibus vtilis actio negotiorum gestorum habebit locum 9 dominũ secundum Gulielmũ vt infra. de reali. non ali. l. 1. & supr. de rei vend. l. mater. non directa, quia non eius nomine dedisti: vt ff. de neg. gest. l. si pupillis. §. sed si ergo. Alij dicunt hic hẽre locũ vtilem conditionem certi, & ad hoc q̃ teneatur sup. de procu. l. si pretiũ, & sup. tit. 1. l. si mutuam sed v̄r. Et his duobus casib. dñm nõ teneri, vt su. de tu. vel cura. l. si creditor. & su. si cer. pet. l. cum qui. Sol. illa secundũ istam, vel non datur in dominũ actio à principio, sed ex post facto sic, rato habito, vel in rem eius verso, vt hic: q̃d ĩ idem cum prima recidit. Sed quo põt habere ratum, cum eius noĩe non dederim? Respon. & si ego nõ dedi eius noĩe, ipse tamẽ accepit eius nomine: & ideo sua ratihabitione quæritur ei proprietas pecuniæ, vt ff. de neg. gest. l. si ego & sic teneri, cum re ipsa quasi suũ negotium videatur facta tali versione, & per talem ratihabitionem, vt ff. de neg. ge. l. si pupilli. §. item quęritur. Vel dic secũdũ alios, quòd licet nõ egerim, vt eũ haberẽ obligatũ, nec tã egi 9rium, s. vt non haberem eum obligatum, different enim hæc inter se. Et distingue circa hoc, vt sup. si cert. pet. l. eum qui pecuniam.

1 † Rem.

2 † Et prouides.

3 † al. Diogenio.

SI *mandator.*] CASVS. Si mandasti mihi, vt contraherem cum filio tuo, vel iussu tuo contraxi, non solum in sortem, sed etiam in vsuris, si pro sorte, & vsuris te obligasti, teneberis, vt soluas, ad hoc, vt pignora tua, & tuo nomine obligata liberentur, & hoc in prima. Sed si tu pater pro filio tuo fideiussisti, quando accipiebat pecuniam mutuo, indubitanter tu pater ex illa obligatione poteris conueniri, vt fideiussor, & & hoc in secunda.

f *Nulla eſt.*] fideiubenti enim, & non donanti ſuccurrit ſenatus: ut hic, & ff. eodem, l. ſed ſi ego, eſt enim auariſſimũ genus earum, ut dicta l. ſed ſi ego & ff. de dona. inter vir. & uxor. leg. ſi ſtipulata. Sed quare ſi ab initio ſoluat pro alio, non repetit, ut hic: ſed ſi interceſſit prius, & ſoluat poſt, repetit? Reſpond. quia primo caſu uidetur donare: ſecundo non: ut infra eod. quamuis.

5 † Cum.

FRuſtra.] CASVS. Si mulier pro debito ſuo obligatur, non iuuatur per Velleian. & hoc in prima. Item ſi pro creditore ſuo ſe obligat alij: uel creditor mulieris delegat eam alteri creditori, mulier non iuuatur: verbi gratia: mulier tenebatur Seio in 10. Seius eandem delegauit Sempronio creditori ſuo, non habet locum Velleianus.
g *Obligauerit.*] non tamen animo nouandi: & ita in rem ſuã, quare tenetur: ut hic, & ff. eod. l. ſeu ſi cum. & leg. aliquando. in princ & l. debitrix. & ſup. ne uxor pro ma. l. 1. in princ.
h *Delegari.*] animo nouandi. Accur.

SI cum.] CASVS. Si filius matre fideiubente accipiat decem mutuo: an locum habeat Velleianum, quæritur? Reſpondeo, quod ſic. unde ſiue mulier intercedat pro extraneo, ſiue pro filio locus eſt Velleian. ut hic, & ff. codem, l. ſecunda, §. ultimo.
i *Acciperes.*] ideſt, accipere uelles.
k *Poteſt.*] ſic ergo mater non fideiubet pro filio, ut hic. Nec econtra filio pro patre, ut ſup. eodem, ſcilicet ſi paternam,

Sena-

Imp. Alex. A. Alexandriç.[1] †

LEX IV.

SEnatusconsultum locum habet; siue eam obligationem, quæ in alterius persona constituit, mulier in se transtulit,[a] vel participauit, siue cùm alius pecuniam acciperet, ipsa se ab initio[b] ream constituit, quod[2] † in rerum earum[c] habitis pro alijs obligationibus admissum est.[d] Sed si prædia tua annis maior vigintiquinque vendidisti, & pro marito pecuniã soluisti:[e] deficit[f] auxilium senatusconsulti. PP. 6. Calen. Ianua. Maximo 2. & Aeliano Coss. 224.

Maritus non potest obligare res vxoris non consentientis: & hoc de iure communi, nec si consentiat expressè: & hoc de iure speciali. Si tamen obligat res vxoris, asserendo eas proprias, vxore præsente, & dolosè tacente, tenet obligatio. h.d. not. secundum Bald.

Ijdem A. Popiliæ. 3 †

LEX V.

SI sine voluntate tua[g] res tuæ à marito tuo pignori datæ sunt, non tenentur.[h] ¶ Quòd si consensisti obligationi, sciente creditrice, auxilio senatusconsulti vti potes.[i] ¶ Quòd si patientiam præstitisti, vt quasi suas res maritus obligaret, decipere voluisti mutuam[k] pecuniam dantem: & ideò tibi nõ succurretur senatuscõsulto, quo infirmitati, non calliditati mulierum consultum est.[l] Dat. 15. Cal. Iulij, Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Mater potest se obligare pro facto suo, sed non potest conseruare tutores indemnes ab eo, quod eis à filio debebitur. Bal. Vel sic: Mater, quæ indemnitatem tutoribus filiorum promisit, etiam si eis fideiussores dederit, vt ei administrationẽ permitterent, Velleiano non iuuatur. secus si pro tutoribus fideiusserit. hoc dicit. Vel breuiter: Mater potest pro facto suo se obligare, sed pro tutoribus filiorum non potest fideiubere. h.d. Salyc.

Idem A. Torquato.

LEX VI.

SI mater cum filiorum suorum patrimonium gereret,[m] tutoribus eorum securitatem promiserit,[n] & fideiussorem præstiterit, vel pignora dederit: quoniam quodammodo suum negotium gessisse videtur, senatusconsulti auxilio, neque ipsa, neque fideiussor ab ea præstitus, neque res eius pignoratæ adiuuantur. ¶ Sin aũt tutore se excusare volente, ipsa se interposuit, indemnitatem ei repromittens,[o] auxilio senatusconsulti vti minimè prohibetur.

SEnatusconsultum.] CASVS. Mulier iuuatur senatusconsulto quãdo per nouationem alienam transfert in se obligationem, vt si Titius debeat mihi centum, postea promisit mulier se mihi ea soluturum, vel principaliter, verbi gratia, volebat ipsa fideiubere, sed creditor volebat principalem debitricem eam esse, postea mãdauit mihi, quod pro ea fideiuberẽ: in hoc casu mulier iuuatur. & hoc in prima: vel si participauerit alius pecuniam, puta alio pecuniã accipiente: ipsa se obligauit principaliter, verbi gratia, Mulier volebat fideiubere pro me, creditor eam recipere nolebat, vnde principaliter se obligauit, & ego fideiussi, & habeo pecuniam. Item si mulier res suas pro alio obligauit, iuuatur per Velleianum, & hoc in secunda. Si verò mulier maior vigintiquinque annis prædia sua pignorata vẽdidit, & pecuniam creditori mariti soluit, non iuuatur. & hoc in tertia. Viuian.

a *Trãstulit, vel participauit.* fideiubendo.

b *Ab initio.*] accipiẽdo ipsa mutuum, quo casu datur institoria, vt ff. eod. l. quamuis, §. si cum essem.

c *Earum.*] scilicet mulierum.

d *Admissum est.*] vt & ipsæ res nõ teneantur cum effectu, vt j. l. prox. Accurs.

e *Soluisti.*] quod est verum, si aliàs esset non venditura.

f *Deficit.*] quiã donanti non succurritur, &c. vt supra eod. l. 1. in fi. sed à viro repetit. quia donatio inter virũ, & vxorem sic facta non valet. vt ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si sponsus, §. si vxor. Item huic resp. est contra. ff. eo. l. si. §. item si mulier. Sol. ibi vendidit creditori viri mulier, & sic fraus fuit à creditore quæsita, hic ipsamet inuenit alium emptorem.

SI sine voluntate.] CASVS. Maritus obligauit res vxoris suæ, ea non consentiente, non tenentur res. & hoc in prima. Si verò consensit marito obliganti, & creditor sciebat res mulieris esse, iuuatur senatuscons. & hoc in secunda. Si verò mulier tacuit, cum maritus res suas obligaret, vt deciperet creditorem, qui pecuniam præstitit, non iuuatur. & hoc in tertia.

g *Si sine voluntate tua.*] id est inuita, vel ignorante.

h *Non tenentur.*] de iure etiam cõi hoc est, vt hic, & j. ne vxor pro ma. l. 1. & j. quæ res pig. obl. pos. l. qui filios, in fi.

i *Vti potes.*] & ita iure speciali, vt suprà l. proxi. & ff. eod. l. quamuis, in princ.

k *Mutuam.*] no. q plus operetur tacitus consensus, quàm expressus, vt ff. de procur. l. filiusfam. §. veterani.

l *Consultum est.*] vt ff. eod. l. 1. & 2. & inf. si ali. res pign. da. sit, l. si probaueris. Sed solet hic quæri, quare possum rem tuam obligare te præsente, vt tibi præiudicem, vt hic: non autem vendere, vt tibi præiudicem? Respondeo pignus re contrahitur, sed venditio consensu, quod non placet, quia & pignus contrahitur consensu, vt ff. de pig. act. l. 1. Dic ergo, quia per obligationem rei agitur, vt in ipsa re ius creditori quæratur, quod fieri non potest, nisi volente eo, cuius est. merito ergo cum patitur, videtur suum accommodare cõsensum, sine quo obligatio esset nulla. At venditio etiã contradicente me fieri potest, & tenet. iter eos, quia id nõ agitur per contractum, vt ius in re quæratur: sed vt alter alteri obligetur de euictione, vt ff. de actio. empt. l. ex empto, in princ. meritò ergo, cum non impedit contractum contradictio mea, nec præsentia prosit contractui, vt ff. de re iudic. l. sæpe, §. 1. Sed argu. contra, s. quòd videatur consentire, est ff. de euict. l. quidam ex parte. sed ibi partem precij accepit, & dic, vt ibi.

SI m. ger. CASVS. volebat mulier gerere tutelam filij sui, tutor dubitabat, ne sustineret damnum, si ipsa nõ bene administrasset, mulier ad hoc, vt administrationem haberet, promisit indemnitatem, vt si propter suam malã administrationem vna manu aliquid damni prestaret filio, ipsa ei alia manu refunderet, & pignora dedit, & fideiussores. in hoc casu nec pignora, nec fideiussores iuuantur. & hoc in prima. Si verò tutor volebat se excusare, & mulier promisit eum indemnem conseruare de eo, quod impenderet in rem pupilli, an hoc casu iuuetur, quæritur? Respon. quod sic. & hoc in secunda. Si verò petijt tutorem filio, & pro tutore fideiussit, quia omne periculum in se recepit, hoc casu iuuabitur senatuscons. Velleian. quia videtur intercedere. & hoc in tertia. Viuianus.

m *Gereret.*] id est gerere vellet.

n *Promiserit.*] propter hoc, vt dimitterent eam gerere, si ipsi cessarent.

o *Repromittens.*] quasi pro pupillo filio, & sic iuuatur, vt hic. Sed 5. ff. eo. l. quãuis, §. 1. & l. tutor, in princ. Sol. refert, an promiserit indemnitatem pupillo de eo, quod debet, vel debebit tutor; & tunc suscepit obligationem tutoris. Vel econtra, promisit tutori indemnitatem de eo, quod debet, vel debebit ei pupillus; & tunc suscepit obligationem pupilli, & in vtroque est intercessio, & sic non tenetur, vt hic.

1 † Alexandriæ.

2 † Et.

3 † al. Popillę, aliàs Pupillæ.

Aut promisit tutori indemnitatem de eo, quod debet, vel debebat pupillo: vel econtra promisit indemnitatem pupillo de eo, quod debet, vel debebit tutori: in vtroque cessat Velleianum, vt in legibus contrarijs. & hoc est, quod dixit Bulg. S. & T. tollunt contrarium: quia scilicet refert, vt dixi, dicat mulier: promitto quod debes, vel debebis; & tunc non intercedit, vt in contrarijs: an promitto quod debet, vel debebit tibi pupillus; tunc est intercessio, vt hic dicitur.

alio. & inf. de fideiuss. filiusfamilias. & ff. qui satisd. cogan. l. 2. §. & filius.

k *Teneri.*] scilicet pro eorum virili. Sed videtur insolidum, vt ff. de fideiuss. l. si Titius, in princ. Sol. hic intercesserunt non constituendo se debere insolidum, vnde pro partibus tenentur, vt ff. de duobus reis. l. reos, §. fin. ibi, insolidum se reos constituerunt: at fideiussores tenentur insolidum semper, etiam si hoc non sit dictum, vt Instit. de fideiussorib. §. si plures. vel aliter & hic, & ibi insolidum tenebantur, sed ibi insolidum exempta fuit fœmina, cum in totum fideiusserit, hic pro parte fuit exempta, vt ff. eo l. vir vxori, in fi. & l. seq.

¶ Si verò tutores petijt, & sponte periculum suscepit,[a] quo minus teneatur, auctoritas[1] † eam iuris tuetur.[b] PP. 6. Idus Octobr. Modesto, & Probo Coss. 229.

Mulier consentiens fundum suum pro alio obligari, inutiliter consentit: & cum sit inutile, est inutilis venditio eius per creditorem facta, & recuperatur ab emptore non restituto precio: & filius vt hæres matris, potest infringere factum patris. Bal.

Imp. Gordian. A. Viuiano.

LEX VII.

SI sciens creditor à marito pro proprium debitū[c] obligari[2] † fundū mulieris, licet ea consentiēte, eum pignori[3] † accepit propter senatusc͂osulti auxiliū, vendēdo[d] eum dñium mulieri auferre nequit:[e] nec tibi[f] necesse est, p̄stito precio[g] emptori[h] vendicare, si matri hæres extitisti. PP. 12. Cal. Octob. Pio, & Pontiano Coss. 239.

Si masculi permixtim cū fœminis obligationē paternam in se transferunt animo nouandi, valet nouatio pro parte masculorum, & pro ea parte pignus obligationis veteris liberatur: sed pro parte fœminarum non valet, nec eatenus pignus liberatur: & si pater pro obligatione nouante, pignus constituit, tenetur insolidum, partim pro nouatione, partim pro non nouatione. Bald.

Idem A. Triphoni.

LEX VIII.

SI paternam obligationem non tantùm masculini sexus filij, verum etiam filiæ emancipatæ[i] in se receperunt: quamuis filiæ virilibus obligationib. eximātur propter exceptionē, quæ ex senatusconsulto Velleiano descendit, tamen filios in id, in quod se obligauerunt, teneri:[k] filiarumq; subducta persona, patrem in id conueniri[l] posse, in quo conueniretur, si filiæ non intercessissent, dubium non est.

¶ Pignora[m] tamen patris, & si in posteriorem obligationem[4] † accepta[n] sunt, sine dubio tenentur. Sed & si in priore[o] fuerunt obligatione, quatenus ad patrem per restitutoriam[5] † actionem redit, eatenus[p] [6] † tenebuntur. PP. Non. Octob. Pio, & Pontiano Coss. 239.

Mulier potest pro alio soluere citra intercessionem: secus si prius intercesserat. Bal. Vel sic: Si mu[lier] pro alio nulla præcedente promissione, vel intercessione soluit, non iuuatur Velleia. vt repetat ab eo cui soluit: secus si præcedente promissione, vel intercessione ipsius. hoc dicit Pau. de Cast.

Idem A. Proculo.

LEX IX.

QVamuis mulier pro alio soluere possit: tamen si præcedēte obligatione, quam senatusconsultum de intercessionibus efficacē esse non sinit, solutionem fecerit, eius senatusconsulti beneficio munitam se ignorans,[q] locum habet repetitio.[r] PP. Non. Iul. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

a *Suscepit.*] pro tutoribus intercedens.

b *Tuetur.*] nisi specialiter fuit comprehensum decreto prætoris, matris periculo dari, vt inf. si ma. indem. pro. l. fin.

SI *sciens.*] CASVS. Si creditor accepit à marito prædiū vxoris pignori, sciēs illud ad muliere pertinere, & vēdidit. an prę̨iudicauit mulieri quæritur? Resp. quod non. nec hæres mulieris necesse habet refundere preciū emptori, si velit prædiū vendicare.

c *Debitum.* s. mariti.

d *Vendendo.*] scilicet creditor.

e *Nequiuit.*] vt & ff. de rei vend. l. redemptores, §. fin. & l. seq.

f *Nec tibi.*] s. filio, qui successisti matri, cuius prædium a marito suo, tuo: patre obligatum fuit, licet ea consentiente.

g *Precio.*] vt S. de rei vend. l. si mancipium. & l. pater.

h *Emptori.*] loquitur filio mulieris.

SI *paternam.*] CASVS. Seius habuit duos filios, & duas filias emancipatas, tenebatur Titio in centum. filij, & filiæ animo nouandi receperūt in se paternam obligationem, & promiserunt reddere Titio prędicta centum, & redimere pignora patris obligata, an filiæ per beneficium Velleia. ab obligatione liberentur, & ita remaneant filij obligati ꝑ medietate, & si ita sit, qualiter succurratur Titio, quæritur? Respond. quod restituitur actio in patrem pro ea parte, qua filiæ se obligauerunt. & hoc in prima. Item pignora quæ obligauerant, remanent obligata pro parte filiorum. & hoc in secunda. Illa verò quæ fuerunt in prima obligatione, hactenus teneantur, quatenus aduersus patrem redit actio pro portionibus filiarum.

i *Emancipatæ.*] hoc nihil ad rem. Nam in potestate posita potest fideiubere pro patre, vt sup. quod cum eo. l. si ex alio. & inf. de fideiuss. filiusfamilias. & ff. qui satisd. cogan. l. 2. §. & filius.

l *Conueniri.*] s. restituta in eum prima actione, quæ sublata erat nouatione.

m *Pignora.*] licet pater in partem conueniatur, pignora tamen tenentur insolidum.

n *Accepta.*] scilicet tantum. & sic no. tenere accessorium in totum, licet principale pro parte tollatur per Velleianum.

o *In priore.*] quando pater se obligauerat.

p *Eatenus.*] pro parte ergo filiorum, quia tenuit nouatio cum effectu, non tenentur pignora, vt hic innuit. & ff. de nouat. l. nouatione, & l. aliā. & C. etiam ob chyrogra. pe. pig. re. pos. l. 2. sed pro parte filiarū non tenuit cum effectu: vnde adhuc pro ea parte tenentur, vt hic, & ff. eod. l. aliqñ, §. 1. Et est ratio, quare & hoc casu nouatione nō tollat pignus, quia nō tenuit cū effectu. Vel dic, nō fuit nouata pricipalis: statim enim, q̄ fuit personalis directa extincta per nouationem, fuit eius loco a iure supposita restitutoria: vnde omni t̄pe inuenitur pricipalis directa, vel vtilis restitutoria, & sic hypothecaria nō extinguitur, vt d. l. aliquando, §. 1. & l. debitrix, §. pen.

QVamuis.] CASVS. Mulier si soluat pro alio, non iuuatur, quia videtur donare: sed si fideiussit, & postea soluit, sic.

q *Ignorans.*] scilicet ius, vel factum credens se intercessisse, cum non intercesserit, vt ff. de cond. indeb. l. qui exceptionem, in princ. secus si sciens, quia tunc non repetit, vt ff. de condict. indeb. l. 1. & de reg. iur. l. cuius.

r *Repetitio.*] id est condictio indebiti.

1 † al. auctoritate iuris tuebitur.

2 † al. decet, obligari.

3 † obligatum.

4 † al. posteriore obligatione.

5 † rescissoriam.

6 † al. hactenus.

[illegible]

SI *aduersarius*. CASVS. Si aliquis locauit rem non marito, sed mulieri: mulier non vtitur auxilio Velleia. sed si locauit marito, & ipsa intercessit, vel in se recepit obligationem, iuuatur.

a *Negotium*. conductionis sine fraude.

b *Reliqua*. idest debita.

b *Contracta*. idest in obligationem deducta.

d *Recusare*. vt inf. lo ca. l. contractus. in fine, ff. eod. Seia mancipia.

e *Secutus est*. sciens te intercedere, Acc.

ETiam. CASVS. Mulier habebat omnia bona mariti tacitè obligata pro dote sua: si ergo cõstante matrimonio ius hypothecæ, seu pignoris marito remisit, an ei succurratur per Velleia. quærit? Dicit quod, nõ, duabus tamẽ rationibus videbatur cõtrarium. Primo per Velleia. quo succurritur mulieri. Itẽ propter remissionẽ factam inter virum & vxorem quæ videtur donatio, quæ non tenet, ergo nec remissio. cõtrarium est verum.

f *Etiam*. dubitatio huius legis fuit, quia omnia bona viri mulier tacitè obligata tenet.

ADDITIO. Et intelligas hanc legem, & l. iubemus, inf. eo. in muliere sui iuris, secus vero si esset filiafam. quia tunc nõ faceret præiudicium patri, nec sibi, donec fuerit in potestate. ita dixit Alexan. de Imo. in addi. suis ad Bar. in d. l. iubemus. pro quo allegat notata in l. 2. §. quod si in patris, ff. sol. mat. Secundo intelligas & hanc, & l. iubemus. quando maritus in alijs reb. remanet soluendo. alias secus, ut latius per Bar. in d. l. iubemus.

g *Hypothecarum*. excepta 1js, quæ spẽcialiter ob dotẽ obligentur, fm quosdam.

h *Remitti*. duabus rationibus, videbatur contra, & propter Velleianum, quo succuritur mulieribus, sicut si rem suam obligant pro alio, sed tamen hic secus est, ut ff. eodem, l. quamuis, in principio. & propter donationem quæ fit inter virum, & uxorem, sed nec hoc nocet, quia non dicitur donatio, vt hic, & ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol. l. 1. & l. Lucius, & ff. qui in fraudem cred. l. si pignus & de leg. 3. l. 3. §. finali, & loquitur hæc lex quando remissio fit viro generaliter, nam quando fit alij contrahenti cum viro, vel in re vna, vel certis, loquitur infra eodem, l. iubemus.

Mulier conducens prædia obligatur pro se, sed si maritus conducit, non potest obligari pro marito. h. d. Baldus Vel sic: Si contrahitur principaliter cum muliere, & sic negotium ad ipsam pertinet, nõ iuuatur Velleiano: secus, si cõtrahitur cum alio, & illa pro illo se obligat: & sic principaliter non pertinet ad eam negotium, h. d. Pau. de Cast. Idem dicit l. si fœnebris, infra eodem.

Imp. Philippus A. & Philippus C. Trophonæ.

LEX X.

SI aduersarius tuus non cũ marito tuo, sed tecũ negotium[a] gessit, reliqua[b] conductionis, quæ dicis esse contracta,[c] obtentu hmôi obligationũ nõ potes recusare.[d] Enim vero si cum eosdẽ fundos nõ tibi, sed marito tuo locaret, personam tuam vt idonea sequutus[e] est: beneficio amplissimi ordinis, quod factum est de intercessionibus fœminarum, te tueri potes. PP. Calẽ. Septemb. Peregrino, & Æmiliano Coss. 245.

Mulier potest renunciare iuri hypothecarum, hoc dicit Bal. & Sal.

Idem A. Hæboræ.[1] †

1 † Theodoræ.

LEX XI.

ETiam[f] constante matrimonio ius hypothecarũ,[g] seu pignorum marito remitti[h] posse explorati iuris est, PP. & Cal. Octob Peregrino, & Aemiliano Coss. 245.

Mulier obligans se pro dote filiæ non iuuatur Velleiano, h. d. Caue tibi, quia hoc intelligitur interueniente publica persona: sed si non interuenit publica persona, dic vt inf. eo l. antiquæ, §. fi. Bal.

Impp. Valeria. & Galien. AA. Sepidutæ.[2] †

2 † Sepiduæ.

LEX XII.

SI dotare filiam volens,[i] genero res tuas obligasti: pertinere ad te beneficiũ Senatusconsulti falso putas.[3] † Hanc. n. cãm[k] ab eo beneficio esse remouẽdã prudẽtes viri putauerunt.[l] PP. 9. Cal. Mar. Tusco[4] † & Basso Coss. 259.

3 † Putabas.

4 † Fusco.

Mulier accipiẽs mutuũ, obligatur ex eo, nec refert qualiter vtatur, sed qualiter cõtrahat, Bal. Vel sic: Mulier si principaliter mutuum recipiat, non iuuatur: licet postea in alienos vsus conuertat, h. d. Sal. Vel sic: Quãdo mulier contrahit, & pro se, licet vtilitatem contractus transferat in alium, etiã creditore sciẽte, non iuuatur Velleiano, Pau. de Cast.

Impp. Dioc. & Maxi. AA. Condianæ. al. Candianæ.

LEX XIII.

SI fœnebris pecunia iuxta fidem veri[m] à creditore tibi data est: siue tota quantitas[n] fœnoris, siue pars eius in vsũ mariti processisse proponatur, decreto patrũ[o] nõ adiuuaris, licet creditor cãm contractus nõ ignorauerit P Da. 2. Cal. Septẽb. ipsis AA. Cos.

Exceptio Velleiani competit etiã fideiussori, nisi successerit principali, Salic. Vel sic: Exceptio Velleiani competens mulieri, competit etiã fideiussori suo & mandatori, vel ei, cui ipse mandauit, h. d. cum l. seq. Pau. de Cast.

SI *dotare*. CASVS. Si mulier pro filia sua genero suo dotem constituit, & pro ea res suas obligauit, an iuuetur per Senatusconsult. Velleia. quæritur? Respond. quod non, & hoc responderunt iurisperiti.

i *Volens*. o mater.

k *Causam*. scilicet dotis.

l *Putauerunt*. fauore dotis est hic speciale, vt inf. eo. l. generaliter, & ff. de cõdi. ind. l. cum his, §. pen. similiter sunt & alij casus, in quibus cessat Velleianum, vt dicetur infra eo. l. generaliter.

SI *fœnebris*. CASVS. Mulier accepit pecuniam mutuam, ut eam daret viro sciente creditore: an iuuatur beneficio, quæritur? Dicitur quod non.

m *Fidem veri*. i. ipsa rei veritate, non in fraudem accipientis.

n *Tota quantitas*. i. tota quantitas, quæ fœnori data fuit.

o *Patrum*. i. senatorum, sed iure ciuili, quo impediuntur donationes inter virum & vxorem, iuuaris: inquantum es pauperior, & ipse est locupletior, vt ff. de don. inter vir. & vx. l. 1. & l. si sponsus, §. circa.

p *Ignorauerit*. immo videtur ei iuuari, si creditor sciuit, vt ff. eo. l. Seia. §. fi. & a. quæ est contra. Solu. hic sciuit eam accipere, vt marito donaret: ibi vt se vel rem suã pro viro obligatam liberaret. Idẽ secus, vbi daret marito, cũ mulierem mandasse pro alio sciret: nam tunc iuuatur, vt & arg. contra. ff. eo. l. fi. §. si mulier vt ipsa, & l. si fideiussores, & l. quicquam. Vel dic q in Seia. eo animo accepit ab initio, vt solutam causam mariti, sine non: sed postea mutauit voluntatem secundum M. vel refert scientiam ad illam intercessionem, quam fecit patiẽndo virum obligare rem suam, quæ est intercessio: Hanc vltimam sententiam ad mutuum facit, vt supra eodem, l. si sine. hic autem ad mutuum factum mulieri. Vel ibi fuit fraus facta Senatusconsulto: quia cum iussionẽ te fideiuberet pro marito, creditor maluit mulieri dare pecuniam, omnia, vt ff. eod. l. quamuis, §. si cum essem, & l. quidam. hic Doctor. & Bar. hic. hic non fuit hæc fraus.

Mulierem. CASVS. Mulier fideiubens pro alio non tenetur: an autem fideiussor eius, si primo fideiussit, & de illa fideiussione fideiussorem dedit, & teneatur quæritur? Respond. quod non, sed si ei successit, pro quo intercessit non iuuatur.

a *Posse intercedere*. cum effectu.

b *Fideiussorem*. etiã si animo donãdi intercesserit, vt ff. eo. l. si mulier, 3. §. si ab ea. Accur.

c *Marito*. pro quo intercessit.

d *Non extitit*. si autẽ extitit, aut intercesserat sic à principio, vel ex postfacto quod principaliter tenebatur, & tunc tenetur, & exceptioné amittit, vt ff. de sol. l. Stichũ, §. adito. aut accessorie, & tũc tollitur accessoria, & remanet principalis, vt ff. de fideiussori. l. generaliter, in prin.

1 † Fideiussores.

Si vxor. CASVS. Mulier volebat intercedere pro marito suo, creditore nolente eam recipere: mãdauit Titio, ut pro ea fideiuberet, & fideiussit, an tenetur, quæritur? Dicitur, quod non, sed ei cõuento dabitur exceptio Velleia.

e *Securitas*. vt ff. eo. l. si mulier 3. § fi. & l. si fideiussores.

2 † Adhi-ges ab.

3 † Cohæsit

Si mulier. CASVS Tenetur mihi Titius in 10. animo nouandi accepi mulierem, quæ recepit obligationé: an iuuetur p Senatusc. Dr. q sic, sed an in ueterem debitoré mihi detur actio, quæritur? Dicitur, quod sic.

f *Suscepit*. animo nouãdi vel ab initio, ut s. e. l. Senatuscõsulti.

g *Rescissoria actio*. i. restitutoria datur, quæ s. prius dabatur. Vel institoria, idest quæ erant danda, vt ff. eod. l. quamuis, §. quoties, §. si mulieri hæres, §. si cũ essem, & hoc verum est, etiam si creditor sciuit mulierem non teneri, non tamen eam decepit, vt ff. eo. l. quidam, & de fideiuss. l. si Titius. Item est verum etiam sub conditione ea obligatam etiam interim hac actione agitur, ut ff. eo. l. aliquando, §. fi.

Ijdem AA. & CC. Basilissæ.

LEX XIIII.

MVlierem contra Senatusconsulti Velleiani auctoritatem non posse intercedere,[a] eademque exceptione fideiussorem [b] 1 † eius vti posse, iuris auctoritas probat Vnde si mater tua marito[c] quondam suo hæres non extitit,[d] satis idoneæ exceptionis remedio tuta est. PP. 8. Cal. Apr. Byzãtij. CC. Coss.

Qui mandato mulieris pro alio promittit, ab ipso initio efficaciter non tenetur, hoc dicit, Bal.

Ijdẽ AA. & CC. Agrippino.

LEX XV.

j SI vxor pro marito contra Senatusconsultũ intercessura te rogauit mandatario nomine, vt pro ea tuã fidem obstringeres:[2] † initio contractus per exceptionis auxilium obligationi tuæ adhæsit[3] † securitas,[e] qua conuentus defendi potes, PP. 18. Cal. Iun. Sirmij. CC. Coss.

Muliere subducta, datur in antiquum debitorem rescissoria, Bald. Vel sic: Si mulier alienam obligationẽ in se transtulit animo nouandi, creditori contra debitorẽ restituitur vtilis actio prima, sicut supra eo. l. si paternam, in fi. Pau. de Cast.

Ijdem AA. & CC. Rufino.

LEX XVI.

SI mulier alienam suscepit[f] obligationem, cum ei per exceptionem Velleiani Senatusconsulti succurratur creditori contra priores debitores rescissoria[g] actio datur PP. 17. Calend. Febr. Sirmij, CC. Coss.

Si cum. CASVS. Callistratus accepit pecuniam mutuo, & inde factum est instrũm, quòd uxor sua non ipse accepit mutuam pecuniam: an mulier iuuet? Rñ. quod cessante exceptione Velle. magis respiciendũ est, qđ actũ est, q. quod scriptum est, & ita vir tenetur, vxor vero non tenebitur.

h *Eam*. i. vxorem, quæ ipso iure tuta est, quia non est recurrendum ad extraordinarium iudicium, ut ff. de minis. l. in causæ, 2. in princ.

i *Simulata*.] vt supra plus vale quod agitur, & c. l. r. & l. acta, & l. si quis.

Si nomen vxoris simulatè est appositum in instrumento loco viri: obligatio est ipso iure nulla ratione simulationis: vnde non est hic locus exceptioni Velleiani, sed nullitati ipso iure, Bal.

Ijdem AA. & CC. Alexãdro.[4] † & alijs.

LEX XVII.

SI cũ pater vester à Callistrato mutuam sumpsisset pecuniam, velut hanc eius vxor accepisset,[5] † instrumentum[6] † conscriptum est, nec ad exceptionis tractatum ex Senatusconsulto venientem peruenire necesse est, cũ eã[h] veritatis substantia constituta potius,[7] † quam simulata[i] gesta tuetur. 3. Id. Mart. CC. Coss.

Mulieri creditorem decipienti non datur exceptio Velleiani, Pau. de Cast.

Ijdem AA. & CC. Zotico.

LEX XVIII.

FOeminis alienas, vel veteres,[k] vel nouas obligationes aliqua ratione suscipientibus, subuenitur, nisi[l] creditor aliqua ratione per mulierem deceptus sit,[m] nã tunc replicatione doli, Senatusconsulti exceptionem remoueri, constitutum[8] † est. D. 5. Id. Nouembr. Antiochiæ. CC. Coss.

Mulier etiã si in eius persona obligatio sumat exordiũ iuuatur beneficio Velleiani. Baldus vel sic: Mulier iuuatur, Velleiano, si creditor potius eligat cũ ea contrahere, quam cum masculo, Sa.

Ijdem AA. & CC. Faustinę.

LEX XIX.

CVm ad eas etiã obligationes,[n] quę ex mulieris

Foeminis. CASVS Si mulier animo nouãdi transferat in se obligationem, quatenus Titius tenebatur Seio: sibi succurritur, nisi Seiũ decepisset, quo casu si ipsa excipiat de Velleiano, replicabit Seius de dolo.

k *Veteres*. per nouationé transferẽdo in se veterem obligationẽ, vel paciẽdo se delegari, ut ff. de noua. l. delegare, j. & ff. de solu. l. solutionem, vel dic ueteres fideiubendo, constituendo vel etiã mando, vt ff. mãd. l. si vero non remunerandi, §. si post creditam. Itẽ qđ subijcit nouas, puta cũ erat contracturus cũ alio creditor elegit mulierem in fraudẽ Senatusc. vt inf. pro. xi, & in primo casu datur restitutoria: in secundo institoria, idest actio, quæ in creditore dabatur vel erat danda, vt ff. eo. l. quãuis, §. si cum essem, & §. quoties.

l *Nisi creditor*. ut & ff. eod. l. 2. & de reg. iuris, l. in eo quod plus §. fin & de exceptio. dol. apud Celsum, §. Marcellus, in fin. §. uel nisi similis sit casus, vt dices infra eo. l. fi.

m *Deceptus sit*. q. a deceptis & nõ decipientibus iura subueniũt vt ff. eo. l. 2. Sed & si uterque sciuit, nõ dico cessare Senatusc. vt quidam dicunt: quia non uidetur celatus, & ut ff. de act. emp. l. 1. §. fi. H.

4 † Alexandræ.

5 † Suscepisset.

6 † Instrumento.

7 † Potior à

Cvm ad eas. CASVS. Si fideiubeat mulier, etiam quando per calliditatem creditoris obligat se, non tenetur, uerbi gratia creditor alicui masculo pecuniam mutuare proponebat, & fœmina pro masculo debebat intercedere, postea noluit eũ accipere pro fideiussore, sed fecit, q mulier constituit se ream & principalem debitricem, quamuis alius pecuniam reciperet, an iuuetur, quæritur dicitur quod sic.

8 † A. Pio & Seuero l. 2. ff. eo. Deceptis subueniendum est.

n *Etiam obligationes*. non solum ad eas, quando intercedit in ueterem, ut sup. eo. l. si natus.

Reptum.

a *Perpetuo.*] i. g[e]n[er]ali.
b *Defendi potes.*] scilicet tu mulier, vt ff. eo. l. quamuis. alias l. non putans, §. si cum essem. Accurs.

H*Aeredes.*] CASVS. Non solũ mulier, si intercessit, iuuatur, sed & eius hæredes.
c *Dubium.*] apud sapientes.
d *Dubium non est.*] & ideò restitutoria datur similirer in hęredes, vt ff. eod. l. hæ actiones. sed videtur exceptionem nõ dari hæredi, cum persona facit locũ beneficio, vt ff. de reg. iur. l. in omnibus, 3. sed hoc speciale. Vel aliter s hoc non est speciale, quia istud beneficiũ est reale: & ideò trãsfertur cũ re. & q[uo]d sit reale dicit l. ff. de excep. l. exceptiones. 2.

1 † Potest.

a Ad intellectum huius gl. vide glos. & ibi scribẽtes in cap. priuilegiũ personale, libro 6. de reg. iur.

Exceptio Velleiani realis est.

I*Vbemus.* CASVS. Certum est, quòd mulier habet omnia bona mariti tacitè obligata pro dote sua: pone ergo, quod aliquis vult contrahere cum marito alicuius mulieris, sed dubitat contrahere: quia sunt omnia bona sua tacitè obligata mulieri. an ipsa possit renunciare iuri hypothecę vel pignoris, quæritur? Respõ. quod sic. sed tamen si renunciatur in vno contractu, vel duobus etiam verbis generalibus, non debet hæc renunciatio trahi ad alias p[er]sonas, nec ad alias res, vel alios contractus, nisi de quibus actum est. & hæc quæ dicta sunt, locum habent in contractibus futuris, & præteritis nondum sopitis.

* Intel. huius l. vide per Vbert. Zuchar. in l. 1. C. de pact. num. 135.

2 † Renunciari.

* Concor. gl. 1. post mediũ, in verb. sicut potes videre in simili. in cap. si diligenti. de foro compet.

Generalitas trahitur ad ea tantum de quibus est cogitatũ.

e *Certis personis.*] cõtrahentib. cum viro.
f *Custodiri.*] vt & habes i. eod. l. etiam.
g *Coarctetur.*] argu. cõtra generalitatem, vt non trahatur, nisi ad ea specialia, de quibus est cogitatũ, vt ff. de trãsact. l. cum Aquiliana, & l. qui cum tutoribus, & i. de transact. l. si certa. & ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. Pau. in princ.
h *Prætendentibus.*] s. contrahentibus.

S*Iue.* CASVS. Lex antiqua dicit, qua

persona calliditate creditoris sumpserunt primordiũ, decretum Patrum, quod de intercessione fęminarum factum est, pertinere edicto perpetuo [a] declaratur: si tamen creditor, qui cõtrahere cũ alio proposuerat, mulieris personã elegit, exceptione contra petitores secundũ ea, quæ asseueras, defendi potes. [b] 1 † Dat. 18. Cal. Ianuar. Nicomediæ, CC. Coss.

Exceptio Velleiani transmittitur ad hæredem. hoc d. Bald. & Salyc.

Ijdem AA. & CC. Theodotiano.

LEX XX.

HÆredes quoque mulieris aduersus creditores eadẽ exceptione, quæ ex Senatusconsulto introducta est, vti posse dubium [c] non est. [d] Dat. 9. Calen. Ian. ipsis CC. Coss.

Generalis renunciatio restringitur ad contractum, super quo interponitur. Bald.

Imp. Anastasius A. Celeri magistro officiorum.

LEX XXI.

IVbemus,* licere mulieribus, & pro vno contractu, vel certis contractibus, seu pro vna, vel certis p[er]sonis [e] seu rebus, iuri hypothecarũ sibi competenti per consensum propriũ renunciare, 2 †* quodque ita gestum sit, hac auctoritate nostra firmũ, illibatumq; custodiri: [f] ita tamen, vt & si generaliter tali renũciatione pro vno (vt dictũ est) contractu, seu certis contractibus, vel ad vnã, vel ad certas res, seu personas consensum propriũ accommodantes visæ sunt, vel fuerint, eadem renunciatio ad illos contractus, & illas res, seu personas, quibus consensum suum propriũ accommodauerunt, vel accõmodauerint, coarctetur: [g] nec alijs quibusdã contractibus, quibus minimè mulieres consenserunt, vel consenserint, prętendentibus [h] eam opponendi licẽtia prębeatur: ijs, scilicet omnibus, quę in præsenti per hanc consultissimã legem statuimus, ad prętéritos nihilominus cõtractus, pro negotijs, & controuersijs, necdum 3 † transactionibus, vel 4 † definitiuis sentẽtijs, seu alio legitimo modo sopitis, locum habituris. Dat. Cal. April. Anatolio, & Agagito Coss.

IN AVTHEN.

Vt immobilia ante nupt. dona. §. si quis igitur, collat. 5. constit. 14.

Alienationi, siue obligationi rei donatæ propter nuptias mulier consentire non potest, nisi certa forma hic expressa, & in casu, quo dos est salua futura, non obstante consensu, vel renunciatione. hoc primo. In dote autem nõ solum est dicta prohibitio, sed maior: quia non valeret renunciatio, etiam si dos non esset peritura. & hoc in re immobili. Tertio dicitur, quòd per hanc auth. non derogatur priuilegiis dotis: quia venit ad priuilegia amplianda, non minuenda. h. d. Salyc.

SIue à me,* siue ab alio pro me fiat donatio [i] p[ro]p[ter] nuptias, quod ex ea causa est immobile, [k] neque alienare valeo, neque [l] obligare. in hoc ergo cõtractu mulieris consensus nihil proficit, quo minus demus mulieri in rem actionem [m] in sponsalitia [n] largitate soluto matrimonio: nisi & secundo post biennium profiteatur, & aliæ res viro sint, ex quibus ei cõsuli possit. Absque his [o] enim neque si frequenter consentiat, lędetur: vir tamen obligabitur in alijs rebus suis, huius obligationis, seu alienationis occasione, quæ quantum ad mulierem pro non dicta, & pro non scripta habetur: & multo magis [p]* idem in dotibus locum habet, vt non aliquid

liter mulieri pręiudicatur, si renũciet iuri hypothecæ, q[uo]d habet in rebus mariti hæc auth. addit, q[uo]d aliquã præiudicat sibi de dominio alicuius rei sibi donatę. pone q[uo]d ego, vel alius pro me, dedit nomine sponsalitię largi. spõsę meæ fundum: quæritur, an illud prædiũ possem alienare? Dicit, quod non. & si mulier consentiat: quia si alieno, habebit rei vend. sol. mat. vel me ad inopiam vergẽte. Si verò mulier post bienniũ consentit alienationi, quam habet ratam, sibi pręiudicat, si habeam alias res, ex quibus satisfiat ei pro prædio illo, si non habeã, non præiudicatur ei, ego autẽ obligor illis, qui mecum contrahunt. hoc in donatione, nõ ita in dote. ideò enim priuilegia dotis manẽt integra: quia dos alienari non potest. Viuianus.

3 † Necnõ & rectius.
4 † Et.

i *Donatio.*] supple & pactum de ea lucranda, alias male diceret statim ita dari mulieri rei vendicationem sol. mat. cum deberet redire ad virum, vt dos ad mulierem, vt i. de pactis conuent. auth. æqualitas.

Donatio p[ro]pter nuptias est in dominio vxoris.

* Concor. cũ hac authen. glos. sup[er] verbo alienat. in c. ex parte vestra, extra de rescrip.

k *Immobile.*] in rebus vxoris mobilibus stabo iuri veteri.
l *Neque obligare.*] cũ mulieri est obligatũ pro dote, vel verius, imò est eius dominium, sicut dotis dominium est viri: & ideò dabit statim actionem in rem.

Sponsalitia largitas, quę di[ci]tur.

m *In rem actionem.*] quę datur iure dominij. vel posset dici hypothecaria. prima placet.
n *In sponsalitia.*] i. in donatione p[ro]pter nuptias. sicut patet in Authẽ. vt spon. larg. specialis, &c. colla. 9. propriè autẽ dicitur ea, quæ fit ante matrimonium, quæ valet, sicut quælibet simplex donatio, vt & supra, si aduersus donationem, l. 1. Accur.
o* *His.*] i. nisi hi duo sint scilicet quod sint aliæ res, & secundus consensus, vt infrà eod. l. si mulier.
p *Et multo magis.*]

* Quidam hæc verba referũt ad alienationem dotis quasi nullo iure possit dos alienari, & malè. Hoc tantum innuit, maiorem esse causã prohibendæ alienationis dotis, quam propter nuptias donationis, vide Cuiac. ad Nouel. 61. in fine. Gothof.

Hæc referũt quidam ad omnia prędicta. & sic etiam dos poterit alienari inæstimata. ſm hunc modum, ꝙ non placet: quia malè diceret, & multò potius, &c. Dic ergo ſm Ioan. vt referatur ad id tantum, quod dixit de prohibenda alienatione, non ad id quod de permittẽda. in dote ergo etsi millies consentiat, & post tempora, non præiudicat sibi, vt Instit. quib. ali. licet, in prin. Alij dicunt, vt Iac. quòd loquitur hæc clausula de rebus immobilib. datis in dotem æstimatis: q̃ licet possunt quantum ad proprietatem alienari: quia maritus est dominus rei dotalis: remanent tamen obligatę mulieri. Vel intelligitur de rebus mobilibus datis in dotem inæstimatis, q̃ seruari possunt, vt seruus; aliud in ijs, quæ non possunt seruari, quæ sine huiusmodi solemnitate alienantur, vt ff. de iure dot. l. res in dotem datæ.

a *Immobile*. hoc verbum non est in correctum nõ pote.

b *Pro ea*.] & ea viuente; si autem esset mortua, hæc priuilegia nõ transirent ad extraneos hæredes, sed ad suos, vt ff. sol. matr. l. etiam. & j. de priui. dot. l. vna. & j. qui pot. in pign. hab. l. vlt. & in corp. vnde hæc sumitur, in fine.

SI mulier. CASVS. Mulier 25. ann. fideiussit pro me: post ea intra bienniũ confirmauit suã fideiussionem, quia dedit creditori aliquod pignus: vel fecit instrumẽtum, quæritur, an per talem consensum sibi prędicet? Dicitur, quod non. Sed si post biennium dedisset creditori, benè teneretur.

c *Perfectæ ætatis*. 25. ann. vt j. de his qui ven. æta. l. fin.

d *Vel cautionem*. nomine cautionis intelligitur nuda promissio, j. de verb. signif. l. sancimus.

e *Inciderit*.] vt ff. de minor. l. 3. §. scio.

f *Cautione*.] plus ergo duæ confessiones operãtur quàm vna, vt & j. de plus petit. l. 1. in fi. & j. de præscript. 30. ann. l. cum notissimi, §. sed & si quis. & j. titu. 1. l. in contractibus, §. 1.

r Ratio est, quia tales res dicuntur consumptibiles, in quo præsumptione iuris in eas dominium pe- ... fisse. glo. 1. in l. 1. C. si aduers. vsucap. ꝙ benè no.

1 † Al. his notis () inclusa desunt.

immobile [a] pro ea [b] alienetur, vel obligetur: omnibus tamen priuilegijs doti datis, in sua firmitate durantibus, siue agat mulier, siue nomine eius alius.

Secunda intercessio mulieris post biennium facta, aufert mulieri beneficium Velleiani. hoc dicit Baldus, & Salyc.

Imp. Iustinianus A. Iuliano PP.

LEX XXII.

ij SI mulier perfectæ [c] ætatis constituta, post intercessionem, vel cautionem [d] conscripserit, vel pignus aut intercessorem præstiterit, sancimus antiqua legum varietate cessante, siquidem intra biennale iuge tempus post priorẽ cautionem numerandum, pro eadem causa fecerit cautionem, vel pignus, aut intercessorem dederit, nihil sibi præiudicare, quòd adhuc ex consequentia suæ fragilitatis in secundam iacturam inciderit. [e]

¶ Sin autem post biennium hæc fecerit: sibi imputet, si quòd sæpius cogitare poterat & euitare, non fecit, sed vltro firmauit. Videtur etenim ex huiusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se obligare, sed pro sua causa aliquid agere, & tamen secunda cautione [f] sese obnoxiam facere, (in quãtum 1 † hoc fecit,) quàm pignus, aut intercessorem vtiliter dare.

IN AVTHEN.

Vt nulli iud. lic. ha. loci sernua. § illud, coll. 9. const. 9.

Mulier consentiens obligationi viri, vel se aut rem suam obligans, ipso iure sibi non præiudicat, nisi quatenus probetur in rem eius versum. h. d. Bald.

SI qua mulier crediti instrumento cõsentiat proprio viro, aut scribat, & propriam substantiam aut seipsam obligatam faciat: iubemus hoc nullatenus [g] valere: siue semel, siue multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat: siue priuatum, siue publicum sit debitum: sed ita esse, ac si neque factum quicquam, neque scriptum esset: nisi manifestè probetur, quod pecuniæ in propriã ipsius mulieris vtilitatem expensæ sint. *

Mulier fideiubens non gratis, sed aliquo recepto, non iuuatur beneficio Velleiani, sed efficaciter obligatur: quia non videtur intercessisse ex leuitate, vel fragilitate sexus, sed pro præmio consequendo. hoc dicit primo. Et si hoc continetur in instrumento publico subscripto à tribus testibus, statur suæ confessioni absque alia probatione. Aliquo autem istorum deficiente, non excluditur à beneficio Velleiani, nisi efficaciter probetur, quòd precium, vel præmium receperit aliter, quàm per eius confessionem. hoc d. secundo. Et eo casu quo precium receperit: & sic excluditur à beneficio Velleiani, si intercessit transferendo in se obligationẽ animo nouandi: & sic est facta nouatio: quatenus tamen mulier non est soluendo, restituitur actio in pristinum debitorem. hoc tertio. Item quando non recepit precium, vel pecuniam, si non intercedit cum instrumento publico continente subscriptionem trium testium, ipso iure seruatur illæsa. si autem cum tali instrumento, iuuatur Velleiano: & omnes leges huius tituli tunc vindicant sibi locum. h. d. iste singularis lex, & vtilis inducens de nouo, quæ de iure veteri non erant inducta. Paul. de Cast.

SI qua] CASVS. In antiqua l. dictũ est, ꝙ post biennium consentiendo mulier sibi prędicat cõfirmando quod prius fecerat. aut ponit casũ, quando non præiudicat: & si pluribus vicibus approbet quod fecerat. pone ergo ꝙ Titius volebat alienare substantiam vxoris suæ, quod nihil est: imò loquitur in creditore, pro quo intercessit, & ea ipsa consensit in publico instrumento: an sibi prędicet, quęritur? Dicitur quòd non.

g *Nullatenus*.] ipso iure, etiam si iurauit, vt j. de legi. & const. l. nõ dubium. Et no. ꝙ argu. huius l. sumpserũt quidam auth. talem: sed hodie non tenetur, nisi probetur manifestè pecuniam in vtilitatem mulieris conuersam: & sic dicunt hodie non habere locum Velleianum*, quia aut nõ est versa, & non tenetur ipso iure: aut est versa, & ipso iure tenetur cum effectu. quod non placet, quia etiã per posteriorem Authen. de hęred. ab intest. §. ex his, colla. 9. renunciatur Velleiano, ergo locum habet. Est ergo quod hic dicit, speciale, cũ pro viro intercedit ea ratione, qua & donationes prohibitę sunt, scilicet de mutuo amore, &c. ff. de dona. inter vir. & vx. rem. l. 1. 2. & 3. in prin. vel secundum B. potest intelligi hæc authen. eo casu loqui, cum mulier in instrumento publicè confecto, & a tribus testib. subsignato confessa est se precium recepisse pro intercessione. olim enim tunc cessabat Velleianum, vt j. l. antiquæ. hodie non, vt hic, nisi probetur illud precium in vtilitatem eius esse versum. & sic in aliquo corrigitur l. antiquæ per auth. ...

* Nota exceptionẽ, quæ fallit in illis locis, in quibus mulier habet cõmunionẽ bonorum cum marito. tunc enim si quid vxor cum marito acceperit, præsumitur in rem suam vertere, aut saltem vertere debuisse. Gothof.

Velleianũ an hodie locum habeat.

ANtiqua. CASVS. Si mulier accepit pecuniam vt fideiuberet, non iuuatur. & hoc in prima. Sed si ostendatur publicum instrumentum tribus testibus subsignatum, in quo contineatur mulierem pro fideiussione pecuniam accepisse, instrumento stabitur, & hoc in secunda. Si verò sine scriptis, aut debet creditor probare mulierem accepisse pecuniam, & non iuuatur: aut si non probet, mulieri succurritur, & hoc in tertia. Si vero alicui mulieri inopi pecuniam dedi, vt pro me intercederet, & intercessit: si conueniatur à creditore, non iuuatur. Et si ab ea aliquid accipiat, potest residuum petere à me, & hoc in quarta. Si vero mulier velit se obligare pro alio, fideiubendo pro eo, non aliter tenetur, nisi intercedat in instrumento publicè confecto, & a tribus testib. subsignato, & hoc in quinta.

a *Retia*. idest dispositiones ex iure profectas.

b *Nodos*. i. per similitudinem.

c *Accipiens*. & hoc non negat.

d *Sed si quidem*. Si constet eam aliquid accepisse, non iuuatur, si vero de hoc dubium sit, sic probatur vt sequitur.

e *Esse credendum*. An admittatur probatio in cōtrarium? Respond. non, quia præsumptio est iuris & de iure, contra quam non recipitur probatio, 1 ut & inf. arbi. tut. l. fi. & supra tit. 1. l. fi. & sic non ob. infra de contrah. & commit. stip. l. optimam, & inf. tit. px. l. in contractibus, in prin. & supra de probat. l. cum precibus. & infra de dot. cau. non nu. l. fi. quæ sunt contra. Itē nec obest ei, quod dicit infra in ver. sin autem, super uer. repelli. nam ibi vult signari, hoc contra infra eo. § fin. quia ibi in primo dicto secundum B. nihil aliud, quare hic non potest probari contrarium, quia per huiusmodi confessionem à iure speciali creditur, à benefitio Velleiani, quod facilius quàm à cōmuni iure velit recedere, sicut erat in contrarijs legibus, vt in Auth. de non alien. § quia vero verisimile, in fine collat. 2. Alij dicunt, quod hoc euenit, quod non potest probari contrarium, quia teste subsignauerunt, secus si non subsignauerunt, ut in contrarijs. Tertij dicunt non probari contrarium scilicet per duos testes, cum & instrumentum vicem habeat duorum testium, vt supra de fi. instru. l. in exercēdis. sed per tres, vel per plures sic, vt in prijs, Acc.

f *Ostendere eam*. cum ipsa neget.

g *Auxilium*. Velleianū. l. sed hodie ipso iure sun. ill. eis, ut infra, eo. § ne autem.

h *Antiquam actionem*. quando nō est sublata, vel non nata tūc noui parit, ut ff. eo. l. quamuis, § quoties, & § fi. cū essent.

i *Eum*. debitorem.

k *Seruari* scilicet creditori.

l *Vel ei*. s. creditori.

m *Aliquis*. debitor.

n *Accepit* Et hoc cōstat Accur.

o *Ne autem*. Bulg. dicit hunc §. nihil innouare in his casibus, vbi Velleianum mulieribus olim nō succurrebat, sed ibi illis tūc, vel ab obligationib. eas eximebat in quibus nisi sic intercessio fiat in scriptis, seruantur ipso iure ill. eis, sed si fiat intercessio hoc modo, tūc ope exceptionis, & sic principium huius legis non corrigitur per hunc §. nec duos sequentes leges veterū, generaliter, quę post istā sunt. Sed M. dixit hūc §. generaliter loqui, cū dicat intercessione sic facta oia tracta quæ de intercessionib. cauta sunt ueteribus legib. vel nouis & sic nisi intercedat in instro publice cōfecto, & à trib. testib. sūsignato, ipso iure est tuta ēt in illis casib. vbi olim nō iuuabatur, & sic corrigit hic huius legis, principium, & debet esse hæc ultima in hoc ti. sm eū, ut sic duæ sequētes pro hic corrigant: si aūt intercedet sic, ut hic dicit, tūc in illis casibus ubi olim nō iuuabat, nec hodie iuuetur in quib. olim iuuabatur, & hodie iuuatur similiter, nō ipso iure, sed per exceptionē Velleiani. Prima opinio uerior est.

Idem A. Iuliano PP.
LEX XIII.

ANtiquæ iurisdictionis retia,[a] & difficillimos nodos[b] resoluentes, & super uacuas distinctiones exulare cupientes, sancimus mulierē, si intercesserit, siue ab initio, siue postea aliquid accipiēs,[c] vt sese īterponat, omnimodo teneri, & non posse senatuscō sulti Velleiani vti auxilio, siue per scripturam sese interposuerit. Sed si[d] quidem in ipso instrumento intercessionis dixerit sese aliquid accepisse, & sic ad intercessionē venisse & hoc instrumentum publicè confectum inueniatur, & à tribus testibus consignatum, * omnimodo esse credendum[e] eam pecunias, vel res accepisse, & non esse ei ad Senatusconsulti Velleiani auxiliū regressum. ¶ Sin autem sine scriptis intercesserit, vel instrumento non sic confecto, tunc si possit stipulator ostendere[f] eam accepisse pecunias, vel res, & sic subijsse obligationem, repelli eam à Senatusconsulti iuuamine. Sin verò hoc minimè fuerit ab eo approbatum, tūc mulieri superesse auxilium,[g] & antiquam[h] actionem aduersus eū[i] seruari,[k] pro quo mulier intercessit, vel ei[l] actionem parari.[1]

Mulier quæ pro fide iubēdo aliquid accipit, in se obligationem alterius animo nouandi transferendo, primo debet excuti: & quatenus non est soluendo, restituitur actio contra veterem debitorem, h. d. & iste casus non reperitur alibi, Bal. & Salic.

¶ Sed si minus idoneę mulieri constitutæ aliquis[m] pecunias vel res dederit, vt pro eo se obligaret, mulieri quidem quæ re vera hæc accepit,[n] nullus pateat aditus ad senatusconsulti auctoritatē: creditori aūt liceat aduersus eā venire, & quod pōt ab ea exigere, & in reliquū, antiquum debitorē aggredi, vel in partē, si aliquid à muliere possit accipere, vel in totū, si ea penitus inopia fatigetur.

Iste § est valde no. & h. d. Mulier in instrumento publico à tribus testibus subscripto intercedens obligatur, tamen valet beneficium Velleiani in casibus, in quibus dictum beneficiū loquitur, sed si omissa hac forma intercedit, ipso iure non obligatur, hoc dicit, Bal.

¶ Ne autem[o] mulieres perperā sese pro alijs interponant: sancimus, nō aliter in tali eas cōtractu posse pro alijs se obligare, nisi instro publicè confecto, & a trib. testib. subsignato, accipiant hoīes à muliere pro alijs confessionē, tunc etenim tātūmodo eas obligari, & sic oia tractari, quæ de intercessionib. fœminarum, vel veterib. legibus, cauta, vel ab Imperiali auctoritate introducta sunt. Sin aūt extra eandē obseruationē mulieres acceperint[2] † intercedentes, pro nihilo hēatur huiusmodi scriptura, vel sine scriptis obligatio, tanquā nec confecta, nec penitus scripta, vt nec Senatusconsulti auxilium imploretur, sed sit libera & absoluta, quasi penitus nullo in eadē causa subsecuto.

Mulier intercedens pro libertate tenetur efficaciter libertatem fouere, & est speciale, h. d. Bal. vel sic: Fauor libertatis facit cessare Velleianum, h. d. Vel sic: Mulier intercedens pro seruo vt consequatur libertatem, non iuuatur Velleiano h. d: Sal.

* Cōsignatum, quod hic dī de subscriptione testium, non est hodie in usu, nā sufficit, quod notarius attestetur de interuētu ipsorū, sm Pa. Castren.

1 Admittitū in priū per cōfessionē patris, ut in auth. sed iā necesse, inf. de do. ante nupt. & Bar. hic 1 † Part.

2 † Susceperint.

2 Et eā sequtur B. hic.

V*Eterum*. CASVS. Seruus tuus promisit tibi centum, vt eum manumitteres: mulier fideiussit pro eo an iuuetur, quæritur? Dr ꝙ non, hoc est fauore libertatis.

a *Tacere impetrantes*. fauore libertatis, vt & arg. ff. eodem, l. aliquando, in princip. & ad hoc supra, an seruus ex suo fac. l. promissa.

Idem A. Iuliano PP.

LEX XXIIII.

VEterum ambiguitatem decidẽtes, sancimus, si quis vt seruo suo manumissionem imponat, mulierẽ acceperit, obnoxiam sese pro certa quantitate facientem, si in [1] † libertatem seruũ perduxerit, [2] † siue principaliter mulier sese obligauit, siue pro seruo hoc fecit, teneri eã rectè omnimodo, senatuscõsultum Velleianum in hoc casu tacere impetrantes.[a] Satis etenim acerbũ est, & pietatis rationi contrarium, dominũ serui qui credidit mulieri, siue soli, siue post serui promissionem, [3] † & libertatem seruo imponere, & suũ famulum perdere,[b] ea minimè accipere, quib. fretus ad huiusmodi venit libertatem.

Si maior ætate masculus, vel fœmina dotem pro muliere promiserit, Velleianũ cessabit, h. d. Sal. Vel sic: Mulier intercedens pro dote, etiã nudo pacto efficaciter obligatur, h. d. Vel sic: Dotis fauore cessat Velleianum, h. d.

Idem A. ad populum vrbis Constantinopolitanæ & vniuersos prouinciales.

LEX XXV.

GEneraliter sancimus, vt si quis maior vigintiquinque annis, siue masculus, siue fœmina dotem pollicitus sit, vel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est, omnimodo compellatur suam confessionem adimplere; neque enim ferendum est, quasi casu fortuito interueniente mulierem fieri indotatam, & sic à viro forsitan repelli, & distrahi matrimonium. Cũ enim scimus fauore dotium, & antiquos iuris conditores seueritatem legis sæpius mollire,[c] merito & nos ad huiusmodi venimus sanctionem. Nam si spontanea voluntate ab initio literal itatem suam ostẽdit, necesse est eum, vel eam suis promissionibus satis facere,[d] vt quod ab initio sponte scriptum, aut in pollicitationem deductum est, hoc ab inuitis postea compleatur, omni auctoritate Velleiani Senatusconsulti in hac causa cessante.[e]

b *Perdere*. sic ff. de actio. emp. l. emptorem, §. fi.

G*Eneraliter*. CASVS. Si masculus, vel fœmina pro aliqua promisit dotẽ mulier promittens, an iuuetur, quæritur? Dr, quòd non. & hoc in fauorẽ dotis.

c *Sæpius mollire*. vt nudo pacto oriatur actio, vt inf. de don. promiss. l. ad exactionem. Itẽ in tacita stipulatione, & tacita hypotheca, vt infra de rei vxo. actio. §. 1. & §. ij. Item vt in ea præferatur alijs creditoribus, vt infra q. po. in pig. hab. l. fi.

d *Satis facere*. sicut enim, &c. vt sup. de act. & obl. l. sicut.

e *Cessante*. cessat ergo Velleianum fauore dotis, vt hic, & supra eod. l. si dotare. Item libertatis, vt supra l. proxim. Item si renunciet, ut ff. eod. l. fin. §. pen. 1 Item si accipiat precium pro intercessione, vt sup. l. antiquæ. Item si decipiat, vt ff. eodem, l. si decipiendi. Item si secundo caueatur, vt supra eo. l. si mulier, 2. vnde versus.

Casibus in senis mulier spondendo tenetur

Pro libertate, pro dote renunciet: & si decipiat, precium capiat, caue atq; scdo.

Item septimus, si in rem suam, vt ff. eod. l. si aliqñ, in prin. & supra eo. l. 2. in fi. idẽ si succedat ei, pro quo intercessit, ut ff. eo. l. quamuis, §. planè si mihi. Potest addi & nonus, vt si mulier intercessit pro me in decem, & solui ei prædicta decem: nam si conueniatur ex fideiussione, non opponet exceptionem, vt ff. eod. l. si mulier contra Senatusconsultum Velleianum pro me.

1 † alias si ad.

2 † al. produxerit.

3 † Siue & serui promissione.

1 Hoc intellige uerum de consuetudine de iure vero non potest mulier renunciare Velleiano, quia eo ipso quod renũciat, decipitur, vt l. doli, §. di uersum, ff. de nouat. & l. interdum, ff. de min. non ob. l. fin. in §. pe. ff. eo. quia ẽ speciale in renunciatione facta in iudicio, ita dicunt cõiter Doct. hic, & in d. §. pen.

TITVLVS XXX.

De non [*] numerata pecunia.

Creditor non præsumitur numerasse, nisi probet, siue pignoratitia conueniatur, siue hypothecaria agat, h. d. Bal. & Salic.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Hilario.[4]

LEX PRIMA.

SI pecuniam tibi non esse numeratã, atq; ideo frustra[f] cautionem[g] emissam asseris,[h] & pignus datum[i] probaturus es, in rem[k]

DE NON NVMERATA PECVNIA.

Superiorib. senatusconsultis subuenit ciuiliter,[a] & naturaliter obligatis ratione speciali, hic ciuiliter tñ obligatis succurritur ratione naturali. Et no. quod non numerata pecunia dr etiam respectu creditoris vt infra eo. l. in cõtrib. 2.

a Sequitur eam Pa. & Bar. Sal. & cõiter Modern. i l. cum quis sup. de iu. & fac. ign.

S*I pecuniam*. CASVS. Obligaui me Titio in instrumento spe futuræ numerationis: feci instrumentum de reddenda pecunia, & pignora dedi, vel obligaui. Titius non numerat, unde volo pignus repetere, an possim, quæritur? Dicitur quod sic, si probem me pignus dedisse, cum creditor negat pignus datum, & pecuniam mihi numeratam non fuisse, quod probatur eo ipso, quòd non probatur contrarium, & hoc in primo. Si vero creditor confiteatur, pignus datum, & pecuniam esse creditam, oportet ꝙ probet pecuniam fuisse numeratam, si vult agere aduersus me debitorem possidentem pignus hypothecaria, & hoc in tertia.

f *Frustra* bene dicit frustra quia licet ciuiliter obligetur, habet tamen exceptionem, ut infra l. in cõtractibus, in princ. etiam si promiserit, vt inf. eod. l. cum vltra.

g *Cautionem*. i. simplicem promissionẽ.

h *Asseris*. i. assertiuẽ dicas. Vel dic, asseris. i. pbas, quod est eo ipso, quod non probetur contrarium, nam creditori incumbit onus probandi, quod numerauit, ut inf. eo. l. ex cautione, ut & supra de prob. l. j. similis probatio est. infra qui mi. non poss. l. si per seruis lib. 12. & ff. de iu. do. l. docemus, primo.

i *Datum*. idest, traditum.

k *In rem*. s. pignoratitia propter rẽ, ut ff. de pign. act. l. solutũ, §. si quasi. Et ideo bene sufficit probari pignus datum, ut hic dicit, nam datur pignus ex contractu: & hoc secundum nos. Alij dicunt in rem, id est rei vendicatione, sed secundum eos præsens possessio deberet probari, & dominium, vt & supra l. 2. de alie. iudic. leg. 1. Sed dic, quod creditor non obijciebat quæstionem de domino, sed ideo se defendebat, secundum eos, quia non erat pignus sibi datum, ut dicebat. Tertij, ut H. dicunt, quòd agit rei vendicatione, & sufficit probare traditionem, quia possessor non potest de dominio quæstionem referre, cum casum habuit a petente, ut & hoc dixi supra de pignorat. actio. leg. nec creditores. Quarti dicunt, quod quis præsumitur possidere, quia aliquando possedit, sicut in dominio, supra de probatio. leg. siue possidetis. nisi probet se perdidisse creditor rationibus manifestis, ut supra de pignor. actio. leg. si creditor. sed si probat debitor pignus datum pro centum, non uidetur, quod possit recuperare, nisi ea soluat, sicut & qui iurauit, ut ff. de iureiurando, leg. si duo. §. Marcellus. Item quomodo probat contra se? Respondetur, 3 probat non pro data, sed pro danda pecunia. & sic non obstant prædictæ oppositiones.

* 13. Eclo. 1. 2. Harmenop.

4 † al. Himeloro, al. Hẽrare.

3 Istam. gl. sequuntur Bal. & Sa.

Experiri,

a *Experiri.*] idest vendicare, vel aliter in rem, idest, ad rem.

b *Intentio.*]' bene dico, si negetur pignus datum, te probare debere illud datum, & pecuniam non numeratam. etenim si creditor pignus datum confiteatur, sed pecuniam non esse redditam, oportet ipsum probare pecuniā numeratam. & hoc dicit, nam, &c. & dic intētio, idest, exceptio dati pignoris opposita a creditore. qui enim excipit, agit, vel intendit, vt ff. de excep. l. 1.

c *Nec numerata pecunia.*] idest non redditæ pecuniæ.

d *Si te.*] scilicet debitore.

e *Agere cœperit.*] actione hypothecaria. & habes hoc de verbo ad verbum. inf. si pign. con. nu. pecu. secu. non fue. l. 1. Accursius.

MInorem.] CASVS. Volebam à te mutuo accipere viginti, numerasti decē, & spe futuræ numerationis aliorum decē cōfessus sui me debere viginti, non numerasti. qualiter mihi succurratur, quæritur? Respō. quod si probem te nō numerasse integra 20. quod probabitur, nisi probetur contrarium: ad x. quæ accepi sola, & ad vsuras in stipulatum deductas tātum teneor.

experiri[a] potes. Nam intentio[b] dati pignoris, hæc numeratæ pecuniæ, [c] nō aliter tenebit, quā si de fide debiti cōstiterit. Eadēq; ratione veritas seruetur, si te[d] possidēte pignus, aduersarius tuus agere cœperit.[e] PP. Cal. Septemb. Laler. & Rufino Coss.

Exceptio non numeratæ pecuniæ opposita respectu partis, idem operatur quo ad partem. Item si opponeretur respectu totius ad totum. h. d. not. Bal. Vel sic: Exceptio non numeratæ pecuniæ sicut potest opponi pro tota quantitate confessata, & non numerata, ita pro parte non numerata. Pau.

Imp. Antoninus A. Maturio.

LEX II.

MInorem[f] pecuniam te accepisse, & maiorē* cautionem interposuisse, si apud eum, qui super ea re cognitururs est constiterit,[g] nihil vltra, quam accepisti, cū vsuris in stipulatum deductis, restituere te iubebit.

* Maioris.

Reus conuentus ex cautione mutui confessati opponens actori exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel doli, definitiuè debet absolui, actore non probāte numerationē. Bal. vel sic: Si creditori agenti opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ: creditor debet probare numerationem, alias reus absoluetur. Salic.

Idem A. Demetrio.[1] †

† al. Demetriæ.

LEX III.

SI ex cautione[h] tua, licet hypotheca data, cōueniri cœperis exceptione opposita, seu doli,[i] seu non numeratæ pecuniæ,[k] cōpellitur petitor probare[l] pecuniā tibi esse numeratam: quo non impleto, absolutio sequetur.[m]

vsque ad biennium', non vltra nisi antea esset contestata exceptio, vt infra eod. l. in contractibus. in prin. & §. omni. & loquitur hæc lex in mutuo tantum: aliis statim præiudicat sibi debitor, vt infra eod. l. generaliter. Sed qualis erat hæc cautio? non videtur loqui in priuata: quia hęc nihil probat, vt sup. de probat. l. instrumēta, nec de publica: quia illa plenè probat, nec potest excipi, vt supr. titu. prxi. l. antiquæ, & inf. arbi. tu. l. si. Sed dic loqui in priuata debitoris, vt insti. de litera. obl. §. 1. secus si alius scribat me debere, vt d. l. instrumenta. Vel non erat ibi causa. Item & in publica potest loqui, si ibi dicat, confessus est se accepisse. secus si dicat, accepit: nam tūc plenè ꝓbat: sed hoc nō debet scribere notarius, nisi sit pecunia in præsenti. nec ob. d. l. antiquæ. quia ibi reeditur à beneficio speciali, nec illa inf. arb. tu. l. si. qa ibi speciale. Itē nec ob. inf. eod. l. in cōtractib. im princ. vbi dicit in instrumento datam esse, &c. quia ibi erat priuatū. Vel expone, vt ibi dices. Sed & si dicat sic, accepit, & est publicū instrumentum: potest contra probari, sicut contra aliā publicam scripturā, per tres vel per plures testes, vt sup. de prob. l. cum precib. & ✝. de contrahen. & commit. stipulat. l. optimam in fine. Sed si renūciauerit exceptioni non numeratę pecunię, nonne & tunc pōt opponi? Respondetur secundum quosdam sic, doli exceptio. & interrogabitur creditor an numerauit, & si dixerit non, siue ei probatur, videtur esse in dolo, qui ei non potuit remitti per renunciationem, antequam fuit commissus dolus. vt ff. de pact. l. si vnus. §. illud. & illud. & l. iurisgentium §. sin autē. & de tribu. l. primo. Duo enim sunt, quæ debitori dantur, scilicet exceptio, & quod onus probandi sibi non imponitur, cum ergo renunciat, huic oneri renunciare videtur, ne nihil renunciatio operetur. Item pro hoc ff. de offi. præsi. l. illicitas, in princ. Item pro hoc, quia quantumcunque renunciat, facit sub spe numerationis. quod secus est, cum Velleiano vel alijs exceptionib. renunciatur. Item idem dicas post biennium, vt exceptio doli habeat locum. Item pro hoc, quia datur condictio sine causa ad cautionem vsq; ad 30. ann. vt ✝. e. l. si quasi ergo multo magis exceptio, vt ff. de superfi. l. 1. quod autem ait. Item ad duo tenetur creditor intra biennium, scilicet ad liberandum & ad restituendum chyrographum. nō ergo temporis cursu liberatur. vt ff. de actio. & obli. l. obligationum fere. §. placet. Alij, vt Azo. dicunt ex toto præiudicare, vt ff. de pact. lege, iurisgentium. §. ait prætor, & §. sed & si quis. & quod dicitur de condictione, dicitur eam dari post biennium quasi iam numeratum sit. Item quomodo compellitur creditor probare, imò qui excipit, vt ff. de proba. l. in exceptionibus, Sed dic hic, quod qui excipit nihil ponit, sed positum negat. vnde non probat, vt supra de proba. l. actor. in fin. quod non est in alijs exceptionibus regulariter.

f *Minorem.*] superiori lege, dixit, quando nihil accepit: hic quando minus quàm sit confessus.

g *Constiterit.*] idest probatum fuerit à te. & sic est contra inf. l. proxim. vbi dicit creditorem probare debere. Sol. ibi totum negauit debitor: hic partem fatebatur ar. ff. de probatio. l. cum de indebito. §. 1. & inf. eod. l. cum fidem. & probauit hanc negatiuam per confessiones. Item per numerationes diuersis temporibus factas secundum varias quantitates. Vel verius dic probas eo ipso quod non probatur contrarium: vt & ponitur contra sudra de condict. ob. turp. cau. l. 1. & sup. l. prox. in vers. asseris. nam quod iuris est de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem, vt inf. eodem. l. cum vltra. & argum. sup. de cond. ob turpem causam da. l. si cum exiguam. & ff. de rei vend. l. quæ de tota.

SI ex cautione.] CASVS. Si confessus fui in instrumento me accepisse à te mutuam pecuniam spe futuræ numerationis, nec numerasti, si conueniar ex cautione mea, opposita a me doli exceptione, vel non numeratæ pecuniæ, probabis te numerasse: & te non probante, absoluar.

h *Si ex cautione.*] in qua continetur, confiteor me debere decem ex causa mutui, vt Inst. de lit. oblig. §. planè. Vel per stipulationem promitto decem reddere, quæ confiteor me accepisse: quo casu excipiam in factum, vt infra eod. l. cum vltra. Accur.

i *Doli.*] quæ est generalis, vbicunque alia locum habet, vt ff. de excep. doli. l. secunda. §. & generaliter. nisi ratio personæ, vel iusta ignorantia eam excludant, vt ff. de excep. dol. l. apud. §. aduersus. & l. secunda. §. & generaliter.

k *Pecuniæ.*] hæc contra omnem datur, etiam contra patrem, vel patronum. vt ff. de excep. doli. l. apud. §. aduersus.

l *Probare.*] si vult obtinere, vt sup. de proba. l. 1. & hoc

m *Sequetur.*] quid addit hoc l. primæ huius tit. Respon. hęc dicit de exceptione doli, & illa non. Item ibi hypothecaria agebatur, hic condictione certi,

CVm fidem.] CASVS. Confessus eras te recepisse decem mutuo à Titio: non tibi tamen numerauit, 5. ei soluisti. an in non solutis excepti. non numeratæ pecuniæ, & in solutis repetitionem habeas, quæritur? Respon. quod non, imò si errasti, onus probandi tibi incumbit, vt ff. de prob. l. cum de indebito. in prin.

a *Deferre.*] sed non ne etiam condictio indebiti datur ei ad repetendum solutũ, vt per totum titu. de condict. indeb. Respõ. sic. sed hic sciẽs soluit secundũ A. vnde nec soluti habet repetitionem, vt ff. de cond. indebi. l. 1. & de reg. iur. l. cuius & sup. qd met. cau. l. 2. & infra ad legem Falcidiam auth. sed cum testator. nec nõ soluti habet exceptionem, vt hic. Vel dic secundum M. & Ir. quod errando soluit credens sibi numeratã, & sic præiudicat sibi in soluẽdo (melius staret in soluto) vt hic scilicet, vt onus probandi immineat, sicut & alias ex causa transfertur probandi onus, vt ff. de proba. l. cum de indebito. in prin. nõ autem in alijs præiudicat, sicut præiudicat supra de pact. l. si certis. & hoc qñ agnouit, quod agnoscere non tenebatur. Sed econtra, quid si quis non agnoscat, quod agnoscere tenetur? Respondetur in hoc casu loquitur authen. quam hic habes, contra qui proprii, &c. quæ est de trien. & semis. §. studium. colla. 3.

Qui ex interuallo cautionis præteritæ debitum agnoscit, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. h. d. Bal. & Sal. vel sic soluens sciẽter partem totius debiti confessati, non potest pro residuo apponere exceptionẽ non numeratæ pecuniæ. Sal.

Idem A. Bassano, aliàs Basso.

LEX IIII.

CVm fidem cautionis agnoscens, ẽt solutionẽ portionis debiti, vel vsurarũ feceris, intelligis te de non numerata pecunia nimium tardè querelam deferre.[a]

IN AVTHENT.

De trien. & semis. §. studium ero, collatio. 3. constit. 5.

Qvi propriam scripturam, vel numerationem in ea contentam negat, reus, actor, vel curator, de mendacio conuictus, pœna hic inserta punitur: a qua releuatur, si delato ei iuramento, fatetur. h. d. not. Bal. vel sic: Leges huius tituli prouidẽt ei, qui confessus est se recepisse, quod non recepit: vel quod asserit se non recepisse. ista vero auth. prouidet contra eum, qui econuerso negat se recepisse, quod verè recepit: vel negat scripturam factam manu propria, in qua continetur numeratio, vel receptio. Paul. de Cast.

COntra,[b] qui propriam[c] scripturam, qua conuenitur,[d] abnegat,[e] vel numerationem[f] inficiatur: conuictus, in duplum[g] condemnetur, nisi sacramento[h] illato confiteatur.[i] tunc enim non punitur, nisi in expensas, actoris iuramento[k] declarandas. At si post numerationis[l] inficiationem prætendat solutionẽ: oĩno solidũ exigitur, nec prodest iam facta solutio.[m] ¶ Cõtra, si actor literas[n] suas a reo ꝓlatas abneget,[o] eadẽ sit, & pœna,[p] & iusiurandi forma: hac [1] † pœna curatori[q] infligenda, si de suis literis quæstionem referat in causa eius, quem curat.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi obligationi primę, quæ origiñẽ trahat aliunde, quam ex numeratione. h. d. secundum gl. vel secundum Pet. Exceptio, quæ non congruit petitioni, non procedit. h. d. Bal. vel sic: Exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum quandocunque petitur pecunia, vt mutuata: non si ex alia causa. h. d. secũdum lect. Petri. Sal.

COntra. CASVS. Lex Codicis dicit de eo, [illegible] agnouit fidem scripturæ. Auth. ponit contrarium, scilicet quãdo debitor non agnoscit scripturam sed negat, dicens, Ego obligatus [illegible] Titio [illegible] confessus sum me decem recepisse [illegible] Titi. [illegible] illa propria scriptura me [illegible] nego illam [illegible] sum puniendus [illegible] quòd [illegible] Titius [illegible] me scripsisse, & pecuniam [illegible] per testes, aut per instrumentum, in duplum puniar. secus [illegible] mihi detulit iuramentum, & confiteor ipsum [illegible] & postea dico [illegible] soluisse. non prodest mihi [illegible] feci, sed debeo soluere totam quantitatem, [illegible] Si vero creditor negat propriam scripturam, de soluta eadem pœna puniatur forma sacramenti præcedente. [illegible] est si curator adulti negat scripturam in causa adulti: quia curator non punitur, non adultus.

r Vel etiã [illegible] à debitore tñ [illegible] Bal.

z Nisi sit publicum instrumentum debitoris. Bal.

b *Contra.*] i. contrarium [illegible].

c *Propriam.*] [illegible] propria manu factam. & negans rescripsisse. Sed quid si publicam aliquis abneget esse publicam? Resp. non habet locum hæc auth.

d *Qua conuenitur.*] id est ex qua obligatus est. secus si fine ea sit obligatus, vt quia vere est numeratum ante: sed tantum ad probationem, & in eius præiudicium producitur.

e *Abneget.*] si scripturam, & numerationem negat, obtinet, quod hic dicit. idem si numerationem tantum in scriptura contentam, dummodo obligatio literis sit contracta.

f *Vel numerationem.* contentam in illa. s. scriptura.

g *In duplum.*] actio ne ex eo contractu. & est pœna simpli si præcesserit numeratio. si non, est pœna dupli, vt in corp. auth.

h *Sacramento illato.* à debitore actori: vel econtra ab actore, reo, qui confitetur potius, quàm iuret: sed non iurauit hic, cum probata sit numeratio.

i *Confiteatur.*] sic ff. de iureiurand. l. eum qui, in princ.

k *Iuramento.*] sic, supra de iudic. l. properandum. §. secundo.

l *Numerationis.*] propriç scripturæ cõtentæ. Vel dic etiam scripturæ.

m *Facta solutio.*] sed cum sublata erat obligatio solutione eius quod debetur, vt instit. quibus modis tollitur obliga. in princi. qua actione hic duplum, vel simplum exigitur? Respon. certi condictione, vel prima vtili. quia fingitur non soluisse ꝓpter mendacium. Vel verius condictione ex hac lege. Item no. crescere pœnam per inficiationem, vbi nihil debetur. secus in l. Aquil. vt ff. de interroga. actio. l. confessionibus. & ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. fina. Item no. propter inficiationẽ crescere condemnationem, vt institutio. de obliga. ex quasi contractu. §. fin. & supra ad legem Aquil. l. contra negantem. Item no. quem puniri de mendacio, vt ff. de rei vendi. l. penul. & infra qui pot. in pigno. hab. auth. item possessor. in fi. Item quod dicit, omnino insolidum exigitur: idest tantundem. & sic habet duplum, cum vnum sit simplum ipsum debitum. Vel dic exigi duplum præter ipsum debitum, quod est ei solutum.

n *Literas.*] quibus continetur de solutione sibi facta, quæ dicitur apocha, vt supra de fide instrumentorum. l. plures.

o *Abneget.*] si scripturam & numerationem negat, obtinet, quod hic dicit. idem si scripturam tantum. idem si numerationem scriptura contentam, dummodo obligatio literis sit contracta.

p *Et pœna.*] idest vt caret petitis. & in tantundem de suo condemnetur, condictione ex hac lege, nisi iuramentum sit delatum.

q *Curatori.*] sic infra vnde vi. l. meminerint. & supra de iudi. l. properandum. §. 1.

1 † al. ea

Aduersus.

ADuersus.] CASVS. Si tu petis à me decem non ex causa mutui, sed ex alia causa præcedente, puta venditionis, & tunc nõ debet inquiri, an tu numeraueris, sed an causa, quæ præcessit, fuerit venditio vera necne. Vel pone casum, vt in glossa magna.

a *Quasi.*] veritatis expressiuum est.

b *Pecunia petitur.*] quia dicit creditor mutuatam, & ex ea causa petit, cum mutuata non sit, & ideo ex ea causa peti non potest propter hanc exceptionem.

c *Debiti.*] puta venditionis, vel pensionis.

d *Præcesserit.*] Dic, quòd decem mihi debebas ex venditione, volui, vt confitereris te recepisse ea decem à me ex causa mutui: certe non requiritur modo, an fuit numerata, vel fortè debita ex causa præcedenti vel non, vt hic: sed bene inquiritur, an hæc secunda confessio fuerit stipullatione vallata, ut sic ex ea agi possit, an non, & sic non possit, vt sup. si cert. pet. l. si non singuli. & l. si ex precio, quæ sunt contra. & infra de duobus reis, l. 2. Tria enim sunt subaudiẽda, præsens numeratio, & hæc non probatur præcedens causa debiti, hæc sic inquiritur, ut hic solemnitas cautionis, & hæc sic, ut in contrarijs, & ita loquitur. Vel quæritur de obligatione secunda, hic non quæritur de causa debiti, præcesserit, uel non. Vel dic secundum M. quod hic erat parata pecunia ad soluendũ, ibi non. Vel sic fuit confessus debitum præcedẽs se debere ex causa locationis, uel emptionis, & sic alia quàm mutui: quare incontinẽti sibi præiudicat, ut inf. eo. l. generaliter. ibi ex causa mutui, quod ex alia debebatur. Vel secundum Ir. hic chirographum fuit ad probationem factum, non ad obligationem ut ex eo agatur, sed ut præcedens debitum possit probari. ibi verò fiebat chirographum ad obligationem, ut ex eo agatur. Item quis hanc præcedentem causam probat? Respon. secundum Irn. præsumitur pro actore propter hãc cautionem ex lege. infra eodem leg. generaliter, & ideo probat reus non intercessisse, vt habes in exemplo supra de [illegible] post. l. 4.

1 † Augustiano, al. Augustino.

Imp. Alexander A. Haustiano.[1] †

LEX V.

ADuersus petitiones aduersarij, si quid iuris habes, vti eo potes. Ignorare autem non debes non numeratæ pecuniæ exceptionem ibi locum habere, vbi quasi [a] credita pecunia petitur [b]

¶ Cum autem ex præcedente causa debiti [c] in chirographum quantitas redigitur: non requiritur, an tunc cum cauebatur, numerata sit: sed an iusta causa debiti præcesserit. [d]

Qui se pro alio constituit debitorem principaliter, vel accessoriè, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Bald. Vel sic: Suscipiens in se obligationẽ, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. hoc dicit Salic.

Idem A. Iustiniano, al. Iuliano.

LEX VI.

FRustra opinaris, exceptione nõ numeratæ pecuniæ te esse munitũ, quando (ut fateris) in eius vicem, qui erat obligatus, substitueris te debitorem. [e]

Obligatio chirographi non numeratæ pecuniæ condicitur. Bald. Vel sic: Qui confessus est spe futuræ numerationis, & reddere promisit: potest intra biennium condicere obligationem, si contra eum non agatur: & si agatur, sufficit, quòd obiiciat exceptionem non numeratæ pecuniæ. hoc dicit Paul. de Castro.

Idem A. Iuliano, & Amiano.[2] †

LEX VII.

SI quasi accepturi mutuã pecuniam aduersario cauistis, [f] quæ numerata non est, per condictionem [g] obligationem repetere, & si [h] actor non petat, vel exceptione non numeratæ pecuniæ aduersus agentem vti potestis.

Exceptio non numeratæ pecuniæ transmittitur ad hæredem, nisi tempore sit sopita. h. d. Bald. & oppositio facta per defunctum prodest hæredi. Salic.

Idem A. Materno.

LEX VIII.

SI intra legibus definitum tempus, [i] qui cautionem exposuit, nulla querimonia vsus defunctus est, residuũ tempus eius hæres habebit, tam aduersus creditorem, quam aduersus eius hæredem.

¶ Sin autẽ questus est, exceptio non numeratæ pecuniæ hæredi, & aduersus hæredẽ eius perpetuo competit.

¶ Sin verò legitimum tempus excessit, in querimoniam [k] creditore minimè deducto: omnimodò hæres eius, [l] etiam [m] si pupillus sit, debitum soluere compellitur.

e *Debitorem.*] secus si nec illi erat numer[illegible] l. cum mandatori.

SI *quasi.*] CASVS. Con[illegible] cem mutuò, non [illegible] cepi, quia [illegible] hi succurratur, quæritur? Respond. [illegible]

f *Cauistis.*] i. reddere amisistis, scilicet pecuniam, quam &c.

2 † Antiano, al. Annoniano, al. Damiano.

g *Per condictionem.*] l. sine causa, ut ff. de cond. sine cau. l. qui sine. & sup. de cond. indeb. l. cum & soluta. & de condic. ex le. l. si. & inf. de fideiuss. l. si ind[illegible] bitam, & de solut. l. sin.

h *Et si.*] i. quamuis.

SI *intra.*] CASVS. Si is, cui competit exceptio non nu. pecu. intra bienniũ decessit, residuum tps, quod superfuerat defuncto dabitur heredi. & hoc in prima. Si verò intra biẽnium contestatus fuerit litẽ, perpetuabitur, & perpetuò hæredi dabitur, & hoc in secunda. Si verò post biennium decesserit: nec intra illud tẽpus eam opposuerit, hæredi etiam pupillo non dabitur.

i *Tempus.*] olim quinquennium. hodie biennium: ut Inst. eod. §. in ultum.

k *Querimoniam.*] vel coram vicinis, uel in domo propria sm Ia son. sed Ioã. dicit debere fieri in scriptis ad domi. creditoris, vel in iudicio ad similitudinẽ querelæ non numeratæ dotis: & tunc perpetuã ad heredes transmittit: ut infra prox. respon. & [illegible] eod. l. in contractibus, §. in omni. & authen. hanc autem.

l *Hæres eius.*] Sed ex quo tẽpore currit cõtra hæredem? Respõ. si est minor completa ætate sua: licet quidam dixerint statim si maior est, statim ab adita hæreditate, secũdũ P. vt [illegible] de tem. p. in integr. resti. l. ea quæ, in fi. & hic innuit: quod vltimum scilicet de maiore, non placet, quia illud in inchoanda. secus in complenda, quæ statim currit: ut ibi diximus, per l. ff. de in diem adiec. l. si prædio.

l *Hæres eius.*] ut ff. in quibus cau. mino. non re. l. ultra. sed intellige, quia biennium patris elapsum erat. Vel distingue, verum suo nomine vel alterius: si non suo, non currit, vt [illegible] eod. l. contra. si alieno, bene currit.

m *Etiam si pupillus.*] currit ergo pupillo hæc præscriptio biennalis. & sic est cõtra sup. in quib. cau. in integrum rest. non est neces. l. fin. Sed hic totum biennium cucurrit contra defunctum: vt hic apertè dicit. Vel dic secundum quosdam licet.

FRustra.] CASVS. Titius confessus erat se recepisse decem à Sempronio ex causa mutui, dato quodam substituto pro se debitore, puta Seio, non numerauit Sempro. pecuniã: an Seio detur exceptio non num. pec. si conueniatur? Rñ. quod non: sed dic verius, quòd interuenit numeratio.

licet non cucurrisset, idem cum descendat ex parte defuncti, vt ff. de minor. l. Aemilius. vel solue ut ibi. Item nota priuilegiatum succedentem non priuilegiato non habere priuilegium, vt sup. de hæred. actio l. sub prætextu. & inf. de ijs qui. bus ut indig. l. Polla.

CVm vltra hoc.] CASVS. Confessus fui me recepisse à te decem mutuo in instrumento, nec recepi nisi quinque, quia alia quinque mihi non numerasti, & stipulatus es tota decem tibi reddi, qualiter mihi succurritur, quæritur? Respond. quòd agēte te habeo exceptionem in factum, si nondum biēnium excesserit, vel si intra illud tempus protestatus fuerim pecuniam numeratam mihi non fuisse, non obligabor vltra quinque, quæ numerasti.

a *Constet.*] vt ff. de pact. l. si tibi, in princip. & ff. si certum petatur, l. rogasti. §. 1. & supra eod. l. minorem. Sed opponitur de duobus reis. Nam ad vtrumq; non peruenit insolidum dominium pecuniæ, vt ff. commodati, l. si vt certo, §. fina. & de castrensi peculio, hæreditate, §. pater. & tamen tenentur insolidum. Respond. non re, sed verbis. Vel intellige hic accepit ipse, vel alius pro eo: sicut fit in dictis duobus reis: quia autem non obligatur vltra, nec vltra excipitur, sed si obligetur, vt quia fuit stipulatus creditor, opus est exceptione, & hoc subijcit secundum quosdam.

b *In factum.*] quæ per interpretationem inducta est ad similitudinem non numeratæ pecuniæ, ut instit. de exceptionibus in principio. Vel dicitur in factum, quando est habenda ratio personæ, vt ff. de exceptione doli, l. apud. [. aduersus. Vel dic, quod species hic promissa fuerat, non quantitas. Vel dic, quod eadem est hæc exceptio, & exceptio non numeratæ pecuniæ secundum Iacob. Vel uerius ubi sine stipulatione, habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ: ubi uero cum stipulatione: hæc in factum locum habet.

c *In testando.*] i. protestando, ut sup. l. proxi dixi.

ASseueratio.] CASVS. Si affirmo me soluisse pecuniam quam mutuasti, usque ad triginta annos, probare possum me soluisse: si dico mihi non numeratam pecuniam, ultra biennium non potero opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ: & hic casus non est contrarius superiori. in priori casu affirmo: & ideo incumbit mihi probatio: in alio nego. vnde non mihi, sed creditori incumbit probatio.

Qui partem accepit, non tenetur ad solidum, sed dumtaxat ad acceptum, dummodo excipiat tempore competēti. h. d. Bald. Vel sic; Si post cautionem factam ex causa futuræ numerationis, partem dumtaxat quantitatis confessatæ receperit: creditori totū petēti potest exceptio obiici: si tempora competentia non sint lapsa. Salic.

Impp. Dioclet. & Maxim. AA. Zoilo.

LEX IX.

CVm vltra hoc, quod accepit, re obligari neminem posse constet, [a] & si stipulatione interposita, placita creditor non dederit, in factum [b] esse dandam exceptionem conuenit, si necdum tempus, intra quod huius rei querela deferri debet, transit, vel si intra hoc in testando [c] iuri partium sit: nihil ultra hoc, quod accepisti, sortis à te nomine aditus rector, vel præses prouinciæ exigi patietur.

Exceptio negatiua non requirit probationem: secus in affirmatiua. h. d. Bal. Vel sic: Exceptio solutionis debiti etiam vltra biennium poterit opponi: & affirmanti, non neganti incumbit onus probandi. Salic.

Ijdem AA. Mezantio.

LEX X.

ASseueratio debitum solutum contendentis, [d] temporis diuturnitate non excluditur, [e] nec huic obloquitur, [f] quòd exceptio non numeratæ pecuniæ certa die non delata querela prius eua nescat, [g] cum inter eum, [h] qui factum asseuerans onus subijt [i] probationis; & negantem numerationem, cuius naturali ratione probatio nulla est, [k] & ob hoc ad petitorem eius rei necessitatē transferentē, magna sit differētia.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi cōtra transactionem. Bal. Vel sic: Petenti ex transactione non obiicitur exceptio non num. pec. h. d. Salic.

Ijdem AA. Eutychiano.

LEX XI.

SI transactionis causa dare Palladio pecuniam stipulanti spopōdisti, exceptione non numeratæ pecuniæ defendi non potes. [l]

Exceptio competens reo, cōpetit cuilibet intercedenti pro reo. h. d. Bal. & Salic.

Ijdem AA. Seuerino.

LEX XII.

TAm mandatori, q̄ fideiussori nō numeratæ pecuniæ exceptio exemplo rei principalis competit. [m]

Ista lex est solemnis. Confessio debiti ex alia causa, quàm mutui, vel dotis, est efficax ad probandum; recipit tamen probationem in contrarium: si verò non probetur, stare debet suæ confessioni. Et si facta est in scriptis, seu cum scriptura publica, vel priuata, non potest probari directo contrarium, nisi per aliam scripturam ei contrariam. hoc dicit ista lex magistralis. Paul. de Cast.

d *Contendentis.*] debitoris.

e *Non excluditur.*] vt & ff. de except. doli, l. pure, §. fin.

f *Obloquitur.*] i. contra loquitur, vel contradicit.

g *Euanescat.*] quia pro eo unum, ut scilicet nō probet. & contra eum sit aliud, s. vt biennio duret tantum. Accur.

h *Cum inter eum*] scilicet magna sit, &c. vt .n fine.

i *Subijt.*] ut supra, de probationibus l. prima. 1

k *Nulla est.*] ut infra. de probationibus, l. actor. similes quidem sunt: quia vterque negat se debere. sed differunt: quia alter factum negat, alter asserit secundum Iru.

1 Ista lex hic in gl. allegata, & l. præsens notātur ad hoc q̄d facta non præsumūtur, ad quod ēt allegari solet. l. i. bello, §. facta, sed ubi de tu quomodo hoc ibi probatur.

SI transactionis.] CASVS. Petebas a me decem, reuocatum erat in dubium, an tenerer: trāsegi, & quinque stipulāti promisi si conuenias me, an possim obijcere except. non numeratæ pecuniæ, quæritur? Respōdeo quod non, quia ex quo promisisti per stipulationē, ex causa transactionis illa quinque debentur, intercesserit numeratio, uel non.

l *Non potes.*] quia subest causa hoc ipso, quod a lite discēditur, ut sup. de transac. l. 2. & ff. de condict. indeb. l. in summa, circa princ.

TAm mandatori.] CASVS. Mandasti mihi, vt mutuarem Titio decem Titius confessus est in instrumēto se decem recepisse, cum tamen nō receperit, quia nō numeraui: & pro eo Seius fideiussit, an tibi sicut ei detur except. non numeratæ pecuniæ, quæritur? Respon. q̄ sic. & etiā eius fideiussori.

m *Competit.*] inuito etiam reo principali sicut in alijs, dummodo rei cohæreat non personæ, ut ff. de fideiuss. l. ex persona, & l. si stipulatus esses, & ff. de pact. l. final. & ff. de except. l. omnes exceptiones, & inf. eod. l. penulc. Sed ex cuius persona? Respon. debitoris. Item nunquid post biennium? Respond non. 2 Item nunquid numeratio postea facta facit, ut fideiussori exceptio auferatur? Videtur quod non, ut ff.

2 Sequitur istā Salic. & Paul.

3 Per creditorē debitori. Alber.

1 Et bene Cy. Albe. Bal. & Sal. quod ẽ verũ nisi fieret in fraudẽ fideiussoris. B.

vt ff. de pact. l. fin. Sed dico contra: quia fingitur non competisse exceptionem numeratione facta. Item nunquid hoc dices, si etiam iam opposuit exceptionem fideiussor? Resp. vtique. Sed nonne licuit reuocare mandatum vel renunciare? Respond. 2 Aliud est reuocare, siue renunciare mandatum, & aliud hanc exceptionem opponere.

3 Idẽ Sal.

1† Theodoro P. V.

G *Eneraliter.*] CASVS. Debeo tibi x. ex cã legati, vel venditionis, vel alia, non curo: nec intercessit scriptura. vel intercessit. & in illa cõfessus sum me tibi debere decem. si conuenias me, & instrumentum ostẽdas mihi: an habeas necesse probare ex qua causa promisi tibi decẽ quęrit? Dicitur, quòd non. satis enim est si ostendas instrumentum prioris confessionis. vnde cõpellẽdus sum ad solutionẽ, nisi probẽ quod verũ non fuit, quod eram cõfessus verbi grã, si cõfessus sũ me tibi debere decẽ, ex causa legati, & per falsum instrumentum. si testamentum, in quo tibi legatum dicis verum, vel validum non est, non teneor tibi soluere alias sic: quia absurdum esset venire contra confessionem propriam.

2† Probationem.

3† Doceat.

Imp. Iustinus A. Theodoro. 1† PP.

LEX XIII.

GEneraliter sancimus, vt si quid scriptis [a] cautũ fuerit pro quibuscunque pecunijs ex antecedente causa descendentibus [b] eamque [c] causam specialiter promissor edixerit: non iã ei licentia sit causæ probatione[2] † stipulatorem exigere, cum suis confessionib. acquiescere debeat: [3] † nisi certè ipse econtrario per apertissima rerum argumenta scriptis [d] inserta religionem[e] iudicis possit instruere, quòd in aliũ quenquam[f] modũ, & nõ in eũ, quem cautio perhibet, negotium subsecutum sit. Nimis enim indignum [g] esse iudicamus, vt quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eũdem casum infirmare, testimonioque proprio resistere.

Hęc lex est solennis, & not. & legam eam per partes: & hoc intendit: Querela non numeratæ pecunię est intra biennium continuum proponenda: quo elapso introduci non potest, nisi ętatis, vel absentiæ beneficio. h. d. vsque ad §. sed quoniam. Bald.

Imp. Iustinianus A. Mennæ. 4† PP.

LEX XIIII.

IN contractibus, in quibus

a *Scriptis.*] quid si sine scriptis fiat huiusmodi confessio? Quidam dicunt, quòd non habet locum hæc lex. sed secundum Io. sic, quia in fi. dicit, indignum est, &c. Sed an tunc poterit probare contrarium per testes? Respond. sic, arg. ff. de reg. iur. l. nihil tam.

b *Descendentibus.* vt ex venditione, vel locatione, vel etiam ex maleficio.

c *Eamq.*] s. venditionis, vel ẽt ex maleficio, vt dixi, vt si alia quam mutui, quia tunc biennium expectatur, vt ĩ. l. prox. vel dotis, quia tunc tempora seruantur, quæ habes ĩ. de do. cau. non num. l. fi. & auth. ibi posita. Item no. causam exprimi. si enim nulla exprimeretur, cautio non valeret, vt ff. de probat. l. cum de indebito. §. 1. & ff. de don. l. nulla ratio. Sed an stipulatio valeat sine causa? Potest dici, quòd sic, secundum quosdam, sed nisi causa probetur reus absolui tur. vt de do. excep. l. 2. §. 1.

d *Scriptis.*] non testibus & sic est contra. sup. de fid. instr. l. in exercendis. Sol. hic speciale, vt alias sup. si minor se maior dix. l. 3. §. fin. Alij dicunt etiam per testes, quod non placet. Item an per contrarium scripturam tollatur talis obligatio literarum, puta si tibi illum nõ debere, vel non scripsisse? Puto sic per regulam iuris, vt ff. de reg. iur. l. nihil tam. Item an etiam vltra biennium admittatur? Resp. sic, secundum quosdam, vt sup. eo. l. asseuerationi. Et est certius secundum Pil. ratio, quia statim tenetur, nisi contra probetur. Item hoc fallit in casibus, vbi non potest probari contrarium. Primus est infra arb. tu. l. fin. licet ibi erat priuata scriptura, vel fauore pupillorum. Item in alio fallit, vt sup. tit. 1. l. antiquæ. §. 1. sed ibi receditur a iure speciali, quod est facilius, quam a iure communi, vt hic. Item quid si creditor confiteretur sibi solutum ex alia causa, quam mutui an statim sibi præiudicet, an demum post triginta dies, vt inf. d. l. proxi. §. super. Et videtur post triginta dies, cum hic asseret causam confessionis, creditor non. sed potest dici secundum alios, idem in liberatione, quod in obligatione, vt, statim præiudicet, prima placet.

ADDITIO. Intelligas hanc legem dicentem debere probari, per scripturam aliam, &c. procedere eo casu, quo quis confitetur instrumentum esse verum, & causam in eo appositam fuisse partium voluntate appositam, secus si dicam eam non esse veram. Ita limitat hanc legem Imo. in c. cum contingat. extra de iureiur. in 46. charta.

e *Religionem.*] not. fidem iudici faciendam. 3 vt diximus supra de eden. l. procurator. Et vt hoc plenè scias, dic quòd cum quis confitetur extra ius, aut pro se, vt alium sibi debere, & tunc non valet, vt supra de probat. l. exemplo. aut contra se, & tunc vel ad liberandum, & si post triginta dies bet fieri sibi præiudicat, non vtraq; partes prius, nisi in casibus, te secundũ vt infra l. proxim. §. Ab. super. & §. secundo. Aut se alij obligãdo: quo casu sub distingue: quia aut certam causam non adijcit: & nõ valet, 4 vt ff. de proba. l. cũ de indebito. §. fi. vel adijcit certam: & tũc vel iudicialis, numerõnis, vt mutui & emissa vel aliam. si numera tionis, competit exceptio debitori intra bienniũ, & nisi creditor probet, causa. post bienniũ vero nõ auditur, vt ĩ. l. prox. in princ. quia bienniũ pro numeratione. & secundum quosdam obligatio post bieniũ efficit naturalis & ciuilis, quæ erat ante tantũ ciuilis: sed secundũ nos 5 ẽt post bienniũ ciuilis tantũ sed tamen effectum habet naturalis, vt in ea, quæ prouenit ex sententia, vt supra de re. cre. l. actori. & ff. de condi. inde l. Iulianus. Item secundum Iac. & nos etiam post biennium admittitur debitor ad probandum, vt diximus in simili casu. sup. eo. l. si ex cautione. sin autem alia est causa quam numerationis, puta venditionis, tunc serua l. istam. Item in dote serua infra de dote cauta. l. fin. & authent. ibi posita. Item quod licet hic dicatur literarum obligatio, tamen sola scriptura non obligat, sed necessaria est ratio intellectualis obligandi. & sic dicit lex. ff. de act. & oblig. l. non figura, non autem per locum, vel causa doctrinæ dicendo obligatur, vt in eodem titu. l. obligationum substantia. §. fin. item no. quod licet quis scribat se debere alicui, non inserta causa, non obligatur. non enim plus facit scriptura, quam faceret stipulatio. Vnde sic dicendo, debeo tibi decem, non obligatur quis alij, at cum scribat confiteri se accepisse mutuam pecuniam, obligatio oritur ciuilis, sed exceptio opponitur intra biennium, nisi contrarium probetur, vt insti. eo. §. 1.

Dic, quòd ista probatio fit per confessionem partis.

quæ confessio extra iudicialis, & tũc vel ad aliquẽ obligãdũ personalib. & tederet ad aliquẽ obligãdũ. Salic.

4 † Mene.

5 Et bene B. B. Ang. P. & Sal.

f *Quenquam.*] vt puta quia non fuit vera venditio, sed donatio. tamen placuit eis aliqua de causa, vt comprehenderetur in scriptis, vt venditio. vel forte cum Titius emeret, placuit aliqua de causa Seium in chirographo poni, quo probato præualet veritas, vt hic, & supra plus valet quod agitur l. 1. & 2. & l. si quis.

g *Indignum.*] vt sup. de rebus cred. l. si quis iusiurandum, & ff. de do. l. quidem, in fin. primo. respon. Sed argu. contra. ff. de inof. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. Quod autem sit, si huiusmodi confessio fiat in vltima voluntate, distingue, aut dicit testator, lego tibi x. quæ debeo. & es non capax, & sic omnino non valet, quia in fraudem dictum videtur, vt ff. de probat. l. qui testamentum. si vero capere potest, & iuro, valet etiam si nihil debeo, vt ff. de lega. 3. l. cum quis §. codicillis. si non iuraui, sed quantitatem ex primo, adhuc valet, vt fideicommissum: tamen non valet ve debitum, cum nihil debeatur, vt infra de fal. cau adie. l. 1. & 2. & ff. de leg. 2. l. Lucius Titius 2 §. quisquis. 2. secus si non exprimo, sed dico, quod debeo lego tibi. & nihil debeo. quia non valet, vt ff. de lib. leg. l. legaui. §. contra & de leg. 1. l. si sic. §. 1. SI autem contra dixi, confiteor mihi solutum, vel dixi, talis soluit mihi, & ideo ab eo peti noto, videtur velle remittere. infra de fal. causa adi. & legat. l. 1.

IN *contractibus.*] CASVS. Olim poterat opponi exceptio non nume. pecu. vsque ad 5 annos. hodie vsque ad biennium.

biennium. sed si minor non opponit, potest iuuari per restitutionis in integrum & ista sunt vera, & locum habent in debitore. & hoc in prima. Si vero sit depositarius qui confitetur res penes se esse depositas: statim sibi præiudicat vel dic, & melius loqui in depositione, qui confitetur sibi restitutas res deposita: statim sibi præiudicat idem est in procuratore fisci, qui cõfitetur sibi esse solutas publicas functiones, vel tributa. idem est in marito, qui primo cõfessus fuit sibi solutam dotem demum secundo cõfessus est vxorẽ sibi soluisse: quia non poterit obijcere exceptionem non solutę dotis: sed statim sibi pręiudicat. Si vero sit creditor, qui confitetur sibi solutum debitum vel in partem, vel in solidum: nisi reddit instrumentum debitori, vel promisit reddere non præiudicat sibi statim, sed post lapsum 30. dierum, intra quos poterit opponere exceptio. nõ solutæ pecuniæ. & hoc in tertia. An autem creditor si velit offerre iuramentũ debitori post triginta dies, vt iuret se soluisse, sit audiendus, quæritur? quod non, & hoc in quarta. Qualiter autem is, cui competit exceptio, non numeratæ pecuniæ, debet eam opponere, quęritur? Respondetur, quòd coram testibus debet dicere non fuisse numeratã, & tunc si præsens aduersarius, vocabitur: si non est præsens, opponet eam coram iudice si vero præsens non sit aduersarius, nec ipse index, tunc apud alios iudices est opponenda: sed si non sit alius iudex, tunc coram episcopo. & hoc in quinta. Prædicta vera sunt similiter, & in dote non numerata, scilicet quod per talem protestationem huiusmodi exceptio non nume. dotis perpetuatur & hoc in sexta.

pecuniæ, vel aliæ res [a] numeratæ, vel datę esse conscribuntur, [b] non intra quinquenniũ (quod antea constitutũ erat) non numeratę pecuniæ exceptionem obijcere possit, qui accepisse pecunias, vel alias res scriptus sit, vel successor eius: sed intra solum biennium continuum, [c] vt eo elapso, nullo modo [d] querela nõ numeratæ pecuniæ introduci possit: Ijs [e] scilicet, qui propter aliquas causas specialiter legibus expressas, etiam lapso quinquennio in pręteritis tẽporib. adiuuabantur, etiã in posterum (licet biennium pro quinquennio statutum est) eodem auxilio petituris. [f]

Hæc est secunda pars, in qua ponuntur tres casus, in quibus cessat exceptio nõ numeratæ pecuniæ. Primo, quãdo cautio sit ex causa depositi: quod intelligo, dummodo non sit facta fraus de contractu ad contractum: videlicet si cum tacite ageretur, quod esset mutuum, sit oppositum nomen depositi. Secundo, quãdo publicus officialis confitetur se recepisse publicas functiones. Tertio quando dotem retropromissam maritus confitetur retro se recepisse, secundum Pet. sed glo. intelligit, & melius, quando fuit gemina confessio, in litera tamen hoc non exprimitur. h.d. secundum Bal.

¶ Sed quoniam securitatib. [g] & instrumẽtis depositarum [h] rerũ vel pecuniarũ talem exceptionẽ opponere litigatores, [i] conantur: iustũ esse perspeximus, [1] † huiusmodi potestatẽ, in certis quidẽ casibus prorsus amputare, in alijs verò breui tẽpore [k] concludere. ¶ Ideoque sancimus instrumento quidem depositionis [l] certarũ rerum, vel certæ pecuniæ, securitatibusque publicarũ functionum [m] (siue in solidum, siue pro [2] † parte solutæ esse conscribantur) illis etiam securitatibus, quæ post confectionem dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte, vel insolidum exponuntur, [n] nullam exceptionem non numeratę pecuniæ penitus [o] opponi.

c *Continuum.* [1]] quo elapso in simplum tenetur, nisi abneget propriam scripturam: secus si abnegauit propriam scripturam, vel numerationem in ea contentam: tunc enim in duplum, vt supra eo. auth. contra qui propriam.

d *Nullo modo.*] nec si vellet probare si non numeratam pecuniam secundum quosdam, vt inf. eod. §. illo. sed Ioan. contra. [2] Quid autem si creditor bene confitetur se non numerasse? Dicam iudicem [3] debere absoluere, cum debeat stare confessioni creditoris cõtra se. sed H. est contra. [4] Item quid si post biennium pecuniam creditor numerasse? Dic tunc id agi, vt ex sola scriptura obligatio teneat & magis implendæ prioris obligationis gratia numeratio est intelligẽda fieri, vt ff. de no. l. cũ enim. Item quid si renunciauit exceptioni non numeratæ pecunię: an potest nihilominus opponere exceptionẽ doli, vel in factum, vel conditionem sine causa? Dicunt Io. & Azo. & H. non: sed alij [5] contra, vt dixi supra sit ex cautione.

e *Iis.*] scilicet hominibus.

f *Petituris.*] quales sunt minores, & absentes ex iusta causa cui vt minores hodie ipso iure iuuantur. vt supra in quib. cau. in integr. restit. non est necess. l. fina.

g *Sed quoniam securitatibus.*] i. instrumentis in quibus creditores scribunt se accepisse debitum, id est apochis.

a *Aliæ res.*] quæ consistunt in numero, pondere, vel mensura. hoc enim biennium in mutuo tantum sibi vendicat locum, non aliter, vt sup. l. proxim. dixi. Item hoc intellige, quoniam sit spe futuræ numerationis: alioquin non quæro de non numerata, cum nec actum sit de numerando, vt sup. eod. aduersas. licet videatur contra. ff. de postu. l. si sub specie. & si cert. pet. l. si non singuli. sed in prima subaudi maxime, secundum G. vt ibi dixi. & in illa, si non singuli. sperabat mutuari.

b *Conscribuntur.*] sed si hoc est ita scriptum. s. pecuniam numeratam ergo ita est, vt in auth. de fid. instr. §. si vero non mantat coll. 9. Respon. hic erat priuatum instrumentum. quod non probat, vt sup. de prob. l. instrumenta, vel si publicum est, expone numeratæ, vel datæ. i. confessio de numeratione vel donatione conscripta est. Item per verba futuri temporis cautio fiered literarum. nam per verba præteriti temporis tantum non contrahatur obligatio literis, sicut nec stipulatio, vt ff. de verb. obl. l. 5. §. stipulatio secundum Io. Alij dicunt hic contrahi, etiam per verba præsentis temporis, vt insti. eo. §. plane.

h *Depositarum.*] cum hæc lex non distinguat: an loquatur in deponente, vel depositario: nec ergo distinguo, an siue depositarius scribat, statim sibi pręiudicat, vt sup. l. proxi. siue deponens se accepisse, & tunc statim sibi præiudicat, vt hic. Sed in depositario videtur, quòd hodie sunt testes tres necessarij, qui subscribant huiusmodi instrũ, vt in auth. de fi. de instr. §. 1. coll. 6. sed ibi loquitur, quando cõtractus fit in scriptis. vel ibi non cõstabat scripturam depositarij esse. & ideo tres exiguntur. Vel ibi erat priuata, hic publica. Vel ibi, vt ex ea fiat comparatione ad aliam improbandam.

i *Litigatores.*] s. contradictores.

k *Breui tempore*] scilicet, triginta dierum, vt infra §. proximo. alias dicitur aliter modicum tempus, vt ff. de iudic. l. si debitor.

l *Depositionis.*] acceptæ.

m *Functionem.*] vt procurator fisci, vel administrator publicas functiones solutas fatetur in totum, vel in partem, vt j. de apochis pub. l. h. lib. 10.

n *Exponuntur.*] a viro confitente dotem sibi solutam, quæ non est.

o *Penitus.*] nec illam, quæ concluditur biennio, vel aliam. Sed est contra. inf. ea. l. §. si. in fin. Solue. hic sunt duæ confessiones, quæ valent plus quam vna, vt supra de plus peti. l. 1. & sup. titul. 1. l. si mulier. 2. sed in l. contraria vna tantum. Vel hic propria manu scripsit instrumentum: ibi non. Vel hic loquitur, cũ maritus scripsit sibi solutam dotem, ibi

cum

1 Concor. glo. in c. si cautio. super verbo confessioni. ext. de fide instr.

2 Et bene Bal. Sal. & Pau. hic.

3 Et bene sm Cyn.

4 Et malè Cy. & Angel.

5 Dic, quod si fuit in eodẽ instr̃o, non valet renunciatio, secus si in diuersis, quia tunc valet & non poterit opponi ista exceptio, secundũ Pa. hic.

1 † Prospeximus.

2 † ex.

Tertia pars h.d. Contra cõfessionem ad liberãdum prætextu numerationis emanantem, necnon contra promissionem reddendi instrumenti cãcellati admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ intra 30. dies tantum. Bald.

¶ Super cæteris verò securitatibus,[a] quæ super priuatis debitis à creditore cõscribuntur, partem debiti sortis, vel vsurarum nomine solutam esse significantes, vel adhuc fœneratitia cautione apud creditorem manente, solidi tamen debiti solutionem factam esse demonstrantes,[b] vel etiam futuram esse redhibitionem instrumenti fœneratitij promittentes,[c] vel (si qua alterius cuiuscumq; contractus gratia, in quo 1 † numeratio pecuniarum, vel datio certarum specierum scripta est, securitas similiter data sit) depensas esse pecunias, vel alias res, vel partem earum significantes, intra triginta tantũmodò dies[d] post huiusmodi securitatis expositionem[e] connumerandos, exceptionem non numeratæ pecuniæ posse obijci, ut si hi transacti fuerint, eadem securitas à iudicantibus 2 † omnibus modis admittatur: nec ei liceat,[f] qui securitatem exposuit, post excessum memoratorum triginta dierum non esse sibi solutas pecunias, vel alias res dicere.

Quarta pars. Et h.d. Elapso termino iuris non est manifestæ turpitudinis nolle iurare, nec iusiurãdum referre. h.d. Bal. Vel sic: Vbi exceptio nõ numeratæ pecuniæ non potest opponi, ibi non potest iuramẽtum deferri. h.d. Salic.

¶ Illo videlicet semper 3 † obseruando, vt in quibus nõ permittitur exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, vel ab initio, vel post taxatum tempus elapsum, in his nec iusiurandum offerre[g] 4 † licet.

Quinta pars h.d. Querela nõ numeratæ pecuniæ in scriptis est proponenda corã iudice loci contractus: & absente aduersario, & etiam sine citatione sola propositio præscriptionem interrumpit. Bald. Vel sic: Ad perpetuandam querelam non numeratæ pecuniæ peruenitur hoc ordine, vt eo absente, qui dicitur numerasse, vel etiam præsente, sed administrationem iurisdictionis habẽte, querela fiat corã iudice loci, vel nullo iudice ibi existente coram episcopo: eo verò præsente, vel administrationẽ iurisdictionis non habente, eidem fieri debet querela, & hæc omnia in scriptis & inf. tẽpora querelæ prætaxata. h.d. Salic.

¶ In omni enim 5 † tẽpore[h] quod memoratæ exceptioni taxatum est, ei licebit, cui talis exceptio cõpetit, vel denunciationib. scripto missis querelã non numeratæ pecuniæ manifestare ei, qui numerasse eam, vel alias res dedisse, instrũ scriptus est, vel si abesse eum ijs locis in quibus contractus factus est contigerit: in hac quidem alma vrbe apud quẽlibet ordinarium iudicem, in prouincijs vero apud viros clarissimos rectores earum, vel defensores locorum[i] eandem querelam manifestare, eoq; modo perpetuam sibi exceptionem efficere.[k]

¶ Sed si præsens[l] quidem sit, qui pecunias numerasse, vel alias res dedisse scriptus est, aliquã verò administrationem in hac alma vrbe vel in prouincijs gerat, vt difficile * esse videatur denunciationem ei mittere, licentiam damus ei, qui memorata exceptione[m] vti velit, alios iudices adire, vel in hac alma vrbe, vel in prouincijs & per eos ei manifestare, cui exceptionem huiusmodi obijcit, factam à se super non numerata pecunia querelam esse. Quòd si in prouincijs vel non sit alius administrator ciuilis, vel militaris, vel propter 6 † aliquam causam difficile sit ei, qui memoratam querelam opponit, adire eũ, & ea, quæ dicta sunt, facere: licentiam ei damus, per virum reuerendissimum Episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutum interrumpere.

Quæ

---

cum mulier scripsit sibi redditã soluto matrimonio. Item no. hic tres casus, vbi cõfessio de recepto statim præiudicat. Est & quartus: vt si procurator fisci confiteatur precia rerum fisci venditarum se recepisse: vt j. de quadrien. præscrip. l. omnes. §. si. ne quis grauetur bis soluẽdo fisco. Est & quintus s. tit. t. l. antiquæ, in princip. Sed quid si procurator fisci, qui sic fuit confessus, non est soluendo fisco, an in debitorẽ actio dabitur fisco? Respõ. sic, ut j. de cano. fru. l. 1. li. 11. Sed arg. contra, j. de conuen. fisc. debi. l. quoniã, lib. 10. & ff. de re pu. l. 6. & j. de apoc. pub. l. pen. lib. 10. & j. de fideiussor. l. 2. & j. de quadri præsc. ti. l. 1. Item arg. quod et ab initio non valeat confessio, s. de transact. l. præses. sed ibi gratis remittebat, hic cõfitebat acceptum. Item quæ est ratio in casibus alijs magis, q̃ in mutuo? Resp. quia illa cõfessio plurimũ fit in mutuo, debitore facile confitente, & ideo prouidendũ fuit, arg. ff. de leg. & senatuscõ. nam ad ea. Item quid in alijs casib. à prædictis quinque. Quidam idem q̃ in his quinque: alij idem, quod in mutuo quod verum est, vt infra prox. §.

a *Super securitatibus.* quæ a creditorib. de soluto debito fiunt.

b *Demonstrantes*] licet securitates.

c *Promittentes.*] s. securitates.

d *Triginta dies.*] sed ante 30. dies quis probabit. Quidam, quòd creditor probabit nõ solutum. Alij, q̃ debitor solutum, sicut creditor numeratum, ut sup. eo. l. si ex cautione. Item pro hoc sup. de probation. l. 1. quod est verius.

e *Expositionem.*] s. cõnumerandos.

f *Nec ei liceat.*] not. arg. contra Iac. in eo quod dixi supra eod. l. si ex cautione.

g *Offerre.*] & hoc est contra eundem Iaco. manifestè. Nam & iuramenti præstatio est probatio, 1 vt j. de iure delib. l. fin. § [illegible] contra [illegible] [illegible] [illegible] fecisse, nulla alia vi[illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] patiens, § [illegible] [illegible] [illegible]. & l. [illegible] [illegible], § si pater. sic. & hic nulla via, veritas possit contra, nec ergo teneor respondere ad interrogationes factas de huiusmodi materia. Sed potest responderi ad [illegible] de iureiurãdo [illegible] [illegible], quod sit [illegible] [illegible], & secundum id loquitur hoc, quod habes supra de iureiu. l. generaliter, §. sin autem.

h *In omni tempore.*] scilicet biennij, vel triginta dierum.

i *Locorum.*] vbi est contractus factus.

k *Efficere.*] vt s. eo. l. si intra. & l. cũ vltra.

l *Si præsens.*] hoc habes s. de episc. audiẽ. l. si præsens, & l. fi. & infra. de anna. excep. l. ut perfectius.

m *Exceptione.*] vt sicut superiores perpetuantur, sic & hæc, & sic bene sequitur auth. hanc aute, quæ est de tempore non solu. dot. §. 1. coll. 7. & sm hoc est contra sup. ea. l. §. 1. solue, ut ibi. item contra, inf. de do. cau. l. fin. Solue, ut ibi.

Hanc.

---

1 † Quia.

2 † Iudicibus.

3 † al. deest semper.

[illegible]

4 † Offerre

5 † Verò.

* Hinc colligit Bart. quod pa[illegible] sit quẽ non esse [illegible] [illegible], vel esse, sed cũ difficultate posse adiri.

6 † Per.

Quæ etiam in exceptione nõ numeratæ [1] † dotis locum habere, certum est. Dat. Calen. Iul. Constantinopol. DN. Iustiniano A. ij. Cos.

IN AVTHENT.

De tempore non sol. pec. super do. §. fin autem, coll. 7. constit. 10.

HAnc autem querelam [a] in scriptis [b] fieri oportet; & si quis eam in iudicio faciat, oportet eam mulieri, vel omnimodò ei, qui dotem conscripsit, innotescere.

Verus creditor, & quilibet iustus possessor, vel petitor, potest ciuili tantum creditori opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ etiam debitore absente contradicente: in qua si succumbat, debitoris vel eius intercessoribus non præiudicat. h. d. not. secũdum Bald.

Idem A. Mennæ PP.

LEX XV.

SI cui [c] * non numeratæ pecuniæ competere possit exceptio: etiam eo supersedente tali auxilio [d] vti, vel præsente, [e] vel absente, creditores [f] eius possint, [2] † siue ipsi conueniantur (vtpote res eius detinẽtes) ab ijs, qui debita [g] eius exigunt, cui competit huiusmodi exceptio, vel dotis, vel alterius causæ nomine siue contra alios [h] possidentes aliquam actionem [i] ipsi moueant, in examinãdo negotio suis aduersarijs eandem non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere, nec eo prohibeãtur, quòd principalis debitor ea nunquam vsus sit: ita tamen, vt principali debitori, neque fideiussori [k] [3] † eius aliquod præiudicium generetur, si is, qui eam exceptionem opposuerit, victus fuerit, sed possint illi posteà, si conueniantur, intra statuta scilicet tempora, eadem [4] † se exceptione tueri.

Confessus spe futuræ numerationis, siue contractus sit mutui gratuiti, siue vsurarium, et iam apposito iuramento, habet exceptionem non numeratæ pecuniæ. h. d. Bald. Vel sic: Iuramentum de reddendo subiectum cautioni, non impedit exceptionem non numeratę pecuniæ opponi. h. d. Salic.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XVI.

INdubitati * iuris est, non numeratæ pecuniæ exceptionem locum habere & in talibus nominibus, vel fęneratitijs, vel alijs cautionib⁹, quæ etiam sacramenti [l] habent mentionem. [m] Quæ. n. differentia est in huiusmodi exceptione, siue iusiurãdum positum est, siue non, tam in fœnaratitijs, [5] † quàm in alijs instrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt?

TITVLVS XXXI.

De compensationibus.

Fisco ex diuersa statione non opponitur compensatio. h. d. Bald.

Imp. Antoninus A. Dianensi. [6] †

LEX PRIMA.

ET senatus [n] censuit, & sępe rescriptum [o] est, compensationi in causa fiscali [p] ita demum locum esse, si eadem statio [q] quid debeat, quę petit. Atque hoc iuris propter confusionem [r] diuersorum officiorum tenaciter seruandum est.

¶ Si quid autem tibi ex ea statione, cuius mentionem fecisti, deberi constiterit, quam primum recipies.

Ex causa iudicati sicut non condicitur, ita nec compensatio ipsius admittitur. & exceptio compensationis potest opponi in executione sententiæ. h. d. Bald.

---

1 † pecuniæ.

HAnc auth.] CASVS. In hac authent. dr̃, q̃ querela non numeratæ dotis debet fieri ĩ scriptis, & ita si vult maritus eam opponere, vocet mulierẽ, quæ dotẽ dedit, vel eũ qui pro ea dotem constituit, suã exceptionem sibi in scriptis offerens.

a *Hãc autem querelã.* s. non numeratæ dotis, hoc idẽ intelligit Io. in exceptione nõ numeratæ pecuniæ, cum eadem sit ratio, vt ĩ. ad le. 2. Falc. l. fi.

b *In scriptis.*] .i. qui scriptus est dedisse.

SI cui.] CASVS. Seius mutuauit Titio x. & ei obligauit res suas: vel forte missus fuerat in possessionẽ bonorum ipso nõ soluente; iste idẽ Titius obligauit se Sempronio spe futuræ numerationis, sed nõ numerauit: vult Sẽpronius ꝯuenire creditores Titij, qui habẽt pignus vel conuentionale vel iudiciale, an possint opponere except. non nu. pec. Dr̃ q̃ sic: si tñ creditores succũbant: quia Sempronius aduersus eos obtinuit, nõ præiudicant Titio: quia res inter alios acta, &c.

* Intel. huius l. vide per Bulgarinũ in l. 1. nu. 59. sol. matr. ff.

c *Sicut.*] si debitor non vult excipere de nõ numerata pecun. contra ciuilẽ creditorem, creditores veri exceptione vtuntur.

2 † alias deest.

d *Tali auxilio.*] sic ff. de contrat. ab. si post mortẽ, §. fin & de separ. l. 1. §. sed si quis.

e *Vel præsente.* sed nolente vti vel latitãte.

f *Creditores.*] .s. veri. qui cum iam sint missi in possessionẽ bonorum debitoris conueniũtur à ciuilibus.

g *Debita.*] .s. pecuniã q non numerauerũt. imò certe & si neque agant neque conueniantur: sed debitor conuenitur. arg. ff. de appel. l. si perlusorio.

h *Contra alios.*] s. ciuiles creditores, q possident: vt hic, & ff. de cõd. indeb. l. tutores.

3 † Fideiussoribus.

i *Aliquam actionem.* puta hypothecariam ex conuentione: vel quia veri fuerant in possessionem missi, vt ff. de pigno. actio. l. non est mirum.

4 † ea.

k *Fideiussori.*] accedit ergo fideiussor ciuili obligationi tantũ: vt hic, licet quidam ĩ. dicant. & quod dicit præiudicium, s. plenum: quia res inter alios &c. vt ĩ. res inter alios acta. & arg. ff. de interr. act. l. si defensor, in prin. generatur tñ qualequale præiudicium. Vnde appellare possunt vt d. l. si perlusorio.

INdubitati.] CASVS. Obligaui me Titio spe futuræ numerationis: iuraui me soluturũ: si iuraui an mihi, cõpetat exceptio nõ num. pec. quæritur? Dr̃ q̃ sic.

l *Sacramenti.*] vt ꝯfiteor me debere x. quę iuro me redditurũ. Et no. hic tacitã cõditionem inesse iuro, s. si det pecunia, & hoc ideo: quia hoc cogitabat. vt & ar. ff. d acq. pos. l. qđ meo. §. j. sic & ff. q satisd. cog. l. fi. non autẽ sic dico fm̃ Io. ĩ. de transact. l. si ex falsis. quia ibi non cogitabat de falsitate. Vñ ibi non intelligitur tacita cõditio.

* Intel. huius l. vide per Fort. Garz. in l. si unus. §. pactus, numer. 65: & 68. ff. de pactis. & per Did. Couar. l Rub. ext. đ test. part. 2. nu. 12. & relectionũ parte 1. §. 3. num 10.

m *Mentionem.*] aliàs mentionem, & aliàs cautionem.

5 † al. tam in fœneratitijs cautionib. q̃.

DE COMPENsationibus.

ET Senatus.] CASVS. Si fiscus habeat duos stationarios, & vnus mutuauit mihi x. & ali⁹ mihi x. dẽt, an hinc inde locũ habeat cõpensatio? Resp. q̃ non, ꝑ ꝯfusionẽ. s. ne confundãtur diuersa officia stationũ. & hoc i prima. Si vero stationarius, q petit a me decem, debet mihi decem, põt fieri cõpensatio. & hoc in secũ.

6 † al. Dionysio.

n *Senatus.*] cuius nomen non habemus.

o *Rescriptum est.*] à principibus.

p *In causa fiscali.*] si à fisco petat, eodemq; creditore, vel fiscus petat ideq; debitor.

q *Statio.*] habet. n. fiscus suas stationes. si ergo vna debet fisco decẽ, qui fiscus debet decem alij, non compensatur, vt hic: secus autem si fiscus succedat tali debitori, qui & creditor est: quia totum extinguitur, vt infra, de solut. l. 2.

r *Confusionẽ.*] scilicet vitan-

vitandam, vt illud vnusquisque habeat suum, &c. & est ad legem istam argum. contra ff. de administrat. tutor. l. inter tutores.

E*X causa.*] CASVS. Petebas à me decem, & condemnatus sum, solui ex causa iudicati, an possim tibi opponere compensationem pro illis decem, quæ tanquam indebita solui? Et dicitur, quod non: sed si nondum solui ex causa iudicati, benè admittetur compensatio, si aliud in quantitate mihi debeas.

1 † al. Asclepiadi.
2 † Si.
3 † al. deest, si debitum.

a *Non potest.*] sunt & alij casus, qui no. sup. de cond. indeb. l. 1.

b *Admitti potest.*] quia sic auferetur vtilitas sententiæ victori. Et pone exemplum, quod ex sententia decem, tibi solui, quæ aliàs non debebam: conuenio te ad alia decem, obijcio tibi compensationem indebitæ pecuniæ solutæ, quasi mihi tenearis ad eam reddendam, non possum, sed soluendo potest compensari, si condemnato aliquid debetur, vt ff. eod. l. si cum milìti, §. 1.

Idem A. Asclepiadæ.[1] †

LEX II.

EX[2] † causa quidem iudicati si debitum [3] † solutum repeti non potest:[a] ea propter nec compensatio eius admitti [b] potest. Eum verò, qui iudicati conuenitur, compensationem pecuniæ sibi debitæ implorare posse, nemini dubium est.

Hic enumerantur casus, in quibus cessat compensatio ipso iure in effectu. Bal. Vel sic: Debitor reipublicæ potest ei compensationem obijcere, nisi sit debitor ex aliqua de causis hic subiectis. h. d. Salyc.

Imp. Alexãder A. Capitoni.

LEX III.

IN ea, quæ reipublicæ [c] te debere fateris, compensari ea, quę inuicem ab eadem tibi debentur, is cuius de ea re notio est, iubebit, [d] si neque ex Calendario, [e] neque ex vectigalibus, [f] neque ex frumẽti, vel olei publici pecunia, [g] neque tributorum [h] neque alimentorum, [i] neque eius, qui [4] † statutis sumptibus seruit, [k] neq; fideicommissi ciuitatis [l] debitor sis.

Compensatio fit vsque ad concurrentes quantitates ipso iure, & impedit cursum vsurarum. h. d. Bal. Vel sic: Vbi quantitas dẽtur, hincinde compẽsatio fit ipso iure vsq; ad concurrentem quantitatem, & pro ea rata impeditur cursus vsurarum. h. d.

4 † Qui.

I*N ea.*] CASVS. Si debebas decem reipubl. & ipsa tibi decem, hincinde admittitur compensatio, nisi in 8. casibus. Vnus est, si debitor sim eius in Calendis. Secundus est, si debeo frumentum, vel si debeam pedagiũ, vel tributum ei, vel alimẽtum alicui seruienti, vel si tale debeam, quod in certas res, vt puta ad emendum frumẽtum, deputatur, vel si debeam fideicom. aliquod, vel legatum, & ipsa aliquid debeat, in oĩbus his non hẽt locum compensatio.

Compensatio an & quẽadmodum fisco opponat. Calendarium quod signat.

1 Adde quod Calendis quoq; sunt feriç. l. oẽs dies. C. de fer. & l. pridem. ff. eo. & de Calẽdis vide plura in data lib. 6. & per glo. in le. cum bissextum. ff. de ver. signif.

Compẽsatio an fiat ipso iure.

c *In ea quæ reipublicæ.*] scilicet Romanorum. Vel dic idem in qualibet ciuitate, vt argum. ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorem, §. finali. & l. legatis. & ff. de publica. l. sed & hi, §. 1.

d *Iubebit.*] vt procurator Cæsaris, vt sup. si aduers. fis. l. 2. Et not. generaliter fisco compensari, vt hic, & sup. eodem, l. fin. si modo qui fisco compensat, intra duos menses probat suum debitum, vt ff. de iur. fis. l. aufertur, §. qui compensationem, sed hæc compensatio cessat in casibus, qui sunt hic, quorum quidam sunt etiam. ff. eodem. l. ideo. & l. ob negotium. & d. l. de iure fisci. l. aufertur. §. vt à debitoribus. Item fallit sup. eod. l. 1.

e *Ex Calendario.*] liber est rationum nominum, sic dictus, quia in Calendis fiebant reuocationes [1] debitorum, vt ff. de leg. 3. l. qui filium.

f *Ex vectigalibus*] scilicet soluendis pro rebus vehendis, vt inf. de vecti. l. vniuersi.

g *Frumenta.*] vt & infrà eod. l. si ex venditione.

h *Tributorum.*] quæ pro prædijs, vel capitibus præstantur.

i *Alimentorum.*] statutorum alicui seruienti reipublicæ.

k *Seruit.*] id est, quæ si soluantur statutum est, in quos vsus ista expendantur.

l *Ciuitatis.*] scilicet cuiuslibet, vt modo dixi.

S*I constat.*] CASVS. Si debeam tibi decem, tu mihi alia decem, ipso iure fit compensatio. Si verò debeo tibi decem, & tu mihi duodecim, opponam tibi compensationem vsque ad concurrentem quantitatem, de vsuris residuis, si aliquo iure debeantur, integra manente petitione.

Idem A. Luciano.

LEX IV.

SI constat pecuniam inuicem deberi, ipso iure [m] pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab vtraque parte debetur, vtique quoad concurrentes quantitates, eiusque solius, quod amplius apud alterum est, vsuræ * debentur, si modo petitio earum subsistit. [n]

Non solum actio, sed & officium iudicis, quod olim pro fideicommisso proponebatur, potest per exceptionẽ compensationis excludi. h. d. coniuncta l. pecunia verbũ, §. fin. ff. de verbor. sign. Bald. Vel sic: Debitum ex testamento potest compensari: & eius quod potest in compensationem deduci, non debentur vsuræ. h. d. Salyc.

m *Ipso iure.*] no. pro M. quod ipso iure fit compensatio, & si non opponatur ab homine, vt hic, & infra eodem, l. finali, & Institu. de actio. §. in bonæ fidei. Sed Ioan. dicit eam fieri tunc demum, cum ab homine opposita fuerit, vt ff. eodem, l. 1. & 2. & l. quod Labeo. nam si ius ipsum compensaret, non esset in hominis potestate, cum quo debito compensetur, quod tamen lex dicit, ff. eodem. l. si quid. & l. verum. & lege quod Labeo. Item dicit lex eum malè agere, cui obstat compensatio, vt ff. eodem. l. verum. vnde patet esse actionem, sed edidi exceptione, vt ff. quando dies vsusfruc. legat. ced. l. 1. §. finali. Quod autem dicitur alicubi fieri eam ipso iure, verum est, si ab homine opponatur: hoc tamen fallit in delictis, vbi ipso iure fit, vt ff. eodem, l. si ambo, §. quoties. Item ad inhibendum cursum vsurarum, vel pœnam committendam, vel pignus liberandum, vt hic, & infra l. proxim. & infra de solut. l. eius. & ff. eodem. l. cum alter, cum enim debeantur ex mora, & nulla est mora, vbi est exceptio: vt ff. si cert. peta. l. lecta, in fi. ergo non currunt.

* Istæ vsuræ non habent locũ hodie iure canonico. 14. q. 3. ca. si. & Deut. 32. Et aduerte hic non licere mutuare cũ pacto, quod alio tẽpore tãtundẽ mutuetur mihi. gl. in c. si fœneraris. 14. q. 3. quam glo. dicit sing. Iason l. ex hoc iure, colum. 12. vers. 15.

n *Subsistit.*] quod in bonæ fidei iudicio, ex mora in stricti iuris, ex stipulatione, vt ff. de negocijs gestis, l. quia tantundem. & infrà titulo primo, lege in bonæ fidei. & supra in quibus cau. in integr. restitut. non est ne. l. in minorum.

Idem A. Honoratæ.

LEX V.

ETiam si fideicommissum [o] tibi ex eius bonis deberi constat, cui debuisse [p] te minorem quãtitatem

E*Tiam si.*] CASVS. Debebas Titio decem, legauit tibi duodecim, si à te petantur decem, an vsque ad concurrentem quantitatem possit fieri compensatio, quæritur? Respondetur, quod sic, vsurarum exclusa petitione: nam vsurarum in id, quod est amplius debito, integra manebit petitio.

o *Etiam si fideicommissum.*] quod à sola liberalitate olim pendebat vnde non videbatur compẽsari: sed hodie etiam actionis iure, Instit. de fideicommiss. hæred. in princ. & inf. communia de lega. l. omne verbum.

p *Debuisse.*] quod peti poterat, vel solutum non repeti, vt ff. eod. l. etiam.

dicis, æquitas compensationis, vsurarū excludit cōputationem. Petitio aūt eius,[a] ꝙ amplius tibi deberi probaueris, sola relinquitur.

Cauta sed non recepta non possunt compensari, nec quis tenetur soluere, vbi pōt compensari. h. d. Saly. Vel sic: Si petitur id quod non debetur, obiicitur exceptio intentionis: sed si id quod debetur obiicitur exceptio compensationis. h. d. in effectu secundum omnem lectionē gl. quæ legit multis modis propter duo contraria. Pau. de Cast.

Idem A. Pollidenti.

LEX VI.

NEque scriptura,[b] qua cautū est accepta, quæ negas tradita, obligare te cōtra fidem veritatis potuit, & compensationis æquitatē iure postulas, non enim prius exolui, quod debere te constiterit, equum est, quam petitioni mutuæ responsum * fuerit, eo magis, quod ea te persequi dicis, quæ à muliere diuortij causa amota q̄reris.[c] PP. D. 5. Cal.[1] † Decemb. Alex. A. 3. & Dione Coss.

*Concor. ca. 1. cum gl. 1. extra de mutu. peti.

1. † al. Cal.

Venditor petens pretium, patitur compēsationem. fallit in fisco. hoc dicit Pau. de Cast. post Salyc.

Idem A. Euzosio.

LEX VII.

SI ex venditione pretium venditori debetur, compēsationis ratio opponitur: aduersus fiscum enim solūmodo emptores petitioni p̄tij compensationem obiicere prohibentur.[d]

Vitricus percipiens fructus ex reb. priuigni tenetur ei restituere. h. d. Bal. vel sic: Æstimatio fructuum debita ab eo, cui legatum quantitatis est relictū, potest cum illa quantitate compensari. h. d. Vel sic: Qui tenetur ad fructos consumptos, patitur compensationē. h. d. P. de Ca.

Imp Gordianus A. Emerito.

LEX VIII.

SI propter fructus ex possessione tua perceptos,[e] vitricus tuus debitor tibi cōstitutus est, cum id, quod à matre tua[f] ei legatum est, à te petere cœperit mutuo[g] debitæ quantitatis apud eū, qui super ea re iudicaturus est, compensationem non immeritò obiicier.

Nemo compensat, quod sibi non debetur. Bal. & Sal.

Idem A. Eumenidi.

LEX IX.

EIus,[h] quod non ei debetur, qui conuenitur, sed alij, compensatio fieri non potest.

Qui pro liberando prædio empto aliquid soluit creditori, illud venditori compensat cum pretio. h. d. not. & tenementi casum. Bal. & Salyc.

a *Eius.*] id est petitio vsurarum eius fideicommissi, quod amplius, &c. vt sup. l. proxima.

NEque scriptura.] CASVS. Confessus fui me recepisse ab vxore mea centum nomine dotis, nec recepi illa, postea ex causa futuri diuortij surripuit mihi res, propter quas tenetur mihi in alijs centū, celebrato diuortio petit à me centum ex confessione dotis, qualiter mihi succurratur, quæritur? R̄n̄d. ꝙ intra tempus habeo excep. non num. pecun. quo elapso habebit locū compensatio. sed hoc non placet ꝑ ꝯ̄trium hic signatum. Si verò non ex scriptura ista, sed ex alia causa tenear tibi in centū, tunc fiet compensatio istorum centum, ad alia centum, quæ mihi debet, eo ꝙ res amouit, & sic possunt esse duo casus. Vel dic, ꝙ sit vnus tantum, secundum Accurs. & hæc verior. Quattuor modis alijs dic casum, vt notatur in glo.

b *Neque scriptura.*] pone sic casum, vt tollas contrarium. Quod Titius confessus fuit se recepisse decem ex causa mutui à Seia, cum nihil accepisset, postea cœpit ab vxore sua propria in veritate ex cā mutui decem. Primo obijcit Seię exceptionem, & hoc vsque illud, & compensationis, &c. Secundo casu obijcit compensationem vxor in rebus amotis, & hoc vsque in fin. Vel dic, quòd scripsit se decem accepisse mutuo ab vxore, cū nil recepit, intra biennium quidem habet exceptionem contra vxorem, & hoc vsque illuc, & compensationis, &c. post biennium non, sed compensat in res amotas, & hoc vsque in fin. leg. Vel tertio confessus fuit decem se recepisse ab vxore ex causa mutui, cum quinque tantum acciperet: in ijs quinque habet exceptionem, vt in princ. in alijs quinque, quæ accepit vere obijcit compensationem ad res amotas, vt & supra de non numerata pecunia, minorem. Et secundum has, scilicet tres expositiones non est contra inf. de rei vxor actio. §. sed nec obstant res amotas, cum ibi in dote loquatur, hic non. Vel quarto dic etiam in dotis confessione hic loqui, & dic in confessione fuisse centum, in donatione quinquaginta fuerunt: pro quinquaginta non datis habet locum exceptio non numeratæ dotis, vt in princ. pro alijs obijcit compensationem ad res amotas. Nec obstat prædicta lex contraria, quia nec hic dicit retentionem fieri dotis perpetuam ob res amotas. Sed maritum non debere prius soluere, quod debet, quàm responsum fuerit mutuæ petitioni, & postquam responsum fuerit, & res amotas fuisse constiterit, compensatio locum habebit. Vel dic, quod scripsit se centum in dotem accepisse, cum nihil receperit, & idem intra tempora statuta infra de do. cau. l. fi. & auth. ibi posita, obijcit exceptionem, vt hic in princ. postea obijcit compensationem, & sic non obstat contrarium, quia hic non fuit dos vere numerata, ibi sic. Vel dos erat in pecunia, ibi in specie. Vel hic res dotales nō extabant, ibi sic. argu. ff. si cert. pet. l. cum fundus, §. 1. Si quæras qualiter fit hic compensatio speciei ad quantitatem, dic amotā fuisse pecuniam, vel frumentum, vel aliud ꝙ in quantitate consistat. Vel dic, hic erāt mota consumpta, vnde ad æstimationem ventum fuit.

c *Quæreris.*] vt & J. rer. amot. l. ...

SI ex venditione.] CASVS. Ex causa legati debebam tibi decem, tu mihi decē, ex causa venditionis: quia tibi rem vendidi, nec pretium soluisti: an hincinde admittatur compensatio, quæritur? R̄n̄d. ꝙ sic. & hoc in prima. Si verò fiscus rē mihi vēdidit pro decem, & mihi ex alia causa tenetur in decē, si petat sua decē, non potero opponere compensationem. hoc in secunda.

d *Prohibentur.* vt diximus s. eod. l. 3.

SI propter. CASVS. Si mulier prædiū pertinens ad filium suum, inuito filio suo viro tradit, & ex eo fructus percepit, & consumpsit, & ratione illorum fructuum factus sit debitor filij in centum, & postea ipse decessit filio hærede instituto, relictis viro centum nomine legati: an marito petenti centū ex causa legati, possit filius obijcere compensationem centum quæ debet vitricus, quæritur? Dicitur, quod sic.

e *Perceptos.*] & consumptos.

f *Matre tua.*] cuius es hæres.

g *Mutuo.*] id est inuicem.

E*ius.*] Pone casum vt in glo. seq.

h *Eius.*] vt si decem a te petam, & tu inuenis quendam, cui ego debeo decem, quæ tui causa vult mihi remittere, vt tibi remittam non compellor quidem, vt ff. eodem, l. in rem, §. 1. & facit in eodem titulo si cum milite. Sed hæc fallunt in procuratore in rem suam: vt ff. eod. l. in rem, in princip. Item in fideiussore, qui potest obijcere compensationem in eo, quod tibi debetur vel reo principali, vt ff. eod. l. 5. similiter socius quod debetur socio: vt ff. de duob. reis. stip. l. si duo. Item in alio casu, vt ff. eod. l. si cum filiofamil. §. 1. Quod ergo hic dicit alij, dic omnino alij. Accursius.

ADDI-

ADDITIO. Addas etiam quod exceptio compensationis obstans venditori, pōt opponi emptori. ita determinat Din. in c. is qui in ius, in fi. de reg. iur. lib. 6.

QVoniam. CASVS. Vendidisti mihi prædium pro decē & dicebas illud liberum à seruitute: erat tamen obligatū Titio ꝓ 10. Si Titio agēti, hypoth. solui debitum; an tibi agēti ex vendito ad pretium, possim objicere compēsationem, quæritur? Resp. quod sic.

a *Quoniam liberum*. s. à seruitutibus erat tamen obligatus cuidam creditori.

b *Obligatione*. s. personali, pro qua hic etiam fundus erat creditori venditori obligatus.

c *Soluisse*. s. proponis te emptorem soluisse creditori venditoris hypothecaria agenti.

d *Debitum*. s. pretiū, quod debetur ex venditione.

e *Indebitè*. quantum ad te: debite tamen quantum ad venditorem, alioquin si à nemine deberetur, compensationem objicere non posses, immo indebitum repeteres & facit ff. de rei vendic. l. emptor. & inf. de euic. cum tibi.

SI tutores CASVS. Magistratus compulerunt me nominare aliquos tutores quibusdam pupillis, & illos nominaui, postea cum illi pupilli aliqd dēent ex officio primipili, solui pro eis. conuenior à pupillis eo, quod nominaui tutores minus idoneos, quia facti sunt debitores pupillorū in decem, modo quæro, nunquid possum eis objicere compensationem de eo, quòd pro eis officio primipili solui? Respondetur, quod sic.

f *Pro his*. scilicet pupillis.

g *Soluisti*.] fuerat enim eorum pater primipilarius, ex cuius mala administratione pupilli tenebantur.

h *Conuenti*. vt instit. de satisda. tut. §. pen. & infra de magi. conue. l. 1.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. & CC. Nicandro.

LEX X.

QVoniam liberum [a] fundum distractum tibi ꝓponis, post vero, veluti precedente emptionem obligatione, [b] certum quid soluisse [c] si debitum [d] à te apud præsidem prouinciç petatur, compensationem eius, quod indebite [e] soluisti, potes opponere.

Quod debetur pupillo à nominatore tutoris non idoneè administrantis compensatur cum eo, quod pupillus debet tutori soluenti debitum patris pupilli ex administratione primipili Bald. Vel sic: Si magistratus, qui tutorem pupillo nominauit, aliquid pro debito paterno pupilli soluit: potest hoc pupillo contra eum (licet in subsidium agenti cōpēsare,) & si in pluri tutor minus idoneus tenetur, illud nominatos soluere cogitur, Salicetus.

Ijdem AA. Iuliano, [1] † & Paulo.

1 † Iulio.

LEX XI.

SI tutores pupillis officio magistratus vrgente nominastis, ac pro his [f] propter onus primipili pecuniam soluistis: [g] superstitiosam geritis solicitudinem, ne ab ipsis cōuenti, [h] hanc eis imputare minime possitis, vel a vobis quicquam amplius exigatur, si tantum [2] † quantum eis tutores debuerunt, vel vos [i] nomine ipsorum maiorum quātitatem dedisse probetur.

2 † Tamē.

Qui partem debiti compēsat, aliam autem partem offert, consignat & deponit: potest pignus vendicare, Bald. & Salic.

Ijdem AA. [3] † Corneliano al. Cornelio.

3 † al. Ij iā AA. & CC.

LEX XII.

INuicem debiti compensatione habita, si quid amplius debeas, soluens, vel accipere creditore nolente offerēs, & cōsignatū deponens de pignorib agere potes.

Quod debetur reipublicæ, nō potest compensari cum eo, quod officialis debet tanquā priuata, & singularis persona Bald. vel sic: Si compensatio facta in causa publica non tenet, ad suum debitum, qui compensauit agere potest, Sa.

Ijdem AA. & CC. Basso.

LEX XIII.

SI velut in id debitū, quòd solennium publicarū pensationum nomine debueras compensaturo tibi nihil te petiturum postea Mutiano [l] scripsisti: redditis [m] ijs; quæ venerant in compensationē, non indebiti soluti repetitio, sed aū debiti cōpetit exactio.

Debiti ad debitum admittitur cōpensatio: fallit in tribus casibus, scilicet quando debitum petitum est liquidū, exceptio, autem obscura, & tunc non debet iudex acceptionem admittere sed reseruare excipienti ius petendi. Item quando debetur ex causa depositi. Item quando debetur ex causa rapinç vel furti. Bald.

Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P.

LEX XIIII.

COmpensationes ex omnibus actionibus [n] ipso

INuicem. CASVS. Mutuaui tibi 10. & dedisti mihi pignora, tenebar tibi in 10. facta compensatione vsque ad concurrentem quantitatem, residuam partem debiti solues, vel me recipere nolente consignabis, & depones, vt essent vsura, & postea poteris agere pigno. act. ad recuperandum pignora.

k *Agere potes*. pignoratitia actione, uel in rem, ut infra de luitione pig. l. si reddita. & sup. de pig. act. l. nec creditores, & l. quo minus. Sed ad pignoratitii sufficeret sola oblatio in iudicio, vt ff de pigno. ac. l. si rē alienā, §. fi.

SI velut. Pone casum, vt in gl.

l *Mutiano* q tunc dispensator erat reip. & mihi 10. debebat proprio noie, & ego sibi 10. noie publico, compensaui secum. tandē eo mortuo compensatio non valuit: quia erat in aliquo de specialib. casibus positis sup. eo l. in ea, & sic coactus sui soluere sequenti administratori, agam ego ad meū debitū, sed si cōpensatio tenuisset, quod postea soluissem, vt indebitum odicerem vt ff. eo. l. si ambo. & & postea, r. resp.

m *Redditis*. s. solutis à te alij dispēsatori.

COmpensationes.] CASVS. tam in actionib. realibus, q in psonalib. admittitur compensatio, in talibus sic, si possedisti equum meū, & culpa tua perijt, teneris mihi ad æstimationem, q si fuerit in triginta; & debeam tibi 30. hicinde fit compensatio. In personalib. sic: si debeas ex causa mutui 10. & ego tibi alia 10. fiet compensatio, si debitum ex vtraq; parte sit liquidum. si autem ex vna parte sit obscurum, non erit locus cōpensationi: sed cognoscetur de causa, & hoc in secunda. Si vero dēas mihi 10. ex causa depositi, quia apud te rē mei deponebam, & ego tibi ex alia causa debeo 10. non fiet compensatio, & hoc in tertia. Si vero possessionem meam, siue mobilem siue immobilem per uim occupasti, & distracta est: teneris ad æstimationem, quæ si fuerint in 10. & ego ex alia causa tenear tibi in 20. hincinde non fiet compensatio odio prædonis, & hoc in quarta.

i Vel vos. repete, vel si probetur vos dedisse nomine ipsorum maiorem quam, &c. quasi diceret, siue tantum quantum tutores eis debebant, siue id quod pro eis soluistis, siue plus, objicietis compensationem, alias si minus, objicietis usque ad concurrentem quantitatem tantum, vt sup. eo. si constat, & l. etiam.

n *Actionibus*. ubi quantitas hincinde debetur, & non obstat exceptio, vt ff. eodem, l. quæcunque, & supra eod. l. si constat.

constat. secus si hincinde species debetur, vel ab altera parte species, ab altera quantitas, vt ff. de pign. actio. l. si conuenit. secundo respond. & ff. de condic. ind eb. l. si non sortem § si centum, & de impen. in re. do. l. quod dicitur, in princip. & sup. de rei vendica. l. si pecunia, & idem si hincinde debetur pecunia, sed vel species, nam non fit compensatio, vt ff. de pecul. si creditor, §. 1. Quid est ergo, quod hic subijcit, rei vendicatio si opponi compensatio. nem? Rñdetur desijt res posse hic præstari dolo vel culpa possessoris, unde venitur ad æstimationē, & sic fit compensatio. res ipsa tamen dicitur esse in obligatione, siue petitione, vt ff. de verb. oblig. l. si seruum, §. an filius, & § effectus, & § nouari autem. Sed secundum hoc quomodo æstimationis, quę nō petetur, fit compensatio? Respondetur, videtur esse in obligatione inspecto exitu, & pro hoc est, quod dicit lex talem æstimationem posse constitui, vt ff. de constituta pecunia, leg. promissor. primo respondetur. Item quid si hincinde debentur genere, vt equus vel homo? Satis dici potest compensationem ipso iure admitti, vers. si pars hæreditatis, leg. 1. §. item si cum alie. & de tarren instit. si qui non minus, pri. mo respons. & de legat. secundo, l. vno ex, §. sed si vno. Item quod subijcit ipso iure, dic vt dicimus supra eodem, l. ge si constat.

iure fieri sancimus, nulla differentia in rem, vel in personalibus actionibus, inter se obseruanda. Ita tamen compensationes obijci iubemus, si causa [a] ex qua compensatur, liquida sit, & nō multis ambagib. innodata, sed possit iudici facilem exitum sui præstare. satis enim miserabile est, post multa fortè variaque certamina, cum res iam fuerit approbata, tunc ex altera parte, quæ iam pene conuicta [b] est, opponi compensationem iam certo, & indubitate debito, & moratorijs ambagibus spem condemnationis excludi. Hoc itaque iudices obseruent, & non procliuiores ad [1] † admittendas cōpensationes existant: nec molli animo eas suscipiant: sed iure stricto vtētes, si inuenerint eas maiorem, & ampliorem exposcere indaginem, [c] eas quidem alij iudicio reseruēt: litem autem pristinam iā pene expeditam, sententia terminali [d] componant: excepta actione depositi [e] secundum nostram sanctionem, [f] in qua nec compensationi locum esse disposuimus.

a *Si causa* i. secunda, ex qua compensatur.

b *Conuicta* est per testes, uel per confessionem, argu. ff. de iureiurand. l. cum qui, in principio. & no. ff. de reg. iur. l. nemo ex his.

c *Indaginem*. Nota sic. ff. ad exhiben. l. 3. §. ibidem, & ff. de inoffi. test. l. si quando erit, & potest dici exposcere maiorem indaginem, vel examinationem, si intra duos menses non potest probari, ut ff. de iur. fis. l. aufertur, e. qui compensationem. Vel officio iudicis fit hic. & illud speciale in fisco.

d *Terminali*. i. definitiua.

e *Depositi*. scilicet directa, secus si contraria, quia tunc non ex fide rupta agitur, ut argumen. institutio. de actio. §. in bonæ fidei. ubi dicit sub prætextu con. & cæt. Vel dic secundum B. idem in utroque, si ergo est in hac speciale: ergo secus in commodato, & sic ibi fit compensatio. Sed contra, supra de commo. l. sub prætextu. Sed ibi non compensatione, sed retentione uti uolebat. Item quod dico in commodato, & cæteris personalibus, ubi species petuntur, fieri compensationem, intellige semper si res debitæ possent restitui. In actione autem in rem diximus supra eadem, l. in princip.

f *Sanctionem*. infra depositi. l. pen.

g *Possessionem*, mobilem uel immobilem, & intellige, quando ad æstimationem fuisset peruentum, alias nullum esset dubium. Item ratione pœnæ, in qua est quantitas, vt infra vnde vi. l. si quis in tantam. Item ratione rerum mobilium amissarum, ff. de vi & vi armata. l. 1. §. rectissimè. Habent ergo hæc locum, siue conditione ex lege, siue actione in rem, siue interdicto agatur ad huiusmodi possessionē, hoc odio huius possessoris. Sed argu. contra, ff. eo. l. si ambo. vbi in delictis fit cōpensatio. Sed ibi in alijs delictis, vel ibi erat hincinde delictum, hic nō. Et nota hic casus, vbi cessat compensatio. primo odio, vt hic. Item in deposito eadem ratione, vt sup. proximo resp. Item eadem ratione, vt ff. eod. l. ob negotiū. Item è cōtra cessat fauore, vt in fisco in casibus, qui sunt sup. eo. l. in ea. Itē cessat, quando species est debita, ut dixi in prin. huius l. Item quando res exposcit maiorem inquisitionem, ut sup. ea. l. §. 1. Accur.

¶ Possessionem [g] etiam [1] † alienam perperam occupantibus compensatio non datur.

1 † Authen.

TITVLVS XXXII.

De vsuris.*

* a. Cod. Th. 33. 13. primo Eclog. 3. 3. Hæm.

Vsuræ per stipulationem permissa, probata interrogatione præcedente, & responsione sequente, debentur iure optimo, hoc dicit Baldus, vel sic: Probata solemni stipulatione vsurarum, licet in instrumento scripta non sit, vsura debentur, hoc dicit Salicetus.

Imp. Antoninus Pius A. Euocauo.

LEX PRIMA.

SI interrogatio [h] præcedente promissio vsurarum recte [i] facta probetur, licet instrumento conscripta non sit [k] tamen optimo iure [l] debentur.

Emptor ex die traditionis possessionis tenetur venditori ad vsuras pretij non numerati: nec sufficit ipsum pretiū minus solenniter deposuisse, hoc dicit, Bal.

DE VSVRIS.

Dixit hucusq; qualiter actoris intentio minuitur compensationibus, vel alijs exceptionibus: nūc qualiter augeatur.

SI interrogatione. CASVS. Mutuasti mihi decem, & vsuras solenniter stipulatus es, sed non interuenit scriptura: an nihilo minus debeantur vsuræ, quæritur? Respondetur, quòd sic, si fuerint promissæ usque ad legitimum modum.

h *Si interrogatione*. quæ stipulationibus præmitti solet, ut insti. de uerb. oblig. in prin.

i *Recte*. i. secundum modum regionis, ut legitimus modus usurarum non ostendatur, ut ff. e. l. 1. in prin. & inf. eo. l. eos, §. super. Et not. hic, qui solennitatem dicit eam, probet, ut ff. de publi. l. quæcunque, §. fi.

k *Non sit*. quoniam præsumerentur omnia solenniter acta, ut insti. de fideiuss. §. fi. & infra de contrah. stip. l. 1. & ff. de pact. l. iurisgentium, §. q fere. Sic ergo refert, an testes dicāt aliquem promisisse, & non ualet, nisi dicant præcessisse interrogationem, ut hic, & aliud si in instrumento hoc dicatur, ut dixi secundum Io. sed G. etiam in testibus dicit idem arg. ff. de reb. dub. l. quoties a.

l *Optimo iure*. quod moribus inductum rebusque receptum est, secundum Ir. Vel dic B. deberi usuras bono iure, ut pacto nudo, quando non peti, sed retineri possunt, ut inf. eod. l. 3. Item meliori, ut officio iudicis. Sic enim euenit in bonæ fidei iudicijs, ut infra eo. l. in bonæ fidei. Item optimo per stipulationem, ut hic. Vel tertio dic optimo, i. utilissimo. est enim utile accipienti & danti, ut ar. Inst. quib. mo. re contra, obl. §. fi. sic ergo secundum B. ius aliud bonum, ut ff. de usucap. l. 1. aliud melius, ut sup. de proc. l. exigendi. aliud optimum, ut hic, & de uerb. obl. ubi autem, non dimino, ut dices infra eo. auth. ad hæc.

1 Et sic potest probari per testes, quod in instrumento deficit. & facit c. sicut nobis cum gl. super uer. et primam tū. ext. pē ñ. extra de sen ten. & re iud.

Vsuras.

Vsuras.] CASVS. Rem mihi vendidisti, & tradidisti, sed pretium tibi non numeraui: vsuræ ex mora an debeantur, quæritur? Respond. quod sic. nec obstat, quo minus debeantur, cum penes me, aut alium habui pretium non legitimè depositum, quia non prius oblatum.

a *Tradita est.*] secus si tradita non esset, vt hic, & inf. de act. empt. l. curabit. & ff. de act. empt. l. Iulianus, §. ex vendito. & ff. eod. l. liberalitatis. §. fi. Sed cum fructus pertineant ad emptorem ex tẽpore contractus, vt ĩ. de act. emp. l. fructus, sicq; possit eos petere, & percipere, vt semper tenetur ad vsuras, vt ff. de act. empt. l. Iulianus, §. possessionem, & de regu. iur. l. qui actionem. & l. qui potest? Resp. hoc non potest obijcere venditor, qui ipse percepit. An autem hic vsura sit illicita etiam iure canonico? Respon. secundum Azo. & H. non, quia loco interesse præstatur, & fructuum, vt hic. & argu. ff. pro socio. l. socium, qui meo.

ADDITIO. Hoc tenet etiam Glos. in c. conquestus, extra de vsuris. & sequitur ibi Abbas, & communiter Canonistæ, alios etiam quosdam casus, in quibus est licita, ponit eadem gl. in prin. & plures ponuntur 14. questio. 1. in summa.

b *Depositi.*] imò videtur liberatus: vt ĩ. eod. l. acceptam. & ff. eod. l. cuicis, §. 1. Sed dic, quod hic deposuit sortem sine vsuris, vt inf. debi. vend. pig. impe. non poss. l. 1. vel deposuit, scilicet apud se, vel aliũ, non tamen legitime, & hæc melior.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Lucio.

LEX II.

VSuras emptor, cui possessio rei tradita est, [a] si pretium venditori nõ obtulerit, quamuis pecuniam obsignatã in depositi [b] causam habuerit, æquitatis ratione præstare cogitur.

Si vsuræ nudo pacto promittantur, non oritur actio: sed si soluantur, nec datur repetitio, nec fit extenuatio sortis. h. d. Bald. Vel sic: In contractibus stricti iuris citra vinculum stipulationis, vsuræ non debentur, nudo tamen pacto conuentæ non repetuntur, nec extenuant sortem. h. d. Salyc.

Ijdem AA. Iuliano.

LEX III.

QVãuis vsuræ fœnebris pecuniæ [c] citra vinculum stipulationis peti non possint, tñ ex pacti [d] conuentione solutæ, [e] neq; vt indebitæ repetuntur, neq; in sortem accepto ferendæ sunt.

Pignus obligatũ pro minoribus vsuris, non potest retineri pro maioribus ex posteriori cõtractu nascentibus ad hoc allegatur. h. d. Bald. vel sic: Pro vsuris etiã nudo pacto cõuentis tempore traditionis pignorum, possunt pignora retineri, non pro eorum augmento postea conuento, nisi specialiter dictum sit. Salyc.

Ijdem AA. Honorio. [1] †

LEX IV.

PEr retentionem [*] pignoris vsuras seruari posse, [f] de quibus pręstandis conuenit, licet stipulatio interposita nõ sit, merito constitutum est: [g] & rationẽ hẽt: cum pignora conuentione [2] † pacti ẽt vsuris obstricta [h] sint. Sed tantum in causa de qua agis, hęc ratio cessat, sq; quide tpe contractus [i] de minoribus vsuris petẽdis [3] † conuenit: [k] postea autẽ, cum se debitor pręstaturum maiores repromisit, [l] non potest videri rata [m] pignoris retentio, quãdo eo tempore, quo infra [*] emittebantur, [n] non conuenit, vt pignus etiam ob hanc adiectionem [o] teneatur.

Ratione minoris perceptionis vsurarum præsumitur recessum à maiori, etiam si vsura debeatur reipublicæ. Bal. Vel sic: Si creditor sciens minores vsuras receperit per triennium, à maioribus ex tacito pacto intelligitur recessum, etiã si vsura deberetur ciuitati. h. d. nota. Salyc.

Ijdem AA. Sabino, & alijs.

LEX V.

ADuersus [p] creditorem vsuras maiores ex sti-

QVamuis.] CASVS. Mutuasti mihi decem, pacto incontinenti apposito, conueni de vsuris præstandis, an debeantur, quæritur? Respon. quod non: sed si solui, non repetam, nec in sortem sunt accepto ferendæ si ex pacto debentur.

c *Pecuniæ.*] hoc nomen pecuniæ, stricte accipe, vt non contineat cætera, in quibus est mutuum: alias esset contra infra cod. l. frumenti. Item fallit hoc in duobus casibus, vt ff. eod. l. etiam. & de nau. fœ. l. periculi. item est rectum, quod hic dicit, etiam si pactum de eis præstandis incontinenti apponatur, vt ff. de præscript. verbis, l. Titius, sic & alibi pactum incontinenti appositum non parit actionem, vt ff. de rel. l. quod si locus. & ĩ. de iure dot. l. auia. Regulariter contra etiam in strictis iuris iudicijs, vt ff. si cert. peta. l. lecta. Sed in bonæ fidei contractibus non solum ex pacto incontinenti facto debentur vsuræ, sed etiam ex mora. infra de pact. inter empt. l. in initio. & ff. eod. l. cum quidam, §. ex locato, & inf. eod. l. in bonæ fidei. & ĩ. de pact. l. in bonæ fidei. & ff. depositi. l. Lucius. & l. Publia, §. Lucius, §. Titius. & ff. mand. l. qui negotia, & de in rem verso. l. si pro parte, §. in rem.

d *Ex pacti.*] scilicet nudi.

e *Soluta.*] nomine vsurarum: secus si simpliciter, quia tunc in sortem tenerentur, vt ff. de solut. l. in his, §. eadem autem. sed secus vbi & ciuiliter debetur vsura, tũc enim prius in vsuras solutum accipitur, vt inf. eod. l. si vsuras. Sed ex venditione pignor. redacta pecunia etiam in naturale debitũ potest retineri. ff. de sol. l. Paulus respondit, non ideo, §. 1.

PEr retentionem.] CASVS. Si mihi decem mutuasti, & pignus dedi, & cõueni pacto nudo de præstandis vsuris, retinebis pignus quousque soluerim vsuras. & hoc in prima. Si verò promisi minores vsuras, puta quattuor. & pignus dedi, & postea forte ti die conueni, vt soluerem maiores vsuras, puta, 8 den. an habeas retentionem pignoris, pro maioribus, quæritur? Dicitur, quod non. & hoc in secunda.

f *Posse.*] etiam à fisco succeslore talis debitoris, vt ĩ. de vsur. fis. l. a. lib. 10.

g *Constitutum est.*] vt ff. de pigno. l. grege. §. fin. & de pig. act. l. solutum, §. fine autem, & inf. eod. l. pignoribus.

h *Obstricta sint.*] s. nominatim.

i *Contractus.*] pro quo datum fuit pignus.

k *Conuenit.*] nudo pacto, & cum pignore.

l *Repromisit.*] nudo pacto, sed pro his maioribus pignus obligatum non fuit.

m *Rata.*] alijs tacita, sed videtur, quod sic, quia tacite sit repetitum, vt insti. ad legem Aquil. §. ex hoc tamen capite. & ff. de verbor. obligat. l. Titia, §. idem respondeo. & ff. de cond. instit. l. cum seruus, sed hoc est speciale odio vsurarum. Vel dic, quod ex interuallo conuenit de maioribus, argumen. ff. de adim. legat. l. si tibi certam. Item & si non sit tacita actio, videtur tamen habere retentionem, vt infra ob chyro. pe. l. 1. quod hic negat, sed hic naturaliter tantum debita erat, vel hic odio vsurarum.

n *Emittebantur.*] pro maiori vsura, vel dic pro minori.

o *Adiectionem.*] alijs actionem, & alijs cautionem.

ADuersus.] CASVS. Mutuasti mihi decem, & promisi tibi vsuras minores per stipulationem, postea conueni de dandis maioribus, an si per certos annos minores recepisti, in maioribus tibi præiudicasti, quo minus eas petere possis, quæritur? Respond. quòd sic.

p *Aduersus.*] hic fuerunt promissæ maiores, sed solutæ minores.

1 † Honoratæ.

* Intel. huius l. vide per Anto. Rube. in l. nõ solum, §. morte, nu. 197. de nou. oper. nunc.

2 † Conditione.

3 † Præstãdis.

* Id est cũ pignus cõtraheretur in sortem tantũ. Agitur hic de chyrographariis vsuris, quæ sunt, cum pignus cõtractũ est in sortem duntaxat. Hæc taxatio si defuerit pignus datũ tacite quoque vsuris sufficiet. Harmen. apud Cuiac. 5. obs. 28. Goth.

Vsuras minores accipiens sibi præiudicat.

a *Per certos annos.*] decem, vel viginti, vt ff. eod. l. qui se promisses, vel quinque, vel sex, vel secundum Azo. triennio, argum. ĵ. de fideicomm. l. 1.

b *Pacti.*] s. taciti, vt ĵ. eod. l. quamuis. Sed cum quis præiudicet sibi minores accipiendo, vt hic dicit, quare debitor non præiudicat sibi dando maiores, vt ff. de sol. l. creditor. §. fi. Respon. vt ff. de act. & obl. l. Arrianus.

Remissio tacita aliquādo valet, vbi expressa non valeret.

c *Ciuitatis.*] sic ergo remiserunt tacitè vsuras maiores, & sic est ĵ ff. de pact. l. imperatores. Sed ibi expressè, hic tacitè, vt arg. ff. de procur. l. filiusfamil. §. veteranis, sic & cōtra tacite remittit, non expresse, vt in auth. de san. epi. §. si verò intra. in fi. tit. coll. 9. & in Auth. vt cū, de app. cog. §. si vero liberi. coll. 8. Vel dic, quod ibi erat liquidum, hic non, vt arg. sup. de transac. l. præses. Vel tertio hic ciuitas successerit creditori, vnde dēt vti eius iure, vt ff. eod. l. cum quidam, §. fiscus, vel eorum propria erat pecunia, nō ciuitatis. Vel ijdem isti nō possunt petere maiores, sed alij defensores successores eorum possunt, vt ff. de publica. l. licitatio, §. earum rerum.

1 † Antonio.

2 † Aristeo.

d *Ex cautione.*] qua cauerat amita pupillorum, cui pupilli vestri successerunt.

S*I creditrici.*] CASVS. Mulier mutuauit mihi decem sub pignore, & vsuras stipulata est: obtuli pecuniam, si illa nolit accipere qualiter mihi succurratur, quæritur? Rñ. quod consignabo, & deponam in ædem sacram, & ex eodem tempore non currunt vsuræ, & hoc in prima. hæc vera sunt, qñ mulier præsens est. Si verò absens est, interpellabo præsidem.

a *Interdictum est.*] quã quidam possunt maiore stipulari, q̃ alij vt sup. ca. l. §. super. Fit ergo hic fraus de persona ad personã & facit ad hoc ff. de legi. & Senatusc. l. ꝫ legem, & ff. de auth. tu. l. pupillus. §. fi.

1 † Qui.

b *Sacramenti.*] nota ve dixi sup. de his qui ad eccl. confu. l. præsenti. §. sicubi. sed hodie non valent, vt dixi sup. e. auth. ad hęc.

D*E vsuris.*] CASVS. Lex superior proxima in futuris, non præteritis negotijs locum hẽt, vt si aliquis ante legem istam stipulatus est vltra modũ taxatũ, pcedens lex vires habet, & secũdũ eã fiet exactio. & hoc in prima. In secunda dicit, q nullus debet stipulari vltra duplũ sortis, sicut olim fieri consueuit: nec pignora quorũ occasione consuetum erat olim vltra duplum stipulari, nullo modo hodie procedant: nec vltra duplũ teneantur, & hoc in secundã. Hæc quæ dicta sunt, sunt obseruanda in bonæ fidei ptractib. & in alijs quibus vsuræ debentur, vel exiguntur, & hoc in tertia. Viu.

† Not. hic Sal. quod pp difficultatẽ pbationũ veniatur ad iuramentũ purgationis, & est arg. qd valet ꝯstitutio epi scopi admittens facilem probationẽ in probando aliquẽ vsurarium.

c *Statuimus.*] supra l. proxima.

d *Exacturos.*] ẽt si legitimum modum excedat: & sic in parte seruatur, & in parte non, & ponit exemplum. ff. de legi. & Senatusc. on. l. cũ lex.

e *Exigi.*] per retentionem pignoris.

f *Censemus.*] vt & ꝭ mand. pretij, & facit sup. l. proxi.

V*T nullo.*] CASVS. Vt vsuræ vsurarũ nõ exigatur, veterib. legib. fuerat constitutum, sed non ad plenum: quia olim si mutuaui decẽ, poteram redigere vsuras in sortẽ: puta, sors erat 10. vsuræ 5. poterã redigere in sortẽ 10. & 5. & ita esset 15. & illorum 15. poterã stipulari vsuras, sed hoc erat obseruare verba & non sensum: ideo statuit Imperator vt nullo modo vsura præteriti, vel futuri temporis in sortem redigatur,

2 † Contra fiibus

huiusmodi factũ fuerit: principale debitum ab initio ea quantitate minuetur, vt tam ipsa minuenda pars, quã vsuræ eius exigi prohibeantur.

¶ Machinationes ẽt creditorum, qui ex hac lege prohibiti maiores vsuras stipulari, [a] alios medios subijciunt, quibus hoc non ita interdictum [a] est, resecantes, iubemus, si quid tale fuerit attentatum, ita vsuras computari, vt necesse esset, tanquam si ipse qui alium imposuit, fuisset stipulatus, in quo casu sacramenti [b] etiam illationẽ nem locũ habere sancimus.

Lex noua trahitur ad præterita, quatenus pendet de futuro: non quatenus robur & perfectionem recepit pro tempore præterito. h. d. Bald.

Idem A. Mennæ P P.

LEX XXVII.

DE vsuris, quarum modum iam statuimus, [c] prauam quorũdam interpretationem penitus remouentes, iubemus etiã eos, qui ante eandem sanctionem ampliores quam statutę sunt, vsuras stipulati sunt, ad modũ eadem sanctione taxatum, ex tẽpore dationis eius suas moderari actiones, s. illius tẽporis, quod ante eandem fuerit legem, pro tenore stipulationis vsuras exacturos. [d]

¶ Cursum insuper vsurarũ vltra duplum minimè procedere concedimus, nec si pignora quædam pro debito creditori data sint, quorum occasione quædam veteres leges, & vltra duplum vsuras exigi [e] permittebant quod & in bonæ fidei iudicijs, cæterisque omnibus casibus [2] † in quibus vsuræ exiguntur, seruari censemus. [f]

Vsura in sortem conuerti non potest, & leges nõ imponuntur verbis, sed rebus. h. d. Bal. Vel sic: Sicut vsura vsurarum non potest exigi, ita nec in sortem singulis annis imputari, aliàs lex esset imposita verbis, & non rebus. hoc dicit Bald.

Idem A. Demostheni. P. P.

LEX XXVIII.

VT nullo modo vsuræ vsurarum à debitorib. exigantur, veteribus quidem legibus constitutum [g] fuerat, sed non perfectissimè cautum. Sic enim vsuras in sortem redigere fuerat concessum, & totius summæ vsuras stipulari, quæ differentia erat debitoribus, à quibus reuera vsurarum vsuræ exigebantur? Hoc certe erat non rebus, sed verbis tantum modo legem ponere. [h]

¶ Qua propter hac apertissima lege definimus nullo modo licere cuiquam vsuras præteriti temporis, vel futuri in sortem redigere, & earũ iterum vsuras stipulari. Sed & si hoc fuerit subsecutum, quidem semper vsuras manere, & nullum vsurarum aliarum incrementum sentire, sorti autem antiquæ tantummodo incrementum vsurarum accedere.

LEX XXIX.

VSuræ [i] minutim & per interuallum, solutæ cum duplo compensantur, etiam si non vniuersæ simul solutæ fuerint.

LEX [k] XXX.

PRæsens [l] constitutio declarat, vsuras particulatim solutas, duplum debitæ sortis non excedere. Verum excipitur id, quod positum est in 109. Non de vsuris pecunię municipalis.

TITVLVS XXXIII.

De nautico * fœnore. [3] †

Pro tempore, quo creditor suscepit periculum traiectitiæ pecuniæ, vsura centesima debetur: pro tempore sequenti, communis h. d. cum gl. Sal. Vel sic: Eatenus veniunt vsuræ centesimæ pro pecunia traiectitia, quatenus durat suspicio periculi maris apud creditorem, quod est quousq; nauis peruenerit ad portum; quo casu cessant omnes vsuræ & debentur centesimę. postea verò veniunt communes, & non centesimæ: & idem si creditor non suscepit in se periculum. hoc dicit cum l. seq. secundum Paul. de Cast.

tur, sed maneat vsura semp vsura: nec sors incrementum vsurarũ suscipiat: sed sorti tm̃ accedat vsurarum incrementum.

g *Constitutum fuerat.* vt & ff. eo. placuit. & de cond. ind. l. si non sortem. in priu. & supra ex qui. cau. insa. irrog. l. improbum.

h *Ponere.*] quod esse non debet, ut inf. cõmunia de leg. l. 2. in fi. s. scilicet vsuræ pteritæ vel futuræ pariant vsuras, ut & infra de viur. rei iud. l. fi. Sed si vsura præterita fit oblata in præsentia, & postea ex cã mutui cõcessa, valet. nã duo actus creduntur interuenire, vt ff. si certum peta. l. singularia.

i *Vsuræ.*] Leunclaij interpretatio.

k *Lex.*] Eclog. lib. ca pi. 23.

l *Præsens.*] interpretatio Leunclaij.

DE NAVTICO fœnore.

Nautica vel traiectitia dr̃ pecunia, quæ traditur vt traijciatur, & cuius creditor suscepit periculum, & eius centesimam vsuram creditori stipulari permittitur, eamq; præstabit debitor quo ad periculum suscipit creditor: & ex quo nauem nauigare cõuenit, vt ff. e. l. 1. & l. periculi. & ꝫ. l. 1. & l. fin.

ADDI.

* Puto ana tocismũ, de quo hic agitur odio fœneratorũ interdici alias. si nouã sorte debitori numerare licet, & ab eo nouas & alias vsuras stipulari, cur non acceptas, ab eodẽ vsuras breui manu eidẽ renumerare sortis instar nõ liceat vt ex ea pecunias nouas vsuras præstet. Goth.

* Ex hinc etiã fœnus illud appellatum, maritima vsura. l. 6. ff. eo. titu.

3 † Traiectitia pecunia.

ADDITIO. Aduerte hic, quod etiam iste modus fœnerandi, licet creditor suscipiat in se periculum pecuniæ, est de iure Canonico prohibitus, vt in c. nauiganti 1. respon. extra. de vsur.

vestibus Imperialibus, vel similibus, nam tunc nauis cum mercibus confiscatur, vt ff. de publ. l. cotem §. dominus, & §. illicitatum.

g *Quæ.*] scilicet illicita.

h *Tempestatis.*] ex qua sola periculum suscepi.

Traiectitiam.] CASVS. Si pecuniam traiectitiam vltra mare vehendam mihi credidisti tuo periculo, & vsuram centesimam stipulatus es, tamdiu debebuntur vsuræ centesimæ, quousque nauis appulerit ad portum, tunc enim cessat tempestas maris, qua cessante cessant centesimæ, & tunc incipit esse meo periculo & communis vsura debebitur. Viui.

1 † Mutuo.

a *Communium vsurarum.*] sed non centesimarum.

b *Appulerit.*] si eousque periculum creditor suscepit, & exinde cōis præstatur vsura, si pecunia non fuerat soluta sequo sequenti eius gr̄a, vel consignata non fuerit, vt ff. eo. l. 4. Acc.

Cum dicas.] CASVS. Si pecuniam mihi mutuasti vt tibi redderetur in ciuitate Hierusalem, & conuenit vt esset periculo mei debitoris, an vsuræ præstari debeant, queritur? Respondet, quòd vltra legitimum modū non exigit, quis erit ille modus, habes supra tit. 1. l. eos. §. super. Viui.

2 † Cosmanæ. al. Cosmiana.

c *In sacra vrbe.*] Hierusalem, vel Romæ.

d *Profitearis.*] vnde cōi iure est periculo debitoris, vt supra si cert. pet. l. incendium.

e *Licitum.*] quod licere habes supra tit. 1. l. eos. §. super.

Cum proponas te.] CASVS. Si mihi pecuniam mutuasti, & periculum quousque nauis in Africam veniret: & in portu Salonitanorū vbi ferebatur, pecunia solueret, q portu eiil in Africa, in te suscepisti, & vsuras stipulatus es centesimas: an si antequam nauis ad locum destinatum peruenisset, propter illicitas merces quas vehebam, nauis confiscatur: periculū pecuniæ amissæ ad te pertinere debeat, quæritur? dicitur quòd non, quia pecunia non ex discrimine tempestatis maris amissa est, sed propter illicitas merces: & sic propter delictum tuum: vnde si tu nauis salua ad portum veniret, tu teneris. Viui.

f *Mercibus.*] vt attramento, alias ornamento regali, vel

Impp. Diocle. & Maximi. AA. Honorato.

LEX PRIMA.

TRaiectitiam pecuniam, quæ periculo creditoris [1] † datur, tamdiu liberam esse ab obseruatione communium [a] vsurarum, quamdiu nauis ad portum appulerit, [b] manifestum est.

A iure communi non receditur, nisi pactum in contrarium reperiatur: ius autē commune continet. l. incendium. supra si cert. peta. quod ergo in contractu non dicitur, ero non intellecto censetur h. d. secundum Bald. Vel sic: Pecuniæ nauticæ debitoris est periculum, nisi aliud fuerit conuentum h. d. Salic.

Ijdem AA. Cosmaniæ. [2] †

LEX II.

CVm dicas te pecuniam ea lege dedisse, vt in sacra vrbe [c] tibi restitueretur, nec incertum periculū quod ex nauigatione maris metui solet, ad te pertinuisse profitearis, [d] non est dubium pecuniæ creditæ vltra licitum [e] modum te vsuras exigere non posse.

Ista lex est multum notabilis. Qui suscipit in se periculum nauigationis, intelligitur in se suscipere periculum fortunæ, non culpe debitoris. h. d. Bal.

Idem AA. Iuniæ.

LEX III.

CVm proponas te nauticum fœnus eas conditione dedisse, vt post nauigium quod in Africam dirigi debitor asseuerabat, in Salonitanorum portum naue delata, fœnebris pecunia tibi redderetur, ita vt nauigij dumtaxat quod in Africam destinabatur, periculum susceperis, [3] † perque id [4] † vitium debitoris, nec loco quidem nauigij seruato, illicitis comparatis mercibus, [f] ea quæ [g] nauis continebat, fiscum occupasse, amissarum merciū detrimentum, quod nō ex marinæ tempestatis [h] discrimine, sed ex [5] † præcipiti auaritia, & inciuili debitoris audacia accidisse asseueratur, adscribi tibi iuris publici ratio non permittit. [i]

Debitor generis liberatur per interitum, si creditor suscipit in se periculum: alias non. h. d. Bal. Vel sic: Periculum pecuniæ traiectitiæ spectat ad debitorem, nisi aliud sit actum h. d. Sal.

Ijdem AA. Eucharisto. [6] †

LEX IIII.

TRaiectitiæ quidem pecuniæ quę periculo creditoris mutuo datur, casus, antequam ad destinatum locum nauis perueniat, ad debitorem [k] non pertinet. [l] Sine huiusmodi vero conuentione [m] [7] † infortunio naufragij debitor non liberabitur.

TITVLVS XXXIIII.

Depositi, [8] † vel contra.

Casus vero, non casus prætensus liberat debitorem, et si interficiantur. h. d. Bald. Vel sic: Periculum depositi contingens casus, non dolo, vel lata culpa depositarii, spectat ad deponentem. Sal.

Imp. Alexander Mæsteno. [9]

LEX PRIMA.

SI incursu latronum, vel alio fortuito [n] casu ornamento, deposita apud

i *Non permittat.*] culpa enim debitoris successit casum, vt & ff. commod. l. si vt certo. §. interitum.

3 † Suscipere.

4 † Al. dicest, & l.

Traiectitia.] CASVS. Si pecuniam traiectitiam vsque ad certum locū mutuasti, & tuo periculo, quousque nauis ad locum destinatum peruenerit periculo tuo erit, & hoc si euenit, vt periculo tui creditoris esset, alioquin si non conuenit, periculo meo debitoris erit, nec per casum naufragij liberer.

5 † Dolo.

k. *Ad debitorem.*] vt dixi in rub. huius tit.

l *Non pertinet.*] vt supra si cer. pet. l. incendium.

m *Conuentione.*] i. si nō conuenerit, vt periculum subiret creditor. & ad hoc: Instit. quibus modis re contrah. obli. §. 2. & supra si cer. peta. l. incendium.

DEPOSITI, vel contra.

6 † Euchinariste.

Dixit de contractib. celebratis gratia accipientis, vt de cōmodato, nūc gratia dātis tm̄, vel quia in deposito venit vsura, ideo de eo subijcit.

Si incursu.] CASVS. Si vestes penes me deposuisti, & eas fortuito casu, puta latronum incursu amisi, & fui interfectus: non solum ego, qui de dolo tantum, & lata culpa teneor, liberabor, sed etiam hæres meus, nisi conuenerit, vt in me fortuitum casum reciperem, s. specialiter, & hoc in prima. Si verò prætextu latrocinij hæres falsò asseuerauit eas esse amissas, cum apud eū sitio. Al. cōstitutæ sint, vel dolo eas possidere desijt: non solum depositi, sed ad exhibendū actio, & rei vēdicatio tibi pet. & hoc i secūda.

7 † Conditione.

8 † 13. Eclog. 2. cap. 35. j. Harmenop. 9.

9 † Menmistio. Al. Metrio.

Nota ex hac lege secundum Bal. quod non est bona consequentia à latronibus interfectus, ergo derogatus, quia potest esse vnum sine altero, quod tene menti, secundum eundem.

n *Vel alio fortuito.*] Innuit latrocinium esse fortuitum casum.

Latrocinium est casus fortuitus.

casum, quod verum est, vt ff. pro so. l. cum duobus, §. damna, & supra de pign. actio. l. quæ fortuitis, & Insti. quibus mod. re contrahen. oblig. §. item is, & supra commod. l. 1. Et est latrocinium palam, maxime in syluis, furtū est clam, vt in Authen. vt nulli iudic. §. penult. colla. 9. Sed an furtum sit fortuitus casus. Videtur quod non, cū non videatur fieri sine culpa, vt d. §. damna: sed certè immò quandoque est, vt ff. de furt. l. cum qui. §. idem scribit. ADDITIO. Dicas quando furtum fit à persona domestica, vel ab eo, de quo diligentissimus homo non fuisset suspicatus, tunc adscribitur casui fortuito, ut d. §. idem scribit. aliàs secus.

interfectum [a] perierint; detrimentum ad hæredē eius, qui depositum accepit, qui dolum solum; & latam culpam [b] (si non aliud specialiter conuenit [c]) præstare debuit, non pertinet. Quod si prætextu [1] † latrocinij commissi, [d] vel alterius fortuiti casus, res quæ in potestate hæredis sunt, vel quas dolo desijt possidere, nō restituuntur: tā depositi, quā ad exhibendum actio, sed & in rem vendicatio competit. [e]

1 † ali. sub prætextu.

In actione depositi vsuræ veniunt ex mora. Bald. & Salic. quod intellige in quantitatibus, secus si in specie, vt ff. de vsur. l. in fideicommissi. §. fin. h. d. Bald.

Imp. Gordianus A. Celso. [2] †

LEX II.

2 † Idē A. al. Celsine.

VSuræ [f] in depositi actione, sicut in cæteris [g] bonæ fidei iudicijs, ex mora venire solent. [h]

Depositarius vtendo facit furtum: & si non conuenitur furti, sed depositi, debet agere gratias exactori. h. d. Bal. Vel sic: Si depositarius vtatur re deposita, inuito deponente, furtum facit; & si non conuenitur furti, sed depositi, debet cōgratulari exactori. Salic.

Idem A. Austero. [3] †

LEX III.

3 † Antonio.

SI depositi experiaris, non immeritò etiam vsuras tibi restitui flagitabis: [i] cum tibi debeas gratulari, [k] quod furti [l] eum actione non facias obnoxium. [m] Si quidē, qui rē depositam inuito domino sciens, prudensque in vsus suos conuerterit, etiam furti delicto succedit. *

* Admittitur etiā concursus actionis furti cū actione pro socio l. 45. ff. pro soc. & mandato, l. 22. ff. mandati. Vide Cuiac. 17. obs. 12.

Lata definitiua, officium iudicis in accessorijs conquiescit: hoc dicit Bald. concordat Salic.

Idem A. Timocrati.

LEX IIII.

SI deposita * pecunia is, qui eam suscepit, vsus est, [n] non dubium est, et vsuras debere præstare. ¶ Sed si cū depositi actione expertus est, tantūmodo sortis facta condēnatio est, vltra non potes propter vsuras experiri. Nō enim duæ sunt actiones, alia sortis, alia vsurarū, [o] sed vna ex qua [p] condemnatione facta, iterata actio rei iudicatæ exceptione [q] repellitur.

* Glo. ult. in c. si diligenti, in med. inducit hanc l. in arg. q ubi principale nō tenet, nec accessoriū.

* Licet autē iniquū videatur ex re mea quem fieri locupletiorem, tamē negatiua lattica usurarium teneri ad restituendum sup lucrū, sed ad eas tātū pecunias, quas illicite exegit. Goth.

a *Interfectum.*] eundemque depositariū, & vel erat nomē proprium, vel quia interfectus fuit à latronibus.

b *Culpam.*] quæ dolo comparatur, vt ff. eo. l. quod Nerua, & facit ff. de regul. iur. l. contractus, & si quid dolo amisit, non agit furti: sed si culpa, sic, vt ff. de furt. l. eum. §. is apud, & §. idem scribit.

c *Conuenit.*] Tunc enim seruatur conuentio, vt hic, & ff. eodem, l. 1. §. si conueniatur. In alijs etiam casibus tenetur vltra dolum, & latam culpam, vt si se obtulit, vt ff. eodem l. 1. §. sæpe, vel precium accepit pro custodia, vt ff. commod. l. si vt certo. §. nunc videndum. Item si gratia accipientis sit depositū, vt ff. si cert. pe. a. l. si quis nec. Item si mora præcedat casum, ut ff. eodem si in Asia. §. fin. Item si culpa, uel dolus præcessit casum, ut ff. eod. l. quod versa & ff. commod. l. si ut certo. §. commodatum, & ff. de cond. furt. l. qui furtum, & ff. eod. l. qui furtum. & ff. eo. l. 1. §. si rem.

d *Commissi.*] quod falso asserit commissum, ut supra de pign. actio. l. si nulla, in fi. & l. si creditor.

e *Competit.*] & si agat in rem, probat se dominum, si quæstio referatur ei de dominio, ut diximus supra de pignor. actio. l. nec creditores. Item agitur etiam in factum in casu; ut ff. de rei uend. l. cum autem.

f *Vsura.*] Deposui pecuniam, & diu mansit apud te: eam peto, si contradicis, ueniunt usuræ ex mora. Item si est species deposita, uenit fructus & omnis causa & partus, ut ff. eodem, l. prima, §. hanc actionem, & de usur. l. quideamus, 2.

g *In cæteris.*] ut ff. de usu. l. mora. §. in bonæ fidei, & supra de usur. in bonæ fidei, & insti. de act. §. actionum.

h *Solent.*] Vel si usuras percepit, uel si pecuniam consignatam in suos usus conuerterit, etiam nulla mora alias interueniente, ut hic, & ff. eod. l. Lucius, 1. & si sacculum. §. fin. & l. dic, §. 1. & infra eodem. l. si depositi. & l. si is qui depositam, & ff. de neg. gest. l. atqui. §. pe. & de pign. act. l. quamuis, §. fin. & l. seq. & l. fin. & inf. de pact. inter empt. & uendit. l. in iudicio, & infra de actio. empti l. curabit. & l. fructus.

SI *depositi.*] CASVS. Si pecuniam depositam, signatam, & clausam penes me habeo, nec restituo, ex mora teneor ad vsuras, & sic debeo gratulari Deo, si conuenias me actione depositi, cum furti possis me facere obnoxium, quia qui rem depositam sciens in vsus suos conuertit, furti etiam tenetur. Viuia.

i *Flagitabis.*] cum pecunia numerata sit.

k *Gratulari.*] s. depositarius.

l *Quod furti.*] Distinguitur, an sit signata an numerata: nam si signata, tenetur furti ad duplum. ff. eod. l. si sacculum. si numeratam, tantundē tenetur reddere.

m *Obnoxium.*] Loquitur ergo cum clausa est deposita: alioqui si aperta, videtur cōcedere vt vtatur: vt ff. eodie. §. 1. Item si ex precio collegatur ab initio; agitur, ut sit depositum: vt ff. eo. l. Lucius, 1. & l. si sacculum, §. 1. aliàs in dubio esset mutuum ex tunc: ut ff. si cert. pet. l. si ab initio.

SI *deposita.*] CASVS. Si pecuniā penes me deposuisti, & ea vsus fuero, quæritur ad usuras tenear, & non solum ad eas quibus fuero usus, dubium non est, & hoc in prima. Si uero iudicio depositi in sortem tm̄ fuero condemnatus, propter usuras postea experiri non poteris, quia sortis & usurarum non duæ actiones sunt, sed una. Vi.

n *Vsus est.*] cum esset clausa, ut s. dixi l. pr.

o *Vsurarum.*] quod est uerum in usuris, q petitur ex officio iudicis in bonæ fidei iudicijs, & illa lex contra, ff. de eo quod cer. lo. l. certum. loquitur in usuris debitis ex stipulatione, & dicit, q diuersæ sunt stipulationes, & diuersa iudicia, quia tunc possent peti etiam post sententiam, ut ibi, & de except. rei iudic. l. si mi... in, & supra de iudic. l. 2.

p *Ex qua.*] scilicet actione.

q *Exceptione.*] prodesset ergo exceptio rei iudicatæ condēnato. & sic est contra, ff. de except. rei iudic. l. euidenter, & l. si à te. §. 1. Sol. non prodest ei, in quo est condemnatus, sed in quo fungitur absolutus, scilicet de vsuris, sed hoc non placet Ioan. ut ff. de negot. gesto. l. si autem, §. fin. Vel dic non prodest, antequam soluat condemnationem, ut ibi, postea sic, ut hic, & ff. de except. rei iudic. Dic ergo, quod hæc est ratio, quia non potest durare accessorium sine principali, ut hic, & supra de usur. l. in bonæ fidei, & l. eos. in princip. & secundum hoc iterata actione usurarum repellitur exceptione rei iudicatæ, scilicet illatæ, & distingue, ut & ibi dixi. Sed nonne officium per se etiam exercetur? vt in restitutione minorum, quare ergo hic non durat post sententiam? Respon. triplex est officium, unum quod principaliter intenditur, per quod restitutiones petuntur, ut ff. de minor. l. quod si minor, §. fin. & salaria constituuntur aduocatis, ut ff. de uar. cogn. l. 1. §. in honorarijs; & aliud, quod inhæret arbitrarijs & hoc perit pereunte actione principali, ut ff. de eo quod certo lo.

l. cen-

l.centum, & l.fi.nisi in casu, vt ff.eo.tit.l.3.§.item Iulianus. est tertium, quod inhæret actionibus bonę fidei, & hoc simi liter cũ actione perit, vt hic, & ff.de act. empt.l.qui per collusionem, §.1. & de vsur.l.in bonæ fidei.

ADDITIO. Hoc intellige in vsuris actionis bonæ fidei secus vero in fructib. quia illi veniunt iure actionis, vt vult glo. in verbo, bonæ fidei: prope fin. in §. actionum. Inst.de actio.

P *Ropter.*] CASVS. Ego ex causa conductionis fundi debebam tibi decem, solui tibi quinque, & instrumenta conductionis depositi apud quendam eo pacto, vt soluta residua pecunia, illa instrumenta mihi redderentur, solui residuam quantitatẽ pecuniæ quam debebam, nec instrumenta recepi, qualiter mihi subuenietur? Rñ. soluta à me pecunia, quæ debebatur ex pacto, possum petere instrumenta deposita ab eo, apud quẽ sunt in sequestro.

1† Claudio.

a *Propter.*] loquitur colono, qui nummis colit, & partem soluerat, & de residuo cauerat, & apud communem amicũ instrumentum deposuerat.

2† Dissolutæ.

b *Aduersario.*] locatore.

c *Conductione.*] s.domus, quia soluerat partem, & de communi consensu apud alium deposuerat instrumentum.

d *Ea.*] instrumenta.

e *Conuenire.*] depositi sequestraria, ut ff.eo. l.si in Asia.§. cum sequestro, vel pscriptis verbis, ut ff.de præscrip.ver.l.apud.& facit infra l. prox.

f *Tutus es.*] ut infra loca l. si conductionis.& supra de cond. ex lege.l.dissolutæ.

I *S penes.*] CASVS. Si ego & tu instrumenta transactionũ, vel alia ad nos spectãtia apud aliquẽ commendauimus, fides depositi seruãda est: & iõ illa instrumẽta debebit reddere alteri nrm, vel ambobus sicut nos cõuenimus.

3† Depositæ.

g *Partẽ transactionis.*] idest instrumenta trãsactionum.

h *Habet.*] vel p actionem depositi, vel per actionem pscriptis verbis, ut s.l prox.& ff.de dolo.l.si olcũ, i prin.& hoc nisi sit improba lex, ut ff.de pscr.ver.l.si rẽ.§.fi.

Instrumenta apud sequestrum deposita per conductorem, & locatorem, debent de iure reddi conductori, facta solutione. Bald. Vel sic: Sequester tenetur restituere sequestrum ei, de quo actum fuit, impleta conductione. Item debitor postquam soluit, tutum est, licet non re habuerit instrumentum debiti. h.d. Baul. de Cast.

Impp. Valerianus, & Gallien. AA. Claudiano.[1] †

LEX V.

PRopter [a] instrumẽta quidem, quæ te deposuisse cum aduersario [b] tuo dicis, vt residua pecunia, quæ ex conductione [c] debebatur soluta, [2] † ea [d] reciperes, si id quod placuerat, implesti, sequestrum potes conuenire.[e] Quãuis autẽ hæc reddita nõ fuerint, tamen aduersus eũ, à quo fundum conduxeras, si omne quod ex hoc contractu debebatur, reddidisti, ipsis solutionibus tutus [f] es.

Sequester instrumentorum tenetur ea reddere in casu reddendi. h.d. Bald. Vel sic: Sequester tenetur seruare legem à partibus sibi datam. Salic.

Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Alexandro, aliàs Alexandriæ.

LEX VI.

IS, penes quem vtramque partem tratactionis, [g] vel alia instrumenta cõmendasse [3] † dicis, legem qua hæc suscepit, seruare necesse hẽt.[h]

Per instrumentum factũ inter te, & Titium, in quo continetur, quòd tu mutuasti ei centum, quæ tibi deposueram, probatur depositum inter te, & me. h.d. & esset difficile reperire istũ casum alibi. Bal. Vel sic: Depositarius tenetur deponenti, nõ ille, cui pecuniam depositam credidit. Salic.

Ijdem AA. Attico.

LEX VII.

DEsiderium tuum cũ rationibus iuris non congruit:[i] nam si custodiam pecuniæ suscepisti, quàm alijs à te mutuo datam conscriptum instrumentum, quo hanc tibi reddi profiteris, arguit;[k] solutionem eius competentem improbè recusas.

Actio depositi personalis debitoris non sequitur debitorem. Bal. Vel sic: Actio depositi vt personalis, cõpetit cõtra depositarium, & eius hæredem, non cõtra singularem eius debitorem. Salic.

Ijdem AA. Alexandro.[4] †

LEX VIII.

SI is, qui depositam à te pecuniam accepit, eam suo nomine, vel cuiuslibet alterius mutuò dedit: tam ipsũ de implendo suscepta fide,[l] quàm eius successores teneri tibi, certissimum est.

¶ Aduersus eum autem, qui accepit, nulla actio tibi competit, nisi nummi extent: tũc enim contra possidentem vti rei [5] † vendicatione [m] [6] † potes.

Hæreditas sustinet vicem personę defuncti. h.d. Bald. & Salic. & quod ei interim quæritur, hæredibus posteà adeuntibus quæsitum intelligitur. Sal. Vel sic: Ex contractu serui hæreditarij acquiritur actio hæreditati iacenti, & per eam postea hæredi. Paul. de Cast.

Ijdem AA. Menophillo, & cæteris.

LEX IX.

CVm hæreditas psonã [n] domini sustineat, ab hæ

D *Esiderium.*] CASVS. Si pecuniam, quam penes te deposui, alij mutuasti. & inde factum sit instrumentum, quo cauit se redditurum, quandocunque eam peteres, si te conuenero, non ob hoc minus solutionem pecuniæ improbè recusas, quia alij mutuo concessisti, & quòd ea reddenda per instrumẽtum tibi caueri feceris, & si id desideras, desiderium tuũ nulla iuris ratione subnixũ est. Vi.

i *Non congruit.*] quod plerumque euenit.

k *Arguit.*] idest, argutè probat, cum sit publicum, ut in Aut. de fide instru.§.si uero moriantur, coll.6. Et dic, q depositari* pecuniæ numerauerat eum alij, vel deposuerat apud alium forte hoc pacto, ut statim cum deponẽs repeteret, reddatur pecunia: nunc autem dicit depositarius cõuenendum debitorẽ cui mutuauit illam pecuniam, ut instrumentum dicit, nõ se, quod dicere non potest, ut hic, & infra l. prox.& sup.de actio.& obligat. l.eum, & supra si cert.pet.l.nõ aduersus.& ff.de con dic. indeb.l.his solis.

* Expẽgẽdã dictionem, mutuo, cẽsent quidẽ per l. Lucius. ff.eo.in cogita.

4† Alexandriæ, aliàs Alexãdra.

S *Is.*] CASVS. Si pecuniam apud te deposui, & alij mutuasti: si fecisti conuentionem, scilicet de custodiendo, & restituendo, non solum tu teneberis, sed etiam is qui tibi successit, & hoc in prima parte. An autem aduersus eum cui mutuasti, actio mihi competat, quæritur? Respond. quod si extiterit, aduersus possessores habeo in rem actionem, & hoc in secunda.

5† al.deest rei.

l *Suscepta fide.*] secundum quam custodire, & restituere debet, ut plenè diximus supra l. proxima.

6† Edicto.

m *Vendicatione.*] ut & supra ad exhiben. l.si res.

C *Vm hæreditas.*] CASVS. Decessit paterfamil. iacente hæredi. seruus hæreditarius quasdam res penes Titium deposuit, an futurus hæres pro rebus illis depositis habeat actionem aduersus successores depositarij, quæritur? Dicitur quod sic. Viuianus.

n *Personam domini.*] ut ff.de acquir. rer. dom. l.hæreditas, & in.

ff. Instit. de stipula. seruo. in princ. & de hæred. instit. §. seruus autem alienus. ff. de noua. l. nouatio. 2. in fi.

a *Seruo.*] CASVS. Seruus hæreditarius deposuit: agit hæres postea succedens depositi: vt hic, vt ff. eodem. l. 1. §. idem si seruus. & ff. de act. & obligat. l. qui à seruo.

b *Successeris.*] Hi. n. erant emācipati, vel sui, vel sub conditione potestatiua instituti-alioquin non hęreditati, sed ipsis videtur actio quæsita, secundum quosdā. 1 ADDITIO. Ex hac glos. habes. quod vbi est tuus hæres, ibi nunquam iacet hæreditas: quia existentia sui hæredis inducit continuationem dominij sine aliquo medio: vt ff. de liber. & posthu. l. in suis. Hęc ex Baldo hic.

1 † Depositas.

1 Et benè vt p DD. in l. suis.

2 † al. Septemię Demostheni.

c *Potestis.*] Hoc nisi bona fide eidem seruo alienato, vel manumissio solutum sit: vt ff. eodem. l. quod seruus.

Q*Vid depositum.*] CASVS. Si quis conuenitur directa actione depositi, & suo nomine condemnatur: eo quod rem depositam non reddit, notatur infamia. Viuianus.

d *Suo nomine.*] non hæreditario, tutorio, curatorio, procuratorio: vt ff. de his, qui not. infam. l. furti, §. qui alieno. & l. 1. & l. seruus.

S*I quis.*] CASVS. Si decē penes me deposuisti, & tu mihi teneris in decem, tibi repetenti depositum, an compensationem obijcere possim, quæritur? Dicitur, quod non. & hoc in prima. Si verò rem aliquam penes te deposui. & tu apud me hincinde: quominus depositū repetatur, nulla obstabit compensatio. & hoc in secunda. Si verò rem quam penes te deposui, quo minus mihi restituas, contradixerit aliquis, satisdante me de seruando te indemnem, mihi eam restituere debes. & hoc in tertia.

* Ex hoc verbo, & alijs ęquipollentib. positis in hac lege, dicit Bar. quod actio depositi est de his, quæ requirunt summariā cognitionē: quod intellige, vt ipse etiam declarat quātum ad cognitionē, & ordinē iudicij, nō quantum ad probationem.

¶ Not. primo ex hac lege secundum Bal. hic, quod depositi ad depositum non fit compensatio: tamen benè admittitur reconuentio: non cum defertur liquidum propter non liquidum, sed reseruaretur hoc quod est probandum, quod tene menti secundum eundem.

¶ Not. secundo ibi prima fronte, quia illud quod restituitur, debet de proximo reddi: & dicitur prima facie restitui, facit quod no. in c. debitores, extra de iureiur. Bald.

e *Titulum.*] Aliàs ponitur titulus pro causa quo dominium, vel possessio transfertur, siue de vsucapione quæramus, vel de publiciana, vel de petitione hæreditatis, quæ non datur contra titulo possidentem, vt infra in quibus caus. long. temp. præscript. l. hæreditatem. sed hic pro detentatione ponitur, & ideò non impediret petitionem hæreditatis, vt ff. de petitio. hæred. l. & non tantum.

f *Compensationem.*] in toto.

g *Deductionem.*] in partem.

h *Exceptionem.*] hoc ad vtrumque refertur: & ad hoc supra de compensat. l. fin. & Instit. de act. §. in bonæ fidei. & ff. ad exhiben. l. 3. §. idem. Sed nonne saltem propter impensas habet retentionem? R. sic. sicut in commodato: vt ff. commoda. l. in reb. §. fin. & ff. de acqui. poss. l. si quis rem. sed Io. contra per literam istam.

i *Opponat.*] nec spoliatio opponi potest in deposito secundum quosdam. Alij contra: extra de ordine cog. c. 2. & ibi de hoc in gl. hic patet simile ad legem istam. extra etiam de deposito. c. bona fides, circa finem.

k *Cum.*] pro quādo. Si autē pro quia poneretur, mala esset causa, vel ratio.

l *Non concessa.*] à iure, vel sine permissu dominij, ipse enim permittere pōt, vt ff. eo. l. 1. §. si conueniatur. redditur ergo cuilibet ēt prædoni: vt ff. eo. l. 1. §. si prædo. nisi apud dominum deposuit non dñs, vt ff. eo. l. bona fides, §. fi.

m *Ad perfidiam.*] vt & ff. eo. l. 1. §. est aūt. & §. quod autem. & de pac. l. iurisgentiū. §. sine autem.

n *Ab vtraque*] cum duobus idem priuilegium datur: vterque suum contra alium exercet, vt hic, & ff. ex qui. cau. ma. l. fin.

o *Qui primus.*] vt ff. de iudi. l. qui prior.

p *Quod si inscriptis.*] idem si sine scriptis, vt puto, vt argu. s. de pet. hær. l. fi.

q *Vel fraudem.*] depositarij.

r *Affirmauerit.*] depositarius.

s *Præstita.*] Depositario deponente, & cum fideiussoribus, vt recitatur in Auth. eo. in fi. collat. 6. Sed cum non fuerat litem contestatus denuncians, non videtur danda cautio, vt ff. si cui plus quàm per legem Falcid. hæc autem s. respon. & §. hæc cautio. Sed forte speciale est in depositario, qui recipit gratia deponentis tantum, vt ei caueatur ante litem contestatam. Vel melius dic, nec ibi caueri tantum post litem contestatam, imò post controuersiam: sed controuersia etiam ante litem contestatam facta caueatur, vt in eodem titulo l. 3. §. si legatarius. Sed ad quid fiet hæc cautio, cum ille qui denunciauit, nullam habeat actionem de iure, ergo non videtur interponi debere, vt ff. de procurat. l. non cogendum, §. fina. & ff. vt in poss. leg. l. si is a quo, §. diuus? Respond. poterit vel iniustè conueniri vel vinci, vel saltem faciet expensas. Vel dic etiam caueri, vt probet sibi restitutum depositum. sic & ff. de rei vend. l. is à quo. & de pet. hæred. l. penult. Item videtur, quod de iure

---

reditario seruo [a] priusquam patri vestro successeritis, [b] res commodatas [1] † secundū bonam fidem ab eius, qui suscepit, successoribus apud rectorem prouinciæ petere potestis. [c]

Condemnatus in actione depositi directa, quia non restituebat rem, efficitur infamis. h. d. Pau. de Cast.

Ijdē AA. & CC. Septimę. [2] †

LEX X.

QVi depositum non restituit, suo nomine [d] conuentus, & condemnatus, ad eius restitutionem cum infamiæ periculo vrgetur.

Depositarius sine dilatione compellendus est ad restitutionem: nec potest obiicere compensationem, vel dicere sibi in contrarium factam protestationem. h. d. coniuncta auth. hic posita. Bal. quæ lex est singularis.

Imper. Iustinianus A. Demostheni P. P.

LEX XI.

SI quis, vel pecunias, vel res quasdam per depositionis acceperit titulū, [e] eas volenti ei qui deposuit reddere illico * modis omnibus compellatur: nullamq; compensationem, [f] vel deductionem, [g] vel doli exceptionē [h] opponat, [i] quasi & ipse quasdam contra eum, qui deposuit actiones personales, vel in rem, vel hypothecariā [3] † prætendens: cum [k] non sub hoc modo depositum acceperit, vt non concessa [l] ei retentio generetur, & [4] † cōtractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam [m] retrahatur. *

¶ Sed & si ex vtraque parte aliquid fuerit depositū: nec in hoc casu compensationis præpeditio oriatur, sed depositæ quidem res, vel pecuniæ ab vtraque [n] parte quàm celerrimè sine aliquo obstaculo restituantur; ei, videlicet, primum qui primus [o] hoc voluerit: & posteà legitimæ actiones integrę quoque ei reseruentur. [5] † Quod obtinere (sicut iam dictum est) oportet & si ex vna parte depositio celebrata est, ex altera autem compensatio fuerit opposita: vt integra omni legitima ratione [6] † seruata, depositæ res, vel pecuniæ prima fronte restituantur. Quòd si in scriptis [p] attestatio non per dolum, vel fraudem [q] fuerit ei, qui depositum suscepit, [7] † ab alio transmissa, vt minimè depositum [8] † restituat, hocq; per iusiurandū affirmauerit: [r] liceat ei, qui deposuit, sub defensionis cautela idonea præstita, [s] res depositas [9] † quàm ocyssimè recuperare. Lecta à quarto milliario [10] in nouo palatio Iustiniani.

3 † Hypothecarias. Depositarius, an propter impēsas habeat retētionē.

4 † Ne.

* Id etiam locum habere in deposito cōfessato, ostēdit Rolan. à Val. 1. cons. 17. nu. 2. 3. & seq. quod omnino vide.

5 † Seruentur.

6 † Actione.

7 † Accepit.

8 † Acceptum.

9 † al. Deposita quā tocyus.

10 † al. Recitata Septimillia rio in nouo consistorio palatij Iusti.

iure communi debeat teneri, vt ff. de eden. l. quædam, §. is autem. Respond. hic restituit ei, à quo causam habuit, & ideò non est in culpa: hodie autem non præstaretur huiusmodi cautio, nec curantur huiusmodi interdictiones per authent. quam lege hic, sed iam, &c.

Sed iam.] CASVS. In lege codicis dictum est, quod non potest interdici restitutio depositi, sed debet depositum restitui: & posteà eum q deposuit, poterit is, apud quem depositum erat, conuenire quandocumque voluerit: & si contradicat, & ille qui deposuit damnum aliqđ patiatur, contradicēs damnum debet reficere: imò ad tertiam, & ad centesimas vsuras tenebitur, & pœnam eandem sustinebit, qui interdixerit colono, ne pensionem soluat: & magistratui ne ministret ex publico ministrātib. debitas præbendas: quæ panes ciuiles appellātur in corpore.

a *Cautum.*] per authen. in eodem titu. §. 1. coll. 6.

b *Extrinsecus.*] Ex hoc videtur corrigi, quod est ff. de rei vēdicatione. l. officium. & ff. eodem. l. bona fides. vbi dicit dominum admitti ad vendicandum. Sol. dicūt quidam hic extrinsecus, id est, præter rei dominum, vel eum qui habeat ius in re. Sed Io. dicit denunciationem simplicē non admitti, vt hic: sed si vendicare vult, iudicio potest. Dic ergo extrinsecus, id est, præter deponentem.

c *Qua subsecuta.*] id est restitutione, sed certe, & ea non subsecuta, cum ciuiliter & naturaliter possideat deponens: vt ff. eod. l. licet, §. rei.

d *Damnum.*] quodcūque fortuiti casus.

e *Præstabitur.*] à denunciatore: scilicet, deponenti, vt in cor. §. nemini.

f *Vsurarum.*] si est in pecunia, vel auro depositum: & idem si in speciebus: nam æstimantur, & æstimationis datur vsura deponenti: vt in corp. §. primo. sic & sup. de vsur. l. oleo.

g *Vel publicæ personæ.*] i. magistratui, Instit. de Attil. tut. §. pen. ne soluant alicui præbendam, quam ex publico deberet habere: vt in corp. §. huic autem.

IN AVTH.

¶ De deposito, & denunciationibus inquilinorum, §. 1. colla. 5. constit. fin.

Tertia persona veniens ex transuerso, non potest extra iudicium prohibere, ne reddatur depositum, vel ne inquilinus reddat pensionem domino, vel ne præbenda, vel salarium præstetur ei cui debetur. hoc dicit Bald. Vel sic: Hodie nulla persona veniens ex transuerso, potest extraiudicialiter interdicere depositi restitutionem: nec vt inquilinus domino debitam non soluat pensionem: nec vt præbenda, seu salarium de publico non saluatur ei, cui debetur. Salyc.

Sed iam cautum [a] est, ne quis extrinsecus, [b] depositario interdicat depositi restitutionem: qua subsecuta, [c] depositor possidens pulsari poterit ab eo qui interdixit.

¶ Si contra factum fuerit, damnum [d] quodcumque acciderit ei, qui vim passus est, præstabitur [e] ab eo, qui interdixit: necnō & tertia centesimæ vsurarum [f] nomine, ex quo facta est huiusmodi contestatio.

¶ Quibus pœnis subiacet qui vel inquilino dationem pensionum, vel publicæ personæ [g] panis interdicit administrationem.

Ista est notabilis lex, & hoc dicit: Si vnus ex hæredibus deponentis recipit solummodo portionem, quæ sibi contingit: quicquid postea contra debitorem accidat, cohæredibus non tenetur. h. d. Bal. & Salyc.

Superuacuam.] CASVS. Si rem tuam penes me deposuisti, & decessisti hæredibus relictis: & vnus egerit depositi aduersus me: & partem suam consecutus est: & alij agere ex negligentia supersederint: si posteà factus fuero non soluendo: an cohæredes aduersus cohæredem, qui partem suam consecutus est, habeant regressum, vt partem illam cōicet, quæritur? Resp. quod non.

Idem A. Ioanni P.P. LEX XII.

Superuacuam veterū differentiam de medio tollentes, si quis certum pōdus auri, vel cōfecti [h] vel in massa [1] † constituti deposuerit, & plures scripserit hæredes, & vnus ex his contingentē sibi portionem à depositario acceperit, alter supersederit, vel aliàs [2] † fortuito casu impeditus hoc facere non potuerit, & postea depositarius in aduersam inciderit fortunam, [i] vel sine dolo depositum perdiderit: sancimus, nō esse cohæredi eius licentiam venire contra cohæredem suum, & ex eius parte auellere, quod ipse ex sua parte cōsequi minimè potuit, quasi eo, quod cohæres accepit, cōi constituto: cum [3] † si certæ pecuniæ depositæ fuerint, & suam partem vnus ex cohæredibus acceperit, [4] † nemini veniat in dubium bene eū accepisse partem suam, & non debere aliam partem attingere. Nobis etenim nō videtur esse homo obnoxius, [k] neque in massa, neq; in specie, [l] neq; in pecunia numerata, q suam partē suscepit: ne industria pœnas desidiæ soluat. [m] Si.n. & alius hæres tpa opportuna, quemadmodum cohæres eius, obseruasset: & suum vterque reciperet, & sequentib. altercationib. minimè locus relinqueretur. [5]

h *Confecti.*] scilicet in speciem, aut quantitatem.

i *Fortunam.*] vt quia factus est nō soluēdo dolo & lata culpa.

k *Obnoxius.*] s. cohæres, repete cohæredi negligenti.

l *Neque in specie.*] diuisibili, cū dicat suā partem accepisse: vel accepit æstimationē partis. Si autem decē (homines puta) essent depositi: nec qn que possent vni restitui, cum in quolibet medietas remansit. Sed secus in quantitatibus: vt ff. de sol. l. cum Stichus, & Pāphilus. & ff. eod. l. 1. §. si pecunia. & per hoc est: quia si quis rogatur restituere hæreditatem, retenta certa quātitate illam totam retinet de portione sua: sed si rogetur restituere retēto prędio, alia portio prædij à cohęrede, q dominium habet, accipitur: vt ff. ad Trebellianum, l. deducta §. nummis acceptis. & de leg. 2. l. cum pater, in princ.

m *Soluat.*] sic J. de allu. & palu. l. fi. & ff. de negot. gest. l. si ex duob. & ff. de bonis auctor. iud. possiden. l. non expediens, §. 1. & ff. de condi. indeb. l. tutores. & ff. famil. ercisciū. l. hæredes, §. item scribit. & l. Lucius. Sed ɔ in contr. idem Labeo, in prin. Solu. hic alij poterat imputari culpa: ibi non. licet enim in q̄stione ponatur quando fuit, & quando nō fuit in culpa: in responsione tamen ponit tantum, quando fuit in culpa. Item cōtra ff. pro soc. l. verum, §. si cum tres. vbi vnus de tribus socijs, quod exigit ab alio, cōmunicat cum tertio. Solu. speciale ibi: quia fraternitatem habet societas: vt in ca. l. in princip.

Hęreditatem rogatus restituere, retenta quātitate, vel pdio, q d retinebit.

1 † Massam.

2 † Alio modo.

3 † Vbi.

4 † al. accepit.

1 Quia licitum est cuilibet p commodo suo vigilare. & concord. glos. super verbo, circūuentus. in me. in ca. cum olim. ext. de sen. & re iud.

5 † al. relinquebantur.

TITVLVS XXXV.

Mandati, vel contra.

Procurator pecuniā versam in vtilitatem domini, repetit per actionem mādati. de salario autem prætoris est notio. h. d. Bald.

MANDATI, VEL CONTRA.

Exposuimus sup. de contractibus, qui re contrahuntur: vt de deposito, & pignore, & indebito, & mutuo, & cōmodato.

Nunc

Nunc videamus de 5ctibus, in quibus solo consensu nascitur obligatio. Et quia inter eos excellentior est contractus mãdati (trahit.n. originem ex officio & amicitia) ideo prius videndũ est de mandato. Videndum quod sit mandatũ, & vnde dicatur mandatũ, qualiter contrahatur, & inter quas personas, & in quib. reb. & quot modis, & qñ nascatur actio mãdati directa vel cõtraria, & qñ competant & inquantum, & quales sint. Azon.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Leonidæ.

LEX PRIMA.

ADuersus eum, cuius negotia gesta [a] sunt, de pecunia, quam de proprijs opibus, [b] vel ab alijs mutuo acceptam [c] erogasti, mandati actione pro sorte, & vsuris [d] potes experiri.

¶ De salario [e] autem quod promisit, apud præsidem prouinciæ cognitio præbebit. [f]

Actio mandati cõpetit ad pecuniam solutam à mandatario, & ad pignora persequẽda. Bald. Vel sic. Fideiussori pro pecunia ab eo soluta, à principali recuperanda, & pro pignoribus consequendis, competit actio mandati, hoc dicit, Sal.

Ijdem AA. Marcello. [1] †

LEX II.

CVm ex causa fideiussionis pecuniam patrem [g] tuum exoluisse proponas, habes mandati actionem, qua non solum pecuniam, [h] sed etiam pignora [i] in obligationem [2] † deducta potes consequi.

Mandati. vel alias de mandato.

ADuersus. CASVS. Si mandato tuo negotia tua gessi, & aliqua impendi, vel pecuniam mutuo accepi, vt in ea impenderem, non solum sortem, sed et illas vsuras actione mãdati consequi potero, & salarium quod mihi promisisti mihi restitui prouidebit iudex Viuian.

a *Gesta sunt.* cum mandato.

b *Opibus.* quas fœnerare consueueras, vt ff. de vsur. leg. qui se misses, §. fi.

c Acceptam. sub vsuris.

d *De vsuris.* etiam sine mora, ut ff. eod. l. si uero non remunerandi, §. si mihi.

e *Salario.* certo & promisso animo remunerandi laborem vt ff. eo. l. si remunerãdi, in princ.

f *Prabebitur.* vtrum fuerit licitum uel nõ, certum vel incertum Et ut plene uideas, aut est incertum, & non valet: vt infra eodem tit. l. salarium & ff. eodem l. qui mutuam. §. salarium. [1] ut certum, & tunc aut erat alias facturus, & tunc pro eo incontinenti promisso agitur mandati contraria informata, ut hic. ex interuallo, tunc agitur extraordinaria, vt ff. eodem, lege, salarium. Si autem non erat alias facturus, aut tale factum consueuit locari, & tunc est locatio, vt ff. eodem leg. prima, aut non, & tunc est contractus innominatus, & agitur præscriptis verbis, ut ff. de præscriptio. ver. l. naturalis, §. aut cum do. & hoc quando est licitum. Si autem mediam, vel quotam partem litis pasciscatur, tunc nõ valet, & punitur, ut ff eodem lege, salarium, & l. si remunerandi, §. maturus, & supra de postula. leg. si qui. Sed quæro an hoc salarium procuratoris possit excedere centum aureos, ut dicitur de aduocatis? Respond. non, nam aduocati procuratores dici possunt, ut ff. de var. cog. l. 1. §. aduocatos, & §. licita.

1 † Marcellino.

2 † al. obligatione.

1 Hoc intelligas verum, ut cõpetat procuratori actio ex promissione, iudex tñ ex suo officio constituet ei salariũ sm meritum eiusdem, vt dicit Sali. Salariũ procuratoris an possit excedere centum aureos.

CVm ex causa. CASVS. Si pater tuus apud creditorem pro me fideiussit, pignora obligauit, & pecuniam soluit, & decessit, habebis tu aduersus me mandati actioné, per quam non solum pecuniam, sed pignus consequi poteris, Viuianus.

g. *Patrem.* Item idem si tu hæres eius solueris, ut ff. eodem, leg. hæredem.

h *Pecuniam.* & usuras.

i *Pignora.* puta res patris tui creditori ab ipso patre obligatas debitore mandante: ut ff. com. lege, si vt certo, §. plane si ego; vel secundum alios, à debitore obligata, patre tuo ad hoc ei commodante, & hoc casu agitur commodati, ut ff. commo. l. si ut certo, §. nunc videndum. in princ. vnde lite contestata in actione mandati pro pecunia uidetur & super commodato actio contestata, ut inf. de anna. exceptio. l. fina. Vel tertio dic, res debitoris fuisse obligatas creditori, nam non cogeris creditori [illegible] uere: nisi tibi cesserit hypothecariam contra debitorem: ut ff de fideiuss. l. 1. & iure exceptionis consequeris pignora. Vel quarto debitor obligauit patri tuo pro fideiussione quædam pignora, q̃ consequeris hypothecaria à debitore. Et secundum hos tres intellectus hæc dictio, qua, facit simplicem relationem, cum nõ mandati, sed alio auxilio pignora petantur, vt & infra de iniur. l. dominum. Vel dic quinto, quòd cũ fideiussit illius debitoris mandato, incontinenti quædam pa. tri tuo debitor pro fideiussione obligauit, ex quo pacto & hypothecaria & pscriptis uerbis actio nascitur, & mandati actio informatur, ut ff. de pac. l. iurisgentium, §. quinimo, inf. de pac. inter empt. & vend. l. 2.

Mandatum actionũ nõ excludit mandantem re integra ab agendo, hoc dicit, Bal. Vel sic. Mandans alteri actiones, potest hoc non obstãte re integra experiri, hoc dicit Pau. de Cast.

Ijdem AA. Germano.

LEX III.

SI pater tuus [k] tibi tui [3] † iuris [l] constitutionem aduersus debitores suos mandauit, [m] potuit & ipse præsens aduersus eos, re integra, [n] experiri. Si quid itaque ab eo apud iudicem [4] † actum est, rescindi id nulla ratio patitur.

3 † Sui.

4 † Præsidem.

Procurator repetit, sumptus litis, etiã si in causa succubuerit, h d. Bal.

Imp. Alex. A. Vulnerato.

LEX IIII.

ETiam si contrariam sententiam reportauerunt, [o] qui te ad exercendas causas appellationis procuratorem constituerunt, si tamen nihil culpa tua factum est, [*] sumptus quos in lite probabili ratione feceras, contraria mandati [p] actione petere potes.

SI pater tuus. CASVS. Pater filio suo emancipato mãdauit, ut aduersus debitores experiretur, nunquid si pater præsens ueneri, experiri possit, quæritur? Dicitur quod sic, re integra: alioquin nõ & quod per patrem actum est, non rescindetur, Viuianus.

* Allegãt ad hoc suf ficit bone oratori nihil omittere de his q̃ ad causam pertinent, & si non uincat.

k *Si pater tuus.* si, idest quamuis.

l *Tui iuris.* idest tui iuris.

m *Mandauit* Ad exercitium tantum.

n *Re integra.* ut ff. eod. l. si uero non remunerandi, §. si mãdauero exigendam, & institu. manda. §. penult. lite uero cõtestata, non potest, nisi interueniat aliquid horum per quod repelluntur procuratores, ut ff. de procurat. l. post litem, cum 6. ll. seq. & supra de proc. l. procuratoribus. Sed quid si faceret hunc filium procuratorem in rem suam? Tunc dic, ut inf. de nouat. l. 3.

Procurator succũbẽs an possit sũptus repetere.

ETiam. CASVS. Duo habentes controuersiam cum Titio, egerunt & succubuerunt, appellauerunt, & in causa appellationis procuratorem constituerunt, & procurator in causa appellationis sine culpa sua succubuit, an sumptus, quos fecit rationabiliter, consequi possit, quæritur? Respondetur, quod sic, contrario iudicio mandati. Viuianus.

o *Reportauerunt.* Dominus ergo uidetur damnatus, secundum M. Ioan. contra, ut dices infra de senten. & interloc. l. 1. & quod dicit, reportauerunt, quia tu procurator fuisti damnatus.

p *Mandati.* Fuit ergo procurator cum mandato, sicque repetit sumptus, ut hic, & ff. eod. l. qui mutuam, § fi. & infra eodem, l. si contra licitum, in fin. 2 secus si sine mandato defendisset, nam tunc demum si obtineret, repetit sumptus, non

2 Cõco. gl. 2. in med. in c. cũ extra de procurat.

non aliis, quasi non vtiliter gesserit, ff. iudica. solui. l. iam tamen, §. in hac, ij. quæ est contra. Sed si hic procurator sua culpa damnificauit dominum in viginti, & suis sumptibus meliorauit in decem, an hæc decem repetet vel compenset? Videtur quòd non: vt ff. de negotijs gest. l. siue hæreditaria & de leg. 2. l. si modo nulla.

SI maritus. CASVS. Maritus tuæ sororis gessit tua negotia, ut procurator, mandasti ei, vt peteret bonorum possessionem tibi debitam non petijt, & amisisti, an aduersus eum experiri possis, quæritur? Dicitur quòd sic, sed qua actio, nō aperit. tu dic mandati ad interesse, Viuianus.

a *Congrediendum est.* Actione mandati ad interesse, vt ff. mand. l. si procuratorem, §. mandati. Erat autem dubitatio, quia sicut hæreditas non potest adiri per procuratorem, vt ff. de acqu. hære. l. Paulus. sic videbatur in bonorum possessione sed est contra, quia hæc petitur per procuratorem, vt hic, & ff. de bono. poss. l. 3. §. acquirere.

Hæreditas per procuratorem adiri non pōt.

b *Mandasse.* Specialiter vt dicunt argu. ff. de min. l. illud §. si talis, & sic est in iussu, vt ff. de acqui. hære. l. si quis mihi, §. si verum. Sed cōtra puto. nam cum à gesto re sine mandato petita possint haberi rata, ut ff. ad Trebe. l. seruo inuito. circa princip. & de bonorum possess. l. 3. §. acquirere & rem ratam haberi, l. bonorum multo magis per procuratorem generaliter peti potest.

2 †al. Aurelio.

SI fideiussor. CASVS. Si pro me præsente, & patiente fideiussisti, licet nō mandaui, vt fideiuberes, & soluisti, habebis aduersus me mandati act. vt tibi indēnitatem præstem. Viuianus.

3 †Auctor.

4 †Tradidisti.

c *Patiente.* Est ergo tacitum mandatum & expressum, & ex vtroque datur actio mandati, ut hic & ff. eod. l. si remunerandi, §. si passus, & l. qui patitur, ff. de reg. iur. l. semper qui. & repetit nisi cōtradixerit, uel animo donandi fideiuberet, uel in rem suam, vel in turpem rem, uel contra bonos mores, ut ff. eo. l. si remunerandi, §. si passus, & l. si vero non re. §. si adolescens, & l. si pro te.

SI literas. CASVS. Mandaui tibi per epistolam, ut mutuares Titio 10. & mutuasti, tam me, quam Titium habebis obligatum. vnde contra mandantem habes actionem mandati, & contra accipientem certi condictio. ex mutuo. Viuianus.

d *Si literas.* Publicas vel priuatas, quibus mandauit, ut crederes ei pecuniam. non ut commendatum eum haberes, vt ff. eo. l. si vero, §. cum quidam, & sup. quod cum eo. l. vlt.

Procurator, qui neglecto mandato bonorum possessionē non petiit, tenetur domino, hoc dicit. Bald.

Idem A. Guliano.[1]†

LEX V.

SI maritus sororis tuæ tibi procurans, petere bonorū possessionem noluerit, cū ipso tibi congrediendum[a] est: quam querelam ita cum effectu habes, si mandasse,[b] te vt peteretur bonorum possessio eumque neglexisse arguas.

Qui patitur pro alio fideiubere, videtur mandare hoc dicit, Bal. & Sal.

Imp. Gordianus. A. Sosibio.

LEX VI.

SI fideiussor pro reo patiēte[c] fidem suam adstrinxerint, mandati cum eo post exolutam pecuniam vel factā condemnationem, potest actionem exercere.

Mutuans ex mandato alterius, obligat sibi recipientē tanquam principalem ex eo contractu: & mandantem tā quam accessorium per actionem mandati. h. d. Bal.

Idem A. Aureliano.[2]†

LEX VII.

SI literas[d] eius secutus, qui pecuniæ actor[3] fuerat ei, qui tibi literas tradidit, pecunias credidisti,[4]† tam condictio aduersus[e] eum, qui à te mutuam sumpsit pecuniam, quam aduersus eum, cuius mandatum secutus es, mandati actio[f] tibi competit.

Ex mandato patris competit actio contra hæredem, hoc dicit Bal. Vel sic: Mutuās seruis ad mandatum domini, habet vtrumque obligatum actione mandati, & hypothecaria potest etiam pignora persequi, hoc dicit Sal.

Impp. Valerian. & Galien. AA. & Valerian. Cæs. Lucio.

LEX VIII.

SI tibi pupillorum pater, vt pecuniam in rem suam seruis eius crederes, mandauit, & in hanc rem æquè ipso præcipiente pignora sunt obligata,[g] & mandati actione pupillos[h] post mortem patris conuenire, & exequi ius obligationis pignorum[i] pōt, si in solutione cessabitur.

Procurator, qui dominum læsit in causa etiam in minimo articulo, tenetur domino, hoc dicit.

Impp Dioclet. & Maximia. AA.[5]† Marcello.

LEX IX.

CVm per procuratorem causam tuam læsam[k] esse dicas, mandati actio aduersus eum tibi competit.

Hæc est solennis lex. Fideiussor ante solutionem non agat mandati, nisi sit condemnatus, vel nisi debitor bona dilapidet, ita quod verisimiliter periculum sit in mora: vel nisi sit conuētum inter reum, & ipsum quod possit agere quandocunque; hoc primo. Fideiussor iniustè condemnatus appellatione non vsus, nō regreditur contra reum, hoc dicit notanter secundum Bal. & Salic.

e *Aduersus eum.* Si non potest satisfacere accipiens. & dent cedi actiones huic mandanti ꝯ accipientem, vt ff. de fideiussorib. l. si mandato, & ff. eo. l. si quis alicui, §. fi. Et distingue hic breuiter, quia aut dirigitur mandatum ad creditorem vt pecuniā mutuet procuratori, & sic loquitur hic, aut procuratori mittitur, & tunc tenetur dominus vtili institoria: vt supra de exercito. l. si mutuam, aut fuit nuncius, & tunc certi condictio contra dominum datur, & supra quod cum eo. l. si ex contractu. Et de his plene dixi supra si certum pet. l. cum qui.

f *Actio.* Contraria.

SI tibi. CASVS. Si mandato meo seruo pecuniam credisti & decessi filijs relictis impuberibus an aduersus pupillos mandati habeas act. quæritur? Respond. quòd sic, tam ad pecuniam, quam ad pignora. Viuia.

5 †Al. & CC.

g *Obligata.* A seruis.

h *Pupillos.* Non. n. eo minus ex contractu patris tenentur quod pupilli sunt, vt hic, & supra de non num. pecun. l. si intra, & de hær. act. l. sub prætextu. Item no. mandat. mandauerat enim dñs in sua re, vt dicit, secus si in peculiari. quia tunc daretur quod iussu, ut ff. quod iussu, l. 1. & supra quod cum eo. l. si mandator, posset dici vtrāque simul competere cum dirigitur ad extraneum, non ad filium, uel ad seruum.

i *Pignorum.* Per hypothecariam. Accur.

CVm per procuratorem. CASVS. Si procurator meus cū aduersario meo collusit patiendo se superari, vel non appellauit, cum potuerit, an aduersus eum habeam mandati act. quæritur? Dicitur quod sic. Viuia.

k *Læsam* ut quia collusit cum aduersario, vt ff. e. l. si procuratorē. in prin. vel si non appellauit, supra de proc. l. inuitus, vel aliud qđ dolo vel culpa fecit, ut sup. de proc. l. si pc.

SI pro ea.] CASVS. Si pro Titia fideiussisti, vel mandasti, vt sibi pecunia mutuaretur: an antequam pro ea soluas, possis agere aduersus eam, quæritur? Dicitur, quod non; nisi condemnatus fueris, vel nisi hoc conuenit, vel nisi Titia incepisset dilapidare bona sua. & hoc in prima. Si verò tu pro ea fideiussor, vel mandator extitisti: & conuentus except. habēs eam non opposuisti, aut condemnatus nō appellasti: an mandati si quid pro ea soluisti, agere possis, quæritur? Dicitur, quòd non. & hoc in secunda.

Ijdem AA. Papio.
LEX X.

SI pro ea, [1] † contra quam supplicas, fideiussor, seu mādator intercessisti, & neq; condemnatus es, neque bona [2] † eam dilapidare posteà cępisse [a] comprobare possis, vt ibi iustā metuendi causā [b] præbeat, neque ab initio ita te [3] † obligationē suscepisse, [c] vt eā possis & ante solutionem conuenire: nulla iuris ratione antequam satis creditori pro ea feceris, [d] eam ad solutionem vrgeri certū est. Fideiussorē [e] verò seu mandatorem exceptione munitum, [f] & iniuria [g] iudicis damnatū, & appellatione [h] cōtra bonam fidem minimè vsum, non posse mandati agere, manifestum est.

Procurator tenetur de culpabiliter gestis, & culpabiliter non gestis. h. d. Bald. Vel sic: Procurator tenetur de gestis & gerēdis per eum susceptis: & de dolo & lata culpa. h. d. Salyc.

Ijdem AA. Caio.
LEX XI.

PRocuratorem non tantū pro ijs quæ gessit, sed etiam pro ijs, quæ gerenda suscepit, [i] & tàm propter exactam ex mandato pecuniam, quàm non exactam, [k] tàm dolum, quàm culpam, sumptuum [l] ratione bona fide habita, præstare necesse est. [4] †

Contra tenorem mandati non valet, quod procurator facit. h. d. Bald. Vel sic: Procurator non seruato mandato, non præiudicat domino. h. d. Salyc.

Ijdem AA. Firmo.
LEX XII.

CVm [5] † mandati negotij contractum certam accepisse legem asseueres, eam integram secundum bonam fidem custodiri conuenit. Vnde si contra [m] mandati tenorem [n] procurator tuus ad te pertinentem fundum vendidit, nec venditionem posteà ratam habuisti: dominium tibi auferri [6] † non potuit. [o]

Procurator tenetur etiam de leuissima culpa. h. d. Bald. Vel sic: Procurator de dolo & omni culpa tenetur, non de casu fortuito. h. d. Salyc.

1 † Cōcor. cum hac l. c. fi. cum glo. 1. ext. de fideiuss.

2 † Sua.

3 † Se.

Fideiussor an possit agere antequam soluat.

a Cœpisse.] aliud si iam tempore fideiussionis cœperat dilapidare vt ff. vt in pos. leg. l. si is à quo. & l. planè. & ff. de vaca. mu. l. pen. §. vlt.

b Causam.] quia homines dicunt, quod malè fecit facta sua, vt & dicemus infrà de collat. auth. quod locum. & j. de iu. dot. vbi & ff. solu. matr. l. si constante.

c Suscepisse.] quod facere potuisti speciali pacto.

d Feceris.] nota non posse fideiussorem agere antequam soluat, sed fallit in quatuor casibus, si dilapidare bona sua debitor cœperit. Item si condemnatus fuerit. Item si hoc conuenit, & hi tres sunt hic: quartus est si diu stetit in obligatione, quod quantū sit diu, iudex arbitratur, vt ff. eod. l. Lucius. alias autem non: sed secus in eo, qui animo nouandi intercessit, qui statim agit, vt ff. eod. l. si mandato meo, §. si iudicio, quæ est contra. Et est ratio, quia iam liberauit eum, ac si soluisset, vt ff. eod. l. inter. §. si is. Item secus si mandem tibi, vt mihi fundum emas, nam agitur contra me, & antequam soluas, vt suscipiam obligationem: vt ff. eod. l. si mandato meo, 1. respon. & de neg. gest. l. si quis mandato. quæ sunt contra. Sed dic, quod ratio est diuersitatis: quia si fideiussor statim ageret, afficeretur damno debitor, qui modo alium tam commode inuenire non potest, vt poterat tunc: quod esse non debet: vt ff. commo. l. in commodato, §. sicut. Item qui mandatum accepit de fideiubendo, videtur accipere & de soluendo: vt ff. de condict. indeb. l. indebitam pecuniam. atqui de emendo fundo mandatum acceperit, non videtur accipere de soluendo. Item in casu etiam post solutionem non agit: vt si ante diem soluendi soluit, vt ff. eod. l. si mandauero tibi, vt pro me, in princ.

ADDITIO. Videas similem gl. in c. fi. extra de fideiuss. quod cap. sumptum est ex hac l.

e Fideiussorem.] dixit s. fideiussorem damnatum mandati agere posse, quatenus autem hoc verum sit, subiungit.

f Munitum.] sed si res vti non potest, & minus honesta erat, & soluit, agere potest: vt ff. eod. l. idemque, §. pen.

g Iniuria.] ad hoc infra de euict. l. emptor. & ff. de fideiuss. l. exceptione. & ff. de euict. l. si per imprudentiam. Item contra ff. de pub. l. si quis prohibuit, alias incipit, Papinianus, lib. 6. sed ibi ignorabat exceptionē sibi cōpetere: hic sciebat.

h Appellatione.] quam interponere debet ex bona fide: vt sup. de procura. l. inuitus, nisi reo præsenti denunciet, vt appellet, vel nisi propter paupertatem dimittat: vt ff. eod. l. si procuratorem, §. si ignorantes. Et breuiter de his exceptionibus distingue, an sit declinatoria iudicij quam fideiussor omisit, & tunc nihilominus agit mādati: vt ff. eo. l. si fideiussor 1. §. quædam. an sit solutionis dilatoria, vel peremptoria: licet quidam inter eas distinguant: & tunc si ex persona fideiussoris cōpetat, & turpis est, quia impetrauit ius iniquū, vt dicunt quidam: vel aliter erat turpis, & tunc agit nihilominus mandati: vt ff. eo. l. idemque, §. pen. si honesta, quia pactum fideiussori est factum, ne à se, vel à reo petatur: & sic porrigitur ad rem: vt ff. de pact. l. idem, §. 1. non aget: vt ff. eod. idemque §. pen. Nec distinguo sciens, vel ignorans eam omittat: quia in suo facto non probabiliter errat: vt ff. ad Velleian. l. quanquam. Si autē ad reum nō porrigitur, vt Velleiana, vel similis, tunc nihilominus agit: vt ff. eo. l. si fideiussor 1. §. fi. Si aūt ex persona principalis competit; si quidē peremptoria, & sciens eam omittit: non agit mādati. sed ignorans, si quidem ius, nō aget: si factū, aget: vt ff. eod. l. si fideiussor 1. §. nō malè. Si vero dilatoria solutionis, nō aget interim, sed demum adueniente die, vt ff. eo. l. si mandauero tibi 2. in princ. Si autem erat talis exceptio reo competens, qua fideiussor vti non potest, non imputatur fideiussori, etiam si sciens eam omittit, si modo non habuerit facultatem rei commoniendi, &c. vt ff. eod. l. idemque, §. pen. & hoc etiam no. ff. eod. l. si fideiussor 1. §. quædam.

Fideiussor si omisit exceptionem, an sit ei imputandum.

4 † Habeat.

5 † incipit, Si mandati.

6 † Auferre.

PRocuratorem.] CASVS. Ordinaui procuratorem ad exigendam pecuniam a debitore, suscepit mandatum; non solum de gestis, sed etiam de his, quæ omisit gerere, tenetur: tenetur etiam de dolo, & culpa: sed si aliquos sumptus bona fide fecit in administratione, illos poterit repetere.

i Suscepit.] tenetur enim non quia gessit, sed quia gerenda suscepit, vt hic, & ff. eod. l. si remunerandi, §. 1.

k Non exactam.] quia debuit exigere, vt ff. eod. dolus est.

l Sumptuum.] vt & sup. eod. l. etiam. & infra eod. l. si contra licitum, in fi. & ff. eodem. idemq; §. idem Lab. eo. & l. ex mandato.

CVm.] CASVS. Mandaui tibi, vt venderes fundum meum pro centum, vendidisti pro 50. nec ratum habui, nunquid mihi præiudicasti, quo minus eum vendicare possim, quæritur? Dicitur quòd non.

m Contra.] id est, citra sic, sup. de Iudæis. l. cœlicularum.

n Tenorem.] qui erat vt certo pretio venderet: vt ff. eod. l. diligenter. vel vt certæ personæ venderet, vt ff. de contrahen. empt. cum seruo.

o Non potuit.] non ergo nocet domino procurator,

siue pro parte sit falsus, quia excedit mandatum, siue ex toto, vt hic, & ff. de nou. oper. nunc. l. cum procurator, §. fin. & pro emptore. l. qui fundum, §. procurator. & inf. de noua l. non abstulit. & ɜ. de procur. l. si procuratorem. & l. si procurator.

Procurator an teneatur de leuissima culpa.

A *Procuratore.*] CASVS. De dolo, & culpa non casu fortuito, tenetur procurator.

a *Et omnem culpam.*] de dolo, & lata culpa, & leui tenetur secundum omnes, vt hic, & ff. eo. l. si procuratorem, §. dolo. & l. dolus. & ff. de reg. iur. l. contractus. Sed secundum Io. & B. & Azo. etiam de leuissima culpa tenetur, vt hic. nam qui omnem dixit, nihil omisit, sed O. & M. ɜ: vt dices ɜ. eod. l. in re. Nec obst. primæ opinioni, scilicet de leuissima. ff. eod. l. ademque in princ. vbi dicit nihil amplius quã bonam fidem, nã exponit, i. nihil quo sic nec lius, nam nil melius est bona fide. Vel ibi emerat procurator, & omnia fecerat. & sola restabat traditio facienda, in qua sufficit bona fides, quæ sit in traditione. Itẽ nec obstat ff. de reg. iur. l. cõtractus. quia ibi nõ remouet, quin de leuissima teneatur. ADDITIO. Quòd autem procurator teneatur de leuissima culpa, tenet Cyn. hic post Iaco. de Aret. & etiam Dyn. in c. contractus, de regul. iur. lib. 6. & dicunt rationem esse, tacitam assertionem industriæ suscipientis mandatum, cum procurator propter solam industriam eligatur, ergo, &c. vt argument. ff. de ædili. edict. l. si quid venditor.

* Concor. Gl. in c. a. super ver. restituimur, in med. extra de restitu. in integr.

1† alias, & CC.

Ijdem AA. Zosimo.

LEX XIII.

A Procuratore* dolum, & omnem [a] culpam, non etiam improuisum [b] casum præstandum esse, iuris auctoritate manifestè declaratur.

Quod vni soluitur plurium voluntate, omnibus videtur esse solutum. h. d. Bal. Vel sic: Si is, qui mandato alterius rem emit, & illam ei tradidit, pro pretio quod soluit, mandati agitur. h. d. Salyc. Vel sic: Quod vni traditur de mandato alterius, etiam illi traditum videtur. hoc dicit Pau.

Ijdem AA. Hermiano.[1]†

LEX XIV.

SI secundum mandatum Triphonis, & Felicis equos tua pecunia [c] comparatos, vel in solutum à proprio [d] debitore tibi traditos, vni de his vtriusque voluntate dedisti: ad parẽdum placitis, [e] eos mandati iudicio conuentos bona fides vrget.

Ista lex licet sit breuis, habet tamen materiam opulentam: & quia breuis est, seipsam summat. Bald.

Ijdem AA. Precutio.[2]†

LEX XV.

MAndatũ re integra domini morte finitur. [f]

Si mandatum non impletur, ad interesse agitur. h. d. Bald. & Salyc.

Ijdem AA.[3]† Vranio.

LEX XVI.

AD comparandas merces data pecunia, qui mandatum suscepit, fide rupta, [g] quanti interest [h] mandatoris, tenetur.

Ijdem AA.[4]† Gorgonio.

LEX XVII.

SAlariũ incerta[i] [5] † pollicitatione promissum peti [k] non potest.

Licet contractus principalis sit stricti iuris: accessorius tamen potest esse bonæ fidei, & veniunt vsuræ. Bal. Vel sic: Mandator ab eo pro quo intercessit, non tantum quod soluit, repetit: sed etiã vsuras ex mora. h. d. Salyce. Vel sic: Qui mandat aliquid mutuari, si soluit mandatario, repetit ab eo, cui mutuũ est factum, pro quo videtur mandator intercessisse. Pau. de Cast.

Item nõ re integra: alias enim secus: vt ff. de insti. l. si quis mancipijs, §. eius. & ff. de arb. l. arbiter. Sed quando dicitur res integra? Respond. in causis ante litis contestationem: vt ff. de iurisd. omn. iudi. l. & quia. in negotijs autem potest quæri, an inceperit aliquid, vel paramenta fecerit: vt patet ff. de pol. l. 1. §. cepisse. & de cond. ob causam da. l. si pecuniam, in princ. Ex tunc ergo reuocari non potest: ne ei sit suum officium damnosum, vt ff. de pur. l. si seruus communis. §. quod verò. Item licet mandatũ morte finiatur, vt hic dicit, tamen si ignorãs mandatarius eũ mortuum, re adhuc integra aliquid fecerit, potest agere contra hæredem: ne iusta, & probabilis ignorantia cum damno afficiat: vt Inst. eod. §. item si adhuc. & ff. eod. l. inter, circa prin. Item quod hic dicit, est verum, nisi sit tale mandatum, quod suscipiat initiũ a morte testatoris: vt de sepulchro: vt ff. eod. l. si vero, §. fi.

Mandatũ cum finiatur re integra, quã dicitur res integra.

3† alias, & CC. Vaando.

4† alias, & CC.

5† Incerte pollicitationis.

A *D comparandas.* CASVS. Si mandaui tibi, vt ex pecunia mea merces emeres: nec emeris, si pecuniam in vsus tuos cõuertas, quanti mea interest iudicis mandati mihi condemnaberis.

g *Rupta.*] quia carius emit, quam potuerit: vel etiam in suam vtilitatem conuertit.

h *Interest.*] quanti, scilicet tunc agitur interest. nam si nil interest, nil agitur, licet aliquando interfuerit: vt ff. eod. l. si procuratorem, §. mandati. secus in argentario, vbi sufficit semel interfuisse: vt ff. de edendo. l. vbi, §. primo. & similiter secus in eo, qui promisit iudiciũ sisti, ff. si quis cau. l. qui autem, §. fin.

b *Improuisum.*] nisi specialiter conuenit, vt & sup. depo. l. 1. & de pign. act. l. quæ fortuitis. & de neg. gest. l. negotium. & ɜ. commod. l. 1. Vel nisi culpa præcedat casum. vt ff. commo. in reb. & l. si vt certo, §. sed interdum. Item nisi fuerit in mora, vt ff. depo. l. si Asia, §. fin.

S *I secundum.*] CASVS. Titio, & Seio pecunia tua equos comparasti: vel in solutum à debitore tuo accepisti, & alteri eorum de voluntate vtriusque tradidisti, vt tibi restituatur quod nomine equorum à te proficiscebatur, mandati eos habebis obligatos.

c *Tua pecunia.*] comparatos illorum mandato, sic & ff. eo. l. si fundum. & l. qui negotia, §. fin.

d *A proprio.*] scilicet tuo, subaudi.

e *Placitis.*] id est restituatur tibi, quod equorum nomine à te fuit profectum. Sed nonne videntur illi mihi mandare de re mea vendenda eis: & sic non valet: vt infra tit. l. 1. Respond. immo de aliena, vt eam eis acquiram: quod feci, ex quo facto mihi abest.

M *Andatum.*] CASVS. Mandasti mihi, vt fundum tibi emerem: antequam an has donarem decessisti: an expiret mandatum, quæritur? Dicitur, quòd sic.

f *Finitur.*] vt Insti. eod. §. item si adhuc. & ff. de solu. l. fin.

S *Alarium.*] CASVS. Pro expediendis negocijs meis promisi salarium: sed incertum: dicendo sic: remunerabo laborem tuum: nunquid tale salarium peti potest, quæritur? Respond. quòd non.

i *Salarium incertum.*] re & genere. nam si re tantum, valeret: vt promissio equi in genere, secundum Io. Item si dixero, faciam te militem, non est incertum, secundum Io.

k *Peti non potest.*] sed solutum retineri potest, & quod dicit pollicitatione: ideò dicit, quia si esset in stipulatione deductum, (scilicet incertum) forsan posset agi ex stipulatu, secundum Hug. sed Azo dicit, etiam tunc non valere: & de pollicitatione ideo dicit: quia salarium plerumque offertur à domino nulla interrogatione facta: sed subito dicit dominus ita, & ita faciam tibi, & qua actione petatur salarium, vt dixi sup. eod. l. 1.

P *Ost.*] CASVS. Mandasti Titio, vt mutuaret decem Sempronio, soluisti Titio illa decẽ, tam Sempronium, quàm eius hæredes ad sortem, & ad vsuras ex mora actione mandati conuenire poteris.

Test.

Ijdem AA. Tusciano.

LEX XVIII.

POst solutionem [a] à se factam qui dari mutuo mãdauit, ab eo pro quo intercessit, vel successorib. eius, quod solutum est etiam cũ vsuris [b] post moram reddi rectè postulat. [c]

Usuræ vltra licitum modum non possunt deberi, etiã si per stipulationem fuerint promissæ, vel pro eis datum fuerit pignus, hoc dicit, Pau. de Cast.

Ijdem AA. Eugenio.

LEX XIX.

PRetij rerum [d] distractarum, quas venales, præcedente mandato, acceperas vltra licitum vsuras ex stipulatione, vel mora præstare (licet pignora data probẽtur) compelli non potes.

Illicitum salarium non potest peti, nec etiam sumptus, quos in lite improba qui fecit hoc dicit Bald. Vel sic: Ex pacto de quota litis nil potest procurator petere sed si tale pactum non fuit: bene potest petere expensas factas de suo hoc dicit, Pau. de Cast.

Ijdem AA. Epagatho.

LEX XX.

SI contra licitum, litis incertum redemisti, [e] interdictę conuentionis, tibi fidẽ impleri frustra petis. [f] Quod si gratuitum mandatum suscepisti, secundum bonam fidẽ sumptus rectè postulas. [g]

Condemnatus mandati directa, dicitur infamis: quia licet quis in re propria sit moderator & arbiter, non sic in re aliena, hoc dicit, Bal. Vel sic: Condemnatus in actione directa mandati efficitur infamis: ideo consulitur procuratoribus, vt sint diligentes, non negligentes, h.d. Sal.

Imp. Constantinus A. Volusiano PP.

LEX XXI.

IN re mandata [h] non pecuniç solum, [i] cuius est certissimum [k] mandati iudicium verum etiam existimationis [l] periculum est. Nam suæ quidem quisque rei moderator atque arbiter, [m] * non omnia negotia, sed pleraque ex proprio [n] animo facit. Aliena vero negotia exacto [o] officio geruntur: [p] nec quicquam in eorum administratione neglectum, [q] ac declinatum, [r] culpa vacuum est.

Ex paruitate pretii cessio actionum præsumitur simulata, & est inualida, nisi vsque ad concurrentem quantitatem eius pretii numeratio. Fallit in casibus hic expressis & similibus eandem rationẽ habentibus. Si autem cessio non sit facta contemplatione pretii, sed ex mera, & pura li

a *Post solutionem*. Mandator soluit, & conuenit cum cui mutuari mandauit, & eius hæredes, & quod dicit, post solutionem, scilicet non ante, nisi in casibus, vt dixi sup. eo. l. si pro ea.

b *Cum vsuris*. ex mora, vel communi iure debitis, ut in bonæ fidei iudicio: vt ff. eo. l. si uero non re, §. si mihi, & infra eo. l. 1. & inf. proxi. & sup. depo. l. 2. Sed contra ff. eo. l. inter. §. præterea, vbi dicit nihil plus uenire, nisi quod soluit: sed ibi supple nisi rõ vsurarũ emergeat: ut hic.

c *Postulat*. actione mandati.

PRetij rerum. CASVS. Mandaui tibi vt res meas venderes, & stipulatus sum vsuras vltra legitimum modum, puta tres solidos pro libra: & pignus dedisti: & vendidisti res meas: ad pretium mihi teneberis, & ad vsuras legitimas, & pignora vltra legitimum modum vsurarum non tenebuntur. Viuianus.

d *Pretij rerum*. accepisti res vendendas à me, reddes pretium & vsuras legitimas, non vltra, licet in mora fueris vel in stipulationẽ sint deductæ, & licet pignora pro his sint obligata, quia non valet quod sequitur ex eo, vel ob id, vt supra de le. & constit. l. nõ dubium.

SI contra. CASVS. Habebam causam contra Titium ad cẽtum: cõueni tibi dare illorũ 100. 50. vt esses procurator meus in causa, fuisti, an iudicio mandati agere possis ad 50. quæritur? Dr, quod nõ. & hoc in prima. Si vero mandatũ gratuitum suscepisti & impendisti, repetes. Viuia.

Procurator paciscens de quota litis an possit petereque utiliter expendit.

* Pactum de quota litis dr, si ue paciscatur de dimidia siue de certa quantitate in euenturum victoriæ, qa per hoc inducit ad calũniosè litigandũ secundum Pau. Cast.

e *Redemisti*. partem dimidiam litis paciscendo secundum quosdam, vel quantamcunque quotam, ut diximus supra de postul. l. si qui. redemisti dico, modica pecunia data uel nulla. sed ideo quia procurabas eius causam, fecisti tibi conueniri. Et no. contra licitum nec enim licet procuratori uel aduocato, ut sup. de proc. l. litem & ff. eod. l. si remunerandi, §. fi. ff. de pac. l. sumptus.

f *Frustra petis*. Quid autem si de tuo impendisti: & utiliter? Resp. nihil reperis ex pacto de quota parte litis facto pro expensis, uel actione mandati informata, licet in continenti fuerit pactum factum de quo tota litis, * quia illicitum pactum non informauit, nec etiam officio iudicis, quod super illicitis non est implorandum, nec actione negotiorum gestorum, & hoc probatur ex eo quod subijcit, quod si gratuitum, &c. Quidam tamen dicunt contra, nam dant ei negotiorum gestorum pro expensis, quatenus utiliter impendit.

g *Postulas*. vt ff. eo. l. si quis alicui, §. fi. & sup. eo. l. 1.

IN re. CASVS. Mandaui tibi, vt gereres negotia mea recepisti mandatum, si dolum adhibuisti in gerendo, non solum in pecunia ad interesse mihi condemnaris, sed efficieris infamis, quia suas res potest quilibet administrare, prout vult alienas autem non, nisi cautissimo officio. Viuianus.

h *In re mandata*. i. in negocio mãdato.

i *Solum*. scilicet est periculum.

k *Certissimum*. imo cum contineat interesse, vt ff. eo. l. si procuratorem, §. mandati. continet incertum, vt & actio præscriptis verbis dicitur hoc respectu incerta, vt infra de re. permu. l. rebus. Sed dic. i. certissimum est actionem mandati dari, vel etiam est certissima inspecto fine: quia iudex certificat ut inst. de act. §. curare.

l *Existimationis*. id est, famæ, sic accipitur, ff. de var. cog. l. pen. damnatus ergo mãdati directa est infamis, vt hic, & ff. de his qui no. infa. l. 1. §. q. pro socio & l. furti, §. mandati. ADDITIO. Intelligas hoc quando est damnatus propter dolum suum, secus vero si propter culpam esset damnatus vt dicit gl. in d. §. qui pro socio.

* Dummodo disponat legitime, alias secus. l. testandi. in tex. & glo. ff. de test.

m *Arbiter*. scilicet existens, i. dispositor, proprie enim non potest arbiter quis esse in sua re: vt ff. de arbit. l. pen. & est simile huic ff. solu. matr. l. etiam. §. licet.

n *Ex proprio*. quædã enim facimus inuiti: vt ff. de actione, emptio. l. Iulianus, §. Idem Celsus. quædã nõ volentes facimus vt testamentum, si sumus minores 14. anno. vt inst. qui non est permis. fa. testa. §. præterea, & idem insti. de ijs qui sunt sui uel alie. iur. §. fi.

o *Exacto*. i. exactissimo, secundum Io. & B. sic Inst. quibus mo. re contrahi. ob. §. item his, uenit ergo secundum eos in actione mandati etiam leuissima culpa, sup. eo. l. a procuratore & argu inst. loca. §. fi. sicut ibi, Saturnia sancta dearum maxima siue sanctissima, alias secundum M. distingue utrũ gratia mandantis tantum interueniat mandatum, & tunc præstabitur dolus, & lata culpa tantum, an mandatarij tantum, & tunc leuissima, sicut in commodato distinguitur, ff. commo. l. si ut certo, §. interdum, & l. in rebus.

p *Geruntur*. id est, geri debent.

q *Neglectum*. cum incepit facere, & destitit. Io.

r *Declinatum*. cum ab initio commisit. Vel pone econtra secundum Azo. & utroque dicto, uel utrumque ponitur pro eodem.

Per diuersas. CASVS. Olim si aliquis habebat actio. aduersus alium, & dubitabat aduersus eum mouere actio. poterat vendere alicui ita quod si, vel data modica quantitate pecuniæ, vel nulla ageret. vt de multa mala per talem cessionem contingebant. Statuit igitur Imperator Anastasius, quod nullus talem act. vendat, quia præsumitur, quod sit simulata, & non vera venditio. redimés ergo litem quę est tec. pro 20. non poterit agere nisi pro 20. & vsuris in quibusdam tamen contractibus, potest fieri cessio. puta inter cohæredes potest enim vnus alij cedere act. Item si creditor acceperit a suo debitore nomen sui debitoris in solutum aget iure cessio, vel si patiatur creditor cō trouersiam super pignoris re sibi obligata, potest petere, vt debitor cedat ei act. a non dño super re quā possideo, possum petere, vt mihi cedatur ius fructuarij, vel superficiarij, vt me possim me tueri a [illegible] tius verō dñm. vel [illegible] Si possideo rem in emphyteusim possū petere, vt dominus mihi cedat act. suam. Item legatarij pōtperere [illegible] cessionē ab hærede. In vltima parte dicit, quod si titulo donationis cedatur actio, bene tenet cessio.

a *Per diuersas.* In primo casu fuit simulatio. In secundo præsumitur, a secundo quatuor excipiuntur.

b *Inhiantes* intell. inficiantes, sic & inf. de præscrip. 30. ann. l. 1. in princ.

c *Properare.* modicum dando pro cessione facienda, ut infr. l. prox. in princ.

d *Litigatorum.* debitores puta.

e *Vexationibus.* in plus petendo.

f *Cum certum.* [illegible] dicas, cum certum & [illegible] præsumptione [illegible] ut ff. de probat. [illegible] l. cum de indebito, & ff. de aliē. iud. [illegible] l. 4. qui. & [illegible] non tamen stetur huic præsumptioni, nisi alias probatur simulatio.

g *Pro indubitatis.* dicuntur indubitatæ, in quibus aduersarius non negat. alias est dubia per negationem, ut infra qui. ad lib. procl. non licet l. 2. & 3.

h *Iura sua.* i. sibi debita, & large pone uendicare, vt etiam contineat actionem personalem.

i *Velle.* i. magis præsumitur, quod ei commiserit, ut quod consecutus fuerit, partim reddat, & partim retineat. Vel dic quem cedere prædicto modo minori pretio.

k *Conamen.* i. finitum.

l *Dubium.* præsumptiuè.

m *Cessiones.* pro nihilo uel modico factas, dolo, uel fraude, uel simulatione aliqua.

n *Solutarum.* No. in hoc forte est uis, ut sit necesse pretiū solutum, vt sup. de rei uend. l. quoties. Item hoc de usuris uidetur corrigi. inf. l. prox. sed dic, ut ibi.

o *Venditionis.* quæ si uera esset, ualeret cessio, ut per totū titul. de hæred. uel actio. uend. sed hic loquitur secundum Azo. & bene, cum parua pecunia emit, & animo uexandi, quare solum quod dedit, repeti permittit hæc lex. secus cum iusta causa fit cessio, & non animo uexandi.

p *Insertum.* scilicet, pro tota actione.

q *Contingit.* quando agunt familiæ erciscundæ, vt infra de lit. l. fin. in fi. & ff. fami. ercis. l. plane, licet pro hac cessione detur minus, quam cessio sit.

* Dispositio huius legis & seq. nō obseruatur in Gallia, nisi cessionibus nominum uel [illegible] ctionū ad mobilium, uel nominum cōpetentia.

† [illegible] Cap. [illegible] 10. [illegible]

beralitate: efficaciter transeunt vtiles actiones secundum tenorem directarum, h. d. Bald. & est singularis lex secundum Pau. de Cast.

Imp. Anastasius A. Eustachio PP.

LEX XXII.

Per diuersas [a] * interpellationes ad nos factas, cōperimus, quosdam alienis rebus, fortunisque inhiantes [b] cessiones alijs competentiū actionū in semetipsos exponi properare, [c] hocque modo diuersis [1] † personas litigatorum [d] vexationibus [e] afficere, [f] cum certum [f] sit pro indubitatis [g] obligationibus antea suppetebāt, iura sua [h] vindicare, nā ad alios ea transferre velle [i] ¶ Per hanc itaq; legē iubemus in posterum hmōi conamen [k] inhiberi, * nec n. dubiū [l] est redēptores litiū alienarū videri eos esse, qui tales cessiones [m] in se cōfieri cupiūt, ita tñ, vt si quis datis pecunijs hmōi subierit cessionē, vsque ad ipsam tantummodo solutarum [n] pecuniarum quantitatem, & vsurarum eius actiones exercere permittatur, licet instrumento cessionis, venditionis [o] nomen insertum [p] sit, exceptis, scilicet cessionibus, quas inter cohæredes pro actionibus hæreditarijs fieri contingit. [q] & ijs [r] quascunque vel creditor, vel is, qui res [s] alienas [2] † possidet, pro debito, seu rerum apud se cōstitutarum munimine ac tuitione accepit: necnon [s] ijs, quas * inter legatarios seu fideicommissarios quibus debita [u] vel actiones [x] seu [y] res aliæ relictæ sunt, pro [z] his fieri necesse sit. Nulla etenim tali rōne [a] * intercedente, redēptor (sicut superius declaratū est) magis [a] existit qui [3] † alienas pecunijs [c] pstitis subijt actiones. Si aūt p [d] donationē cessio facta ē, sciāt oēs hmōi legi locū nō esse, sed antiqua iura esse seruāda vt cessiones tā pro exceptis, [4] † & spāliter enumeratis, q alijs causis [e]

* Hoc [illegible] Papinianum [illegible] apostoli. [illegible] gl. [illegible] ex. de resc.

r *Et ijs.* cessionibus exceptis quascunque creditor. s. accepit, p debito. qui si [illegible] & cum ne [illegible] debitoris, & [illegible] ab debitore suo accipit in solutum. Vel dic creditor cedit actionem in fideiussori minus soluenti: vt ff. de fideiussori. l. si fideiussor. [illegible] idem respon. Vel tertio pone quod rem tuā possideo, obligasti Titio creditori tuo, & ego facio mihi cedi ius suum pro minore pecunia, quam debebat in illam re. vt sim cōtra te tutus: & secundum hæc duo exempla accipe, [illegible] ff. de dā. infect. l. Proculus. Vel pone, quòd ille q nome meo est stipulatus cum mandato, vel sine mandato mihi cessit.

s *Is quę res.* Hoc est aliud exemplum, vbi tenet cessio, puta accipit quis pro re quā possidet, ius emphyteuticarij uel fructuarij, vel superficiarij. vel similis, vt tueatur se à dño, licet ualeat plus uel minus, quòd dat cedenti, quam illud in quo uult se munire. Vel dic cum timerem domui meæ ruinam ex domu tua, accepi à te ius quoòd habes in domo tua, puta rei uēdicationem, dedi tibi minus quam ualet ius cessum, quod non placet quia uerbis tantum fit hæc expositio. Vel tertio in re quā possideo habes Publicianam, impetro à domino ut cedat mihi ius dominij, modicum sibi dando, ut contra te tuear me, ut ff. de publ. l. pen. & fi.

t *Nec non his* scilicet cessionibus, exceptis quas inter legatarios, & [illegible] pone pluribus legatum nomen tunc enim ipsi inter se credunt actiones minimo dato, & ab hærede petunt sibi ce[illegible].

u *Debita.* i. actiones personales, ut dixi modo in exemplo.

x *Vel actiones.* scilicet, in rem.

y *Seu res.* scilicet, hæredis: nam si testatoris, non esset necesse cedere legatario rei vendicationem, cum statim ab adita hæreditate dominus fiat, ut infra communia de leg. l. 1.

z *Pro his.* scilicet, relictis.

a *Ratione.* i. non intercedente aliquo prædictorum casuum exceptorum.

b *Magis.* quam uerus actionis emptor.

c *Pecunijs* paucis ab eo cui facta est cessio illi. s. qui cedit. Alij dicunt econtra præstitis à cedente illi, cui fit cessio, quod non placet.

d *Per donationem.* scilicet, ueram.

e *Quam alijs causis.* Lex ista uidetur sibiipsi contraria. si enim ualet cessio & in exceptis casibus, & alijs. ergo in omnibus, ergo male dixit in princip. l. non ualere. Dic ergo hic loqui de non simulatis, puta ex causa donationis, secus autem in simulatis, quæ non ualent, ut supra dixit. Sciendum est ergo, quod simulata est cessio, cum id agitur intercedentem, & cum cui ceditur, quòd omne lucrum, & emo-

2 † Aliquas

* Vi. Cuia. 16. obs. 16.

* Hic not. Sal. q casus singulares & excepti, ob identitatē rōnis extēduntur ad similes, de quo puncto uide post alios Dec. in l. 1. ff. de regu. iur.

3 † al. quā qui.

4 † Inspectis.

* Placet Salic. reprobata gl. in l. 2. inf. cō. de le. quæ uult cōtrarium.

Cessio qñ simulata dicatur.

& emolumentum ad cedentem refertatur: sed simulatur contra.ium.s.quòd debeat pertinere ad eum cui fit cessio. & tūc non valet, vt sup. plus valere quod agitur &c. Si autem sit dubium, an sit simulata vel non praesumitur simulata ex paruitate pretij. Nam non est verisimile, quod pro tam paruo pretio sit facta cessio. arg. ff. de transac. l. cum hi. §. modus, licet ad dolū argumentum hoc non sufficiat. vt ff. de rescin. vend. l. dolus, & dic non agit, nisi in tm̄ quantum dedit, vt sup. hac l. 2. resp. pro residuo aūt agit qui cessit, aliud tamē est vbi est pro parte vendita & pro parte donata, vt inf. l. proxi. sm̄ Ioan. & Azo. Sed quantū pretiū dicitur modicum? Respon. forte qñ nec dimidiam continet actionis, vt inf. de rescin. vē. l. 2. Vel dic qñ deductis expensis, & labore, & pretio, adhuc plus satis valet actio, de qua fit cessio. Item praesumitur simulata si non reperitur nomen pretius, ex quo fit cessio, in cessione, vt sup. hac eadem l. innuitur ibi: licet instrumento, & sic forte cōtinetur, ille cessit illi actionē sua contra illum, vel similia &c. Si verò nomen cōtractus ibi continetur, non praesumitur simulata, nec obstat supr. ibi licet instrumēto, &c. nam intellige, quod primò debeat fieri instrumentum venditionis vel donationis, & postea subseq. cessio, vt non videatur fraus facta, hic autē fuerat prius cessio facta, & postea instrumenta contractus: & io aliud est. Vel verius titulus deficiens facit simulatā, sed assistens non facit non simulatam, si aliud sit quod faciat simulatā, vt paruitas pretij, & hocc casu nō amittit actio, sed agit q cessit: cum cessio nō tenuerit, uel ex paruitate pretij erat simulata. Item tertio praesumitur simulata, si actio sit iusto pretio pro parte vendita, & pro alia parte donata: & hic agit is, qui emit in tantum quantum dedit, in residuo nullus agit, nec is qui cessit, nec is cui ceditur, vt ī. l. prox. licet enim licet cum modica pecunia data pro tali actione, facta est cessio, vt modo dixi: sed in casibus non praesumitur simulatio quantumcūque pretium datum sit pro cessione, qui hac lege continentur, & distingue hic, vt hic, vt sup. ne liceat: po. l. prima.

Cassio actionis ex quib. praesumatur simulata.

1† Immutatione.

Pretium in cessione qñ dicatur modicum.

1 Est d. mēte Sal. in fine 3. col. quia cessio debet habere propriū titu.

2† Cōcor. cum hac l. c. 2. cū gl. 2. extra de alien. iud. mutā. cau. fa.

3† Consequatur quisquam quæ praestitit.

ADDITIO. Addas post Bar. hic [illegible] etiam cessionem simulatam, quando pretium, pro quo facta est cessio, non apparet in veritate [illegible] innuitur in hoc tex. [illegible] supra & inf. l. proxi. ibi, vero contractu re ipsa persolutum, ex quo concluditur secundum eundem non sufficere si instrumento cessioni. cedens sibi solutum esse confiteatur, nisi reuera sibi solutum probetur quod verum est quantum ad eum contra quem ceditur, sed contra ipsum cedentem noceret illa cessio a.

factæ seu faciendæ, secundū actionum quæcunque cessæ sunt vel fuerint tenorem, sine quadam 1† imminutione obtineant.

Hæc est nota. lex quæ venit ad præcedentem declaratiuè, & hoc intendit in summa. Si actio est pro parte vendita, & pro parte donata præsumitur cessio simulata. idem si solus titulus donationis sit appositus, tamen clam aliquid sit datum nomine pretii. His ergo casibus cessionarius nō agit, nisi quatenus re ipsa persoluit, cedēs etiam propter suam fraudem actione priuatur, & licet de rigore ista sanctio deberet retro trahi: tamen de æquitate non trahitur retro: sed ad futura tantum porrigitur. h.d. no. secundum Bald:

Imp. Iustinianus A. Ioanni. P.P.

LEX XXIII.

AB Anastasio[a] † diuę memoriæ principe iustissima constitutio conscripta est,[a] tam humanitatis quàm beneuolentię plena, vt ne quis alienum subeat debitū cessione in eum facta, & ne amplius a debitore cōsequatur ijs, 3† quæ pręstitit cessionis auctori, exceptis quibusdam casib. qui specialiter illa sanctione continentur. ¶ Sed cum ij, qui circa lites morantur,[c] eandem piam dispositionem in sua natura remanere minimè concesserint, inuenientes machinationem, vt partem quidem debiti venditionis[d] titulo transferant in ipsum creditorem, reliquam autem partem per coloratam[e] cedant donationē: generaliter Anastasianæ constitutioni subuenientes, sancimus nulli licere partem quidem debiti cedere pecunijs acceptis, & venditione actionum habita, partem[f] aūt donationis titulo videri transferre,[g] sed si voluerit debitum totū purè donare, & per donationem actiones transferre, 4† nō occultè, nec per artes clādestinas pecunias suscipere, publicè aūt simulatam donationē celebrare, sed vndique puram, & non dissimulatā facere donationem huiusmodi enim cessionib. non aduersamur.[g] ¶ Si quis[h] autem occulte[i] aliud quidē agere conatur, & pecunias pro parte accipit, & vendit particulatim[k] actiones, partem 5† autem donare simulat, vel ipsi, 6† qui emptionem 7† actionis partim 8† subit, vel forsitan alij per suppositam personam, (quia & hoc sępius perpetratum esse didicimus) huiusmodi machinationem penitus amputamus, vt nihil amplius accipiat, quam ipse vero cōtractu re ipsa persoluit;[l] sed omne quod superfluum est, & per figuratā donationem translatum, inutile esse ex vtraque parte[m]

A B *Anastasio.*] CASVS. In supe. nostri lege statuit Imperator Anastasius vt non fieret venditio actionis, quæ diuina erat, sed quia quidā uolentes peruertere sensum illius legis pro parte vendebāt: hoc prohibet Iustin. dicens quod ille cui cessa est actio, si non potest agere, nisi pro ea quantitate q dedit: pro residuo fiet cessio inutilis, quia nec ille q cessit potest agere, nec ille cui cessa est. Si vero ex causa donationis vellet cedere quis act. bene posset, in futuris negotijs non in præteritis locū habet hæc lex. Viuia.

Adde hic [illegible] in cessione [illegible] fit [illegible] si [illegible] li. in fi. col.

4 † Hoc.

a *Conscripta est.* de lege superiori dicit.

b *Præstitit.*] pro tali actione cedenda.

c *Morantur.*] qui omnia mala nouerint, vt in auth. de exhib. §. illud quoque. coll. 5.

d *Venditionis.*] iusto pretio factæ.

e *Per coloratam.*] quare dicit coloratā, cū vere & iusto pretio vendebat partem. & mera liberalitate aliā partem donat. Resp. quia nō donaret partem, nisi aliam cessionarius emeret, similis color. inf. de nat. lib. l. legem, in fin.

5 † Particu.

6 † Quidē.

7 † Emptione.

8 † Partim.

f *Partem.*] hic tangit tertium casum, quem inf. apertius declarabit.

g *Non aduersamur.*] imo consentimus, vt sup. lege proxima in fine.

h *Si quis.*] scilicet, creditor.

i *Occulte.*] quia alias non erat donaturus, nisi aliam partem emisset, sed hic tacebat, & sic redit ad primum, vt aliquid addat.

k *Particulatim.*] id est, partem actionis.

l *Persoluit.*] & etiam vsuras, vt sup. l. proxi. circa princip. quæ est contra. Vel hęc corrigit illam, vel verius, his tribus tantum sortem petit scilicet quando pro parte vendidit, pro parte donauit alicui directo. Item quando per interpositam personam, vt hic. Item quando aliquid occultè fac, vt ex causa donationis tota sibi cedatur, vt inf. prox. §. at superior. quando modicum assignatur pro cessione tota: [illegible] pro illo modico pretio: tunc & pretium & vsuras petit emptor, vt ibi.

m *Vtraque parte.*] scilicet cedentis & eius cui ceditur, sic & in possessione furioso tradita, vt ff. de acquiren. poss. l. quod meo, §. si furioso.

Et

a *Et sibi.*] scilicet quod verè solutum fuit.
b *Molestia.*] ex reliquo.

SI SERVVS EX tero se emi mandauerit.

Audisti generaliter sup. de mandato: nūc audi specialiter in quendam casū, s. cum seruus extero se emi mandauerit. Et notantur quatuor dici i hac lege, s. an fuerit vtile mādatū. Itē an actio detur ipsi dño ex venditione, licet mādatū sit inutile. Itē an solutio nummorū peculiariū liberet emptorē. Itē an agat de ancilla & de precio. In primo dicit nullū eē mādatū. In secundo dari dño actiones ex vēditio. In tertia, qđ emptor nō liberatur. In quarto de vtroq; agi nō posse, dic ergo si seruus extero, &c.

1 † Astuti.

S*I seruus extero.*] CASVS. Seruus mandauit Titio, de se emendo & manumittendo. Ex illo themate tres eliciuntur quæstiones. Prima est, an valeat mādatum? respon. quòd non, nec inspecta persona serui, neque domini, tenet non: quia cū liber homo de se emendo non posset mandare, multo minus nec seruus ex persona sua, domini nō: quia qui mandat rē suam à se emi, inutiliter mandat: quia cū mandet de emendo, à seipso videtur emere: sed nulli est emptio suæ rei. Secundo quæritur, an ex tali mādato dominus habeat actionem mandati, vt tibi reddatur seruus. Vel habeat actionē ex vendito ad consequendum pretium? Resp. quod mandati. Tertio quæritur an emptor soluendo nummos peculiares, liberatus sit? Dicitur quod nō. Quarto quæritur, an possit intentare vtramque? Dicitur, quòd nō: quia cōtrarię sunt, quia per actionem manda. cōsequeris seruum, per actionem ex vendito pretium eius, & sic

2 † Et.

3 † Hanc constitutionem retinitur Cuia. 16. obser. 16.

censemus: & neque ei qui cessit actiones, neque ei qui eas susciperet curauit, aliqd lucri, vel fieri, vel remanere, vel aliquā contra debitorē, vel res ad eum pertinētes, esse vtrique eorum actionem. ¶ Sed & si quis donationem quidem oīs debiti facere assimulauerit, vt videatur esse totū donatio, aliquid aūt occultè susceperit: & in hoc casu tm̄ modo exactionem sortiri eius quòd datum esse cōprobetur, & si hoc [a] à debitore persoluatur, nulla contra eū vel substantiam eius ex dissimulata donatione oriatur molestia. [b] Et iustum quidē fuerat hoc remedium debitorib. ab Anastasianis tēporibus impertiri, ex quib. ēt lex data est, quam homines astutè [1] † lucrandū esse existimauerunt. Sed ne videamur in tanta tēporum nostrorū beneuolentia aliquid acerbius admittere: in futuris post pˀsentem legē casib. hæc obseruari censemus, vt [2] † oē quòd contra legem Anastasianam excogitatum est, hoc in posterū nro perfruatur remedio.

LEX XXIIII.

PRæsens constitutio mentionem facit constitutionis [3] † Anastasij diuinæ memoriæ, quæ facta est de cessionibus, quæq; vult, ei qui pecunias dederit, actiones cedi, nihil tamē amplius exigi permitti, quàm quod re ipsa dederit. Inueniens autem in ea quasdam personas exceptas, præcipit & in ijsdem personis hanc legem obseruari, neque superioris legis exceptione vti, sed vt emptor pecunias recipiat aut vsuras. Quòd si donatio simpliciter actionum fiat, lex iubet, cessionē donationum cā factā valere, nisi fortè circūueniendi animo facta sit.

TITVLVS XXXVI.

Seruus extero se emi mandauerit.

Hæc lex consueuit difficilis reputari, & in materia seruorum est quotidiana, & h. d. Si seruus de se emendo mandat extraneo, mādatum in suis finibus stans non parit actionem aliquam. Si autem mandato sungatur contractu emptionis subsecutiuè actio oritur de ę quitate, non ex solo mandato, sed emptionis cooperante contractu et mandatarius idemque emptor soluendo pretium de peculiarib. nummis sibi administratis à seruo, non liberatur à pretio: ideo nihilominus potest ad pretium conueniri: non tamen ad rem & pretium, contradictione obstante, quòd non sinit produci duo contradictoria ad effectum. h. d no. secundum Bal. vel sic: Mandatum serui mandantis se extero emi, est inualidum ab initio, sed conualescit emptione secuta ex post facto, & non liberatur mandatarius soluendo nummos peculiares domino, sed domino datur electio, agat mandati vt seruum consequatur: vel ex vendito vt pretium ei detur: vtrumque tamen actionem non potest cumulare obstante contrarietate. h. d.

Impp. Diocletia. & Maxim. AA. & CC. Dionysiæ.

LEX VNICA.

SI seruus extero [c] se mandauerit [d] emendū, quamuis nec ex pˀsona serui (quia hoc liber mandare non pōt [e]) nec domini persona (quoniā qui mandat [f] vt à se res comparetur, inutiliter [g] mandat) consistere credebatur actio, tamen optima ratione, [h] quia non id agitur, vt ex ipso [i] mandato, sed propter mandatum ex alio cōtractu nascaē actio, domino queri placuit obligationem. [4] † Si itaque

emptor tenebit seruum, sed ista non possunt simul stare, vt consequaris pretium, & consequaris seruum.
c *Extero.*] per hoc quod dicit extero, intelligas quemlibet alium à domino & à seruo.
c *Extero.*] Exterum siue extraneū dic omnem præter dominū. Sed quid si domino mandat? Respon. nō valet, quia à seipso non potest emere. Item nec ab alio rem suam, vt ff. de contrahen. emp. l. suæ rei? Sed qd si seruus plurium vni dominorū mandat de se emendo ab alio? Itē quid si rem vnius mandet alij emere? Videtur quòd valeat, vt ff. de accep. l. an inutilis. §. accepto. Sed puto qđ non, cum nec si extraneo mandet valeat, vt hic dicit, scilicet de se emendo.
d *Mandauerit.*] liber non posset hoc mandare, multo minus seruus.
e *Non potest.*] scilicet de se emendo, & sic multo minus seruus, vt hic, & ff. quibus ad libe. procla. non licet. l. penul. in princip. & de liber. caus. l. ordinata. §. si is. Item aut dices tenere mandatum secundum ius naturale, quo est liber. & sic non valet, cū nec liber mandet, vt dixi. Item secundum ius ciuile pro nullo habetur, vt ff. de reg. iur. l. quod attinet.
f *Qui mandat.*] cum idem inueniretur vēditor & emptor, qđ esse non potest, vt ff. de rerum permu. l. 1.
g *Inutiliter.*] quia ita sequeretur, quod idē esset venditor & emptor in casu tamen valet, vt in creditore q. possidebat pignus, ff. man. l. si mandauero. §. si qui.
h *Ratione.*] s. æquitatis, quæ præualet rigori iuris, vt supra de iu. l. placuit.
i *Ex ipso mandato.*] scilicet solo, id est, pˀ consequens de æquitate. Sed mandatum sit inutile, vel sit propter mandatum ex illo contractu.

Seruus si mādet domino suo de se emēdo nihil valet.

4 † Actionem.

Ex

¶ *Ex ipso mandato.*] nullo alio secuto, sed alio secuto scilicet venditione: datur actio ex mandato, ut subijcit secundum Ioan. Sic & alias una stipulatio praestat alij robur, ut instit. de muti. stip. §. alteri. Sed hic tanto plus, quia cum sequens causa scilicet venditio sit bonae fidei: & praecedens causa mandati: facit sequens, ut ex prima detur actio, quod in stipulatione non est ita, & quod hic subijcit propter mandatum, &c. converte literam, i. ex mandato propter alium contractum. Similis conversio literae est sup. communi diuid. l. prima. Alij ut P. dicunt ex ipsa venditione dari mandati, ut hic innuit, pro quo est, quia & alias ex pacto incontinenti apposito datur actio ex contractu praecedenti vel sequenti, ut s. de pac. inter empt. & vend. l. 2. Bul. etiam dicit ex se dari actionem mandati, scilicet, ab imperatore vno, cum non datur per legem ex dicto mandato, sed prima placet.

Stipulatio una aliam corroborat.

domino ignorante [a] emi te mandasti, ac te nummos subministrante peculiares, soluti [b] sunt: emptori minimè liberatio per huiusmodi [c] factum potuit peruenire. Nec tamen [d] si tradita, nec manumissa es, etiam mandati de ancilla, [e] & empti [f] de pretio consequendo contrarias [g] actiones ei exercere concedi placuit. Sanè in illius arbitrio relictum est, utrumne mancipium, [h] an pretium [i] consequi velit. cum ex peculio quod eius fuit, solutio celebrata, obligationis vinculo emptorem liberare non potuerit. Scriptura Calend. Octobr. Sirmij ipsis AA. Consulibus.

TITVLVS XXXVII.

Pro socio.

Valet societas, in qua unus pecuniam confert, alter operam. hoc dicit Bald. concor. Salic.

[illegible] *interest.* loquitur quibusdam militibus, &c. Instit.

[illegible] per rescriptum quia priuilegiati erant mili[illegible] priuilegio petebant.

i *Vobis.* ut ff. quod quisque iuris, l. prima, § fin. & supra, de precibus Imperatori offerendis, l. prima.

SI Voluntate. CASVS. Filius tuus te consentiente vendidit fundũ pro paruo precio, uis rescindere uenditionem propter parui precij quãtitatem an possis quæritur? dicitur quod non, quia ad hoc vt possis rescindere contractum, probare debes filium tuum dolo inductum ad uendendum, uel metu, quia non est rescindenda uenditio propter paruũ precium quia hoc cõsueuerãt facere emptores, cũ uenditores primo offerunt uendere magno precio, & emptores offerunt paruam quantitatem, & postea maiorem, si uendentes detrahunt eo quod petierant, & ita contendunt inuicem, & postea consentiunt, & sic propter exiguitatem precij non poterit rescindi uenditio, nisi probes filium tuum deceptum ultra dimidium iusti precij.

2 † al. uenundatum.

3 † Emptio.

k *Argui debet.* id est argutè probari, ut supra, de dolo, si dolum.

l *Detegi.* Hæc enim duo inducunt actionem quod metus causa, ut sup. de transact. l. interpositas, & ad hoc inf. de distrac. pign. l. & qui sub imagine.

m *Hoc enim solum.* ideo ad hoc quod dixi probandum te remitto.

Tertio.

a *Tuetur.*] vt ff. de pact. l. 1. §. 1.
b *Vllam rationem.*] cum liceat contrahentib. inter se, &c. vt hic, & ff. de minor. l. in causæ, 2. §. pen. & ff. loca. l. item si pretio, §. quemadmodum. & ff. de contrahen. emp. l. res bona.
c *Vel statim.*] nudo venditoris uerbo.

lis inciles, vt ff. de dolo. l. eleganter, in prin. idem videtur, & si dedit causam contractui, vt eadem l.
n *Restitutio*] iure actionis: vt sup. de act. empt. l. 1. & plenè dixi sup. ex quib. cau. maio. l. in contractibus.
o *Competit.*] actione ex vendito, vt rescindatur.

d *Disceptatione.*] coram iudice.
e *Iusti precij.*] de hoc dixit sup. eo. l. 2.
f *Tẽpore venditionis.* No. ut ff. de in. iff. l. 3. §. diui fratres.
g *Præstita.*] per legẽ su. eo. l. 2.

1 Concor. gl. in c. cũ causam, quæ fuit, extra de testi.

P *Recij.*] CASVS. Vendidisti mihi fundum pro decem, & di tibi sequum inso lidum, vis rescindere contractũ ex prætextu, quia quantitatem conuentã non solui, an possis, quæritur? Respon. quod non.

† Iusta.

h *Consentienti.*] inuito enim nõ soluit aliud pro alio, vt ff. si cert. pet. l. 2. §. mutui. & j. de solut. l. cũ a quo. Sed cõ huic legi videtur, quod alias dicitur in venditione debere interuenire precium, vt Instit. de contrah. emp. §. item pretiũ. sed illud quo ad venditionem, non quo ad numerationem, vt ff. de contrahen. empt. l. inter. §. sine pretio.

* Concor. c. cũ causam extra de testib.

† Etiam. Venditio an ualeat sine pretio.

D *Olus.*] CASVS. Dolo tuo interueniente vẽdidi tibi rem pro decem, quæ valebat 15. volo rescindere cõtractum, quasi dolus commissus sit dando paruum precium, an possim, quæritur? Resp. quod dolus qualitate facti, non exiguitate precij probatur: qui etiam si intercessisset, non aduersus eum agere possum, qui rem a te habuit, puta secundum emptorem, sed contra te restituar in integrum propter dolum tuum, qui incidit in contractum. Viuian.

† aliàs, & CC. Domitiano.

† eo resci.

Dolus quo probet in venditione interuenisse.

i *Qualitate*] puta, quod emptor plura dixit in re quæ venditur, vituperando eam, dissimulando præsentia, nunciando futura, vt ff. de act. emp. l. 1. & l. Iulianus, §. si vẽditor & §. per contrarium, & §. idem Iulianus & ad hoc ff. de minoribus, l. ait prætor, §. proinde. & supra, de dolo, l. dolum.

† alias, & CC.

que post multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem huic, quod obtulerat addente, ad certum consentiant precium profecto prospiceres neq; bonã fidẽ, quæ emptionis atque vẽditionis † cõuentionẽ tuet, [a] pati, neque vllam [b] rationem concedere rescindi propter hoc consensu finitũ contractum: vel statim, [c] vel post precij quantitatis diceptationem: [d] nisi minus dimidia iusti precij [e] quod fuerat tempore * venditionis, [f] datum esset, electionem iam † emptori præstita [h] seruanda. Dat. Cal. Dec. CC. Coss.

Pro pecunia numeranda possunt dari pecora, & videtur datum pretium. h. d. Bal. Vel sic: Pro pretio venditæ rei possunt res in solutum dari: nec ex hoc irritatur vẽditio. h. d. Sal.

Iidem AA. † Domitio.

LEX IX.

PRecij causa nõ pecunia numerata, sed pro ea † pecoribus in solutum consentienti [h] datis, contractus non constituitur irritus.

Dolus consistit in animi qualitate, non in rei pretio. h. d. Bal. Vel sic. Ex qualitate facti, non paruitate præcii dolus probatur: qui si interuenerit, contra emptorem actio competit, non contra eũ qui ab emptore emit. h. d. Sal.

Iidem AA. † Seuero.

LEX X.

DOlus emptoris qualitate [i] facti, nõ quantitate [k] precij æstimatur. Quem si † fuerit intercessisse probatum: non aduersus eum, in quem emptor dominium transtulit, [l] rei vendicatio [m] venditori, sed contra illum cum quo contraxerat, in integrum restitutio [n] cõpetit. [o]

Scienti non infertur dolus, & licet pretiũ non sit vsquequaq; conueniens, contractus tenet. h. d. Bald. concord. Sal.

Iidem AA. Magnæ.

LEX XI.

VEnditor factum [p] emptoris, quod eum tempore contractus latuit, post arguendo, non quod eo tempore scierit, quo ad ageretur, & consensu, de dolo quæri potest. [q] Igitur cum patrem tuum, vt maior comprehenderetur instrumento precium, quam rei, quæ distrahebatur, esse conuenerat, [r] consensisse profitearis, propter hoc solũ de circumscriptione frustra quæritur. Sanè [s] si placitum precium non probet ir solutum, vel in quantitatem debiti [t] per errorem facti compensari cautum fuerit: hoc reddi rectè postulatur. [u]

Necessitas rei familiaris contractum inefficacem non reddit, & sapiens est, qui cõpetit illicitè. Bal. Vel sic. Vẽditio facta viliori pretio propter munus publicum, vel vrgens debitum, non rescinditur. Sal.

Iidem AA. Antiocho. †

LEX XII.

NOn idcirco minus venditio fundi, quod hunc, ad munus sumptibus necessarijs vrgentibus, non

V *Enditor.*] CASVS. Si Titius apparauit à me rẽ aliquã, & dolo me induxit, possũ agere aduersus ipsum, si probauero ipsum dolũ tẽpore contractus adhibuisse: nec sciui illũ dolũ commisisse, & hoc in prima. Sed si vendidi Titio fundũ pro cẽtũ, & in instrumẽto uẽditionis scriptum sit, quod emit pro 200. non propter hoc rescinditur venditio. & hoc in secunda. Satamen Titius adhuc precium non persoluit, agere possum ut soluat, vel si per errorem facta fuerit compensatio, possum hoc non obstante petere pretiũ, uerbi gratia: Titius tenebatur mihi dare centũ ex causa uenditionis, ipse dicebat quod debebam ei alia centũ ex causa mutui, cum in veritate non debebam, & sic per errorem facta est compensatio, qua non obstante, agere potero ex uendito ad pretium. Viuia.

† Quid si.

p *Factum.* i. dolum.
q *Quæri potest.*] i. venditor, quasi diceret, dolus scienti non infertur, sed ignoranti, vt hic, & ff. de reg. iu. l. nemo videt, & sup. de transl. l. cũ donationis. & hoc uẽditore decepto. Idẽ est econtra in emptore decepto, ut subijcit. nam pater tuus cum aliquid emeret, consensit ut de pretio maiori caueret, quam res ualeat, infra tamen dimidiã iusti precij: licet uenditor dolũ committat, emptor nõ potest conqueri: quia ubi consensus, & conscientia, abest dolus.

† al. Antiocho. al. Antiochoni.

r *Conuenerat.*] i. conueniens erat.
s *Sanè.*] nũc redit ad primum, quando uenditor fuit deceptus, & dicit, quod agitur ad pretium non solum, & est idem vt si cautum fuit, vt compensaretur illud pretium cum eo, quod dicebatur à uenditore debitum emptori, cum non esset.
t *Debiti*] non subsistentis. & ad hoc inf. de act. emp. l. 2. in prin. & ff. de pac. l. si cum te. & sup. de rei uend. l. inciuile.
u *Postulatur.*] per uenditorem.

k *Non quantitate precij.*] vt sup. eo. l. ad rescindendam. sed licet non prorsus ualeat, ualet tamen cum alijs, & sic soluitur contra ff. de transac. l. cum hi § modus.
l *Transtulit.*] siue ex emptore siue sit alius eius voluntate.
m *Rei vendicatio.*] Tenuit ergo contractus, & sic fuit do-

N *On idcirco.*] CASVS. Tenebaris fisco ob munus publicum in x. uel alij priuato, non curo: vendidisti mihi prædium

prædium non viliori, quam esset dimidia iusti precij, vt sic fisco satisfaceres? vis rescindere venditionẽ quasi pro vrgẽte debito, & sumptib. distraxeris: an sis audiendus, quæritur? Dicitur, quod non: sed abstinere debes à tali petitione illicita: & precium petere, si nondum solutum est, potes. Viuia.

de præ. mino. l. si quidem nisi minima esset deceptio: vt ff. de in integ. rest. l. scio.

k *Procul posita.*]ad hoc est arg. j. de fal. mo. l. 1. §. domus.

l *Paulo vilioris.*] secus ergo si vltra dimidiam esset deceptio, ut sup. e. l. 3. licet quidam dicant idem, & tunc hæc lex presumat eum scientẽ, & sic donare. Item loquitur hæc lex, cũ re ipsa est deceptus. Nam si dolo* aduersarij, secus esset: quia licet iste sit in culpa, ille est in dolo, qui preponderat: vt ff. ad leg. Aquil. l. item si obstetrix, §. fin.

viliore precio, [a] vel vrgente debito te distraxisse contendis, rata manere debet. [b] Ab illicitis itaque petitionibus abstinendo, ac precium, si non integrum solutum est, petẽdo, facies consultius. *

Protestatio non habentis ius protestandi, non officit cõtractui. h.d. Bald. Vel sic: Denunciatio vel protestatio facta ab eo, qui non habet denunciandi ius vel protestãdi, non officit contractui. hoc dicit Sal.

Idem AA. CC. Nicæ.

LEX XIII.

SI maior [c] annis viginti quinque fundum distraxisti: propter hoc solũ, quod ementi, ne compararet, socer tuus denunciauit, [d] emptionem factam à te rescindi bona fides non patitur.

Licet non seruetur modus, non reuocatur venditio: sed agitur ad modum implendũ, & æquipollens. h.d. Bal. Vel sic: Venditio non rescinditur ex eo, quod emptor non soluit tributum reipublicę prout conuenit: sed emptor tenetur venditori ad interesse. h.d. Salic.

Ijdem AA. & CC. Basiliq.

LEX XIIII.

EA conditione distractis prędijs, vt quod reipublicæ debebatur, [e] qui comparauit restitueret, venditor à se celebrata solutione, [f] quanti interest, experiri [g] potest & nõ ex eo, quòd emptor non satis conuentioni facit, cõtractus irritus constituitur. [k]

Imputet sibi ille, qui vendidit rem, cuius precium ignorauit: quia non debuit esse tã negligens, & supinus. h.d. Bald. Vel sic: Venditio facta paulo viliori precio, non rescinditur prætextu ignorantię qualitatis rei iusti precii. h.d. Bald.

Imppp. Grat. Valẽ. & Theo. AAA. ad Hypacium PP.

LEX XV.

QVisquis * maior [i] ętate prædia etiã procul posita [k] † distraxerit, paulo vilioris [l] precij nomine repetitionis rei venditę copiam minimè consequatur: neq; enim † inanib. immorari [m] sinatur obiectis, vt vires [n] locorum sibimet causetur incognitas, qui familiaris rei scire vires, vel merita, atque emolumenta [o] ante debuerat. [p] * Dat. vj. Nonas Maij, Merobaudij. & Saturnino Coss.

Publicus exactor debet res vendere gratiosè, neque in subhastationibus fraudẽ committere. h.d. Bal. & Sal. Vel sic: Fundus debitoris reipublicæ vendendus ab exactore debet subhastari: & secundũ qualitatem eius, et redituum quantitatẽ ęstimari, ne fraus fiat debitori. aliter venditio facta rescinditur. h.d. Sal.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Magillum Vicarium Africæ.

LEX XVI.

SI quos * debitorum mole depressos necessitas publicæ [q] rationis adstringat

a *Viliore precio.*]non vilioris precij, & alias non viliori precio, & semper subaudi, quàm sit dimidia iusti precij.

b *Debet.*]vt j. de pignorib. l. cum te. & ad hoc, su. quod met. cau. l. cum te.

*Vide Cuiac. 16. obseru. 18.

SI maior. CASVS. Volebã tibi fundũ vendere: socer meus nũciauit tibi ne emeres, nihilominus emisti, volo hoc pretextu retrahere vẽditionem an possim, quæritur? Dicitur, quod nõ: cum maior 25. ann. sic vendidisti. Viuia.

c *Si maior.*]maxima licet alia ratione nõ valeret, ut ff. de rebus eo. l. 1.

d *Denunciauit.* Nota nõ nocet denunciatio ab eo facta qui nõ habet denũciare, vt hic & ff. de min. l. tut. & j. debitorẽ ven. pig. impe. non poss. l. 2. secus si interesset eius, qui denunciauit, quia dominus esset, ut su. de rei uend. l. si fundum, & ff. quod fal. tut. auth. l. 2. Accur.

Dennũciatio illius cuius non interest, nõ nocet.

EA conditione.] CASVS. Debes decẽ fisco: vendi tibi mihi prędiũ, vt solueres illa decẽ nõ solui. an debeat rescindi vẽditio, quasi conditioni non paruerim? Resp. quod nõ: sed ages ad interesse. Viuia.

e *Debebatur.*] puta tributa.

f *Solutione.*]maximè: vt ff. de neg. gest. l. si quis mandato. & de her. uen. l. 2. §. fin. secus in fideiussore, vt sup. mãd. l. si pro ca.

g *Experiri potest.*]vt j. de re. perm. l. rebus & de do. l. legem.

h *Constituitur.*]imò vr, per hic. vt j. de pac. inter empt. uend. l. cum te. Sol. hic erat alias uenditurus, ibi non. & eodem modo solue aliud contrariũ su. de cõd. ob. cau. da. l. si ut proponis.

m *Immorari.*] nota contra aduocatos.

n *Vt vires.* colendo.

o *Emolumenta.*] locando.

p *Debuerat.*] pro eo dẽ ergo dẽt haberi ac si ipse sciuisset de his vt ff. ad l. Aqui. l. idẽ. §. 1. & ff. ad Velleia. l. quamquam. & ff. de ædil. edic. l. 1. §. causa & ff. si cer. pet. l. quod te. & pro emp. l. qui fundum, §. seruus. Sed arg. contra, Insti. qui. ma. non poss. §. præualesse. & su. de hęr. ven. l. qui nondum.

* Ex lib. 5. titu. 1. l. 4. C.Th.

† Sita.

† al. deest enim.

ADDITIO. Dicas, quod in §. præualisse, loquitur in moriente, qui regulariter præsumit ignorare uires sui patrimonij. ar. j. qui testam fac. poss. l. hac cõsultissima. §. at cum humana. in actu uerò uiuentis dicas si bona peruenerũt ad eum de nouo, præsumitur eorum uires ignorare. ita loquitur d. l. qui nondum. Si uero ab antiquo ad eum peruenerunt, tunc si erant immobilia, præsumitur scire, ut hac l. idem, si erant mobilia, & præsentia: sed si absentia erant mobilia, præsumitur ignorare eorũ uires, ut l. in fraudem ff. qui & a quib. uide latius Barto. in auth. sed cum testator, inf. ad leg. Falcid.

* Concor. ab excõicato, cũ gl. super verbo, & facto ante mediũ extra de rescrip.

* Ex li. 10. tit. 17. li. 1. C.Th.

SI quos.] CASVS. Possidebas prædiũ tributarium, cessasti soluere tributa. procurator fisci vult per uenire ad uendicionem rerum tuarum. qualiter debeat fieri uenditio? Dicit lex, scilicet quòd bona fide debeat celebrari, & quãtitas, & qualitas redituum consideranda est, nec uiliori precio debent distrahi. ut possessor damno efficiatur, emptores uero perpetuo dominio gaudebunt. si tantum fisco, quantum exegerit nihil. as ill ius cuius res distrahitur, numerauerint. & hoc dicit. Viuian.

Glo. super uerbo, ad aliud in c. c. i causam q inter. in uer. sed q̃liter hoc probat, extra de testa. dicit per hanc legẽ, quod pcium probatur ex qualitate rei.

QVisquis.] CASVS. Prędia alibi sita mihi uendidisti: an eo pretextu, quòd ignoraueris vires illorum prædiorum, quia procul erant sita, rescindi possit uenditio quæritur? Respon. quod non, quia nullus debet ignorare uires patrimonij sui. Viuia.

i *Quisquis maior.*] si uero minor, aut nulla esset ipso iure venditio facta sine decreto: aut daretur restitutio, ut infra

q *Publicæ.*]quia obligati erant communi uel reipublicæ.

Distrahere.

propriás distrahere * facultates: rei qualitas, & redituum quantitas æstimetur: b ne sub nomine subhastationis publicæ locus fraudibus relinquatur, vt a † possessionibus viliore pretio distractis, plus exactor ex gratia, c quam debitor ex pretio consequatur. ¶ Hi postremo sub empti titulo perpetuo dominij iure potiantur, qui tantũ adnumerauerint fisco, quantum exegerit vtilitas priuatorum. Etenim per iniquum est, vt alienis bonis sub gratiosa auctione d distractis, parum accedat publico nomini, cum totum pereat debitori. Dat. 13. Cal. † Iul. Aquil. A Id. Ian. Adrumeti post Cõsulat. Tatiani, & Symmachi. VV.CC.

† E.

† al. Dat. Cal.

Furtiui, & clandestini: cõtractus in præiudicium fisci non tenent. h. d. Bal. & Sali. Vel latius: Venditiones factæ in fraudem reipublicæ irritantur, & emptor conscius in pretio mulctatur. h. d. Sal.

Impp. Arcadius † & Hono. AA. Messalæ, PP.

LEX XVII.

HI * qui imposita munera e ciuitatum fuga destituunt, f vel † ineũdos furtim existimant esse contractus: intelligant sibi nihil hæc profutura esse commenta, & pretio emptorem fugæ conscium g mulctandum esse, quod dederit * Dat. 12. Calen. Septem. Theodo. V. C. Cos.

† Impp. Grat. Val. & Theod. AAA.
* Ex lib. 8. C. Theod. de contra. empt.
† Et.
* Dederit. V. Cuiac. 16. obs. 13.

Proceres palatii, siue consiliarii, qui stant ad consiliũ domini, non possunt emere res subditorũ. h. d. no. Bald. Vel sic: Proceres palatii non possunt emere res subhastatas a fisco. h. d. Sal.

Imppp. Arcad. Hono. & Theo. AAA. Nestorio Com. R. P.

LEX XVIII.

VEstium, * auri, & argenti, seu mancipiorũ coemendorum, h si quando a priuatis i nr̃is ea contigerit venũdari, palatini k * sciant sibi copiam denegatam: l pœna in eos m amissionis n pretij exercenda. * Dat. 6. Cal. Aug. Vincen. & Frauita Coss.

* Hæc lex sumpta est ex ea. const. ex qua l. 3. inf. de conduc. & proc. pd. l. 11. ti. 71.
* Palatini res priuatas principis administrãs sub Comite rerum priuatarũ. Ideo que Comites res prĩcipis distrahere Palatini Comitis res emere vetantur, emerese citra auctionem. l. ult. inf. de iure. hast. fis. ut etiã in tutore. l. a. ff. pro empt. Gotho.
* al. exercẽda.

TITVLVS XLV.

Quando liceat ab emptione discedere.

Sicut emptio, & venditio solo consensu contrahitur, ita solo dissensu distrahitur, nisi a traditione sumat effectum: quo casu nisi retradatur, non distrahitur. Bald. vel sic: Re integra cõtrario consensu ab emptione disceditur: re vero non integra actus priori similis requiritur. h. d. Sal.

Imp. Gordianus A. Rufino.

LEX PRIMA.

REm quidem integra o ab emptione, & venditione vtriusque partis consensu recedi p potest. q Etenim r quod consensu contractum est, contrariæ voluntatis aminiculo dissoluitur. * At enim post traditionem s interpositam nuda voluntas non resoluit t emptionẽ, si non actus u

* Concorde. in c. a. de reg. iur. in antiq.

a *Distrahere.*] per exactorem.

b *Aestimetur.*] No. fieri æstimationem rei secundum reditus: ut ff. de iure fisci. l. 3. §. itiui fratres. & in Authen. de aliena. & emphyt. §. & hoc autem colla. 9. Item no. q̃ ad hoc ut res alicuius propter publicum debitum vendatur, oportet, quòd diu sit in solutione cessatum. Item quod facta sit subhastatio. Itẽ vt dei plus offerenti, & bona fide ementi, & iusto ptio. Item auctoritas præsidis: ut habes hic & inf. ti. propter pub. pen. l. 2. & sup. si aduer. n. l. edicto. & j. de fide instru. & iu. ha. fi. l. 2. & de iu. fis. l. 3. lib. x. & ff. cod. l. fundum. Item no. hac lege, quòd rescinditur venditio etiam ratione modicæ iniquitatis.

c *Ex gratia.*] consequitur enim grates, & ad hoc ff. de iniu. l. si puero, in prin.

d *Auctione.*] id est vẽditione, quæ vtrinq; auget etiam vni pretium, & alteri rem.

H*I qui.*] CASVS. Si adstrictus curiæ, vt curet ciuilia munera ad alium locum se transferat, & res suas distrahat, & post vendet occultè: nil sibi proderit huiusmodi fuga, & emptor conscius amissione pretij mulctabitur. Viuianus.

e *Munera.*] s. personalia.

f *Destituunt.*] s. officia, ut decuriones, vel similes: vt sup. de adno. diu. iud. l. 3. qui occultè vendunt res suas, hoc. q. dem non licet: ut hic, & j. qui bo. ced. pos. l. propter. & ff. ad munic. l. incola. & de mune. & hon. l. si quis. & j. de decur. l. si ad magistratum. lib. x.

g *Conscium.*] vt argu. ff. quæ infra. cre. l. si debitor in fraudem. secus si ignorans: ut ff. pro emp. l. qui fundum. §. procurator. & datur pretium hoc fisco.

V*Estium.* CASVS. Prohibetur hac lege, ne silentiari principatis a priuatis hominibus vestes, argentum, aut mancipia emant licet alij priuati hoc facere possint, q̃ fecerint, amissione pretij mulctentur. Viuianus.

h *Coemendorum.*] negotiandi causa: ut infra de commer. & mer. l. nobiliores. B.

i *A priuatis.*] i. comite rerum priuatarum. i. à procuratore fisci. Vel verius a quibuslibet priuatis hominibus.

K *Palatini.*] i. proceres palatij, quorũ consilio regitur respublica, & est hoc ideo: quia possunt ostendere minacem fauorem, & idẽ intellige in qualibet alia re, ut sup. de contra. iud. l. 1. §. 1. & de offic. re. pro. l. nullum.

l *Denegatam.*] nisi ad hoc, ut sibi habeant, & retineant, secundum B. vt sup. de contract. iud. l. 1. Vel generaliter loquitur secundum ea tempora, qñ imperator sufficienter dabat omnia prædicta ipsis palatinis.

m *In eo.*] palatinos non venditorẽ. Azo.

n *Amissionis.*] i. venditor, ut innocens non punitur.

¶ QVANDO liceat ab emptione discedere.

¶ *Quando altera parte inuita disceditur a venditione dixit: nunc quando vtraque volente audi. Accur.*

R*Em quidẽ integra.* CASVS. Si rem mihi vendidisti, nec tradidisti, nec ptium tibi numeraui: an ab emptione recedere possimus cõmuni consensu, quæritur? dr̃ q̃ sic. Si vero interuenit traditio, vel rei uel pretij, vel alteri, q rem non integram facit, ab emptione recedi non potest nuda voluntate, nisi cõtrarius actus intercesserit: puta si retradam rẽ, ut mihi pretium. quo casu, resoluitur emptio. Viuia.

o *Integra.*] s. vere, hoc est neque pretio soluto, neque tradita re, ut inst. qui. mo. tol. ob. §. fi. Vel quasi ut q a hõ vẽdit mortuus sit. quo casu p tradito hr̃: ut ff. eo. l. cum emptor. §. fin. & hoc in uero ptio rei: secus in arrha. ut j. l. prox. In iurisdictione aũt, & iudicio dr̃ res integra ante litẽ contestatam: ut ff. de iurisd. om. iu. l. & q a & de pc. l. ante litẽ.

p *Recedi.*] ita quod res non sit tradita.

q *Potest.*] ut & ff. de pact. l. iurisgentiũ. §. adeo. & l. ab emptione. in princ. & supra de transl. l. diuersa.

r *Etenim.*] bona rõ tex. in c. a. ut ff. de re. iud. l. nihil tam natur. de.

s *Post traditionem.*] s. rei. & pretij, uel alterutrius tantum.

t *Resoluit.*] nec pater actionem, ut retro reddatur, quod est datum, etiam si incontinenti fiat: ut ff. de pac. l. ab emptione. §. j. & inf. l. prox. in fin. Sed vr̃, q̃ debeat tibi competere exceptio, si rem uolueris tradere contra me pretium petentem, q̃ utique verum est secundum quosdam. q̃ non placet: ut inf. l. prox. dicẽ. & dixi ff. de pa. l. ab emptione. in fin.

u *Non actus.*] non est bona exceptio, quia tunc non voluntas nuda, sed actus resoluit. Et dicunt quidã, quod hic actus est secunda quædam venditio: & debet emptor eodem pretio.

tio reuendere venditori. argum ff. de contrahend. emptio. l. pacta. in fine, & ff. eod. l. 2. quod non placet: quia tunc essent duo contractus & non diceretur secunda emptio re soluere primam. sed duæ essent: vt ff. de euict. l. si ei. erit ergo similis actus si retradat rem. & ille pretium, idest retraditio rei, & traditio pretij: quo facto ipso iure resoluitur: licet quidam dicant quo ad effectum tantum.

a *Retro agent.*] idest in contrarium ducés eam, scilicet ab esse ad non esse.

P *Erfectam.*] CASVS. Si rem mihi vendidisti, nec tradidisti, nec tibi prætium numeraui: contrario consensu re adhuc integra resolui potest venditio: & si arrhas dedi, repetere potero: sed qua actione non aperit. tu dic condictione sine causa, uel ex empto. & hoc in prima. Si vero partem pretij solui, ab emptione non possum recedere: nec pretium, quod dedi repetam, sed actionem habebo ad ea, quæ in venditione præstari conuenit. Viuia.

b *Perfectam emptionem.*] quantum ad obligationem. Vnde tam de puta, quam de conditionali dicit: & sic dicitur perfecta. ff. de pericu. & com. rei. vend. l. necessario. alias autem dicitur perfecta traditione. ut ff. de act. empt. l. si quis alienã rem.

† Potest.

† Recuperare.

c *Pa. to. & consensu.*] idest pactionali consensu mutuo interposito, ut neuter alium conueniat: ut Inst. de ser. §. fin. Idem videtur, & si de vno tantum sit dictum: ut ff. de accep. l. si. & ff. eo. l. cũ emptor. in prin.

d *Recuperare.*] s. actione ex empto, vel condictione sine causa, vel ob causam: vel præscriptis uerbis: ut ff. de act. emp. l. ex empto. §. is, qui vina. & §. ego. Item hæc vera nisi arrha sit data loco pretij, & arrharum: quia tunc seruatur id, quod est, ubi non est res integra: quod satis uidetur secundum quosdam, quando in pecunia datur arrha. Item no. hic, quod arrhæ datio non facit rem non esse integrã: enim sit contractus per se uenditioni accedens: ut supra de fide inst. l. contractus. Idem fidem pacti dicit ideo: quia ex quo conueniunt de dissoluendo contractu, & de arrhis reddendis conuenisse uidentur.

e *Partem.*] est enim aliud pretium, uel partem eius, aliud arrham dari.

e *Partem.*] pro arrhis ex pagamento.

f *Præstare.*] quæ habes. ff. de act. emp. l. ex empto. in princ.

g *Actionem.*] ex empto. & hoc doli mali replicatione opposita, si ille exceperit de pacto. Sed pone, quod parte pretij soluta, & re tradita actum est, vt recedatur à contractu numquid in eo, quod solutum non est habet, emptor exceptionem? Vĩ, quod sic: cum nudum pactum pariat exceptionem: vt ff. de pac. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. Sed dic contra: quia iam haberet rem sibi traditam, & pretium, quod esset iniquum. Vnde remanet mirabile: ut nudum pactum non pariat exceptionem. Et est ratio, quia non adhoc interponitur, sed ut contractus rescindatur.

Pactũ nudum non semper parit exceptionem.

quoque priori similis retro agens [a] venditionem, intercesserit.

Per datienem arrharum res non desinit esse integra; sed per solutionẽ partis pretii desinit esse integra. hoc dicit Bald. vel sic; Nudo consensu re integra ab emptione disceditur, & arrhæ datæ repetuntur, sed quia parte pretii soluta, res non est integra, ideo nudo consensu non receditur; sed vt res tradatur agitur. Salic.

Impp. Diocle. & Maxi. AA. Felici.

LEX II.

PErfectam [b] emptionem atque venditionem re integra tantum pacto, & consensu [c] posse dissolui cõstet. Ergo si quidem arrhæ nomine aurum datum sit, potes † hoc solum secundum fidem pacti recuperare. [d] † sin vero partem [e] pretij persoluisti, ad ea, quæ venditorem ex vẽditione oportet præstare, [f] magis actionem, [g] quàm ad pretij quantitatem, quam te dedisse significas, habes.

TITVLVS XLVII.

Si propter publicas pensitationes uenditio fuerit celebrata.

Venditio solenniter facta, ob tributa non soluta non reuocatur, licet à debitore, vel creditore tributum postea offeratur. h.d. Bald. vel sic; Vẽditio solenniter facta per fiscum, ob cessationem tributorũ non rescinditur per priorem dominum, nec per eius creditorem. Salic.

Imp. Antoninus A. Materno

LEX PRIMA.

VEnditionem ob tributorum cessationem factam [h] reuocari non oportet, [i] neque priore domino pretium offerente, neque creditore [k] eius [l] iure hypotecę, siue pignoris prætendente. Potior est enim causa tributorum, quibus priore loco omnia bona cessantis obligata sunt. [m]

Venditio legitimè facta non retractatur: si autem est facta minus legitimè, debet quatenus de facto processit retractari: citato tamen possessore & non aliter. h.d. Bald. vel sic: Venditio ob tributa non soluta solenniter facta nõ retractatur. secus. si solenniter non fuerit facta; quia quatenus de facto processit reuocatur, citato tamen possessore. h.d. Salic.

Impp. Diocletianus, & Maximianus AA. Plotio. †

LEX II.

SI deserta prædio ob cessa-

¶ SI PROPTER publicas pensitatio, &c.

Quia fit venditio quandoque propter publicas pensitationes nõ solutas, vt & habes supra de rescind. ven. l. si quos. ideo de ea dicit. s. quando rescindatur, quod fit, si nõ est solenniter facta. vt inf. eo. l. 2. Et dicũtur publicæ pensitationes annuæ exactiones tributorum, vel vestiũ, vel auri, uel argẽti, quæ a certis personis debebantur fisco. sed & ea, quæ ad viarum vel pontium refectionem præstanda sunt a possidentibus ut inf. eo. l. fin.

Pensitationes publicę, quæ dicantur.

V *Enditionem.*] CASVS. Possidebam prædium tributarium, cessaui in solutione tributi prædium solenniter vendidit, an me postea offerente pretiũ possim prædium recuperare, quæritur? Rñ. quod non. Idẽ est in creditore cui obligaui illud prędiũ: quia tributorum cãusa est potior, quã cã alicuius creditoris vñ propter hoc, quia cessaui in solutione tributorum, bona sunt obligata. Viuia.

h *Cessationẽ factam.*] per quantum tempus sufficiat cessasse, non est lege expressum: & ideo dici potest secundum Azo. & H. quod biennũ debeat transire, sicut in colono priuati: ut ff. loca. l. quæro. §. inter. & sicut in emphiteuta ecclesiasticæ rei: ut in auth. de alie. & emptio. §. si vero quis locator. licet in emphyteuta priuati triennium sit: ut inf. de iu. emph. l. 3. Alij dicũt statim ex quo est cessatum, per hanc l. & arg. inf. de uec. & con. l. 4. Item & pro eis est, quod dicitur pupillo remitti pœnam postquam cessatum est intra xxx. dies: ut ff. de pu. l. Imperatores. §. 1. quasi speciale sit in eod.

† Politianæ al. Plotianæ.

i *Non oportet.*] ut inf. de remis. pign. si hypothecas. & inf. si antiquior cred. pign. uen. l. 1. & de quad. præs. l. 1. 2. & 3. & de distra. pig. l. si prius.

k *Creditore.*] nisi potior esset tempore. ut supra de pri. fis. l. 2. & qui po. in pig. ha. si fundum. & ff. qui po. in pi. ha. si pignus.

l *Eius.*] quia scientes tacuerunt

m *Obligata sunt.*] tacite ut sup. in qui. cau. pig. ta. contra. l. 1. Et sunt multa necessaria in hac venditione: ut diximus supra de rescin. uen. l. si quos.

S *I deserta.*] CASVS. Si prædium censuale, quòd possidebam, quia cessaui in solutione tributorum, comparasti: an venditio conuelli possit, quæritur? Dĩ, quòd non & hoc

in pri-

in prima. Si verò in venditione præsidis auctoritas non intercessit, rata non est habenda venditio, sed reuocari poterit prædium cum fructibus, & hoc in secunda. & hæc omnia fieri debent præsente me, qui primo emi prædium illud tributarium, & hoc in tertia. Viuia.

quam si ei soluatur, vt ff. de minor. l. quod si minor. §. fi.
o *Summa.*] rei, i. procurator Cæsaris.
p *Prouincia.*] i. officium, alii is officij sui.
q *Proposuerit*] i. solui iusserit in futurum, & sic auctoritate præstitit venditioni.

a *Collationum.*] quia cessabant conferre ad vias reficiendas.
b *Vel reliqua.*] reliqua dicuntur non solum cum aliquid est solutum, sed & cum nihil, vt ff. de verbo. signi. l. cæterorum.
c *Syncera fide.*] & quod publice hac subhastetur.
d *Solenniter.*] i. facta subhastatione.
e *Auctoritate.*] licet iusto pretio & solenniter facta sit. Idéq; est & si quid istorum deficiat quæ sunt necessaria, vt diximus sup. l. proxi.
f *Reuocari.*] cum fructibus, vt inf. de fide instr. & iure hastæ fisc. l. 1. & pen. lib. 10.
g *Consulatur.*] scilicet do mino.
h *Præsente eo.* priore emptore. quæ enim causæ cognitionem desiderant, præsenti bus partibus agenda sunt, vt ff. de minor. l. in causæ. §. causa. & l. si ex causa. §. fin.

† Iudicis.
† idque.

tionem collationum, [a] vel reliqua [b] tributorum, ex permissu præsidis † ab ijs, quibus periculũ exactionis tributorum imminet, distracta syncera fide [c] iusto pretio solenniter [d] comparasti: venditio ob solennes præstationes necessitate facta, conuelli non debet. Sin autem venditio nulla iusta auctoritate [e] præsidis præcedente facta est, hanc ratam haberi iura non concedunt. Id † itaq; qđ frustra gestum est, reuocari [f] oportet: ita vt indemnitati tributorum omnibus modis consulatur. [g] Quæ oĩa tractari cõuenit, præsente eo, [h] quẽ emptorẽ extitisse proponis.

Conuento debitore ac conuicto ob publicas pensitationes non solutas, debet solennis celebrari venditio, & si minor sit debitor, debet citari legitimè, s. quod compareat cum tutore, vel curatore. h. d. Bal. Vel sic: Si debitor fisci conuentus, et conuictus cessauerit in solutione publicarum functionum solennis venditio debet fieri eius bonorum, et si debitor sit minor debet citari, vt compareat cũ defensore, qui etiam venditioni debet adesse. h. d. Sal.

Imper. Constantinus † A. Fausto præsidi Beticę.

LEX III.

SI quis * fundum, vel mãcipium, aliamve rem ob cessationem tributorum, vel etiam ob vestium, auri, argentique debitum, quæ annua exactione soluuntur, [i] occupata, conuento debito-

re, & apud iudicem interpellatione celebrata, cum solutio cessauerit, sub hasta [k] distracta comparauerit: perpetuã emptionis accipiat firmitatem. Sin autem minoris [l] forte persona fuerit inserta: [m] necesse sit legitimę defensionis venditioni personam [n] adesse: nihilque intersit, vtrumne officii summæ rei [o] † procuratoris, an certę rectoris prouincię, [p] id quod debitum fuerit, proposuerit. [q] Dat. prid. Id. Decemb. Felic. & Titia. Coss.

Sine censu, vel reliquis * fundum comparari non posse.

TITVLVS XLVII.

Promittens soluere tributa rei dotem datę, nõ tenetur ex promissione, re ad dotatorem reuersa. h. d. Bal. Vel sic. Pactum de tributis soluẽdis per mulierẽ ex re dotali, euanescit soluto matrimonio, re mulieri restituta. h. d. Sal.

Imp. Alexãder A. Capitoni.

LEX PRIMA.

EX conuentione quidẽ, qua pactum nouercam tuam cum patre tuo dicis, cũ fundum [r] in dotem daret, vt ipsa tributa agnosceret, [s] actio tibi aduersus eã cõpetere non potest, [t] etiam si pactum [u] in stipulationem deductum probetur. Sed & si fundus æstimatus ita, vt pars instrumẽti significat, in dotem datus est: ex vendito [x] actio, vt placuit stetur non † competit. PP. Non. Decem. ipso A. & Dione Coss.

SINE CENSV, vel reliquis &c.

* Census dicitur, q̃ est soluendum in futurum, reliqua dicitur in præteritum.

X conuentione.] CASVS. Mulier marito fundum dedit in dotem tributarium inæstimatum & conuenit vt ipsa onera tributaria agnosceret, decessit maritus, & illa in solutione tributorum cessauit, an hęres viri aduersus eam, ut soluat tributa agere possit, quæritur? Dicitur, q̃ non, nec sua interest, & hoc in prima. An autem si datus esset æstimatus, haberet hęres actionem ex vendito aduersus mulierem ad faciendum, quod conuenit s. vt soluat tributa, quæritur? Dicitur, q̃ non: & hoc in secunda. Viuia.

* Census dictus est tributum quod prædijs prouincialib. imponebatur, & fisco pẽdebat. hic si iã in debitũ trãsierat, reliqua appellabat quasi reliqua censuũ debitorum. hinc reliqua colonorũ dicũtur pensiones à colonis debitæ l. 29. §. per to. ff. de lega. 3. Cõt.

r *Fundum.*] inæstimatum.
s *Agnosceret.*] i. solueret. Accur.
t *Non potest.*] quia sicut matrimonium, ita dos, & de dote pactum personis eorum cohæret, nec transit ab hæredes, secundũ Irn. quę ratio placet. Alij dicunt, ideo nõ valere, quia priuatorum pactis ius publicum lædi nõ oportet. Tu dic tertio, q̃ sua nihil interest, secundum Azon. & soluto matrimonio dos redeat ad virum, alias ad mulierem.
u *Etiam si pactum.*] quia possidens tenetur reddere tributum de iure publico. Vnđ pactis priuatorũ, & c. ff. de pact. l. ius publicum. & hac ratione soluto matrimonio definit esse dotalis, s. quando inæstimatus datus est. Contra, supra de pact. l. ex conuentione.

† al. affirmatiuè legitur. Vid. Hotom. in l. 1. sup. de pact.

S *I quis fundum.*] CASVS. Si in solutione tributi, qui pro prædio tributario soluere tenebaris cessasti, & prædium solenniter distrahatur, vel mancipium, vel alia res quæcunque, vel quia cessasti in solutione vestium quæ debebantur officialib. reip. ub. omni anno, an illa vẽditio infirmari possit, quæritur? Resp. quod nõ. & hoc in prima: nec minor tuitus, nec curatoris auctoritas interceslit: nec refert, procurator si qui cognoscit inter priuatum, & fiscum: an præses prouinciæ auerit interloquendo minorem censum debuisse, & in solutione cessasse. Viuia.
i *Soluuntur.*] f. fisco.
k *Sub hasta.*] i. subhastatione facta, & auctoritate præsidis, & iusto pretio.
l *Minoris.*] viginti quinque annorum.
m *Inserta.*] libello dic. s. venditione.
n *Personam*] i. tutorem, sed pupillo pœna commissi remittitur, si intra 30. dies vectigal soluerit. ut ff. de public. l. Imperatores, §. 1. Sed videtur solum iudicem sufficere, vt ff. de min. l. sit prætor. §. permittitur etiam. quæ est contra. Sol. maior solennitas exigitur in alienatione rei minoris,

† Constantius Fausti no.

* Ex li. 11. tit. al. 9. l. 2. C. Th.

x *Ex vendito.*] hoc est contra, supra de pac. l. ex conuentione. Solutio dicunt quidam, quòd ex vendito non datur, vt hic. Sed excepto sic, vt ibi, quod nihil est, quia exponitur hic, id est ex empto, & supra si seru. ex. sc. emi mandat. l. 1. Alij dicunt, quòd non valet, scilicet in præiuditium fisci, sed paciscentium sic. quod satis dici potest. Vel dic, secundũ Io. quòd fuit hic facta æstimatio, vt sciatur quanto minus

minus valuerit, vt ꝑ.de iu.dot.l.si inter.ibi fuit vera æstimatio Vel solue, vt ibi. Vel hic anteq̃ soluat filius, vult agere.

R Ei.] CASVS. Possidebam prædium censuale: vendidi hoc pacto, ut ego sustineam onera tributorum soluendorum, an valeat talis conuentio, quæritur? Dicitur, ꝙ non: sed ea non obstante tenebitur emptor ad solutionẽ tributorum: cum rem censualem nec vendere sine censu, nec emere cuiquã sit permissum. Viui.

a *Emolumenta.*] non inuenda.

a *Causam.*] corrigendam.

c *Reliquorum.*] s.tributorum remanentium ad soluendum ea.

d *Reliquatorum.*] cũ pars soluta est.

e *Hac lege.*] vt nihil soluat.

f *Pro reliquis.*] i.s. pro præteritis.

g *Vniuersis.*] etiam præteriti temporis, vt ff.de public.l. Imperatores.& 16.q.1.c.si quis laicus.

*Ex li.11. titu.3.l.1. C.Th.

h *Agnoscere.*] id est, soluere.

i *Vel vendere.* in præiudicium fisci, vt ff. de pac.l.inter debitorem.sed inter se agit postquã venditor soluit fisco, vt ff de pac. l.epistola, § pactum. non autem prius, vt sup.l.prox.

Sequitur auth. sed & periculũ, quæ est de mand.prin.§.non permittas itaq; coll.3.quæ addi.huic l.

*Nã venditor plerunq; necessitate rei familiaris ꝓpellitur vẽdere ꝓtio minore. Saluianus 5.da prouidentia.inopiã penes venditorẽ esse, eīque volunt bñficium l.2. sup. de rescind.ven. ad solos vẽditores ꝑtinere, vid Cuiac. 16. obser. 16. Goth.

S *Ed & periculum.*] CASVS. Hæc auth.ad l Codicis, dicit, ꝙ venditor prædij tributarij pōt in se suscipere periculũ soluẽdi tributa illius ꝑdij, quod vẽdidit:imo cogitur, si constet emptorẽ non esse sufficientem, quia tūc venditor cogitur corã iudice constiteri.i. promittere, quod periculo suo sit talis vẽditio ꝑdij, i. quod ibi ipse subibit solutionẽ tributorum. Viuia.

k *Recipere.*] s. venditor de soluendis tributis.

*Nota hic Sali. quomodo tenet emptor ꝓ collectis impositis vẽditori rõne possessionũ quas emit, nõ rõne possessionũ quas non emit.

l *Potest*] id est debet vt colligitur in corpore, ubi est coges, & ita hic subijcit, cogitur, &c. & sic econtra debet, pro potest. ff.de offi. procons. & leg.l.3.in fi.

Comparans fundum ea lege, vt nõ soluat censum vel tributum, tali pacto non excusatur, quin soluere compellatur, quod pro ipsa possessione debetur.h.d. Bald. Vel sic: Emens fundum à priuato ea lege, ne soluat tributum, vel censum fisco, tenetur nedum ad futura, sed etiam ad præterita, & pactum fisco non præiudicat h.d. Salic.

Imp. Constant. A. ad Antonium Marcellinum Præsid. prouin. Lugdun. 1.

LEX II.

REi* annonariæ emolumenta[a] tractantes, cognouimus hac esse causam[a] maximè reliquorũ,[c] ꝙ nonnulli captantes aliquorum momentarias necessitas,* sub hac conditione fundos comparant, vt nec reliqua[d] eorũ fisci inferant, & immunes eos possideant. Ideoque placuit, vt si quem constiterit hmōi habuisse contractum, atque hac lege[e] possessionẽ esse mercatum: tam pro solutis censib. fundi comparati,* quàm pro reliquis[f] vniuersis[g] eiusdẽ possessionis obnoxius teneatur: cum necesse sit eum qui comparauit, censum rei comparatæ agnoscere:[h] nec liceat cuiquam rem sine censu comparare, vel vendere.[i] Dat. Cal. Iul Agrippinæ Constantin. A. V. Lucimo CC. Coss.

IN AVTHENT.

De man.prin.§. non permittas itaque, coll.3. constit.4.

Ista est no.auth.per quam patet, quod si emptor, non est sufficiens ad soluendum veteres collectas impositas venditori, quod fiscus recurrit cõtra venditorẽ, licet non possideat: & hoc venditor tenetur profiteri, & promittere tempore cõtractus.h.d.ista auth. no.secundum Bald. Vel sic: Prædia tributaria non possunt vendi sine decreto: ideo iudex diligenter debet examinare, an emptor sit idoneus, & soluendo, & si reperit eum minus idoneum, non debet auctorari, nisi venditor in se suscipiat onus tributorum. h.d.not.Sal.

SEd & periculum in se recipere[k] potest,[l] si examinatione ante traditionem facta emptor minus idoneus inuentus fuerit. tunc enim venditor apud gesta profiteri cogitur, quia periculo suo transpositio fit fiscalium[m] tributorum.

Qui possident prædia tributorum, tenentur soluere tributa, & publicas pensitationes non obstante pacto inter emptorem, & venditorem apposito, & pro libra, quæ reperitur apud venditorem, tenetur, emptor, licet in ipsum emptio translata nõ sit.h.d.Bal. Vel sic: Possessores prædiorum tenentur ad tributa, & publicas pensitationes, non obstante conuentione contraria cum fisco auctore inita: licet professio noui possessoris non sit iterum facta.h.d.Sal.

Imper. Iulia. A. Seclæ. PP.

LEX III.

OMnes[n] * pro ijs agris, quos possident, publicas[o] pensitationes agnoscant:[p] nec pactionib. contrarijs adiuuẽtur, si vẽditor, aut donator apud se collationis[q] sarcinam pactione illicita voluerit retinere,[r] &

m *Fiscalium.*] prædiorum, pro quib. fisco tributa prẽstãtur.

O *Mnes.*] CASVS. Si possideo prædium censuale, nec dare vendere potero hoc pacto, vt penes me omnia onera tributaria resideant, sed talis pactio nullius sit momenti: nec mihi proderit scriptura, in qua confessus erã me promisisse censum pro tali agro, vt penes me resideat: nec ad emptorem transtulerim, & vt non possidens pro possessore cogatur. Viuian.

n *Omnes.*] ex hac generaliter lætantur prouinciales, quasi Italica prædia non solum prouincialia dent tributa. & pro eis Instit.de re diuis. § per traditionem. Sed certe hoc in prouincialibus locis tantum intelligitur: sicut & cum dico, omnis homo diligit filium suum: refertur ad habentes filios, & illud omnis homo videt, quod ipse uidet: refertur ad uidentes. sic omnis homo timet in mari. subauditur, qui ibi sunt. Item mulier præfertur omnibus creditoribus: verum est talibus, qualis est ipsa, id est hypothecas tacitas, non etiam expressas habentibus. Item nec illud Insti. prodest eis, quia quo ad dominij translationem exequantur Italica, & prouincialia prædia, sicut & alias exequantur eadem quo ad vsucapionem, ut infra, de vsucap.transfor.l.1. §. fin. immo & illud Instit.aperte est contra eos, cum tantum prouincialia prædia ibi appellet tributaria. Itẽ ꝓ hoc, quod tantum prouincialia præstent, facit ff. de censi.l.prima. Nam illæ prouinciæ, quæ ius Italicum hebent non præstant tributa: ergo patet, quod nec Italica. Absit enim, quod dicamus principem, & dominam prouinciarum Italicam esse sub tributo, sicut in lamentatione dicit de Hierusalem. Item pro hoc est expressum supra, de episc. & cler. l de his.

Italica prędia non debent dare tributa.

Italia est ꝓuinciarũ domina.

o *Publicas pensitationes.*] s. solitas solui, & hoc tam præteritas, quam futuras: vt ff. de publica.l. Imperatores. Item hoc cum à priuato fit venditio. secus si a procuratore fisci, qui & peræquator dicitur: quia tūc emptor, pro præterito tempore non conuenitur, vt infra, de censi. lib.11.l.fin.

* Ex li.11. titul.3.l.3. C.Th.

Peręquator dicitur quandoq; fisci procurator.

p *Agnoscant.*] i. soluant.

q *Collationis.*] quia secundum Irn. est in præiudicium fisci.

r *Retinere.*] non ergo ualet hæc pactio in præiudiciũ fisci.

quo

quo minus possessor exigatur: ut hic, & ff. de pact. inter debitorem, & l. ius publicum. sed ui emptor postquam soluerit agat contra venditorem actione ex empto, vel præscriptis verbis, bene valet: ut ff de pact. l. epistola. §. pactum. & antequam soluat emptor agere non potest: ut sup. eodem. l. 1. Sed secus in vsuris. ubi agitur, & antequã soluat. & post, vt supra de pac. l. ex conuentione. Sed hodie venditor fideiubet quandoque pro emptore: ut supra e. auth. sed & periculũ. Accur.

erat tempore contractus, distinguitur vrbanum prædium à rustico, vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. si. cum sequentibus vsque ad l. veteres & l. si venditor. De incommodo autem dicas, quod multa sunt necessaria, vt sequatur emptorem ut no. ff. eod. l. necessario. §. 1. Accur.

Possessio qualiter accipiat.

a Professio.] i. scriptura, qua profitetur possessor tantum se debere, & pro tali agro & ager designetur, & eius qualitas, & quantitas, & confines: ut ff. de censi. l. forma. Prædicta quidem scriptura nõ est adhuc ab emptore facta: sed sola est illa, quam fecit venditor, cum ipse cœpit illud prædium habere.

b Exigantur.] possessor. n. exigitur, vt s. in princ. huius l. & j. de allu. l. 2. & de fid. mil. l. fin. & ff. de imp. in re. do. fa. l. neque si iedum, etiam ecclesia: ut in decr. 11. c. q. 1. c. si tributum. & cap. magnum. Sed ar. contra. ff. de le. 1. l. apud. §. hæres. sed ibi cogitur hæres nõ possidens a legatario non a fisco.

† Secundiæ.

DE PERICVLO, & commodo rei, &c.

Quia in re vendita & non tradita sæpe cõtingit periculum ideo hoc dicit.

POst perfectam.] CASVS. Si rẽ mihi vendidisti, nec tradidisti, & interiit, aut aliquid ei accidit: ad me emptorem periculum pertinebit, ad venditorem autem si res fuerit vitiosa præcedenti tempore. i. ante venditionem, aut fuit aliena. vel obligata pignori alicui, vnde si quis vendat rem alienam vel alii obligatam, & post emptionem euincitur illa res ab emptore: hoc periculum pertinet ad venditorem. dum tamen emptor denunciauerit ei. Viuia

si nec dum translata sit professio [a] censualis, sed apud priorem fundi dominum forte permaneat, dissimulantibus ipsis, vt non possidentes pro possidentib. exigantur. [b]

TITVLVS XLVIII.

De periculo, & commodo rei venditæ:

Perfecto contractu commodum, & incommodum est emptoris: tamen si ex causa antecedenti res euincitur, ratione euictionis agitur si fuerit denunciatum venditori, vt adesset causæ, & emptor non fuit ex contumacia condemnatus. h. d. Bald. Vel sic: Emptione perfecta rei periculum, vel incommodum spectat ad emptorem: nisi ex causa antecedente, præcedente denunciatione legitima. h. dicit Salic.

Imp. Alexander A. Apollonio. †

LEX PRIMA.

POst perfectam [c] venditionem [d] omne commodum, [e] & incommodũ, quod rei venditæ contingit, ad emptorem pertinet. [f] Auctor [g] enim ex his tãtum causis suo ordine tenetur, quæ ex præcedente tempore causam euictionis parant: [h] & ita, si ei denunciatum est, [i] vt causæ agendæ adesset, [k] & non absente emptore, [l] contra eũ [m] pronunciatum est.

Cum vinum venditur ad mensuram, ante quam mensuretur, periculum mutati vini pertinet ad venditorem. Cum autem non venditur ad mensuram, sed vt certum corpus, tunc statim periculum est emptoris, & quod dict ũ est in vino, idem in oleo, frumento, & cæteris similibus post venditionem deterioratis, vel penitus corruptis. h. d. Bald. concor. Sal.

Idem A. Iuliano.

LEX II.

CVm conuenit, vt singulæ [n] amphoræ vini certo pretio væneant: [o] antequã tradantur, [p] imperfecta [q] etiam tunc venditione, periculum vini mutati, emptoris, qui moram [r] mensuræ faciendæ non interposuit, non fuit. Cum autem [s] vniuersum, quod in horreis erat positum venisse sine mensura, & claues [t] emptoribus traditas alleges: post perfectam venditionem, quod vino mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet. Hæc omnia locum habent non solum si vinum, sed etiam si oleum, vel frumentum, vel his similia venierint, & ea aut † deteriorata, aut penitus corrupta fuerint.

f Pertinet.] vt hic, & inst. eod. §. cum autẽ. & ff. eo. id quod: & inf. de iu. dot. l. cum dotem. in fin.

g Auctor.] s. venditor.

h Parant.] siue de facto, vt quia animal est uitiosum: siue de iure, ut quia est alienum, vel alij obligatum, secus autem si ex sequenti, ut quia libertatem consecutus est propter præmium: ut j quibus ex causis ser. pro præ. li. acci. per totum titu. Vel quia postea factus est fugitiuus: ut infra. de ædil. act. l. si apud, & facit ff. de hære. uel act. vẽd. l. 2. §. si venditor. Accur.

i Denunciatum est.] vt hic, & j. vbi in rẽ act. l. 1. nisi actoris insidijs denũciatio fuerit impedita: ut ff. de euict. l. si dictum. §. fi. & nisi in casu, ut ff. de euict. l. Heren.

K Adesset.] nisi sciat.

l Emptore.] Nam si absens, ut contumax damnatus esset, venditorem non grauat: vt ff. de eui. l. si ideo. idem si fuerit præsens, sed iudicis iniuria damnatus: ut in eo. tit. l. si per imprudentiam. & infra de euict. l. emptor fundi. Accur.

m Contra eum.] s. emptorem: vt in princ. litis.

CVm conuenit. CASVS. Cum quis vendit vinum, refert an in specie, puta sic vendo tibi uinum, quod est in cellario illo: aut in quantitate, vt vendo tibi decẽ corbes vini. Primo casu si vinum mutetur, damnum ad emptorem pertinebit. Secundo casu ad venditorem, si emptor non fuerit in mora accipiendi, & ista vera sunt non solum in vino. sed etiam in oleo, & frumento. Viuia. † Postea.

c Post perfectam.] tribus modis dicitur perfici. Vno quo ad hoc, vt non liceat ab ea discedi: & hoc modo etiam conuentionalis dicitur perfecta. Alio quo ad periculum: & ita hic. Tertio quando res traditur: ut ff. de act. empt. l. si quis alienam. . .

d Venditionem.] quantum ad obligationem.

e Commodum.] adueniens rei post contractum, ut alluuio: ut ff. eod. l. id quod & fructus: ut infr. tit. 1. l. fructus. & fetus ut infra tit. prox. l. pen. Itẽ actiones legis Aquiliæ, & damni infecti, & aquæ pluuiæ arcendæ nomine rei venditæ acquisitæ. Item acquisita ex opera serui uendiii, & similia. vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. si fructibus iam maturis & §. si quid seruo. & §. idẽ Celsus. De commodo autem, quòd

Venditæ rei multiplex utilitas accedere potest.

n Singulæ.] i. vniuersum uinum, quod habebat.

o. Væneant.] & sic fit venditio in quantitate, siue in genere: quod idem est.

p Tradantur.] specialealiis etiam ante traditionem: ut supra lege proxima.

q Imperfecta.] quantum ad periculum, non quantum ad obligationem. Vel imperfecta, quia tacita inest conditio, si admissum fuerit: ut ff. de contrahen. emp. l. quod sæpe. §. in his.

r Moram.] nam ex tunc emptoris esset periculum: ut hic, & ff. eo. l. si per emptorem. in fi.

s Cum autem.] nunc dicit quando in specie.

t Et claues.] ad maiorem euidentiam dicit, idem tamen, & si non tradantur, cum idem iuris sit, quod in cæteris rebus.

rebus: vt d.l.quod sæpe.§.in his.sed & clauium traditio facit, vt vinum traditum videatur, vt ff.de contrahen.empt.l.clauibus. & plene dicas hic de hac materia, ut diximus.ff.eod.l.1.in princ.

ADDITIO. Addas etiam glo.in verbo,statim,in §.cum autem,insti. de emp. & vend.

Dicit hic Nico.de Matarel. quod hanc legem, & quæ sunt scripta per eam ipse intelligere non potest. hoc dicit Bald.

Idem A.Diaphaniæ. †

† Daphineæ.al.Aphi.æ. l. Amphenæ.

LEX III.

DOlum[a] auctoris bonæ fidei emptori[b] non nocere certi iuris est.

Emptione perfecta, nisi mora interueniat, periculum est emptoris. h.d. Bald. Vel sic: Perfecta emptione, ad emptorem spectat periculum rei venditæ, nisi mora venditoris præcesserit.h.d.Salic.

Imp. Giordian' A.Syluro. †

† Syluestro.

LEX IIII.

CVm inter emptorem, & venditorem, contractu sine scriptis[c] initio, de pretio conuenit, moraque venditoris in traditione non intercessit, periculo emptoris rem distractam esse, in dubium non venit.[d]

Casus incendii emptione perfecta emergit emptoris periculo.hoc dicit Bal. Vel sic; Si emptio est pura, periculum incẽdii spectat ad emptorem. h.d.Sal.

Impp.Diocletianus, & Maximianus AA.Leontio.

LEX V.

CVm speciem[e] venditam per violentiam ignis absumptam dicas: si venditionem nulla conditio suspenderat,[f] amissæ rei periculum te[g] non adstringit.

DOlum. CASVS. Dolus venditoris emptori non nocet: ut cõcordet cum titulo, sic pone casũ. Aliquis mihi vendidit vinum, & asseuerauit bonitatem vini, dicens vinum esse tale, quod posset durare usque ad nonum annum, immo, quod posset portari ultra mare sine periculo. vinum illud mutatur circa Pascha, an periculum spectet ad te venditorem, ad emptorem, quæritur? Dicitur quod ad venditorem: quia dolus venditoris bona fide ementi nocere non debet. Vivia.

a *Dolum.*] vt de eo scriptum est q. sciens bonitatem vini non duraturam, hoc celauit emptori: vt ff.eo. l.si uina quæ. Item h. d. quantum ad rei periculum, non quantum ad euictionem. Si tamen dolo eius res perijt, ei perijt, & non emptoris. Vel pone venditorem in vino vendito lætiferos immiscuisse succos,[1] vel repudiasse hæreditatem, quæ ad substitutum erat delata: si postea vendit hæres hæreditariam rem alicui, & conueniatur emptor à substituto, nõ nocet emptori mala fides venditoris, cum non habeat rem ex lucratiua causa: ut de exceptio.doli. l.apud Celsum, §. de auctoris. Item, quod dicit dolum, intellige nisi sit talis, qui rẽ afficiat: ut insti. de vsucap.§. furtiuæ. Item intellige dolum in contrahendo aduersus emptorem interpositum. Item potest poni. ff. de pecu.l.summa.§.emptor & de act. emptio.l.1.§.1.& l. sicut equum. & ff.de diuer.præscr.l.an uitium.& ff.de publ.l.quæcunque.§.fina.ff.quæ in fraud.cred.l.qui autem.§.hoc edictum.

1 No bene hãc secundam lecturam.

Vẽditoris mala fides an noceat emptori.

b *Emptori.*] qui nihil doli fecit in emptione contra venditorem dicitur, & alio modo bonæ fidei.qui credit rem esse vendenti: ut ff.de verb.sig.l.bonæ fidei.

CVm inter.] CASVS. Si rem mihi vendidisti, nec in mora tradendi extiteris: si pereat periculo meo perit. Viuian.

c *Sine scriptis.*] hoc à compositionibus est additum ex l.7. de fide instr.l.contractus.

d *Non venit.*] ĩ.eo.l.1.& ff.eo.l.lectos.& l.si per emptorem.

CVm speciem.] CASVS. Equum mihi vendidisti, nec tradidisti, & igne consumptus est: si pura est venditio, non ad te, sed ad me damnum pertinebit. Viuia.

e *Speciem.*] scilicet certam.

f *Suspenderet.*] alioquin periculum peremptionis ad venditorem, deteriorationis ad emptorem pertinet.ut ff.e.l.q si pendente aliàs l. necessario.§.sane si pendente.

g *Te.*] vẽditorem.& hoc nisi culpa, vel mora, vel pactum aliud inducat: ut dixi ĩ eo.l.1. Vel nisi venditoris vitio acciderет, uel ab em. prouideri potuerit.ut ff.e. l.si vendita.

Venditor interitu speciei liberatur ab actione ex empto: & nihilominus emptor tenetur ei ad pretium.hoc dicit Bald.Vel sic; Si perit ancilla sine venditoris culpa, vel mora, & sine præterito latenti eius vitio, periculum spectat ad emptorem: ideo cõpellitur ad pretij solutionem. h.d.Sal.

Ijdem AA. Cærulo. †

† Ciriliæ. al Cyrille.

LEX VI.

MOrtis[h] casus ancillæ distractæ, etiam ante traditionem sine mora venditoris dilatam, non ad venditorem, sed ad emptorem pertinet, & hac non ex præterito[i] vitio rebus humanis exempta, solutionem pretij emptor non recte recusat.[k]

MOrtis. CASVS. Vendidi ancillã: anteq̃ traderẽ, decessit, an nihilo minus ad pretium tenearis, quæritur? Respõ. q sic, si nõ fui in mora trahendi. Viuia.

h *Mortis.*] qui debet aliquid certum alicui, ut Stichum, si eo non existente in mora decedat Stichus casu, ipso iure liberat: vt hic, & ff.de rescin. vend. l. cum emptor. & de rei ven.l.cũ autem. & ĩ.eod.l.1.et si intereat eo casu, quo non interijsset penes eum cui debet, secũdũ Io.& nos, vt ar.ff.de leg. 1. l.cum res.§.si. E contra si est in mora debitor, indistinctè tenet de casu per eandẽ l. licet quidam contra in vtroq; casu, sed si debet quis hoiem in gñe, & offerat Stichum ei cui obligatus est, & ille nolit recipere, Sticho postea mortuo casu, non ipso iure. sed per exceptionem liberatur, ut ff.de sol.l.qui decem.in princ.

i *Ex præterito.*] quando tenetur edilitia actione. ut ĩ. de ædil. act. l. 3. nisi erat manifestum, ut ff.de cõtrah. emp. l. ea quæ.

k *Recusat.*] ut ff. de contrah. emp.l.si emptio. §.penultimo.

TITVLVS XLIX.

De actionibus empti, & venditi.

Licet emptor non soluat pretium, non potest ab eo res tradita vindicari, sed ad pretium est agendum. hoc dicit Bald.Vel sic: Venditor ad pretium non solutum potest agere, non rem traditam vẽdicare.h.d.Sal.

Imp. Antonin. A. Delianæ.

LEX PRIMA.

ADuersus eum, cui agrũ vendidisti, iudicio[l] venditi consiste.[m] Nec enim tibi in rem actio cum emptore, qui personaliter tibi sit obligatus, competit.[n]

¶DE ACTIONIBVS EMPTI, ET VENDITI.

Quia parum valent venditiones, nisi actiones darentur, ideo de eis dicit.

ADuersus eum.] CASVS. Prædium mihi vendisti, & tradidisti: si pretium non numeraui, an prædium a me vẽdicare possis, quæritur? Respon.q non: sed ages ad pretium actione ex venditio. Viuia.

l *Iudicio.*].i.actione.sic, & ff.de mi.l. in causa.j.§.interdũ.

m *Consiste.*] scilicet ad pretium.

n *Competit.*] ut & supra de rei uend.l.inciuile.& de contrahen.empt.l.non idcirco.Sed contra. ff.de trib.l.procuratoris.§. pe.& inst.de re diu.§.venditæ.Solut.hic fuit fides habita de pretio, vel erat solutum. sed ad aliud agebatur, cum

ad multa agatur hac actione. Alij intelligunt hanc l. quod emptor, cui tradita fuit res, reuendidit venditori, sed non retradidit: vnde personali agitur ꝯ eum. Et quòd dicit, venditi, i. empti secundum eos. sic ff. de act. empt. l. veteres. ac ibi. & rei vendicatio cōpetit, sed potest agere actione vēditi.

VEnditi. CASVS. Fundum vendidisti pro centum, numerasti 50. ad alia 50 actio. habes ex vēdito. & hoc in prima. Si verò credebā me tibi debere 50. cū nō debebam, & compēsauimus: postea appareat me nihil tibi debuisse: an non obstante compēsatione possim agere ad partē pretij residuā? Rñ. ꝙ sic. & hoc in secūda. Si quos verò fructus percepi ante vēditionem, teneor tibi restituere ꝑ actionē ex vendito: quia fructus ꝙ percepti sunt ante traditionē, non accedunt venditioni. & hoc in tertia. Vepone casum, vt in gl.

a Quo nomine ei est permissa retentio est l. 11. ff. co: vide Rol. à Valle 1. consil. 53. num. 17.

Residuum pretii potest peti, non obstante refutatione, vel compensatione erronea. Et si emptor occupat fructus ad se nō pertinentes, restituere tenetur. h. d. Bal. cōcor. Sal.

Impp. Valeria. & Galien. AA. & Valer. C. Domitian.

LEX II

j VEnditi [a] actionem ad recipiendum residuū pretium* intendere aduersario [b] tuo poteris. Nec quod in compensationē venerit, [c] id obesse tibi poterit; si in bonæ fidei [d] contractu (in quo maiores etiam vigintiquinque annis officio iudicis in ijs, quæ dolo [e] commissa sunt, adiuuant) iusto errore te ductū, [1] † vel fraude aduersarij captum, quasi debitum id esset, quod reuera non debebatur, pepigisse [f] monstraueris. Fructus quoque perceptus [g] ante venditionem [h] contractam, quos cum venditioni non accessissent, eundem emptorem inuasisse [i] proponis, eodem iudicio [k] reposces.

1 † Inductum.

a *Venditi.*] id est, ex vendito, ꝙ idem est: vt ff. de act. emp. l. Iulianus, §. ex vendito.

b *Aduersario tuo.*] id est, contra aduersariū tuum, i. emptorem.

c *Deberes.*] emptori, cum reuera non deberes, puta quia primo illi aliquid debuisti, sed ꝓcurator tuus illi soluit, quam solutionem econtra emptor negat. Vnde tu credens ei, illud compensasti quod debebat tibi ex venditione. H. & facit ī. de rescind. vend. l. venditor, in fine.

d *In bona fidei contractu.*] maximè. nam & in strictis iuris similiter adiuuantur saltem doli exceptione opposita. vt ff. de verb. oblig. l. si quis cum aliter. Sed ideo dicit bonæ fidei, quia in eis habet locum magis officium iudicis, quam in alijs, vt Insti. de act. §. bonæ fidei. & ī. de transact. l. age.

e *Dolo.*] intercedente, vel ex ꝓposito, vel ex ipsa re: vt & ī. ex quib. cau. ma. l. in ꝯtractib. & ī. cōia vtriusq; iud. l. maiorib. & ff. de in. do. l. iure succursum, §. fi. & ff. d pac. l. si cū te.

f *Pepigisse.*] id est, pacto renunsisse, scilicet, cumpensando.

g *Perceptos.*] licet in fundo sint.

h *Ante venditionem*] Solo. n. tpe vēditionis cohærētes, vel postea ꝑcepti accedūt: vt ī. eo. l. fructus. & ff. eo. l. ex empto.

i *Inuasisse.*] id est, rapuisse: vt probatur Inst. vi bon. rapto. §. quod non solum. sicut exponitur ī. de rei vend. l. domum.

k *Eodem iudicio.*] sed cum hi fructus venditionem non attingant: vt ff. eod. fundi, §. si ruta. quomodo ueniunt fructus in actione ex uendito? Respond. imò multa ueniunt, de quibus non est actum, nec cogitatum: ut ff. de contrah. empt. l. quoties. & l. seq. & de ædil. edict. l. 1. §. causa. & de dolo. l. & eleganter. §. non solum. Alij dicunt, quod à patre hoc erat actum, ne uenirent fructus. Alij dicunt, eodem iudicio, id est, coram eo. iudice: sed alia actione, id est, rei uendicatione secundum P. Alij uili ui bon. rapt.

EX arrhali pacto.] CASVS. Volebam emere rem à Titio, dedi annulum pro arrha. Titius cecidit à possessione annuli, nunquid uendicare poterit, quæritur? Dicitur quod non: sed per triticariam condictionem petet. unde non ex eo quod conuenit, ut detur pro arrha, ex tali pacto arrhali competit tibi rei uendi. pro annulo, uel retento primo casu dic quod conuenit ꝙ annulus mihi restitueretur soluto pretio. an eum repetere possim pretio soluto, quæritur? Dicitur, quod sic personali act. præscriptis verbis, non in rem ex empto. Alijs modis cōsueuit poni, dic vt no. in gl.

Ex arrhali contractu oritur actio personalis, non in rem. h. d. Bal. Vel sic: Datum arrharum nomine repetitur personali actione. h. d. Salyc.

Impp. Diocl & Maximia. AA. Serapodoro. [2] †

LEX III.

EX arrhali pacto [l] personalis duntaxat actio paciscentibus præparatur. *

2 † al. Serapodoro.

* Aliud est præparare, aliud parere. vide Alciat. 10. obs. 18.

Venditor ex mora traditionis tenetur ad interesse emptori iuxta arbitriū iudicis de causa cognoscentis. h. d. no. secundum Bal. & Saly.

Ijdem AA. Mutiano.

LEX IV.

SI traditio rei venditæ iuxta [m] emptionis contractum procacia [n] venditoris non fiat; quanti interesse compleri emptionem fuerit arbitratus præses prouinciæ, tantum in condemnationis taxationem [o] deducere curabit.

l *Ex arrhali pacto.*] Annulum emptori dedi pro arrhis: vēditor a possessione cecidit. non potest vendicare, sed ratione possessionis condicere per triticariā; sed nec q dedit, vendicat quasi ex contractu illo vel pacto: sed quia alius erat dominus, & hoc si annuli dominium non transtulit. Alij dicunt, si dedi arrham, nō ideò sum rei emptæ dominus. sed personaliter ex empto agā. & hoc innuit verbum, præparatur: nam non dicit, nascitur. Vel dic tertio, in datione arrhæ conueni vt mihi redderetur pretio soluto. personaliter qui dē agam præscriptis verbis, non in rem ex pacto, licet quia alius eram dominus, possum vendicare: vel si nihil conuenit, repetam per condictionē sine causa, & per actione ex empto: vt ff. eod. l. ex empto, §. is qui. Vel secundum P. loquitur de tacito pacto, quod semper intelligitur super arrhis, scilicet, vt emptor penitus perdat, vēditor duplum reddat: ex quo pacto tacite personalis nascitur obligatio, & actio: vt s. de si. instr. l. contractus. Sed opponitur, si dedi arrham hoc pacto, vt si pœniteam, sit tua: nonne venditor dominus factus ex hoc pacto vendicat, si a possessione cadat? Sed certè non ex pacto, sed ex traditione, & possessione, & dominio: nam solum pactum hoc non operatur.

SI traditio.] CASVS. Emi fundum à Titio, nec vult ex sua superbia tradere, qualiter mihi succurratur? Resp. quòd condemnabitur mihi non præcisè ad rem, sed ad interesse.

m *Iuxta.*] id est, secundum quod conuenit.

n *Procacia.*] id est contumacia; habet enim venditor rem, nec tradidit. & sic condemnatur hic in interesse, & argum. est contra Mar. vt nota. sup. de hæred. vend. qui tibi. & not. ff. eod. l. prima.

Venditor an teneat præcise ad rem tradē dam.

ADDITIO. Dicas post Bart. in l. 1. ff. eod. & glo. in verbo, tradatur. in §. pretium. Institi. de empt. & vend. quòd si emptor habet facultatem rei tradendę, tenetur præcisè eam tradere. Si verò non habet facultatem rei tradendæ, liberatur soluendo interesse, hæc est communis omnium penè doctorum distinctio. Item de quo interesse hic dicat, vide ibidem in nota. per glos. quæ incipit: Hic nota triplex, &c. Illud no. etiam hic, quod emptori obijcitur exceptio, nisi pretium soluat: vt ff. eod. l. Iulianus, §. offerri. & econtra emptor obijcit venditori, nisi rem tradat: vt ff. eod. l. qui pendentem. Quid ergo si vterque de alio timeat? P. dixit sequestrari vtrumque: vt argum. ff. de sol. l. si soluturus. sed ibi vtroque contrahentium volente, vel ibi iudice iubente facta fuit sequestratio. est enim regulariter prohibita: vt ī. de prohib. se. l. 1. Dic ergo. quod prius agens offerat, vt modo dixi, vt arg. ff. de ædil. edic. l. ædiles etiam. §. fin. & ī. eod. l. si pater tuus, in fine.

o *Taxationem.*] per se, vel per emptoris sacramentū factū.

Curabit præses.] CASUS. Minor 25. ann. vendidit mihi prædium, ex quo fructus percepi: partem pretij solui, partem non solui, tenebor ad pretium, & ad vsuras partis pretij non soluti a tempore traditionis factæ: & hoc duplici ratione: tum quia fructus percepi, tum fauore minoris ætatis. Viuian.

a *Restituere.*] hoc qñ ipse emptor percepit. secus si ipse venditor percepit: vt argu. ff. de pign. act. l. si pignore, §. si prædo. secundu Oc. & quosdam alios: quod non placet, sed ne esse, ac si agat emptor ad fructus, & venditor aget ad vsuras, alias non, cum culpa sua sibi obsIet, quoniam rem non tradidit: nam dicet emptor, vt culpet alij, &c. & ff. de iure do. cum in fundo, §. quod si acciderit. & pro hoc est quod diximus ff. eodē Iulianus. §. ex vēdito. Acc.

b *Ratio.*] quæ adeò iusta est, vt cum quasi interesse petantur vsuræ: de vsuris etiam iure canonum obtineat, quod hic dicit secundum Azo.

c *Nulla.*] vt s. in quibus causis in integr. rest. non est necess. l. in minorum. Sed con. trans. de pact. inter empt. & vend. in initio. sed expone vt ibi.

d *Intercesserit.*] de iure communi.

VEndīti. CASUS. Actio vēditi nō ad rescindēdam venditionem, sed ad pretium competit: nisi hoc conuenerit, vt est in emptione, siue pacto. l. commissoriæ vel addictionis in diem: vel si vltra dimidiam iusti pretij fuerit venditor deceptus. Viuianus.

e *Aliud.*] nam quandoq; aliud conuenit, per quod agitur hac actione etiam ad destruendam emptionem, vt in pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem, & in simili: vt ff. de l. commiss. l. si fundus. & infra de pact. inter emp. & ven. l. 1. & 2. & l. cum te. & ff. eod. l. ex emp. §. is q vina. & de contr. emp. l. sed Celsus, §. si fundus.

f *Non facilè.*] Nam quandoq; datur etiā ad destruendā, etiam si nihil fuit actum: vt sup. de rescind. vend. l. 2. & ff. eod. l. ex empto, §. si quis virginem. & arg. s. quod met. cau. l. si vi. & ff. eo. l. si hæres. sed in illis duabus vltimis non agitur ex vendito.

1 † al. Decinio.

* Intell. huius l. vide p Hieron. Butigell. in l. vinū, num. 35. si certū pet.

2 † Haretio.

Emptor qui percepit fructus rei emptæ, tenetur ad vsuras pretii non soluti. h. d. Bald. & Salyc.

Ijdem AA. Deciæ. aliàs Diodoro.[1] †

LEX V.

CVrabit[*] præses prouinciæ compellere emptorem, qui nactus possessionē fructus percepit, partem pretij, quam penes te habet cum vsuris restituere:[a] quas & perceptorum fructuum ratio,[b] & minoris ætatis fauor (licet nulla[c] mora intercesserit[d]) generauit.

Venditi actio non competit ad cōtractum rescindendum, nisi rescissio sumat originem ex conuentione. h. d. Bald. & Salyc.

Ijdem AA. Neratio.[2] †

LEX VI.

ij VEnditi actio, si non ab initio aliud[e] conuenit, non facilè[f] ad rescindendam perfectam venditionem, sed an pretium exigendum competit.

Emptor soluens venditori ignoranti nummos proprios ipsius venditoris, non liberatur. h. d. Bald. Vel sic: Venditor non præiudicat sibi, si ignoranter propriam pecuniam nomine pretii recipiat. h. d. Salyc.

Ijdem AA. Diodoro.

LEX VII.

SI seruos distraxisti, ac pretium de peculio eorum, quod ad te pertinebat, nesciens[g] vnde solueretur, accepisti: consequens est, integram te habere actionem pretij: cum proprij venditoris nummi soluti non præstent[h] emptori liberationem.

Emptor re non tradita non efficitur dominus, etiam si gerat se pro domino, soluendo tributa, vel etiam collectas pro ipsa: & ideò nō potest vindicare, sed potest agere personali ex empto, vt inducatur in vacuam possessionem, pretio persoluto. h. dicit Bal. Vel sic: Ante rei traditionem aliquod ius reale non transfertur in emptorem: nec solutio vectigalis probat traditionem: ideò rem non potest vindicare, sed ex empto vt res tradatur potest agere: pretium tamen compellitur soluere. h. d. Salyc.

Ijdem AA. Eusebio.

LEX VIII.

SI pater tuus venundedit portionem suam, nec induxit in vacuam[i] possessionem prædij, ius omne penes seeum retinuisse certū est.[k] Neque enim velut traditionis factæ vectigal exolutū, si simulatum factum intercessit, veritatem mutare potuit.[l] Quapropter aditus præses prouinciæ si animaduerterit in vacuam possessionem, neque patrem tuum,[m] neq; successores eius emptorem vel hæredes[*] ipsius[3] † quocumq;[n] loco factos induxisse: non dubitabit nihil esse translatum pronūciare. Et si ex empto ad inducendum eum in vacuam possessionem prædij perspexerit conueniri: æstimabit,[4] † an pretium sit exolutum. ac si repererit non esse pretio satisfactum, hoc restitui[o] tibi prouidebit.

Si venditor asserit minus tributum deberi, cum maius debitum sit, tenetur emptori ignoranti ad interesse: scienti autem non tenetur. hoc dicit Salyc.

Si seruos.] CASUS. Seruum mihi vendidisti, nummos peculiares, quos mihi subministrauit seruus tuus, tibi solui. an sim liberatus, quæritur? Dī q non, quia peculium seruorū tuorū erat tuū: sed actio. hēs ex vendito ad pretium.

g *Nesciens.*] alioquin donare vr emp. & ei soluti videref: vt ff. de po. l. 1. §. eleganter. & ff. de regul. iur. l. cuius p errorē.

h *Non præstent.*] vt & s. si seruus extero. l. 1. & ff. man. anda. l. si procuratorem, §. si liber hō, in fi. & §. si mandauerim. & l. cū seruus extero. & de act. empt. l. ex empto, §. emptor. Sed ɔ ff. de manu. l. 3. §. proinde. Solu. licet habeat locum cōstitutio, vt seruus ad libertatē perueniat solutis peculiarib. nūmis, nihilominus tñ emptor remanet obligatus: vt d. l. māda. l. cū seruus.

SI pater.] CASUS. Pater tuus portionem prædij, q cum Titio habebat, commune, vendidit Seio: sed cum in vacuam possessionem non induxit. & sic adhuc dominus remansit. si tributum pro prædio solutum sit a Seio, tanquam esset suum, nō p hoc mutabitur veritas, s. q pater tuus. dominus perseuerauit. & hoc in secūda. Si verò tu cœperis cōueniri ex empto à Seio, vt eum inducas in possessionem vacuam: puidebit præses, an pretium sit solutum. quod si non fuerit. solui tibi iubebit. & hoc in tertia.

i *In vacuam.*] demōstratiue, nō causatiuè. dicit. sufficit enim ad dñij translationem, etiam in non vacuam induci secūdum nos. vt ff. de fundo. l. si fūdum. & no. s. de pro ba. l. cū res. & dicitur vacua: vt ff. eod. l. 2.

k *Certum est.*] vt & s. de hære. vend. qui tit. l. & j. de iis, qui a non do. l. quur. [illegible]

l *Potuit.*] vt s. de rei vend. solemnibus. & ff. de acqui. rer. dom. l. antepenult. & j. de don. l. si functione.

m *Patrem tuum.*] id est, venditorem.

n *Quocumque loco.*] i. quocumq; gradu. [illegible] [illegible]

o *Hoc restitui.*] id est dari, vel solui: & [illegible] rem loco pignoris: vt ff. eod. l. Iulianus, §. [illegible] & de hoc dixi supra eod. l. si traditio.

* Singularis successor nō potest appræ authoritate possessionem ingredi. aliud est in hærede vniuersali. vi. Bal. hic.

3 † Eius.

4 † Existimabit.

Dominij trāslatio, an requirat vacuæ possessionis traditionem.

SI minor. CASVS. Vendidisti mihi fundum tributarium sciens, vel ignorans: non curo, dicebas, quòd non debebat nisi quinque, tributi, & debat decem, agam ex empto, quanto minus emissem, & hoc in prima. Si vero sciens huiusmodi onus illud subij: contra te nulla mihi dabitur actio & hoc in secunda.

* Capitatio ex eo appellatū hoc tributū quod iumēta capita uocarentur, pro quorū capitum numero, ut quisq; possidebat, huic collationi subijciebatur, l. fi. C. de immu. ne. conced. Contra

Ijdem AA. Antipatræ.

LEX IX.

SI minor à venditore, siue sciente, siue ignorante, dicebatur capitatio [a] prædij uēditi, & maior inuenta sit: in tantum conuenitur, in quantum si scisset emptor ab initio, minus daret [b] pretij. Sin vero huiusmodi onus & grauamen functionis cognouisset: [c] nullam [d] aduersus venditorem habet actionem.

Qui carnem venditam nō tradit in termino, tenetur ad interesse, h.d. Bal. Vel sic: Si venditor carnis, illam nō tradit in termino, tenetur ad interesse valoris, non mœroris, h.d. cum glo. Salic.

Ijdem AA. Attalo.

LEX X.

CVm venditorem carnis fide conuentionis rupta tempore placito hanc non exhibuisse proponas, ex empto [1†] actione cum, quanti intersit [e] tua, si tunc tibi præstita fuisset, apud præsidem prouinciæ cōuenire potes. [2†]

Post venditionem ancillæ venditor ante quam tradat, est dominus pleno iure: & ideo potest manumittere, hoc dicit. Bal. sed tenetur emptori ad interesse, Sal.

Ijdem AA. Bucarpiæ. [3†]

LEX XI.

SI ancillam tibi ex causa venditionis traditam vēditor manumisit, libertatem alienæ factę præstare nō potuit. [f] Quòd si post venditionem ante traditionem manumisit, pleno iure dominus constitutus, ciuem Romanā facere non prohibetur: [g] tibi personali propter ruptam fidem cōtra venditorem actione competente. [h]

a Capitatio. id est, tributū siue reditus. b Minus daret. idest dedisset. Sed certe immò non uidetur teneri, quando ignorauit, ut ff. co. l. si sterilis, §. 1. quæ est contra. Sol. hic sciēter potuit venditor, ibi nō quia hæreditarium fuit, arg. ff. de regul. iur. l. qui in alterius. Vel dic, quòd est uerius secundum B. quod hic asseuerauit. arg. ff. co. l. Iulianus, §. 1. Vel non refert, verū fuerit, sciēs an ignorās, quātū ad hoc vt agatur quanto minoris emisset emptor, ut hic, & de ædil. edi. l. quoties. Sed quātū ad actionē quanto minoris ciuilē, de qua hic dicit, & prætoriam, q̄ datur quanto minoris res est, vt ff. de ædil. edi. l. quod si nolit, §. si plures. c Cognouisset. emptor d Nullam. s. nomine illius grauaminis ga dolus, &c. ut supra de transa. l. cum donationis, & ff. de act. empt. l. 1. §. 1. & infra de iur. do. l. si à matre, & de euict. l. si fundum.

Actio quāto minoris & exēpto differunt.

CVm venditorem. CASVS. Inuitaueram quosdam ad cœnam: conueni cū becario ut mihi venderet carnes, non facit quod conuenit, sed ab alio emi maiori pretio, quanti mea interfuit, eas tunc præstitas fuisse, quando eas præstari conuenit, tenebitur mihi becarius.

e Intersit. etiam si nunc paratus sit tradere, quia debuit duo, & tradere, & tunc tradere, sic & ff. de act. emp. l. Celsus. inspicitur in hoc interesse, quia carius erat tunc, non in hoc non habuit familia quid manducaret, ut ff. co. l. si sterilis, §. cum per uenditorem.

1 † Empti.

2 † Potest.

3 † Encardiæ.

SI ancillam. CASVS. Ancillam mihi vendidisti, & tradidisti, traditione facta eam manumisisti, an hoc facere potuisti, quæritur? Resp. quod non, quia ancillæ per traditionem factæ alienæ libertatem dare non potuisti. Sed quid si nondum ancillā tradidisti, & dominus perseuerasti? R. nō retractabit manumissio, sed teneberis mihi ad interesse.

f Non potuit. ut inf. de ijs qui à non domi. ma. l. si tradita.

g Non prohibetur. vt & inf. de ijs qui a non domino ma. l. 2. & 3. & hoc cum emit priuatus, secus si ecclesia, ut sup. de sacrosanct. eccl. l. fin. sed & hæres seruum sub conditione legatum non est potest manummittere ut ff. qui, & à quibus. l. generaliter nec alienare, ut infra communia de leg. l. fi. §. sed quia, & ff. de leg. 1. l. seruo legato, §. 1.

h Competente vt supra de hære. uen. l. qui tibi, & facit ff. de manu. l. cum qui.

Seruus sub cōditione legatus, nō potest manumitti.

Quando uinum venditur certæ qualitatis, & mensuræ statim periculum & commodum est emptoris, h.d. Baldus Vel sic: Vino in specie vendito postea mutati, seu in pretio diminuti vel aucti, periculū spectat ad emptorem. Et non tradens vinum ad mensurā venditum, tenetur emptori ad interesse, hoc dicit, Sal.

Ijdem AA. Crispino, al. Crispo.

LEX XII.

SIcut periculum vini mutati, quòd certum [i] fuerat comparatum, ad emptorem, ita commodum aucti pretij pertinet. [k] Vtique [l] hoc verum est, si certæ qualitatis, [m] ac mensuræ distracto vino, fidem placitis [4†] seruandam esse conuenit. Quo non restituto, non pretij quantitatis, [n] sed quanti interest * emptoris, [5†] competit actio.

Perfecto contractu, fructus pertinent ad emptorem, ad quem pertinent etiam onera functionum. E contrario vero ab emptore post moram petitur pretium cum vsuris, h. d. Bald.

SIcut. CASVS. Si uendo tibi decem corbes ex tali segete: post uenditionem perfectam commodum & incommodum, ad emptorem pertinebit. Sed si uendo tibi uinum, nec trado teneor tibi ad interesse, non tantū ad precium quod soluisti.

i Certum in specie.

k Pertinet. nā secundum naturam est, &c. ut ff. de reg. iu. l. secundum naturam. Et dic certum scilicet in specie. Item dic cum uinū uendit in specie secundum Io. & P. post degustationem emptoris est periculum, cum uero in quātitate, post degustationem, & mensurationem habitam est periculum emptoris, nisi uinū ueneat in aduersione, ut ff. de peri. & commo. rei uendi. l. si quis uina §. si in aduersione. & ff. de cō trahend. emptione, l. quod sæpe, §. in his. Ante mensurationem itaque, & degustationem periculum est uenditoris. Omne inquam periculum siue acoris, siue mucoris, siue effusionis, nisi emptor periculum in se suscepit ut dixi, uel nisi fuerit in mora degustandi, sed licet quod tunc, scilicet ante degustationem & mensurationem, sit periculum uenditoris, transfert tamen in emptorem, ut dixi, offerendo, & denunciando ei, ut degustet & metiatur, periculum acoris & mucoris. non effusionis, sed omne periculum est emptoris post degustationem. & mensurationem, sed non post degustationem tantum, nisi periculum deteriorationis tantum, sed ante degustationem omne periculum est uenditoris, & sic non est ratio eadem contrariorum, ut post degustationem omne periculum sit emptoris, ut ff. de nego. gestorum, l. si quis negotia aliena gerens indebitum, &c. Et hoc secundum omnes, excepto Azo. qui aliter dixit, ut diximus supra titu. 2. l. 2. Accur.

Vini uenditi cuius est periculum.

4 † al. placita.

* hoc noīe non id uenit, q̄ emptor lucrare potuisset, sed dānum quod emptor incurrit uinū maiore p̄tio emendo ab alio ff. co. l. 21. Goth.

5 † Empti.

l Vtique. id est, sicut.

m Qualitatis idest bonitatis, ut est Campaniæ, & no. quod hoc sit in genere, quod perire non potest, ff. ad leg. Falc. l. in ratione, 2, §. incertæ.

n Quantitatis. scilicet de illa uinea, uel de hoc uase. nec

sultum conuentum vel commune: sed etiam singulare petitur interesse, vt ff. eo. l. r.

F*ructus*. CASVS. Post perfectam venditionem fructus ad emptorem transeunt, & emptor tenetur soluere tributa, & hoc in prima. venditor non potest petere nisi pretium, nisi emptor fuerit in mora, quo casu petet vsuras.

a *Post.* & non ante: vt supra eod. venditij. in fi. Accur.

b *Perfectum.* ad quod plura sunt necessaria vt sup. tit. l. 1.

c *Conuenit* vt ff. eod. l. Iulianus, § si fructibus nisi venditor exceperit, vt ff. de contrah. empt. l. qui fundum, §. fundi.

d *Grauamen* vt & supra fine cen. vel re. l. 2. & 3.

1† Mora.

e *Ac si moram*. vel quasi mora, vt sup. e. l. curabit, cũ hēat fructus, vel pactio, vt infra de pact. inter emp. & uend. l. in initio. Sed cum possit uenditor petere pretiũ, ergo habere videtur vt ff. de reg. iu. l. qui actionẽ. Sed rñdeo, hoc nõ potest dicere dicere emptor, cũ habeat uel petat fructus, ut & diximus sup. eo. l. curabit.

2† al. certe

f *Exigere potest.* vt & ff. de peri. & commo. rei vend. l. fi. & de usur. l. mora. in §. bonæ fidei.

3† al. recte.

E*mptor*. CASVS Qui vendit seruum, debet promittere quod non sit fugitiuus, & quod sit sanus, quod non sit erro, & quod sit noxa solutus, & quòd eũ tradat.

g *Tradendis.* sed quo modo cauetur de tradendo: cum statim debeant tradi? Resp. forte post certum tempus tradi debebant: vt ff. de iudi. l. in omnibus.

h *Eorum fuga.* quod absit.

i *Sanitate.* quod adsit. & sic de corporali & animi uitio cauetur: ut ff. e. l. ex empto, §. animalium. Sed hæres non cauet de corporis uitio pro seruo legato, ut ff. de lege 3. l. si a substituto, §. hæres.

Ijdem AA. Alexandro. LEX XIII.

FRuctus post[a] perfectũ[b] iure contractum, emptoris spectare personam conuenit,[c] ad quem & functionum grauamen[d] pertinet.

¶ Venditor quoque pretium tantum ac si moram[e1] †inter cessisse probetur, vsuras officio iudicis exigere potest.[f]

Venditor tenetur se obligare particulariter & distincte ad omnia capitula, quæ sunt de natura contractus, h. d. no. & tene menti. Bal. Vel sic: Venditor seruorum tenetur se obligare ad hic scripta Salicet.

Ijdẽ AA. Rufoni, al. Rufino. LEX XIIII.

EMptor seruorũ rectè[2] † de his tradendis,[g] & eorum fuga,[h] itemque sanitate,[i] erronesq;[k] non esse, aut noxa solutos,[l] repromitti sibi iure[3] † postulat.

Determinata cõuentio parit actionẽ determinato modo, hoc dicit, Bal. Vel sic. Emptor non potest petere ultra conuenta, nisi mora sit facta, hoc dicit, Sal.

Ijdem AA. Antonino, al. Antonio. LEX XV.

VLtra modum[m] tritici distracti citra pactum in solutione mora non facta, nihil emptor exigere pôt.[n]

Fructus pecorum pertinẽt ad emptorem & tenetur venditori resarcire sumptus quos fecit in pecoribus, h. d. Bald. concor. Salic.

k *Erronesque*. Erro dicitur, quod in res nugatorias totum expendit. Qui sint fugitiui & errones, habes ff. de ædil. edi cto. l. quis sit fugitiuus, in prin. §. erronem.

Erro quis dicatur.

l *Noxa solutos.* i. quod eorum nomine dominus noxaliter non teneatur, uel quia nunquam commiserunt delictũ. Vel quia est satisfactum, vt ff. de ædil. edi. l. quis sit fugitiuus, §. quod aiunt ædiles, sed si domino fecerit furtum, nõ tenetur nisi dixerit, uel promiserit, ut ff. de ædi. edi. l. si furtum, & l. quod si nolit. §. 1.

V*ltra modum*. CASVS. Si uendo frumentum pro 5. non possum petere nisi 5. nisi emptor fuerit in mora, vel nisi aliud conuenit. vel dic si uendam ad certam mensuram, puta 100. corbes, ultra petere non possum nisi, &c. & tunc petam interesse.

m *Vltra modum.* id est quantitatem.

n *Exigere potest.* vt si ex interuallo facta mora uenit interesse.

Ijdem AC. Cirillo. LEX XVI.

POst perfectam[o] venditionem fœtus quidem pecorum emptori, venditori verò sumptus (si quos bona fide fecerit) restitui debere notissimum est.[p]

Venditor non tenetur defendere emptorem à violentia, quæ sibi de facto infertur h. d. not. secundum Bald. Vel sic: Violentia facta emptori non nocet venditori, sed emptor contra expellentem habet actionem, h. d. Sal.

Ijdem AA. Hermiano,[4]† & Lupo. LEX XVII.

EXpulsos vos de fundo per violentiam à Nerone, quem habere ius in eo negatis,[q] profitentes, nullam vobis aduersus eum ex cuius venditione fundum possidetis, actionem competere probatis.[r] Igitur ad instar[s] interdicti seu actionis[5] † permissæ* experiendum esse perspicitis.

Si quis alteri[t] vel sibi[u] sub alterius nomine, vel aliena pecunia emeris.

TITVLVS L.

Res empta ab vxore de pecunia mariti, ab hærede mariti vendicari non potest, sed ad pecuniam est agẽdum, hoc dicit Bald. & Sal.

Imp. Antoninus A. Secundino. LEX I.

SI[6] † pecunia[x] patris fundus, mancipiaque comparata[y] sunt, tamen cum emptiones matris

P*ost perfectam*. CASVS. Si pecora mihi uendidisti, fœtus relictus tibi sumptus, quos bona fide fecisti, restituere debes.

o *Post perfectam.* ad quod plura sunt necessaria, ut sup. titu. prox. l. 1. diximus.

p *Notissimum est.* vt & ff. eod. l. Iulianus, §. præterea.

E*xpulsos*. CASVS. Si prædiũ mihi uendisti, & de euictione mihi promisisti de eo quod expulsus sum à Titio, non agam contra te de euictione, sed aduersus Titium interdicto vnde ui, uel actione in factũ, quæ datur loco cuiuslibet interdicti.

4† al. Hurmiano, & Erinipio.

q *Negatis.* hodie etsi haberet, amitteret vt infra unde ui. si quis tantam.

r *Probatis.* nam iniuria quæ fit emptori, non nocet uenditori, ut ff. de euict. l. si per imprudentiam. circa prin.

s *Ad instar.* non ideo quod non possit uel interdicto vñ ui agi, uel actione i factũ, ut subijcit sed ideo quia sublata est antiqua solẽnitas, ut inst. de iter. di. §. fi. pt et p constõ nem, si qs in tantam. insuñ ui experiri, sed & rei uendicatione, & si in hac succubuerit, aget de euictione, ut ff. de euic. l. euicta, §. duplæ.

5† Accusationis. * actioni, promissæ Cuiac. 17. obseru. 5. actionis in quã l 1. ff. uti possi. vel in factũ, l. 4. ff. uti. possi. vtriusque. interdicti at actionis idẽ effectus, licet forma diuersa. Cuiac. 5. obs. 17. Gothof.

SI QVIS ALTERI, &c.

Generalia venditionis supra posuit, nũc ponit specialia.

t *Si qs alteri. vel &c.* s. emerit. quod est ff. de hoc hẽs. ff. eo. multũ, in uer. si uero.

6 † Ex.

u *Vel sibi.* de hoc habes inf. in d. l. multum, ibi, an contractu, &c. & in uer. quod si quidem emisti.

S*I pecunia patris*. CASVS. Si mater tua ex pecunia patris fundum comparauerit suo nomine, & sibi traditus est, cui sit acquisitus fundus, quæritur? Resp. matri. Sed tu qui patri tuo succedis, ad pecuniam eam conuenire poteris: sed qua actione, non aperit. tu dic, neg. gest. si gessit negotia patris, uel mandati, si mandatum intercessit.

x *Si pecunia patris.* scilicet tui.

y *Comparata.* ab eius uxore suo nomine.

Constitutam.

a *Constitutam.*] vt inf. eod. l. pen. & ℨ. de donat. inter vir. & vxor. l. si de tua. & sup. de rei vend. si ex ea. & ꝭ. de probat. l. ad probationem. sup. communia vtriusque iudi. l. si patruus. etiam si socius sit omnium bonorum: vt ff. de adminiſt. tut. l. Titium, §. altero. & pro soc. si quis societatem. Sed hoc fallit in quatuor casib⁹. vnus ꝭ. de rei vendic. l. si vt ꝓponis. Alius inf. arbit. tut. l. curator. & ff. quã ex pac. tut. l. 2. & idẽ in prælato videtur, qui emit ex pecunia ecclesiæ. Item idem si vir ex pecunia dotali emerit res aliquas voluntate vxoris: ut ff. de dot. l. ita. & l. res quę. hic tamen concurrit voluntatis vtriusque videtur dominiũ in uxorẽ transire. Item & si uxor donauerit marito pecuniam, & ille ex illa rem emerit, nec soluendo est, nam datur mulieri vtilis in rem actio: ut ff. de don. inter uir. & ux. l. uxor marito.

Empta res de pecunia mea, an sit mea.

1 † Effectam.

2 † Constitu.

b *Propter numerationẽ.*] à patre tuo factã.

c *Ciuiliter.*] si negotia gessit, negotiorũ gestorum, uel mandati: alias si donauit uir, condictione sine causa, uel ex iniusta causa, uel rei uendicatione si extat, & erat hic filius hæres patris, sed mater uiuebat: & fuit reuocata donatio ꝑ uirũ, ne morte cõfirmet. Acc.

3 † al. Septimiæ.

SI emancipatis. CASVS. Filio tuo in potestate tua constituto prædium emisti, & emancipato tradidisti: an tibi sit acquisitum dominiũ, quæritur? Respon. ꝙ sic. idem est si tu passus fuisti eum in possessione fundi esse.

d *Si emãcipatis.*] alias secus: ut & ꝭ. de inoffic. do. l. 2. & de probat. siue possidetis. l. 1. & ℨ. de don. l. siue.

e *Voluntate.*] quod sufficit: ut & ℨ. de acquir. poss. l. minus. & ꝭ. de ꝯhen. emp. l. nõ idcirco. in prin. Acc.

4 † al. deest nunc.

MAncipia.] CASVS. Si mater tua tuo nomine, & fratris tui, cui scilicet fratri successisti fundum comparauit, & tibi fratriq; tuo traditus est; licet in instrumento venditionis cõtineatur, quod ipsa pecunia sua comparauit ipsum, eo nõ obstãte fundum persequi poteris.

tuæ nomine factas esse proponas, ignorare non debes traditione matrem tuam dominam fuisse constituta.[a] 1 † Planè si pecuniæ petitionem competere tibi propter numerationem [b] pretij existimas, ciuiliter [c] contende. 2 †

Donatio facta filio in potestate, confirmatur emancipatione, si res fuit filio tradita, vel reperitur in possessione de voluntate patris tacita, vel expressa. h. d. Bald. Vel sic: Si pater tradat filio emancipato fundum, quem emit eius nomine dum erat in potestate, vel eum sciuit possidere, donatio perficitur, & emancipato dominium acquiritur. Salyc.

Imp. Alexander A. Septimæ, 3 † & alijs.

LEX II.

SI emãcipatis [d] vobis fundos quos nomine vestro, cum in potestate ageretis, pater emerat, tradididit, vel in possessione eorum voluntate [e] patris fuistis, dominiũ acquisistis.

Numerans pretium alio emente, non quærit sibi dominium. h. dicit. nisi nomen emptoris fuerit appositum simulatè. Bald. Vel sic: Ministro non quęritur dominium: licet numerauerit pretium. h. d. Salyc.

Idẽ A. Patrimo. al. Paterno.

LEX III.

MAncipia, quorũ nunc 4 † meministi, si (vt proponis) nomine tuo itemque fratris tui, [f] cui successisti, empta, [g] vobis tradita sunt; licet instrumento emptionis matrem tuam pecunias numerasse contineatur; [h] persequi ea more iudiciorum, non prohiberis.

Probata simulatione, nihil prodest habere penes se instrumentum: tamen in dubio non præsumitur simulatio. h. d. tex. cum gl. Bald.

Impp. Valerianus, & Galie. AA. & Valen. C. Cyrillo.

LEX IV.

QVamus instrumẽto emptionis socrus nomen inscripseris; [i] tamen si possessionem tenens [k] dominus effectus es, ob eam rem frustra calumniam mulieris, quamuis ipsa contractus tabulas [l] habeat, reformidas.

Si vir emens in veritate, facit opponi nomen vxoris in instrumẽto simulatè, acquiritur viro, non vxori: & vxor possidens tenetur restituere rem cum fructibus taxatis à iudice. h. d. Bald. Vel sic: Si maritus de vxore confisus instrumentum emptionis scribi fecit in persona vxoris, & vxor contra fidem rem emptam contulit in filiam, non præiudicatur marito petenti rem cum fructibus restitui, probata simulatione instrumenti. h. d. Salyc.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Vero.

LEX V.

CVm propria pecunia [m] tua, te cõparante possessionem, quondam vxoris tuæ nomen tantummodo 5 † accommodasse [n] dicas, eandemque occasione custodiæ suæ [o] commissorum instrumentorum contra bonam fidem proprietatem eiusdem fũdi vsurpasse dicas, rector prouinciæ pro sua exercitatione cognitũ 6 † habẽs, 7 † [p] donationẽ à non domina vxore tua in filiam suam [q] collatam nullum præiudicium dominio tuo attulisse: docenti [r] tibi veritatẽ precibus tuis assistere, restituere eandem possessionẽ, habita etiam fructuum taxatione, [s] curabit.

f *Fratris tui.*] scilicet, nomine.

g *Empta.*] scilicet à matre vestro nomine.

h *Contineatur.*] hoc enim non probat sua: vt & suprà de probat. l. ad probationem 1.

QVamuis.] CASVS. Si maritus fundum comparauit, & in instrumẽto scribi fecerit, quod socrus sua emerit, cum in veritate non emit, magis inspicitur, quod in veritate actum est, quàm quod simulatè conceptum est. vnde ille nec totum, nec partem fundi vendicare poterit.

i *Inscripseris.*] i. inscribi feceris, sic. ff. & ijs q̃ no. infa. l. furti, §. mãdati. Vel dic ꝓprie. tu tñ emebas sua vtramque expositionem, & aliud agebat, & aliud simulabatur: vt & ꝭ. plus valere q̃ agi. l. si quis. & ℨ. l. A xi. & l. multum. instrumento tñ statur prima facie: vt ꝭ. de proba. l. cum precib.

k *Tenens.*] sau.

l *Tabulas.*] i. scripturã.

CVm propria. CASVS. Ex pecunia tua, & tuo noie fundũ cõparasti: i instro venditionis nomen vxoris cã honoris inscribi fecisti: illa instrumentũ surripuit, & in filiã fundũ tanquã suũ, titulo donationis trãstulit. nũqd tibi ꝓiudicauit, q̃rit? Rñd. ꝙ non: sed post recuperabis fructus, quos pcepit æstimatione taxata, si ꝓbaueris te emisse, & gra honoris instrumento nomẽ eius inseruisse.

m *Cũ propria pecunia.*] ad remouendũ, vt de pecunia nõ tenearis, vt qa fortè cueneerat.

5 † Falsa.

n *Accommodasse.*] fortè cã honoris: vel fortè alia rõne simili q̃ redditur ff. de auc. ho. tut. l. pupillus, §. sanè si q̃ dẽ. & ℨ. d cõmer. & mer. nobiliores.

o *Suæ.*] datiui casus.

6 † Cognitum.

p *Habens.*] ꝙ hoc sequit donatione, &c.

7 † Dominus.

q *Filiam suam.*] ex alio viro. Accurs.

r *Docenti.*] q̃d oportet te facere, cũ satis sit pro eo instrumẽto contineri eam emisse: vt hic: & ꝭ. de Ꝗ b. l. cum precibus. & ꝭ. plus vale. quod agi. l. acta. & ℨ. de don. inter vir. & vxor. l. si filij. & inf. de ꝯhen. & com. stipul. l. si cum.

s *Taxatione.*] id est, æstimatione taxata.

Haec lex est multum singularis. & hoc d. Res empta per vxorem de pecunia viri, efficitur vxoris: tenetur tamen de viro, quatenus de pretio est locupletata, sed res empta per virum apposito nomine vxoris in instrumento, pertinet ad virum, qui in se concepit contractũ verum. sed si vir non concepit contractum in se, sed in persona vxoris absentis, contractus nõ tenet, & ideò ex eo non oritur obligatio: sed tamen traditio facta ex eo transfert dominium. hoc d. secundum Bal. Vel sic: Si vxor emit sibi fundum de pecunia quam vir numerauit sibi, fundus vxoris efficitur, & maritus pecuniam ab ea repetit, quatenus locupletior existit. secus si maritus emerit sibi, sed nomen vxoris in instrumento fecerit scribi: quia tunc fundus efficitur mariti veritate attenta, & non scriptura. & vbi vir procurator vxoris concepit verba cõtractus est inutilis: & ideò neutri eorum competit actio, sed in traditione facta ex eo, is, cui traditur, potior in dominio habetur. hoc dicit Salycetus.

Iidem AA. Dionysio.

LEX VI.

MVltum [a] interest, vtrũ ne vxore tua comparâse, pecuniam numerasti, [b] eique possessio tradita est: an contractu emptionis à te nomine tuo habito, [c] tantum vxoris nomen post instrumentum inscribi feceris. Nam [d] si quidem vxor tua nomine suo emit, eique res traditae sunt, nec in te quicquam de his processit: non nisi de pretio [e] aduersus eã, inquantum tu pauperior, & illa locupletior facta est, habes actionem.

¶ Quod si tu quidem emisti, [f] & ibi tradita est possessio, tantum autem nomen vxoris quondam tuae instrumento inscriptum [1] † est: res gesta [g] potior quam scriptura [h] habetur.

¶ Si verò ab initio negotiũ vxoris gerens, comparasti [i] nomine ipsius: [k] empti actionem [l] nec illi, nec tibi quaesisti: dumque tibi non vis, nec illi potes. [m] Quare in dominij quaestione ille potior habetur, cui possessio à domino tradita est. [n]

MVltum.] CASVS. Vxor mea comparauit praedium, & sibi traditum fuit. ergo autem numeraui venditori precium: cui acquisitum sit dominium illius praedij, quaeritur? Respond. quod vxori. si enim solui precium pro ea, videor ei donasse: sed recuperabo, quatenus sum pauperior, & ipsa locupletior & hoc in prima. Si verò ego comparaui, & mihi traditum est: feci tamen scribi in instrumento, quod vxor mea emit: mihi erit quaesitum dominium. sed quid si non, vt nuncius, sed vt procurator valens negotium gerere vxoris meae, dixi sic venditori: vendis vxori meę tale praedium: & ipse respondeat, vendo: cui sit acquisita actio ex empto, quaeritur? Respond. quod nec mihi, quia nolui: nec vxori, quia non potui: quia alteri pacisci, &c. ille tamen, cui facta est traditio, potior erit in dominio fundi. & hoc in tertia.

a *Multum.*] tres casus ponit. Accurs.

b *Numerasti.*] scilicet ipsi mulieri, vt emeres, volens tu vir ei donare, & sic habent locum sequentia. alias si venditori numerasses similiter, volens ei donare: insolidum teneretur: vt de dona. inter virum & vxorem. l. qd autem, §. si vxor. & l. si cum mulier. & infrà de dona. inter vir. & vxor. l. & si de tua.

c *Habito.*] & te pecuniam numerante.

d *Nam.*] redit ad primum.

e *De pretio.*] non ergo pe. es rem: vt diximus ĩ. eod. l. quamuis. & de rei vendi. l. si ex ea pecunia.

f *Si quidem emisti.*] redit ad secundum.

g *Res gesta.*] id est, veritas.

h *Scriptura.*] sed interim statur scripturae: vt ĩ. de probatio. l. cum precibus. & infrà de contrahen. stipul. l. optimam, in fi. continebatur enim in instrumento virum, & vxorem emisse: vel vxorem tantum, cum tantum emeris. & ad hoc suprà eodem. l. quamuis. & l. proxim. & suprà plus va. quod agi. l. acta. & infra de contrahen. & commit. stipul. l. si cum tuam. si autem de viro tantum contineretur, sed nomen vxoris tantum esset positum, vt quia dixisset vir: vendis mihi & Bertae vxori meae ementi meum nomine, sed non re, vt dixit M. quia tunc satis patet simulatio. & hoc in secundo modo intelligunt quidam hoc responsum.

1 Concor. c. ex parte cum gl. 1. circa prin. de restitu. spoliat.

i *Comparasti.*] sine mandato, vel etiam cum mandato, sed tamen procuratoris non nuncij receperat officium: & ipse nuncij, & non procuratoris concepit verba in emptione, scilicet, sic, vendis illi.

k *Ipsius.*] per haec verba, vendis vxori meae.

Procurator, & nũcius differunt.

l *Actionem.*] aliud enim in nuncio est.

m *Potes.*] Nota, quod possumus, nolo: & quod volo, non possum. sic & inf. de do. l. siue emancipatis. & inf. de iure dot. l. si genero. Item nota, quod omnis nuncius est procurator large, sed non conuertitur: vt ff. de procurat. l. 1. §. 1. Hic tamen strictè accipitur nuncius, & est nuncius velut pica, & organum domini, & in persona domini debet concipere verba contractus. & domino quaeri dicitur per seipsum, non per alium. & concipit verba sic vendis illi. vt ff. de constitu. pec. l. qui autem, §. fi. & l. seq. & de contrahen. empt. l. 1. §. fina. Si autem dicat nuncius vendis mihi. & sic in sua persona cõcipiat verba, valet. vt sibi quęratur, sed domino tenetur mandari, secundum H. quasi male fecerit mandatum. argum. dictae leg. ff. de procur. l. 1. §. 1. Si autem est procurator, tunc verba contractus debet concipere in sua persona, & sibi quaerit, vt infrà l. proxi. in fi. & ff. de constit. pecu. l. eum qui, §. Iulianus quoque, libro 11. scribit, in fine. sed domino cedere tenetur: vt ff. de acq. poss. l. possessio quoque, §. & si possessio. Si autem in persona domini, non valet sibi: quia nõ vult, nec domino: quia non potest. Alteri enim stipulari, &c. vt ff. de verbo. oblig. l. stipulatio ista. §. alteri. & sic hic loquitur. & ff. de contrahen. emp. l. fundus. & de constit. pec. l. sed & si filio, §. 1. Sed M. dixit alteri per alterũ quaeri vel etiam actionem: vt arg. ff. de act. emp. l. Iulianus, §. si procurator. & quod hic dicit, intelligitur non quaeri domino, s. directam, quod nõ placet. & in dicta l. Iulianus ideò est, quia dabatur in dominium vtilis institoria. vnde iniquum erat, nisi & sibi daretur ex eiusdem persona actio. Regulariter ergo non quaeritur actio per alterum, nisi in casibus, quos not. Institut. de inuti. stipul. §. si quis alij. sed dominium & possessio sic: vt suprà, per quas personas nobis acqui. l. 1. speciale tamen est in quibusdam, vt in cuiuscunque persona concipiantur verba, quaeratur domino, vt in tutore, & curatore, & actore: vt ff. de constitut. pecun. l. eum qui, §. finali. Item in seruo, & etiam in filio quantum ad profectitium peculium: vt Instit. de stipul. ser. §. fine.

1 † Scriptum.

Actio per alterũ nõ quaerit regulariter.

n *Tradita est.*] vt ab eo, qui habet ius vendendi: vt & suprà de rei vendi. lege quoties. Sed qualiter in dominio erit potior, cum contractus in nullius persona teneat, vt hic: & nuda traditio non transferat dominium: vt ff. de acquir. rer. domin. l. nunquam? Respond. dic dominij, id est possessionis. sic ff. de verbor. signif. l. interdum. Tu dic, quod ex inutili contractu transit dominium: vt ff. de dolo. & l. & eleganter, in princip. & dixi suprà de fide instrumen. l. contractus. Sed, quomodo obligatio non contrahitur, sed possessio, & dominium transfertur ex inutili contractu? Respond. obligatio iuris est: vnde ex legitimo tantum contractu nascitur obligatio. possessio verò facti: ideoque sine obligatione quaeritur: vt argum. ff. ex quib. cau. ma. l. denique.

Obligatio iuris est possessio, facti.

Cum.

CVm per eos. CASVS. Si filius meus vel seruus oliua à Titio tuo nomine comparauit, nec ille fidem seruauit, quia tradere noluit, agam aduersus eum actio ne exempto per me, vel per procuratorem meum. & hoc in prima. Si verò aliquis tanquam procurator: quia ei mandaui, nomine meo, fundum tantum comparauit si venditor non tradat, aget sed nõ ego sed per actio. mãdati consequar, vt ipse cedat mihi actionẽ quam habet ad versus venditorem, & hoc in secunda.

a *Proponas*. quia nõ vel tradere.

b *Contrahentibus*, ablatiui absoluti.

c *Cui mandaueris*. id est, mandabis, puta procuratorem, & ad dic qđ est in fin. adi competentem, &c.

d *Habuerunt*. suo nomine, alias non valet, ut sup. l. prox.

e *Vel quibus*. potes enim eos cogere actione mandati, ut cedãt actionem contra venditorem, cui vis: vt hic, & ff. de vsuc. l. pignori, & ff. de acquir. pos. l. possessio. & ff. manda. l. idemq; §. si cui mãdauero. Item not. hic, q ex alterius cõtractu alteri non quęrit actio, licet M. dixerit hoc verum de directa vt & diximus, supra l. proxim.

1 † al. mandaueras.

2 † Hanc.

QVi aliena. CASVS. Si pecunia mea tuo noie fundũ cõparasti, si tibi tradidit uẽditor idemque dñs, tibi est dñium acquisitũ. Si vero nõ tradidit, acq sita est tibi actio ex empto, & hoc in prima. Si tua pecunia tibi cũ Titio cõi cõparaueris, & tuo nomine conuenies te Titius ad partem pecuniæ q̃ sua erat, sed non ei dabitur ad fundum in rem act. & hoc in secũda.

3 † Videlicet.

f *Quærit*. ut sup. e. l. r dicimus, & facit, ff. de distr. pig. l. si mauius, & inf. de pig. l. quamuis ex ca. & ff. pro soc. l. si quis.

4 † al. Valentianæ.

5 † Et. Comparatiuus pro positiuo q̃ que ponitur.

* Fallit id in pecunia militum l. 7 superuẽ. Minoris, l. 3. §. de arb. tut. Vxoris feudorali, l. 54. ff. de iu. do. Gothof.

6 † Tantũ.

g *De rebus*. i. de pecuniis. communibus

h *Conueniendo*. pro socio, vel cõdi ctione sine ei, vel alia generali conditione.

i *Consultius*. p suo positiuo ponitur.

k *Non competit*. nisi sit socius omnium bonorũ, vt sup. cõia v. triusque iudi. l. si patruus, secundum H. quod non placet, imo ad communicandum agitur, ut ibi.

Procurator contrahere potest, & debet ex eo agere vel procuratorem ad agendum constituere ad petitionem domini, h. d. Bald. Vel sic: Mandatarius subiectus potestati mandantis, illi quærit actionem, non subiectus verò sibi quærit, sed debet experiri ad petitionem domini, vel procuratorem ad experiendum constituere, hoc dicit Sal.

Ijdem AA. Gerontio.

LEX VII.

CVm per eos, qui negotia tua gerebãt, olei materiam te comparasse, contractusque fidem pretio suscepto rupisse venditorem proponas,[a] si quidem ex empto ijs, qui iuri tuo subiecti fuerant contrahentis, [b] tibi quæsita est actio, vel per eum cui mandaueris [1] † [c]

¶ Sin vero sui iuris constituti, secundum mandatũ tuũ hunc contractum habuerũt,[d] ac [2] † sibi empti quæsierunt actionem: per eos, vel quibus[e] illi dederint mandatum adi competentem iudicem: qui [3] † secundum bonam fidem (quæ in huiusmodi contractibus obseruari solet) satisfieri prouidebit.

Si vnus ex fratribus de pecunia communi emit, suo nomine, sibi non alteri fratri dominium acquiritur. h. d. Baldus, & Salic.

Ijdem AA. Valentinæ. [4] †

LEX VIII.

QVi [5] † aliena pecunia comparat, non ei, cuius nummi fuerunt, sed sibi * tã actionem empti, quam dominium, si ei [6] † fuerit tradita possessio, quærit.[f] Cum itaque de rebus [g] communibus fratrem patruelem tuum quędam comparasse contendas, de tua pecunia hunc conueniendo [h] facies consultius.[i] Nam in rem de rebus ab eo comparatis, tibi contra eum petitio non competit.[k]

In contrahendo intra absentes requiritur nũcius, Vel epistola, h. d. Bal. Vel sic: Dominium transfertur in eum cui per venditorem res traditur: licet alius pecuniam numerarit & venditio inter absentes requirit nuncium vel epistolam, hoc dicit. Sal.

Ijdem AA. Ruphinæ, al. Rufino. [7] †

LEX IX.

NIhil prohibet, altero [l] pecuniam numerante, in alium [m] vel vtriusque [n] contrahentis consensu, vel certè venditore tantummodo volente, dominium transferri, eo etiam manifestè constituto,[o] vt inter absentes per mediã personam, veluti per nuncium, vel per epistolam, talis cõtractus perfici possit.*

Nihil prohibet. CASVS. Si procurator meus fundum nomine meo comparauit, si tamen ipse venditor gestuit in animo vt mihi quæreretur, mihi acquisitum est dñium & hoc in prima. An aũt inter absentes, vel p epistolam, uel nuncium ɋhi possit venditio, qrit? Rñ. ɋ sic, & hoc in secũda.

l *Nihil prohibet alter o* i. p̃curatore, qui scienti & ignoranti dño qrit, vt ff. d acq. rer. do. l. si p̃curator sine ergo ambo hoc gestiãt, siue vẽditor tm, mihi acq rit, ut hic, & ff. de do. l. qui mihi. idẽ si solus p̃curator hoc gestiat, vt ff. de acq. pos. l. e. §. hæc q de seruis. secus in negotiorũ gestore, q nõ acq rit, ut ff. de neg. ge. l. si ego.

7 † al. Rufiano.

m *In alium*. cuius nomine empta est.

n *Vtrisq*. scilicet eius qui pretium numerauit, quam uendentis.

o *Constituto*. ut ff. de contrah. empt. l. 1. §. fin. & sup. de cõtrah. emp. l. 1. & inst. de ob. l. ex consensu.

DE REBVS alienis nõ alien. &c. Audisti alteri factã alteri non prodesse: audi mõ non obesse.

De rebus alienis non alienãdis, & de p̃hibita rerũ alienatione, vel hypotheca.

TITVLVS. LI.

Emptori rei alienę tenetur restituere domino, nisi p̃bet quo iure emit, vel nisi præscripserit: quo casu emptor securus est. sed venditor domino tenetur condictione ad pretiũ hoc dicit Bal. Vel sic. Emens rem alienam scienter, vsucapit, & domino restituere tenetur, emens uerò ignoranter vsucapit, ideo post vsucapionem dominus agit solum de pretio contra venditorem. Sa.

Imp. Alexander A. Cautiano.[8] †

LEX I.

SI præsidi prouinciæ probatum fuerit, p Iulianum nullo iure [9] munitũ, seruos *

SI præsidi. CASVS Si seruum meum Titio scienti uendidisti, an eũ vendicare possim, quæritur? Rñ. p̃ sic. & hoc in i. Si uero ignorantem esse, cinerit & recu pabo: sed nõ a pit qua ac. tu dic. ac. neg. ge. habẽdo ratã uẽdõné, & hoc in 2.

* Nudum ministeriũ præstat nũcius, fungiturq; epistola est mutuo nũcius. Vnde nolunt nũcium in p̃sona dñi uerba concipere. Procuratorem in persona sua d io nominato. B. ad l. 6. sup. eo. Goth.

p *Si præsidi prouinciæ probatum fuerit*. Nota iudici faciendam fidẽ, ut & ff. de prob. l. quinquaginta, 1 § q iure dñij, uel creditoris, uel officij publici, uel priuati. & hoc p̃sumitur, nisi õtiũ p̃bet. sic inf. qui milit. nõ. pos. l. super seruis. lib. 12. Vel uerbũ probationis ad hoc nõ referi, sed ad verba sciẽte, & nisi p̃batei sciẽ, & ignorãtia p̃sumerent, ut ff. de p̃b. l. ueri*, & ff. de leg. §. non solum.

8 † Cassiano al. Cariciano.

r *Seruos*. si munitus ut tutor pupilli, exactor publicorum per usucapionem; & in creditore fallit.

a *Scientibus.* f. emptoribus, eis nō habere ius vendendi. Azo. b *Iubebit.* per rei vendicationem, non ad pretium, cū tuo nomine ... ut fit ... unde non potes habere ratum ... de preca. ... & de neg. gest. l. pupillus, §. ... in ... dum re præscripta vel vsucapta, ...

tra, dominus rei succedit venditrici, non dominæ, & sic secundum utrumq; modum non domina uendidit & secundum casus ff. de euic. l. Seia. sed primus est in l. uendicantem & constitue diuersis modis.

l *Non licet.* ea ratione, quia res non fuerat defuncti, secundum quosdam.

... mea dixit ... vicapi nō cō... dari actionē negotiorum gestorum, vt not. sup. de rei uend. l. mater. & hoc cum à nullo habet causam is, qui vendidit, vel habet, sed lucratiuā, aliàs ... quod si habet, sed non lucratiuam, cum tantum absit quantum ... adsit. nō tenetur ad pretium, et in subsidium, vt ff. si cer. pe. l. si cum seruum.

c *Ignorauerint.* ... ẽpi deceptorē decebat.

d *Facti.* scilicet vsucapione.

e *Pretium.* in subsidium agere per actionem negotiorum gestorum, vt ff. de neg. gest. l. vlt.

f *Iubebit.* per actionem, negotiorū gestorum, habendo tantum in subsidium: vt ... ff. sup. de rei vend. l. mil. & inst. si vēdi. pig. aga. l. seruos, & ff. depositi l. sed & si nō sic ... & de nego. ge. l. fi. & insti. j. l. c.

[margin: pretium ... vendidit ore ... aliàs ... quod ... Gratia. al. Græcia.]

tuos scientibus [a] vendidisse; restituere tibi emptores seruos iubebit. [b] Quod si ignorauerint, [c] & eorū facti [d] sunt, pretium [e] eorum Iulianum [f] tibi soluere iubebit.

Venditio mariti sigillantis sigillo vxoris, non officit vxori, quæ non nouit quid sigillaretur, h.d. Bald. Vel sic Vxor, quæ venditioni rei suæ factæ per maritum ignoranter apposuit sigillum suum, sibi non præiudicat.

Imp. Gordian. A. Græciæ. [1] †

LEX II.

Distrahente marito rem tui iuris, si consensum ei non accommdasti, [g] licet si gillo tuo venditionis instrumentum fraude conquisita, [h] signaueris: eiusmodi tamen commentum emptori usucapione non [1] † subsecuta, uel longi temporis præscriptione minimè munito, nullam præstitisse securitatem potest.

Non potest hæres iure hæreditario vel proprio venire contra factum defuncti, & si uenit & euincit tenetur de euictione ad interesse, hoc dicit Bal. & concor. Sal.

Impp. Diocletian. & Maximia. AA. [3] † Valeriano.

[margin: 3 † aliàs & CC.]

LEX III.

Venditrici succedenti [i] hæreditario iure perfectam rectè [k] venditionem rescindere, ac dominium reuocare non licet.

¶ Sed & si hæc ex persona sua uendicet, vel exceptione te doli mali, si hanc viam elegeris, tueris; vel, euicta re, si defensione [m] monstrata vti nolueris, quanti tua interest poteris experiri.

Mater pro debito filii nō potest res filii dare in solutū nisi filius ratificet, hoc dicit, Bald. vel sic: Mater pro debito filii non habet potestatem dandi res illius in solutū creditori, nisi illo consentiente, vel ratum habente, hoc dicit, Salic.

Ijdem AA. Astabili. [4] †

LEX IIII.

Mancipia patris, quæ fundum à Philippo conduxerat, successione tibi quæsita, domino fundi pro debitis [o] in solutum mater tua dādo, nihil tibi auferre potuit. [p] Ideoque si tu maior viginti quinque annis effectus, ab ea negotium gestum non fecisti ratum, oblato debito, [q] si nō hæc locator iure pignoris sibi obligata [r] vendidit, petere poteris.

Filius potest venire contra pactum patris iure proprio, hoc Bald. & Sal. Vel sic: Si pater vendat rem filii non præiudicat illi, hoc dicit, Sal.

m *Defensione.* id est prædicta exceptione doli.

n *Experiri.* actione ex empto pōt etiam agere ex stipulatu ad duplum, vt & ff. de euict. l. uendicantem & l. seq. & l. Seia. & inf. de libe. cau. l. si ab eo. & de euic. l. si ue possessio, & supra de rei vend. l. cum à matre, & de restit. milit. leg. quę a patre & aliud in hærede fideiussoris, qui suo iure vendicat, infra de euic. l. finali, non autem ipse fideiussor, ut in eodem titu. l. exceptione. sed si omisit exceptionem sua culpa, est cō demnandus, nihil ergo debet consequi, ut ff. de euic. l. si rem, §. si duplæ, & de reg. iur. l. quod quis, an si [4] † Assonione, Resp. hanc culpā al. Aphenon potest sibi uendibio tor imputare, cū ex ea lucrum senserit, id est rem, ut ff. de iure dotium, l. cum in fundo, §. quod si mulier. Sed si omnē sit exceptionem, & sic scienter reddidit ergo non debet repetere, ut ff. de condi. indeb. l. 1. quę est cōtra. Sol. hic habet emptor actionem ex empto, & exceptionem, unde restituendo rē, solum exceptioni renunciare uidetur, remanet ergo sibi actio maximè cū sciat ius suū vbiq; durare, ut ff. quibus modis pig. uel hypo. sol. l. sicut, §. non uidetur, sed in l. contra, solam exceptionem facti uel iuris habet, quam cum soluendo perdit, nil remanet. Item & si opposuit, & non admissa exceptio, adhuc agit, ut ff. de euic. l. sed & si exceptio. nec potest uenditor dicere pro se factam emptori iniuriam, ut ff. de leg. 1. l. si seruus plurium, §. final.

g *Non accomodasti.* licet tu maior eras.

h *Conquisita.* quia dicebat uit se locasse, ut sup. plus ua. q agi. l. si. vel quia dicebat esse epistolam, & ad hoc sup. de gabel. l. cum precib. & sume a contrario, ergo si sciuit apponendo sigillum, uidetur habere ratum, quod est not. ut inf. de episco. & cler. l. si qua per calumniam, & ff. rem ra. habe. l. de satisdatio. Sed arg. contra. ff. de pig. act. l. Caius. sed hic ignorabat, ibi sciebat ius suum vbique durare.

Distrahente. CASVS. Si fundū vxoris tuæ ea nō consentiente uendidisti: & fingens instrumētum venditionis esse instrumentum locationis, vel epistolam, vxorem tuā induxisti, ut illa sigillum suum apponeret nō præiudicabit mulieri, quo minus emptor teneatur, nisi sit secuta præscriptio, vel usucapio, si res erat mobili.

Venditrici. CASVS. Si mulier rem tuam uendidit, & ei successisti, rata est uenditio: nec reuocare poteris, & uendicanti tibi obijciet emptor de dolo. & si hac exceptione uti noluerit, & euincas rem, aget aduersus te ex empto ad hoc quod sua interest, uel ex stipulatione ad duplum nomine euictionis.

i *Venditrici succedenti.* id est hæredi uenditricis, qui succedit iure hæreditario.

k *Rectè.* dupliciter potest intelligi hæc lex, nam uenditrix non domina successit domino rei, & sic ex sua persona scilicet nouo domino vult uendicare, uel uersus e contra, ...

Mancipia. CASVS. Pater tuus conduxit fundum Titio, & in illum fundum agriculturæ causa mancipia duxit, decessit te instituto hærede, mater pro mercede dedit mancipia in solutum, an tibi præiudicet, quæritur? Dicitur quod non, sed si maior annis factum matris ratum nō habuisti, oblata mercede, si Titius mancipia non distraxit iure creditoris, recuperare poteris.

o *Pro debitis.* mercedibus.

p *Auferre potuit.* ut & supra de rei vend. l. mater.

q *Debito.* quod habet locum, etiam si esses minor, ut infra de prædi. mi. l. ut ete.

r *Obligata.* a patre tuo. & ad hoc supra, si aduer. vendit. pig. l. 2.

SI fundum.] CASVS. Pater meus mihi emancipato fundum donauit, vel vendidit, postea eundem fundum me inuito alij uendidit, & tradidit: nunquid potero vendicare? Certè sic, si patri non successi, emptor non praescripsit.

a Si fundum.] quem post emãcipationem quaesisti. Vel dic aduenticium: & secundum hoc dic secus, si ante, &c. Accur.

b Post emancipationẽ.] secus si ante: quia tuc pater esset dominus, & sic posset alienare, vt infra, de bo. que lib. l. fin. §. vbi autem, & §. ipsum autem. Vel dic idem si ante, vt infra de bo. mater. l. 1.

c Consentiente.] aliter si te volente: vt sup. si adu. do. l. 2.

d Successisti.] Aliter si successisti, vt supra eo. l. venditrici.

e Munitus.] tunc enim confirmaretur alienatio, vt sup. eo. l. 1. Et sic no. casus, in quibus res aliena potest alienari. Accur.

Ijdem AA. Aethro.

LEX V.

SI fundum [a] tuum pater post emancipationẽ, [b] te non consentiente [c] venundedit: neque ei successisti, [d] neque possidens longi temporis praescriptione munitus [e] est: tibi agenti, eum rector prouinciae reddi efficiet.

Hanc legem declara per id, quod dixi sup. eo. l. 1. Bal. vel sic. Vendens rẽ alienã, nõ preiudicat domino. h. d. Sal.

Ijdem AA. Rufo. †

† Rufinae.

LEX VI.

NEmo.] CASVS. Si rem meam tibi non obligatã, vel non habẽs ius distrahendi, puta rõne officij, distraxisti; mihi non praeiudicasti.

NEmo [f] res ad te pertinentes, non obligatas sibi, [g] nec ex officio [h] vendendi potestatem habens, distrahendo quicquam tibi nocere potuit.

Prohibita alienatione simpliciter, videtur prohibitus oĩs actus, per quẽ alteri quaeritur ius in re. h. d. Bal. vel sic. Si res prohibetur dominij trãslatio, sed pignoris obligatio, & vsusfructus, aliarumque seruitutum constitutio. Sal.

Imp. Iusti. A. Ioanni PP.

LEX VII.

SAncimus, * [k] siue lex [l] alienationẽ inhibuerat, siue testator hoc fecerit, [m] siue pactio contrahentiũ hoc admiserit: [n] nõ solũ dominij alienationẽ, [o] vel mãcipiorũ manumissionẽ esse prohibẽdã, [p] sed ẽt vsusfructus dationẽ, vel hypothecam, [q] vel pignoris nexũ penitus prohiberi.

f Nemo.] priuatus. secus in fisco, uel Imperator. vt inf. tit. 1. l. 2. de quadrien. pręsc. l. fi. secus, in flumine, vt ff. de ac. re. do. l. ergo. §. alluuio.

g Sibi.] quia tun potest vendere pacto, vel ex lege, vt infr. de iu. do. impe. l. fi. Accur.

h Ex officio.] publico, vel priuato: vt tutor curator, executor, exactor tributorum principis, vel procurator fisci. vt ff. de fur. l. interdum 2. §. qui tutelam, & inst. de offi. iud. §. fin. & ff. de euict. l. si pignora. & ff. de cens. l. forma. §. illam, & l. cum possessor. §. pro pecunia. & idem in procuratore, si habet liberum, vel speciale mandatum: vt ff. de procur. l. procurator cui, secus in vero: vt inst. quibus alien. licet. in prin.

i Potuit.] vt & sup. eo. l. 1. & ff. de acq. re. dom. l. traditio. sed fallit in casibus superioribus legi annotatis.

SAncimus.] CASVS. Quae verbo alienationis contineantur, intendit dicere haec lex, siue lex, siue testator, siue pacta contrahentium prohibeant, alienationem fieri. Dicit ergo, quod prohibitus alienare, dominium transferre non potest rei, quae alienari prohibetur, nec obligare, nec in emphyteusim dare, nec in ea vsumfr. constituere, nisi in casib. in quib. testamentum. vel lex, vel contrahentium pactio alienationem fieri permisit.

k Sancimus.] haec lex tractat de ultima parte rubricae, i. de prohibita &c. & enumerantur hac lege, quae continentur appellatione alienationis, siue lex, siue testator, siue pactio prohibuerit eam: non autem procedit, vt quaeratur, an transferatur dominium, si fiat contra prohibitionem, tunc enim dicas, si lex prohibeat, non: vt sup. de leg. & const. l. non dubium. Item si a testatore, cum & eius voluntas sit lex: vt in Auth. de nupt. §. disponat, col. 4. nisi sit nudum praeceptum: vt ff. de lega. 1. l. filiusfamilias, & diui. si vero pactio contrahentium prohibeat, nihilominus transit. Vt enim pactum sine traditione non transfert, ita & non retransfert. vel translationem non impedit. vt sup. pac. l. traditionibus, quod fit in vltimis voluntatibus: vt de facto facta alienatione redeat dominium in eum quem testator uoluit sine aliqua traditione: vt & ff. de le. 3. l. pater. §. quindecim. nam & transit sine traditione: vt ff. de furt. l. si Titio. Alij dicunt idẽ in probatione, quae fit pacto, vt dñium non transeat ar. huius legis, quae haec parificat, sed certè nõ in hoc parificat, sed in eo quod continentur appellatione alienationis: vt si fiat contra, agatur, vel rei vendicatione, quã lex, vel quã defunctus prohibuit, vel condictione ob cãm, quã pactio, vt sup. de condi. ob. cau. l. ea lege. Item pro eis, j. si manc. ita fuc. alie. l. ea. sed speciale in libertate: quia postea non posset reuocari, vt ff. de mi. l. si ex cã. §. aduersus. Vel ideo spãle, quia propter maleficia sunt huiõi, phibitiones, q expedit puniri: vt inf. de poenis, l. si operis. Vel ea est ratio, quia prohibita alienatione, vr cogitatũ de facto, sed prohibita manumissione, vr cogitatum de effectu beneficij: vt ff. de seru. export. l. si vẽditor. Alij aiũt, ut non sit contra d. l. ea lege. sup. de * cõd. ob cau. da. dicũt. cit ad hũc Aut fuit cogitatũ de l. ext. de pacto, vt tunc transferri. i. e. nõ cõratur dñium, sed aga cupiscẽtia, tur ad interesse. Aut in gl. su. g de effectu transferen verbo, cum di dñium: vt tunc nõ nisi mala. transferatur dñium. Sed alij distinguunt vtrum in tradendo & contrahendo, vel verũ in tradendo tñ opponatur phibitio vt tunc non transferatur dñium: an in contrahendo tantum, vt tunc transferatur. Et inducũt pro se, quod est ff. de actio. emp. l. si tibi, & de ser. vrb. praed. l. si binarũ, sed certè ibi loquitur de quodã pacto imponendę seruitutis, quod ante traditionem imponi non pot, cum sua res nemini seruiat ff. si vsuf. pet. l. vti frui. Sed illud magis vr obstare, quod est in Auth. de alie. & emph. §. sanctissimas, col. 9. sed certe ibi non solum pactum impedit alienationem, sed generalis prohibitio legis, quę pactum coadiuuat: sicut & in alio casu, vt in Auth. vt liceat ma. & auiae, in prin. col. 8. vbi ergo pactum non coadiuuatur, speciali lege transit dominium: vt dictum est.

* Bene facit ad hũc

Dñiũ, an trãsferat, si res contra prohibitionẽ alienetur.

l Si lex.] vt lex Iulia fundi dotalis, vt Inst. quib. alien. li. in prin. Item super rebus minorum, vt ff. de reb. eo. qui. l. 1. Item ecclesiasticarum, vt sup. de sacros. ec. l. iubemus. 2.

m Fecerit.] vt vetando quid alienari ext. familiam, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. libertis, & inf. de adm. tu. l. tutelam. & inf. qui non pos. ad li. per. l. 2. & de test. ma. l. contra voluntatem, & de fideicom. l. voluntas.

n Admiserit.] quia hoc pacto vendidi, ne alienares, sicut fuit sup. de cond. ob cau. l. ea lege. & j. de pac. inter emp. & ven. l. fi. ff. de uer. sig. l. si ita quis promiserit. §. l. ea lege. Sed in hoc contra. ff. de pac. l. nemo, sed hic non dicit de effectu pacti, an valeat, vel nõ: sed pacto apposito, quae comprehendantur. an aũt valeat, hẽs inf. de pac. inter emp. & vẽ. l. fi.

o Dominij alienationem.] quod fit quocunque modo transferatur dominium, vt inf. de fun. do. l. 2.

p Prohibendam.] à lege, cum lex, a testatore, cum testator, à pacto, cum pactio prohibuerit. Accur.

q Vel hypothecam.] hae non sunt verae alienationes, cum vsusfructus sit in re aliena, vt inst. de vsufru. in princ. & pignus in bonis debitoris manet, vt supra de pign. act. l. pignus, & per contractum emphyteuticum non dicitur fieri alienatio, vt infra de iu. emph. l. 2. sed ex interpretatione loquitur haec lex. vt in Auth. de non alie. §. alienationis, & §. qui vero Leonis. 2. col. 2. Nam verè non est alienatio, vt e. l. & ff. de verb. significa. l. alienationis, & j. de fundo do. l. 1. & 2. Item ad pignus est arg. contra. ff. de pig. l. in quorum. Solue, vt ibi. Vel dic, quod appellatione alienationis continetur pignus, ut hic: sed appellatione venditionis non, vt ibi P.

¶ Similique modo, & seruitutes minimè imponi, nec emphyteuseos contractus: * † nisi in ijs tantum modo casibus, in quibus constitutionum authoritas, [a] vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor, qui alienationem interdixit, [b] aliquid tale fieri permiserit. [c] *

De communi rerum alienatione.

TITVLVS LII.

Qui vendidit rem communem non præiudicat consorti, nisi secuta vsucapione, vel præscriptione, quo tamen casu in subsidium tenetur ad partem pretii. h.d. Bald. vel sic. Vendens rem communem non præiudicat socio, quin partem suam possit vendicare, nisi res sit vsu capta, vel præscripta & tunc contra socium potest agere ad pretium hoc dicit Sal.

Imp. Antoninus. † A. Apollodoro.

LEX PRIMA.

SI nulla vsucapione prærogatiua, vel diuturni silentij præscriptio emptorem possessionis [d] quam à coheredibus patrui tui [e] distractam suggeris, proportione tua munit: in rem actio [f] incolumis perseuerat. at si receptum ius [g] securitatem emptori præstiterit, arbitrium est [h] tibi liberum conueniendi eos, qui proportione tua satis illicitam venditionem celebrauerunt.

Ratione communionis pōt fiscus totā rem efficaciter vēdere: secus in priuato, etiam si pretium in fisci vtilitatem conuertat. h.d. Bal. vel sic: Si fiscus rem communem vendat, præiudicat socio, non si priuatus vēdat, licet emptor de voluntate venditoris fisco pretium soluat. h.d. Sal.

Idem A. Terentiano. †

LEX II.

MVltum interest, vtrū coheredes tui [i] possessionem communem distraxerunt: an vero fiscus, cum partis dominus esset, soliditatem iuxta proprium priuilegium [k] vendidit. Etenim si à fisco facta sit venditio, fidem eius infringi, minimè rationis est. Si vero coheredes soliditatē vendiderunt, licet emptor ab his delegatus partem pretij fisco soluerit, [l] alteramq; in cautionē deduxerit: tamen portioni tuæ ea venditio nō potest obsistere.

Quando aliqua communia sunt pluribus uel singulis vnusquisque per se habet partis suæ alienandę liberam facultatem. h.d. Bald. vel sic. Pars rei communi potest vēdi etiam extraneo, ante intentatum iudicium communi diuidundo. h.d. Sal.

Impp. Dioclet. & Maximi. AA. † Eusebio.

LEX III.

FAlso tibi persuasum est, [m] communis prædij portionem pro indiuiso antequam cōi diuidundo [n] iudicium dictetur, tamen socio, non etiā extraneo posse distrahi.

Alienatio pro parte nō valet. h.d. Bal. vel sic: Miles partem rei suæ alienatæ potest vendicare: sed non socii partem, etiam si pro illa offerat pretium. h.d. Sal.

Idem AA. † Vlpiano militi.

LEX IIII.

ADDITIO. Bar. ibi dicit, aut res prohibetur vendi, vel alienari, tunc non potest obligari, hic. Ratio est, quia per obligationem peruenitur ad venditionem pignoris, vt l.2. & 3. ff. de distra. pig. sicut ergo prohibetur venditio, ita & eius preambulum: vt l. oratio. ff. de spon. Quandoque prohibetur persona emere res, non aūt prohibet res uendi, tunc ille nō impeditur pignori accipere casus est in d.l. in quorum in gl. alle. Ratio: quia licet accipiat pignori, per hoc nō conceditur, vt ipse accipiat sibi in solutum, vel in emptionem, sed q alij vendat pro suo debito, quod non est prohibitum. hoc tamen limita singulariter, vt per Bar. hic.

a *Authoritas.*] quæ permittit, rem dotalem, si mulieri expedit, alienari, vt ff. de iure do. l. fi. Item rem ecclesiasticam: vt su. de sacros. eccl. auth. hoc ius. Item rem minoris, vt infra de præd. mi. l. ob æs.

b *Interdixerit.*] s. generaliter.

c *Permiserit.*] s. specialiter in aliqua persona, vel causa.

† Al. contractum.

* Sed nec in feudum dare. Vide Cuiac. 2. feudo. titu. 4.

* Ista lex circa prin. reputatur sing. secundum Bart. ad hoc, q alienatione prohibita, videt prohibitus omnis actus, p quem fit translatio dominij directi vtilis vel alicuius i ? re.

DE COMMVnium rerum alienatione.

† Gordianus.

SI nulla.] CASVS. Si uno cohæredes rem habeat comunē, & vnus insolidum eā vēdat cohærede ignorante: an partem suā vendicare possit? Distinguitur, aut emptor præscripsit, aut non. si sic, non potest & hoc in prima, & hæc sunt vera non solum in emptore, & cohærede, sed in hærede emptoris, & hærede cohæredis.

d *Possessionis.*] & rerum mobilium, quæ in ea erant, propter quæ mentionem facit de vsucapioni. Vel quod dicit de possessione, & ad mobilem rem, & ad immobilem potest referri. Accursius.

e *Patrui tui.*] Patrue hic succedit, qui patruus successerat cu quibusdā alijs cuidā alij: cū quibus cohæredib. patrui nō erat hæc res cōis huic.

f *In rem actio.*] quę quidē longe tēpore tollitur, vt j. in qui. caus. cess. lon. tempo. præsc. l. hereditatem. Sed contra in e. ti. l. vnus, sed ibi solui.

g *Ius.*] i. vsucapio, vel præscriptio.

h *Arbitrium.*] supple, vel non conueniendo. & dic actione negotiorum gstorum in subsidium, vt sup. tit. 1. l. 1. & hoc si pro parte potuit expediri: alias fam. erc. vt sup. de neg. gest. l. si ab vno. & dixi sup. fam. erc. l. in familiæ.

MVltum.] CASVS. Inter duos casus ponit hęc lex differentiam: cū quis habet rem communem cum aliquo, aut cum priuato, aut cum fisco. Primo casu, si priuatus rem cōmunem vendat, priuato non pręiudicat quo minus, eam rem vendicet. Secundo casu, si fiscus uendat: rata manet venditio propter priuilegium fisci. vnde in primo casu, licet emptor à priuato delegetur, vt fisco partem soluat, vendicat.

i *Tui.*] priuati.

k *Proprium priuilegiū.*] qd est, vt occasione modicæ partis totū possit vendere: vel quia melius uendit suam partem, vel quia indiuidua est, vt infra de vend. re. ciu. l. 1. lib. 10. Si autē nullam habet ibi partē, aut suam credit, tunc habet locum infra de quadr. præsc. l. fin. Si sciat alienam, nō puto, quod pręiudicet domino, nam si ideo præiudicat, quia partem habet, ergo si partem non habet, non præiudicat.

l *Soluerit.*] & ita videbatur conueniens, vēditionem non posse infringi, quia pretiū fiscus habet, ut supra sed tamen secus est, vt ff. de vsur. l. cum quidam. §. si debitores, & ff. de iure fis. l. si fiscus.

FAlso.] CASVS. Si habebam rem communem cum Titio: an alij, quam Titio partem meam p indiuiso antequā diuidatur, possim vendere, quæritur? Resp. quidam, q non, sed male persuaserunt.

m *Persuasum est.*] vt supra de contrahen. emp. l. dudū, & j. de iure do. l. ante diuisionem. Accur.

n *Antequam communi diuidundo.*] post acceptum namque iudicium, socijs non consentientibus alienare prohibetur, vt supra. commu. diu. l. 1. sed in familiæ erciscundæ, etiam post motam controuersiam: quia

† Terentiano.

Fiscus alienam rē vendēdo, an, & quādo domino præiudicet.

† Alias, & CC.

† Alias, & CC.

quia simile est petitioni hæreditatis: ut ff. de pet. hær. l. diuus. & l. sed & si lege. §. si ante litem.

PORTIONEM.] CASVS. Si habebam rem communem cum milite, partem suam alienare non potuisti.

a *Tuam.*] id est tui.

b *Eius.*] s. fratris non militis.

c *Pretio.*] quia tu emptus esse debes.

d *Grauitati conuenit.*] vt & s. communia vtriusque iud. l. si fratres. & arg. s. de resc. vend. l. tutas.

SI *maior.*] CASVS. Si prædium mihi, & tibi commune Titio credenti tuum proprium vendidisti e parte mea euicta, licet de euictione nihil conuenerit, emptori ad interesse tenebe- ris.

e *Nescienti.*] quia si sciuit, non tenetur aliqua actione. ut infra de euict. l. si fundum. nisi stipulatione prospexerit, ut s. com. vtriusque iudi. l. si fratres, & ff. de doli exce. l. apud Celsum. §. item Labeo scribit. Alij dñt et scientem agere, saltem ad pretium, per l. ff. de acq. empt. l. ex empto. §. quia autem, quod nõ placet, & in alio casu ibi loquitur.

f *Conuenerit.*] agitur ergo de euictione, licet non conuenerit, vt j. de eui. l. non dubitatur, & ff. de euic. l. 2. & facit j. de contrah. emp. l. fi idcirco.

g *Emptori.*] s. conuentus actione ex empto pro euic. Accur.

PORTIONEM quidem tuam [a] militantis, frater tuus alienare non potuit. Eius [b] aũt partẽ pretio [c] soluto tibi restitui postulare, nec militari grauitati conuenit. [d]

Vbi res pro parte euincitur, pro parte debetur euictio. h. d. Bald. Vel sic: Euicta etiam rei parte, emptor, qui ignoranter emit, agit ad interesse: licet sibi non prospexit de euictione, h. d. Salic.

Ijdem AA. & CC. Olympiano.

LEX V.

SI maior annis vigintiquinque veluti propria nesciẽti [e] communia cum fratribus tuis prædia distraxisti: licet nullum instrumẽtum intercesserit, nec quicquam specialiter conuenerit: [f] alienæ portionis euictione secuta, quanti interest, emptori [g] solues.

Rem alienam gerentibus, non interdici rerum suarum alienationem.

TITVLVS LIII.

Ratione officii male gesti nõ interdicitur venditio: sed cũ sua causa res transfertur. h. d. Bal. Vel sic: Tutores vel curatores, administratione durante, non prohibentur res suas alienare, nec ea finita: licet sint ex ea causa iam condemnati. h. d. Sal.

LEX VNICA.

NOn est interdictum tutoribus, vel curatoribus, [h] etsi ex eo titulo iudicati debitores sunt constituti, cum sua causa [i] res suas alienare. Potuit ergo [*] curator tuus fundum suum cum suo onere [k] obligare fisco nostro, nam & priuato potuisset. [l]

REM ALIENAM, &c.

* Sed tamen tutor contrahere vectigal a fisco non debet. ut infra ne tutor vel curat. vectig. l. 1.

NOn est.] CASVS. Tutor, vel curator finita tutela, vel cura a pupillo conuentus, & condemnatus ex mala administratione tutelæ in reo, an res suas distrahere possit, quæritur, Respond. q; sic: sed cum sua cã. s. pignoris. Tacite n. sunt pupillo obligatæ: & obligare potest tam fisco, quam priuato, cum sua tamen causa.

h *Vel curatoribus.*] & multo minus procuratoribus, qui priuatum habeant officium.

Tutori
riculosum
est
here offi-
cio deposi
to, anteq
rõnẽ red-
diderit.

i *Causa.*] s. pignoris. Sunt n. tacitè obligata pupillo, & adulto contra eo, ut inf. de adm. tu. l. pro officio, & quod dicit de alienatione, idem est de obligatione: vt subijcit.

k *Onere.*] ut & ff. de iure fisc. l. res, §. 1. & j. de distra. pig. l. si debitor. & ff. de contrah. emp. l. alienatio.

l *Potuisset.*] ut & ff. qui po. in pig. ha. l. si pignus, si tamen deposito officio tutor ante quam rationem reddas, cum fisco contrahat, tenetur. l. Cor. de falsis si adhuc viuit ille, cuius tutela est administrata, vel cura: non alias: vt ff. de fal. l. 1. §. tutores. Sed si cum priuato, tenetur crimine stellionatus, quod subsidiarium est. ut ff. de cri. stel. l. 3. §. fin. & ff. de pign. actio. l. tutor, §. fin. & concor. ff. de actio. empt. l. si hæres. & inf. de ijs, qui in prio. cre. lo. su. l. 1. § potiores. Accur.

* No. arg. a vẽditione præmissa ad pignoris cõstitutionẽ. E cõtrario non valet, conditio en phiteuticos vendi nõ potest, dño nõ denunciãte. l. ult. C. de iu. emph. pignorari tamẽ põt, l. 16. in fin. ff. de pig. Vi. Cuiac. 5. feu. imp.

De pactis inter emptorem, & venditorem compositis.

TITVLVS LIIII.

DE PACTIS inter empt. & vend. &c.

Quia in venditionibus varia apponuntur pacta ideo de his dicit. vel ponit.

Propter moram ex pacto, emptor arrhas perdit, & rem traditã restituere tenetur. h. d. Bald. Vel sic: Pactũ, vt emptor perdat arrhas, & rem restituat, si intra tẽpus conuentum non soluat pretium, est seruandum. h. d. Sal.

Imp. Anton. A. Diotimæ.

LEX PRIMA.

SI ea lege prædium vendidisti; vt nisi intra certum tempus pretium fuisset exsolutum, emptrix arrhas perderet, & & dominium ad te pertineret: [m] fides contractus seruanda est. [o]

SI *ea.*] CASVS. Vendidisti mihi prædium ea lege, ut si statuto tempore pretium non soluerem, arrhas, quas dedi, amitterem, & rem tibi restituerem: an valeat talis pactio, quæritur? Respond. quod sic.

m *Arrhas perderet.*] in hoc facit ff. de lege comm. l. de lege, & potes hic discere distinctionem pactorum, quam not. supra de pac. l. in bonæ fidei.

n *Teneretur.*] id est, restitueretur tibi. Similis expositio ponitur, infra de donat. ante nupt. l. si cum ante nuptias, & infra de iure dot. l. etiã si non. & est ad hoc supra de transactio. l. si super. Et sic patet, quod non est pactum legis commissoriæ, vbi ipso iure redit dominium: sed hic per hæc verba, res fit inempta: vt & infra. l. commissoriæ.

† Deton.

o *Seruanda est.*] per actionem ex vendito informatam, vel præscriptis verbis, & infra l. proxima, & eundem casum habes infra l. tertia. Item facit, supra de condictio. ob causam, l. secunda, & ff. de leg. l. fin.

Valet pactũ de re retrouẽdenda, & ex mora veniũt fructus. h. d. Bal. Vel sic; Pactũ, vt emptor rem restituat, si intra certũ tempus pretium ei offeratur, est validũ & ex eo datur actio pretium offerẽti, & consignanti: & habetur ratio fructuum perceptorum post oblationem h. d. Sal.

Imp. Alexan. A. Charisio.

LEX II.

SI fundum parentes tui ea lege [p] vendiderunt, vt siue ipsi, siue hæredes [q] eorum emptori pretium quandocunque, † vel intra certa tempora obtulissent, restitueretur, [r] teque parato [s]

† quãdoq;

SI *fundum.*] CASVS. Pater tuus vendidit Titio fundum hoc pacto: ut quandocunque pretium sibi refunderet, vel hæres, vel intra certa tempora, restitueret ei fundum: offerente te, qui es hæres patris pecuniam, si Titius, uel hæres eius fundum non restituat, agere potes præscriptis verbis, ut fides seruetur.

p *Ea lege.*] id est pacto. Et not. quod nec hic est pactum, l. commissoriæ.

q *Siue hæredes.*] hoc non fuit necesse dici. ut ff. de proba. l. pactum.

r *Restitueretur.*] s. fundus.

s *Teque parato.*] s. venditore, vel hærede venditoris.

satisfacere conditioni dictæ, hæres emptoris non paret: vt cõtractus fides seruetur, actio præscriptis verbis, vel ex vendito [a] tibi dabitur, [b] habita ratione eorum, quæ post oblatã [c] ex pacto quantitatem, ex eo fundo ad aduersarium peruenerunt. [d]

Valet pactum, vt res ad vẽditorẽ reuertatur, sic residuum non soluatur. h.d. Bal. vel sic; Tradens fundum vt pretio intra certum tempus non soluto, ad se reuertatur, ex vendito habet actionem, non rei vindicationem. Sal.

Idem A. Felici militi.

LEX III.

QVi ea lege [e] prædium vendidit, vt nisi reliquũ pretium intra certum tempus restitutum esset, ad se reuerteretur: si non precariam possessionem tradidit, [f] rei vindicationem [g] non habet, sed actionem ex vendito.*

Qui elegit viam contractus, non potest reassumere viam pœnitentiæ, & distractus. h.d. Bal. vel sic; Pacto legis commissoriæ non potest vti, qui pretium, vel eius vsuras maluit sequi. Sal.

Idem A. Iuliano.

LEX IIII.

COmmissoriæ venditionis legem exercere nõ potest, qui post præstitutum pretij soluendi diem, nõ vindicationem [h] rei eligere, sed vsurarum [i] pretij petitionem sequi maluit.

Vsuræ ex pacto veniũt ex pacto. Vsuræ ex mora, veniũt ex mora, h.d. Bal. Vel sic: vsuræ deductæ in pactum iuxta contractum incõtinenti appositum, iure actionis debẽtur: non si pactum sit ex interuallo appositum; quia tunc non ex pacto, sed iudicis officio tãtũ debentur ex mora. Salic.

Imp. Gordianus. A. Lõgino.

LEX V.

INitio venditionis si pactus es, [k] vt is, cui vendidisti possessionem, pretij tardius [l] exoluit tibi vsuras pẽsitaret†: non immerito existimas, etiam eas tibi adito præside prouinciæ, ab emptore præstari debere. Nam si initio contractus non es pactus, si cœperis experiri deberi ex mora duntaxat [m] vsuras: tam ab ipso debitore, quam ab eo, [n] qui in omnẽ [o] causam empti suam fidẽ adstrinxit ve iure postulabis.

† Pẽsitari.

Si non seruatur substantiale pactum, rescinditur quicquid est actum. Substantiale est, quod causam cõtractui dat. Bald. vel sic; Si non impleatur id, propter quod fundus exiguo pretio venditus fuit: potest venditor illum petere sibi restitui cum fructibus. Salic.

Imppp. Carus, Carinus, & Numerian. AAA. Rimulo, al Romulo.

LEX VI.

CVm te [p] fundum tuum certæ rei cõtemplatione [q] inter uos habita, exiguo pretio in alium transtulisse commemores: poteris

a *Ex vendito.*] informata. Accur.

b *Dabitur.*] Sic ergo nota duas actiones dari ex hoc pacto incontinenti apposito, vt & infra, de præscr. ver. l. rebus, & de donatio. l. legem, & de iure dot. l. aula. & ff. de actio. empt. l. si sterilis, §. si tibi, & infra quando dec. opus non est, l. 1. & ff. de præsc. ver. l. si vir. & ff. de contrahẽ. empt. l. qui fundum. in vlti. col. & ff. de pac. l. iuris gentium, §. sed cum nulla.

c *Oblatam.*] & consignatam, & depositã, vt inf. eod. l. si a te. & ff. de le. com. l. si.

d *Peruenerunt.*] ad hoc est ff. de lege cõmi. le. si fundus. in prin. & l. leg.

QVi ea lege.] CASVS. Prædium mihi vendidisti, & partem pretij solui hoc pacto: vt si intra annum residuã partem pretij non offerrem, q prædium ad te reuerteretur: si non solui, vt conueni an rei vendi. habes pro prędio, quęritur? Respond. quod non, sed actionẽ personalem ex vendito, quia transtulisti dominiũ: nisi precario possessionem vsque ad id tempus mihi tradidisses: quo casu competit tibi in rem actio, quia apud te dominium remansit.

*Vi. Cuia. 16. obs. 19.

e *Ea lege.*] nec hic fuit pactum legis cõmissoriæ.

f *Tradidit.*] sed puta si in antẽ precario tradidisset, dominium apud se retinuisset: vt ff. de preca. l. & habet, §. cum quis.

g *Vindicationem.* quia verbis legis commissoriæ non est vsus, s. quod esset res. inempta. tunc enim bene vindicaret: vt inf. l. proxi. & ff de rei vendi. l. si quis hac, & est sic. s. de cond. ob cau. l. ea lege.

COmmissoria. CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto, ut si statuta die pretium non soluerẽ, q esset inemptũ, non solui: sed eo clapso pretium cum vsuris petiuisti: videris recessisse a priuilegio legis cõmissoriæ: vnde prædium vendicare non poteris.

1 Videtur de mente Sali. & facit pro gl. q res per cõmissum perdit ipso iure, l. commissa. ff. de pub. & secũdũ oẽs doct. ista gl. est indubitata, maxime qñ pactũ fit per verba merè directa. & tituli rescissiua.

h *Vindicationem*] potest ergo vendicare: vt hic: & ff de rei vend. l. si quis hac, & de leg. commis. l. fin. Sed contra. sup. de pac. l. traditionibus & ff. de pac. l. ab emptione. in fine, vbi dicit, nudis pactis non transferri dominium. Sed dic specia le in pacto l. commissoriæ. 1 Item no. non esse licitum variare: vt ff. eod. post diẽ, & h. de lege, in fin. & de mino. l. Aemilius. Item not. q quilibet suo priuilegio potest renunciare. sic sup. de pact. l. pen. Item q qui elegit vnum ex contrarijs, alij renunciasse videtur, vt ff. de inof. testa. l. mater.

i *Vsurarum.*] ex pacto incontinenti apposito debiturum, ve ex mora: vt inf. l. prox. & facit. ff. de dona. cau. mor. l. si mortis 2. & infra, de iu dõ. impe. l. 2.

INitio.] CASVS. Vendidisti mihi prędium hoc pacto, vt statuta die pretio nõ soluto, tenerer tibi ad vsuras, si non soluo, usuras soluere cõpellendus sum, & hoc in prima. Si vero in initio contractus hoc non pepigisti: ab eo tempore, quo fuero in mora, venient vsura, & tam a me, quã a fideiussore meo eas petere poteris.

k *Si pactus es.*] incontinenti, etiam citra stipulationem, ut ff. depositi. l. Publia. §. Lucius & s. de pac. l. in bonæ fidei. secus in fœnebri pecunia, in qua non debentur vsuræ sine stipulatione, vt sup. de vsur. l. quamuis. 1.

l *Tardius.*] a die contractus, puta dabis mihi pretium, & vsuras vsque dum illud solueris.

m *Duntaxat.*] s. cum nec fructus perceperit: vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. ex vendito. nec minor est, cui debetur: ut & s. de ac. empt. l. curabit & s. in quibus causis in integ. rest. non est ne. l. in minorum. Et no. quod hoc casu officio iudicis petitur, vt s. depositi. l. 4. sed superiori iure actionis ex eo cõtractu, vel præs. ver. vt s. eod. l. 2.

n [illegible] fideiussore.

o *In omnem.*] vt & ff. de vsu. l. si qs solõni, §. 1. & s. man. l. post. Et dic idem, si simpliciter fideiussit, ac si in oẽm causam, vt plene habes no. ff. loca. l. quæro in prin.

CVm te.] CASVS. vẽdidi tibi prędium pro x. q valebat xx. hac lege, ut si per patriã tuã cõtigeret me trãsire, q tu honorifice me reciperes: trãsiui, & non recepisti me, sed te abscõdisti, volo agere ex vendito, ut rem mihi restituas, quia hoc conuenit forte: vel q alias nõ essem distracturus, nisi fecisses. q conuenit ideo minori ptio vendidi, an rescindere vendõnẽ possim; quæritur? Respon. q sic, refuso tibi pretio, q dedisti, quia pretio refuso, nullam videris passus iniuriam.

p *Cum te* pone sic casum. Dabo tibi pro c. si dederis mihi equũ.

q *Contemplatione.*] dantẽ causam contractui.

Frandi.

a *Fraude.*] i. damno.
b *Quando.*] pro quia.
c *Conueniat.*] immò videtur ad interesse tantum agi: vt sup. de resc. vend. l. ea conditio. quæ est contra. Solut. hic duo conuenit, vt aliquid fieret: quod si non fieret, quod res restitueretur: ibi vnum tantum. Vel verius hic esse fam dedit cõtractus hic conuentio, quia alias non erat cõtractus, ibi sic.
d *Perficiet.*] id est, p̃cipiet et actionem ex vendito: et argu. ff. de contrahen. emp. l. hęc venditio. §. fin. & l. seu Celsus. §. 1. & l. fundi partem, & supra de contrah. emp. l. si non donationis, & infra, de don. l. legem, vel per condictionẽ ex hac l. non autem per cõditionem ob causam, quæ in contractibus nominatis locum nõ habet, vt ff. de condi. ob cau. da. l. 6. Accur.

*Vi. Rol. a Vall. cõs. 59. nu. 5.
†promissa
†Diuersa.
Cõdictio ob cãm ñ habet locũ in contractibus noiatis.

tibi ea res non esse fraudi,[a] quando nõ impleta* promissit† fide, dñij tui iuris in suã causam reuerti conueniat.[c] Et ideo aditus competens iudex, fundum, cuius mentionẽ facris, restitui tibi cum fructibus suis sine vlla ludificationes sua auctoritate pficiet:[d] præcipuè cum & aduersa † pars receptis nũmis suis, nullã passa videri possit iniuriã.

Dilatio, quę vim cõtractus perimit, non potest concedi per rescriptum in forma communi impetratum. si autem non perimit, sed prorogat sic. h. d. Bal. Vel sic: Pactum, quod res sit inempta, pretio reddito est validũ, nec tollitur rescripto. & contra se subtrahentem, sufficit oblatio, & depositio. h. d. Sal.

Impp. Diocletia. & Maxim. AA. Musæo. †

LEX VII.

SI à te comparauit is, cuius meministi, & conuenit, vt si intra certũ tps soluta[e] fuerit data quantitas, sit res inempta: remitti hanc cõuentionem rescripto nostro non iure petis.[f] ¶ Sed si subtrahat, vt iure domin[i]j eandẽ rem retineat: denunciationis, & obsignationis, depositionisq; remedio, contra fraudem[g] potes iuri tuo cõsulere.

Illa conuentio rata habetur, quæ tẽpore contractus celebratur, nisi postea resoluatur. h. d. Bald. vel sic: Pacta sunt seruanda, nisi cõtrario pacto tollantur. h. d. Sal.

† Musco. al. Mtico. al. Musico.

I à te.] CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto, vt si statuta die, puta intra annum, pretiũ mihi redderes, quod esset inemptum, an possis impetrare rescriptum, ut in longius tẽpus liceat soluere? Respond. nec concessum tenet. Si vero nolui recipere oblatum a te pretiũ, offeres, depones, & consignabis. Viuianus.
e *Soluta.*] idest reddita a venditore emptori.
f *Petis.*] tu venditor petebas enim, vt quod tibi licebat vsque ad annum, posses facere, vsque ad bienniũ scilicet reddere pecuniam, & recipere rem, & sic est contra supra, de preci. impe. offe. l. quoties. Sol. hic ad actionem petebatur, ibi ad exceptionem. Vel hic magnum, ibi paruũ tẽpus petebatur. Vel hic noluit princeps indulgere.
g *Contra fraudem.*] emptoris nolentis recipere, quod debet, vt hic, & infra, quando decr. opus non est. l. prima, occurritur dico per oblationem, & consignationem, & depositionem, ut hic, & inf. de iu. emphy. l. 2. in fin.

Tempore.] CASVS. Pacta, quæ inter emptorem, & venditorem tempore contractus incontinenti ante, vel post apposita sunt, ut quod fideiussorem mihi dares nomine euictionis, obseruanda sunt: nisi ut recedi possit postea conueniat.
h *Tempore.*] idest incontinenti ante, uel post, supra, de pactis. l. petens, & l. in bonæ fidei, & ff. de pactis, l. in emptionibus, & l. iurisgentium, §. quinimo. & supra de rebus alien. non alie. l. fi.
i *Pacto.*] vt supra de pactis. l. pacta, & arg. sup. de usu. l. aduersus, & l. quamuis. Accur.

Ijdem AA. & CC. Auxanoni. †

LEX VIII.

TEmpore[h] contractus inter emptorem, & venditorem habitam conuentionem, integrã seruari, si ab ea posteriore pacto[i] non recedatur, certum est.

Valet pactum, quod in loco vendito non possit monumentum cõstrui, vel capella ędificari: quia prope monumentũ, & ecclesiam sæpe conuersantur inimici. h. d. Bal. vel sic: Pactum ne in re tradita monumentum extruatur, vel ne iuri humano eximatur, est seruandum. h. d. Sal.

Imp. Iustini. A. Ioanni PP.

LEX IX.

SI quis ita paciscatus in venditionis, vel alienationis[k] contractu, vt nouo domino nullo mõ liceat in loco vẽdito, vel alio mõ sibi concesso monumentum exstruere, † vel alio mõ humano iuri eũ eximere;[m] sancimus, licet hoc apud veteres* dubitabatur, tale pactum ex nostra lege esse fouendũ, & immutilatum permanere.[n] Forsitan. n. multũ eius intererat, ne ei vicinus, non solum quem nollet, aggregaretur,[o] sed & pro quo spãliter interdictum est. Cũ etenim venditor, vel alter † alienator non alia lege ius suum transferre passus est, nisi tali fretus[p] conuentione: qũo ferendum est, aliquam captionem ex varia pati eum interpretatione.

† al. Auxononi.

I quis.] CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto ne liceret mihi in eo facere monumentum, an valeat tale pactum, quæritur? Respond. quod licet olim dubitaretur, an valeret, dicit tamen Imperator valere, pot enim tua interesse, ne sit monumentum, ne occasione monumenti, inimici tui veniant ad domum tuam, quæ iuxta fundum illum est, vnde valebit pactum.
k *Vel alienationis.*] licet alterius, nam & venditio alienatio est.
l *Nouo domino.*] i. emptori.
m *Eximere.*] scilicet dedicando.
n *Permanere.* immo duabus rationib. videtur non valere. Prima, quia non interest per l. ff. de pa. l. nemo. quæ est contra. sed hic ualet pactum, ut possit agere ad interesse, si cõtra fiat, alienatio tamen ualet, ibi. Vel hic in contractu, & sic in re, quę erat tradentis, ibi non. Secunda est, quia hic non fuit stipulatio, vt ff. de religios. l. quod si locus, quæ est contra. Solu. hic erat locus purus, ibi iam religiosus, vel religioni destinatus. Vel hic corrigit, uel hic fuit stipulatio. Sed an aget ex hac stipulatione, uel pacto? Quidam quod non, cum pecuniariter non intersit. sic & aliis ex inutili stipulatione non agitur, ut ff. de uerborũ obligationibus. l. Titia, quod non placet, immo pecuniariter potest interesse propter frequentiam hominum, uel aliquorum inimicorum, qui ad locum illum venirent, & hoc subijcit, forsitan enim &c.
o *Aggregaretur.*] quod esset, quando pactum fuisset de nõ alienando.
p *Fretus.*] tali, casu repetet rem actione ex vendito, reddito pretio, vt supra eodem, l. cum te. non rei vendicatione, ut dixi supra de rebus alienis non alien. l. finali.

† Cõstruere.
* Pomponium intel. aut thorem l. 67. ff. de pa. Goth.
† al. alius.

SI SERVVS EXPORTANDVS, &c.

Specialia quædam pacta fiunt in venditionibus seruorum: ideo de his dicit.

L*ege venditionis.*] CASVS. Seruum mihi uendidisti hac lege, vt exportaretur intra annum, & nisi exportaretur, qd liceret tibi manumittere, ante tempus eũ manumisti, tenet manumissio, sed lapso tpe nisi exportet, redeget in seruitutẽ, & fisco applicabit. Si vero non manumisti nec exportatus est, manus immissio non denegat.

a *Exportata.*] i. exportanda, vt sup. de legi. & consti. l. 1.

b *Denunciatione.*] i. conuentione.

c *Antequam fides.* postea non, vt inf. cod. l. ancilla.

d *Venduntur.*] recidunt ergo in seruitutẽ, & de ipso iure facto dñio fisci venditur fiscus, vt & tacitũ fideicõmissum, vt infra, ad l. Fald. etiam.

e *Eadem lege.*] Nã si fiscus vendat, simili pacto uendet, vt in loco phibito nõ moretur. Sed si pmissu emptoris, qui emit a fisco, morat in loco prohibito, cui dat manus iniectio primo venditori, an fisco? Dñr q̃ fisco alius. n. homo vr, cũ toties sit mutatus, vt ff. de sol. l. qui res. §. Arca. Sed Io & Azo dicũt, q primo venditoris, & sic si p plures manus ambulauerit, semp prior est potior, sicut & i lege de seruo nõ astituendo dr, vt ff. e. l. si Titius. & de phen. emp. l. si q̃s sub hac, cũ nõ eius voluntate pueneri t ad libertate, sicut nec p dic cõditio turtica. ff. de cond far. l. & iõ sed cessauit ad tẽpus actio. vt d. l. q res. §. aream, & de ver. ob. l. inter stipulantem §. sacram.

f *Veniunt.*] ad fiscũ.

g *Exceperunt.*] vel excepisse intelliguntur, vt inf. eo. l. si.

h *Ante.*] i. facta fide. quod in locis prohibitis non moretur.

i *Denegatur.*] ipso iure ex pacto redeunte dñio in venditorem, sicut in pacto l. commissoriæ, sm H. Vel demum manu iniecta sm Io. & Azo. vt intra. l. prox. in prin.

Seruũ exportandũ nõ serua ta lege vẽ diderit si seus, de manus iniectio primo venditori, an fisco? cui datur manus iniectio.

Si seruus exportandus veneat.

TITVLVS LV.

Emptor serui exportati potest eum manumittere, antequam veniat contra pactum, non potest: & tamẽ contrauenient, fisci seruituti subijcitur: quia ad fiscum pertinet delicta punire, vnde omne delictum fiscum habet vltorem. h.d. Bald. vel sic. Seruus venditus exportandus (& sic ne certo loco moretur: aliàs liceat venditori manus inijcere) potest exportatus (& sic non rupta fide conuentionis) manumitti, & tunc manumissus ad locum prohibitũ non põt accedere aliàs in seruitutem deducitur, et à fisco uendicatur ante tamẽ manumissionẽ, si sit cõtra factũ, hẽt dominus manus iniectionem. h.d. Sal.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Petroniæ.

LEX PRIMA.

non transeat ar. huius legis, quæ hæc parificat, sed certe nõ in hoc parificat, sed in eo ꝙ contineantur appellatione alienationis: vt si fiat contra, agatur, vel rei vendicatione, qñ lex, vel qñ defunctus prohibuit, vel condictione ob cãm, qñ pactio, vt sup. de codi. ob. cau. l. ea lege. Item pro eis, ↄ. si manc. ita fuc. alie. l. ea. sed speciale in libertate: quia postea non posset reuocari, vt ff. de mi. l. si ex cã. §. aduersus. Vel ideo spãle, quia propter maleficia sunt hmõi ꝓhibitiones, õ expedit puniri: vt inf. de pœnis, l. si operis. Vel ea est ratio, quia prohibita alienatione, vr cogitatũ de facto, sed prohibita manumissione, vr cogitatum de effectu beneficij: vt ff. de serui. export. l. si vẽditor. Alij aiũt, ut non sit contra d. l. ea lege. sup. de cond. ob cau. da. dicũt. ctt ad hæc Aut fuit cogitatũ de l. ext. de facto, vt tunc transfe sti c. nã cõtratus dñium, sed aga cupiscẽtia tur ad interesse. Aut in gl. fu g de effectu transferen verbo, cum di dñium: vt tunc nõ nisi mala. transferatur dñium. Sed alij distinguunt vtrum in tradendo, & contrahendo, vel verũ in tradendo tñ opponatur ꝓhibitio vt tunc non transferatur dñium: an in contrahendo tantum, vt tunc transferatur. Et inducũt pro se, quod est ff. de actio. emp. l. si tibi, & de ser. vrb. præd. l. si binarũ, sed certè ibi loquitur de quodã pacto imponendæ seruitutis, quod ante traditionem imponi non pot, cum sua res nemini seruiat ff. si vsuf. pet. l. uti frui. Sed illud magis vr obstare, ꝙ est in Auth. de alie. & emph. §. sanctissimas, col. 9. sed certè ibi non solum pactum impedit alienationem, sed generalis prohibitio legis, quæ pactum coadiuuat. sicut & in alio casu, vt in Auth. vt liceat ma. & auiæ, in prin. col. 8. vbi ergo pactum non coadiuuatur, speciali lege transit dominium: vt dictum est.

* Bene facit.

Imp. Iusti. A. Ioanni PP.

LEX VII.

SAncimus, [*] [k] siue lex [l] alienationẽ inhibuerat, siue testator hoc fecerit, [m] siue pactio contrahentiũ hoc admiserit: [n] nõ solũ dominij alienationẽ, [o] vel mãcipiorũ manumissionẽ esse prohibẽdã, [p] sed ẽt vsusfructus dationẽ, vel hypothecam, [q] vel pignoris nexũ penitus prohiberi.

l *Si lex.*] vt lex Iulia fundi dotalis. vt Inst. quib. alien. li. in prin. Item super rebus minorum, vt ff. de reb. eo. qui. l. 1. Item ecclesiasticarum, vt sup. de sacros. ec. l. iubemus. 2.

m *Fecerit.*] vt vetando quid alienari ext. familiam, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. libertis, & inf. de adm. tu. l. tutelam. & inf. qui non pos. ad li. per. l. 2. & de test. ma. l. contra voluntatem, & de fideicom. l. voluntas.

n *Admiserit.*] quia hoc pacto vendidi, ne alienares, sicut fuit sup. de cond. ob cau. l. ea lege. & ↄ. de pac. inter emp. & ven. l. si. ff. de uer. sig. l. si ita quis promiserit. §. l. ea lege. sed in hoc contra. ff. de pac. l. nemo, sed hic non dicit de effectu pacti, an valeat, vel nõ: sed pacto apposito, quæ comprehendantur, an aũt valeat, hẽs inf. de pac. inter emp. & vẽ. l. fi.

o *Dominij alienationem.*] quod sit quocunque modo transferatur dominium, vt inf. de fun. do. l. 2.

p *Prohibendam.*] à lege, cum lex, a testatore, cum testator, à pacto, cum pactio prohibuerit. Accur.

q *Vel hypothecam.*] hæ non sunt veræ alienationes, cum vsusfructus sit in re aliena, vt inst. de vsufru. in princ. & pignus in bonis debitoris manet, vt supra de pign. act. l. pignus. & per contractum emphyteuticum non dicitur fieri alienatio, vt infra de iure emph. l. 2. sed ex interpretatione loquitur hæc lex: vt in Auth. de non alie. §. alienationis, & §. quia vero Leonis. 2. col. 2. Nam verè non est alienatio, vt d. l. & ff. de verb. significa. l. alienationis, & ↄ. de fundo do. l. 1. & 2. Item ad pignus est arg. contra. ff. de pig. l. in quorum. Solue, vt ibi. Vel dic, quod appellatione alienationis continetur pignus, ut hic; sed appellatione uẽditionis non, vt ibi P.

ADDI.

ADDITIO. Bar. ibi dicit, aut res prohibetur vendi, vel alienari, tunc non potest obligari, hic. Ratio est, quia per obligationem peruenitur ad venditionem pignoris, vt l. 1. & 3. ff. de distra. pig. sicut ergo prohibetur venditio, ita & eius preambulum: vt l. oratio. ff. de spon. Quandoque prohibetur persona emere res, non aūt prohibet res uendi, tunc ille nō impeditur pignori accipere casus est in d. l. iu quorum in gl. alle. Ratio: quia licet accipiat pignori, per hoc nō concurrit, vt ipse accipiat sibi in solutum, vel in emptionem, sed q alij vendat pro suo debito, quod non est prohibitum. hoc tamen limita singulariter, vt per Bar. hic. a *Authoritas*.] quæ permittit, rem dotalem, si mulieri expedit, alienari, vt ff. de iure do. l. fi. Item rem ecclesiasticam: vt su. de sacros. eccl. auth. hoc ius. Item rem militis, q̄ quem fit translatio dominij directi vtilis vel alienius i. re notis, vt infra de præd. mi. l. obæs.

b *Interdixerit*.] s. generaliter.

c *Permiserit*.] s. specialiter in aliqua persona, vel causa.

† Al. contractum.

* Sed nec in feudum dare. Vide Cuiac. 2. feudo. titu. 4.

* Ista lex circa prin. reputatur sing. secundum Bart. ad hoc, q alienatione prohibita, videt phibitus ōis actus, q̄ quem fit translatio dominij directi vtilis vel alienius i. re.

¶ Similique modo & seruitutes minimè imponi, nec emphyteuseos contractus: * † nisi in ijs tantum modo casibus, in quibus constitutionum authoritas, [a] vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor, qui alienationem interdixit, [b] aliquid tale fieri permiserit. [c]

De communi rerum alienatione.

TITVLVS LII.

Qui vendidit rem cōmunem non præiudicat cōsorti, nisi secuta vsucapione, vel præscriptione, quo tamen casu in subsidiū tenetur ad partem pretij. h. d. Bald. vel sic. Vendens rem communem non præiudicat socio, quin partem suam possit vendicare, nisi res sit vsu capta, vel præscripta & tunc contra socium potest agere ad pretium hoc dicit Sal.

DE COMMVNIUM rerum alienatione.

† Gordianus.

S *I nulla*.] CASVS. Si duo cohæredes rem habeāt cōmunē, & vnus insolidum eā vēdat cohærede ignorante: an partem suā vendicare possit? Distinguitur, aut emptor præscripsit, aut non. si sic, non potest & hoc in prima, & hæc sunt vera non solum in emptore, & cohærede, sed in hærede emptoris, & hærede cohæredis.

d. *Possessionis*.] & rerum mobilium, quæ in ea erant, propter quæ mentionem facit de vsucapione. Vel quod dicit de possessione, & ad mobilem rem, & ad immobilem potest referri. Accursius.

e *Patrui tui*.] Patrue his successit, qui patruus successerat cu quibusdā alijs cuidā alij. cū quibus cohæredib. patrui nō erat hæc res cōis huic.

f *In rem actio*.] quę quidē longo tēpore tollitur, vt j. in qui. caus. cess. lon. tempo. præsc. l. hęreditatem. Sed contra in. e. ti. l. vnus, sed ibi solui.

Imp. Antoninus. † A. Apollodoro.

LEX PRIMA.

SI nulla vsucapione prærogatiua, vel diuturni silentij præscriptio emptorem possessionis [d] quam à cohæredibus patrui tui [e] distractam suggeris, proportione tua muniat: in rem actio [f] incolumis perseuerat. at si receptum ius [g] securitatem emptori præstiterit, arbitrium est [h] tibi liberum conuenendi eos, qui proportione tua satis illicitam venditionem celebrauerunt.

Ratione communionis pōt fiscus totā rem efficaciter vēdere: secus in priuato, etiam si pretium in fisci vtilitatem conuertat. h. d. Bal. vel sic: Si fiscus rem communem vendat, præiudicat socio, non si priuatus vēdet, licet emptor de voluntate venditoris fisco pretium soluat. h. d. Sal.

g *Ius*.] i. vsucapio, vel præscriptio.

h *Arbitrium*.] supple, vel non conueniendo. & dic ad hæc negotiorum gstorum in subsidium, vt sup. tit. 1. l. 1. & hoc si pro parte potuit expediri: alias fam. erc. vt sup. de neg. gest. l. si ab vno. & dixi sup. fam. erc. l. in familiæ.

Idem A. Terentiano. †

LEX II.

MVltum interest, vtrū cohæredes tui [i] possessionem communem distraxerunt: an vero fiscus, cum partis dominus esset, soliditatem iuxta proprium priuilegium [k] vendidit. Etenim si à fisco facta sit venditio, sidem eius infringi, minimè rationis est. Si vero cohæredes soliditatē vendiderunt, licet emptor ab his delegatus partem pretij fisco soluerit, [l] alteramq; in cautionē deduxerit: tamen portioni tuæ ea venditio nō potest obsistere.

Quando aliqua communia sunt pluribus uel singulis vnusquisque per se habet partis suæ alienandę liberam facultatem. h. d. Bald. vel sic. Pars rei communis potest vēdi etiam extraneo, ante intentatum iudicium communi diuidundo. h. d. Sal.

Impp. Dioclet. & Maximi. AA. † Eusebio.

LEX III.

FAlso tibi persuasum est, [m] communis prædij portionem pro indiuiso antequam cōi diuidundo [n] iudicium dictetur, tamen socio, non etiā extraneo posse distrahi.

Alienatio pro parte nō valet. h. d. Bal. vel sic: Miles partem rei suæ alienatæ potest vendicare: sed non socij partem, etiam si pro illa offerat pretium. h. d. Sal.

Idem AA. † Vlpiano militi.

LEX IIII.

in familiæ erciscundæ, etiam post motam controuersiam: quia

M *Vltum*.] CASVS. Inter duos casus ponit hęc lex differentiam: cū quis habet rem communem cum aliquo, aut cum priuato, aut cum fisco. Primo casu, si priuatus rem cōmunem vendat, priuato non præiudicat quo minus, eam rem vendicet. Secundo casu, si fiscus uendat: rata manet venditio propter priuilegium fisci. vnde in primo casu, licet emptor à priuato delegetur, vt fisco partem soluat, vendicat.

i *Tui*.] priuati.

k *Proprium priuilegiū*.] qd est, vt occasione modicæ partis totū possit vendere: vel quia melius uendit suam partem, vel quia indiuidua est, vt infra de vend. re. fi. l. 1. lib. 10. Si autē nullam habet ibi partem, aut suam credit, tunc habet locum infra de quadr. præsc. l. fin. Si sciat alienam, nō puto, quod præiudicet domino, nam si ideo præiudicat, quia par dominium habet, ergo si no partem non habet, dicet, non præiudicat.

l *Soluerit*.] & ita videbatur conueniens, vēditionem non posse infringi, quia pretiū fiscus habet, ut supra sed tamen secus est, vi ff. de vsur. l. cum quidam. §. si debitores, & ff. de iure fisc. l. si fiscus.

† Herennio.

Fiscus alienam rē vendēdo, & quā præiudicat domino.

† Alias, & CC.

F *Also*.] CASVS. Si habebam rem communem cum Titio: an alij, quam Titio partem meam pro indiuiso antequam diuidatur, possim uendere, quæritur? Resp. quidam, q non, sed male persuaserunt.

m *Persuasum est*.] v. supra de contrahen. emp. l. dudū, & j. de iure do. l. ante diuisionem. Accur.

n *Antequam communi diuidundo*.] post acceptum namque iudicium, socijs non consentientibus alienare prohibetur, vt supra. commu. diu. l. 1. sed

† Alias, & CC.

quia simile est petitioni hæreditatis: ut ff. de pet. hær. l. diuus. & l. sed & si lege. §. si ante litem.

Portionem.] CASVS. Si habebam rem communem cum milite, partem suam alienare non potuit.

a Tuam.] idest tui.

b Eius.] s. fratris non militis.

c Pretio.] quia tu contentus esse debes.

d Grauitati conuenit.] vt & j. communia vtriusque iud. l. si fratres. & arg. j. de resc. vend. l. iterat.

Si maior.] CASVS. Si prædium mihi, & tibi commune Titio credenti tuum proprium vendidisti: parte mea euicta, licet de euictione nihil conuenerit, emptori ad interesse tenebe- ris.

e Nesciens.] quia si sciuit, non tenetur aliqua actione, ut infra de euict. l. si fundum. nisi stipulatione prospexerit, ut j. cō. & vtriusque iudi. l. si fratres, & ff. de doli exc. l. apud Celsum. §. item Labeo scribit. Alij dñt et scientem agere, saltem ad pretium, per l. ff. de acq. empt. l. ex empto. §. quia autem, quod nō placet, & in alio casu ibi loquitur.

f Conuenerit.] agitur ergo de euictione, licet non conuenerit, vt j. de eui. l. non dubitatur, & ff. de euic. l. 2. & facit j. de contrah. emp. l. nidcirco.

g Emptori.] s. contentus actione ex empt. pro euic. Accur.

REM ALIENAM, &c.

* Sed tamen tutor tem dotem vectigal à fisco non debet, ut infra ne tutor vel cur. vec. cō. l. 1.

Non est.] CASVS. Tutor, vel curator finita tutela, vel cura a pupillo conuentus, & condemnatus ex mala administratione tutelæ in 100. an res suas distrahere possit, quæritur, Respond. q sic: sed cum sua cā. s. pignoris. Tacite. n. sunt pupillo obligatæ: & obligare potest tam fisco, quam priuato, cum sua tamen causa.

Portionē quidem tuam [a] militantis, frater tuus alienare non potuit. Eius [b] aūt partē pretio [c] soluto tibi restitui postulare, nec militari grauitati conuenit. [d]

Vbi res pro parte euincitur, pro parte debetur euictio. h. d. Bald. Vel sic: Euicta etiam rei parte, emptor, qui ignoranter emit, agit ad interesse: licet sibi non prospexit de euictione, h. d. Salic.

Ijdem AA. & CC. Olympiano.

LEX V.

SI maior annis vigintiquinque veluti propria nesciē ti [e] communia cum fratribus tuis prædia distraxisti: licet nullum instrumētum intercesserit, nec quicquam specialiter conuenerit: [f] alienæ portionis euictione secuta, quanti interest, emptori [g] solues.

Rem alienam gerentibus, non interdici rerum suarum alienationem.

TITVLVS LIII.

Ratione officii male gesti nō interdicitur venditio: sed cū sua causa res transfertur. h. d. Bal. Vel sic: Tutores vel curatores, administratione durante, non prohibentur res suas alienare, nec ea finita: licet sint ex ea causa iam condemnati. h. d. Sal.

LEX VNICA.

NOn est interdictum tutoribus, vel curatoribus, [h] etsi ex eo titulo iudicati debitores sunt constituti, cum sua causa [i] res suas alienare. Potuit ergo * curator tuus fundum suum cum suo onere [k] obligare fisco, sic, nam & priuato potuisset. [l]

De pactis inter emptorem, & venditorem compositis.

TITVLVS LIIII.

Propter moram ex pacto, emptor arrhas perdit, & rem traditā restituere tenetur. h. d. Bald. Vel sic: Pactū, vt emptor perdat arrhas, & rem restituat, si intra tēpus conuentum non soluat pretium, est seruandum. h. d. Sal.

Imp. Anton. A. † Diotimæ.

LEX PRIMA.

SI ea lege prædium vendidisti, vt nisi intra certum tempus pretium fuisset exsolutum, emptrix arrhas perderet, & & dominium ad te pertineret: [n] fides contractus seruanda est. [o]

Valet pactū de re retrouēdenda, & ex mora veniūt fructus. h. d. Bal. Vel sic; Pactū, vt emptor rem restituat, si intra certū tempus pretium ei offeratur, est validū: & ex eo datur actio pretium offerēti, & consignanti: & habetur ratio fructuum perceptorum post oblationem h. d. Sal.

Imp. Alexan. A. Charisio.

LEX II.

SI fundum parentes tui ea lege [p] vendiderunt, vt siue ipsi, siue hæredes [q] eorum emptori pretium quandocunque, † vel intra certa tempora obtulissent, restitueretur, [r] teque parato [s] ...

sco contrahat, tenetur. l. Cor. de falsis si adhuc viuit ille, cuius tutela est administrata, vel cura: non alias: vt ff. de fal. l. 1. §. tutores. Sed si cum priuato, tenetur crimine stellionatus, quod subsidiarium est. ut ff. de cri. stell. l. 3. §. fin. & ff. de pign. actio. l. tutor, §. fin. & concor. ff. de actio. empt. l. si hæres. & ibi. de ijs, qui in prio. cre. lo. su. l. si potiores. Accur.

* No. arg. a vēditione præmissa ad pignoris cōstitutionē. Econtrario non valet, conditio enim pignerat. vendi nō potest, dño nō de nunciāte. l. ult. C. de iu. emph. pignorati tamē pōt, l. 16. in fin. ff. de pig. Vi. Cuiac. §. stu. imp.

DE PACTIS inter empt. & vend. &c.

Quia in venditioni bus varia apponuntur pacta ideo de his dicit vel ponit.

Si ea.] CASVS. Vendidisti mihi prædium ea lege, ut si statuto tempore pretium non soluerem, arrhas, quas dedi, amitterem, & rem tibi restituerem: an valeat talis pactio, quæritur? Respond. quod sic.

m Arrhas perderet.] in hoc facit ff. de lege comm. l. de lege, & potes hic discere distinctionem pactorum, quam not. supra de pac. l. in bonæ fidei.

† Dotonæ.

n Pertineret.] idest, restitueretur ut i. similis ex positio ponitur, infra de donat. ante nupt. l. si cum ante nuptias, & infra de iure dot. l. etiā si non. & est ad hoc supra de transactio. l. si super. Et sic patet, quod non est pactum legis commissoriæ, vbi ipso iure redit dominium: sed hic per hæc verba, res fit inempta: vt & infra. l. commissoriæ.

o Seruanda est.] per actionem ex vendito informatam, vel præscriptis verbis, & infra l. proxima, & eundem casum habes infra l. tertia. Item facit, supra de condictio. ob causam, l. secunda, & ff. de leg. l. fin.

† quādoq;

Si fundum.] CASVS. Pater tuus vendidit Titio fundum hoc pacto: ut quandocunque pretium sibi refunderet, vel hæres, vel intra certa tempora, restitueret ei fundum: offerente te, qui es hæres patris pecuniam, si Titius, uel hæres eius fundum non restituat, agere potes præscriptis verbis, ut fides seruetur.

h Vel curatoribus.] & multo minus procuratoribus, qui priuatum habent officium.

i Causa.] s. pignoris. Sunt. n. tacite obligata pupillo, & adulto, ut inf. de adm. tu. l. pro officio, & quod dicit de alienatione, idem est de obligatione: vt subijcit.

K Onere.] ut & ff. de iure fisc. l. res. §. 1. & j. de distra. pig. l. si antequam debitor. & ff. de contrah. emp. l. alienatio.

l Potuisset.] ut & ff. qui po. in pig. ha. l. si pignus, si tamen deposito officio tutor, ante quam rationem reddat, cum fi-

Tutori periculosum est contrahere officio depositionē reddiderit.

p Ea lege.] idest pacto. Et not. quod nec hic est pactum l. commissoriæ.

q Siue hæredes.] hoc non fuit necesse dici. ut ff. de proba. l. si pactum.

r Restitueretur.] s. fundus.

s Teque parato.] s. venditore, vel hærede venditoris.

satisfacere conditioni dictæ, hæres emptoris non paret: vt cōtractus fides seruetur, actio præscriptis verbis, vel ex vendito [a] tibi dabitur, [b] habita ratione eorum, quæ post oblatā [c] ex pacto quantitatem, ex eo fundo ad aduersarium peruenerunt. [d]

Valet pactum, vt res ad vēditorē reuertatur, sic residuum non soluatur. h.d. Bal. vel sic; Tradens fundum vt pretio intra certum tempus non soluto, ad se reuertatur, ex vendito habet actionem, non rei vindicationem. Sal.

Idem A. Pelici militi.

LEX III.

QVi ea lege [e] prædium vendidit, vt nisi reliquū pretium intra certum tempus restitutum esset, ad se reuerteretur: si non precariam possessionem tradidit, [f] rei vindicationem [g] non habet, sed actionem ex vendito.*

Qui elegit viam contractus, non potest reassumere viam pœnitentiæ, & distractus. h.d. Bal. vel sic; Pacto legis commissoriæ non potest vti, [1] qui pretium, vel eius vsuras maluit sequi. Sal.

Idem A. Iuliano.

LEX IIII.

COmmissoriæ venditionis legem exercere nō potest, qui post præstitutum pretij soluendi diem, nō vindicationem [h] rei eligere, sed vsurarum [i] pretij petitionem sequi maluit.

Usuræ ex pacto veniūt ex pacto. Vsuræ ex mora, veniūt ex mora, h.d. Bal. Vel sic: vsuræ deductæ in pactum iuxta contractum incōtinenti appositum, iure actionis debētur: non si pactum sit ex interuallo appositum; quia tunc non ex pacto, sed iudicis officio tātū debentur ex mora. Salic.

Imp. Gordianus. A. Lōgino.

LEX V.

INitio venditionis si pactus es, [k] vt is, cui vendidisti possessionem, pretij tardius [l] exoluit tibi vsuras pēsitaret: non immerito existimas, etiam eas tibi adito præside prouinciæ, ab emptore præstari † debere. Nam si initio contractus non es pactus, si cœperis experiri deberi ex mora duntaxat [m] vsuras: tam ab ipso debitore, quam ab eo, [n] qui in omnē [o] causam empti suam fidē adstrinxit vt iure postulabis.

† Pēsitaret.

Si non seruatur substantiale pactum, rescinditur quicquid est actum. Substantiale est, quod causam cōtractui dat. Bald. vel sic; Si non impleatur id, propter quod fundus exiguo pretio venditus fuit: potest venditor illum petere sibi restitui cum fructibus. Salic.

Imppp. Carus, Carinus, & Numerian. AAA. Rimulo, al. Romulo.

LEX VI.

CVm te [p] fundum tuum certæ rei cōtemplatione [q] inter uos habita, exiguo pretio in alium transtulisse commemores: poterit

a *Ex vendito.*] informata. Accur.

b *Dabitur.*] Sic ergo nota duas actiones dari ex hoc pacto incontinenti apposito, vt & infra, de præscr. ver. l. rebus, & de donatio. l. legem, & de iure dot. l. aula. & ff. de actio. empt. l. si sterilis, §. si tibi, & infra quando dec. opus non est, l. 1. & ff. de præsc. ver. l. si vir. & ff. de contrahē. empt. l. qui fundum. in viti. col. & ff. de pac. l. iuris gentium, §. sed cum nulla.

c *Oblatam.*] & consignatam, & depositā, vt inf. eod. l. si a te. & ff. de le. com. l. si.

d *Peruenerunt.*] ad hoc est ff. de lege cōmi. le. si fundus. in prin. & l. leg.

QVi ea lege.] CASVS. Prædium mihi vendidisti, & partem pretij solui hoc pacto: vt si intra annum residuā partem pretij non offerrem, q prædium ad te reuerteretur: si non solui, vt conueni an rei vendi. habes pro prędio, quęritur? Responsum. quod non, sed actionē personalem ex vendito, quia transtulisti dominiū: nisi precario possessionem vsque ad id tempus mihi tradidisses: quo casu competit tibi in rem actio, quia apud te dominium remansit.

*Vi. Cuia. 15. obs. 29.

e *Ea lege.*] nec hic fuit pactum legis cōmissoriæ.

f *Tradidit.*] sed pur. sin autē precario tradidisset, dominium apud se retinuisset: vt ff. de preca. l. & habet, §. cum quis.

g *Vindicationem.* quia verbis legis commissoriæ non est vsus, s. quod esset res. inempta. tunc enim bene vindicaret: vt inf. l. proxi. & ff de rei vendi. l. si quis hac, & est sic. s. de cond. ob cau. l. ea lege.

1 Videtur de mente Sali & facit pro gl. q res per cōmissum perdit ipso iure, l. commissa. ff. de pub. & secūdū oēs doct. ista gl. est indubitata, maxime qn pactū fit per verba mere directa. & tituli re... fc...

COmmissoria. CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto, vt si statuta die pretium non soluerē, q esset inemptū, non solui: sed eo elapso pretium cum vsuris petiuisti: videris recessisse a priuilegio legis cōmissoriæ: vnde prædium vendicare non poteris.

h *Vindicationem.*] potest ergo vendicare: vt hic: & ff de rei vend. l. si quis hac, & de leg. commiss. l. fin. Sed contra. sup. de pac. l. traditionibus & ff. de pac. l. ab emptione. in fine, vbi dicit, nudis pactis non transferri dominium. Sed dic specia le in pacto l. commissoriæ. 1 Item no. non esse licitum variare: vt ff. eo. l. post diē, & l. de lege, in fin. & de mino. l. Aequilius. Item not. q quilibet suo priuilegio potest renunciare, sic sup. de pact. l. pen. Item q qui elegit vnum ex contrarijs, alij renunciasse videtur, vt ff. de inof. testa. l. mater.

i *Vsurarum.*] ex pacto incontinenti apposito debiturum, ve ex mora: vt inf. l. prox. & facit. ff. de dona. cau. mor. l. si mortis 2. & infra, de iu. dō. impe. l. 2.

INitio.] CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto, vt statuta die pretio nō soluto, tenerer tibi ad vsuras, si non soluo, usuras soluere cōpellendus sum, & hoc in prima. Si vero in initio contractus hoc non pepigisti: ab eo tempore, quo fuero in mora, venient vsura, & tam a me, quā a fideiussore meo eas petere poteris.

k *Si pactus es.*] incontinenti, etiam citra stipulationem, vt ff. depositi. l. Publia. §. Lucius & s. de pac. l. in bonæ fidei. secus in fœnebri pecunia, in qua non debentur vsuræ sine stipulatione, vt sup. de vsur. l. quamuis. 1.

l *Tardius.*] a die contractus, puta dabis mihi pretium, & vsuras vsque dum illud solueris.

m *Duntaxat.*] s. cum nec fructus perceperit vt ff. de act. empt. l. Iulianus §. ex vendito. nec minor est, cui debetur: ut & s. de ac. empt. l. curabit & s. in quibus causis in integ. rest. non est ne. l. in minorum. Et no. quod hoc casu officio iudicis petuntur vt s. depositi. l. 4. sed superiori iure actionis ex eo contractu, vel præs. ver. vt s. eod. l. 2.

n ... fideiussore.

o *In omnem.*] vt & ff. de vsu. l. si qs colōni, §. 1. & s. man. l. pe st. Et dic idem, si simpliciter fideiussit, ac si in oēm causam, vt plene habes no. ff. loca. l. quarto in prin.

CVm te. CASVS. vēdidi tibi prędiū pro x. q valebat xx. hac lege, ut si per patriā tuā cōtigeret me trāsire, q tu honorifice me reciperes: trāsiui, & non recepisti me, sed te abscōdisti, volo agere ex vendito, ut rem mihi restituas, quia hoc conuenit forte: vel q alias nō essem distracturus, nisi fecisses. q conuenit ideo minori ptio vendidi, an rescindere vendōnē possim; quæritur? Respon. q sic, refuso tibi pretio, q dedisti, quia pretio refuso, nullam videris passus iniuriam.

p *Cū te* pone sic casum. Dabo tibi p c. si dederis mihi equū.

q *Contemplatione.*] dante causam contractui.

Frandi.

a *Fraude.*] i. damno.
b *Quando.*] pro quia.
c *Conueniat.*] immò videtur ad interesse tantum agi: vt sup. de resci. vend. l. ea conditio. quæ est contra. Solut. hic duo conuenit, vt aliquid fieret: quod si non fieret, quod res restitueretur: ibi vnum tantum. Vel verius hic causam dedit cōtractui hæc conuentio, quia alias non erat cōtractutus, ibi s. c.
d *Perficiet.*] id est, proripiet et actionem ex uendito: et argu. ff. de contrahen. emp. l. hæc venditio. §. fin. & l. sed Celsus. §. 3. & l. fundi partem, & supra de contrah. em. pt. l. si non donationis, & infra, de don. l. legem, vel per condictionē ex hac l. non autem per cōditionem ob causam, quæ in contractibus nominatis locum nō habet, vt ff. de condi. ob cau. da. l. fi. Accur.

* Vi. Rol. a Val. i. cōs. 59. nu. 3.
† promissa
† Diuersa.
Cōdictio ob cām ñ habet locū in contractibus noiatis.

S*I à te.*] CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto, vt si statuto die, puta intra annum, pretiū mihi redderes, quod esset inemptum, an possis impetrare rescriptum, ut in longius tēpus liceat soluere? Respond. nec concessum tenet. Si vero nolui recipere oblatum a te pretiū, offeres, depones, & consignabis. Viuianus.

† Musco. al. Misco, al. Musico

e *Soluta.*] idest reddita à venditore emptori.
f *Petis.*] tu venditor petebas enim, vt quod tibi licebat vsque ad annum, posses facere, vsque ad bienniū scilicet reddere pecuniam, & recipere rem, & sic est contra supra, de preci. impe. offe. l. quoties. Sol. hic ad actionem petebatur, ibi ad exceptionem. Vel hic magnum, ibi paruū tēpus petebatur. Vel hic noluit princeps indulgere.
g *Contra fraudem.*] emptoris nolentis recipere, quod debet, vt hic, & infra, quando decr. opus non est. l. prima, occurritur dico per oblationem, & consignationem, & depositionem, ut hic, & inf. de iu. emphy. l. 2. in fin.

T*Empore.*] CASVS. Pacta, quæ inter emptorem, & venditorem tempore contractus incontinenti ante, vel post apposita sunt, ut quod fideiussorem mihi dares nomine euictionis, obseruanda sunt: nisi ut recedi possit postea conueniat.
h *Tempore.*] idest incontinenti ante, uel post, supra, de pactis. l. petens, & l. in bonę fidei. & ff. de pactis. l. in emptionibus, & l. iurisgentium, §. quinimo. & supra de rebus alien. non alie. l. fi.
i *Pacto.*] vt supra de pactis. l. pacta, & arg. sup. de usu. l. aduersus, & l. quamuis. Accur.

tibi ea res non esse fraudi,[a] quando nō impleta* promissit† fide, dñij tui iuris in suā causam reuerti conueniat.[c] Et ideo aditus competens iudex, fundum, cuius mentionē facris, restitui tibi cum fructibus suis sine vlla ludificationes sua auctoritate pficiet:[d] præcipuè cum & aduersa† pars receptis nūmis suis, nullā passa videri possit iniuriā.

Dilatio, quę vim cōtractus perimit, non potest concedi per rescriptum in forma communi impetratum. si autem non perimit, sed prorogat sic. h. d. Bal. Vel sic: Pactum, quod res sit inempta, pretio reddito est validū, nec tollitur rescripto. & contra se subtrahentem, sufficit oblatio, & depositio. h. d. Sal.

Impp. Diocletia. & Maxim. AA. Musæo.†

LEX VII.

SI à te comparauit is, cuius meministi, & conuenit, vt si intra certū tps soluta[e] fuerit data quantitas, sit res inempta: remitti hanc cōuentionem rescripto nostro non iure petis.[f] ¶ Sed si subtrahat, vt iure domin[i]j eandē rem etine t: denunciationis, & ol signationis, de positionisq; remedio, contra fraudem[g] potes iuri tuo cōsulere.

Illa conuentio rata habetur, quæ tēpore contractus celebratur, nisi postea resoluatur. h. d. Bald. vel sic: Pacta sunt seruanda, nisi cōtrario pacto tollantur. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Auxanoni.†

† al. Auxononi.

LEX VIII.

TEmpore[h] contractus inter emptorem, & venditorem habitam conuentionem, integrā seruari, si ab ea posteriore pacto[i] non recedatur, certum est.

Valet pactum, quod in loco vendito non possit monumentum cōstrui, vel capella ędificari: quia prope monumentū, & ecclesiam sæpe conuersantur inimici. h. d. Bal. vel sic: Pactum ne in re tradita monumentum extruatur, vel ne iuri humano eximatur, est seruandum. h. d. Sal.

Imp. Iustini. A. Ioanni PP.

LEX IX.

SI quis ita paciscatus in venditionis, vel alienationis[k] contractu, vt nouo domino[l] nullo mō liceat in loco vēdito, vel alio mō sibi concesso monumentum exstruere,† vel alio mō humano iuri eū eximere;[m] sancimus, licet hoc apud veteres* dubitabatur, tale pactum ex nostra lege esse fouendū, & immutilatum permanere.[n] Forsitan. n. multū eius intererat, ne ei vicinus, non solum quem nollet, aggregaretur,[o] sed ēt pro quo spāliter interdictum est. Cū etenim venditor, vel alter† alienator non alia lege ius suum transferre passus est, nisi tali fretus[p] conuentione: qūo ferendum est, aliquam captionem ex varia pati eum interpretatione.

S*I quis.*] CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto ne liceret mihi in eo facere monumentum, an valeat tale pactum, quæritur? Respond. quod licet olim dubitaretur, an valeret, dicit tamen Imperator valere, pōt enim tua interesse, ne sit monumentum, ne occasione monumenti, inimici tui veniant ad domum tuam, quæ iuxta fundum illum est, vnde valebit pactum.
k *Vel alienationis.*] licet alterius, nam & venditio alienatio est.
l *Nouo domino.*] i. emptori.
m *Eximere.*] scilicet dedicando.
n *Permanere.* immo dualus rationib. videtur non valere. Prima, quia non interest per l. ff. de pa. l. nemo. quæ est contra. sed hic ualet pactum, ut possit agere ad interesse, si cōtra fiat, alienatio tamen ualet, ibi. Vel hic in contractu, & sic in re, quę erat tradentis, ibi non. Secunda est, quia hic non fuit stipulatio, vt ff. de religios. l. quod si locus, quę* est contra. Solu. hic nium intel erat locus purus, ibi ligit autem religiosus, vel thorem l. religioni destinatus. 67. ff. de Vel hic corrigit, uel pa. Goth. hic fuit stipulatio. Sed an aget ex hac stipulatione, uel pacto? Quidam quod non, cum pecuniariter non intersit. sic & alias ex inutili stipulatione non agitur, ut ff. de uerborū obligationibus. l. Titia, quod non placet, immo pecuniariter potest interesse propter frequentiam hominum, uel aliquorum inimicorum, qui ad locum illum venirent, & hoc subijcit, forsitan enim &c.

† al. Aux
† Cōstruere.
* Pompo.
† al. aliter.

o *Aggregaretur.*] quod esset, quando pactum fuisset de nō alienando.
p *Fretus.*] tali, casū repetet rem actione ex vendito, reddito pretio, vt supra eodem, l. cum te. non rei vendicatione, ut dixi supra de rebus alienis non alien. l. finali.

SI SERVVS EXPORTANDVS, &c.

Specialia quaedam pacta fiant in venditionibus seruorum: ideo de his dicit.

L*ege venditionis.*] CASVS. Seruum mihi uendidisti hac lege, vt exportaretur intra annum, & nisi exportaretur, quod liceret tibi manumittere, ante tempus eū manumisi, tenet manumissio, sed lapso tēpe nisi exportet, redigēt in seruitutē, & fisco applicabit. Si vero non manumisi nec exportatus est, manus immissio non denegat.

a *Exportata.*] i. exportanda. sic sup. de legi. & consti. l. i.

b *Denunciatione.*] i. conuentione.

c *Antequam fides.* postea non, vt inf. cod. l. ancilla.

d *Vendicantur.*] recidunt ergo in seruitutē, & de ipso iure facto dūio fisci vendicat fiscus, vt & tacitū fideicōmissum, vt infra, ad l. Fal. l. etiam.

e *Eadem lege.*] Nā si fiscus velat, simili pacto uendet, vt in loco prohibito nō moretur. Sed si permisit emptoris, qui emit à fisco, morat in loco prohibito, cui dat manus iniectio primo venditori, an fisco? Dī q fisco alius. n. homo vī, cū toties sit mutatus, vt ff. de sol. l. qui res. §. Arei. Sed Io. & Azo dicūt, q primo vēditoris, & sic si p plures manus ambulauerit, semp prior est potior, sicut & i lege de seruo nō prostit. vendo dī, vt ff. e. l. si Titius. & de pdien. emp. l. si q s sub hac, cū nō eius volunta. e puenerit ad libertatē, sicut nec p dit cōditiōn. turpica. ff. de cond. sar. l. & iō sed cessauit ad tēpus actio. vt d. l. q res. §. arcam, & de ver. ob. l. inter stipulantem. §. sacram.

Seruū exportandū nō seruata lege vēdiderit fiscus, demū sub tali pacto vēdit. nō exportatur, cui dabit manus iniectio.

f *Veniunt*] ad fiscū.

g *Exceperunt.*] vel excepisse intelliguntur, vt inf. eo. l. fi.

h *Ante.*] i. facta fide. quod in locis prohibitis non moretur.

i *Denegatur.*] ipso iure ex pacto redeunte dñio in venditorem, sicut in pacto l. commissoriæ, sm H. Vel demum manu iniecta sm Io. & Azo. vt infra. l. prox. in prin.

Si seruus exportandus veneat.

TITVLVS LV.

Emptor serui exportati potest eum manumittere, antequam veniat contra pactum, non potest: & tamē contraueniens, fisci seruituti subiicitur: quia ad fiscum pertinet delicta punire, vnde omne delictum fiscum habet vltorem. h.d. Bald. vel sic. Seruus venditus exportandus (& sic ne certo loco moretur: aliàs liceat venditori manus iniicere) potest exportatus (& sic non rupta fide conuentionis) manumitti, & tunc manumissus ad locum prohibitū non pōt accedere aliàs in seruitutem deducitur, et à fisco uendicatur ante tamē manumissionē, si sit cōtra factū, hēt dominus manus iniectionem. h.d. Sal.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Petroniæ.

LEX PRIMA.

Lege venditionis exportata[a] mancipia sub denūciatione[b] manus iniiciendę, libertatē ab emptore, vel qui successit in locū eius, antequā fides[c] rūpatur, accipere possunt. ¶ Quæ tñ à fisco post manumissionē vendicātur,[d] & in perpetuā seruitutē eadē lege[e] veniunt,[f] cum in iis conditionib. cōuersantur, quas cōtrahētes exceperūt.[g] ¶ Ante[h] manumissionē vero iniiciendæ manus facultas non denegatur,[i] atq; ideo non petuntur in publicam.

Pœna conuentionali debet quis esse contentus: legalis autem applicabitur fisco & qui consentit, pœnam remittit: nec etiam fiscus petit. h. d. Bald.

Idem AA. Nedieno.†

LEX II.

Si vt manus iniectionē haberes, cauisti tibi, iure tuo vti potes.[k] ¶ Quòd si hoc omisisti,[l] & pœnā stipulatus es: homo qui dē fisco commissus est,[m] tu verò nactus es ex stipulatu actionem. In oib. tamen quęritur, an domini[n] voluntate[o] in locū prohibitum venerit.

Contra pactum ancilla manumitti non potest. h. d. Bal. vel sic. Vbi solum pactum de exportando interuenit, solus fiscus agit h.d. Sal.

Imp. Alexander A. Nonio.†

LEX III.

Ancilla, quæ exportanda P venijt, nec exportata est, sed ab emptore in eadem ciuitate morante, in qua † empta, & manumissa est: aduersus legem venditionis libera fieri nō potuit. & ideo aditus a te[p] procurator meus partibus tuis fungetur.

De triplici motu animæ loquitur nam anima mouetur admiratione, & iste fuit primus secundum huius legis ordinem: Secundo mouetur punitiuè, & iste fuit secundus motus. Tertio mouetur præsumptiuè: & iste est tertius motus. h.d. Bald. Vel sic: Dicenti se venditū a seruis propriis, licet ab emptore manumissus sit, non creditur, nisi per eum sic esse probetur. h.d. Sal.

Idem A. Papiæ.

LEX IIII.

Moueor,[r] quòd te à seruis tuis dominū eorum

S*i vt.*] CASVS. Vendidi tibi seruū, vt exportaret, salua mihi manuum iniectione si non exportaretur, eū non exportasti, manus iniiciam, sed si non reseruaui mihi manus iniectionem, sed sum stipulatus pœnam, si non exportatur, petam pœnam, & seruus confiscatur, & hoc verum est, nisi domini voluntate in loco prædicto moram fecerit.

k *Vti potes.*] si cōtra legem factum sit, vt supra. l. prox. in fi.

l *Omisisti.*] iniectionem manus.

m *Commissus.*] si cō factum sit, ad quē fiscū spectat punire delicta, & succedere delinquētib. vt ff. de iu. fis. l. lucius. Vēditor aūt utrumq; hēre non potest, nisi hoc actū esset, vt hēet pœnam & seruū, ut ff. de tran. l. q fidē, & ff. de exc. do. l. apud Celsū. §. Labeo. & sup. ti. i. l. i. Itē caue, qa dicit stipulatus, nā si tm̄ pactus esset de pęna, licet in cōtinēti, nō valeret, nisi sua interesset, q nō inspicitur, in tertio sua, vel non, qñ stipulō interuenit, ut hic, & ff. eo. l. seruus.

n *An domini.*] quondam, renūciare. n. suo iure potuit. ff. de pac. l. pactū. Vel dic pātis f. nam si sine eius voluntate moretur, nō cōmittitur pœna, ut ff. eo. l. i. & l. si Titius.

o *Voluntate.*] pœnitentia ducti.

† Al. Nedimo.

† Nouio.

A*ncilla* CASVS. Si ancillā tibi vēdidi hoc pacto, ut exportaretur, nec exportata est, & eā manumisisti, nō valet manumissio, & interueniente fisci procuratore, q discernet inter fiscū, & priuatū, an ancilla dēat publicari, vel nō, fisco applicabit.

† Al. deest in qua.

g *Exportanda.*] hoc pacto, vt extra aliquē locū staret, puta extr. Bononiam.

p *A te.*] Venditore, vel qui dicet deferente, vt ff. de iu. fis. l. i. & est procurator Cæsaris iudex in hac cā: cū ipse uenditor tibi nō est pactus manus iniectionem, sed tantū dixit, exportetur, vt sup. l. prox. 2. resp.

M*oueor.* CASVS. Si seruus dñm suū uendidit hoc pacto, ut exportetur, emptor eū de facto manumisit, si postea dñs seruū accusauerit, & pbauerit, capitali pęna seruus plectetur pēdēte uero lite quousque dñs de intētione sua probauerit hēndus erit p liberto.

r *Moueor.*] bene debuit moueri.

a *Aduersus eum.*] scilicet seruum.

b *In exemplum.*] scilicet ordinarij, criminis punietur. hic extraordinem. Vel dic in exemplum, vt scilicet alij terreantur 1 sic, ff. de abigeis, l. 1. in fi. & de pœnis, l. si quis aliquid, §. qui abortionis.

1 Placet, & est sin. glo.

c *Deprehenditur.*] s. libertinitatis. Et sic no. quo statu te inuenero, eo te tenebo, donec contrarium videbo. vt sit, & infra de inge. manu. gen. & ff. de offi. præt. l. Barbatius. Sed in causa libertatis, & seruitutis, & etiam dum agitur, utrum seruus sit in possessione seruitutis necne: habetur pro libero interim, & sic alio statu, quã prius erat: vt ff. de lib. cau. l. ordinata. Et est ratio: quia ibi alias non posset esse in iudicio: hic vero pot. quia liber.

Qui exportandus. CASVS. Si seruum tuum mihi vendidisti, hac lege: ut a ciuitate Bonon. exportetur. an in ciuitate Romana stare possit quæritur? Dicitur, quod non. idẽ si conuenit, ut exportetur de Hispania, seu aliqua alia prouincia quod scilicet in Italia nõ moraretur.

d *Nec in vrbe.*] tum, quia maius: & non debet frui maioribus cui est interdictũ minoribus: ut ff. eo. l. cui pacto, & de inter. dic. & relega. l. relegatorum, §. fin. & ff. de senato. l. qui indignus. Item quia communis est patria: ut ff. ad municip. l. Roma. Accur.

† Serapioni.

e *In Italia.*] hoc ea ratione, quam modo dixi. Et no. quod tribus locis videtur hic prohibitus, s. illo, & sua patria. Item omni maiori loco, ut hic, sic & si erat pomerio interdictum, nec in ciuitate moraretur: ut ff. eod. l. cui pacto, sed minoribus uti potest prohibitus maiorib. excepta sua patria, quæ quantum ad eum est, pro maiori habetur, ut ff. de off. præfec. vrb. l. 1. §. fin quæ tamen quantum ad alios, non est maior: & ideo non uidetur prohibitus: ut d. l. relegatorum, §. constitutum. Vel sic dic, ut ibi.

Pomerio prohibitio vr. prohibit ita ciuitas.

uenijsse affirmas sub ea lege, ne in patria moreris, & ab eo, cui te emptor prior vendiderat, manumissum esse dicis. Quare competens iudex aduersus eum,[a] quem præsentem esse dicis, cognitionem suam præbebit: & si veritas accusationi aderit, excecrabile delictum in exemplum[b] capitali pœna vindicabit.

¶ Sed quoadusque probaueris, quæ intendis, status tuus esse is videtur, qui in te post manumissionem deprehenditur.[c]

Odio sum pactum imputatur extensiue: & patria sua debet cuilibet esse maior omni alia patria. h. d. Bald. vel sic: Cui ex pacto interdicitur ciuitas sua, interdicitur etiã Romana, & cui interdicitur certa prouincia, interdicitur etiam tota Italia. h. d. Sal.

Idem A. Seraphiano.†

LEX V.

QVi exportandus à domino de ciuitate sua venijt, nec in vrbe[d] Roma morari debet, qui autem de prouincia certa, nec in Italia.[e] Si itaque contra legem constitutam factum probare potes: vetere iure, quod propterea tibi competit.

Si mancipium ita venierit, ne prostituatur.

TITVLVS LVI.

Vendita ne prostituatur si contra fit, redit ad venditorem: nisi consenserit eam prostitui: nã tunc fit libera, & si primus emptor non prostituit, sed secũdus, vel tertius: res redit ad primum, non ad immediatum venditorem. h. d. Bald. vel sic: Si ancilla est vendita eo pacto, ne prostituatur (aliàs venditori liceat eam abducere, vel manus iniicere) ea prostitura, licet ei abducere eam nisi cõsenserit: quia tunc ad libertatem perducitur. & hęc habent locũ, etiam si per plures emptores transierit. Salic.

Imp. Alexander A. Socrati.

LEX PRIMA.

PRæfectus vrbi[f] † amicus noster eam, quæ ita venijt, vt si prostituta fuisset, abducendi potestas esset; ei, cui[g] secundum constitutionem diui Hadriani id competit, abducendi impetit† facultatem.[h]

¶ Quòd si eum patientiam accommodasse contra legẽ,[i] quam ipse dixerat,[k] vt in turpi † quæstu mulier haberetur, animaduerterit: libertate † competente[l] secundum interpretationem eiusdem † principis, perduci † eam ad prætorem, cuius de liberali causa iurisdictio est, vt ibi lis ordinetur,[m] iubebit. Nec enim[*] tenor legis,[n] quam semel comprehendit,[o] intermittitur † quòd dominium per plures emptorum personas ad primum,[p] qui prostituit, sine lege simili peruenit.

† al. urbis. † Indixerat. † Stupri. † mulieri, † eius. † produci.

SI MANCIPIVM ITA VENIERIT, &c.

Vt superius pactum gratia uenditoris apponitur, sic & istud gratia serui. Vnde superius potest uenditor remittere, supra eo. l. 2. in fi. hic non potest. Accur.

PRæfectus.] CASVS. Si uendidi tibi ancillam, ne prostitueretur: & si contra factum esset, quod liceret mihi eam abducere, si prostituatur, utar pacto, & hoc in prima. Si uero consilium tibi præbui ut prostituatur ancilla perueniet ad libertatem ex constitutione diui Hadriani ad Aufidium Victorinum, & hoc in secunda. Si vero non consensissem, sed per plures manus ambulauerit, & vltimus emptor eam prostituit, ad me perueniet, & hoc in tertia.

f *Præfectus vrbi.*] cuius officium est tueri, ne mancipia prostituantur: ut ff. de offi. præfe. vrb. l. 1. §. hoc quoq; offi. tu.

Mancipia non sunt prostituẽda.

g *Ei cui.*] l. 1. vend. i.

h *Facultatem.*] si contra pactum fuerit factum. vel in eius fraudem: vt inf. eo. l. fin.

i *Contra legem*] idest conuentionem.

k *Dixerat.*] contra suum ergo pactũ venire non potest: ut hic, & ff. commod. l. in commodato, §. sicut, & ideo, quia hoc gratia mancipij fuit positum. unde iam ei hic fauor auferri non potest: sic & ff. de contratabul. l. si post mortem, in fin. sed illud in pacto superioris tit. ut sup. ti. proxi. l. 2. in fin. & aliud in pacto interioris tit. ut infr. proxi. l. fi. quia in illis legibus pactum fuit gratia venditoris.

l *Competente*] nõ tamen ius patroni habet: ut ff. de in ius voca. l. sed & si. §. prostituta. & ff. de contrahend. empt. l. si quis, sub hoc.

m *Ordinetur.*] Per assertores, qui hodie non sunt: vt inf. de assert. toll. l. 1. in princ.

n *Legis.*] i. pacti de nõ prostituendo, alias liceret manum iniicere. Et dic, quod si is cui vendita est secundo, sine simili lege eam prostituat: potest abduci mãcipiũ, si primus uendiderat sub ipso pacto manus iniectionis. Si autem dixit, vt fieret libera, efficitur, sed hoc ipso, quod vendita est, si non simili lege, nõ iniicitur manus, nec libera efficitur ex cõstitutione diui Hadriani, sed ex constitutione diui Vespasiani sic: ut ff. de iure patro. l. diuus Vespasianus. Accursius.

* Gl. in c. si sup uerbo, ut pso naliter, de offi. deleg. inducit hãc l. quod nomine meo facere nõ debeo, nec alieno.

o *Comprehendit.*] s. primus uenditor.

p *Ad primum.*] idest qui primo prostituit, non dico, qui primo emit. Et not. quod si pactum primi differat à pacto secundi uenditoris: quia primum de manus iniectione, secundum quod fit libera, uel econtra: semper præualet libertatis pactum, eius fauore: ut ff eod. l. si Titius. Et plenè not. hic de huiusmodi constitutionibus habet enim locum constitutio diui Hadriani, ubi uendo, uel ex qualibet causa trado, ne prostituatur, & hoc cœpit ancillam in libertatem. Vbi autẽ seruaui manus iniectionem, tunc eam seruo mihi, nisi ego consentiam prostitutioni: ut hic: Et etiam edictum diui Vespasiani: cum ego ancillam emptam ne prostituatur, alteri, vendo.

† Interimit eius. * Seruis ad libertatẽ consequẽdam multæ constitutiones auxiliantur.

a *Ex constitutione.*] diuorum Marci, & Commodi, vt infra l. proxima.
b *Defendere.*] arg. ff. de verb. obl. l. qui Romæ, §. Flauius. Sed ibi de actu certo manumittendi fuit cogitatum. Accurs.

SI ea.] CASVS. Filium tuum naturalem seruum, quem ex ancilla tua suscepisti, Titio hoc pacto vẽdidisti, vt intra mẽsem eum manumitteret, si non manumisit, ex constitutione diui Marci, & Commodi liber erit. Vivian.

c *Crestes.*] maior 25. ann. vt ff. de minor. l. verum. §. quid si minor. Azo. Sed certè imò videtur idem & si minor, cum erat filius, vt Instit. qui manum. non poss. §. eadem.
d *Sed.*] pro &.
e *Filium.*] id est qui erat filius.
f *Venundedit.*] intra duos annos.
g *Liber est.*] vt hic, & s. l. proxi. & ff. de in ius voca. l. sed si hac lege, in princ.

SI iusta.] CASVS. Vendidisti mihi ancillam septennem hoc pacto, vt cum veniret ad 25. annũ, ad libertatem perueniret, illa non manumittitur, nunquid perducitur ad libertatem? Certe sic, ex cõstitutione D. Marci, & Commodi, & licet manumissa non fuerit, quod ex ea post prædictũ tempus natum est, ingenuum est. Vivianus.

h *Si iusta.*] propriũ nomen est fœminæ.
i *Vt cum haberet annos 25.*] Dubitatio erat, quia non videbatur pacisci, vt manumitteretur.
k *Insertum.*] s. vt manumitteretur.
l *Locus est.*] scilicet ex interpretatione. sed propriè locum habet constitutio diui Adriani, vt ff. eod. l. fin. sed vbi comprehenditur factum manumittentis, directo hæc constitutio locum habet, vt d. l. fin. & s. eod. l. 1. & 2.
m *Manumissa est.*] de facto, vt Instit. de ingen. a. fin.

SI is.] CASVS. Vendidisti mihi ancillam, vt intra mensem eam manumitterem, non manumisi: mora mea ei non nocet, cum manumittere potui, quia ex constitutione libera erit, & filij postea nati erunt ingenui.

1 † Orestes al. Chrestes. alias, Chrenes.
¶ Adde q. dã ex Cuiac. 10. obseruat. in fine.
2 † al. Fulcinio.
3 † Cum iulla.
4 † al. expressũ est.
5 † al. deest scripta.

non de præstanda tibi libertate, (quã ex constitutione a iam fueras adeptus) litigare debuisti: sed libertatem quã obtinueras, defendere. b

Quod non fit per hominem, reputatur à lege. hoc d. Bald. Vel sic: Seruus venditus vt manumittatur, ad libertatẽ perducitur, si differatur. h. d. Salyc.

Idem A. Eutichiano liberto.

LEX II.

SI ea lege Crestes c 1 † seruum suum, sed d naturalem filium, e venundedit, f vt emptor eum manumitteret, quãuis non est manumissus, ex constitutione diuorum Marci, & Cõmodi ad Aufidium Victorinũ, liber est. g

Pactum essendi, operatur idem, quod pactum faciendi. h. d. not. Et inutiliter factũ non impedit dispositionem legalem, vt in versic. nec obest. Bal. Vel sic: Ancilla vendita, vt certo tẽpore elapso sit libera, efficitur, licet pactũ non contineat factũ emptoris in manumittendo debere interuenire: ideo postea ex ea natus est ingenuus. hoc dicit Salyc.

Idem A. Fulginio. 2 †

LEX III.

SI iusta h 3 Saturnino puellam nomine Firmam agẽtem, tunc annos septem hac lege vendiderit, vt cum haberet i annos vigintiquinque, libera esset, quamuis factum ab emptore præstandæ libertatis pacto nõ sit insertum, k sed vt libera esset, expressum: 4 † tamen constitutioni diuorũ Marci, & Commodi in semestribus scriptæ, 5 † locus est: l ideoq; impleto vigesimoquinto anno, Firma libera facta est: nec obest ei, quòd vicesimoseptimo anno manumissa est, m quæ iam ex constitutione libera erat. Et is quem post vicesimumquintum annum ex te conceptum enixa est, ingenuus est.

Cum primum potest, intelligitur quis in mora fauore libertatis. Bal. Vel sic: Si dominus recipit pretium, vt libertatẽ præstet seruo, mora in manumittendo commissa, liber efficitur. h. d. Sa.

Imp. Gordia. A. Iucundæ. 6 †

LEX IV.

SI is, qui precium n pro te acceperat, vt statuto tempore te libertate donaret, moram repromissæ libertati præstitit, ex eo tempore te liberam esse effectam manifestum est, o ex quo, cũ posset p dari libertas, non est præstita: & ideò ex te natos, ingenuos videri procreatos, non incertæ opinionis q est.

Pactum, quod resistit libertati, appositum venditioni serui proprii, impedit libertatem, pœnæ tamen petitionem non inducit. Et citatus à iudice incompetenti, vel sub conditione, quæ non tangit eum, nõ tenetur comparere. hoc d. not. Bald. Vel sic: Seruus venditus cum pacto, ne ad libertatem perducatur sub certa pœna, per emptorẽ manumissus, liber non efficitur, nec pœna committitur, nec procurator fisci est competens iudex inter priuatos. h. d. Salyc.

Idem A. Martino. 7 †

LEX V.

EA quidem mancipia, r quorum venditio eam legem accepit, ne ad libertatem perducantur, s etiam si manumittantur, t nancisci

n *Si is qui precium.*] puta dominus tuus.
o *Manifestum est.*] vt & ff. de manumis. l. si quis ab alio. & de liber. cau. l. Paulus. Sed contra ff. de condi. cau. da. l. 3. §. sed si tibi, & ff. de præscript. verb. l. naturalis. §. at cum do. in quibus dicit non fieri liberum de aduenientem. Solu. ibi dabatur pecunia, vt species, hic vt quantitas. Vel salua, vt in qualibet earum dixi.

ADDITIO. Dicas clarius post communiter Doct. in d. §. sed si tibi. Dedisti tibi pecuniam, vt seruum tuum manumitteres, quem per illam pecuniam à te emi, & vt eum manumitteres intra certũ tẽpus apud te dimisi, tunc effluxo tẽpore à lege fit liber, vt hic. Si verò pecuniã simpliciter dedi, vt seruum tuũ manumitteres intra certum tempus, non tamen emendo eum, tunc elapso illo tpe, non fit liber à lege, ita loquuntur d. §. sed si tibi, & d. §. at cum do. supra alleg. per Glos. Si autem dubitetur, vtrum emerim, vel non, tunc distinguit Bart. in d. §. sed si tibi. aut dedi eam in sacculo. siue speciem, & non præsumitur emptio. aut dedi pecuniam numeratam, tunc si illa pecunia correspõdet vero precio serui, præsumitur emptio: si non correspondet, sed est minus, non præsumitur emptio: sed est cõtractus innominatus, ita vt habeat locum textus in dicto §. sed si tibi. & in dicto §. at cum do.

p *Posset.*] & debetur.
ADDITIO. Tu dicas, aut damnū contingit in fructibus, siue in re locata, & tūc debet fieri diminutio mercedis, vt in dicto §. si vis, aut damnum contingit in rebus proprijs coloni, & tunc non fit diminutio, vt hic Bar. Bald. Angel. & Salic.

SI diuisa.] CASVS. Tribus domum tuam diuisim locasti, quilibet pro parte sua tenebitur, non autem pro aliena, & vno soluente partem suam, alij non liberantur. Sed si conuenit, vt quilibet in solidum teneretur, hoc casu quem elegeris, conuenire poteris. & ei satisfacienti, cedes actionē aduersus alios pro quibus soluit.

d *Si diuisa.*] Quia egerunt, vt quilibet pro parte tantum teneretur, expresse, vel tacite supplendo, uel quilibet suam partem conduxit, ut subijcit.

e *Et.*] pro idest, & c.

f *Non oportet.*] vt & infra de diui. tut. l. 2. §. 1. si tamen insolidum alter vellet soluere, petet sibi cedi actiones, ut sup. si cer. pet. l. si in rem.

g *Locatori sunt obligati.*] quia hoc egerunt, ut quilibet insolidum teneretur etiam iure veteri, ut ff. de duobus reis, l. eandem. & l. reos, §. cum tabulis. Accur.

Impp. Valer. & Galien. AA. & valer. Cæs. Haraclidæ. [r] †

LEX XIII.

SI diuisa [d] conductio fuit, & [e] in singulis pro partibus facta, alieno nomine cōueniri vos non oportet. [f]

¶ Si autem omnes, qui conducebant, in solidum locatori sunt obligati, [g] ius ei competens cōueniendi, quē velit, non debet auferri. [h]

¶ Habetis [i] sanè vos facultatem [k] locatori offerendi debitum, & ut transferantur [l] in vos ea, quæ ob hanc conductionem ab ijs, quorū nomine [m] inquietamini, obligata sunt postulandi.

Qui locat operas, tenetur operari, demū percepta mercede: quia tunc intelligitur fidem fallere, & non ante. h. d. not. tex. cum glos. Bald.

Ijdem AA. & Cæs. Iuliano, & alijs.

LEX XIIII.

SI ij, qui à vobis [n] redemerant [o] frumentum, & hordeum annonæ [p] inferendum, accepta pecunia [q]

h *Auferri.*] hoc corrigitur hodie, quia licet sit actum, ut quilibet in solidum teneatur, tamē pro parte sunt conueniendi, si ambo sunt soluendo, & præsentes, vt in auth. de duobus reis. in princi. col. 7. Sed & beneficium epistolæ D. Hadriani potest implorari, vt ff. de tut. & ra. distra. l. 1. §. nunc tractemus. Accur.

r † Gradidæ.

i *Habetis sanè.*] ut infra de duobus reis. l. 1. & de diui. tutel. l. 2. in princip. & § n. & infra arbit. tute. l. cum heredicę, in fi. & infra, de fideiuss. l. 2 & ff. eode l. cum apparebit, & ff. de cuie. l. in creditore, & ff. qui. po. in pign. hab. l. mulier.

k *Facultatem.* & necessitatem.

l *Transferantur.*] sed an insolidum, vel pro parte? Respon. pro parte, vt satum hic innuit, & ff. de administration. tut. l. si plures tutelam, & ff. de ceni. l. cum possessor, & ff. de pecu. l. quæsitum, §. 2. Sed pone cessionem non esse factam. Respon. si sunt socij, dabitur actio pro socio ad interesse, non ad pignora. si non sint socij, sed ut scholares sunt, tunc dabitur vtilis pro socio, ut ff. de is, qui deie. vel effu. l. perceptione. Alij nullā dant, ut ff. de fideiuss. l. Vranius.

m *Quorum nomine.*] videntur ergo inuicem fideiussere, secūdum hoc quod dicit, ut ff. ad Velleian. l. vir uxori.

SI ij.] CASVS. Procurator fisci, conduxit plaustrum ad ferendum annonam, mercedem soluit, si non facit locator, quod conuenit, aget aduersus eum ex locato.

n *Si ij, qui a vobis.*] .i. procuratoribus fisci. Accursius.

o *Redemerant.*] .i. operas suas locauerant circa frumentum vehendum, & frumentum uehendum dicuntur conducere, & sic locare, & conducere dicuntur.

p *Annonæ.*] publicæ.

q *Accepta pecunia.*] cautè dicit, accepta pecunia, aliàs non est locatio, ut ff. depositi. l. 1. §. si quis seruus. Item caute dicit, accepta, nam sicut emptor demum soluto pretio cogit venditorem ad rem tradendam, sic & hi conductores frumenti inferendi accepta pecunia cogent fidē adimplere, ut ff. de act. empt. l. Iulianus, §. offerri, & ff. locati, l. 2. in princ.

Si

SI de fundo.] CASVS. Mihi fundum locasti, demum me expulisti, agam ex conducto ad interesse, & si pœnam promisisti, si me expelleres, agam ad pœnam.

a Ex conducto.] ad interesse, in quo venit etiam lucrum, vt ff. eod. l. si fundum, §. fi. Item & agit ex conducto, si quid vtiliter, vel necessario sit impensum, vt ff. eo. l. dominus, §. 1. & l. pen. in princ. An autem per constitutionem, si quis in tantam, vel interdicto aliquo succurratur colono cõtra dominũ? Respon. non videtur, cum nullam habeat possessionem, de qua sit expulsus: nec potest dici, quod incontinẽti interuertit possessionem, & sic incipit sibi possidere conductor. & sic secundo expulsus aget per l. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. qui à me vi. quia hæc incõtinenti fiũt, vt in eo. tit. l. 3. §. cum igitur. Item an possit resistere domino? Respond. vt diximus sup. eo. l. emptorem. Item an & contra extraneum aget interdicto, si ab eo repellatur? Respon. si prius possessionẽ interuerterat domino, sic: alijs non, vt ff. de vi & vi arm. l. colonus, & l. cum fundum. Sed an eo ipso videatur interuertere, quod inuitus expellitur? Respon. non, cum non sibi, sed domino semper possidere intendat.

b Placuit.] interposita stipulatione, vt onus probandi interesse euitetur, vt Insti. de verb. oblig. §. pen.

c Retinere potes.] scilicet exactam. Vel dic retinere mercedem loco pœnæ. & hoc nisi in casibus, quos habemus supra eodem. l. æde. altero tamen debet esse contentus, nisi sit actum pacto manente rato, vt ff. de excep. doli. l. apud Celsum, §. Labeo. & ff. de transact. l. qui fidem.

fefellerunt: ex locato agere cum eis potestis.

Conductor indebitè expulsus, debitè petit pœnam promissam: & reponitur in fruitione, si sit apposita clausula, rato manente pacto: & si non soluit pensionem, potest eam retinere pro pœna: & gratis fruetur fructibus conductis. h. d. Bald.

Ijdẽ AA. & CC. Euphrosinæ. LEX XV.

SI de fundo à locatore expulsa es, cum eo[1] † agere ex conducto[a] potes: pœnam quoque à locatore, quam præstari, rupta conuentionis fide, placuit,[b] exigere, ac retinere potes.[c]

Pactum seruatur, & tacito consensu conductio renouatur. Bald. Vel sic: Qui remanet vltra suum tempus in re conducta, videtur de nouo conduxisse. h. d. Salyc.

Ijdem AA. & CC. Timotheo. LEX XVI.

LEgem quidẽ conductionis seruari oportet,[d] nec pensionum nomine amplius quam conuenit, reposci.[e] Sin autem tempus, in quo locatus fundus fuerat, sit exactum, & in eadem locatione conductor permanserit: tacito[f] consensu eandẽ locationem vnà cum vinculo[g] pignoris renouare videtur.

Conductor indilatè tenetur soluere pensionem, & vsuras ex mora. h. d. Bald.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. Hosalio.[2] †

LEX XVII.

PRæses prouinciæ ea, quæ ex locatione debentur, exsolui sine mora curabit: nõ ignarus ex locato, & conducto actionem, cum sit bonæ fidei,[h] post moram vsuras[i] legitimas admittere.

Propter edacitatem vermium fit remissio mercedũ: & in pensionibus seruanda est consuetudo. Bald.

Ijdem AA. Amno.[3] †

LEX XVIII.

EXcepto[k] tempore, quo edaci locustarum[l] pernicie sterilitatis vitium intercessit, sequentis temporis fructus,[m] quos tibi iuxta præteritam * consuetudinẽ[n] deberi constiterit, reddi tibi præses prouinciæ iubebit.

Consuetudini, & statuto renunciari potest expressè. nam in tacitis semper consuetudo & statutum videntur inesse: & renunciatio vnius non facit alteri iniuriam. Bal. Vel sic: Fides contractus est seruanda: & remissio facta ab vno non præiudicat alteri. Salyc.

Ijdem AA. Valerio.[4] †

LEX XIX.

CIrca locationes, atq; cõductiões maximè fides[o]

1 † al. deest cum eo.

2 † Hosta.

3 † al. Annio.

* Consuetudinem, hæc est bona lex, quãdo quidẽ nõ exprimitur certa quãtitas, intelligitur de ea, q̃ consueuerit præstari secundum Bart.

4 † Valentino.

P Ræses.] CASVS. Si domum mihi locasti, nec pensionem sua die solui, teneor ad vsuras ex mora: sicut in cæteris bonæ fidei contractibus.

h Cum sit bonæ fidei.] vt Insti. de actionib. §. actionum. & suprà eod. l. 2. & l. emptorem.

i Vsuras.] vt s. eo. l. lio. 2. & ff. eo. l. quæro. & de vsuris, l. cum quidam, §. ex locato.

EXcepto.] CASVS. Locasti mihi fundum in trienniũ: primo anno erat sterilis: duobus annis sequentib. fertilis: subducto tempore sterilitatis in residui temporis pensionem sum obligatus.

k Excepto.] nisi ex vbertate aliorum annorum possit recompensari, vel nisi speciali pacto spectet ad suum periculũ, quod seruandum esset, vt supra eod. l. legem, & l. licet. Et dic, quod colonus de sterilitate potest quæri, vt hic: & plenè diximus suprà eo. l. licet. non autem de exiguitate, vt ff. eod. l. si vno, §. cum quidam.

l Edaci locustarum.] quia omnia edunt.

m Fructus.] i. merces propter fructus sequentis tẽporis. nam non potest intelligi de portiario colono, sed de eo, qui nummis colit, vt ff. eod. l. si merces, §. vis maior. Vel fuit hic contractus innominatus do, vt des, s. vt daret certam mensurã fructuũ singulis annis, puta decẽ corbes frumenti, quotcumque fructus percipiat singulis annis, siue decem, siue 20. siue 40. vnde cum hic cõtractus sit similis locationi: eadem æquitas est in isto seruanda, quæ in illo, vt argum. ff. depo. l. 1. §. si quis seruum, & de præscr. verb. l. naturalis, §. fin.

n Consuetudinem.] de præstandis pensionibus: quando enim certa merces non exprimitur, datur quantum solet ex consuetudine dari, vt hic: & argum. ff. de damno infec. l. si finita, in princip. & de ædil. edicto, l. quod si nolit, §. quia assidua. & est ad l. istam. ff. eod. l. ex conducto, §. si vis tempestatis.

C Irca.] CASVS. Pacta, quæ fiunt in locatione, seruanda sunt. si ergo locauerint duo mihi fundum, & vnus pensionem pro parte sua mihi remiserit: alij non præiudicatur, quo minus partem suam exigere possit.

o Fides.] vt s. eod. l. legem. maximè autem ideo dicit, quia & quædam non dicta seruantur, si modo bonum, & æquum sit, vt Insti. de oblig. ex consensu, in fi. & s. eod. l. proxi. in fi. & ff. eod. l. ex conducto, in princ.

L Egem.] CASVS. Locasti mihi fundum pro decem, & ea solui: plus petere non potes. Si verò in conditione te consentiente remansi: tempore locationis finito, eandem conductionem videor renouasse, pignoribus remanentibus in causa conductionis, quæ fuerunt in prima conductione, vel locatione.

d Oportet.] sic, & ff. eod. l. si merces, §. conductor. & ff. de contrah. empt. l. pacta.

e Reposci.] hoc in priuatis locationibus: alijs secus, vt s. de allu. & palu. l. 2.

f Tacito consensu.] in sequentem annum, nisi interim dominus furere cœperit, vel decesserit, vt ff. eod. l. qui ad certum.

g Cum vinculo.] sic ff. si certum petat. l. si quis nec causam, §. penul. & hoc nisi fuerit res alienata illata. nam tunc exigitur nouus domini consensus. In vrbanis autem prædijs intelligitur reconductio facta, quatenus inhabitauerat, nisi in scriptis aliter comprehensum sit, vt ff. eod. l. item quæritur, §. qui impleto.

a *Specialiter.*] repete maximè, & sic contra, propriè ponitur. Vel dic contra, pro præter, vt ff. de pact. l. pacisci. & eodem modo subaudi, maximè.

b *Contra legem.*] melius dixisset præter legem. nec enim contra legem aliquam fit, si aliquis renunciet ei, quod pro se introductum sit, potest enim de iure hoc fieri, vt & supra, de pact. l. si quis in conscribendo. & prodest hoc notare propter id, quod diximus supra, de pact. l. 1. Item nota hic, quod res inter alios, &c. vt & j. res inter alios. & j. de pactis, l. actionem. & ff. de pact. l. si vnus, §. pacta quæ.

QVi rem.] CASVS. Si rem meam, quā putabam tuam esse, locasti mihi, non valet locatio: nec in te dominium est translatum.

c *Existimans.*] idem si sciens: sed facilitatem facti notauit, vt infra eod. l. ad probationem. sed possessionem perderet sciens, vt ff. de acqui. possess. l. si rem aliquam. & l. quod meo, in prin. & ff. de rei vendicat. l. quædam mulier. & de vsucap. l. ei à quo. & facit ad legem istā ff. de acquir. re. domi. l. si procurator 2. & ff. de rei vend. l. inter officium. & ff. eod. l. non solet. & supra de rei vendic. l. re tua. & infra, de donat. inter virum & vxo. l. fin. & ff. de reg. iur. l. neque pignus.

SI olei.] CASVS. Locasti mihi fundum, vt soluerem 10. cados olei: & locasti in triennium solui: alius offert 15. cados olei: an à contractu locationis recedere possis, quæritur? Dicitur, quòd non.

contractus seruāda est, si nihil specialiter a exprimatur contra cōsuetudinem regionis. Quòd si alij remiserint contra legem b contractus, atq; regionis consuetudinē pensiones: hoc alijs præiudicium afferre non potest.

Rei propriæ per ignorantiam facta conductio, viribus non subsistit. Bald. Vel sic: Conductio rei propriæ nō tenet, nec dominium transfert. Salyc.

Iidem AA. Carpophoro.

LEX XX.

QVi rem propriam conduxit, existimās c alienam, dominium non transfert, sed inefficacem conductionis contractum facit.

In contractu locationis non habet locum pœnitentia, etiam si non sit propriè locatio: sed contractus innominatus. Bal. Vel sic: A conductione contracta non receditur, licet ab alio plus offeratur. Salyc.

Iidem AA. & CC. Antoniæ.

LEX XXI.

SI olei certa ponderatione fructus anni locasti, d de contractu bona fide e † habito, propter hoc solum, quod alter f maiorem obtulit g ponderationem, recedi non oportet.

g *Obtulit.*] nisi vltra dimidiam esses deceptus, vt supra de rescind. vend. l. 2. & l. si voluntate.

SI ij.] CASVS. Locasti mihi operas in quinquennium, vt fidem contractus serues, iudex te compellet.

h *Certi.*] minus trigintā annis. Quid autem si in perpetuum, vel vltra triginta annos? Ion. quod non tenet. Nos, quod sic, cum saltem feriatis interpellentur diebus: & sic non fit seruus, vt & infra de ingenu. man. l. si vestram. & per substitutum possit seruire, vt not. supra, de vsufruct. l. antiquitas.

Qui promittit operas, tenetur seruare bonam fidem. hoc dicit Bald.

Iidem AA. & CC. Papiniano.

LEX XXII.

SI ij, contra quos supplicas, facta locatione certi h tēporis suas tibi locauerint operas: quatenus bona fides patitur, causa cognita, competens iudex conuentionem seruari i iubebit. k

Per instrumenta locationis non probatur dominium. Et qui rem propriam à se possessam conducit, non mutat sibi possessionis causam. Bal. Vel sic: Locatio non sufficit ad probandum dominium contra conductorem, qui postea de dominio cœpit litigare. hod. Salyc.

Iidem AA. & CC. Prisco. aliàs Fisco.

LEX XXIII.

AD probationem l * rei propriæ, siue defensionē non sufficit locatio ei facta, qui post de dñio cœperit cōtendere; cū inscientia domini proprij, m & erratis n nullū habeat cōsensum; sed ex euentu, si victus fuerit, o cōtractus locationis nō cōstitisse magis p declaratur. Nemo enim q sibi iure possessionem mutare potest.

i *Seruari.*] & præcise cogentur ad factum, vel ad interesse, prout 1 voluerit actor, vt ff. de nou. oper. nunc. l. stipulatio, §. siuè. & ff. de verb. obl. l. si fundū. & sic intelligitur ff. de aqua pluu. arcē. l. si vel nō possessor, Titius, §. officium, & si contumax fuerit locator, cum præcisè ad standū alias factum agitur, iura soluendo. bitur in litem, vt ff. de interesse, eod. l. si cui. §. 1. vel pœnā,

k *Iubebit.*] f. vt p id si erat pro tempus præstet, quod missa, liberè conuenit. sabit. Bal.

1 Hoc verum si equitas hoc suadeat, quia forte alius nesciret operas præstare alias.

AD probationem.] CASVS. Rem meam mihi locasti, vendicare vis, & probare dominium ad te pertinere per hoc quod mihi locasti: an ad probationem hoc sufficiat, quæritur? Respond. quòd non. Non enim sufficit ad probādū dominium probare me conduxisse.

l *Ad probationem.*] ad probandum, quod pluris fit alicuius petentis, non sufficit probare se locasse: nec contra ad defensionē se conduxisse, sed alio modo oportet probari locantis, vel conducētis dominium, 2

2 Glos. in c. inter dilectos, super verbo meum, in medio, ext. de fid. instru. inducit hanc l. in ar. quod licet ex pluribus causis possit fieri traditio rei: ex vna tamē dominiū quæritur.

3 Istam glo. sequit Bal. & Sal.

d *Locasti.*] i. vsum concessisti. non tamen fuit: quia sine mercede in pecunia esse non posset, vt ff. depositi. l. prima. §. si quis seruum. & de præscrip. verb. l. naturalis, §. at cum do. & ff. de dot. inter virum & vxo. l. si vir vxori. & supra de præscript. verb. alias de rerum permut. l. emptionem. & argum. supra de contrah. empt. l. empti.

ADDITIO. Habes ex hac glos. quod hic non erat locatio, sed erat contractus innominatus: quare dicas, quod oleum hic fuit solutum: & sic res non erat integra. alias esset locus pœnitentiæ, vt l. si pecuniam, ff. de cond. cau. da. Item suppleas secundo, quod hic erat res exposita locationi: vnde habet similitudinem cum contractu bonæ fidei, argu. l. 3. tit. 1. alias enim non esset contractus iste bonæ fidei: quia contractus innominatus non dicitur bonæ fidei, nisi in duobus casibus, vt Instit. de act. §. actionum. ita intelligit Bart. hic hanc legem.

e *Bona fide.*] maximè. nam idem est in stricti iuris iudicio, vt supra, de actio. & oblig. l. sicut. & supra, de transact. l. quamuis.

f *Quòd alter.*] scilicet tertius.

vt hic: & infra, de liber. cau. l. ad probationem. & ff. eod. l. non solet. & agebatur hic rei vendicatione, non locati. & si quidem conductor probet se dominum, patet quod contractus fuit nullus, cum rei suæ non sit locatio, vt ff. depositi, l. qui rem. & de vsucapionib. l. ei à quo. Dic ergo probationem, scilicet quando petit, siue defensionem quando possidet.

ADDITIO. Quia finita locatione conductor restituit, & postea agit rei vendicatione. Salyc.

m *Domini proprij.*] conducentis.

n *Errantis.*] idem in sciente, vt diximus j. eod. l. qui rem.

o *Victus fuerit.*] qui locauit.

p *Magis.*] electiuè ponitur.

q *Nemo enim sibi iure possessionem.*] dic possessionem, id est, proprietatem: 3 sic ff. de verborum significatio. l. interdum. & sic est plana. Alij sic, benè dixi sic esse in dominio. nam secus est in possessione, quam conductor non potest sibi commutare: sed colonario iure tenet, quod non placet, vt ff. de vsucapionib. l. ei à quo. Alij econtra, 4 vt locator, qui possidebat pro prædone, vel pro possessore, eundem non

3 Et hoc si ue sciens, siue ignorans fuerit ipse conductor. Cyn.

4 Ista glo. allegatur secundum Sal. hic ad hoc, quod locatio non præbet titulum sm

non ideo incipit pro suo possidere colonum. Vel quarto non potest prodesse locatori prædicta locatio ad probationem sui iuris, quia non potest sibi mutare causam suæ possessionis, nam nec nullus alius potest. Vel quinto non mutat alias cum locatio tenet, hic autem mutat quia non tenet locatio, ut ff. de vsuca. l. ei à quo, & de hac mutatione causæ possessionis plenè dixi, inf. de acqu. poss. l. cū nemo. 1 Et ad hoc q errans non consentit, est sup. de iu. & fac. igno. l. non idcirco, & supra eodē, l. qui rem. & infra de præscriptio. longi. tempor. nec petentem.

1 Vide c. inter dilectos. vbi Pan. Imo. & Fel. extra de fid. instr. & c. cum venerabilis de relig. do. & l. solemnibus sup. de rei uen.

Contractibus. CASVS. Fundum mihi locasti, nō ideo quia non interuenit instrumentum, minus est habendus ratus locationis contractus, nec uxorem meam conuenies, nisi in posterius tempus de nouo conduxerit.

a Etsi non interuenerint. vt & sup. de fid. instru. l. si constiterit & est ratio, quia cū nudo consensu contrahatur, neque verba, neque scriptura desiderantur, vt ff. eodem leg. 1.

* Not. aduertius eū à quo cām habemus, non posse impedi rei ven. nec qō. dominij.

b Non vxorem. sic & supra ad Velleian. l. si aduersarius, & supra ne vx. pro ma. l. 1.

Ex conductione mariti nō tenetur vxor, sed si ipsa conduxit, tenetur, h. d. Bald. vel sic. Contractus conductoris, valet etiam sine instrumentis, vel scriptura, & tenentur hæredes conductoris, non eius vxor, nisi ipsa postea cōduxerit, Sal.

Ijdē AA. & CC. Antonino.

LEX XXIIII.

Contractus locationis, conductionisq; non interuenientibus etiam instrumentis ratus habeatur, secundum quod hæredes conductoris (etsi nō interuenerint [a] instrumenta) non vxorem [b] conuenire debes. Sanè de posteriore tempore, quo conductricem ipsam proponis fuisse, adesse fidem precibus tuis probans, pensiones integras ab ea pete. *.

Conductor debet prius dominum, seu possessionem restituere, quàm de proprietate litigare, seu subiicere, hoc dicit Bal. & Sal.

Ijdem AA. & CC. Epagato alias Apagasto.

LEX XXV.

SI quis conductionis [c] titulo agrum, uel aliam quācunque rem accepit, possessionem prius restituere [d] debet, & tunc de proprietate litigare.

Euanescit instrumentum, si exinanitur debitum, Bal. vel sic: Impleta fide conductionis finitæ agi potest contra locatorem. vi retenta, vel abrepta restituat, Sal.

Ijdem AA. & CC. Opiloni, & Hermogeni.

LEX XXVI.

SI conductionis * implestis fidem, [e] eiusdem rei gratia factum instrumentum euanuit. [f] Quod si quid ve-

c SI quis conductionis. Pone casum, quod vendidi tibi rē retento vsufructu, uel constitués me tuo nomine possidere, quam tibi postea loco, agam finito tempore locationis contra te condictione ex hac lege, & postea uendicabis tuum dominium, licet duæ regulæ videantur obstare, una quæ dicit, cui damus actionem, multo magis exceptionem, ut ff. de superficie, l. 1. §. quod autem ait prætor. Et alia, dolo facit, qui petit quod restituturus est. Sed hoc expresse sic non ordinat lex. Vel vbi lex non ordinat, sic habent locum prædictæ regulæ, & idem potest dici in omnibus, qui alieno nomine tenent, vt in tutore, curatore, gestore, depositario commodatario, vsuario, & vsufructuario, si non est in his aliqua iusta causa retinendi, vt ff. de acquir. possessione l. si quis rem quam. (Alij dicunt etiam in his dominij causam obstare agenti possessorio) & agitur his & alijs causis vtili condictione ad instar huius directæ, quæ ex hac lege datur. 2 Vel pone 3 casum & melius, secundum quod hæc litera sonat simpliciter, & supra eo d. l. ad probationem.

d Restituere. condictione ex hac l. ut dixi: sic & alias actione ciuili agitur possessorio, ut ff. de condict. indeb. l. indebiti, §. primo, & de tritica. l. secunda, vel etiam ex locato 4 agitur hic ad possessionem, ut ff. loca. l. videamus, §. qui vinum & argumen. supra de actio. empt. l. secunda in fine, & secundum hoc iuratur in litem, vt ff. eodem l. si cui, §. primo, & tunc pœna. l. conductores, infra eodem, habebit locum, nisi iustam causam habeat retinendi, vt ff. de acquirenda possessio. l. si quis rem. & de vi & arma. l. colonus in fine. Sed opponitur, non tenuit locatio rei propriæ, sicque non potest agi ex locato? Respondetur interim dum est dubium, utrum teneat uel non agi potest. vel etiam si sit certum, tamen agitur, sicut & agitur pignoratitia actione, vbi etiam constat non teneri pignus, ut ff. de pignorat. actio. l. si rem, prima §. is quoque secus si ageret rei vendicatione, quia tunc potest excipi, ut supra eodem l. ad probationem. Sed videtur huic legi contra, infra de agrico. & censi. l. litibus, lib. 11. vbi dicit fructus sequestrando 5, & de possessione cauendum, si dominum apparebit melius ius habere, per quod patet, quod non statim reddet. Solutio. illa hanc corrigit. Vel hic 5 constabat de locatione: ibi non, sed ab alio forte domino se habere dicebat conductor. vnde cum iste seruitium pro eo vellet: potest de hoc iure secum litigare: licet alias non posset secum litigare, ut infra in quibus cau. cog. cen. leg. prima, & secunda, lib. 11. infra de agricol. & cen. l. cum satis lib. 11. Vel secundum Ioan. licet domino ibi non restituat statim, tamen non obest ei, quia colonus tenetur probare nihilominus alterius esse, non eius qui se dominum esse dicit. Vel ibi loquitur de perpetuo censitis: hic non. & hæc uera uel hic possessorio. 6 ibi petitorio petebatur. nam redditus ibi petebantur, & prædium penes colonum esse uolebat. Item secundo est contra ff. depositi l. bona fides, vbi deponēti non reddit, sed domino uero. Solutio. ibi petitorio, ff. depositi, hic possessorio condictione scilicet ex hac lege agitur. Vel ibi erat fur, uel prædo, hic bonæ fidei possessor. Vel ibi incontinenti paratus erat dominus probare; hic non, argumen. ff. ad exhibendum, l. tertia, §. sed & si idem, quam distinctionem Ioan. non admittit, quando lex expressim ordinat, vt prius restituatur possessio, vel causa possessionis prius agatur, & postea proprietatis. 8 Vel ibi constabat dominium, hic non. Item contra ff. de regu. iuris, l. in condemnatione, §. fina. de except. doli. l. dolo. Item & ff. de regulis iuris, l. inuitus, §. primo. & de superficie. l. prima. §. quod autem ait, ibi, cui damus actionem, & cęt. Sed illa sunt in petitorio non in possessorio intelligenda, cui damus &c. & est ad legem istam supra, de rei uendic. l. ordinarij, & infra, de interdict. l. incerti. Sed ibi dicit hodie constat, &c. ut nota, infra, de edict. diui. Hadrian. tollen. l. secunda.

ADDITIO. Colligas hic paruam distinctionem ex iuribus in hac glo. alleg. dum quæritur, an conductor possit locatori referre quæstionem dominij, quia aut de locatione est dubium, & potest opponi exceptio dominij: ut d. l. litibus, aut constat de locatione, & tunc si locator agit condictione ex hac l. non potest excipi de dominio, vt hic. si vero agit actione ex eo contractu, tunc aut obijcit conductor de dominio proprio, & potest, quia illa exceptio perimit in totum ius agentis, ut l. ad probationem supra eodem aut obijcit de dominio tertij, & tunc si ille tertius sibi assistat & agit, & tunc potest, ut l. bona fides, §. fin. ff. de posi. alias non potest.

SI conductionis. CASVS. Locasti mihi fundum, & mercedem solui: instrumentum locationis euanuit, si aliquid in fundo à me inductum est, & tu locator illud surripueris, dabitur mihi rei uendicatio, uel ui bonorum raptorum, aut ex conducto, ut illud mihi restituas.

e Fidem. soluendo debitam pensionem.

f Euanuit. ut sup. depositi. l. propter, & ideo condici, uel uendicari potest, ut sup. de condic. sine causa, l. dissoluta, & supra ad exhib. l. fin.

2 Istam sequitur Sa. hic.

3 Vera est sm Iac. de Are. & Angel. hic.

4 Iste intellectus reprobatur sm Bar. Ang. & Sa. hic, & est tex. in contrarium in l. qui rē. ff. depo.

5 Hanc tenent Cyn. Bar. & Angel. hic, & idem Bar. in l. 3. ria.

6 Istam tenēt Ia. de Are. & S.

* Ista lex reputatur singularis secundum Bar. hic.

7 Hæc est vera secundum Sali. vel dic, q ibi depositarius opponebat ñ falsum de dominio tertij sed et ille tertius agebat cū eo, & assistebat opponēti, ideo prius agitur, gs sit dñs Sa.

8 Idē tenet Sal.

9 Idē Ang. hic B. S. & Ang. in expositione gl. 1.

a *In fundo.* à vobis conducto.
b *Direptum est.* à locatore, vel alio.
c *Restitui.* rei uendicatione vel vi bonorum rapto. vt supra eodem, l. damnum, vel etiam ex conducto contra locatorem tenentem vel rapientem, arg. supra de act. em pt. l. 2. in fi. & ff. de cõtrahen. emptio. l. quoties, Accur.

Si tibi. CASVS. Si ꝓ colonis tuis Titius Seio soluerit: ante habeat obligatum, quæritur? Distinguitur: aut Titius stipulatus est pecuniam sibi à domino reddi, aut non, si sic, habet te obligatum si non, habet Viuianus. Vel pone casum, vt in gl. seq.

d *Si tibi.* pone casum, secundum Irn. ꝗ colonus soluit ꝓ colonis, i. ad scriptitijs prædij, sine quibus prædiũ alienari, vel locari nõ potest, ut infra, de agri. & cẽsi. l. quẽadmodũ, li bro. 11. Vel dic, qđ extraneus aliqs soluebat pro colonis, & vtroque casu stipulatione datur domino alias non datur actio.

e *Prorogasti.* aliàs prærogasti, i. ante tẽ pus soluisti, s. creditoribus eorũ. Vel dic simpliciter, i. soluisti s. creditorib. eorum

f *Iubebis.* scilicet conditione certi ex stipulatione, vt ff. si certum petit. l. si quis certum.

g *Stetit.* i. stipulatum non interuenit.

h *Iure nostro.* s. ciuili, sed prætorio nascitur de constituta si eo animo pacti e stis, alias ageres negotiorum gestorum contra colonos. Sic ergo non obstat. Infra de act. §. de constitut. Vel in hoc secundo casu inutiliter fuisset stipulatus, cũ utiliter stipulari uel les, & ideo nec ex stipulatu quod soluisti, agere potes, ut ff. de consti. pec. l. 1. §. cum. Et adhuc quæritur, quomodo præscriptis uerbis non nascitur, cum incontinenti fuerit pactum factum, ut supra de pac. l. legem, & l. leg. proponas & supra de rerum permu. l. rebus? Respond. secundum P. speciale sicut, & alias, ff. de relig. & sum. p. fune. l. quod si locus, & infra de iure do. l. auia. Sed miror, quare hoc dixerit, nam pactum uel factum, quod sui ui sanitate uestitur, intercessisse debet, quod hic non fuit, sed alijs soluerat, & pro alijs, & adhuc ab alio paciscebatur, reddi sibi sic, ergo non potest uestiri, & hoc placet. Tertij dicunt hic ex interuallo appositum. Quarti, quod ibi in contractu, hic in distractu, & facit ad legem istam, ff. de pactum. leg. iurisgentium, §. sed cum nulla, & infra de pactis conuentis. lege, prima.

Casum ponit dupliciter.
1 † Maximus. al. Maximiano.
* Vide in hanc l. Albro. 11. Vel dic ciat. li. pa terg. c. ca. 4. & intel. vide per Hiero Bu tigel. in l. Ia 46. si cert. pet. & la. de Nigri. in l. 1. nu. 43. de uer. obl. & Cu iã. in l. legem, in fi ne, sup. de pact. & in l. petens. num. 47. eo. tit.

1. No. istã gl. fm Angel. ꝗ pactũ apposito iuxta ductum non uestitur eius cohærentia quãtenus ad vtilitatẽ tertij.

strum in fundo [a] fuit, vel vi direptum [b] est, hoc restitui [c] vobis pses prouinciæ iubebit.

Si soluerim pro colono tuo, & tu mihi promittis per stipulationem, teneris efficaciter, secus, si nudo pacto fideiubes, Bal. vel sic: Ubi nudũ pactum non sufficeret, stipulatio prodest. h. d. Sal. vel sic: Pactum cohærentia traditionis non vestitur, quando cum tertio, & non cum recipiente interponitur, h. d. Sal.

Ijdẽ AA. & CC. Neroni.[1] †

LEX XXVII.

SI tibi, * [d] quæ pro colonis conducti prædij prorogasti, [e] dominus fundi stipulanti dare spopondit, competens iudex redditi tibi iubebit. [f]

¶ Nam si conuentio placiti sine stetit, [g] ex nudo pacto perspicis actionem iure nostro [h] nasci non posse.

In contractu locationis nõ veniunt sarcienda fortuita, Bal. vel sic: Conductor locatori & econtra tenetur de dolo & culpa, non de casu, Sali.

Ijdẽ AA. & CC. eidẽ Neroni. LEX XXVIII.

IN iudicio tam locati, quã conducti dolum, [i] & custodiam. [k] nõ ẽt casum, [l] cui resisti non põt, venire constat.

De structa per conductorem, debent restitui per se, & eius hæredem, Sal.

IN iudicio. CASVS. In locato & conducto uenit dolus, & lata culpa, & leuis, non casus fortuitus. Viuian.

i *Dolum.* ut. ab. lit.

k *Custodiam.* vt adsit & potest contingere in conductore ꝓ culpa circa custodiam, ut si. nau. cau. sta. l. nauta. Circa locatorem, quia rem alienam locauit, vt ff. eo. l. si quis domum, vel uitiosam, vt in l. sed addes, §. 1. & l. cũ in plures §. seruã meam. Sed licet ex natura contractus ueniat custodia, nõ tamen leuissima culpa uenit, ut ff. nau. caupo. stab. idẽ. §. sed si gratis. si tamẽ spe cialiter promittatur custodia, etiam leuissima culpa uenit, secundum Ioannem, ff. eodem, qui mercedem.

l *Casum.* fit enim ꝓpter casum remissio mercedis, & sic neque locatori imputatur, quia alias teneretur ad interesse ut ff. eod. si fundus, Azon. & hoc nisi ex pacto speciali, argu. sup. de neg. gest. l. negotium, & facit sup. commoda, l. 1. & sup. mand. l. à procuratore, & de pig. act. l. creditor.

Locator non tenet de leuissima culpa.

Merces ꝓ casum remittit.

Ijdem AA. & CC. Iuliano.

LEX XXIX.

CVm conductorem ędificia, quæ susceperat integra destruxisse proponis, hæc ẽt heredes [m] eius pręses prouinciæ instaurare, ędificiorum inter uos habita rõe, [n] iubebit.

Qui prohibetur esse principalis, prohibetur esse accessorius. Bal. vel sic: Curiales non possunt aliena pdia cõducere nec cõducẽtib. fideiubere. S.

Impp. Theo. & Valentin. AA. Florentio, PP.

LEX XXX.

CVrialis, * neq; [o] procurator, neq; cõductor [p] alienarũ rerũ, nec fideiussor, * aut mandator conductoris existat, alioquin nullã obligationem, neq; locatori, [q] neque conductori [r] ex huiusmodi cõtractu cõpetere sancimus. D. 6.[2] † Id. April. Constantinop. Theod. A. 16. Cons.[3] †

Milites non debent omittere vsum armorum, nec esse graues uicinis eorum hoc dicit. Et illi, qui aluntur à republica, debent militare pro ipsa, non contra ipsam. vel ho norem ipsius, tene mẽti. Bal. vel sic. Milites debent se abstinere à conductionibus, nisi gratia sui vsus, h. d. Sal.

Imp. Leo A. Aspari [4] † magistro militum.

LEX XXXI.

MIlites nostros, alienarum

CVm conductorem. CASVS. Scholaris cõduxit hospitium integrum, destruxit hospitium, nunquid teneatur redintegrare, quæritur? Rñ. ꝗ sic. si viuit, & eo mortuo hæres eius. Nam tenetur conductor, si fecerit rem deteriorem ad interesse, & posset etiam expelli.

m *Hæredes.* uidebatur, ꝗ non, quia maleficiũ erat, seu non est itẽ, ut ff. de act. & obl. l. ex contractib. & ex depositi. Accu.

n *Ratione.* ut talia restituantur, qualia fuerant tempore cõductionis uel præstet quanti sua interest.

CVrialis. CASVS Si aliquis curialis est adstrictus curiæ, non põt esse conductor, uel fideiussor, siue mandator conductoris, & si cõ trafacit, ex isto contractu nulla oritur actio.

* Ex Nouel. Theo.

* Concor. gl. 1. in fi. in c. pen. de si deiu. in antiq.

2 † al. 17.

3 † al. A. 17. & Felicio Coss.

4 † Asparo.

o *Neq; procurator.* veluti qui certa mercede sibi præstita cũ domino conuenit, ut à cæteris conductoribus ipse sibi exigat, secundum quosdam, uel dic simpliciter, sicut & in clericis, ut in authent. de sanc. episcop. §. aliam col. 9. & infra l. proxi.

p *Neque conductor.* si tamen in conductione successit alij, iuste remanet, ut ff. de decur. l. 4.

q *Locatori.* scilicet scienti, ut ff. eodem, l. si ignorans, & facit infra, de decur. leg. si quis procurationem, lib. decimo, & infra, qui ad conduc. præ. fisca. acced. non lic. libro 11. l. prima.

r *Conductoris.* si pro locatore fideiussit.

MIlites. CASVS. Milites armatæ militiæ prohibentur conducere res alienas, & esse fideiussores conductorum, siue procuratores, siue mandatores eorum, & debeant dare operam armis, non agriculturis, siue priuatis negotijs, ita ut nos defendant & rempub. à qua aluntur.

Com-

rerum cōductores, [a] seu procuratores, [b] aut fideiussores, vel mandatores conductorũ fieri prohibemus: ne omisso armorũ vsu, ad opus rurestre se conferant, & vicinis graues præsumptione cinguli militaris existant.

¶ Armis [c] autem, nō priuatis negotijs occupentur: vt numeris, [d] & signis suis iugiter inhærentes, rempublicam, à qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant. *

Non tenetur dominus rē locare eidem, si nō vult, nisi per pactũ in scriptis factum adstrinxerit se ad renouandum: nam tunc compellitur: & alii locare non potest. h. d. & est valdè not. l. ex pro contractibus emphyteuticis, in quibus omittitur renouatio. Bal. Vel sic: Dominus potest locare rem alii, cum fuerit finita locatio primi: nec debet primus secundo cōductori molestiam, vel litem iniustam inferre, sub pœna hic subiecta. h. d. Salyc.

Imper. Zeno A. Adamantino PP. [1] †

LEX XXXII.

NE cui [e] liceat, qui aliquam domum alienā, vel locum, aut ergasterium nomine conductionis accepit, alteri, qui post eum [f] domini voluntate ad eadem [g] conductionē accessit, litem inferre, [h] quasi rem illicitā, aut agenti damnosam tentauerit, sed patere facultatem dominis domos suas, vel ergasteria, vel loca, cui voluerint locandi: [i] ipsis nihilominus, qui conduxerint, ab omni super hoc molestia liberis conseruandis: nisi fortè pacta [k] per scripturā specialiter inita cum dominis, vel cum ijs, qui posteà conduxerint, legibus [l] videlicet cognita, agentis [m] intentionibus suffragentur.

¶ Quòd si quis huiusmodi controuersiā sacris iussionibus [2] † interdictam crediderit commouendam; si priuatus est, acriter cæsus exilij subeat pœnam; si militat, decem librarum auri dispendio feriatur.

LEX XXXIII.

HÆc [n] constitutio permittit vtrique tàm locatori, quam conductori, vt liceat intra [o] annorum conductionem soluere tàm in Italia, quàm in omnib. prouincijs: ac ne pœnam quidem velut ex transgressione prçstare, nisi contractus initio specialiter huic legi valedixerint, aut circa scripturam renunciarint.

Qui rem conductam non restituit ante condemnatoriam sententiam, postea tenetur etiam ad eius æstimationem quasi inuasor. hoc d. Bald. idem Salyc.

Idem A. Sebastiano PP.

LEX XXXIV.

COnductores alienarũ rerum, seu alienam cuiuslibet rei possessionē precario [p] detinentes, seu hæredes eorum, si non eam dominis recuperare volentibus [q] restituerint, sed litem vsque ad definitiuā sententiam expectauerint: non solum rem locatam, sed etiam æstimationem [r] eius victrici parti, ad similitudinem inuasoris alienæ possessionis, præbere compellantur. D. 5. Calend. April. Constantinop. Theodorico, & Venantio Coss.

Signa Imperialia dicũtur victricia. hodie debet Imperator in Italia verecũdari de tanta fama, quæ tenet gloriā nominis, sed non hominis. & iacet infatuatum Imperium (dico in Italia) nam in sua maiestate consunci non potest: vt in Authen. quomodo oportet, §. fin. Bald. Vel sic: Milites prohibentur à conductione rerum alienarum: aliàs tàm ipsi, quàm locatores puniuntur pœna hic scripta, vel inserta. & quilibet potest eos accusare. h. d. Saly.

a *Conductores.*] sed an stabulũ pro suis, vel alia ad militiã facientia poterit cōducere? Resp. sic. & hoc de iure tamen prohibet: vt j. subijcit, nc omisso, &c. & idem in domo reficiēda dico, nō habitāda vt j. eo. l. fi. in prin. nam & miles punitur, vt j. cod. tit. l. vlt. sed locanti, & ignorāti parcitur: vt ff. eod. l. si ignorans.

b *Procuratores.*] vt & s. de proc. l. militem. nisi in rem suā, vt in eo. ti. l. qui stipendia. & ff. de proc. l. filiusf. fa. §. veterani. & qui stiid. cog. de dic. §. 1. & nisi pro necessarijs in causa liberali, vt ff. de lib. cau. l. 3. §. militi. Vel nisi pro suo matrimonio, vt d. l. filius fam. §. veterani. & idē de milite cælestis militiæ, quod hic de sæculari dicit, vt in Authen. de sanc. episc. §. alium, collat. 9. Idem in Fabricensibus, vt j. de fabr. l. fi. lib. 11.

* Sic clerico prohibet, ne postulet contra ecclesiam, in qua habet beneficiũ, ext. de postul. c. vlt. & concor. huic l. gl. illius c. super verb. contra ecclesiā, post princ.

c *Armis.*] sic inf. de iu. delib. l. fi. in prin. & sup. de condict. ob cau. l. si militem, & j. de re mil. l. milites 2. lib. 12. & 11. q. 3. per totam. Accurs.

d *Numeris.*] quorum quidam dicuntur militia, alij cohors, alij vexillatio, manipulus, [r] legio, cuneus, ala: vt ff. de ijs, q not. infam. l. 2. circa prin.

[1] fal. P. V.

[r] Dic tu auct. Nonio Marcello, q legio cōstat decem cohortib. cohors rursus diuidit in 30. manipulos. Est autem manipul⁹, vt ait Varro, minima exercitus man⁹, quę vnum sequitur signum: vexillationē antiq. nominauctunt alam equitum.

NE cui.] CASVS. Si alicui conduxerim domũ meam, vel ergasteriũ vsque ad annũ: & in sequēti anno nolo sibi locare, sed alij: an possit mihi, aut illi cui locaui, aliquam quæstionem mouere? Resp. q non. & si pcecerit, si vilis persona est, verberatur, & in exilium mittit: si nobilis, punitur in x. libras auri.

e *Necui.*] sancimus.

f *Post eum.*] i. finita eius conductione.

g *Ad eandem.*] id est eiusdem rei.

h *Inferre.*] alioquin si damnum per hoc dominus habuerit, agit de dolo, vel in factum, vt ff. de dolo, l. rem quandam, secundum H. quod non potest stare, cum habet actionem ex locato: vt j. l. prox. in lege au semilla, rē quancam non habebat locum aliud auxilium.

[2] † cōstitutionibus.

i *Locandi.*] tpe prioris locationis finito. fallit tũ hoc in pdijs fiscalib. j. de loc. prę. fis. l. congruit. & l. pdia, §. fi. lib. 11. Item fallit in scholaribus, vt ext. de locat. & conduc. c. ex rescripto.

k *Pacta.*] vt nō liceret alij locare, donec iste conductā habere vellet, & tantum dare, quantum alius. Et nota p scripturā speciale, vt j. tit. 1. l. 1.

l *Legibus.*] non vi, vel dolo, vel metu.

m *Agentis.*] i. prioris.

n *Hac.*] constitutionem hāc ex Basilicis restituit Cuiacius 12. obser. 38. Interpretatio Leunclaij 20. Bologn. 1. c. 93.

o *Intra.*] ex hoc loco Cuia. probat ædilitium edictum pertinere ad locationes 12. obs. 38. quod tamē negat Vlpianus in l. 63. ff. de ædil. edicto.

COnductores.] CASVS. Si cōducis à me rem aliquā, vel precario cōcedo tibi rem aliquam: finito tēpore conductionis, debes mihi reddere si viuis, & hæredes tui, si non viuis. Si autem tu aut tui hęredes differant vsque ad sententiam definitiuam: competens iudex nō solum in re. sed in æstimatione rei debet te condemnare.

p *Precario.*] hic de vtroque loquitur alia, quæ dicit idem infra vnde vi. l. non ab re. & quæ hic desunt, ibi supple.

q *Volentibus.*] s. iure, vt s. l. proxi.

r *Aestimationem.*] repetit actione locati: vt ff. eo. l. videamus, §. q vinũ. & l. si cui. §. qui seruũ. sed hęc ęstimatio cōductione ex hac l. proponēda est post definitiuā sententiam sm quosdam, vt innuit hæc lex: nam tunc demũ est in obligatione. sed Io. dicit etiam ante, s. sub illa conditione si distulerit restituere vsque ad sententiam. sed obijcitur ff. de iud. l. nō quemadmodum. Sed respō. quod illud est verum in principalibus, sed hæc æstimatio est accessoria.

Licet.] CASVS. Leges aliorum Imperatorum prohibebant milites conducere prædia aliena, ne locatoribus, & alijs vicinis essent iniuriosi: veruntamen, quia leges illæ in multis circumueniebantur, Iustinianus imponit pœnam militibus contra facientibus, & dicit, quod si aliquis miles conduxit rem alienam, ipso iure fit infamis; & perdit gradum militiæ, & ex illa locatione non datur actio locatori, vel conductori.

a *Principes.*] vt sup. eo. l. milites, cum suis concord.

b *Procurandas.*] idest reficiendas.

c *Constitutionis.*] id est constituti.

d *Procurandos.*] idest defendendos armis.

e *Conuertere.*] atrocitatem.

f *Optionibus.*] id est, qui diuersis temporibus militabant pro mercede. Vel dic optionibus, i. electionibus, alijs opinionibus, vt in Auth. vt neque miles, neque fœderatus, per totũ, coll. 13. & facit ad l. istam in Auth. vt lic. mat. & auię. §. quod autem, coll. 8.

g *Saltem in posterũ.*] licet in præterito nõ ita fecerint.

h *Cadant à militia.*] ipso iure.

i *Constituti.*] ipso iure.

k *Susceperint.* nomine stipendiorum, vel alimentorum.

l *Et hoc.*] id est, non solum à militia cadent, sed etiam hæc percepta reddent. & hoc condictione ex hac l. vel condictione indebiti.

* Quid sint optiones, vide Vegetium lib. 2. de re milit. c. 7.

m *Vt.*] id est sicut.

n *Constitutus.*] scilicet actor, qui alienũ petit, sibi tamen debitum.

o *Elegerit.*] cedendo ei actionem. quod est vetitũ: vt s. ne liceat potent. l. 1. & 2.

p *Et à suis cadat reditibus.*] ille qui cessit. Vel dic, qui locauit. & dicit in Auth. de ecclesi. tit. §. antepen. collat. 9.

q *Laudandus.*] sic supra de episco. & cler. l. nulli, in fine.

DE IVRE EMphyteutico.

Videbatur contractus emphyteutic[s] similis locationi, sed non est, vt Instit. de loc. & cõduc. §. adeò, & ideo tit. de locato, ponitur vicinus titulus iste.

ADDITIO. Et fit contractus emphyteuticus hoc pacto. nam ab initio datur certa quantitas pecuniæ: Deinde constituitur modica annua pensio in recognitionem potius directi dominij, quam in fructuum percipiendorum recompensationem. ita dicit Iason de Mayno in l. 1. inf. eod.

Imp. Iustinian. A. ad Senatũ.

LEX XXXV.

Licet retro principes [a] multa de militibus, qui alienas possessiones, vel domos cõductionis titulo procurandas [b] suscipiunt, sanxisse manifestũ est: tñ quia res sic est contempta, vt neque interminationis sacratissimę cõstitutionis [c] milites memores, ad huiusmodi sordida audeãt venire ministeria, & relictis studijs publicis, signisq; victricibus, ad conductiones alienarũ rerũ prosilire, & armorũ atrocitatem non in hostes ostendere, sed cõtra vicinos, & forsitan ẽt aduersus ipsos miseros colonos, quos procurãdos [d] susceperint, conuertere: [e] necessariũ duximus ad hanc sacratissimam venire constitutionẽ, altius, & plenius huiusmodi causam corrigentes. ¶ Iubemus itaq; omnes omnino, qui sub armis militãt, siue maiores, siue minores, (milites autem appellamus tàm eos, q sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiá, quàm qui in vndecim deuotissimis scholis taxati sunt, necnon eos, qui sub diuersis optionib. [f] * fœderatorum nomine sunt decorati) saltem [g] in posterum ab omni conductione alienarũ rerum temperare, scituros, quod ex ipso contractu ab initio sine aliquo facto, vel aliqua sententia cadant [h] à militia, & nõ sit regressus eis ad pristinum gradum, neque beneficio Imperiali, neq; consenso, vel permissu iudicis, sub quo tolerandã sortiti sunt militiam: nedũ alienas res conductionis titulo esse gubernandas existimant, suas militias, suamq; opinionẽ amittant, ex militib. pagani, ex decoratis infames constituti; [i] & quod post huiusmodi cõductionem (quam penitus interdicimus) à publico susceperint, [k] & hoc [l] sine aliqua mora, vel procrastinatione reddere cõpellantur, scituris, & ipsis, qui suas facultates post hanc legem eis ad conductionem permiserint, nostra lege eorum conamine violata, quòd nulla eis exactio [1] † contra eas concedatur: vt [m] qui alieni appetens constitutus [n] militem procuratorem elegerit, [o] & à suis cadat [p] reditibus. ¶ Pateat aũt oĩbus huiusmodi copia apud competentes iudices accusationis: vt qui in hac causa delator existat, laudandus [q] magis, quàm vituperandus intelligatur. ¶ Pœna, quã contra milites nostrorũ pręceptorũ [2] † contẽptores & ipsos, qui eis cõductiones rerum ad se pertinentiũ pmiserint, statuimus in futuris causis obtinente.

1 † Actio.

2 † præceptorũ nostrorum casibus.

TITVLVS LXVI.

De iure [a] emphyteutico. [3] †

Contractus emphyteuticus propriã habet naturã, atque figuram, exigitq; scripturã, & propter particulare damnum emphyteuta non liberatur à canone. Bal. Vel sic: Contractus est contractus per se distans à conductione & locatione: & debet fieri in scriptis cum pactis in eo initis. Et si de casu fortuito nihil est conuentum, tunc si res pereat tota, liberatur emphyteuta: non si pereat pro parte. h. d. Salyc.

Imp. Zeno A. Sebastiano PP.

LEX PRIMA.

IVs emphyteuticarium [r] neque conductionis, [s] neque alienationis [t] esse titulis adijciendum, sed

Ius.] CASVS. Emphyteuticus cõtractus, id est melioratio nis, neque venditio, neque locatio, &c. & si quis in non modicum tempus; imò in perpetuum concedit mihi fundum, vt faciam domum, vt ibi plantem, &c. & reditum sibi annuum reddam, & si inter me & dominum fiat aliquod pactum, illud seruandum est. verbi gratia, Si cõueniat scriptura interueniẽte, quod si flumen auferat totum fundum, vt damnũ pertineat ad aliquem nostrum. Si verò non conuenit, distinguitur: aut totus fundus perijt, aut pars fundi. primo casu damnum respicit dominum: secundo casu me emphyteutam.

r *Ius emphyteuticarum.*] id est contractus emphyteuticus, qui qualiter fiat, habes Insti. loc. §. adeo. Circa quem contractum sunt tria naturalia, siue tacita pacta. Primum habes in §. huius legis. Secundum habes inf. eod. l. 2. x. 1. Tertium habes inf. eod. l. fin. §. 1. & cum dicit iste textus, ius emphyteuticarium: ex hoc patet, quòd emphyteuta habet ius in re, p quod à locatore differt: vt ff. de legat. 1. l. si domus, in fine.

s *Conductionis.*] quia non solet locatio &c. vt ff. loca. l. non solet. at hic transit vtile dominium, & naturalis possessio: & ius cõstituitur in re, vt ff. si ager vectig. l. 1. §. fin. Item hoc ius in rebus soli tantum constituitur.

t *Alienationis.*] quia hic ex quibusdã causis potest res aduocari: vt inf. eo. l. 2. & §. Item quia dominiũ, scilicet directũ remanet penes dominum, sed alienatio est act[a], per quem dominium transfertur, vt inf. de fun.

* Emphyteusis ab inititione Græce dicit, & est cõtractus, quo dominus fundi defectu forte & squalidi vsum, & fructum plenissimũ & quasi dominium alteri cõcedit, ex lege vt inserendo, plãtando, & colẽdo meliorem faciat, proq; eo pendat preciũ, seu vectigal omniũ. Cuiac. hic.

3 † Emphyteoticorũ.

fun.do.l.j. Item in venditione est precium, & certum, & in quantitate, hic autem & in specie, & præterea per singulos annos soluitur, vt instit. de contrahend. empt. §. pretium & §. seq & loca. & condu. §. adeo. Item hic necessaria est scriptura, vt hac l. quod in alienatione, vel locatione non est opus. & in multis alijs vt curiosus lector poterit reperire. Sed opponitur, quia etiã alienationis vocabulo continetur, scilicet donatio in emphyteusim, ut in Authen. de non alie. §. alienationis., coll. 2. & supra de reb. alie. non alie. l. si. quæ sũt contra. Sol. nõ continetur appellatione alienationis si proprie, & stricte accipias, ut est dominij trãslatio, ut hic, sed large sic, vt ibi.

1 †Sic constitutum.

* Ista tex. reputatur singularis secundum Ba. & Frã. Cremense ad hoc. quod si de ecclesia domum, vt me alimentaret & postea domus est conbusta, vel alio casu fortuito est destructa nihilominus tamen tenetur ecclesia me alimentare, ut per hunc tex.

a Idem B. & B. Sa. & Ia. reprobatis duabus opinionib. sequentib.

a Conceptionem. in animo contrahentiũ, vel in uerbis. Accur.

b Definitionemq;. scilicet in lege, hoc est ad obseruationem specialiter definitam.

c Cuncta. puta pacta.

d Casibus. veluti de euictione, & de alienatione, & cæteris causis.

e Scriptura. Nota hunc contractũ fieri debere in scriptis, & sic, & alias, licet contra regulariter, ut no. supra, de pact. l. pactum quod bona. Vel dic hoc dici de pactis, non de contractu. Vel non prohibet sine scriptis fieri, licet dicatur fieri in scriptis.

ADDITIO.

Et sic nota contractum emphyteuticũ posse fieri sine scriptura, quod approbat consuetudo, teste Bart. hic.

f Custodiri. per condictionem ex l. ista Zenonis, vel præscriptis uerbis.

g Ingruebat. i. eueniebat.

EA quæ tibi vt sponsæ daturum se promisit 4† is, qui te facto cœlibatu, b cum aliam matremfamilias c domi reliquisset, solicitauit ad nuptias, petere cum effectu non potes: d cum tu sponsa (vxore domi posita) non fuisti. Accepta Idib. Maijs Antiochiæ Tusco, & Basso Cos.

Præmitte ad euidentiam quod sponsæ de futuro potest donare: sed contracto matrimonio per verba de præsenti, non potest donari. h. d. & ista lex non est alibi. Bald. Vel sic: In dubio donatio facta in vxoris domo præsumitur facta sponsæ, & est valida, in domo viri præsumitur facta vxori, & non valet. hoc dicit notanter. Salic.

Imp. Aurelianus A. Donatæ.

LEX VI.

CVm in te simplicem donationem e dicas factā esse die nuptiarū, & in ambiguum possit venire, vtrum a sponso, an a marito f donatum sit, sic distinguendum est: vt si in tua domo donum acceptum est, ante g nuptias videatur facta esse donatio. quòd si penes se dedit sponsus, retrahi h possit. vxor enim fuisti.

Verbum, remaneat, ponitur pro verbo reddatur, siue restituatur. Bald. Vel sic: Mors dicitur matrimoniū dissoluere contra voluntatem morientis. Vel sic. Agentem magis quam verbā spectamus. h. d. Salic.

Imppp. Carus Carinus, & Numeria AAA Lucianæ. 5†

LEX VII.

SI cum ante nuptias munera i darentur, k ita conuentum est, atque huiusmodi conscripta est pactio, vt si qua sors l extitisset contra voluntatem eius, & matrimonium dissoluisset tunc quæ data erant apud eum qui dedisset, hæredéve eius remanerent, m pro qui hæreditatē eius accepit, n cui o pacta puella munera lege pdicta susceperat, eodem iure postulare. p

De re donata & tradita non potest donator testari, supple in præiudicium donatarij. h. d. B. l. Vel sic: Perfecta donatio nō reuocatur etiā in vltima voluntate. h. d. Sal.

e *Simplicem donationem.*] ad differentiam propter nuptias donationis, quæ multiplex est pendet enim ex liberalitate quodammodo. item ex dote.

f *A marito.*] eodem enim edie & vir & sponsus esse potest.

g *Ante nuptias.*] & sic tenet, ut sup. eo. l. 1. & ff. de iure do. l. dotis. j. 2. respond. & infra eo. l. si ante. & ff. de publi. l. cum sponsus. j. respō. Sed quid si in via, cum forte in domum viri ducebatur? Respon. idē quod si fieret in domo sponsæ. arg. ff. de rit. nup. l. denique Cinna & facit ff. de dona. inter virum & vxo. l. inter eos, & l. pe. in princ. & §. virgini.

h *Retrahi.* quia prohibita est inter virū & vxorem, donatio, vt ff. de dona. inter virum & vxorem. l. primo. 2. & 3. retrahitur ergo rei vendicatione, si extat. si cōsumpta est condictione sine causa, quatenus locupletior facta est, vt ff. de dona. inter virum & vxorem. l. pen. §. fin. & l. quod autem & l. si sponsus §. fi. & l. seq. Et nota, quod fatuè quidā hic colligit, quod secundum leges traductio sit necessaria ad matrimonium, secus non secundum canones, quod nō placet vt ff. de reg. iu. l. nuptias. & i aut. de nup. §. nuptiæ collat. 4. & posset esse ff. de don. inter uirū & vxo. l. pen. & d. l. Ratione. denique. & de ritu nupt. l. muliere. & facit ad l. istā infra de incest. nup l. licet.

5† Al. vinianæ.

Matrimonium an sine traditione.

S I cum ante.] CASVS. Titius ducturus Seiam in vxorem dedit ei centum ante nuptias hoc pacto, vt si contingeret matrimonium dissolui, ipsa illa centum redderet. si matrimonium dissolutū est, poterit heres Titij illa centum petere.

C Vm in te.] CASVS. Ea die, qua quis vxorem ducit, donat ei aliquid postea vult reuocare, dicens donationē non valere, quia inter maritum & vxorem non valet mulier econtrario dicit, quod imo valet quia non accepit vt vxor, sed vt sponsa quæritur, quid iuris sit? Respondet imperator distinguendo: aut dedit vir cum iam vxorem domum duxisset, & non valet, antequam eam duxisset domum & valet: quia primo casu censetur iam vxor, secundo vero non.

i *Munera.*] simplicia quæ in talibus dari consueuerunt, vt ff. de verb. sig. l. munus 1.

k *Darentur.*] tibi puellæ.

l *Sors.*] quia mors alterius eorum interueniret.

m *Remaneret.*] i. residerent, & ex hoc verbo erat dubitatio: cum stipulatio dandum vel sim dicat continere qd hic non fuit: sed ponit impropie, vt dixi & sic ī, de iu. do. l. etiam si non & sic non sensum magis q̄ verba testamenti inspici. & plus quod actum, quam quod dictum sit intuendum, vt ff. de adi. leg. l. 3. §. conditio. & ff. de contrah. emp. l. sed Celsus, sic & qui stipulatur anima esse & viuere, interesse stipulari videtur. vt ff. de euict. l. si ita quis. Acc.

n *Accepit.*] adeundo vel recipiendo ex constitutione Trebellia.

o *Cui.*] idest, a quo defuncto.

p *Postulare.*] actione præscriptis uerbis. & sup. de pac. inter. emp.

empt. & vendit. l. secunda. & facit ff. de pactis dotalibus. l. Inter socerum.

S I ante.] CASVS. Titius maior vigintiquinque annis dedit sponsæ suæ fundum aliquem in dotem, & eam induxit in possessionem, vult postmodum illum fundum alienare, quæritur vtrum possit? Dicitur quòd non, si non est appositum aliquod pactum, quod aliquo casu reuerteretur ad ipsum virum.

a *Matrimonium.*] contractum.

b *Maior.*] secus si minor, ut i. ff. de præd. minor. l. prædia.

c *Eundem.*] scilicet fundum.

d *Alienare.*] i. alienare non potuit.

e *Potuisse.*] vt pote quod aliter iam est factum. sic & infra, de donatio. inter virum & vxor. l. si quidem. & ff. de do. l. i. & supra, de rei vendicat. l. quoties. Item intellige hanc legem secundum determinationem legis, ꝫ. eod. l. cum veterum. Vel loquitur hic, quando fuit dictum, vt nullo casu repeteretur.

1† Euphrosio, al. Euphrosinio

2† aliis & CC.

Impp. Diocl. & Max. AA. & CC. Euphrosinæ. 1†

LEX VIII.

SI ante matrimoniũ a maior b quinque & viginti annis cõstitutus, spõsæ suæ, licet ante sponsalia fundum donauit, eamque in vacuam induxit possessionem, postea nullo titulo superstitem, vel testõ eundem c relinquentem, alienare d potuisse, e certi, ac manifesti iuris est.

Perfecta donatio per rescriptum principis non potest reuocari. h. d. Salic.

Ijdem AA. 2† Iuliano.

LEX IX.

CVm te spõsæ filij tui quẽdam donasse cõfitearis: perfectã donationem rescindi, nec nr̃o oportet f rescripto, quam tua voluntas, iuris; auctoritas fecit ratã. *

Ablatũ de facto nõ inducit permissionem auferendi de facto: sed ciuili remedio opus est. Bal. vel sic: Donatio simplex facta sponsæ non reuocatur, licet matrimonium nõ sequatur. hoc dicit de quo quid iuris, dicetur infra eod. l. cum veterum. h. d. Salic.

C Vm te. CASVS. Dicitur in hac lege, quòd donatio propter nuptias legitimè facta non potest rescindi per rescriptum principis.

f *Oportet.*] infra, de reuocandis donationib. l. si apud, & l. si donationem. & sup. de transact. & l. quamuis. & supra, de condic. ob causam, l. si repetendi.

* Et sic donatio cedit in utilitatẽ nurus al. donata vxori à cõsãguineis mariti, sũt mariti, cũ eius cõtẽplationi donentur. Bart. in l. 10. ff. de vulg. Rol. a Val. 1. consil. 10. char. 4. §. donatio. q. 10. Alciat. nõ ꝓbat, 1. præsump. II.

Ijdẽ AA. & CC. Dionysio.

LEX X.

SI filiæ tuæ spõsus ei mancipiũ donauit, g ac in eũ iumenta liberalitatis ratione contulisti, nec nuptiis secutis, h contra iuris rationem, quod dederat, abstulit: non inuicem datorum restitutio, sed eius, quod illicitè rapuit, repetitio i cõpetit.

Mors accidentalis gladij, simplicem donationem non rescindit. Bald. vel sic: Mors sponsi non facit donationem sponsalitiam reuocari. h. d. Sal.

S I filiæ.] CASVS. Titius filiæ Seij sponsæ suæ mancipium dedit: Seius etiam Titio iumenta quædam liberalitatis causa dedit, contracto matrimonio Titius per vim abstulit, dicit Imperator, quòd iste Titius debet restituere id, quod per vim abstulit vxori suæ.

g *Donauit.*] simpliciter, non contemplatione matrimonij, vt non obstet infra eo. l. cum veterum. & dic in donatione duo inspici, secundum Iranus & volũtatem. Vel si fuit hæc donatio contemplatione matrimonij, dices corrigi per legem illam cum veterum.

ADDITIO. Prior verior, vt euitetur correctio, vt in Auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. tribus, coll. 7. & arg. supra, de inoffic. don. l. vnica.

h *Nec nuptijs secutis*] idest, non secutis, ut sic nec negatio neget, quod includitur in dictione, Secutis, non in verbo, abstulit. sicque ponitur nec, & pro & non.

i *Repetitio.*] per actionem vi bonorum raptorum, l. si quis in tantum, infra vnde vi. & secundum primum casum dic, quod simplex donatio non reuocatur, licet matrimonium non sequatur. ff. de do. l. i.

Ijdem AA. & CC. Neæ.

LEX XI.

SI tibi k res proprias l liberalitatis cã sponsus tuus tradidit, eo qđ ab hostibus posteà interfectus est, irrita donatio m fieri non potest.

Quod simpliciter donatur, simpliciter valet. h. d. Bald. vel sic: Donatio facta à socru, si perfecta est, non reuocatur. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Timotheæ, & Cleonimæ. 3†

LEX XII.

SI mater n vestra filiæ suæ sponso, vel marito o prædia sine vlla repetendi lege donauit, & eum in vacuam possessionẽ induxit, nuptijs, diuortio solutis, perfecta non dissoluitur donatio.

Sponsus rem donatã sponsæ sequentibus creditoribus obligare non potest. h. d. Bal. vel sic: Creditor agẽs contra donatariũ hypothecaria, debet probare suã hypothecam tẽpore præcessisse. si ergo non apparet, vtrum res fuerit prius donata Titio, quã obligata Seio, Seius agens hypothecaria succumbit, quia nõ probat rem fuisse in bonis debitoris tẽpore obligationis. h. d. Bald. vel sic: Creditor agens hypothecaria, debet ꝓbare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis. h. d. Salic.

Ijdẽ AA. & CC. Alexan. 4†

LEX XIII.

DE reb. in spõsam donationis gratia collatis, creditores mariti facti, si nõ prius obligatas eas sibi ꝓbẽt eam cõuenire minimè põt. p

Mater consentiens donationi rei suæ, venire con-

S I tibi] CASVS. Sponsus sponsæ suæ res proprias donauit, conferendo in eam sponsalitiam largitatem, postea sponsus captus est ab hostibus, nunquid donatio propter hoc efficiatur irrita? Respõ. quòd non.

k *Si tibi.*] in præcedẽti lege simpliciter fuit facta donatio, nõ sub conditione futurarum nuptiarum, similiter & in hac, & in sequenti lege. Vel dic sub conditione illa matrimonij, sed secuto matrimonio fuit impleta infra prox. l. si mater.

l *Proprias*] sui sponsi.

m *Donatio.*] hoc imitatur infra eod. l. cum veterum. & l. si à sponso. Vel dic vno de prædictis modis duob. intelligi hanc legem.

3† Cleotimæ, al. Timotheo, & Deotimę, alias Leotinæ.

S I mater. CASVS. Mater sponsæ sponso filiæ suæ donauit pdia, & cũ in vacuã possessionẽ induxit, postea secutę fuerunt nuptiæ, sed tandem diuortio solutæ, nunquid mater poterit illam donationem reuocare? Certe non, & hoc est verum in sponsalitia largitate, secus in donatione propter nuptias.

n *Si mater.*] expone hanc legem, vt dixi ꝫ. l. prox. & facit sup. de cond. ob cau. dat. l. si repetendi. & ff. de vsur. l. cum quidam, §. diuus. & ff. de condi. cau. da. l. 1.

o *Marito.*] nam secus donat genero, sed non socer, ut ff. de don. inter vir. & vxo. l. 3. §. socrui. & l. cum hic status, §. ratio, & ꝫ. de donat. inter vir. & vxo. l. si te.

4† al. Alexandræ.

D E rebus.] CASVS. Sponsus aliquas res sponsę donauit, postea cœpit sponsus creditores habere, nunquid creditores poterunt res illas à sponsa reuocare? Respond. quod non, si nullo tempore eas obligatas habuerunt.

p *Minime possunt.*] quia hæredes non successores in rem personali actione conueniuntur, vt supra, de hære. vel act. vend. l. fin. & ꝫ, de do. l. æris, & infra, de iu. dot. l. licet dos. hoc.

hoc verum, nisi ante esset tis obligata, ut hic, & infra, de donat. inter vir. & vxor. l. si quidem. & in alio, s. quando in fraudem eorum esset facta, vt infra, de reuoc. ijs, quæ in fraud. cred. l. 3. & ff. quæ in frau. cred. l. fin. §. 1.

quando causa liberalitatis tantum, & non matrimonij facta est donatio. prima placet sm Irn. Item no. q hæc loquitur quando stat per alterum: si verò per neutrum, tūc loquitur sup. eod. l. si tib res. Item & loquitur hic, ubi non est ex mera liberalitate donatio, sed contemplatione matrimonij,

SI consentiente. CASVS. Sponsus filiæ meæ de consensu matris filiæ mancipia matris in sponsam contulit. secutis nuptijs eadē mancipia inæstimata recepi in dotem. decessit maritus, & ei mater extitit hæres, mater vult offerre mācipiorum æstimationem, & ea reuocare, poteritne? Certè non.

1 † al. Aurelio.

a *Matre sua.*] cuius erāt mācipia, & ideo eius exigit cōsensus.

b *Non æstimatis.*] alias æstimatio repetetur, ut infra, de iure dot. l. quoties, & l. cū dotem.

2 † receptis.

c *Improbè.*] restituet ergo mācipia mater sponsæ matri sponsi, non eorum precium.

d *Recusat.*] repetit ergo sponsa, ut hic, & ff. de publ. l. cum spōsus, in princ. Item ad id, quod dicit cōsentiēte, facit ff. de euic. l. quidam.

* Potest. n. in re donata quædā esse utilitas, quæ precio desit, ut eo pacto preciū nōlem per rerum ipsarū uicem sufficeat. Got.

CVm veterum.] CASVS. Olim si sponsus dabat sponsæ, valebat donatio, etiā si non fuerit cōpletū matrimoniū: hodie si sponsus donat sponsæ, vel econuerso, semper intelligitur dare sub conditione, si matrimonium sequatur. Sed si sponsus donat spōsæ, & parentes spōsi nolunt perficere matrimoniū, tunc sponsa non tenetur restituere donationē quā accepit, sed promissam petere potest. Si vero pater spōsæ no fuerit, vt perficiatur matrimonium, tunc sponsus, & hæredes sponsi repetere poterunt, quod donatum est. Idem obseruetur quādo sponsa donat sponso.

3 † PP.

* Ex lib. 3. titu. 5. l. 2. C. Th.

e *Cum veterum sententia.*] quæ deprehenditur, s. e. l. si filiç, & l. si ubi. ideoque illæ ad hanc trahendę sunt. nā per has duas leges Cōstantini debemus itelligere omnes alias leges istius tit. quæ indistinctè dicunt valere, & non reuocari donationes inter spōsos. Alij dixerunt, q aliç leges huius tit. loquuntur,

4 † Sponsè uir.

5 † al. parens.

6 † noluerit.

tra nō potest, etiā precium rei offerendo. h. d. Bal. vel sic. Filius potest donare res matris ea consentiente; & donatio sponsalitia potest retro in dotē dari, nec mater volens preciū dare auditur. h. d. Salic.

Iidē AA. & CC. Aureliæ, 1 †

LEX XIIII.

SI consentiēte matre sua [a] spōsus filiæ tuç mancipia donauit, & his acceptis 2 † in dotem nō æstimatis, [b] in matrimonio post decessit: mater, eademq; hæres eius precium offerens, * restitutionē eorum improbe [c] recusat. [d]

Donatio inter sponsos præsumitur esse largitas sponsaliorum: & matrimonio nō secuto, donatum redditur donatori, nisi per ipsum donatorē steterit, quòd matrimonium non sequatur. h. d. vel sic: Simplex donatio sponsalitia intelligitur hodie ob causam futuri matrimonii facta: & is per quem steterit, ne matrimoniū fiat, non repetit quod dedit, & etiam sibi datum restituit. h. d. Salic.

Imp. Cōst. A. ad Max. PV. 3 †

LEX XV.

CVm veterum [e] * sniā displiceat, q donationis [f] in spōsam, nuptiis quoq; nō secutis, decreuit valere: etiā ea, quç largiēdi animo inter spōsos, & sponsas iure celebrātur, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus, vt siue affinitatis [g] coeundæ causa, siue [h] nō ita, vel in ptāte patris degentes, vel vllo modo proprii iuris constituti, tanquā futuri causa matrimonii aliquid sibiipsi, [i] vel consensu parentū mutuò largiantē, si quidē sponsus, 4 † vel parentes 5 † eius sortiri filium noluerint [k] 6 † vxorē, id qđ ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditum, & si quid apud donatorē resedit, [l] ad spōsam, & hrēdes eius submotis ambagib. transferatur. [m] Quòd si spōsa, vel is, in cui° agit ptāte, cām nō contrahendi matrimonii pbuerit, tunc spōso eiusq; hrēdib. sine aliqua deminutione per condictionē, [n] aut per utilē actionē in rē [o] redhibeantur. Quç similiter obseruari oportet, & si ex parte spōsæ in spōsū donatio facta sit. Dat. 17. 7 † Calen Nouēb. PP. 6. 8 † Cal. Septēb. Romæ. Cōstāt. A. V. & Licinio V. C. 9 † Coss.

Dictum est supra in l. præced. quando per pęnitentiam matrimonium non contrahitur: sequebatur videre quid iuris, quando per casum. & nunc determinat hęc lex, q quando sponsus donauit sponsæ, & non interuenit osculū, repetitur omne datum: sed si interuenerit osculum, repetitur dimidia pars, aliam lucratur sponsa ratione osculi. h. d. Bald.

Idem A. ad Tyberianum Vicarium Hispaniarum.

LEX XVI.

SI * a sponso rebus sponsæ donatis, interueniente osculo, [p] ant nuptias hunc, vel illā mori contigerit, dimidiā partē rerū donatarum ad superstitē pertinere pcipimus, dimidiā ad defuncti, vel defunctç hrēdes, cuiuslibet gradus sint, & quocūque iure [q] successerint, vt donatio stare p parte dimidia, & resolui pro parte dimidia videat. ¶ Osculo * verò non [r] interueniente, siue sponsus, siue sponsa obierit, totā infirmari donationem, & donatori sponso, vel hæredibus eius restitui. ¶ Quòd si sponsa, interueniente, vel non interueniente osculo, donationis titulo (quod rarò [s] accidit)

quod semper præsumitur, nisi in contrarium sit actum.

f *Donationes.* s. factas.

g *Affinitatis.*] .i. matrimonij, quod non est affinitas, sed causa affinitatis, ut ff. de gradibus cogn. l. non facilè, §. affines.

h *Siue non ita.* i. dicere, siue nominati expressit causā mrimonij se dare, siue non.

i *Sibiipsi.*] cum sui iuris sunt.

k *Noluerint.*] sine causa.

7 † al. 15.

l *Resedit.*] de ijs, quç se daturū obligauit.

8 † al. 18.

m *Transferatur.* condictione ex hac lege.

9 † al. deest V. C.

n *Per condictionem.*] ex hac lege.

o *In rem*] quç oritur ex tacito pacto. Tacite. n. vē pacis l. de red dēdo, si matrimoniū non sequatur per factum accipientis, sic & ff. de iure dot. l. stipulationem. sicut p expresso nasceretur, vt infra, de do. quæ sub mo l. 1. & 2.

SI a spōso. CASVS. Si sponsus dedit spōsç, distinguit, aut interuenit osculum, aut nō. Primo casu si moriatur sponsus, vel spōsa, medietas rerū donatarum remanet penes spōsam, medietas penes hęredes. In secundo casu non ualet donatio, siue spōsus, siue sponsa moriatur. Sed quid econtra, si sponsa donauit sponso, qđ raro accidit. Certe hoc casu, si interuenerit osculū, uel non, solida donatio reuocatur.

* Ex lib. 3. titu. 5. l. 5. C. Th.

p *Osculo.*] qđ mulier dr dare, non accipere, & gratia uiri, non mulieris interuenit.

q *Iure.*] ciuili, vel prætorio.

r *Non interueniente.*] uel interueniēte quidem, sed fuit illicitū, matrimonio nō secuto iuris phibitione.

* Ecce hic magis fauetur mulieri, quā uiro. contra l. in multis & ibi not. per Albe. ff. de leg. similis fauor mulierum est in l. 2. C. de ijs, q. ue. æta. impetr.

s *Raro accidit.* qa auara. Auarissimū. n. genus est mulierū, ut ff. ad Vel. l. sed si ego, in fi. & ff. de do. iter vir. & ux. l. si stipulata, §. 1. & qa sagacior, ut s. de ijs, qui uen. æta. impet. l. 2. §. fęminas.

Mus.

fuerit aliquid spōso largita, & ante nuptias hunc, vel illā mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, siue eius successores donatarū rerū dn̄m transferatur.[1] † Accep.[2] † 13. Cal. Maij Hispali, Nepotiano, & Pacato [3] † Coss.

Minor in potestate patris constituta, maximè si patris auxilio est destituta, puta quia pater abest, non tenetur insinuare donationē ante nuptias. Bald. Vel sic: Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate, non indiget insinuatione. h. d. Salyc.

Impp. Theod. & Valentin. AA. Hierio PP.

LEX XVII.

MInoribus [4] † ætate fœminis, & actorū testificatione in ante nuptias donatione [a] ad eas facta omissa, si patris auxilio destitutę sit, iustè cōsulitur, vt firma donatio sit. D. 10. Cal Mar. Constātino. Taro & Felice Coss.

Licet pater transeat ad secunda vota, vel etiam mater, non tenentur tamen seruare filiis primi matrimonii donationem propter nuptias, quam recuperauit pater: nec dotem, quam recuperauerit mater soluto primo matrimonio. Vel sic, & breuius: Quod ad alteram ex coniugibus reuertitur de eo, quod dedit, nō tenetur filiis primi matrimonii reseruare. h. d. Bald.

Imp. Zeno A. Sebastian. PP.

LEX XVIII.

SI liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad secundas migrauerit nuptias, vel non migrauerit: nihil omnino filijs prioris coniugij ex donatione [b] ante nuptias, quā ipse, vel alius pro ipso vxori quondā eius matri cōium liberorū donauerit, seruare cogitur: quoniā & mater liberis ex priore matrimonio extātibus, post secundas nuptias multoque amplius si non fuerit alteri marito sociata, nihil [c] ijsdē filijs ex dote, quā patri eorū ipsa, vel alius pro ea obtulerit, seruare compellitur.

Constāte matrimonio dos & donatio propter nuptias possint de nouo augeri, & de nouo constitui, & pacta de nouo apponi, vel vetera prorogari: & hypotheca ex die augmenti contrahitur: & è contrario possunt dos & donatio minui, nisi illa diminutio fieret in fraudē filiorum primi matrimonii. h. d. Bal. & Sal.

Imp. Iustinus A. Archelao PP.

LEX XIX.

SI [5] † constante mr̄imonio, consiliū augendæ dotis inierit, vel vxor fortè, vel eius nomine quilibet alius nihilo minus marito quoq; liceat, seu pro marito cuilibet alij, tūc donationē ante nuptias additamento maiorē facere quantò dotis augetur titulus. Nec obsit in huiusmodi munificentijs, interdictas esse [d] liberalitates tempore nuptiarum. Indulgendum [e] est nāque cōsensui communi partium: ne cum negetur augendæ potestas donationis, dotis etiam pigrius [f] constituatur augmentum.

¶ Idem [6] † licere præcipimus etiam in ijs matrimonijs, in quibus interdum accidit, ante nuptias quidem donationem nullam [g] esse, solam verò dotem marito mulierem obtulisse: vt etiam tunc muliere dotem augente, liceat marito quoque donationem in vxorem suam eiusdem quantitatis [h] facere, quantum aucta dos continere dignoscitur: pactis videlicet, de redhibitione vel retētione auctæ dotis, vel donationis (prout partes consenserint) pro iam statuto [i] modo ineundis, siue iniungēdis veterib. pactis, quæ initio nuptiarum de ante nuptias donatione, & dote principaliter constituenda inita [k] sunt.

1 † Per osculum, & dexteram resignatur pudor spitūs. Tertull. lib. de velan. virgi. Beguinarum fuit error, osculum mortale esse peccatum, vt post Ca est da hic, & ī. de iu. dot. l. mnatus c. fi. vlt. clemē. de hæreti. Solo osculo nō contrahi pinquitas, c. lex diui na 27. q. 2. apud Gallos osculo nec deliba tur pudicitia, ne qui dē in spōsalitia: adeo vt senatuscō. Tolozano spōsalitia munera iussa fuere restitui. Bossi in titu. de extraordi. crimi. refert quendam capite plexum fuisse, q osculū per vim nuptæ mulieri rapuisset. quo casu pœna arbitrio iudicis est potius relinquenda. Cla. 5. sent. §. vlt. q. 83. De osculo alię mulieri dato, & vē dicato. vide Valeri. Maxi. 6. c. 2. Et vindicādo August. 21. de ciui. 11. De alijs ad osculū pertinentibus vide Petr. Gregor. 8. Syntagm. 8. & 36. 12. Pet. Costa in Polystore, c. 4. Gotho.

Minoribus.] CASVS. Mulier minor 25. annis patre destituta recepit donationem tantæ quātitatis, quæ requirebat insinuationem: nūquid donatio ista sine insinuatione facta valebit? certè hic. a Donatione.] licet sit vltra 300. solidos, vt & ī. de dona. l. sanci mus, §. aliās verò. secus si esset maior, vt hic, & ī. de iu. dot. l. fi. §. simili. Sed hodie idem si esset maior: quia si pacta lucri cedant patri mulieris, non nocet insinuatio omissa. sed ecōtra non cet viro ad lucrū dotis, vt ī. in auth. eo. l. decursum est.

Si liberis] CASVS. Paterfam. habuit prima vxorem, & ex ea suscepit liberos, & ipsa dotem lucratus est ex pacto, vxore præmortua, nunquid tenetur seruare dotem liberis primi matrimonij? Certè non, si non conuolat ad secundas nuptias. Idem econtra est in muliere, cui donata est donatio pp nuptias a viro. b Ex donatione.] ad se reuersa, vt dēt: quod est no. p l. istā, quia sicut dos ad mulierem: ita donatio ad virum redit solu. mat. vt hic dī. Item dubitatio legis erat ſm quosdā: quia si vir lucraretur dotem ex pacto, teneretur seruare. sic ex morte mulieris lucrari vī donationem. sed certè magis vī rehabere suam. sic econtra dicas in muliere. c Nihil.] cum habeat alia bona, ex quibus pōt relinquere vnicuiq; filio tm̄ quantum dat secundo viro in dote. & sic soluit ꝯrium, quod est ī. de secun. nup. l. hac edi ctali, in princ. Aliud autem si apud maritum aliquid ex dote remaneret, vel apud vxorem ex donatione, quia seruare cogeretur, vt ī. de secund. nup. l. fœminæ.

Si constante.] CASVS. Mulier copulauit sibi Titiū in maritum, & paruā dedit dotā, & ille paruā donationem, an illa postea cōstante mr̄imonio possit augere dotem, vel ille donationem. Accep. facere pōt, vt æqualis sit quantitas tam dotis, q̄ donationis. Et pacta, q̄ apponunt de nō reddenda dote vel retinēda, illa debebunt obseruari in donatione, & bona Titij tacitè erūt obligata p illa quantitate, quā mulier adiecit ab eo tpe, quo aucta est dos. Et sicut vir & vxor pōt augere dotem & donationē cōstāte mr̄imonio ita pōt diminuere, nisi in casu. v. g. Maritus, vel vxor suscepit filios ex primo mr̄imonio. vult conuolare ad ſm mr̄imoniū: tunc si vult mulier dotem vel parte eius dare marito, non pōt: nisi tn̄ det vnicuiq; filiorum, quos suscepit ex primo matrimonio, quantū dat isti secūdo marito. & hoc casu mulier non pōt diminuere dotem in fraudē filiorū, iure præsumente cōtra eam, q aliud agat, & aliud agere simulet. pone. n. q mulier dedit cā dotis marito 100. si vult in diminuere dotē, non pōt. d Interdictas.] iure ciu. vt ff. de don. inter vir. & vxo. l. 1. sed ibi de simplici do. e Indulgendum.] i. remittendū aliquid de rigore iuris: sic infra de temp. ap. l. h. in fi. f Pigrius.] sic ī. de bo. quę lib. l. constitutionis. §. prospiciēdum. g Nullam esse.] scilicet ab initio. h Quantitatis.] vt instit. de do. §. est & aliud. & dic q̄titatis, i. quotitatis iure isto, sed hodie ēt quātitatis, vt ī. de pac. con. l. ex morte. & l. lege. & in auth. æqualitas. ſm quosdam. q̄d non placet. & illę leges ad pactū lucri intelligūtur: hęc ad ꝯstituendā dotem & donationē. i Statuto modo.] in prin. huius legis, vbi dī indulgeri sibi pacta, & si nil dicatur, erit & illud seruandū q̄d in principali erat vt ff. de pac. dot. l. inter socerum, §. 2. k Inita sunt.] cū dos constituebatur.

2 † al. Datū? Et rñ. q sic. Item Idi. Iulij. Constanti no. 3 † al. Fa cundo, vt in C. Th. 4 † Ex lib. 3. titu. 5. l. vlt. C. Th.

5 † Hic legem Iust. . . . fecisse pro fitet l. vlt. §. 1. ī. cod. sed in imperantem cum patre quo viuo nobilissimus Cęsar & Imperator est appellatus. Gothof.

6 † al. Idēque.

a *Referantur.*] sic &]. de sec. nup. l. hac edictali, §. fin. &]. de pac. con. l. fi. Sed arg. contra est,]. de bo. quæ libe. l. cum oportet. in fi. &]. qui poti. in pig. ha. l. fin.
b *Firma.*] in casibus illis tantum, vbi licet solui dotem constante matrimonio, vt ff. solu. matri. l. si constante. & de iure dot. l. mutus, §. manente, alioquin], vt]. si dos constante matrimonio l. vnica. quę est]. Vel dic, hic non erat dos præsti-ta, sed promissa. & per pactum remissa.
c *Machinari.*] sed qũo aliqs posset machinari, cum quantũ sit datũ secundo coniugi nõie dotis, vel donationis, spectetur tps mortis binubi parentis, vt in Auth. de nu. §. quia verò hactenus, col. 4. Rñ. nihileminus & tps ɔ̃tracti matrimonij inspicitur. n. vtrumque. si enim tpe ɔ̃cti matrimonij fuerint viginti in dotem data sub pacto de lucrando: tpe aũt mortis binubi parentis sint diminuta in 5. tñ tps ɔ̃tracti matrimonij spectatur. Si verò ponas econtra, inspicitur tẽpus mortis binubi. Ergo ideo dicit hic, quia citò per hoc, id est per talem diminutionem filij prioris matrimonij grauarẽtur, qui debent reuocare, quòd plus est, vt inf. de sec. nup. l. hac edictali §. fin vero plus q̃ statutum est. Hic aũt ideo vult diminuere, vt fraudet filios prioris matrimonij, vt non possint reuocare scilicet filij: cum iam tempore mortis non inueniatur plus in dote, & sic debeat communicari cum filijs, & secundi & primi matrimonij, secundum H.

SEQVITVR Authentica.

Sed iã necesse, &c. q̃ legitur super principio huius legis. & est ex corpore de æqual. do. §. aliud. col. 7.

SEd iam.] CASVS. Hic dicit, q̃ si mulier auxit dotem, maritus põt augere donationem: & si vir non tenetur aliquo debito, tunc possunt augeri donationes, vel de rebus mobilibus. Si verò maritus grauetur ære alieno, quod debeat augere dotem, & donationem de rebus immobilibus, quia tamen si mulier haberet prædia, & res immobiles, & augeret dotem de rebus

¶ Iura etiam hypothecarũ, quæ in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractæ sunt, & nõ ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tempora referantur.[a]

¶ Sed & si è contrario maritus & vxor ad deminuendã dotem, & ante nuptias donationẽ consenserint, licere eis ad similitudinẽ deminutionis quæ in dote fit, etiã ante nuptias deminuere donationem, vt pacta de amborũ deminutionibus ineũda, firma[b] & legitima esse intelligãtur: exceptis, vide licet ijs casibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secũdas migrauerit nuptias: aut vxor similiter ex anteriore matrimonio liberis ei extantibus, secundo marito se iunxerit: in hoc. n. secundo matrimonio, vel à parte mariti, vel à parte mulieris, vel ab vtraque (si hoc etiã acciderit) interdictã esse deminutionem dotis, vel ante nuptias donationis, ne aliquid aduersus filios prioris matrimonij machinari[c] videatur, censemus.

IN AVTH.

De æqualit. do. & propter nu. do. § aliud, coll. 7. cõst. 8.

Dictum est in lege, si constante. sup. cod. quòd licitum est si constante matrimonio dos augetur, augere vel facere donationem propter nuptias. In hac auth. in 1. resp. dicitur, quòd hoc non solum est permissum, sed est necesse. Sed statim quæritur, in quibus rebus possit fieri istud augmentum; Pone, quod vir est grauatus ære alieno & mulier vult facere augmentũ dotis, vt excludat anteriores creditores mariti. vt inf. qui po. in pig. ha. l. assiduis. an istud augmentum poterit fieri in qualibet re? Respõ. quòd hoc casu debet fieri in re immobili, non in quantitate. nam si fiat in re mobili, vel quantitate, in isto augmento non vtetur aliquo priuilegio contra creditores mariti. h. d. B.

SEd iam[1] † necesse est, si alia pars augmentũ præstat, alteram quoque partem incrementum celebrare:[d] & si quidem vir alieno ære[e] non impediatur, in reb. quibuslibet procedat augmentum.[f] At[g] si debitor sit, ne fraudis erga creditores suspicio[h] subesse possit, omnino res immobiles incremento dotis proficiant.

¶ Si enim mulier immobilis substantiæ domina, res mobiles in augmentum dederit: in hac parte dotis nullo vtetur aduersus[i] alios creditores priuilegio.

Donatio, quæ olim ante nuptias dicebatur, hodie ppter nuptias appellatur, proprio vocabulo ei imposito: & põt fieri constante matrimonio. Et pacta dotalia, & in dote apposita, in ista donatione correlatiua tacitè intelliguntur repetita. Et põst donatio propter nuptias insinuari tàm ante quàm post matrimoniũ, quocumque modo durante matrimonio. h. d. Bald.

Imp. Iustinian. & Ioãni PP.

LEX XX.

CVm multæ[2] † nobis interpellationes factę sint aduersus maritos, qui decipiendo suas vxores faciebãt donationes, quas ante nu-

mobilibus non gauderet aliquo priuilegio.
d *Celebrare.*] non ergo in voluntate erit, vt erat per l. si constante, sed ex necessitate.
e *Aere*] magno.
f *Augmentum.*] dotis.

g *At si debitor sit.*] magnæ authoritatis.
h *Suspicio.*] alioquin aliud erit. Item hoc erit propter priores creditores, non propter sequentes, vt vr: sed certè eadẽ fraus aduersus sequen. posset committi. 1
i *Aduersus alios creditores.*] præcedentes vel etiam sequentes, secundum H. & B. & Azo. & Accursium.

CVm multæ.] CASVS. Olim si donatio fiebat vltra qngentos solidos, non valebat sine insinuatione, quia ille qui donabat, debebat notificare prẹsidi. & impetrare licentiam donandi. vñ mariti decipiebant vxores: qa non insinuabant donationes, vt sic ꝓ infectis haberentur. Et sicut dos põst cõstitui cõstãte matrimonio, ita & donatio ꝑꝑ nuptias, quæ licet fiant cõstante mřimonio, non debent dici simplices donatiões, sed propter nuptias: non tñ dẽt donatio esse maioris quantitatis, quã dos. & si fuerint aliqua pacta inter virum & vxorem, puta de dote vel donatione lucranda: illa obseruẽtur. sed si super dona non fiat pactũ, sed sup dote sic: tunc pactũ factũ in dote, intellige repetitũ in donatione ꝑꝑ nuptias. Pacta tñ, quæ fiunt de dote lucranda vel donat. intelligi debet in partibus, & nõ in quantitatib. Verbi gratia. Mulier dedit mihi dotem 30. & fecit pactũ de dote lucranda pro tertia. & ego dedi ꝑ dona. 15. & fecit pactum simile vxori: habeo decem ab ea, & illa lucrabitur quinque. Si autẽ mulier fecit mihi pactum de lucranda tertia parte dotis: & ego de lucrãda parte quarta dona. propter nup. tunc illa tertia deducet ad quartam. Item donatio ante & post matrimonium põt insinuari.
¶ *Supersedebant.*] vsque dum fieret matrimonium per verba de præsenti. Et no. tria. vitia olim, scilicet quia fiebat ante nuptias donatio hæc, non post. secundum, quia vocabatur.

1 Hæc opinio gl. sustineri potest secundum Bart. quãdo apparent aliqua insticia, ex quibus posset fraus præsumi.

1 † Ut tenet. vt per Bulgar. in l. 1. nu. 54. sol. mat. & Io. Hannibal. in l. post contractũ nu. 50. ff. de donat.

2 † Iusta.

Donatio pp nuptias olim tria habebat vitia.

cabatur ante nuptias. Tertium, quia ante, non post matrimonium contractum poterat insinuari. & duo vltima nascuntur ex primo, primum per Iustinum est sublatum, vt su pra l. prox. secundum tollitur hic usque illuc si igitur, & c. tertium tollitur inf. §. pen

a *Lucrentur*. si pacta dotalia cedebant par ti iuri.

b *Vxores autem* quę debuerunt facere insinuationem, quòd i dote non erat opus, cuiuscunque quantitatis esset.

1 † imperfecta.

c *Emendato*. sic & instit. de do. §. est & aliud, & postea dicit de insinuatione, non tñ plene, nisi φ pôt fieri et matrimonio ɔstante, vt inf. e. §. fi. seu authetica, eo decursum, & c. plene dicet. Et not. tria in hac lege. Primo qualiter probet ꝑ multa similia, q hêt cum dote donatio, quod etiâ hoc hêat, vt êt constante matrimonio fieri possit, ut dixerat Iustinianus, & sic pp nuptias uocetur, & hæc sunt uitia, q dixi. Scdo de pac. lucrorũ, de quo non dixerat in prin. Tertio de insinuatione.

2 † eam.

3 † maritis.

d *Rem*. i. qônê omissæ insinuationis, non dicas, an possit fieri cõstate matrimonio: quia hæc est soluta. sup. l. prox. sed nouas rationes dicit.

4 † dationẽ

5 † Romani pontificis dotaliũ nocant Gallidoariũ, Græci recẽtiores hypobolõ.

e *Quare*. bene dico, sic uocari, cũ fiat & post, & merito fit post. quare enim & c.

f *Fit*. etiam constan te matrimonio.

g *Nuptiæ*. quia nuptiæ sunt causa cãus, sed dos est cã câta, ergo deficiente cã causante, deficit & causa quæ debet causari.

h *Nulla dos*. sic & ff. de iure do. l. 3. & in ãn auth. de trien. & semis. §. sed nec. collatio. 3

i *Sine dote autem*. argu. contra in decre. 30. q. 5. c. nullum sine dote.

k *Celebrari*. & sic est similiter in donatione.

l *Facere*. s. sicut est in dote.

Antipherna q̃o sint & vnde dicantur.

m *Antipherna*. contra dotem, ab anti, quod est contra, & pherna, id est dos, quasi contra dotem datio, ut & hæc donatio est. 1

1 Vide de hoc Alci pretermis. lib. I.

ptias antiquitas nominauit, insinuare autem eas, actis interuenientibus supersedebât, vt infectæ [1] † maneant, & ipsi quidem dotis commoda lucrentur: [a] vxores autem [b] sine nuptiali remedio relinquã tur: sancimus, nomine prius emendato, [c] ita rem [d] corrigi: & non ante nuptias donationem eandẽ 2 † vocari, sed pp nuptias donationẽ. Quare [e] enim dotẽ quidẽ êt constante matrimonio, mulieri marito dare conceditur dona tionem aũt marito, nisi ante nuptias, facere non permittatur? & quæ huius rei differẽtia rationabilis potest inueniri; cum melius erat mulieribus pp fragilitatẽ sexus, quã maribus 3 † subueniri; sicut. n. dos propter nuptias fit, [f] & sine nuptijs, [g] quidẽ nulla [h] dos intelligitur, sine [i] dote autẽ nuptiæ possunt celebrari, [k] ita & in donationibus quas mariti faciunt, vel pro his alij, debet esse aperta licentia, & constante matrimonio, talem donationem 4 † facere, [l] quia, quasi antipherna [m] 5 † hæc possunt intelligi, & non simplex donatio. Ideo enim & antiqui [n] iuris cõditores iter donationes êt dotes cõnumerãt.

¶ Si igitur & nomine [o] & substantia [p] nihil distat à dote ante nuptias donatio, quare nõ êt ea simili modo, & matrimonio contracto dabitur.

¶ Sancimus itaque omnes licentiam habere, siue prius, quàm matrimonia contraxerint, siue postea, donationes mulieribus dare propter dotis donationem, vt non simplices donationes intelligantur, sed propter dotẽ, & propter nuptias factæ.

n *Antiqui iuris*. dicentis, quod alia est simplex don. alia ob causam, sicut est dos, & hæc don. vt ff. de do. l. 1.

o *Nomine*. quia ambæ dicantur donationes.

p *Et substantia*. quia vtraque fit propter nuptias, & propter vtramque datur rei vendicatio & hoc dicit auth. permissa, & c. quam hic lege.

q *Permissa est*, & c. Hæc auth. sumitur in auth. vt immo ante nupt. de collat. 5. & in authen. de æqua. do §. aliud, coll. 7. q̃ habes inf. de iure dot. auth. donationem.

IN AVTHEN.

Vt immobil. ante nup. do. §. si quis, colla. 5. consti. 14.

Pro donatione propter nuptias competit in rem actio mulieri, hæc dicit Bal.

Permissa est [q] & in rẽ actio, ꝑ tali donatione mulieri aduersus oẽs possessores

Finit Authen.

Sequitur textus C.

¶ Simplices etenim donationes non pp nuptias fiunt, sed pp nuptias vetitę sunt, & pp alias [r] cãs, & libidines fortitã vel vnius partis egestatẽ, non pp ipsarũ 6 † nuptiarum affectionem efficiuntur. [s]

¶ Si igitur [t] dote iam præstita, maritus nulla ante nuptias donatione facta, donare mulieri res maluerit, ita tamen, vt dotis quantitatem [u] non excedant, & hoc ipsum significauerit, quòd non simplicem faciat donationem, sed propter dotem iam conscriptam, & ipse ad donationem venerit, licebit hoc ei facere, & supponatur pactis dotalibus huiusmodi donatio: & si quidem hoc specialiter fuerit expressum, [x] pacta conuenta seruari oportet. [y]

¶ Sin autem donatio quidem talis facta, vtpote dotali instrumento antecedente, nulla autem pacta tali donationi post nuptias inferãtur, te ipsa videatur hoc esse pactum vt secundum dotales conuentiones intelligãtur, & in tali donatione pacta fuisse conuenta, vt æquis passibus [z] vtraque ambulet, tam dos quàm donatio, ita tamen ut Leoniana [a] constitutio (quæ super exæquatione pactionum loquitur, nõ in quãtitate, sed in partibus) maneat in his ca-

r *Aliás causas*. ne mutuo amore spolietur, & ne melior fiat pauperior, aut deterior fiat ditior, ut ff. de do. inter uirum, & vxor. l. 1. & 2. & 3. in prin.

Donatio quare sit a ter coniuges prohibita.

s *Efficiuntur*. sicut sit hic.

t *Si igitur*. nunc secunda pars incipit.

u *Quantitatem non excedant*. imo uidetur posse excedere, ut infra d pac. do. l. ex morte. quam & confirmat, ff. ea. l. §. ita th, & c. Solu. ibi à principio constituuntur dos & donatio, pñt inæqualiter constitui, vt ibi. vbi ex postfacto constituitur alterum sec, vt hic. sed hodie semper æqualiter ut in auth. æqualitas. quæ est super lege contraria.

Dos & donatio an possint cõstitui inæqualiter.

6 † ipsam.

x *Expressum*. quia pacta sunt facta in donatione.

y *Oportet*. scilicet quotam partem dotis uel donationis de bene lucrari, si autem in dote prius data fuit aliquod appositum, in donatione postea data nullũ, φ erat in dote, intelligetur in donatione, & hoc subijcit, sic ergo pactum si est expressum, etiam inæquale, ualet, ut hic, pacta conuenta, & c. Sed ɔtra inf. de pac. conuen. l. ex morte. vbi saltem in quantitate exigit æqualitatem. Solu. hæc corrigit, quod non placet, immo hæc illam confirmat, ut infra, §. ita tamen & c. Dic ergo φ hic dicit, quando ex postfacto constituitur, ibi ab initio vtraque. Sed authentica dicit ubique seruari æqualitatem, etiam in quantitate, & non solum in quantitate, quæ authentica ibi ponitur, æqualitas, & c.

z *Aequis passibus*. quantum ad pactum.

a *Leoniana*. vt inf. de pact. con. l. ex morte.

b *Partibus*. quotis, quæ corrigitur per authenticam ibi positam.

a *Sed etiam nostra.* vt inf. co. ti. l. legem, ambæ tamen dicūt, quando initio est vtraq̃ue constituta, vt modo dixi.
b *Minorem.* si maius reducitur ad minus, ergo aliquod ad nullum, si super aliquo notum sit nullum, cum id quod nullum sit minus sit, vt ff. de tribut. l. illud, §. minus, quod est falsum, imo nullum ad aliquod, vt sup. e. d. l. §. si autem donatio, &c. sic & alias fallit argumentum prædictum, vt si instituam te hæredem in vndecim vncijs, & alium simpliciter: habet partem vacantem: si verò nulla vacet, quia primus in xij. vncijs sit institutus, alius in medietate tūc priori adeimptum vñ, & secundo datum sic & in legato, vt infra de leg. l. cum quæstio.

1 † Maioris.

DOs data. CASVS. Lex codicis dicit quòd maritus pōt facere donationem. Auth. imponit ei necessitaté facere donationé, & mulier si velit soluere dotē & maritus eā nolit accipere, pōt eam consignare, & deponere coram iudice & corā testibus dicit mulier se esse paratā soluere secūdum pactum, ꝙ fecit de lucrāda donōne.
c *Meretur.* i. debebit eam mulier lucrari soluto matrimonio: licet nullum pactum de ea vel eius quota parte lucranda fuerit factum, ꝙ nō placet: imo est dicere, ꝙ sicut mulier constituit dotē, & ita & maritus dēt donatione propter nuptias cōstituere & sicut dos ad mulierem soluto matrimonio redit, nisi pactum sit de lucrando, vt inf. a de rei vxo. act. §. illo procul dubio. sic & donatio redit ad maritum cū lex illa, cum multæ dicat dotē & donationē propter nuptias æquis passibus, ambulare, sed cur meretur vxor, cum ipsa nō lucretur eā, nisi ex pacto speciali, vt d. §. illo, nec fructus hēat? Rñ. vt securior sit in dote nam res suas vir alienat consentiēte vxore, vt sup ad Velleia. l. ēt, quod non est in donatione, vt in authē. ibi posita, siue à me, &c. Sed quia actione agitur ut fiat donatio? Rñ. cōdictione ex hac l. Sed Azo dixit, ꝙ agit mulier conditione, vt sibi tradatur, non autem, vt constituatur, quia ipso iure est constituta in simili quantitate, qua est dos.

Dos ad mulierem redit soluto matrimonio.
Dos & donatio propter nuptias æqs passib. ambulant.
Donatio propter nuptias quare detur vxori.

d *Res mobilis.* nam aliter non fit depositio, vt argu. infra quando & quibus quarta pars, l. 2. lib. 10.
e *Exactio.* sed quid si nec fuit constituta donatio, nec petita constitui sed facto diuortio petit eam constitui & lucrari pro tertia, cum dotē dedisset, & de ea lucranda pro tertia sit factum pactum? Respond. non potest agere. sed sibi imputetur, quare constante matrimonio non fecit sibi fieri donationem. Item nunquid pactum de lucranda dimidia parte dotis valebit, cum nullum fiat in donatione? Rñ. sic. Alij contra, cū dicat lex illa, cum multæ disparib. etenim, &c. & minus dr̃ & si nihil sit, vt ff. de trib. l. illud, §. penul. & ff. de ver. sig. l. minus. Sed contra eos est sup. ea. l. §. si autem donatio, &c.

sibus intacta, & non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra, [a] quam de interpretatione eius fecimus, ambiguitatem eius tollentes, disparibus etenim pactionibus factis, maiorem [1] † lucri partem ad minorem [b] deducendam esse censemus, vt eodem modo vterque minorem partem lucretur.

IN AVTHEN.
Vt exact. instant. do. §. illud. coll. 7. consti. 5.

Not. est valde, & dicit quod dos data meretur donationem propter nuptias coæqualem sibi in quantitate, & qualitate, & pactis, ita intelligit gloss. Secundò dicit, quod si mulier non dedit dotem, sed promisit, & vult dare & offerre: deponit & cōsignat si res consignabilis est vel offert tantum si immobilis, (quod simile est danti) & promeretur donationem. sed si differt dotis præstationem non meretur propter nuptias præstationem, alias largitionem, h. d. Bal.

DOs data donationē propter nuptias meretur. [c] præterea si pars mulieris dotem soluere sit parata, cum ex diuerso recusetur, & mulier hoc contestetur: cumque sit res [d] mobilis, signaculo imposito reconsat, aut ingrediens iudicium hoc petat fieri, ut parti viri denuncietur, & sic nequaquam declinanda est donationis exactio. [e] At si per dilationem dos viro non detur: etiā donatio prorsus denegetur.

Finit Authen.
Sequitur textus C.

¶ Similique [f] modo si facta quidem fuerit talis donatio, [a] † quæ antea quidem ante nuptias vocabatur, nunc autem propter nuptias, non autem fuerit, actis interuenientibus, insinuata, licebit etiam constante matrimonio eā insinuare nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interuentu faciendo. si enim fieri eas post nuptias concedatur, multo magis insinuari.

2 † Conditio.

¶ Similique modo & ea constitutio, quam pro augendis tam dotibus, quam ante nuptias donationib. fecimus, [g] intacta illibataque conseruetur, omnib. uidelicet quæ de simplicibus donationibus inter maritum & vxorem constante matrimonio vel à veteribus [h] vel à nobis statuta sūt, in suo robore duraturis.

IN AVTH.
Vt spon. larg. in princ. col. 9. constit. 2. & in authen. vt fra. filij, §. illud quoque, coll. 9. constit. 7.

Ista authentica cōtinet ius positiuum. Primò præmittit quoddam præambulum, scilicet quod donatio propter nuptias est specialis contractus id est, proprius, distinctus, & validus, & iustus. Secundò subdit, quòd vbi facta est donatio propter nuptias, in qua est appositum pactum de lucrando consimile pacto dotis: mulier quę non insinuat donationem propter nuptias, nō meretur pęnam, quin existēte conditione lucretur: sed uir qui non insinuat, meretur pœnam quod sibi prodest pactū lucrādæ dotis, hoc dicit, Bal.

EO decursum est, ut spōsalitia [i] largitas specialis [k] sit contractus, nec in insinuationem [l] desideret,

f *Similique modo.* tertia pars legis, & refertur ad prin. l.
g *Fecimus.* sup. l. pro xi. videtur enim fecisse cum fecerit pater eius. Vel dic, ꝙ fecit aliam, quam non habemus, similem illi.
h *A veteribus.* ut ff. de do. inter vir. & vxo. per totum, & inf. de donat. inter uirū & vxo. per totum.

EO decursum. CASVS. Lex antiqua dicit, ꝙ maritus debet insinuare donationem, Auth. dicit, ꝙ non est necesse vt insinuetur, siue maritus fecerit donationem in vxorem, siue ecōuerso, & quòd dixi, non est necesse ut insinuetur, uerum est quo ad mulierem quia si vxor fecit ei pactum de lucranda dotē, maritus petere non potest dotem, si non est insinuata.
i *Sponsalitia.* i. donatio propter nuptias & sic impropriè dr̃. sed propriè illa, quā sponsus sponsæ, vel contra dat & facit.
k *Specialis.* quia quoddam speciale in ea seruat ut subijcit, nec. n. insinuationē, &c. olim cōtra. nisi in casu, vt supra eo. l. minoribus.

l *Insinuationem.* que exigitur in donatione excedente quingentos solidos, ut infra de do. l. pen. & fi.

a *In viri personam.*] scilicet nomine viri fiat mulieri.
b *Quatenus.*] id est, eo pacto vt conscribat, scilicet maritus in hunc contractum, id est donationem propter nuptias, i. dicere, hoc pacto vt fiat insinuatio, vel vt subscribat maritus.
c *Quantum ad mulierem.*] vt insinuatio non sit necessaria.
d *Cum ea sit quantitas.*] qa excedit quingentos solidos.
e *Concedant parti.*] dicit enim, quod si erat pactum vir de lucrata dote, quae erat mille. & sic vltra quingenta, si mulier, scilicet praecederet: & mulier deberet lucrari donationem propter nuptias, si vir praecederet: quae similiter erat in mille. lucrabitur ergo mulier donationem, si vir procedat, licet non interuenerit insinuatio. at econtra si vxor praedecedat, non lucrabitur vir de dote, si donatio non est insinuata.

N*Vnc.*] CASVS. Lex Codicis dicit, quod constante matrimonio pôt dos minui: ista auth. corrigit, dicens, quod hodie illud est prohibitum. secundo dicit, quod maritus vel vxor tenetur dare vni filiorũ primi matrimonij tm, quãtum dat vir mulieri, vel mulier viro.

DE NVPTIIS.

Dixit de praeambulis nuptiarũ, scilicet sponsalibus: sequitur nunc de nuptijs. Vel sic: Praemissis praeparatorijs nuptiarũ, ponit de nuptijs. Azo.

C*Vm de nuptijs.*] CASVS. Mulier quaedam habebat filiam minorem duodecim ann. cuius malitia supplebat aetatem: eratq; thori matura. vnde mater, & tutor illius puellae impuberis, tractabant de marito ei tradendo: super quo eligendo fuerunt discordes: quaeritur, quid hoc casu agendum sit? Responsio. quod recurrendum est ad praesidem prouinciae, & ille qui sibi iustior videbit, praeferetur in nubendo cũ puella. Viuian.

f *De nuptijs.* futuris, alias si non esset pupilla, non haberet tutorem, & eius voluntas quaereretur, vt j. eod. l. in copulandis. & l. viduae. & l. in coniunctione. Alij dicunt, quod haec puella nolebat suam voluntatem dicere cultu verecundiae, vt d. l. in coniunctione. quod tamen non placet, & cum ibi in adulta dicat.

1 † al. Portio. al. Petito.
2 † August. ep. st. 133. g. Roatus. vt confirmarem nuptias puellae, facerẽ, inquã, sed mater puellae non addit, & tu scis ad nuptias cõtrahendas voluntatẽ eius necessariã. Vide Cuia. 3. obser. 5. Gothofr.

etiamsi ab alio detur, licet in [b] viri personam donatio fiat, quatenus [b] ipse in hunc contractum conscribat. hoc quantum [c] ad mulierem.

¶ At si vir vel alius, qui dederit eam, non insinuet, cum [d] ea sit quantitas, & postea dotalitium concedant, [e] parti viri: nullam super eis habeat vir actionem.

PAter donationem propter nuptias, quam contulit in vxorem, non cogitur seruare liberis prioris matrimonii, etsi ad secundas nuptias migrauerit. aliud est si apud maritũ aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit.

¶ Illud enim seruare liberis prioris matrimonii debet.

IN AVTH.

De aequalita. do. §. aliud, coll. 7. constit. 8.

NVnc inhibetur deminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonii, quorum vnicuique etiam cui minus datum est, dare tantum cogitur, quantum secũdae vxori. ita etiam à parte vxoris.

TITVLVS IV.

De nuptiis.

Quando super maritanda puella discordant consanguinei, & tutor, arbitrium iudicis est necessarium, qui debet eligere quod est vtilius puellae, & non pati quod est inutile. h. d. Bald.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Portio. [1] †

LEX PRIMA.

CVm de nuptiis [f] puellae quaeritur, nec inter tutorem, & matrem, [2] † & propinquos de eligendo futuro marito conuenit: arbitrium [g] praesidis prouinciae necessarium est.

Etiam sine subscriptione paterna, valet consensus patris in nuptiis per filiam contrahendis. h. d. Bald.

Ijdem AA. Trophimae.

LEX II.

SI nuptijs pater tuus consensit, nihil oberit tibi, quod instrumento ad matrimoniũ pertinenti non subscripsit. [h]

b *Constituti sunt.*] Remanent enim in potestate: vt ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre.
c *Nuptias.*] institu. eo. §. 1.
d *Aliam.*] repete retulit. Vlpianus.
e *Adiuuantes*] repete cõditores, antiqui iuris aliás adiuuante.
f *Antistitum.*] æstimatione repete constituenda q̃d est inf.
g *Quod moderatione.*] Sic & ff. de iure doti. l. quero. & sup. de epis. audien. l. tam dementis. Sed quid si idem sit filius patris curator, quod potest: vt ff de cura. fur. l. 1. Respõ. spãlis ad hoc dabitur, vt arg. ff. de iure doti. l. siue gñalis, quo minus enim curator detur habenti curatorem, regula iuris non est impedimento: vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. ventris. §. fi. Vel aliter dic, q̃ p̃dicta fiãt aut horate p̃tore vel iudice: vt & qñ debitor soluere vult minori: vt ff. de mino. l. ait pretor. §. 1. & facit ad legem istam ff. de leg. 3. l. filiç, & ff. eo. l. si nepos, & l. si ita. & l. si filius.

3 † al. Et alia dubitatione ex hoc emergente.
4 † Constitutio.
5 † Introduxit.
6 † Sequẽs huius constitutiõis pars iã posita fuit supra d' epi. aud. l. tã dementis.
7 † Donationis.
8 † Vrbis.

ADDITIO. Nota ex hac glo. q̃ filius familiæ potest donare cã mortis patri, in cuius est potestate, non auctoritate patris, sed iudicis, quod nopro

vota nuptiarum re ipsa processerint. sic enim & antiqui iuris contentio dirimetur, & immensa librorum volumina ad mediocrem [a] 1 † modũ tandem peruenient.

Filiæ, vel filii furiosi, vel mente capti, sine consensu patris matrimonium contrahere possunt, & dotem & donationem ante nuptias cum auctoritate curatoris constituere: & gratis debet procedere, ne afflicto addatur afflictio. hoc dicit Salic.

Idem A. Iuliano PP.

LEX XXVI.

SI furiosi 2 † parentis liberi, in cuius potestate constituti [b] sunt, nuptias [c] possint contrahere, apud veteris agitabatur, & quidem filiam furiosi marito posse copulari, omnes pene iuris antiqui cõditores admiserunt sufficere enim putauerunt, si pater nõ contradicat. In filio autem familias dubitabatur, & Vlpianus quidem retulit constitutionem Imperatoris Marci, quæ de furioso non loquitur, sed generaliter de filijs mente captis, siue masculi, siue fœminæ sint qui nuptias contrahũt, vt hoc facere possint, etiam non adito principe. Et aliam [d] 3 † dubitationem ex hoc emergentem, si hoc, quod de mente capto constituto 4 † induxi:, 5 † etiã in furiosis obtinendum sit, quasi exemplo menti capti, & furiosi filios adiuuantes.[e] His itaque dubitatis, tales ambiguitates decidentes, sancimus hic repleri, quòd diui Marci constitutioni deesse videtur, vt non solum demẽtis, sed 6 † etiam furiosi liberi cuiuscunque sexus possint legitimas contrahere nuptias, tam dote quam ante nuptias donatione 7 † a curatore eorum præstanda, æstimatione tamen in hac regia vrbe, excellentissimi præfecti vrbi, 8 † autem virorum clarissimorum earum præsidum, vel locorum antistitum, [f] tam opinione personæ, quam moderatione [g] dotis, & ante nuptias donationis constituenda, præsentibus tam curatoribus dementis, vel furiosi, quã ijs qui ex genere eorum nobiliores sunt, ita tamen, vt nulla ex hac causa oriatur, vel in hac regia vrbe, vel in prouincijs iactura substãtiæ furiosi, vel mente capti, sed gratis omnia procedant, ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento prægrauetur.

Potest quis alumnã suam ducere in vxorem, sed non eã quam de sacro fonte leuauit. d.d. Bal. vel sic: Cum ancilla manumissa patronus potest contrahere matrimonium: cum filia vero adoptiua etiã emancipata non potest, nec cum aliena de sacro baptisma te sumpta. Sal.

Idem A. Iuliano PP.

LEX XXVII.

SI quis alumnam [h] suam libertate donauerit, & in matrimonio suo collocauerit: dubitabatur apud antiquos, vtrumne huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes, non esse vetitum matrimonium censemus. si enim ex affectu omnes introducuntur nuptiæ, & nihil impium, nec legibus contrarium in tali copula expectamus: quas prędictas nuptias inhibẽdas existimemus? nec enim homo sic impius inuenietur, vt quam ab initio loco [i] filiæ habuit, eam postea in suo collocet matrimonio: sed ei credendum est, quia eam ab initio non vt filiam educauit, & libertate donauit, & dignam esse postea suo putauit matrimonio. Ea videlicet, persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis siue alumna sit, siue non, a sacrosancto suscepit baptismate: * cum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & iustam nuptiarum prohibitionem, quam huiusmodi nexus, per quem Deo mediante [k] animæ eorum copulatæ sunt.

Potest quis accipere vxorem sexagenariam, vel decrepitæ ætatis constitutam. h. d. Bald.

Idem

limitatione glo. 1. ff. de autho. tut. secundum And. Barb.

S *I quis alumnam.*] CASVS. Si ego nutriui aliquã puellam ancillã vel liber tam, vel aliqua nutriuit me: ego eam illa non prohibeor nuptias contrahere: quia licet ad illam habeã affectionẽ, non tamẽ prohibent nuptiæ inter me & illam: eam si quam suscepi de sacro fonte, ducere non possum. Viu.
h *Alumnam.*] i. quã ipse aluit cũ sua esset ancilla, & inde eam manumisit, & subijcit: & facit instit. qui. ma. non põt. §. eadẽ.
i *Loco filia.*] s. adoptiuæ, quam et non licet ducere: vt institu. eodem. §. & hæc adeo. Vel hic dicit, q̃ aluit vt filiam: sup. in prin. alius fuit cũ ca. Vel aluit vt ancillã. & facit 29. quæst. 2. c. si quis ancillam. & infra ad legem Iul. re petun. l. fin.
K *Deo mediante.*] no. & sic ad hunc casum 30. quæst. 3. & 4. per totum. & extra de cogna. spiri. capi. & li. 6.

S *Ancimus.*] CASVS. Olim masculus qui habebat 60. annos prohibebatur nuptias contrahere, similiter mulier habens quinquaginta annos, sed hodie per Insti. hoc correctum est. Viuianus.

Ho-

* Hic loc ostendit puros ad sacramẽtũ baptismatis oblatos fuisse ab extraneis. An & a parentib. potuerit? vtique. vide Aug. epis. ad Bonif. Goth.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XXVIII.

SAncimus [1] † nuptias, quæ inter masculos, & fœminas maiores, vel minores sexagenarijs, vel quinquagenarijs lege Iulia vel Papia prohibitæ sunt, homines volentes [a] contrahere, & ex nullo modo, vel ex nulla parte tales nuptias impediri. [2] †

Noua dignitas mariti, vel soceri matrimonium non dissoluit, quia fœlicitas viri debet vxori prodesse, & similiter fœlicitas vxoris debet prodesse viro: & similiter fœlicitas soceri debet nurui prodesse h. d. Bal. vel sic. Res perfecta, & consummata non vitiatur, licet ueniat ad casum, à quo non potest incipere. hoc dicit Salicetus.

Idem A. Ioanni, PP.

LEX XXIX.

SI libertam quis vxorem habeat, deinde inter Senatores scribatur dignitate illustratus, an soluatur matrimonium apud Vlpianum quærebatur: quia lex Papia inter Senatores & libertas stare cõnubia non patitur. [b] Nos igitur Dei sequentes iudicium, non patimur in vno eodemque cõnubio, mariti fœlicitatẽ vxori fieri infortunium, vt quantum vir in altum tollatur, tantũ coniux eius decrescat, [c] imo magis penitus depereat. absit itaque a nostro tẽpore huiusmodi asperitas, & firmũ maneat matrimonium, & vxor marito concrescat, & sentiat eius fulgorẽ, stabileq; matrimoniũ ex huiusmodi superuentu minimè deminutum. [d] ¶ Simili modo si priuati hominis filia ad liberti veniat connubium, & postea pater mulieris ad Senatoris dignitatem fuerit elatus: taceat Papię legis crudelissima sanctio: & neque per hunc modum dissoluatur [e] matrimonium inter filiã Senatoris & libertum, ne soceri prosperitas sine genero inueniatur. Melius enim est legis Papię seueritatem in vtroque casu compescere, quam eam sequendo hominum matrimonia dispergere, non ex vitio mulieris, & mariti, sed ex prospera alterutrius patris fortuna. cum enim [3] † ex vna [f] radice vitium nascitur, consequens est, vt vna lege tollatur. 534.

Idem A. vbique terrarum constitutionis Episcopis.

LEX XXX.

SAcram fecimus constitutionem, nemini permittentes, neq; inuitam mulierem ancillam aut liberam in scenam, aut orchestrã pertrahere, neque conuerti volentẽ prohibere eam eius fideiussores, quasi super hoc ipso certum auri modum promissum repetendo, sed si quid tale factum fuerit, prohiberi hęc & a clarissima prouinciarum pręsidibus, & a ciuitatum religiosiss. antistibus constituimus, dantes licentiam religiosissimis episcopis vna cum clariss. prouincię Pręside, etiam inuitos trahere ad se eos, qui compulerint, aut qui mutuari, seu cõuertĩ ab ea actione prohibuerint, & publicam quidem fieri eorum substantiam, ipsos vero ciuitate expelli. Si vero qui prouinciam regit, ipse sit, qui eas compulerit, aut a prædicta actione conuersionem, seu resipiscentiam prohibuerit, damus licentiã, & solos religiosissimos episcopos adire eã, quæ talia patitur, aut eius fideiussorem, hunc vero episcopum aduersari magistratum habenti, & non permittere iniuste agere, aut sin minus fuerint ad id consequendum potentes, indicare id nostro imperio, vt a nobis competens exerceatur pœna, fideiussoribus simul liberandis, & fideiussoribus indemnibus conseruandis, licentiam dantes conuersis huiusmodi mulierib. liberis, & ingenuis existentibus ad matrimonium transire legitimum, etiam si contigerint honestissimis dignitatibus, qui illas duxerint, decorati, non amplius indigentibus Imperialibus rescriptis, sed sua potestate nuptias celebrantibus nuptialibus nimirum instrumentis omni modo inter ipsos factis, eademq; & de scenicarum filiabus constituentes. Hanc autem dictam cõstitutionem, & in quinto libro omnium constitutionum huius scilicet nostræ pietatis cognominis libri, ad ciuiles magistratus rescriptã posuimus. Quoniam enim oportebat per præsentem Sanctionem, & vobis vbique terrarum positis religiosissimis episcopis hæc facere manifesta, propterea congregantes quæ ad ipsam pertinent expositione laxiore sancita, etiam eandẽ diuinam constitutionem fecimus etiam ad vos, vt sacerdotalem conseruantes reuerentiam, & continentiæ studiosi, hęc custoditatis, tã magni Deo metum, quam Imperialem indignationem, si quid horum prætermiseritis, considerantes.

Dat.

a *Homines volentes.*] Dic qđ lege Pap. cauti fuerat, quod masculus major sexagenario non contraheret cũ maiore vel minore fœmina quinquagenaria: & econtra maior quinquagenaria non contrahat cam maiore, vel minore sexagenario: & erat ratio, qa nuptiæ fiunt cã liberorum, q̃ causa hic deficere videbatur: sed contra est, vt hic, & infra de legit. hær. l. si maior. ADDITIO. Hĩc legem intellige de tali sene, qui tñ coire potest, licet difficulter. alias aũt si omnino non posset coire, non valeret matrimonium, facit c. 2. extr. de frigi. & malefi. de quo vide latius per Christ. Port. in §. 1. in fi. insti. de nuptijs.

SI libertam.] CASVS. Si liberta est vxor alicuius, qui postea Senator efficitur, nõ propter hoc debent nuptiæ dissolui, nam fœlicitas casus mariti non debet esse damnosa vxori. ab initio tñ senator non potest ɔ̃here matrimonium cum liberta. Secundo dicit: quid si pater mulieris, q̃ nupsit liberto, non erat Senator, postea effectus est Senator: nunquid dissoluitur m̃rimoniũ ex eo quod nõ licet filiæ Senatoris nubere liberto? respon. non. Viui.

b *Non patitur*] vt ff. eo l. lege Iulia.

c *Decrescat.*] hic & su. de stat. & imag. l. fi. & ff. de ɔd. & demonst. l. falsa. §. sed si cui. & sup. eo. Auth. maximis. Sed eq̃ alterius coniugis infœlicitas, facit valere matrimoniũ, quòd nõ valet, vt ff. eo. l. si quis in Senatorio. non autem infœlicitas patris, vt ff. de Senato. l. filiam.

d *Deminutum.*] non ergo vitiatur, licet ad eum casum peruenerit a quo incipere nõ potest, vt & instit. de lega. §. potest autem.

e *Dissoluatur.*] hic & ff. sol. matr. l. si cum dotem §. an autem illa & ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. l. patre.

f *Vna.*] s. hac.

1 † In manuscripto hæc lex vltima est huius libri.

2 † Vide Cuia. 33. ad pferi. Ant. Mercatorẽ. i. Nota. r. in fi. Ant. Guberti in pract. de sponsalib. & matrimon. Goe.

3 † Hęc verba ponuntur in glo. super verbo, nõ is, ante fi. in c. fraternitatis, extra de testi.

DE INCESTIS ET INVTILIBVS nuptijs.

Largè omnes dicuntur inutiles: sed nefariæ propriæ inter ascendentes & descendentes. Incestæ inter collaterales vel affines: vt insti. eod. §. ergo omnes, & ff. cod. l. quinetiam, & l. fi. & ff. de adul. l. si adulterum. 1. respõ. Aliæ qua alijs rationibus prohibentur, simpliciter inutiles dicuntur, quod multis modis contingit: vt dix imus institu. cod. §. sunt & aliæ.

Nuptiæ nefariæ, & incestæ quæ sint.

L *Iberta.*] CASVS. Patronus cũ sua liberta matrimoniũ contraxit. postea liberta ipso inuito à se discessit, & alij nupsit: an hoc facere potuerit, quæritur? Respon. quod non. & si alteri nubat, non erit sua vxor.

1† al. Amphioni.

a *Non habeat.*] diuortium tamen tenet: vt ff. de repu. l. final. in prin. vnde non committitur adulterium cum ea: vt ff. ad legẽ Iuliam de adul. l. penul. sed quo ad hoc, vt non possit alij nubere, dicitur durare prius matrimonium, vt ff. vnde vir, & vxo. l. 1. §. final. & facit ff. eo. l. matrimonij, & l. in eo iure. & de diuor. l. penult.

2† discessit.

b *Velis.*] Quod qualiter fiat, dic ut ff. de repu. l. fi. Accur.

3† al. Sebastiano PP.

N *Eminem.*] CASVS. In hac lege præcipit Imperator, quod nullus subiectus Romano imperio habeat duas vxores: & si habeat vnam de iure, aliam de facto, vltimæ nuptiæ sunt inutiles: & eo iure efficiuntur infamis. Viuian.

c *Binas vxores.*] vel sponsas, vel alteram coniugem, & aliam sponsam: ut ff. de his qui notan. infam. lege prima, §. final. & l. quid ergo, §. 1. & sup. de donat. ante nupt. l. ea quæ.

d *In edicto.*] Non est bona ratio: quia nubens intra tempus luctus infamatur: vt infra, de secundis nupt. l. 1. tenet tamen matrimonium. vt in authen. de restitu. & ea quæ pa. §. fina. coll. 4. Sed est ratio, quia ꝓhibentur à lege: ut hic, & insti. eo. §. affinitatis, & infra, de adul. l. eum.

Dat. Calend. Nouemb. C. P. D. N. Iustinia. 4. & Paulino Coss. 534.

TITVLVS V.

De incestis & inutilibus nuptijs.

Liberta vxor patroni non potest diuertere inuito patrono, & cum alio contrahere matrimonium. h. d. Bald.

Imper. Alexander A. Amphigono.[1]†

LEX PRIMA.

Liberta eademque vxor tua, si à te inuito decessit,[2]† connubi[um] cum alio non habeat, [a] si modo vxorem eam habere velis.[b]

Binas habens seu tenens vxores, est infamis. hoc dicit Bald.

Impp. Dioclet. & Maxim. AA. Sebastianæ.[3]†

LEX II.

Neminem qui sub ditione sit Romani nominis binas [c] vxores habere posse, vulgo patet: cum etiam in [d] edicto prætoris huiusmodi viri infamia notati sint. quã rem competens iudex inultam esse non patietur.

Inter liberum, & seruam matrimonium non consistit: & filii qui nascuntur ex serua, dicuntur serui: quia sequuntur cõditionem matris. Hoc primo. Decurio, qui contraxit matrimoniũ cum serua, deportatur: bona eius curiæ confiscantur: puniuntur actores, & procuratores locorum scientes, qui passi sunt in domibus dominorum suorum huiusmodi libidinem exerceri: punitur etiam dominus si fuit sciens, & non denuncians, & in publicatione fundi veniunt accessoria, mancipia, & pecora illi fundo deputato: & magis putatur delictum commissum in ciuitate quam in agro. hoc dicit. hæc lex. Bald.

Imp. Constantinus A. Patroclo.

LEX III.

Cum [4]† ancillis non potest esse connubium. [e] nam [f] ex huiusmodi contubernio [5]† serui nascuntur: ideoque præcipimus, ne decuriones in gremia potentissimarum domorum libidine seruarum ducente cõfugiãt. Si enim decurio clam auctoribus, & procuratoribus nescientibus, alienæ fuerit seruæ coniunctus: & mulierem in metallum trudi [6]† per sententiam iudicis iubemus, & ipsum decurionem in insulã deportari: omnibus bonis eius ciuitati, cuius curialis fuerit, mancipãdis, si patria potestate fuerit liberatus, nullosque [g] habeat liberos, vel parentes, vel etiam propinquos, qui secundum legum ordinem ad eius [7]† successionem vocentur.

¶ Quod si actores, vel procuratores loci, in quo flagitium admissum est, fuerint cõscij, vel compertum facinus promere [8]† noluerint: metallo eos conuenit implicari.

¶ Si verò dominus loci hoc fieri permisit, vel posteà cognitum celauit: [h] si quidem in agro id factum est, fundus cum mancipijs, & pecoribus cæterisque rebus, quæ cultui [9]† rustice sustinentur, fisci iuribus vendicetur. Si verò in [i] ciuitate id factum est, dimidiam bonorũ oĩum par-

C *Vm ancillis.* CASVS. Si liber homo velit ancillam ducere in vxorem, de iure hoc esse non potest: cum ea tamen posset esse contubernium. Item decuriones non possunt cum ancillis contubernium contrahere, & si contra fecerint clam in aliqua villa, uel prædio: si quidem fecerint procuratoribus domini nescientibus, mulier damnatur in metallum, decurio damnatur in insulã: si fuerit sui iuris omnibus bonis suis confiscatis, si non habebat aliquos propinquos ab intestato. Si autem fecerint procuratoribus domini scientibus ipsi damnantur in metallum. Si autem dominus fundi sciuerit. & permiserit: & si patitur fieri in prædio rustico: quæ sunt in illo prædio, vna cũ prædio confiscantur. Si autem patitur fieri in prædio vrbano: quia facinus contra parietes domesticos commissum est, pœna augetur, quia dimidia pars bonorum suorum confiscatur. Viuianus.

4† Ex lib. 12. titu. 1. l. 6. C. T.

5† Simile in ca. sanè vbi matrimonia contracta per sacerdotes dicitur cõtubernia. ext. de cle. coniuga.

e *Connubium.*] idest matrimonium: connubium & coniugiũ idem sunt, nisi in casu vbi etiã quod matrimonium non est, dicitur connubium, ff. de rit. nup. l. in eo. §. hoc caput.

6† Detrudi.

Contubernium quid sit.

f *Nam ex* &c.] Bona ratio: vt insti. de pat. po. in princip. appellabitur ergo contubernium: vt infra ad leg. Iul. de adul. l. serui. Item hoc iure fori, secus iure poli: ut extra de coniugio ser. cap. 1.

g *Nullosque.*] repete, & si.

7† eiusmodi.

h *Cognitum celauit.*] & no. hac & sequenti lege tantundem esse, siue quod faciam ab initio esse, siue postea sciam & patiar. Sed arg. contra, ff. de his qui not. infam. l. quid ergo, facit 34. q. 1. cap. 3. & infra, de vsuc. transfor. l. 1. §. fi. Item sume hic argum. ꝙ parcitur ei, qui delictum cognitum à se patefecit, sic infra de his qui se de l. 1. lib. 10. & insi. l. prox. dic.

8† Proderc. C Tho.

9† Ita legitur C. Th. in vno tamen manuscrip. legitur cultu rustico cõtinentur, & tec. nõ est cõtẽnẽda.

i *In ciuitate.*] Sic & in l. Mosaica distinguebatur, fieret adulterium in ciuitate, vel in rure.

Argu-

a *Augentes.*] Immo in casu non augentur, si fundus in villa vbi hoc factum est, plus valeat, quàm alia sua bona. Ad quod Io. dicit quòd tunc non totus fundus publicaretur, sed id omne quod est minus dimidia, hæc enim lex augere pœnam voluit. Alij dicunt contra, & raro inueniri, quod decuriones plus habeāt ext. ciuitatem, quam intra: & sic de eo non cauent legislatores: vt ff. de le. & senatusc. l. nam ad ea.

b *Domesticos.*] facit inf. de tal. mo. l. 1. & ad leg. Iul. de adult. l. Gracchus.

QVi contra.] CASVS. In hac lege dicitur, quæ pœna imponatur ei qui incestas nuptias, & inutiles contrahit. Et dicit, quod si aliquis contrahit nuptias cōtra legum præcepta, vel constitutiones principum illæ nuptiæ nō valēt: & dos data & donatio propter nuptias debent confiscari. nā & dos & donatio aufertur accipiēti ut indigno, & fisco applicatur. Fallit si maritus vel fœmina, vel vterque eorum acerrimo errore facti prohibitas nuptias contraxerunt: quo casu nec dos, nec donatio pp nuptias publicantur. Item fallit si vir vel mulier sunt minores xxv. ann. quod est verum si cum peruenerint ad xxv. ann. ipsi facientes prohibitas nuptias dissoluerint: alias dos & donatio pp nupt. confiscantur Viuian.

* Intellectū nouū huius l. uide apud Didac. Couarruuias in lib. 4 decreta. parte 2. c. 6. §. 8. nu. 22.

c *Qui contra legem.*] vt ff. de ritu nupt. l. lege Papia.

d *Mandata.*] vt supr. titu. l. 1. & si contra.

mus confiscari, pœnam augentes,[a] quoniam intra domesticos[b] parietes scelus admissum est, quòd noluit mox cognitū publicare. D. Calē. Iul. Aquilæ Constan. A. 5. & Licinio Coss.

Ex matrimonio reprobato lucra matrimonialia non procedunt: sed veniūt potius confiscanda: idem in donatione simplici: nisi ætas, sexus, vel iusta ignorantia excuset. h. d. Bal. vel sic: Nuptiæ à iure prohibitæ, sunt ipso iure nullæ: & donata hinc inde à scientibus auferuntur vt indignis, & fisco applicantur: non ab errantibus iustè; dum tamen coniunctionem dirimant comperto errore. Sal.

Imppp. Val. Theo. & Archad. AAA. ad Andromachum Comit. RP.

LEX IIII.

QVi contra * legum[c] præcepta, vel contra mandata[d] cōstitutionesq;[e] principum nuptias fortè cōtraxerit: nihil ex eodem matrimonio, siue ante nuptias donatū,[f] siue deinceps quoquo modo datū[g] fuerit, consequatur: idq; totū qđ ab alterius liberalitate[h] in alterū processerit, vt indigno indignæve sublatum, fisco[i] vendicari sancimus, exceptis tā fœminis, quàm viris, q aut errore[k] acerrimo * non affectato[l] simulatove, neque ex vili causa decepti sunt, aut ætatis lubrico lapsi: quos tamen ita demum legis nostræ laqueis eximi placuit, si aut errore comperto,[m] aut vbi ad legitimos peruenerint annos, coniunctionem huiusmodi sine vlla procrastinatione[n] diremerint.

In veteri testamento tenebatur quis ducere vxorē fratris eo mortuo: & debebat ei imponere certum nomen. Imperator dicit hic cōtrarium: quia relictā fratris alter frater non ducit eam in vxorē: nec potest duas sorores successiuè habere in vxores. hoc dicit. vel sic: Fratris præmortui vxorem, vel vxoris præmortuæ sororem non licet ducere in vxorem: licet præmortui fratris vxor virgo permanserit. h. d. Salic.

Ijdem AAA. Cinegio.[1] †

LEX V.

FRatris[o] 2 † vxorē ducendi, vel duabus sororibus

& continuum excusat. Si verò in iure, quantum ad pœnam incestus, mulier in totum releuatur. & item in mare qui sic errat in iure ciuili: quia credidit posse contrahere cum pupilla, si autem in iure gentium, in aliquo subleuatur non in totum, vt ff. ad l. Iuliam de adul. l. si adulterium, §. nonnunquam, in fin. ibi, cū in adulterio, &c. & §. stuprum. in fin. §. Est tamen argum. contra inf. titu. 1. l. 1. Sed certè ibi clā fuerat contractum. vnde præsumitur scientia: secus si palam, quando bona fides præsumeretur: vt ff. de ritu. nup. l. fin. Item quid erit de filijs ipsorū? Respon. non est cautum in lege. Sed dico esse legitimos, si vterque ignorauit, licet nullum sit matrimonium: sicut & in adoptiuis contingit, qui sunt legitimi sine matrimonio. & hoc dicitur rescripsisse Alexāder ex priuilegio cuidam, vedi ces inf. eodē. l. si quis incesti. ad hoc ff. de ritu. nupt. l. qui in prouincia. §. diuus, vbi autem alter sciuit illi non sunt legitimi, sed ignoranti sic. ADDITIO. Tu dicas de hoc. Si matrimonium est publice cōtractum in facie ecclesiæ: tunc siue vterque ignorauit impedimētum, siue alter tū, filii sunt semper legitimi. ca. cum inter &c. ex tenore, extra qui fil. sint legi. Si vero matrimonium esset cōtractum clandestinè, licet vterq; ignoraret impedimentū, non essent filij legitimi ca. cum inhibitio, §. si quis uero. de clādestina. sponsa.

Matrimonium vetitum p errorem cōtractū an excuset ignorātes. Filij nati ex mrimonio uetito an sint legitimi.

* Acerrimo i quinque manuscriptis, & sic legi hoc loco ait Alber. de Rosa. in dictionario suo iuris. vi. Cuiac. 15. obser. in fi.

1 † Vincica p.p.

2 † Ex li. 3. tit. 12. l. 1. & 3. C. T.

e *Constitutionesque.*] vt supra de epis. & cler. l. si quis non dicam. & l. raptores, & sup. tit. 1. l. si quis alumnam, §. fin. Item quandoque contra senatusconsultum, ut sup. tit. 1.

f *Donatum.*] Quod hodie dicitur propter nupt.

g *Datum.*] scilicet pro dote.

h *Liberalitatem.*] Extra dotem & donationem pp nuptias.

i *Fisco vendicari.*] vt ff. de ritu nupt. l. necesse, & instit. de nupt. §. si aduersus, & hoc cum vterque scienter contraxit. si autem à sciente ignoranti detur, apud ignorantem remanet: vt probatur ff. de leg. l. fi. & de dona. inter virū & vxo. l. cum hi, status, §. fin. Vel dic aliud esse, cū relinquitur ei ex testō. Nam tutor ex testō quendam pupillæ suæ quam duxit. nil potest capere: præsumitur enim eam decepisse. illa autem econtra ex testamento eius potest: vt d. l. de leg. 1. l. fin. & ff. de rit. nup. l. præfectus. Item argum. contra, ff. de condi. sine cau. l. auunculo, vbi restituitur danti. Sol. ibi nec de facto secutum fuit, uel dic, ut ibi. Item contra infra titu. 1. nisi tutor. vbi similiter restituitur danti. Solu. ibi speciale. Vel hic de matrimonio prohibito legibus: ibi senatusconsulto. Vel ibi loquitur cum tutor donat pupillæ: hic econuerso. Vel hic desponsalitia largitate: ibi de dote. Vel ibi in minore 25. annis.

k *Errore acerrimo.*] idest iustissimo, vel fortissimo. Et dicas hic breuiter, quod hæc lex propter errorem facti iustum,

l *Affectato.*] cum forte potuit scire, & noluit.

m *Comperto.*] parcitur alicui propter ignorantiam, vel cum sciunt si se offerat: alias purget, si c ff. depo. l. 3. & ff. de ædil. edic. l. si quis fit fugitiuus, §. idem Cœlius ait si seruus, argu. contra, ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. in princip. Nam si à patre nesciente, sed postea ratum habente filius duxit vxorem intra tempus luctus, & tamen non notatur pater infamia. Similiter est argum. contra in vsucapione, vbi bona fides sufficit ab initio, & si postea superueniat scientia rei alienæ: non enim vsucapio interrumpitur, nec id. o minus vsucaptor facit fructus suos, ut ff. de usuc. l. qui scit. §. fin. & infra, de vsuca. transfor. l. vnica. Sed arg. contra prædictis ubi superueniens scientia nocet, sicut & in nostra lege in petitione hæreditatis: vt ff. de petit. hære. l. sed & si lege. §. consuluit. Item & in usucaptore partus, incipiente cognoscere, quòd mater sit furtiua, interrumpitur usucapio: vt ff. pro Soc. l. pen. in princ.

Vsucapio an interrūpat, si sciētia rei aliene superueniat.

n *Procrastinatione.*] sic in decre. 1. quæstio. 1. constat.

FRatris.] CASVS. In l. ista dicitur, quòd quis non potest eam ducere in uxorem, quæ fuit uxor fratris sui. Itē si aliquis habuit unam sororem, non potest aliam ducere prima mortua. Viuian.

o *Fratris.*] Facit instit. eodem, §. affinitatis: & infra eod. l. pen. & l. fin.

SI quis.] CASVS. Aliquis contraxit incestas nuptias, non amittit bona dum viuit: sed filij illegitimi erunt, nec pater eis aliqua dare debet, nec in testamento, nec inter viuos, nec per se, nec per interpositas personas. & dos, si qua constituta est, confiscabitur: & si contrahens incestas nuptias, & testamentum faceret, non potest relinquere extraneis: filijs tamen, quos suscepit ex primo matrimonio, potest relinquere, & nepotibus, & pro nepotibus, patri, & matri, & auo, auiæ, fratri, & sorori: si tamen aliquis eorum cōsilium dederit, ne contrahatur tale matrimoniū, non habebit aliquid de hæreditate, sed ille, qui est in secundo gradu. Viuian.

a *Vetitique.*] propter incestum. & sic specialiter de incestis titum. Et dicitur cestus, id est cingulus Veneris: vnde incestus, id est effrenata libido. Vel dic vetiti generaliter, vt ad secundam partem rubricæ referatur.

* Ex libro 13. tit. 12. l. 2. C. Th.

b *Habere credatur.*] vt in Auth. qui. mod. nat. effic. sui. §. fi. collat. 7. sed per decret. Alexan. permittitur, quod sint legitimi eo casu, quo permittitur stare matrimonium, vt extra qui filij sint legit. c. ex tenore. & ff. de ri. nupt. l. qui in prouincia, §. 1.

c *Testandi.*] imponitur ergo necessitas in personas certas testari. sic & j. de secund. nup. l. 3. §. fin. & ī. de sacrosan. eccles. auth. si quæ.

d *Gradu.*] nisi sit alius in eodem gradu cum eo, qui excluditur: & est l. ista, 35. q. 7. cap. quidam. & infrà de mulier. quæ ser. proor. l. 1. & infrà de secun. nupt. l. hac edictali. & ff. de ritu nupt. l. semper. Item intellige hanc legem secundum ea, quę notauimus supra l. qui contra. id est quando sciuerunt. Item sunt, & aliæ pœnæ, quos patiuntur prædicti. vnde vide Authen. incestas. quę est ex tit. de incest. nupt. collat. 3.

1 † Diem functi. C. Theod.

INcestas.] CASVS. Lex Codicis dicit, quod qui incestas cōtrahit nuptias, retinet bona. Auth. corrigit, dicens, quod bona illius confiscantur, si non habet filios, alioquin substantia eius deuoluitur ad filios, & pater debet ali à filijs: & si miles erat, qui tale contrahit matrimonium, amittit cingulum, & mittetur in exilium: si vilis est, verberabitur.

2 † Gradū inuenitur.

coniungēdi, penitus licentiā submouemus, nec dissoluto quocumque modo cōiugio.

Incestas nuptias contrahentes non perdunt ipso iure proprias facultates: tamen in hoc puniuntur, quia non possunt testari, nec possunt habere successores, nisi p̄sonas hic declaratas: quibus nō existētibus succedit fiscus. Bald.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Euthyciano PP.

LEX VI.

SI * quis incesti, vetitiq; [a] coniugij sese nuptijs funestauerit, proprias quādiu vixerit, teneat facultates: sed neq; vxorē, neque filios ex ea editos hēre [b] credatur. ¶ Nihil prorsus p̄dictis, neq; per interpositā quidem personam, vel donec superstes, vel moriturus derelinquat, dos, si qua fortè solemniter aut data, aut promissa fuerit, iuxta ius antiquū fisci nostri commodis cedat, testamento suo extraneis nihil relinquat: sed (siue testato, siue intestato) legib⁹ ei, & iure succedant, si qui fortè ex iusto, & legitimo matrimonio editi fuerint: hoc est de descendentibus filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis: de ascendentibus autē pater, mater, auus, auia: de latere frater, soror, patruus, amita. Testandi [c] sanè ita demū habeat facultatē, vt ijs tantummodo personis pro iuris, ac legum, quod voluerit, arbitrio relinquat, quas succedere Imperialis præcepti tenore mandauimus: ita tamen, vt ab hæreditate defuncti 1 † penitus arceatur, si quis ex ijs, quos memorauimus, in contrahēdis incestis nuptijs consilium inijsse monstrabitur: successuro in locum illius, qui post eum gradu [d] 2 † proximus interuenerint. ¶ Ea sanè, quę de viris cauimus, etiam de fœminis, quæ prædictorum sese consortijs commaculauerint, custodiātur. Memoratis verò personis non extantibus, nostro fisco locus pateat. * Dat. 5. 3 † Id. Decembr. Constantinop. Arcadio 4. & Honorio 3. AA. Coss. 396.

IN AVTHEN. de incestis, & nefarijs nuptijs, §. 1. collat. 2. constit. fin.

Ista auth. dicit, quod bona cōtrahentiū incestas nuptias ipso facto sunt confiscata. Itē dicit, quòd filii eorū legitimi ipso facto sunt effecti sui iuris. Item dicit, quod isti dēnt poni in exilio. Itē dicit, quod licet pater sit exul, filius tamē debet eum alere. h. d. Bal.

INcestas [e] nuptias contrahentis pœna est confiscatio [f] bonorum tàm cæterorum, q̄ dotis: exilium etiam, & cinguli, [g] (si quo potitur) spoliatio, verberatio quoq;, si vilis est: fœmina quoque talia scienter [h] peccante, simili pœna subiuganda: substantia [i] sic amissa, liberis hoc ipso sui iuris effectis, [k] si quos habet legitimos, applicetur: [l] vt tamen pater ab eis alatur: quibus non extantibus, fisco defertur. [m]

IN AVTHEN. quibus modis natur. efficiantur sui. §. fina. collat. 7. constit. 1.

Nefarii, incestuosi, & spurii non succedunt, nec aluntur. h. d. in c. cū haberet. ext. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adult. dicitur, quod spurii sunt alendi de æquitate canonica: tamen hoc non puto verum in nefariis, incestuosis, sed in spuriis simpliciter. h. d. Bald.

EX complexu nefario, [n] aut incesto, seu dānato

e *Incestas.*] Et hanc, & sequen. authen. intellexerunt quidam tantum de vetitis iure sanguinis, secus si aliàs sint vetitæ, vt cum ancilla alicuius, quod est vetitum, vt suprà eod. l. cum ancillis. vnde eius filiū dicunt naturalem, quod non placet, imo largè hanc, & proximam auth. accipe quocumque modo sint inutiles, arg. in corpore huius authen. & suprà eod. l. qui cōtra. & l. si quis incesti. propriè autem qualiter accipiatur, not. suprà eod. in rubrica.

* Aliàs pœnas; vide apud Clarum, l. sentum, §. incestus 9.

3 † aliàs 60.

f *Confiscatio.*] scilicet si non habet filios legitimos, vt inf. proxime. Sed videtur, quod etiam alij excludunt fiscum, vt in Authent. vt nulli iudic. §. fina. collatio. 9. Solut. illa hanc corrigit, vel aliter, vt plenè dices infrà de bo. dam. auth. bona.

g *Cinguli.*] id est dignitatis.

h *Scienter.*] secus si ignoranter, & idem in mare, sed non ita ad plenum, vt plenè dixi suprà eod. l. qui contra legem.

i *Substantia.*] sic amissa. Redit ad primum casum quando vir deliquit.

k *Effectis.*] ipso iure, vel hoc ipso, quod pater supplicio deditus est. Ad hanc expositionem pertinet, quod dicitur in corpore: paternam mox illi accipiant successionem, &c.

l *Applicetur.*] scilicet substantia.

m *Defertur.*] ipso iure.

EX complexu.] CASVS. Auth. incestas. dicit, quod substantia patris defertur filijs. Authen. hęc addit, dicens, quod filijs natis de incestuoso matrimonio non est danda patris substantia, nec ab eo ali debent. Viuianus.

n *Nefario.*] largè accipe, licet impropriè, vt suprà proxima authen. dixi.

liberi, nec [a] naturales sunt nominandi, omnis paternæ substantiæ indigni [b] beneficio, vt nec alantur à patre.

Pauper si aliàs est dignus, non dicitur vilis, & abiecta persona: sed illæ personæ dicuntur viles, quæ malis moribus vilescunt. Bal. Vel sic: Paupertas, vel diuitiæ non faciunt quem ignobilem, vel nobilem esse: sed status, conditio, vel vtilitas, & commendatio vitæ. Salyc.

Impp. Valēti. & Martia. AA. Paladio PP.

LEX VII.

HVmilem, [c] *vel abiectā fœminā minimè eā iudicamus intelligi, q̄ licet pauper, ab ingenuis tn̄ parētib. nata sit. vnde licere statuim. senatoribus, & quibuscūq; amplissimis dignitatib. præditis, [d] ex ingenuis parētibus natas, quāuis pauperes, in matrimoniū sibi accipere, [1] † nullamque inter ingenuas, & opulētiores [e] ex diuitijs, & opulētiore fortuna* esse distantiā. ¶ Humiles verò, abiectasq; personas eas tantūmodo mulieres esse censemus, ancillā, ancillæ filiā, libertā, libertæ filiā, scenicā, scenicæ filiā, tabernariam, tabernariæ filiā, tabernarij, vel lenonis, aut arenarij filiā, aut eam, q̄ mercimonijs publicè præfuit, ideoque huiusmodi inhibuisse nuptias senatorib. harum fœminarū, quas modo enumerauimus, æquū [2] † est. D. pri. Non. Apri. Cōstantinop. Ætio, & Asterio Coss. 454.

Vxorē fratris, & virginē frater superstes nō potest ducere in vxorē, nō obstāte cōsuetudine Aegypti, vel rescripto principis. h. d. cū l. seq.

Imp. Zeno A. Epinico PP.

LEX VIII.

LIcet quidem Aegyptiorū idcirco mortuorū fratrum sibi cōiuges matrimonio copulauerint, q. post illorū mortē mansisse virgines dicebantur, arbitrati, scilicet [3] † (q. certis legum cōditoribus placuit) cū corpore nō cōuenerint, nuptias non videri re esse cōtractas, & huiusmodi connubia tūc tp̄is celebrata, firmata sunt: tamē pr̄senti lege sancimus, si quæ huiusmodi nuptiæ cōtractæ fuerint, eas, earum q; cōtractores, & ex his progenitos antiquarum [f] legū tenori subiacere, nec ad exemplū Aegyptiorum (de quibus suprà dictum est) eas videri fuisse firmatas, [4] † vel esse firmandas. [5] †

Rescriptum permittens incestuosum matrimonium, est ipso iure nullum. h. d. Salyc.

Imp. Anastasius A. Seueriano [6] † PP.

LEX IX.

AB incestis [g] nuptiis vniuersi, qui nōo reguntur impio, nouerint tēperandū. nam [h] rescripta quoq; oīa, vel pragmaticas formas, aut cōstitutiones impias, q̄ quibusdā plonis tyrānidis tp̄e permiserunt scelesto contubernio matrimonii nomē imponere, vt fratris filia vel sororis, vel eam, q̄ cū [7] † habitauerat, vxorē legitimā turpissimo colore fio liceret amplecti, aut vt alia hmōi cōmitterentur, viribus carere decernimus: ne dissimulatione culpabili nefanda licētia corroborētur.*

TITVLVS VI.

De interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem, seu curatorē, filiosq; eorum.

Rusticitas, vel imperitia non excusat. h. d. Bal. Vel sic: Inter pupillam, & tutoris filium prohibitum est matrimonium. nec prætextu ignorantiæ excusatur. h. d. Salyc.

Impp. Seuer. & Antonin. AA. Marino. [8] †

LEX PRIMA.

SEnatusconsu ti [i] auctoritatē, quo inter pupillam & tutoris filium connubium saluberrimè sublatū est, circūuenire rusticitatis & imperitiæ velamētis nō oportet. [k]

---

a *Nec naturales.* quales sunt ex concubina nati, qui sunt naturales tantum, & legitimi tantum. vt adoptiui: legitimi, & naturales, vt ex vxore: nec legitimi, nec naturales, vt Insti. de quibus hic dicitur.

b *Indigni.*] & materna: quod est verum, quando coitus per legem poterat accusari: aliàs non. vt si ex meretrice, quo casu matri, non patri succedit, vt Inst. de succe. cog. §. vulgo. & ff. de in ius voca. l. quique, in fine. & l. quia. Sed quid si non obstante hac l. concessit Imperator talem fieri legitimum? R. sic potest, vt arg. §. de testam. auth. hoc inter. cum nullus ei legem imponere potuerit, vt ff. de arbitr. l. nam magistratus.

HVmilem.] CASVS. Senator, vel filius Senatoris prohibetur contrahere nuptias cum humili persona, vt puta cum scenica, aut eius filia, aut cū illa, q lenocinium exercet. Viui.

c *Humilem.*] quia inhibitum erat senatoribus contrahere nuptias cum humilioribus fœminis, vt ff. de ritu nupt. l. lege Papia. Quæ sunt intelligendæ humiles, hæc lex dicit, quæ innouatur per Authen. vt liceat de cæt. §. quis autem, colla. 6. per quam auth. licet senatoribus ducere libertas, dotalibus instrumentis confectis, sed per Auth. vt licet mat. & aui. §. quia verò legem dudum. col. 1. Nouellæ. licet permittit cum humilioribus personis.

d *Præditis.*] id est, ornatis.

e *Opulentiores.*] idest diuitiores. non refert, si sint ingenuæ, an sint diuites pecunia, an sint opulentæ fortuna, i. bona conuersatione, vel bonis moribus, & sic in decretis, de regibus.

LIcet.] CASVS. In lege ista dicitur, q in terra Aegypti erat consuetudo, q ... contrahebant matrimonium per verba de præsen.

* Exponitur. Mart. de mat. ... constitutionibus ... posita fuit sub tit. de legib. leges sacratissimæ.

1 † Adsciscere.

* Hinc illud Horatij Fortuna mores nō mutat genus.

2 † deest. al. placet.

3 † Videlicet.

ti cum sorore vna, si ante contractum matrimonium volebam contrahere cum alia sorore, poteram hoc facere. Sed hæc lex hodie est correcta. Viuianus.

f *Antiquarum.*] supra eod. l. qui contra. & l. si quis incesti. & est ad istam l. s. eod. l. fratris. & j. l. proxi. & s. de deui. ante nu. l. cum in te.

AB incestis.] CASVS. In hac imperator reprobat leges, & constitutiones quorundam vsurpatorum Romani Imperij, qui suis legibus & constitutionib. incestas nuptias contra hic permiserunt: vnde Imperator omnes leges, & constitutiones tyrannicidis, & præcipit incestas nuptias non contrahi, etiam ex authoritate Imperialis rescripti. Viuianus.

g *Ab incestis.*] supra l. prox. & l. fratris. & insti nup. ex re. pe. l. 2. 23. q. 5. incestuosi. Item, nos. rescriptum permittens illicitum matrimonium nullius esse momenti.

h *Nam.*] accepi decernimus, quòd est j.

DE INTERDICTO matrimonio, &c.

Dixit qualiter ratione sanguinis matrimonia prohibentur: nunc autem qualiter ratione officij.

SEnatusconsulti.] CASVS. Tutor, vel eius filius per senatusc. prohibetur contrahere nuptias cum pupilla sua, nec excusat prætextu rusticitatis. Viuianus.

i *Senatusconsulti.*] cuius nomen non habemus, & prohibet matrimonium inter tutorē, vel eius filiū, & pupillam, vt hic, & ff. de ritu nupt. l. senatus. & de spō. l. tutor.

ADDITIO. Aduertas tamen, q matrimonium inter istas personas contractum de iure canonico tenet, vt dicit Abb. extra de cog. leg. super rubrica.

k *Non oportet.*] nota. errorem, vel imperitiam non excusare.

4 † Confirmatas.

5 † al. Confirmād.

6 † Idē A. Sebastiano PP. Cuiaci. restituit. 8. obserua. c. 38. vulgo; hic l. esse Zenonis.

7 † Super.

* Et sic simulare nō licet, con. cor. 12. q. 5. cap. caucte.

8 † Mario.

Et sic est contra, ff. de adult. l. si adulterium, §. si quum, & §. nonnunquam, ibi enim videtur quod iure ciuili error excusat a poena incestus, in totum: etiam mares nedum foeminas. Sed dic speciale hoc casu. Vel hic clam, vnde à iure praesumitur scientia, vt ff. de ritu nup. l. fin. Itẽ concor. huic l. sup. de in ius vocando. Sed argum. contra infra. de iis qui sibi adscr. l. senatus, & l. penul. & ff. de iurisdiction. iudicum, l. si quis id §. doli, & de eodem [illegible] §. fi. & supplicio [illegible] qui contra.

Error an excuset a poena.

2 † Filij.

Vitricus potest esse tutor priuignae.

a *Mater pupillae. Non prohibetur*. nam priuigni sui tutor quis esse potest, vt infra de contrario iudi. tut. l. finali.

Cum proponas. CASVS. Contraxi matrimonium cum aliqua muliere, ex qua suscepi liberos, ista erat minor 25. ann. postea pater meus fuit ei datus curator, nunquid matrimonium dissoluitur? Certe non, sed vt omne scrupulum cesset, dandus est ei alius curator. Viuianus.

a *Susceptos*. maxime. nam idem & non susceptis liberis. sic & ff. de ritu. nupt. l. qui in prouincia. §. primo.

c *Habuisse*. idem esset & si in potestate esset, vt ff. de ritu nupt. l. non est.

d *Videantur*. quod enim legitimae, fit &c. vt infra de administra. tuto. l. sancimus.

e *Omnis scrupulus*. de iure & de facto. nam tractu temporis diceretur forte curatorem datum ante matrimonium. & facit ff. de regulis iuris, l. quae dubitationis, [illegible] ff eodem, l. pen. §. 1. & infra de excu. tut. licet, & l. amplissimi.

f *Habebit*. scilicet vxor tua.

g *Substitutus*. etiam a patre tuo.

Libertinum. CASVS. Libertus [illegible] fuit tutor filiae pa-

2 † Higin. al. Basa.

3 † Seruitutem.

4 † Patris.

Inter matrem pupillae & eius tutorem non est prohibitum matrimonium: & loquitur expresse hic, quod vitricus potest esse tutor priuignae suae, hoc dicit. Bal.

Imp. Alexander A. Byrrho.

LEX II.

Mater pupillae cum tutore filiae suae, vel filio [2] tutoris nuptias contrahere non prohibetur.[a]

Matrimonium rite contractum, ex superueniente casu retractari non debet, hoc dicit Bald. Vel sic. Socer non prohibetur dari curator nurui. nec cura superueniens dirimit matrimonium legitime contractum inter adultam & filium curatoris, h. d. Sal.

Idem A. Rogatiano.

LEX III.

Cum proponas ei, quam matrimonio tuo iunctã suggeris, post liberos susceptos [b] curatorem patrem tuũ datũ, quem contendis, nec in potestate habuisse: [c] cum rite contractum matrimoniũ ex postfacto vitiari non potuerit, nullam interpretationem metuere non debes, ne liberi, quos habetis, non ex iusto matrimonio suscepti videantur.[d] Vt autẽ omnis scrupulus [e] auferatur, insistere pater tuus debet, necnon & vxor tua, vt alius loco eius detur. habebit [f] enim facultatẽ repetendae rationis negotiorum gestorum ab eo qui fuerit substitutus.[g]

Appellatione filiorum, etiam naturales filii continentur. h. d. Bal. Vel sic: inter filium liberti & pupillam cuius ipse libertus est tutor, prohibetur matrimonium. Sal.

Imp. Philippus A. Higinę.[2] †

LEX IIII.

Libertinum, qui filio suo naturali, quem in seruitutem [3] † susceperat, [h] postea manumisso pupillam suam, eandemque patroni [4] † sui filiam in matrimonio collocauit, ad sententiam amplissimi ordinis, qui huiusmodi nuptiis interdicendum putauit pertinere, dubitari non [i] oportet.

Curator adulto suo potest in vxorem filiam suam dare, Bald.

Impp. Philippus [5] † A. & Philippus C. Apuleio.

LEX V.

Curatorem adulto suo filiam suam nuptui collocare non posse, falso [k] tibi persuasum est.

Ista lex determinat spatium temporis, quod debet interuenire ad hoc, vt filius tutoris vel curatoris possit contrahere matrimonium cum pupilla vel adulta, quia debet esse lapsum tempus 25. annorum & vtilis anni. Itẽ quod ratio administrationis, sit reddita, h. d. Bald. Vel sic. Non reddita ratione vel etiã reddita, non potest filius tutoris matrimonium contrahere cum pupilla donec ipsa 25. annos excesserit, nisi pater puellae hoc desponderit. Sal.

Impp. Valeria. & Gallien. AA. Iucio.[6] †

LEX VI.

Si patris [l] tui pupillam, non dum reddita tutelę ratione, vel post redditam nondũ exacto quinto & vigesimo anno, necnon vtili [7] † anno, vxorem duxisti, nec matrimoniũ cum ea habuisse, nec filium ex huiusmodi coniunctione procreasse videri potes.

¶ Sanè si hoc pater puellae cum decederet, postulauit: & nuptiae ritè contractae, & filius videtur iure susceptus.[m]

Tutor uel curator, qui pupillam, vel adultam suam sibi vel filio suo collocat matrimonio, ipso facto fit infamis ex dolo suo praesumptio: nam ideo praesumitur contraxisse, vt non reddat rationem administrationis ratione fraudis commissae, h. d. Bal.

troni prohibetur illam ducere in vxorem [illegible] & etiam filius eius. Viuianus.

h *Susceperat*. nunc libertus.

i *Non oportet*. & regatur, vt ff. de ritu nupt. l. libertum, in princ. & facit supra de nupt. l. libertum.

Curatorem. CASVS. [illegible] quod [illegible] [illegible] ista [illegible] quod non, [illegible] timebat pupillus ab vxore & haerede vxoris reposcere rationem.

5 † Al. [illegible] Philippo.

k *Falso*. quia bene potest [illegible] filiam suo pupillo, & curator adulto copulet, vt hic, & ff. de ritu nupt. l. si serui, & §. tutor [illegible]. Et ratio est, quia non est hic timor, ne timeat pupillus ab vxore & haerede tutoris reposcere rationem, quod esset contra, argum. ff. de ritu nupt. leg. si quis officium in principio. & §. finali, & infra, l. proxim. & l. si tutor.

Si patris. CASVS. Lex ista continet mentem totius titu. Et dicit si fui tutor alicuius puellae, ipsa non potest mihi nubere, vel filio meo antequam reddam ei rationem administrationis tutelae. Item nec adhuc potest nubere, si est intra 25. annum: vel intra tempus, in quo petitur restitutio.

6 † Luciali. [illegible] al. Aurelio.

l *Si patris*. concord. ff. de liberis & postu. filius a patre. & de ritu nupt. non est tutor, & l. penult. §. de vno. alias de nup. & l. non est. & l. seq. & infra de donatio. inter vir. & uxorem, l. si ex voluntate, & ff. testam. [illegible] l. tutor & infra eodem l. proxima.

7 † Al. vtili etiam.

m *Susceptus*. idem si praecesserunt sponsalia ut ff. de rit. nup. l. tutor, vel si impetret a principe, ut ff. de ritu nup. l. non solum, §. 1.

S*I tutor.*] CASVS. Impetraui rescriptum, vt possim ducere vxorem adultã cuius fui tutor: an possim, quæritur? Respon. φ sic. Si autem sine rescripto eam duxerim, ero infamis nec dos data repeti potest. Viuia.

1† Paregorio. al. Paregonio.

2† Matrimonium.

a *Infamia.*] ipso iure, Accur.

b *Confessum.*] si confiteatur extra iudicium, non fit infamis nec fit ei præiudicium. Sed si in iure & ob dolum, efficitur infamis, secus ob culpam, ut institu. de suspec. tuto. §. suspectus 2. & ff. de ijs qui not. infam. l. quoniam, & ff. de interrogat. ac. leg. l. §. final.

Confessio extraiudicialis non infamat.

c *Et dos data.*] contra supra titulo primo, l. qui contra. Solu. vt ibi. Item concor. huic legi, ff. de ritu. nupt. l. non est liberum, in principio, & ff. de sponsali. l. tutor, & infra de excusatio. tutorum, l. amplissimi, & infra de donatio. inter virum & vxorem, l. si ex voluntate, & ff. de donatio. inter virum & uxorem, leg. cum hic status, §. finali. Item facit contra, supra de condictio. ob causam lege, prima.

3† Al. Triberio.

S*I quis.*] CASVS. Licet ille, qui in veritate fuit tutor, vel eius filius, prohibetur contrahere nuptias cum illa, cuius fuit tutor, non tamen ille qui gessit negotia pupillæ, aut eius filius.

d *Et non ad exemplum.*] est & alia differentia, quia excipitur de dolo tutoris si pupillus sit locupletior, non etiam de dolo procuratoris vt ff. de doli except. apud, §. illa etiam, & §. sequenti. Sed opponitur cum hic pro tutor teneatur vt tutor, de his quæ gessit, cur hic diuersum? Item concord. supra si rector prouinciæ, leg. prima, & ff. de regulis iuris, l. in ambiguis. Item nota, quod licet sit hic eadem æquitas, quæ in lege superiori, non tamen idem ius, argum. contra, ff. ad lege. Aquil. l. illud. & de verbo. obliga. l. à Titio.

ADDITIO. Dicas quòd nõ est eadẽ ratio, quia ille procurato non habet tantam potestatem in pupillum, quantam habet vetus tutor.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. & CC. Paragonio.[1]†

LEX VII.

SI tutor, vel curator pupillam, vel adultam quondã suam sibi vel filio suo nullo diuino impetrato beneficio in matrimonio [2]† collocauerit, manet infamia [a] contra eum, veluti confessum [b] de tutela: quia huiusmodi coniunctione fraudẽ administrationis tegere laborauit & dos data [c] per condictionem repeti potest.

Lex pœnalis disponens de tutore & curatore, intelligitur de tutore & curatore vero, & non ficto h. d. Bal. Vel sic: Prohibitio facta de tutore vel curatore, non extenditur ad protutorem siue negotiorum gestorem, hoc dicit Salicetus.

Impp. Leo & Anthemius AA. Etythio [3]† præfecto prætorio.

LEX VIII.

SI quis tutoris, vel curatoris nomine vsurpato, id est pro tutore seu curatore negotiorũue gestore res pupillæ administrauerit, eamq; sibi filioue suo copulauerit, talesnuptias stare, & non ad exemplum [d] tutorum infirmari sancimus, ne ex huiusmodi subtili vel maligno tractatu matrimonia, seu proles ex his progenita, vel dos super his data vel promissa, aliquam læsionem, vel calũniam patiantur.

TITVLVS VII.

Si quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinentes, ad suppositarum iurisdictioni sui aspirare tentauerint nuptias.

Qui sibi subiectam ratione iurisdictionis per metum vel terrorem nititur vxorem accipere, punitur pœna 10. li. auri, & perdit officium, seu dignitatem siue spe recuperationis, quam si denuo vsurpat, expellitur de prouincia, in qua deliquit, & tam mulier quam alij de domo mulieris ab eius iurisdictione eximuntur in omnibus quæstionibus ciuilibus & criminalibus, & alium iudicem sortiũtur, h. d. & est not. tex. Bal.

Imppp. Gratia. Valent. & Theodo. AAA. Theodoro. PP.[4]†

LEX VNICA.

SI quis * ordinaria, vel qualibet præditus potestate circa nuptias inuitis ipsis, [e] vel parentibus earum contrahendas (siue pupillæ, siue apud patrem virgines, siue viduæ erunt, siue sui iuris viduæ, denique cuiuscunque sortis [f] (occasione potestatis vtatur, & minacem feruorem [5]† suum inuitis ijs, quorum vtilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegatur, hunc, licet prohibitas nuptias non peregerit, [g] attamen [h] [6]† pro tali conamine * mulctæ librarum auri decem obnoxium statuimus, & cum honorem ambierit, [7]† per actam dignitatem vsurpare prohibemus: tali scilicet pœna, vt si circa honorem eũ quo malè vsus est vindicandum, nostris statutis [8]† pater noluerit, eam prouinciam, in qua sibi [9]† hoc vsurpauerit, habitare [i] per iuge biennium [k] [10]† non sinatur.

¶ Illo videlicet adijciendo, vt & in potestate adhuc constituto, [l] liceat personæ, quã huiusmodi ambitu circumuenire tentauerit, confestim cõtestatione proposita, cũ sua, suorumque domo [11]† iurisdictionem eius euitare: [m] curaturis hoc vniuscuiusque ciuitatis defensoribus, & eiusdem iudicis apparitoribus. Et quidem si hæc prauitas ordinarij iudicis erit, vniuersa domus eius [n] [12]† tractio, atque omnia vel ciuilia, vel criminalia negotia, quãdiu idem in administra-

SI QVACVNQVE præditus potestate, &c.

Hic propter officium, sicut titulo superiori, matrimoniũ prohibetur. Item hic de nuptijs sup. si rector prouinciæ, &c. de sponsalibus dixit.

S*I quis.*] CASVS. Rector prouinciæ iudex ordinarius alicuius loci voluit habere aliquam in vxorem, & cum ipsa recusaret, sibi & suis parentibus, minacem terrorem intulit, qua pœna sit puniendus, quæritur? Respondetur, quod patitur pœnam 10. libr. auri, & priuatur dignitate sua: quam intra biennium recuperare non poterit, & hoc casu mulier poterit recusare & vicarium, si fuerit in eodem delicto, aliàs non.

e *Ipsis.*] scilicet mulieribus.

f *Sortis.*] idest conditionis sit mulier subaudi.

g *Non peregerit.*] scilicet de iure.

h *Attamen.*] sic & ff. de extraord. cri. l. l. fin. & supra de episcop. & cler. l. si quis non dicam. Sed arg. contra. ff. quod quisque iur. l. 1. in fi. solu. vt ibi.

i *Habitare.*] illum honorem.

k *Biennium.*] scilicet continuum.

l *Constituto.*] scilicet reuerso.

m *Euitare.*] si hic spãliter conceditur declinari ordinarius iudex, ergo regulariter prohibetur, vt ff. ad munic. l. 1. & de hoc dicimus sup. de iud. l. apertissimi, circa medium legis.

n *Domus eius.*] scilicet mulieris, quæ circumuenta est.

4† Neoterio.

* Ex lib. 3. tit. 11. l. 1. C. T. & gl. 1. in c. insinuante, de offi. deleg. allegat hanc legem, φ pp dãnato ta familia recusatur, tanquã suspecta.

5† Fauorẽ.

6† Et cum honore abierit.

* Conatus punit. ui. Cuiac. 15. obs. 25.

7† Sic distinguit. Du. prohibemus, tali. C. The. ita prohibem' tali.

8† Statutis nostri sanctionis C. Th.

9† Semper eam C. Th.

10† Sãctionibus.

11† Aliam quam, hic deest, Ian.

12† Ad iurisdictionẽ eius definat persõ. C. Th.

Vicario.

a *Vicario.*] illius iudicis. b *Vel similis.*] veluti legatus proconsulis. c *Praefecturam.*] scilicet vrbis. & facit supra de nupt. l. etsi contra.

* Ho. & si ordinarius iudex est suspectus, non ideo eius vicarius suspectus postulatur. Gothof.

SI NVPTIÆ ex rescripto petantur.

1 † Si Cod. Theod.

2 † Aliàs, ide administrauerit tutelã.

Quæ scilicet aliàs non valerent: vel etiã quæ aliàs valerent.

3 † Duar. Coss.

QVidam.] CASVS. In lege ista prohibet Imperator contrahi prohibitas nuptias, & imponi ei, qui contrahit pœnam. Vltra dicit, quod filij nati ex eis nuptijs, non erunt legitimi. Si tamen quis impetrauerit rescriptum, quod si contraxerit sponsalia cum aliqua prohibita, cui dederit arrhas, quod arrhæ sibi restituantur, hoc casu valebit rescriptum. Viuianus.

d *Quidam.*] loquitur de his, quæ non possunt tenere: vnde qui impetrat, sustinet pœnam, quam hic dicit: nisi in casu quem excipit. Potest etiam secundo intelligi de illo matrimonio loqui, quod etiã de iure communi tenet. Item tertio potest plane intelligi in prædictis, vt & supra titulo proximo. Accursius.

* Ex lib. 3. ti. 10. l. vnica. C. Th.

e *Ordine.*] quo cauetur, vt cum non prohibitis contrahatur, secundum primum, vt Institu. de nupt. §. 2. vel quo cauetur, vt libere contrahantur matrimonia, vt infra de inuti. stipul. l. secundum secundum subreptionẽ hic dum casum. vel quo vocat, quã cauetur vt tales nuptiæ, scilicet inter receptionẽ, præsidem, & subiectam consendũ etiam non fiant, secundum tertium, vt in duo. vi. supra de nupt. l. etsi l. 29. ff. de contra.

4 † De nobilis. C. Th.

5 † Se...

6 † Duar. sponsaliũ.

* Subreptionẽ hic. & superi* ob...

f *Confingentes.*] scilicet cum non habeant ius: secundum omnem casum, vel etiam habeãt secundum primum, & tertium.

7 † Filios hac ratione susceptos non habiturũ. Gothof. ... C. Theod.

g *Reddi sibi.*] subaudi, peruenire. Hi ergo

tione fuerit, vicario [a] competant. Sin autem vicarius* vel similis [b] potestatis, vim in huiusmodi matrimonio contrahendo molietur: vicissim ordinarius iudex intercessor existat. Sin [1] † autem erunt vtrique suspecti: ad illustrem præfecturam [c] specialiter talium domorum, quãdiu ibidẽ [2] † administrauerint, tuitio pertineat. Da. 15. Calen. Maij Thessalonicæ, Granno A. 2. & Theo. A. 1. Coss. [3] †

TITVLVS VIII.

Si nuptiæ ex rescripto petantur.

Non valet rescriptum obreptitium, vel de illicitis impetratum. h. d. Bald. Vel sic: Per rescriptũ principis mulier inuita non contrahit nuptias, & impetranti bona publicantur sine spe veniæ: & filii ex tali coniunctione nati, sunt illegitimi: impetranti tamen permittitur vt sponsalia patris consensu celebrata, impleãtur: vel data nomine arrharum, reddantur. h. d. Salyc.

Impp. Honor. & Theod. AA. Theodoro PP.

LEX PRIMA.

QVidam [d] * vetusti iuris ordine [e] prætermisso, obreptione precum nuptias, quas se intelligunt non mereri, à [4] † nobis existimant postulandas, sæpè [5] † habere puellæ consensum confingentes. [f] Quapropter tale sponsaliorum [6] † genus præsentis legis definitione prohibemus.

¶ Si quis igitur contra hanc definitionem nuptias precũ subreptione* meruerit, amissionem bonorum, & pœnam deportationis subiturum se esse non ambigat: & amisso iure matrimonij, quod prohibita vsurpatione meruerit, filios [7] † se ex hac coniunctione susceptos, iustos non

habiturum, nec vnquam postulatæ indulgentiæ annotationisve [8] † indulto efficacem se veniæ effectum meruisse. exceptis ijs, qui parentum sponsionem de nuptijs filiarum implere [9] † desiderant, vel sponsalia, hoc est arrharum data nomine, reddi [g] sibi præcepto legum cũ statuta [10] † pœna deposcunt. Da. Cal. Febr. Rauen. DD. NN. [11] † Honorio 8. & Theodosio 3. AA. Coss.

Idem dicit in effectu, quod lex præcedens. Vel quod in lege præcedenti dixit in genere, hic dicit in specie. Bald. Vel sic: Rescriptum, per quod incestæ nuptiæ conceduntur, non est impetrandum, nec impetratum est seruandum. hoc dicit Salyc.

Imper. Zeno A. Basilio PP.

LEX II.

NEfandissimũ scelus fratris sororisve filiæ nuptiarum, quod sacratissimis constitutionibus sub grauissimæ pœnæ interminatione damnatum est, [h] iterato præsentis diuinæ sanctionis tenore modis omnibus prohibemus.

¶ Precandi quoque in posterũ super tali coniugio (imò potius contagio) cunctis licentiam denegamus: [i] vt vnusquisque cognoscat impetrationem quoque rei, cuius est denegata petitio, nec si per subreptionem post hanc diem obtinuerit, sibimet profuturam. 380.

TITVLVS IX.

De secundis nuptijs.*

Mulier nubens secundo viro intra tempus luctus, punitur pœnis hac lege expressis. h. d. Bald.

Imppp. Gratia. Valent. & Theod. AAA. Eutropio PP.

LEX PRIMA.

SI qua * mulier* nequaquam luctus religionem

qui consentiente patre, nullam pœnam patiuntur. & est sic supra de interdict. matrim. l. si tutor. & de sponsali. mulier. & ff. de ritu nupt. l. tutor, & 36. quæstione 2. cap. nullus. Accursius.

8 † Principis indulto. C. Th.

9 † Impleri desideratur.

NEfandissimum.] CASVS. Si aliquis impetrat a principe vt possit contrahere nuptias cum filia sua, non * debet concedi alicui tale rescriptum: & si concedatur, non valet. Viuianus.

10 † Quadrupli.

11 † Sec. Du. desunt DD. NN.

h *Damnatum est.*] vt supra de nupt. l. nemini. & Inst. de nup. §. 2. & 3. si aduersus. & sup. de incest. nup. l. finali.

i *Denegamus.*] & hoc cum prohibetur iure naturali, vel gẽtium, vt quia ratione sanguinis vel affinitatis: secus vbi de iure ciuili tantum prohibetur, vbi rescriptũ tenet, vt supra de interdict. matrim. l. penultima. & facit infra ad Tertullian. l. si qua mulier.

DE SECVNDIS nuptijs.

Dixit de primis: sequitur nunc de secundis nuptijs, quæ omnes vlteriores dicuntur: & dic quod contrahuntur eodem modo: sed multa conceduntur primis, quæ non secundo contrahentibus dantur.

SI qua.] CASVS. Si mulier marito mortuo nubat intra annum luctus, fit infamis: & secundo viro non potest dare in dotem, nisi tertiam partem bonorum suorum: nec in testamento relinquere. Item nec ex testamento alicuius aliquid capere poterit, vel iure legati, vel institutionis. & ea, quæ auferuntur mulieri, dantur hæredibus illius testatoris: & non dantur fisco. Si vero mariti tradit Iotus prior aliquid ei de Garro reliquerat, auferetur mulieri, & applicabitur proximioribus de cognatio. ne primi viri, vt filijs

* Vi. Diodor. Sicul. lib. 12. Bibliothecæ.

* Nouum intelle. hic nib. nu. 51. * Ill pars leg. si qua mulier. 7. ad Tertul. & filiæ.

priori viro nuptiarum festinatione [a] præstiterit: ex iure quidem notissimo sit infamis. [b] præterea secundo viro vltra tertiam [c] partẽ bonorum in dotem nõ det: neque ei testamento [d] plus q̃ tertiam partem relinquat. Omnium præterea hæreditatum, legatorum, fideicommissorum, suprema voluntate relictorum, [e] mortis causa [f] donationum sit expers: hæc namque omnia ab hęredibus, vel cohæredibus, aut ab intestato [g] succedentibus vindicari iubemus: ne in iis, in quibus correctionem morum induximus, fisci videamur habere rationem.

¶ Iis etiam amittendis, quæ prior maritus ei suprema [h] voluntate reliquerit; quanquã hæc quæ mulieri à priore viro relinquuntur, & per immaturum [i] matrimonium vacuata esse cœperunt, primo à decem personis edicto prætoris connumeratis, [k] id est [3] † ascendentibus [l] & descendentibus, [m] ex latere [n] autem vsque ad secundum gradũ, scilicet gradibus seruatis, [o] deinde præsumi [p] à fisco iubemus.

3 † Ex.

¶ Eandem quoque mulierẽ infamem redditam, hæreditates [2] † ab intestato [q] vel legitimas, [r] vel honorarias, [s] non vltra tertium gradum sinimus vindicare. PP. 15. Calend. Ianua. Gratiano 5. & Theo. AA. Coss. 380.

2 † Hæreditatis.

IN AVTH.

De nup. §. sin autem tutelã, collat. 4. consti. 1. & secunda pars huius authenticæ habetur collat. 4. const. 6. de resti. & ea quæ parit in vndecimo mense, §. finali.

Vidua quæ intra annum luctus parit, & certum est quòd non ex priore viro, patitur omnes pœnas, quas patitur nubens intra annum luctus. hoc primo. Item mater, quæ suscepta liberorum tutela, contra sacramentum denuo nubit, non petito tutore, & ratione non reddita, similiter patitur omnes pœnas, quas petitur nubens intra annum luctus. h. d. Bald.

EIsdem pęnis [t] subijcitur etiam ea, quæ parit [u] intra luctus tẽpus, si modo indubitatum sit sobolem hanc ex defuncto non existere. [x] nã & vsufructu ante nuptialis donationis priuatur. [y]

& filiæ. Secundo nepoti, neptis. Tertio patri, & matri. Quarto auo, & auiæ. Quinto fratri, & sorori. post illos vocatur fiscus. poterit autem succedere agnatis vsque ad tertium gradum, siue ex testamento, siue ab intestato: vltra non. & sic habes ex hac lege quinque pœnas, quæ imponuntur mulieribus conuolantibus ad secundas nuptias intra annum luctus. Sed hodie secundum canones impune intra annum luctus nubere possunt. Viuian.

a *Festinatione.*] nubendo intra annum à tempore mortis primi viri.

b *Sit infamis.*] vt ff. de his qui not. infa. l. prima, nisi à principe impetret ante, vt ff. illo tit. l. solet, vel post; vt infrà ad Tertull. l. si qua. vel nisi decubuerit intra annum, cum vir non est lugendus. nam hæc duo sunt necessaria, vt ff. de his qui no. infam. l. liberorum §. primo.

c *Tertiam partem.*] Minus autem quandoque fit: quia filij eam coarctant, quorum vnicuique, &c. vt infrà eod. tit. l. hac edictali.

d *Testamento.*] nec etiam inter viuos, secundum H. ne inueniatur via, qua fiat contra legem, vt inf. eodem, hac edictali, in princip. Sed quid si insolidum faciat eum hæredem? si dicas habere totum, contradicit hæc lex. si dicas tertiam: ergo erit pro parte intestatus, & pro parte testatus, quod esse non debet, vt ff. de reg. iu. l. 7. Solut. secundum Ioann. insolidum est hæres, sed tenetur restituere venientibus ab intestato, quod vltra tertiam habet, vel fiscus aufert quasi indigno: licet enim acceperit, non tamen fuit capax, vt ff. de verborum. significa. l. aliud idem in eo, qui necem defuncti non vindicat. hæres enim est, sed aufertur hæreditas ei, vt ff. de vulga. substitu. l. ex facto. §. Iulia. & ad Trebell. cõpi. §. hi qui. sic & ff. de adopt. l. si arrogator. Alij dixerunt hoc speciale, vt pro parte testatus, & pro parte intestatus quis decedat. sic & ff. de inoffic. testam. l. circa.

Mulier nubens intra tempus luctus an patiatur pœnas legales.

e *Relictorum.*] ab alio, quàm à primo viro.

f *Causa donationum.*] non idem forte in ea, quæ fit inter viuos. argum. ff. de pœ. l. interpretatione.

g *Ab intestato.*] quando fuit sola instituta. & dic quocumque gradu sint etiam vsque ad decimum: nisi quando à viro priori fuerunt relicta, vt subijcit, quamquam hæc, &c.

h *Suprema.*] vel inter viuos, vt inf. l. proxi. Sed tunc dicam vendicari tantum ab hæredibus ex testamento, vel ab intestato venientibus.

i *Immaturum*] id est valdè maturum.

k *Enumeratis.*] qui sunt cognati, vt in auth. de nupt. §. primæ si quidem, collat. 4.

l *Ascendentibus.*] pater, mater, auus, & auia.

m *Descendentibus*] filius, filia, nepos, neptis.

n *Ex latere.*] frater, soror, qui omnes in secundo gradu sunt.

o *Seruatis.*] vt primo qui sunt in primo gradu admittantur. Sed an primo linea descendens, quam ascendens? forte sic, vt in Authen. de hæredi. ab intesta. §. primo, collat. 9. Sed an frater, & soror, auus & auia admittuntur simul, eo quod pares sunt in grado? puto quod sic secundum Azo.

p *Præsumi*]idest capi. Sed quare cum ab extraneo quid datur, non præsumitur à fisco, alijs deficientibus? Respond. quia maior est indignatio primi viri, si ad secũda vota transeat, quã alicuius etiam extranei. Item si habet substitutum, an excludat fiscum? Respond. sic. argum. infra de cad. coll. l. 1. §. in primo. & §. pro secundo.

q *Ab intestato.*]multo magis ex testamento, vt sup. eadem l.

r *Legitimas.*] quando sunt suæ, vel agnatæ.

s *Honorar as.*]quando emancipatæ, vel cognatę. Sed cum hodie statim nubere possint secundum canones, vt in decret. secunda quæstione tertia, cap. Euphemium. alias Paulum. patitur istas pœnas? Respond. quod non. argum. in Auth. constit. quæ de dignit. §. illud. collat. 6. Item no. quòd eædem pœnæ imponuntur parenti intra tempus luctus: & ei qui spreto sacramẽto deserit filiorum tutelam.

ADDITIO. Addas, quòd pœna quæ imponitur mulieri, eo quòd nimis festinanter nubit: de qua in hac lege. & infrà l. proxi. hodie est sublata per dictum Apostoli, 1. Corinth. 7. de quo in cap. penult. & fin. extra isto tit. Pœna verò quæ imponitur ideo, quia nubit secundo. de qua in l. fœminæ, & alijs ll. huius tit. non est sublata. ita dicunt communiter omnes Canonistæ in d. cap. pen. & fin. de qua vide omnino Abb. in d. cap. fin.

Testatus pro parte & pro parte intestatus quis esse nõ potest.

EIsdem.] CASVS. Addit legi auth. quòd sicut mulier, quę nubit intra annum luctus, quinque pœnis punitur: sic mulier quæ peperit post decem menses intra annum ex alio quàm ex marito, eisdem pœnis punitur: sic punitur illa quæ suscepit tutelam filiorum suorum, & iurauit non conuolare ad secundas nuptias, quamdiu filij essent impuberes: & antequam redderet rationem administrationis, & peteret filijs tutorem, relicto sacramento secundo nupsit. Viuianus.

t *Eisdem pœnis.*] quas patitur illa, quæ intra annum nubit, vt in l. 1. & 2. huius titu.

u *Parit.*] idem si non pariat, sed stuprum committat, vt in Auth. de resti. & ea quæ parit, §. fin. col. 6.

x *Non existere.*] etiã post decimum mensem sit nata à tempore mortis primi viri.

y *Priuatur.*] sed quod est quod hic dicit, quòd etiam vsumfructum ante nuptialis donationis amittit, cum etiam legiti-

legitimas nuptias, ꝗ hendo donationem illam amisit, vt infra e.l.2.& 3.& authen. vxori.& inf. si secũ. nup. mulier. l.1. Rñ. habet quidem donationem illam, sed au fertur ei vt indignę: vel si vere nupsit intra tps luctus, verum est, ꝙ amisit & proprietatem, & vsumfructũ, vt inf. eo. l.2. sed postea solam proprietatem, vt inf. eo. l. secundum Hug.

a *Sacramentum*. hodie non iurat, vt in Auth. vt sine prohib. matres, col.7. Sed an eadem pęna habeat locum? quod vr per d. Auth. vt sine prohib. ſm Io. Alij dñt ꝗ. cũ ꝑ ꝑ tria hæc pœna imponitur, vt in corp. vnde hæc sumitur. s. de nup. coll.4.

SI *qua*. CASVS. Si mulier intra annum nubat, infamis fit, & amittit q.c. qd habuit à marito vel in testõ, uel per do. inter vinos. Vin. l. *Adijcimus*. nam olim forte decem mẽses seruabantur. Vnde pro tam modico tempore non videbatur puniri.

c *Tametsi*. i. quãuis
d *Decore*. hoc nisi ante decubuerit, ut ff. de ijs, qui no. infa. l. libertorum, §.1. secundum M. sed ibi non erat lugendus, alias sufficit parere, cũ, & alia fit rõ, sine qua suspicio, &c. ut in Auth. de restit. & ea q pari. §.si. col.6.
e *Sponsalia*. de quo non dixerat lex præcedens.
f *Amittat*. per sententiam matrimoniũ tamen tenet, ut in Auth. rest. cur ergo legitimè factum punitur, ut argu. infra ad leg. Iul. de adul. l. Gracchus? Respon. non matrimonium, sed nimia festinantia punitur, vt in Authen. de nupt. §. primæ siquidem, colla. 4. & facit sup. ex quibus caus. in fam. irrog. decreto.

FOemina. CASVS. Superiores leges dicunt qualiter puniatur mulier, quæ intra tempus luctus nubit, hæc loquitur qualiter punitur ii

* Ex lib. 3. titu. l.8 l.1. C.T.

* Glo. in c. præterea, de æta. & allegat hãc l. ꝙ decem menses sit modicum tempus.

* Olim luctui agẽon præfiniti erant decẽ menses. Sene. de consolat. Maiores decẽ mẽsiũ spacium lugẽtibus viris dederunt. Tpe le. Iulia Visceliæ Nou. 22. d.43. nõdũ præfinitus erat annus Primus Theodosi* vt hic annum præfiniuit, quẽ qui secuti sunt auctores, non decem mensium, sed de anno luctu loquũtur, & qui ante annũ accipiunt pro decem mensibus, Vi. Cuiac. c.3. de præscri. Coch.

¶ Item & ea, quæ suscepta liberorum tutela, cõtra sacramentum[a] secundo nubit, nõ prius tutorem petens, & rationem reddens, & exoluens omne quicquid debet.

¶ Sed hodie vlteriore iure sacramentum ab ea non exigitur, sed contractis nuptijs à tutela repellitur.

Hic prosequitur materiã l. 2. sup. eod. & dicit, quod olim mulier tenebatur lugere virũ per menses decem & intra istud tempus decem mẽsium non debebant nubere: hodie sunt additi duo menses, & sic annus, luctus per duodecim menses est constitutus, h.d. Bal. Vel sic: Tempus luctus, intra quod mulier non potest nubere, est annus, itra quẽ nubens, vltra infamiam perdit omnia lucra nuptialia à primo marito habita, h.d. Sal.

Ijdem AAA. Eutropio PP.

LEX II.

SI* qua ex fœminis perdito marito, intra anni spacium alteri festinauerit nubere (paruũ* enim tẽpus post decẽ menses seruandũ adijcimus,[b] tametsi[c] id ipsum exiguũ putemus) probrosis inusta notis, honestioris, nobilisque personæ decore,[d] & iure priuetur, atque oĩa, quæ de prioris mariti bonis, vel iure sponsalium,[e] vel iudicio defuncti coniugis cõsecuta fuerat, amittat.[f] Dat. 3. Cal. Iun. Constant. Eucherio & Syragio Coss. 381.

Ista lex est singularis, & h.d. Mulier transiens ad secũda vota, quicquid ex facultatib. primi viri lucratiuo titulo consecuta est, tenetur moriens liberis cõmunibus reseruare, vel alteri eorum quem elegit contẽplatione meritorũ alienatione in extraneam personam penitus reiecta. h.d. primo. Itẽ si aliquis ex filiis primi matrimonii decedit, id qđ mater per successionem eius consequitur, fratribus remanentibus similiter reseruare tenetur, alienatione penitus interdicta. Sed si nullus alius filius superest, mater filio morienti succedit liberè, & pleno iure, & de bonis ex tali successione prouenientibus potest liberè disponere, & testari. h.d. Bal. vel sic. Mulier trãsiens ad secũda vota, tenetur reseruare filiis primi matrimonii, vel vni ex iis lucra omnia à primo viro peruenta ẽt si donationem propter nuptias alius dederat ei pro viro, sed hodie non vni tantum potest relinquere sed inter omnes distribuitur, hoc dicit cũ auth. Sequentibus. Sal.

Ijdẽ AAA. Theodoro[1] PP.

LEX III.

FOemin[æ],[g]* quę susceptis ex priore matrimonio filijs[h] ad secundas (post* tempus luctui statutum[i]) transierint nuptias, quicquid ex facultatibus priorũ maritorũ sponsalium[k] iure, quicquid etiã nuptiarum[l] solennitate perceperit, aut quicquid mortis cã donationibus factis aut testi iure directo, aut fideicõmissi, vel legati titulo, vel cuiuslibet munificæ liberalitatis prẹmio, ex bonis (vt dictũ est) priorum maritorum fuerint assecutæ, id totum ita vt perceperint, integrum ad filios, quos ex præcedente coniugio habuerint, transmittãt, vel ad quemlibet ex filijs (dũ modo[m] ex ijs tantum sit, quos ex tali successione dignissimos[n] iudicamus) in quẽ contemplatione meritorum liberalitatis suæ iudicium mater crediderit dirigendum.

¶ Nec quicq̃ eædẽ fęminæ ex ijsdẽ facultatib. alienãdũ in quãlibet extraneã ꝑsonã, vel successionẽ ex alterius matrimonij cõiunctione susceptã, præsumãt, atque[o] habeant ptãtẽ possidẽdi tñ, atq; fruẽdi in diẽ vitæ, nõ ẽt alienãdi facultate cõcessa. Nã si qđ ex ijsdẽ[2] † rebus in aliũ quemlibet fuerit ab[3] † ea translatũ: ex mẽnis[4] † redintegrabitur[p]

la; quæ nubit post annũ, dimissa affectione liberorum, & dicit, ꝙ talis mulier q cquid habuerit ex primo marito, siue in testõ, siue inter viuos reseruabit filijs primi patrimonij, nec poterit aliquid alienare; & si alienet cogetur restituere, tantum de suo proprio, remanente vsufru. apud eundem virum. Item si quis de filijs primi matrimonij decedat, poterit succedere filio, id tamẽ quod percepit de successione, dẽt restituere filijs primi matrimonij. si vero alij qui filij non sunt ex primo matrimonio qa oẽs decesserunt, quicquid iuris percepit ex successione filij, uel filiorum, pleno iure habebit.

No. ex hoc tex. ibi successionẽ, ꝙ illud primũ respicit principium huius legis, & vult dicere, quod vbi nõ sunt filij primi matrimonij, ibi nõ sunt pœnæ. con. con. §. sic vero expectet j. rñ. i. Auth. de nup. coll.4. & ita not. hic in gl. 2. huius legis secundum Bal.

g *Fœminæ*. hucusq; de ijs, quæ intra tps luctus nupserint, nũc quando postea.
h *Filijs*. secus si non haberet alios, cum esse causa prohibitionis. s. amor filiorum, vt in Auth. eod. §. si vero expectet. & §. primæ si quidẽ coll. 4. & inf. in fi.
i *Statutum*. i. annum nam citi ante maiorem patitur pœnam, vt sup. l. prox. & l.1.
k *Sponsalium iure*. i. simplicis donationis, vel p p nuptias.
l *Nuptiarum*. vt lucrum donationis ꝓpter nuptias.
m *Dummodo*. interpositio est.
n *Dignissimos*. quia sunt capaces. Acc.
o *Atque* pro sed.
p *Redintegrabitur*. s. si consumptę sunt, alias uendicantur, ut inf. ꝓx. §. & l. generaliter & facit infra ad Tertul. mater, & inf. l. prox. §.1. & de ind. vid. l. ambiguitatem, & inf. ad l. Iulia. maiest. l. quisquis.

1 † Floro.

* Ex li. 3. ti. 8. l. 2. C. Th. & no. ꝙ testator põt remittere pœnas secundarũ nuptiarũ. Bal. in l. filium quẽ, C. fam. erci. ꝑ tex. in Authẽ. de nup. §. disponat coll.4.

* Hic not. inclusa ( ) desunt in C. The. & ad dita sũt à cõpositoribus.

2 † ijsdem reb. p fraudem seuẽrioris animi. C. Th.

3 † A possessis dẽtẽ. C. T.

4 † Mater redintegrabitur compensatione facultatũ. C. Th.

a *Successione.* s. filij, q̃ m̃r succeßit filio. b *Possessione delata.* s. vtendi, & fruẽdi, vt & sup. dixi, Alij vt Azo. dñt in plena ꝓprietate, & idẽ in viro. vt in auth. neque virũ, ꝙ ex doto, coll. 8. sic no. ꝙ ex hac lege, & alia, & inf. ad Tertull. l. mater, distinguitur, nubat añ mortẽ filij, vel post, vt no. in d. l. mulier.

1 † Hæredes. C. Th.

SEQVITVR Authentica.

In donatione, &c. & est ex corpore de nupt. §. si vero expectet, coll. 4. q̃ hic leg. Et no. ꝙ quidã dicũt, ꝙ mulier hẽt plenã ꝓprietatẽ in talib⁹ cũ poßit testari, & fm̃ eos hæc auth. est necessaria, quæ corrigit quã filiũ vsumfructũ eam habere dicit. Sed Bul. dixit tantũ vsumfructum eã habere, & testatur de alienis ex permißione legis. sic & supra de sacrosa. eccl. auth. si qua. Itẽ ad id, quod dicit hęc lex, fœminæ, crediderit dirigendum. i. eligẽdũ vnũ de filijs ꝙ corrigitur p auth. lucrũ, quæ sequitur, & est de nuptijs, §. si verò expectet, coll. 4.

2 † decest. C. Th.

3 † decesset. C. Th.

IN *donatione.* CASVS. Auth. ista addit ad leg. Cod. Nam l. C. dicebat quòd mulier conuolat ad secũdas nuptias, pdit donationem ꝓpter nuptias, & perdit lucrũ cuiuslibet donationis. Sed hæc authen. addit, & dicit, quòd si maritus non dedit donationem propter nuptias mulieri, sed aliquis pro viro dedit illud lucrũ perdit quantum ad proprietatẽ, si conuolat ad secundas nup.

4 † Talem in quatur.

I *Verum.* CASVS Hæc Auth. corrigit legem Codicis. Nã l. Cod. dicebat, ꝙ mulier conuolans ad secun. nupt. post annum diuisa affectione liberorum lucrata est aliquid ex primo matrimonio illud lucrum pot diuidere inter liberos primi matrimonij, vel omnes, vel ... [illegible]

5 † Omnẽ quoq; mõ perceperit proprietatis iure obtineat. C. T.

faculcatibus, quo illibata ad eos, quos statuim[a] liberos,[1] † bona, & incorruptẽ pueniãt.

Mulier transiens ad secunda vota, succedit filiis primi viri ex testõ, vel ab intestato vt poßit poßidere talia bona donec viuit tamẽ extra filias superstites illius matrimonii alienandi ptãtem non habet. primo. Et si vnicus erat filius qui deceßit, vel si plures, & oẽs decesserunt, tũc habet plenum, & liberum dominium etiã alienandi quamlibet potestatem, h. d. Bal. vel sic: Mulier transiens ad secunda vota, tenetur aliis filiis ex primo matrimonio reseruare quæsita ex succeßione liberorũ dicti matrimonii: & ex his nullo superstite prohibito de bonis illis potest dispone re, hoc dicit, Sal.

¶Illud ẽt addimus huic[2] † legi, vt si aliquis ex ijsdem filijs, quos ex priore matrimonio susceptos esse constabit, fortè decesserit,[3] † matre iam secundis nuptijs funestata, alijs ẽt matrimonio progenitis liberis superstitibus, id ꝙ per eandem succeßionem[a] ab intestato, vel ex testõ suæ posteritatis mater videbitur consecuta in diẽ vitę suæ pro sibi debita portione sola, tantum poßeßione[b] delata, omne ijs, qui supererũt ex priore susceptis matrimonio filijs relinquat,[4] † nec super illius modi facultatibus testandi in quamlibet extraneam personam, vel quicquam alienandi habeat potestatem. Quòd si nullam ex priore matrimonio habuerit succeßionem, vel natus, natiue decesserint omne,[5] † quòd quoquomodo pceperit, pleno proprietatis iure obtineat, atque ex his nanciscendi dominij.[6] † & testandi circa quem voluerit, liberam hẽat facultatẽ,[7] † Dat. Cal. Iul. Constan. Antonino, & Syagrio Coss. 382.

IN AVTH. de nupt. §. si vero expectet. coll. 4. centũ.

Ista auth. se habet ad legẽ Codicis hoc modo. Dictum erat ĩ l. Co. quod si interuenit pactum de donat. propter nuptias lucrãda liberis existentib. vel simpliciter, quòd mater lucratur præmortuo uiro in matrimonio, tamen si postea trãsit ad secunda vota, tale lucrũ debet reseruari filiis primi matrimonii. & ipsa dũ uiuit, habet duntaxat potestatẽ ad vtendũ, & fruẽdũ: tamen tex. in l. C. non declarauerat, vtrum ista potestas sit dominium, an vsusfructus, & quidam dicebãt, quod erat dominium ad vtendum & fruendum. Alii dicebant, quod erat vsufructus formalis modo ista auth. decidit, quod dominiũ ipso facto est perditum, quia deserit ipsam propriet. ac ergo remanet ipsa simplex vsufructuaria formalis, hoc dicit.

IN donatione propter nuptias, et si alius pro viro dederit deserit ea proprietas. IN AVTH. coll. cõst. & §. quibus supra, versicu. venient autem talia.

Hæc auth. cõtinuatur ad l. Cor. ita: Dictũ erat ibi, quod mater trãsiẽs ad secũda vota poterat testari inter liberos, & disponere, & alterũ ipsorũ pro qualitate maritorũ eligere. sed ista auth. determinat, ꝙ legis dispõ ipso iure distribuit inter liberos talia lucra, & ipsa mater ptãtẽ distribuẽdi non hẽt, & idẽ in parte lucrãte. ꝙ si trãseat ad secunda vota, dos ab eo lucrata ęqualiter pertinet ad liberos superstites: & pater nõ habet aliter distribuendi arbitrium, h. d. Bald.

IVerũ hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur.

IN AVTH. de nup. §. hinc nos, coll. 4. cõsti. 1. & de nõ elig. secũ nub. §. cũ igit, coll. 1. cõst. 1.

Ista est bona auth. & diuiditur in duas partes. Prima loquitur qualiter mulier, quæ trãsit ad secunda vota, succedit liberis cõib. ex testõ. Secũda qualiter ab intestato. Secũda ibi, ab intestato quoq;. Secũdo subdiuiditur in duas partes: quia prima loquitur qualiter succedat ab intestato ĩ bonis primi viri. Secũda qualiter succedat ab ĩtestato in bonis aliũde quæsitis, h. d. B.

EX* testamento[c] quidem succedit mater liberis suis, quæ conuolauit ad secundas nuptias, sicut institutus quilibet.[d] Ab itestato quoque vocatur, siue ante mortem filij,[e] siue postea secundas ineat nuptias:[f] sed ab intestato corũ

sam legem diuidatur inter liberos ęqualiter, non autem vult, ꝙ mater habeat licentiam diuidendi. Viuianus.

EX *testamento.* CASVS. Lex Codicis dicit, quod mulier põt succedere filio suo, sed non dicit qualiter, quòd aperit authẽ. quia succedit ex testo, sicut quilibet institutus, & ab intestato, & si filius habuit aliqua bona a patre, mulier non habebit nisi vsumfructũ. in alijs quę habuit filius non a patre, habet mulier plenum ius, hoc tamẽ ita si mr̃ non inueniatur igrata erga liberos.

Ex testamento. hęc auth. partim est ex titulo de non eligen. secun. nuben. §. cum igitur, coll. 1. partim ex ti. de nup. §. hinc nos, coll. 4.

d *Institutus quilibet* hucusque ex utroque.
e *Filij.* quem solum habebat.
f *Secundas ineat nuptias.* hoc ex illo de nõ eligendo & ꝙ subijci. s. de corũ, &c. vsque

* Hic scribit Io. de Garroni & nu. 38. ponit ... intell. huius Auth.

solum vsumfructum percipis, quæ paterna substantia ad filium peruenerunt. quantum vero ad antenuptialem donationem pertinet, erit similiter vt in residuis, [a] oĩno ingratitudine & hoc contra matrē fratresque inspecta.

IN AVTHENT.

De non elig. §. hoc aũt coll. prima. constitut. secunda. & de nupt. collat. 4. constitu. 1. §. quoniam infirmas.

Quod debuit lucrar vir vel vxor in casu non existen stentium liberorum, debet lucrari si ex postfacto res redeat ad eum casum. Vel sic: Quod iuris est de toto quoad totum, sic de parte quo ad partem. h. d. Iac. But. secundum Bald.

SEd & si quis [b] ex his [c] præmoriatur absque progenie, redit [d] ad matrem dominium, quãtum acquiritur ex pacto non existentiũ liberorum, residuum autem conceditur quibuslibet [e] defuncti hęredibus. [f]

¶ Si quid ergo ex his alienauerit, [g] pro suprascripta portione confirmatur alienatio. quare si sola hęres extiterit, [h] insolidum ad ipsam redit, [i] vel alienationē sequitur.

Ex quocunque coniugio suscepti filii, à suis parentibus collata spõsalitias largitates sibi vendicãt prçcipuas. h. d. Bal. Vel sic: Sicut mulier, quæ transit ad secũda vota, tenetur reseruare liberis illius matrimoni sponsalitiã largitatē quã vir primus ei contulit: ita mulier quę transit ad secunda vota, sponsalitiam largitatem ex donatione secũdi viri ad eã deuolutã tenetur filiis secundi uiri reseruare: siue ad tertium matrimonium transeat, siue nõ. Sed alia bona simpliciter,

vsque in finem est de nuptijs, sed ad hoc, quod dicit succedere ab intestato simpliciter, est contra proximam authenticam, sed & si quis: vbi aliter succedit. Sed dic ibi circa donationem ante nuptias, hic circa alia. quod non placet, cum & hic de illa donatione dicat, vt hic in fine. Alij, quod ibi fuit ab extraneo facta donatio hic a viro. Vel verius illa in donatione, & quando appositum fuit pactum: hic generaliter, & quando nullum pactum fuit factum de lucrando.

a *Residuis.*] scilicet a viro habitis, vt nubens secundo amittat ius proprietatis, vt in auth. de nupt. §. si vero expectet. collat. 4.

b SEd & si quis.] CASVS. Lex Codicis dicit, quod quicquid percipit mulier ex primo matrimonio quocunque tempore, compelletur reseruare alijs primi matrimonij. hoc autem in donatione propter nuptias distinguit: aut pacta est mulier de lucranda donatione, aut non. Si non, restituet eam filij. Si vero sic, nõ semper restituet: quia pone, quod sit pacta de lucranda tertia parte donationis, si maritus decederet sine liberis: si liberis existentibus, pacta est de lucranda donatione tota. mortuus est maritus existentibus liberis, & ita extitit conditio. hac ergo mulier totam donationem pleno iure secundum pactum, conuolat ad secundum matrimonium, & ita amittit proprietatem, si aliquis ex filijs primi matrimonij sine filijs decederet, mulier succederet ei in tertiam partem eius partis, quæ contingebat filium ex donatione, aliæ duæ partes dantur hęredibus defuncti: & si mulier aliquid de rebus illis alienauerit, pro tertia parte confirmatur alienatio. sed si esset filio suo hæres in totum, confirmaretur alienatio in totum. Vel pone casum, vt in glo. seq.

b *Sed & si quis.*] hæc est de non eligendo. §. hoc casum. & etiam de nuptijs §. quoniam infirmas. Et dic casum. Pactum fuit, vt si vir præcederet, vxor lucri faceret tertiam partem donationis propter nuptias, liberas scilicet non extantibus, & idem de viro dictum est, postea forte tribus relictis liberis decessit maritus: & postea decessit vnus ex liberis. sicut haberet totam tertiam partem si omnes decederent, sic debet lucrari tertiam partem portionis contingentis decedentem. Quam lecturam quidam improbant, quia liber existentibus deficit conditio, nec potest ammodo lucrari mater: sed tu approba, vt in nouellis titu de muliere, quæ post mortem mariti. l. nullam post hanc. & de his, quæ ad secundas, l. nulla scientia. Et dic quantum acquiritur, idest acquiri posset ex pacto &c. & ad dictam opinionem responde: quia non si omnes decederent, perinde haberetur, ac si a principio nullus natus fuisset, quod ergo est de toto, quo ad totum, idem de parte quo ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendicatione. Negari tamen non potest, quin hæc authentica, contra ius commune dicat. Alij exigunt hic addi, quod pactum fuit de lucrando aliquid in casu existentium liberorum, puta totam donationem

1 Hanc secundã lecturã Bar. reiectis prima & tertia, quę dd. displicent, & ad l. si ita qs stipulatur respondens, vt hic per tũ, q non redit ad mulierem ex pacto non existentium liberorũ.

quam amisit nubendo. sic & ponitur in nouellis in titulo de muliere, quæ post mortem mariti. l. nullum post hanc. Contra quod est, ff. de verborum obligationibus l. si ita quis stipulatur. & ff. iudic. solui l. conquerebatur. si. n. committitur pactum in vno casu, non debet postea committi in alio. Ad quod dicas, quod duo fuere pacta. vel aliter, primo casu committitur ex vi pacti, secundo ex vi legis magis quam ex vi pacti. Tertij ponunt, quod pacta est lucrari tertiã partem in casu non existētium liberorũ: in casu existentium liberorum nihil. sed totum dictum est permanere penes filios. Cui opponitur, quod male diceret redire dominium, cum nunquam fuerit penes eam: & eodem modo primæ positioni opponitur. Sed dic, quod fuit saltem constante matrimonio, & amisit eo soluto. Item & per hoc tollitur alia qstio, si fuit pactum de tertia lucranda in casu liberorum existētium, & de tota in casu non existentium liberorum, & extiterunt. & sic tertiam lucratur, quam nubendo postea amittit. & tunc si decedant omnes, totam lucratur. sic ergo post plus redit q̃ primo habebat. male ergo ponitur redit. Sed hic habito respectu, vt dixi, quando matrimonium durabat. Item quid si simpliciter pepigit de lucrando? Respondetur in vtrumque casum videtur pepigisse. Item quid econtra si plus pepigit in casum existentium, puta totum, & minus in casum non existentium, puta tertiam? Dic, si amisit nubendo, quod recuperare poterit ex secundo pacto secundum formam eius, licet sit minus quam id, quod ex primo. sic ergo hæc sunt paria, ab initio nullos filios extare, & ex postfacto deficere omnes, vt in authen. vnde hęc sumitur, & idem si vnus decedat, vt quod iuris est in toto quo ad totum, idem seruetur in parte, quo ad partem, vt in auth. de nuptijs §. quoniam infirmas, collat. 4. quod est mirabile & voluntarium, & non nitens ratione, cum adhuc aliqui sint de liberis.

c *Ex his.*] s. filijs ex primo matrimonio natis.

d *Redit ad matrem dominium.*] quod habuerat tempore matrimonij in donatione, secundum primum & tertium casum. & quod amisit per solutionem matrimonij. nam vt dos ad vxorem, sic donatio ad virum redit soluto matrimonio, vt inf. de rei vxo. actio. §. illo. nam æquis passibus ambulant. vel secundum alium casum dic redit quod amiserat per secundum matrimonium, cum illud habebat ex pacto existentium liberorum.

e *Quibuslibet.*] ergo matri, cum ipsa sit hæres, malé ergo stat hæc authent. Sed dic quod alios instituerat, & matri solam legitimam dimiserat. Vel dic speciale in hac donatione, vt non plus debet habere mater, etiam si ei succedat.

f *Hæredibus.*] ex testamen, vel ab intestato, vt in corpore.

g *Alienauerit.*] mulier.

h *Extiterit.*] puta filio instituto.

i *Redit.*] cum nihil est alienatum.

Cum

C*Vm alijs.*] CASVS. Sicut mulier cogitur restituere quicquid habet ex primo matrimonio filijs primi matrimonij: ita debet restituere filijs secundi matrimonij quicquid habet ex secundo matrimonio, quod si non habeat filios ex secundo matrimonio, habebit pleno iure, ita poterit relinquere cuicunque voluerit. Viui.

a *Cum alijs.*] Cum, id est quamuis.

b *Sanctionibus.*] quas non habemus, vel dicit de illa infra de bon. mater. l. si visa.

c *Largitate.*] id est, donatione propter nuptias.

1† Du. In nuptias per.

d *Itaque.*] nunc dicit in specie, quod in genere dixerat. Vel quia sicut est circa primũ matrimoniũ, sic & circa secundũ.

e *Habens.*] scilicet mulier.

f *Nec prosit.*] Videbatur possedisse: quia hæc pœna mulieri imponitur, vt non alijs relinquere possit, quia secundo contraxit, matrimonium per quod tantum primis filijs fecit iniuriam, non secundis. Vnde primi cum secundis videbantur admitti, quod nõ est verum, vt hic dicit, & in authen. de nupt. §. illud. coll. quarta. Sed argument. contra infra eodem, l. si quis prioris. §. talem. vbi etiam filijs primi matrimonij. Sed hic de donatione propter nuptias, & de dote: ibi autem de alijs lucris secundum Bul. vel hic loquitur, cum filij secundi matrimonij vtriusque parentis hæreditatem adierunt: ibi illius tantum, qui lucri fecerat donationem, vel dotem, & ideo ibi prædicti filij secundi matrimonij habent eam donatione, vel dotem simul cum liberis prioris matrimonij, secundum Io. Accur.

2 † Deest in omnib.

3 † In.

4 † marito.

5 † in.

g *Id sibi.*] quasi dicat mulier libere habet, etiam si donator, id est vir secundus ex alia vxore filios habebat.

materna ipsa mulier decedẽs transmittit ad liberos, disponendo de eis, prout vult. Ab intestato vero omnes filii tã primi, quàm secundi matrimonii succedunt pro numero liberorum. h. d. Baldus.

Impp.[1]† Honor. & Theod. AA. Marino præfect. prætor.

LEX IIII.

CVm alijs[a] sanctionib.[b] iussermus materna bona integra ad liberos peruenire: quod tamen mulier mariti largitate[c] percepit, id ex eo tantum liberi coniugio procreati, sibi speciale tanquam paternum nouerint patrimonium[2] †vendicandum.

¶ Itaque[d] si habens[e] filios ad[3]† secundas nuptias fortasse transierit, sponsalitiam largitatem, quam vir secundus contulit in vxorem, tantummodo filij, qui ex secundo matrimonio[4]† suscepti sunt, pro soliditate possideãt nec prosit[f] liberis ex priore susceptis matrimonio, quod mulier ad[5]† tertia minimè vota migrauerit.

¶ Quod si posterior vir sine liberis ex eodem matrimonio susceptis decesserit, quicquid ab eo ex sponsalium largitate vxor fuerit consecuta, id sibi[g] iurisque suo sciat esse collatum, etiam si ex priore matrimonio donator filios reliquisse doceat.

¶ Ad maternas[h] sanè veniẽs vel ex hoc, vel ex quolibet alio titulo facultates omnis posteritas, ex quocunque susceptam[i] viro, pro debita sibi portione, &[6]† à matre,[k] vel spontanea largitate, vel per testamentum eius collata,[l] possideat.

¶ Nos enim hac lege id præcipuè custodiendum esse decernimus,[m7]† vt ex quocunque coniugio suscepti[n] filij patrum suorum sponsalitias retineant facultates. 422.

h *Ad Maternas.*] lege sic, sanè omnis posteritas ex quocunque viro suscepta possideat lucrum. subaudi veniens ad matrem, veniens dico ex hoc titulo, scilicet donationis inter sponsos. vel sic: Omnis posteritas veniens ad maternas facultates, quæ obueniunt matri ex hoc, vel ex alio titulo, quod in idem recidit. In alijs autem lucris a donatione propter nuptias, & de dote, & sponsalitia largitate loquitur dictus §. talem. & ibi plene dicetur.

i *Suscepta viro*] s. in primo vel in tertio secundum quosdã, vt non obstet §. talem. & caue tibi, quia non sunt filij ex hoc coniugio in quo habuit lucrum, sed ex alijs viris primis, vel posterioribus.

l *Et a matre.*] quasi dicat ita habebunt sicut mater volet: verbum enim, vt, denotat veritatem.

l *Collata.*] scilicet portio.

m *Decernimus.*] in principio legis.

n *Suscepti filij.*] si sũt filij alius omnino poste ritati, vt hoc §. in principio.

6 † Vt Dic.

Sicut mater transiens ad secunda vota, lucra prioris matrimonii tenetur reseruare filiis eiusdẽ matrimonii, ita vir transiens ad secunda vota tenetur reseruare filiis eiusdem matrimonii lucra dotis: Alienandi facultate penitus interdicta, administratione tamen permissa patri dum viuit, & etiam potestate eligendi, ac etiam diuidendi. h. d. vsque ad §. in ius autem. Bald.

Impp. Theodo. & Valentin. AA. Florentio.[8]† PP.[9]†

LEX V.

GEneraliter[o] † censemus, quocunque[10]† casu[p] constitutiones ante hanc legem mulierem[q] liberis communibus, ante mariti matrimonio dissoluto, quæ[r] de bonis mariti ad eam deuoluta sunt, seruare sanxerunt, iisdem[11] †casibus maritum quoque, quæ de bonis mulieris ad eum deuoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, communib. liberis seruare.[12]†

G*Eneraliter.*] CASVS. Sicut mulier conuolans ad secundum matrimonium cogitur reseruare quicquid percepit a primo marito filijs primi matrimonij, ita vir conuolans ad secũdum matrimonium, omnia, quæ habuit ex prima vxore, compellitur relinquere filijs primi matrimonij, & filij habent dominium illarum rerum, & si mortuo patre res ab aliquo possidentur, filij eas possent vendicare si extant, & si non extarent res, haberent condictionem sine causa. pater autem dum viuit, possidebit res illas, & in morte relinquet filijs suis sicut vult, nec eas alienat. Item filij primi matrimonij possunt petere ea, quæ pater, vel mater lucrati sunt ex primo matrimonio, siue velint habere hæreditatem patris, vel matris prius decedentis, siue non, adire tamen debent hæreditatem illius, qui posterius moratur. Si autem vir, vel mulier ad matrimonium secundum conuolat, potest facere de rebus illis ad arbitrium suum, quas habuit ex primo matrimonio. si tamen non alienarent, filij post mortem parentum poterunt vendicare. Viui.

7 † præcipimus al. decreuimus.

8 † confirmat. No. Th. Flor.

9 † P. F. V. No. Th.

* Ex nouel. Th. pa tr. seu mat. bon. tit. 6.

10 † quoq; C. Th.

11 † casib. nos p huius l. auctoritatẽ maritum. No. Th.

12 † censemus.

o *Generaliter.*] si siue mulier nubat intra annum, siue post. Item siue mater, siue auia.

p *Quocunque casu.*] quod est quando secundo nubit, vt supra eodem, l. fœminæ & l. proxima. Item & quando non nubit, si non alienauit, vel consumpsit, vt infra hac l. in fine.

q *Mulierem.*] migrantem ad secundas nuptias.

r *Quæ.*] ea subaudi.

Donata.

¶Nec interest,[1] † si alter pro marito donationem ante nuptias, vel pro muliere dotē crediderit offerendam.

¶Hæc[2] † obseruari præcipimus, licet res ante nuptias donatæ [a] (vt assolet fieri) in dotem à muliere redigantur. [b] [3] †

¶Dominium autem rerum, quæ liberis per huius legis, vel præteritarum cōstitutionū auctoritatē seruantur, ad liberos ptinere decernimus.

¶Itaque, defuncto eo, q eas liberis seruabat, extantes ab omni possessore liberi vendicabunt: [c] cōsumptas vero ab hæredibus eius exigent, [d] q eas seruare debuerant Alienādi sanā, vel obligandi suo nomine [e] eas res quæ liberis seruari præceptæ sunt, eis q reseruaturi sunt, adempta licentia est.

¶ Negotia verò liberorum patri vtiliter [f] administrare concedimus.

¶ Diuidendi quoque res inter eos liberos ipsis parentibus pro suo arbitrio, vel eligendi quem voluerint, licentiam non denegamus. [g]

Lucra, quæ debent reseruari filiis primi matrimonii, pertinent ad eos, siue sint hæredes præmorientis, siue lucrantis. h. d. vsque ad §. illud. Bal. vel sic: Hæc lucra debētur liberis, si hæreditatē primi parentis non adiuerint: dummodo hæredes existant secundo morientis. hodie vero etiam si neutri eorum existant hæredes, dummodo non fuerint ingrati. h. d. cum authen. hæres. Sal.

¶ In ijs autem casibus, in q bus res vt paternas mater liberis communibus seruare pcepta est: (hoc est vbi morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad alias nuptias peruenerit) vel vbi res ut maternas patrem liberis communibus seruare censuimus: (hoc est, vbi morte mulieris matrimonio dissoluto, vir ad alias nuptias venerit) si hæreditatē eius parētis qui prior mortuus [h] est, non adierint liberi: licebit eis, tanquam eius tantum res fuerint, qui posterior moritur, [i] eas sibimet vendicare, scilicet † eius qui posterior moritur, hæreditatem crediderint adeundam: ne quod fauore [k] liberorum in ductum † est, quibusdam casibus ad læsionē [l] eorum videatur inuentum.

IN AVTHEN. de nuptijs, §. si vero expectet. & §. quoniam infirmas, & §. soluto. collat. 4. constit. 1.

HAeres [m] lucro cedunt liberis, licet hæredes non sint patris, aut matris, aut vtriusque; [n] nisi fuerint ingrati, & probetur ingratitudo.

Finit Authen.

Sequitur textus C.

Qui non transit ad secunda vota, potest lucra liberè alienare, & consumere, si verò non alienat, nec consumit, possunt liberi illius matrimonij tanquam reseruata vendicare. h. d. Bald.

¶ Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inferendum, vt eo quoque casu, quo lucratur vel mulier res, quæ ad eam à marito puenīūt, vel maritus eas, quæ ex bonis mulieris ad eū transeunt; hoc est vbi primum matrimonium alterius morte dissoluitur, nec superstes ad secundus nuptias peruenit; [4] † si res uel maritus, vel uxor, hoc est qui superstes non consumpserit, vel alienauerit (quod eis [o] ad secundas nuptias [5] † non venientibus, quasi rerum dominis concessum esse non dubium est) [6] † liberis [p] liceat res à patre profectas, vt paternas; à matre, ut maternas accipere.

IN AVTHEN. neque virum quod ex do. §. propterea igitur, collatione octaua. constitutio. finali.

Ista authent. dicit, q lucrum dotis, & donationis propter nuptias omnino est reseruandum filiis illius matrimonii, siue matrimonium dissoluatur morte, siue diuortio. h. d. Bald.

a *Donata.*] sponsæ simpliciter quod postea datur in dotem: vt hic, & sup. de donat. ante nupt. l. 1. & l. si consentiente.

b *Redigantur.*] Vt seruetur filijs primi matrimonij viro lucrantur, & l. si c...

c *Vendicabunt.*] vt & infra, de bonis quæ lib. l. quæcunque, & ar. sup. de sacrosanc. ec les. l. iubemus. 2. & inf. de repud. l. cōsensu § si.

d *Exigent.*] cōdictione ex hac. l. secūdum Ioan. vel etiam sine causa. argu. contra. ff. de condic. sine causa. l. genul.

e *Suo nomine.*] bene dixit suo nomine: quia filij nomine potest, vt sequitur.

f *Vtiliter.*] imo & nō vtiliter: quia erubescit lex &c. vt in authent. de nupt. §. sed quod sancitum est. colla. 4.

g *Non deneg. mus.*] imo hodie denegat, vt sup. eod. auth. lucrum.

h *Mortuus est.*] Et qui donauit, vel dedit in dotem.

i *Maritus.*] & qui recipit in dotem.

k *Fauore.*] vt ea bona eueniant eis, tanquam primo mortui parentis fuissent.

l *Ad læsionem.* quod vtique fieret, si ipsi non possent ea bona habere, nisi prius adita hæreditate defuncti parētis dantis: fauore enim eorum in ductum est, vt liceat eis res quas mater accepit à patre, vt paternas, vel quas pater à matre, ut maternas vēdicare. hoc autem ad eorum læsionem posset retorqueri: q a si non adeant hæreditatem patri, morientis qui dedit, videtur q non possint vendicare res suas vt paternas, quod hic remouet. nam hic (vt si dicam) aditio omissa non efficit quo minus hic admittatur. cui simile dicitur. ff. de contr. tab. l. non tantum. §. si emancipatus, & facit ad hoc sup. de leg. & const. l. quod fauore, & de fi. de instrumen. l. plures. & ꝫ de rei vxor. ac. §. illo. Quod autē hic dicitur, si vel ei⁹ &c. innouat authen. quia hæres lucro cedunt liberis, licet nō sint hæredes patris, uel matris. uel non sint hæredes utriusque: idem & si neutrius sint, dummodo non sint ingrati circa utrumque, uel saltem decedentem: unde sequitur authent. hæres.

m HAeres.] CASVS. Lex codicis dicit quod filius poterit petere ea, q pater, uel mater lucratus est ex primo matrimonio & si nō adeat hæreditatem patris, uel matris qui posterius decessit. Hęc authen. corrigit hanc distinctionem, dicens q filij debent habere res, siue uelit adire hæreditatem parentum, siue non.

m *Hæres.*] Hæc authen. est ex authē. de nuptijs, §. si uero expectet. & §. quoniam infirmas, & §. soluto & §. deinceps col. 4.

n *Vtriusque.* Nisi ingrati extiterint. si nō est in textu, & in aut. de nupt. §. & super his quoque lucris, & §. si qs enim ex his.

o *Illud. Quod eis.* scilicet alienare, uel consumere, & facit infra eo. l. hac edictali, §. fina.

p *Liberis liceat.*] sed hodie non potest cōsumere, uel alienare, & sic sequitur alia authē. uxore, quæ & ipsa in aliquo corrigitur: & sic sequitur alia authen. si tamē. quas ambas lege, & non omittas quod dicit sup. eo. in authen. sed & si quis.

Vxo-

1 † Interesse.

2 † confirmatur. No. T. al. obseruare.

3 † redigātur, & l. si culpa mulieris repudiatione matrimonium fuerit dissolutum, maritus totam donationē nō partes ut in altere dote retinebit.

4 † Venit.

5 † confirmatur No. Tho. al. de est.

6 † Dubiū est si hæreditatē eius qui posterior moritur liberi adire noluerint, ut eis liceat no. Th.

VXore.] CASVS. Lex Codicis dicit, quod mater conuolans ad secundũ matrimonium, non potest alienare res, quas habuit ex primo matrimonio. Auth. confirmat hoc modo, quia si maritus aliquid lucratus est ex dote, cogitur seruare filio, siue conuolet ad secundum matrimonium, siue non, & si mulier aliquid lucrata est ex donatione propter nuptias à marito compellitur reseruare filio, siue conuolet ad secundas nupt. siue non. & prædicta habent locum non solum cum matrimonium uxoris, uel mariti morte soluitur, sed etiã in diuortio. Nam quædam est cõstitutio quæ loquitur super his lucris Viu.

1 † In quibusdã exempl. legitur, idemq; si aliter matrimoniũ soluatur, omissis his uerbis, super iisdem lucris &c.

a *Ex dote.*] Non corrigitur hic lex vetus in alijs rebus nisi in dote, & donatione propter nuptias.

b *Omnimodo.*] .i. siue contraxit secundum matrimonium, siue non.

c *Sponsalitia.*] .i. propter nuptias donatione.

d *Aliter.*] diuortio.

e *Constitutio.*] vt inf. eo. l. quoniam.

SI tamen. CASVS. Auth. hæc continuatur cum superiori lege, & dicit quòd mater quæ non conuolat ad secundum matrimonium, põt habere vtilem portionem cũ filijs suis in donatione propter nuptias, & idem in patre.

f *Si tamen.*] Hæc est ex corpore, ut fra. filij, §. quia verò mulieres. coll. 9.

HAc edictali. CASVS. Superiores leges loquuntur qualiter puniant mulier[illegible], & vir secundò nubentes, in rebus quas lucrati sunt ex primo matrimonio: cum conuolant ad secundum matrimonium. mulier nec in ultima voluntate, nec inter viuos põt plus secundo marito dare vel relinquere, quàm det vni ex filijs primi matri. Idem est in auo, & auia: si uero plus det secundo marito, vel

VXore mortua, quod vir ex dote [a] lucratur, filijs communibus omnimodo [b] reseruatur quantum ad proprietatem, vsufructu patri concesso. Idem est ex parte mulieris, si lucretur ex sponsalitia [c] largitate. Itẽ [1]† si aliter [d] matrimonium soluatur, super ijsdem lucris loquitur hæc eadem constitutio. [e]

IN AVTHEN. vt fratrum filij, §. quia vero mulieres. colla. 9. consti. 7.

Ista auth. dicit, quòd mulier quæ non transit ad secunda vota, non solum habet vsum fructum lucratorum ex causa donationis propter nuptias, sed etiam habet vtilẽ proprietatis partem secundum numerum liberorum. h. dicit Bald.

SI tamen [f] abstineat mater à secundis nuptiis, habebit & ipsa proprietatis portionem pro numero liberorum. Idem in patre obtinet, & in omnibus ascẽdentibus à secundis nuptiis abstinentibus.

Mulier secundo viro vel vlteriori, vel maritus secundæ vxori, vel vlteriori, nullo liberalitatis titulo, seu nullo lucrandi pacto, vel relicto, potest plus conferre quàm vni liberorũ prioris matrimonii minus [k] habenti: & quod vltra reliquit, vel donauit, pro non scripto habetur; & quicquid in fraudem huius constitutionis agitur, ipso iure cassatur. hoc dicit vsque ad §. his illud. Bal. vel sic: Coniunx transiens ad secunda vota, non potest vllo titulo in secundum coniugẽ transferre plus quam reliquerit vni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquerit, non valet, sed inter liberos æqualiter diuiditur, hoc dicit Saliccus.

Impp. Leo & Anthemius AA. Erythrio PP.

LEX VI.

HAc edictali [g] lege in perpetuum valitur sancimus, si ex prioris matrimonio procreatis liberis, pater materve ad secunda, vel tertia, aut vlterius repetiti matrimonii vota migrauerit: nõ sit ei licitum nouercæ, vel vitrico, sine testamento, [h] vel sine scriptura, seu codicillis, hæreditatis iure, siue legati, siue fideicõmissi titulo plus relinquere, nec dotis, aut ante nuptias donationis nomine, seu mortis causa habita donatione, conferre, nec inter viuos conscribendis donationibus (quæ etsi constante matrimonio ciuili iure interdictæ sint, morte tamen donatoris ex certis causis [i] confirmari solent) quàm filio [k] vel filiæ, si vnus, vel vna extiterit. Quod si plures liberi fuerint, singulis æquas partes habentibus, minimè plus quam ad vnumquemq; eorum 2† peruenerit, ad eorum liceat vitricum nouercamve transferri.

¶ Sin 3† autem non 4† æquis portionibus ad eosdem liberos memoratæ transierint facultates, tunc quoque non liceat plus eorum nouercæ, vel vitrico testamento 5† relinquere vel donare, seu dotis vel ante nuptias donationis titulo conferre, quàm filius, vel filia habet, cui minor portio vltima voluntate de relicta, vel data fuerit, aut donata: [l] ita tamen, vt quarta pars, quæ eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur, nisi ex iis causis, [m] quæ de inofficioso excludunt querelam.

¶ Quam obseruationẽ in personis etiam aui, [n] vel auiæ, proaui, & & proauiæ, nepotum, vel neptiũ, itẽ pronepotum, & proneptiũ, siue in potestate, siue emãcipati, emãcipatæve sint, paterna, vel mẽnalinea veniẽtib. custodiri cẽlemus.

secundæ uxori, quod plus datum est, non valebit. Item mulier proprietatem eorum quæ lucrata est à primo marito, perdit: vsumfructum tãtum retinet in rebus immobilib. mobiles uerò res æstimabuntur, & habebit vsumfruc. si satisdet secundum formam hic positam: alioquin res remanebunt penes filios, & filij satisdabunt matri de tertia parte cẽtesimæ æstimationis soluenda matri. quæ constituitur pro reb. quas mater lucrata est. si nec filius nec mater det fideiuss. mulier habebit usumfructum, & bona mulieris tacite erunt obligata pro rebus illis. & si nec uir, nec mulier conuolet ad secundas nuptias, alienare poterunt ea quæ habent ex primo matrimonio: sed si non alienant, filij priores matrimonij, mortuis parentib. usuendicabunt, licet hæreditatem parentum non adierint

g *Hac edictali.*] i. generali. Et nota quod hucusque dixit qualiter puniantur contemptores liberorum in lucris prouenientibus à defuncto coniuge, nunc qualiter in alijs eorum bonis.

2 † liberorum.

h *Testamento*] scriptura facto.

i *Causis.*] quæ sunt infra de dona. inter uir. & uxo. l. donationes. 1.

3 † al. sin uero non æquis portionib. ad eosdẽ liberos numeratis mediis transierint.

4 † ex.

5 † tastatẽ.

K *Quam filio.*] contra. sup. de donat. ante nup. l. fi.

l *Donata.*] ob causam, ut dos, & donatio ante nuptias: & inspicitur hoc tempore mortis binubi: ut in auth. de nup. §. quia uero hactenus, col. 4. & facit sup. de inoffi. do. l. 1. & sup. de donat. ante nup. l. si cõstante, §. fi.

m *Nisi ex iis causis.*] hoc a compositorib. est additũ. nec obstat inf. eo. l. cum apertissimè, quæ hoc quasi nouum inducit.

n *Aui vel auiæ.*] nam auus meus, qui nouer-

uercam magnā induxit, tm̄ mihi dabit, quantum illi magnæ nouercæ, quod intellige si & pater meus prædecesserit.

a *Liberorum.*] primi matrimonij: sed per l. inf. co. qin. etiam secūdi matrimonij sed tertio iure reditur ad istud vt in Authent. posita ibi, ad eos solos, &c.

1† Totum.

b *Diuidi.*] Sed pone ꝙ mulier quæ transiuit ad secunda vota, centum tm̄ habet in bonis, & ea dat secūdo viro: nunquid totum reuocabunt filij primi matrimonij? Videtur ꝙ sic, cum appellatione pluris, & totum comprehendatur. arg. j. de hęr. insti. l. 2. & ff. de verbo. sig. l. ceterorum sicut & minus diceret dare, qn̄ nil daretur, vt ff. de tribu. l. illud §. minus & ff de verborum significationibus minus. Sol. dico ꝙ reuocant, vt sint ęquales cum secundo viro. Item not. quòd hæc lex intelligit, qn̄ fecit pactū cū secundo viro de lucrando, alias non habet locū quòd hic dicit, vt diximus sup. si aduer. dotem. l. 1. Itē loquit̄ hæc lex, siue non hēt alia bona, nisi ea, q̄ dat secundo viro, siue hēat, ut in auth. de nup. §. illud. col. 4.

c *Alio quocunque.*] cum fugat se vendere, cum donet.

d *His.*] s. supradictis.

e *Statuta.*] vt sup. e. l. fœminæ, & l. cum alijs, & l. generaliter.

f *Mancipiorum*] qn̄ censent immobilia, vt ff. de diuer. & tempo. præscrip. longē.

g *Ciuilium.*] quæ de publico dant annuatim, vt in auth. de nō alie. §. 1. col. 4. & inf. de ann. ciui. lib. 11. Itē not. quòd hic loquit̄ de morte soluto matri. nam secus si per diuortiū: qa tūc aliā pęnā patitur, vt inf. de repud. & diuor. consensu. & §. hæc oīa & §. si vero.

h *Sacramento.*] a partibus, nō ab arbitro, ſm H. nec obst. auth. decernit ib, sup. de recep. ar. Vel dicēt ab arbitro. qa nō ē vero arbiter. sed arbitrator.

¶ Sin vero plus, quam statutū est, aliquid nouercæ, vel vitrico relictum, vel donatū aut datum fuerit: id 1† quod plus relictum, vel donatum aut datum fuerit, tanquam non scriptū neque derelictū. vel donatum, aut datum sit, ad personas deferri liberorū,[a] & inter eas diuidi[b] iubemus: oī circumscriptione, si qua per interpositā personā, vel alio[c] quocunq; modo fuerit excogitata cessante.

Mater transiens ad secunda vota, donec uiuit, rerū mobiliū lucratarum percipit cōmoda, alienatione, penitus interdicta. Immobiliū vero præstita satisdatione, & facta æstimatione vsumfructū hēt. Si aūt non vult, vel nō pōt satisdare, facultas satisdādi cōuertitur ad filios, qui dēnt satisdare matri pro vsufructu æstimationis medij tēporis: qua satisdatione præstita, filii possunt libere res alienare, neutro vero satisdante propter impotentiā, vel dissimulationē, res remanēt apud matrē, donec viuit, pro quorum restitutione sunt tacitè obligata bona matris præsentia, & futura: & ipsa mater posterioribus præfertur creditoribus. & hoc si trāsit ad secunda vota. Si aūt liberorum affectione, uel castitate seruata non migrauit ad secunda vota, remanet domina plena iure, & habet alienandi potestatē, tamen si non alienat, licebit liberis extantia vendicare. h. d. Bal. vel sic: Si mulier transit ad secunda vota, proprietas rerum à primo viro prouētarum in liberos primi matrimonii trāsfertur, & ipsa vsufructuaria efficitur, quę pro immobilib. tenetur satisdare forma hic scripta, & ea nō satisdātē, possessio trāsfertur in filios satisdantes: et neutro satisdante, possessio remanet penes matrem, & oībus liberis morientib. proprietas redit ad matrem. h. d. Sa.

¶ His[d] illud adiungimus, vt mulier in ijs casib 2† in quibus ante nuptias donationes cæteras ēt res à marito ad se deuolutas, ſm priorū legum statuta[e] liberis cōib. vt pater nas, seruare cōpellitur: hoc est, vbi morte mariti matrimonio dissoluto, ad alias nuptias venerit, immobiliū rerū, & manciporū,[f] annonarum quoq; ciuiliū[g] vsufructu duntaxat vitę suæ temporib. potiatur, alienatione earū penitus interdicta. Mobiliū verò rerū, iustis pretijs 3† ęstimatione habita p eos, quos vtraq; pars elegerit arbitros iudicaturos interposito sacramento,[h] simili mō vsumfructū habeat, si idoneā fideiussionē[i] præbuerit, quod easdem res mobiles, vel earum pretium filijs, & filiabus ex eodem matrimonio procreatis, vel post mortē eorū nepotib. & neptib. ex ijsdem liberis procreatis, siue oib. siue vno vnaue superstite mori contigerit:[k] ſm legum modum[l] restituat. vel certè si fideiussiones idoneas præstare distulerit, aut nequiuerūt, prædictæ res mobiles nondū matri a liberis traditę, apud eosdem manebūt. Solutæ verò eidem matri, vel ab eadem detentæ, restituentur liberis, si tamen ab his fideiussio idonea matri fuerit oblata, qua caueri debet* quòd eisdē superstiti[m] pro vsufructu earundē rerū mobilium vel pretio, quo taxatæ sunt, vsurarū noīe centesimę partem tertiā annuis quibuscunq; tpib. pręstare nō differant: ita tamen, vt in eadē fideiussione hoc quoq; caueatur, quod à filijs, filiabusve, vel ex his progenitis liberis (si ante eandē matrem oēs eos obire cōtigerit) omnes res[n] prædictę mobiles, secundū legum moderationē matri, vt ad eam luctuosum lucrū redeat, restituantur.[o]

¶ Erit itaque licitum vtrilibet[p] patri, quæ fideiussionem præbuerit, si sibi commodum esse perspexerit, his rebus mobilibus vti frui, easdemq; dare[q] mutuo,[r] vel obligare, vel vendere, vt ex his maximè[s] liberi acquireretur possint materno affectui[t] sine suo incommodo deseruire. 4† 4† Securitas

i *Fideiussionem.*] quā non præstaret pater 2† Cautio. pro bonis minoris. vt j. de bon. quæ lib. l. cū oportet. §. non aūt hypothecā. & l. fi. §. illo proculdubio, vel forte aliud est in casu isto. & in patre. Itē non aliter facit fructus suos, vt ff. de vsu fr. leg. l. vxori. 2.

K *Contigerit.*] s. matrem.

l *Legum modum.*] vt ipse si extant, ēt deterioratio æstimetur.

m *Superstiti.*] i. dum viuit.

n *Omnes res.*] Item si vnus de plurib. decedat. hēt locū pactū appositū in casu non existentiū filiorū, vt in auth. e. §. sed si q- dē nobis pridem ſm Io. vt. s. tanto minus nunc restituat. Aliq. libri hn̄t finem istius gl. sic, vt in auth. eo. §. & sancimus. Sed hoc quidē nobis prodest ſm. Io. vt s. tanto minus non restituat.

3† Iusti pretij.

o *Restituentur.*] conditione ex lege, vel rei vendic. si extant, vel ex stipulatione, q̄ interponit, sic ergo est aliqs solicitus de hęreditate viuētis. Sed ar. contra. ff de vulg. subst. l. 2. §. interdū. sed ideo est hoc. quia ab ea processerunt & quodammodo. scilicet per vsumfr. adhuc sunt suæ.

p *Vtrilibet.*] primo matri: postea filijs.

q *Dare.*] cui vult.

r *Mutuo.*] i. pro mutuo.

s *Maximè.*] qa ipsi hn̄t dn̄ium: & mater potest idem facere, si satisdedisset, cum ad pretium teneatur.

t *Affectui.*] s. in vsuris prędictis.

Mane-

* Not. de Sal. quòd deponētes de peritia artis, debēt prius iurare. de quo plenè Soc. in tractatu fall. in reg. 194. in verbo peritus.

a *Manebunt.*]sed q d si ambo sint parati satisdare, sicut & alias, vt inf. de testa. ma. l. si. Respon. potest dici meliorē cōditionem possidētis: vel melius, mater præfertur q̄ fructuaria est. arg. pro hoc, quod hic in contrario casu statuitur. Sed ar. contra. ff. vsufructua. quemadmodū cau. l. si vsusfructus nomine, & facit in auth. de nupt. § sin autem intestatus. pen. col. coll. 4.

1† Auferte.

S *I d si autem*]CASVS. Lex Cod. dicebat, quòd in oib. rebus mobilib. si mulier volebat dare fideiuss. de rēb. restituen. filijs cum moreret. poterat illis reb. vti, & frui. Hęc auth. corrigit l. codicis in aliquo, & dicit, quòd si mulier accepe. it centū in donationē pp nupt. in auro, & præmortuo marito eā cētū lucrata sit: si ad secundas nup. postea conuolauerit, dicta centum a filijs primi matrimonio et datis fideiussorib. non exiget: sed filii pstabunt cautionē de pręstanda tertia parte centesimæ illius.

b *In donatione propter nuptias.*] quam mulier lucrata est ex pacto.

c *Aurum exigitur.*]s. in solutione facienda.

d *Maritalibus.*] i. lucris, pro quibus sunt obligata, alia bona mulieris a pri. no viro habitis, & dic, vt infra eo. l. si quis. §. in illo.

e *Facultatibus.*] idē in viro, vt infra eo. l. si quis. §. in illo, & dic, i. lucris habitis a viro. & vt videtur interim filii non domini. Vel dic verius eos dn̄os, & non habere hypothecam, vt j. e. l. a quis prioris in fi. ... mmorata, & cæt. & subaudi nic precis.

f *Ijs etiam.*]i. faculta tib.

g *Pignoris.*]expresse scilicet.

h *Traditas*] a filijs ... ijs ... dem ... quæ liberorum ... §. si. & ... de dona. ante nup. l. ... §. pr. ... & j. de pac. ... l. si.

¶ Sin autem vtraque pars prædictam fideiussionē dissimulauerit, aut fortè offerre 1† nequiuerit, eædem res apud mulierem, vsq; in diem vitæ suæ manebunt. [a] 469.

IN AVTHENT.

De non eligend. §. aliud. collat. prima. constit. 2. & in authen. de nup. §. & quia parū. colla. 4. constit. 1.

Hæc authent. vult, quod si maritus aurum, vel pecuniam certam promisit ex causa donationis propter nuptias & non soluit, quòd si in substantia viri non reperiatur quantitas auri, vel argenti promissa, quod mulier uolens illam exigere, quia ex pacto est lucrata, non possit illam exigere ab hæredibus: ne compellantur substātiam vendere: sed teneantur hæredes cautionē usurarū illa est reperta in hærede. h. d. Salic.

SEd si aurum fuerit in donatione[b] propter nuptias scriptum, cautio vsurarum exponitur, nō autem aurum exigitur: [c] nisi fortè viri substantia habeat aurum, & cætera, quę scripta fuere.

Finit Authen.

Sequitur textus C.

Bona matris ad secunda vota transeuntis, sunt obligata filiis pro reb ab eorum patre ad matrem peruentis à die, qua res illę ad matrem peruenerunt, & ideo si illas alienet, filii vendicare poterunt, vt potiores. h d. Sal.

¶ Omnibus videlicet ijsdem maritalibus [d] facultatibus [e] ijs etiam, [f] quas habet, habiturave est, tanquam iure pignoris, [g] vel hypothecæ suppositæ sint super eadem ante nuptias donatione, vel rebus alijs ad eam ex mariti substantia deuolutis, ex eo die, quo eędem res ad eam peruenerint, liberis obligatis vt si qui post traditas [h] matri vel detentas ab ea res (si ita contigerit) contractum aliquem cum eadem muliere inierit, quæ se repetitis nuptijs copulauerit, in vendicandis [i] ijsdem suppositis rebus posterioris habeantur: 2† liberis, qui ex eodem matrimonio procreati sunt, & nepotibus, nepotibusque qui ex ijsdem liberis geniti sunt, siue dubio præponēdis.

Pater vel mater non trāsiens ad secunda vota, potest de lucris nuptialib disponere pro libito: & eo vel ea non disponente possunt filii uendicare res, licet hereditatē primi parentis repudiauerint. h. d. Sa.

¶ Sin vero liberorum suorum affectione seruata, pater, materve ad alias nuptias migrare noluerit, neque vir ijs, quę de bonis vxoris ad se transeunt, neque mulier reb. quæ ex substantia mariti ad se peruenerunt, pro suo arbitrio vti, vel eas vendere, aut quocunq; iure, vel modo alienare, vel pignoris iure, seu hypothecæ, si voluerint, obligare, vt pote domini earum, prohibebuntur. [k]

¶ Extantes autem prædas res, si non fuerint alienatæ, vel consumptæ, vel suppositæ, licebit liberis vendicare, etiam non adeuntibus hęreditatem parentum. [d] Dat. 2. Dal. Mar. Martiano, & Zenone 3† [l] Coss.

3† Du. Conss.

Ista lex, & principium sequentis tendunt ad idem, & hoc dicit. Quod debet per lucrantem filiis reseruari, si alter filiorum decedit cum liberis, alter vero adhuc viuit: liberi morientis succedant loco sui genitoris & non fratres: eis tamen electione reseruata. Bal. vel sic: Filius transmittit ad descendentes ius vendicandi lucrum sibi proueniens propter transitum quem parens fecit ad secunda vota, ascendentibus, & collateralibus exclusis. Sal.

Imp. Zeno A. Sebastione Præfecto Prætorio.

LEX VII.

IN quibus casibus pater dotem, mater ante nuptias donationem, vel alias res ad se ex al-

i *In vendicandis.*]per hypothecariam.

k *Prohibebuntur.*] vt sup. eod. l. generaliter. & si.

l *Tarentum.*]primo decedentis. nam posterius decedentiū adire debent, vt sup e. l. generaliter, quod & ipsum recepit correctionem, vt in auth. ibi posita, hæres &c. Item nouo iure, nec pater, q& ex dote est, nec mater, quod ex ante nuptias donatione lucrat, nisi partem pro numero liberorum sibi competentem in alium transferre potest, vt in authen. vt fra. filij. coll. 9. quæ iest sup. eo. l. generaliter. auth. si tā. Item ad in auth. de nup. §. soluto. coll. 4. & infra de bo. quæ si be. l. cum oportet. §. sin autem.

2† Posterior habeatur.

IN quibus CASVS. Si pater, vel mater ad secundas nup. conuolauerit: lucra quæ habet ex primo matrimonio cogit reseruare filij primi matrimonij. si non sunt filij,

filij, restituet nepotibus & non fratribus defuncti, si quis ex filijs decesserit. Notes hac lege ibi: portionem, quod beneficia vadunt secundum lineam sanguinis, & potius sequuntur lineam descendentem, quam transuersalem, secundum Baldum hic.

a *Praecepti sunt.*] vt sup. eod. l. foeminae. & leg. generaliter. in princip.

b *Debebatur.*] vel deberetur, si in tempore secundarum nuptiarum superstes fuisset: & hoc non facta electione à parente.

c *Peruenire decernimus.*] hoc intellige filio pacto non existentium liberorum: nam solum reliquum conceditur filijs haeredibus extraneis: vt hic, & in authen. de non alie. §. prospeximus, & §. hoc autem, col. 1. Sed per aliam de nupt. §. quoniam infirmas, coll. 4. reditur ad legem istam: vt sup. auth. sed & si quis. ibi, absque progenie &c. Item not. quod dubitatio huius legis est & erat, quia cum donatio propter nuptias processerat ex substantia patris, mortuo filio ad liberos alios videbatur peruenire, s. ad fratres defuncti, ad quos etiam bona patris perueniebant. Sed non est ita: quia in perpetuum decessit ab alijs quod ad hunc deuenit, secundum Ioan. si autem sine liberis decederet, quid iuris sit, dicit auth. sup. eod. l. sed & si quis ex his.

d *Eligendi.*] Eliget ergo hic huius de suis his, sicut & pater, & mater potest eligere: ut hic & supra eo. l. foeminae, & l. generaliter, §. negotia. Sed an ita corrigatur in hoc casu, sicut in patre ut supra eo. auth. lucratur? quod potest dici, sed alia rō posset assignari, quod illud corrigatur, non hoc: quia filijs omnibus fit iniuria per secundum matrimonium, & non nepotibus, & facit ad legem istam infra l. proxima. in prin. & infra communia de succes. l. fin.

Si quis. CASVS. Si pater, vel mater conuolauerit ad secundum matrimonium. Et si non supersunt, restituet nepotibus, non fratribus.

¶ *Illud.*] Si pater vel mater non conuolet ad secundum

1† aut pronepotes. — 2† Illo. — 3† Du. conss. — 4† Mena.

tera parte deuolutas, filijs vtriusq; sexus seruare praecepti sunt: [a] si quem ex filiis vel filiabus ante patris, vel matris obitum mori contigerit (siue ante secundas nuptias, siue postea) filio, vel filia nepote vel nepote, vel pluribus, patre suo adhuc viuo vel matre superstite, derelictis: portionem, quae defuncto filio, vel filiae debebat, [b] vel lucrum ex ea, non ad fratres, vel sorores mortui, sed ad filios eius, vel filias, vel nepotes vtriusq; sexus, aut pronepotes, [1]† auis vel proauis superstitibus, peruenire [c] decernimus: eligendi, [d] videlicet, quos voluerint ex liberis superstitibus, non adempta licentia. D. Cal. Mar. Ello [2]† V.C. Cons. [3]†

Sicut non succedunt fratres, sed liberi, ita nec parenter: & quotquot liberi existunt ex vno filio praemortuo, vnius loco habentur, hoc dicit vsque ad §. illud etiam. addendo principium istius legis ad finem summarii l. praecedentis. Item additur hic, quòd omnes nepotes ex vno filio ad vnam partem vocantur, & patruus ad alteram. hoc dicit Bal.

Imp. Iustinianus A. Menae [4]† Praefecto Praet.

LEX VIII.

SI quis prioris matrimonii filiorum ante [e] secundas nuptias patris, vel matris mortuus fuerit, filiis à se vel nepotibus, vel pronepotibus relictis: partem eius non ad fratres, vel si nullus alius frater, vel soror sit, ad patrem, vel matrem eius peruenire, sed ad filios vel nepotes, vel pronepotes eiusdem mortuae personae, sancimus: vt siue vnus, siue plures sint, eà tantummodo parte vindicare possint, quae mortuo competiit. [f]

Ibi in §. habuimus etiam in superioribus. & dicit, quod lucrans qui non transit ad secunda vota, potest de ipsis lucris disponere, & alienare, si vero non disponit nec alienat, in defectu prouisionis hominis succedit prouisio legalis reseruans haec lucra filiis, & nepotibus. hoc dicit Baldus.

¶ Illud [g] etiam certa sanctione definire censemus, vt si quis vel si qua ex alio matrimonio filiis procreatis, minime ad secundas nuptias venerit: eodem modo liceat quidem genitori, vel genetrici [5]† res ex priore coniugio [h] sibi acquisitas quo modo voluerit, alienare, vel administrare. si quae vero earum minime sint alienatae, possint liberi etiam non adeuntes paternam, [i] vel maternam haereditatem eas vendicare.

Iste §. continuatur ad praecedentia sic: Dictum est supra, quod lucrans qui non transit ad secunda vota potest liberè alienare res lucratas: modò posset dubitari, vtrum haeredem instituendo siue filium, siue extraneum, intelligatur alienare? Respon. quod siue specialiter relinquat, siue haeredem instituat, alienasse videtur. Bal.

¶ Certum esse sancimus, [k] [6]† quod etiam illa de caetero videbitur earundem fuisse rerum alienatio, quae in testamento genitoris, vel genetricis, vel specialiter [l] relinquendo, vel generaliter haeredem instituendo, [m] facta sit.

matrimonium, poterit alienare, siue specialiter concedat, puta legata faciendo, siue generaliter, instituendo haeredem: & si non alienauit, filij poterunt vendicare, etiam si non adierint haereditatem patris, aut matris post decedentes: adire tamen debent haereditatem patris, vel matris, qui posterius decedit.

¶ *Tolem.*] Hic §. sic continuatur. In superioribus dictum est, quod filij primi matrimonij possunt vendicare ea quae pater vel mater habuit ex primo matrimonio, & si non adierint haereditatem patris, vel matris: sed haec licentia non conceditur filiis secundi matrimonij: quia non possunt vendicare in totum lucra, quae habuit pater vel mater ex secundo matrimonio: sed pro parte filij primi matrimonij vendicare.

¶ *In illo.*] Sicut omnia bona matris, ita omnia bona patris tacite sunt obligata filiis prohibitae, quae pater lucratus est ex primo matrimonio, & pro alijs rebus, quae ad filios pertinent.

e *Ante.*] idem si post: vt sup. l. prox. in fine.

f *Competijt.*] i. competere poterat, sic ff. de sta. h. l. Labeo, & hoc non facta electione à parente, & habes idem, quod hic. sup. l. prox.

g *Illud.*] haec eadem fuit supra eo. l. generaliter. in fi. & l. hac edictali. in fi.

h *Ex priore coniugio.*] quo ad differentiam secundi quod contrahi potuit, sed contractum non est.

i *Paternam.*] i. eius parentis qui primo decessit adeant tamen haereditatem eius qui posterior moriatur, etiam qui est lucratus: ut sup. eo. l. generaliter, §. in his licet authen. haeres. corrigat ibi posita.

k *Sancimus.*] i. sancientes alias scientes.

l *Specialiter.*] id est particulariter.

m *Instituendo.*] s. in totum, nam alienatio est &c. ut in l. de fund. do. l. 1. & est simile, quia instituendo haeredem videatur alienare, ut ff. de leg. 2. l. peto, §. fratre, & de verb. obl. l. si ita quis instituens promiserit. §. ea lege. alienare videtur. Sed argumentum contra. ff. de fun. do. l. prima, & ff. de alie. iud. ex hoc edicto, §. sed haeredem.

5† al. deest — 6† Caeteri. sancimus. — Haeredem

IN AVTHENT.

De nup.§.deinceps.& §.soluto.colla.4.const.1.

Hæc auth. corrigit quod supra, de institutione hæredis dixit, nā hodie siue hæredem instituendo, siue generaliter bona sua relinquendo, nō dicitur hęc lucra nuptialia alienare, seu in aliū velle transferre: nisi expresse de eis faciat mētionē: sed p̄sumitur liberis seruare. h.d. quod no. Sal.

NVnc autem, [a] nisi expressim transponat in alios, præsumitur ipsi conseruare talia lucra.

Finit Authen.

Sequitur textus C.

Iste §. reputatur difficilis ꝑpter veritatem lecturarū: & vt intelligas, vide Bar. & S.

¶ Talem [b] vero licentiā datā filijs, [c] vt etiā nō adeuntes, [d] paternā, vel maternā [e] hæreditatē lucra vēdicarent [f] quę parēs eorū ex mr̄imonio, qđ secundo thoro [g] minime mutauit, sibi [h] acquisita nō alienauit, nullo mō eis concedimus, si paternā vel maternā hæreditatem [i] ab intestato ex parte [k] (si fortè alii etiam ex anteriore matrimonio morienti parenti filij sunt) sibi acquisierint. [l]

Bona parentē ad secunda vota trāseuntiū sunt liberis, quibus debēt lucra reseruari, tacite obligata: nec patria potestas impedit istam tacitam hypothecā: tamen pater filio ad reddendā rationem administrationis non cogitur. h.d. cū gl. Bal. vel sic: Sicut bona matris, ita patris ad secunda vota trāseuntis, sunt obligata liberis primi matrimonii pro lucris cōseruādis, ac etiā pro aliis bonis a matre, vel a materna linea ad filium peruentis, in quibus pater habet vsumfructū: non tamen filii ex causis prædictis possunt perscrutari administrationē parentum. h.d. Salic.

¶ In illo etiā veterē [m] sāctionē adimplentes, præcipimus exēplo matris, cuius res post secūdas nuptias filiis ex priore mr̄imonio natis in hypotheca suppositæ sūt, ad cōseruāda eis lucra, quæ ex priore mr̄imonio ad eam peruenerūt: patris quoq; bona, q̄ habet habiturusq; est, filius ex

ADDITIO. Dic, aut prohibitio alienationis est facta simpliciter, & non intelligitur prohibita transmissio ad hæredem testamentarium, vel legitimum. ita loquitur d.l.1.ff. de fundo do. Aut est facta limitatiuè: & tunc si limitatio est facta circa modum, puta quod non fiat alienatio fraudulenta vel dolosa: & tunc etiam non vř prohibita transmissio ad hæredem, quia in ea cessat dolus: ita loquitur lex, ex hoc edicto. in §. sed hæredem. sup. alleg. Si autem prohibitio est facta limitatiuè respectu personæ, in quam potest alienari, tunc vltra illam personam prohibitio est generalis, ita loquitur l. peto. in §. fratre, ff. de leg. 2. & hic cum similibus de qua distinctione vide latius per Bart. in d.§. fratre.

SEQVITVR Authent.

Nunc autem, quæ est de nupt.§. deinceps, & §. soluto coll. 4.

NVnc.] CASVS. Lex Codicis dicit, ꝙ pater videt alienare si aliquem instituat: & sic generaliter hæc authē. corrigit, quia nisi specialiter concedat alicui lucra, quæ habet ex primo matrimonio, pręsumitur conseruare talia lucra filiis primi matrimonij.

a *Nunc autem.*] Sic ergo immutat authē. quod dicit lex ista: quia per authen. præsumitur parens talia lucra conseruare liberis, nisi expressè transponat in alios, licet generaliter bona alicui dimittat: & sic speciale derogat generali, & est sic ff. de leg. 3. l. vxorem, §. fœlicissimo. Sed in quibus rebus habeat locum hæc authen. dubium est. Nam auth. de nup. §. solum, parenti ad secundas nuptias non venienti permittit liberam facultatem alienandi dotem, vel donationem propter nuptias: quàm corrigit auth. neque virum quod ex dote est: vt sup. eo. auth. vxore quæ etiā immutatur per authē. vt fra. si. ut sup. cod. auth. si tamen. vnde potest dici, ꝙ hæc auth. non loquitur in illa portione, quam lucratur parens ex pacto non existentium liberorum, & in alijs lucris, quæ non sunt dos vel donatio propter nup. Item est arg. contra huic auth. ff. de acq. re. do. l. quædam. sed illud regulariter est verum, hoc cautaliter.

Casum ponit.

b *Talem.*] dic casum sic: Concessum est filiis primi matrimonij vendicare lucra primi matrimonij, etiam non adeūtibus patris, vel matris hæreditatem: sed talem licentiam filij secundi matrimonii non passi iniuriam per tertium matrimonium non habent, scilicet ut soli ea lucra habeāt, si filij primi matrimonij extant, ideoque pro parte sunt hæredes secundi matrimonij sed secundum casum est contra. & supra eodem, l. cum alijs. Sol. illa trahitur ad istā, & secundum istam intelligitur, secundum M. vel hic loquitur de simplici donatione, quæ debet diuidi inter liberos primi matrimonij, & secundi, supra verò de donatio. propter nuptias, quam propriam habere debent. Vel melius ibi adierunt filij secundi matrimonij hæreditatem: & sic habuerunt præcipuum adierunt dico parentis à quo lucrū factum est, idest hæreditatem primò mortui parentis, idest secundi matrimonij: hic repudiauerunt filij secundi matrimonij hæreditatem præmortui parentis, sed adierunt lucrantis. vel ibi de spōsalitia largitate tantum, hic de alijs secūdum H. Sed vt hoc cōtrarium euites, dic sic casum secun. Ioā. Berta habuit primū virum, quo mortuo susceptis liberis lucrata est ex primo x. accepit secundum, & eo mortuo susceptis liberis lucrata est eodem modo xx. filij primi matrimonij non adita patris hæreditate, sed matris tantum postea morientis hāt ꝑcipua dicta 10. quæ ex patre suo mater lucrata est: filij secundi matrimonij si nō adeant patris hæreditatem, à quo mater lucrata est, sed tantum matris, ad quam cum filijs primi mr̄imonij admittuntur, sortiuntur dicta xx. cum supradictis filijs primi matrimonij: secus si adijssent vtriusque parētis hæreditatem filij secundi matrim. quia tunc insolidum lucrantur illa xx. & sic loquitur illa d. l. cum alijs, & ita ibi adierunt vtriusque, hic vnius. l. lucrantis. Quod dictum est in matre, idem in patre. & idē dicunt in filijs primi matrim. si tñ posterius decedentē succedant, ut pro parte vendicent lucra primi matri. pro quo sunt hæredes cum filijs secundi matrim. Sed Ioan. contra in hoc. sunt. n. iniuriati primi per secundū mat. & ideo vendicant insolidum ex quantacumque parte sunt hæredes, filij aūt secundi matr. non patiuntur iniuriā, & hoc s͠m has leges: nam per auth. fecit, vel non fecit iniuriam, integram tñ seruat: ut per auth. neque virum quod ex dote est coll. 7. quæ auth. in nuptialib. lucris tñ loquitur, ut ex rub. apparet: alia. n. lucra quomodo veli. alienat, nisi ad secunda vota conuolet: vt in auth. eo. §. si vero expectet. col. 4. quæ non alienata filijs deferuntur secundum H.

c *Filijs.*] secundi matrimonii.

d *Adeuntes.*] & hoc in diuersis casib. s͠m has leges, vt prox. diximus, sed hodie licet nullius: vt in auth. hæ res. sup. eod.

e *Vel maternam.*] s. primò morientis, sed secundi sic: vt sup. eo. l. generaliter. §. in his.

f *Vendicarent.*] ipsi soli.

g *Secundo thoro.*] i. tertio, omne enim matrimonium potest dici secundum, quod primum sequitur, forte respectu secundi quod est primum post 1 secundum, & sic de alijs: ut in auth. de hæ. & fal. §. inordinatum. coll. 1.

h *Sibi.*] idest parenti.

i *Hæreditatem.*] ad quam venit lucrum.

k *Ex parte.*] quod ita esse potest si forte, &c.

l *Acquisierint.*] i. acquirere potuerint, q. d. non eius parentis a quo venit lucrum, secundum casum. Ioan.

m *Veterem.*] s. illam, sup. eodem. l. hac. edictali. §. omnibus, vbi

Mulier binuba si ex vtroq; matrimonio lucret qualiter illud inter filios diuidetur.

1 Adda ꝙ similiter omne pōt dicā primum ante qđ aliud non est: ut not. Oldr. consi. 451. col. 2. text. est in c. Ioseph. de ver. sig. vnde dicit hic Sal. ꝙ non extantibus filijs primi matrimo. filij secūdi matrim. habebūt Antoniā in præiudiciū filiorum tertij matr.

priore matrimonio [1] † natis post secūdas eas nuptias ad ea cōseruāda, q̄ ex eorū matre lucratus est, supposita esse.

Illius [a] ēt patris, qui in sua ptāte talē liberū vel liberos habēs, maternā eis substantiā, vel ex materna linea ad eos deuolutā seruare cōpellit: bona isdē liberis supposita eē ad cōseruādas easdem maternas res decernimus: ita tñ, vt occasione taliū hypothecarū, neq; patris, neq; matris administrationē filij valeant perscrutari: vel aliquā eis mouere super hoc q̄ōnē: cum perspicui sit iuris, etiāsi alienata fuerint eorū bona, quæ extra memorata lucra, vel maternas res sunt, ius hypothecæ [b] integrum ijsdem manere filijs. D. 3. Id. Decē. D. N. Iustin. A. 2. Cos. 528.

Ista lex concernit l. hac edictali. & hoc dicit: Totum, q̄ vltra modum secundæ coniugi datur, vel relinquitur, tanquam non datum liberis vtriusque matrimonii applicatur. in hoc corrigitur lex, hac edictali. §. si vero. qua dicebat, quod applicabatur solum filiis offensis per transitum ad secunda uota. hodie corrigitur hæc lex, & redit ad l. hac edictali. per auth. de nupt. §. optimè. versi. & hoc decernens. & per auth. ad eos. hic positam, vnde corrigens corrigitur, & ad pristinū statū ius reducitur. Bald.

Idem A. Mennæ PP.

LEX IX.

QVoniam præteritæ [c] leges omnia, q̄ liberis [d] ex priore matrimonio, percatis mulier quidē secūdo marito, vir aūt secūdæ vxori dotis, vel ante nuptias donōnis nomine, vel alio quocūque modo dederit, vel reliquerit ijs ampliora, quæ uni filio, filiæ ex anteriore matrimonio progenitis dāda, vel relinquēda sūt, reuocata ad solos filios, vel filias ex [2] † anteriore mr̄imonio natos puenire cōstituerūt, nullaque in hac parte filiorū ex secūdo matrimonio natorū mētio [e] facta est: hoc quoq; corrigētes oīa q̄ memorato modo reuocātur, nō solū ad filios prioris mr̄imonii, sed ēt ad eos, q ex secūdis nuptiis nati fuerint, ptinere, [f] & in capita inter oēs diuidēda [3] † sancim[g].

Statuta in lucris nuptialibus matrimonio morte soluto, locum habent etiam si soluatur diuortio. h. d. Salic.

¶ Ad [4] † hæc, [g] lucra, q̄ marito, vel vxori ex dote, vel ante nuptias donatione occasione repudij accedūt, indistinctè post secūdas eorū nuptias liberis ex priore coniugio procreatis ad similitudinē mr̄imonii morte dissoluti seruari, [h] nec de cętero repudij cām [i] requiri, vel aliā in ea [5] † re exquisitionem fieri. Da. Idib. Apr. Cōstantinop. Decio V. C. Cos. [6] † 486.

IN AVTHEN.

De nupt. §. 1. & § nec illud. & § optimè. colla. 4. cōsti. 1.

Ista auth. corrigit legem codicis, et redit ad l. hac edictali. & ratio est: quia soli iniuriam passi debent consequi lucrum in recompensatio iniuriæ. h. d. Sal.

AD eos [k] solos ēt nunc pertinet, & si quis ex eis præmoritur relicta sobole, portio ei⁹ ad eā defertur.

Ne naturæ iniuriarentur leges, liberi qui sunt verè ingrati, non habent beneficiū l. hac edictali. h. d. Bald. vel sic: Liberi ingrati non admittuntur ad patrem lucri, quod debetur filiis primi matrimonii: ex eo quia plus debito sit datum, vel relictum secundo coniugi. h. d. Salic.

Idem A. Demostheni PP.

LEX X.

CVm apertissimè legibus [l] caueatur ingratos liberos a maiorum suorū hæreditate merito esse reppellēdos: si hoc [m] idem [n] in suis elogijs [o] conscripserint, & re vera hoc fuerit reuelatum, Proclamare videtur hmōi sanctioni [q]

1 † al. marito.

vbi dicit, q̄ hic subllicit vsque ibi, patris. a *Illius.*] ēt patris, non solū superioris. & dic. qđ sup. p̄ conseruatione lucrorū, hic pro cōseruatione rerum maternarum. b *Ius hypothecæ.*] cū res obligatę transeāt cum sua cā, vt infra de distrac. pigno. l. si debitor. qđ aūt hic de pr̄e dicit simpliciter verū est, q̄ filij in eius ptāte constituti non debent perscrutari eius administrationē, vt in auth. de nupt. §. & ita circa talia. & inf. de bō. quæ lib. l. fi. nisi spēe suspectus habeatur de fraude, vel de alic mādo, vt ff. ad Treb. l. Imp. Hadrian⁹. sed in m̄re nō est ita simpliciter admittendū. nā nihil p̄hibet eius administrationē perquiri in prædictis lucris. & facit infra de bonis mater. l. 1. & de bo. quæ libe. l. cū oportet. §. non autem, & §. fi.

QVoniam.] CASVS. Mater non potest plus dare secundo marito, quam dat vni ex filijs primi matrimonij. & si dat plus, nō valet: quia reseruabitur filijs primi matrimonij. vt sup. e. l. hac edictali. hæc lex corrigit illā dicens, q̄ id quod plus datum est, pertinet tā ad filios primi matrimonij, quā secundi. Si vero mater sine causa repudiauit patrē, lucrabitur p̄ dotem, & compellēt filio eam reseruare. c *Quoniā præterita.*] vt sup. eo. l. hac edictali. & de dona. ante nup. l. si cōstāte. §. fi. d *Liberis.*] ablatiui absoluti. e *Mentio facta.*] s. vt ipsi aliquid habeāt. f *Pertinere.*] sic ergo per hanc l. corrigit illa lex, hac edictali. in prin. sed hæc corrigit p̄ auth. quā hic hēs, ad eos, &c. g *Ad hæc.*] i. iuxta hæc. h *Seruari.*] subaudi sancimus. i *Causā requi.*] s. à qua parte vt quare sit missum.

2 † al. prio-re.

A *D eos.*] CASVS. Lex Cod. dicit,

q̄ lucra peueniunt filijs prioris mr̄imonij, & scđi. Hæc authē. addit, q̄ si quis decedat relicta sobole, poterit ad eam, q̄ ad eū peruenit, trāsmittere. k *Ad eos.*] hęc auth. sumit in auth. de nupt. §. optimè. & §. nec illud colla. 4. & sic sic rediī ad legē istā veterē. Ite si nihil datū fuerit filijs prioris mr̄imonij, & aliquid datum fuerit scđo marito vel vxori, totū restituit filijs illi: ita qđ filij secūdi matrimonij quarta debita nō fraudātur. Vel aliter, vt no. sup. eo. l. hac edictali. circa pricipiū. Vñ miror ēt, quare q̄sierunt hic quidā, verū filij primi mr̄imonij hēbant querelā, si nihil est eis datū. cum n. hēant conditionē ex hac auth. non habet locū querela, vt insti. de inof. testa. §. tam aūt &c.

3 † diuidi.

4 † al. hac autem.

5 † al. eam tem.

CVm apertissimè] CASVS. Si mater vel pater conuolat ad s̄m matrimonium, non pōt plus dare secūdo marito, vel scđæ vxori, q̄ vni ex filijs primi matrimonij, vt dicit lex Leonis, hoc distinguit hæc lex: qa aut filij sunt ingrati, aut non. Primo casu locum non habet hæc lex Leonis. Secūdo casu sic, quia non repelluntur. Viuia. l *Legibus.*] vt supra de inof. testa. l. liberi. & l. omnino. m *Si hoc.*] i. casum ingratitudinis. n *Idem.*] s. parentes. o *In suis elogijs.*] si eīn cā ingratitudinis nō fuit expressa, nō licet parentib. exhæredare, vt inf. de lib. præte. auth. nō licet. p *Reuelatum.*] i. ab hæredib. probatum. q *Sanctioni.*] i. statuto veterum legum.

6 † Du. Cons.

dinalis constitutio [a] Leonis inc. yte recordationis, quam super filiis ex priore matrimonio procreatis cōscripsit. Nam cū necessitas [b] est patri, vel matri, q ad secunda vota migrauerit, tm̃ præstare per quamcunq; causam secūdo marito, vel nouercę, q̃tum filio, [c] vel filię ex anterioribus nuptijs progenitis, qui partē minimā habiturus ē, relinquerit, maxima iniquitas ex hac sanctione contra genitores efficiebat. liberi etenim sciētes, q̄ omnimodo aliqd sibi à genitoribus suis ēē nolētibus relinquendum est, & tm̃, quantū secūdus maritus, vel nouerca acceperit cū [1] † omni licentia, & lasciuia suos genitores iniuriis adficiebant. Quapropter sancim⁹, ingratos reuera liberos, neq; hoc beneficiū, qd̄ diualis Constitutio Leonis augustę memoriæ eis præstitit, in posterum posse sibi vēdicare: [d] sed quasi ingratos ab omni hmōi lucro repelli. quam obseruatiōnem in personis etiam aui, & auiæ, proaui, & proauiæ, nepotū, vel neptiū, item pronepotum, vel proneptiū: siue in ptāte, siue emancipati emancipatęve sint, ex paterna, vel materna linea venientibus, custodiri censemus.

¶ Sed quemadmodū genitorib. ꝓuidem⁹, ita & innocuā posteritatē nullis affici iniuriis patimur, vt si genitores, qui sese secūdis nuptiis deuouerint irrationabile odiū ad priores liberos forsitā habētes, fine iusta ratione eos ingratos vocare cōcedātur.

¶ Eos etenim liberos huiusmodi beneficio defraudari volumus, qui re ipsa ingrati circa suam antiquitatem [e] ab hæredibus genitorum [2] † liquidis, & indubitatis ꝓbationibus conuicti fuerint, ex eiusmodi casibus, qui antea priscis legibus enumerati sunt. D. 15. Cal. Oct. Calcedone, Decio V. C. Coss. 386.

In lib. Basilicon. fit mentio 11. constitutionis huius tituli, quæ ipsius quidem est Iustiniani, sed ab eo abrogata Nou. 2. in qua etiam illius meminit: illam verò, tū ex ipso Basili. libro, tum ex Nouel. Iustiniani fuisse constat de hereditatibus filiorū, quorum matres ad secundas venerant nuptias, si ipsi ante eas intestati decessissent. In eodem Basil. libro fit mentio quoq; 14. constitutionis tituli, quæ ipsius est Iustiniani, eam Cuiacius Latinā reddidit in comm. ad Nouel. Iustiniani, quē secuti, illam sic restituimus.

Idem A. LEX XI.

SI filij, [f] quorum parentes ad secundas venerūt nuptias, ante eos decesserint, ꝓprietas lucrorum nuptialium ad filios hæredes etiā extraneos testamento scriptos peruenie̅t, deducto eo, quod in casum orbitatis parentē lucrari conuenit: quod etiā pro rata obseruatur vno ex pluribus filijs ante parētē mortuo. Sed si parēs lucra nuptialia alienauerit, & ad secūdas nuptias venerit, nec eū liberi instituerint, valebit alienatio ad finē eius, quod in casum mortis liberorum lucrari parens, qui alienauit, debuit, & reliquū reuocabitur ab hæredib. defunctorū liberorū. Da.

TITVLVS X.

Si secundo nupserit mulier, cui maritus vsumfructum reliquit.

Mulier transiens ad secunda vota, vsumfructum sibi relictum à primo marito perdit: & liberis prioris matrimonii restituitur: & si est in mora ex pressa, vel tacita restituendi, condemnatur ad omnes fructus quos percepit indebitè: secus si fuerat lucrata plenum dominium: nam tunc vsumfructum non perdit. Bald.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Tatianum PP. LEX VNICA.

SI vsumfructum maritus rerum suarum decedens vxori reliquerit, eaq; in secundas nupt. consortiumq; conuenerit, vsumfructū, quem ex priore marito consecuta fuerit, amittat: atq; eū filijs [g] ex eo die, quo nupserit, maturè restituat.

¶ Quod si liberos ex priore matrimonio adhuc imbecillitas habebit infantię, nec muniat eos tutoris auxilium, ac per hmōi occasionem mater, quæ relicta fuerāt, vsurpauerit: omnia legitimè repetantur, & cum competentibus [h] fructibus, ad liquidum deducta ratione restituat. Hæc de vsufructu, quem vir extremam constituens voluntatem de rebus proprijs vxori reliquerit.

¶ De vsufructu *verò rerū añ nuptias donatarū ea obseruari, [i] q̄ anteriores cōstōnes decreuerūt, sancimus. Da. Id. Mar. Arc. A. 2. & Ruf. Coss. [5] † Consti.

*Ex lib. 3. ti. 9. l. 1. in fi. C. Th.

3 † Dn.

a *Constitut o.*] quam habes sup. eod. l. hac edictali, in princ.

b *Necessitas.*] s. si aliqd vult dare, quasi diceret non plus.

c *Quantum filio*] hysteron proteron. sic, & Insti. de l. Aquilia, §. iniuria.

d *Vendicare*] imò & illa concedit exhæredare: sed dic illud à cōpositorib. additū, vel illud verum in beneficij legis Leo.

e *Suam antiquitatē.*] i. maiores suos. Et pt hic legi authen. q̄ dicit sic: Mater tamē filijs donans, si ad secundas nup. venerit, nō poterit occasione ingratitudinis reuocare, nisi ex trib. causis: si filius vitæ matris insidiet, aut manus impias inferat, aut circa toti⁹ substātię ablationem agere aliquid aduersus eam declaret, vt in Auth. eo. §. mater. coll. 4.

f *SI filij.*] cum recitat primū hui⁹ l. caput Cuia. hęc adijcit, quę tñ potius pro interpretatione accipienda videtur. nam pars, quę ei competebat, transit ad hæredes ei⁹, siue frēs sint, siue extranei, deducto tantū eo pro rata, quod apud parentem ex casu orbitatis, siue mortis liberorum remanere debet. Verū Gręcam huius cōstitutionis epitomen ab Antonio Augustino editā relinquimus.

1 † Dn. de eis cum.

SI SECVNDO nupserit, &c.

De pœnis secundo nubentiū dixit s. ti. 1. generaliter: nunc specialiter in casu vno.

SI. *vsumfructum.*] CASVS. Si vir vxori suæ vsumfructū rerum suarū reliquerit in vltima voluntate, & illa ad secundas nupt. conuolauerit: an vsumfr. retinere possit, quęrit? Dicitur, quod non, sed filijs restituet: q̄ si filius fuerit impubes, & pp̄ ętatis imbecillitate vsumfr. nō petierit, nec tutorē habuit, & mater vsumfru. vsurpauerit, rem cū fructib. quos percepit restituet, vsum-

2 † genitor.

... rerū donatarū ante nupt. suā obtinente firmitatem. Vitia.

g *Filys.*] legitimæ ætatis. Accursi.

h *Et cum competentibus.*] i. perceptis tm̃, non percipiēdis, s̄m quosdam. & sic intelligunt, quod dicitur s. de vsufr. l. si pater.

i *Ea obseruari.*] vt proprietas amittatur vsufructu retento, si secundo nupserit, vt & supra. l. hac edictali, §. his illud. & l. fœminæ.

SEQVI-

SEQVITVR AVTHENT.

Hoc locum, qua legitur in princ. legis.

HOc locum.] CASVS. Lex Codicis dicit, quod si maritus reliquerit vxori vsumfructum, perdit illum si ad secundas nuptias conuolauerit. Hæc auth. distinguit, aut vir dixit expresse, non perdat, si ad secunda vota migrauerit, & perdet, aut nihil de hoc dicit, & non perdet, licet secundo nubat.

IN AVTHEN.

De nupt. §. si vero solum, coll. 4. const. 1.

Istud auth. secundum vnã lect. legis diuiditur in duas partes. Nam in prima loquiquitur in vsufructu relicto vxori. In secunda loquitur in vsufructu, qui datus inter viuos, vel per se, vel cum proprietate. secunda ibi, sed vsus fructus. Bart.

HOc locum [a] habet, si datus vel relictus fuerit ea lege, vt ex secundis nuptijs interest: * alioquin perseuerat, siue relictus [b] esset, siue donatus, [c] quibus casibus licuit. [d]

¶ Sed vsusfructus in dote siue ante nuptias donatione lege permissus, non potest à testatore derogari. [e]

TITVLVS XI.

De dotis promissione, & nuda pollicitatione.

Dos incerta re & genere, ex pacto nudo non potest peti, etiam si nudum sit pactum in scriptura redactum.

a Hoc locum.] i. talis vsusfructus amissio.

b Relictus.] per legatum, vel fideicommissum.

c Donatus.] inter viuos.

d Licuit.] s. constante matrimonio: quod dic per exempla vt ff. de donat. inter virum & vx. l. si sponsus, §. concessa, & ff. si maritus, & §. si qs, & l. quod si vir, & l. quod adipiscendæ.

e Derogari.] argum. in auth. constitutio quæ de dignitati. §. pen. coll. 6. Et est ratio in superiori casu: quia conditio nõ nubendi secundo, non est in vidua improbata, sed in virgine sic: vt infra, de indic. vidui. l. 2. & in authen. cui relictum. Item aliud est forte in vsufructu aliorum lucrorum, quibus poterit derogare testator. Sed quid si dicat vir, relinquo eam dominam & vsuariam, vel dominam & vsufructuariam, quid habebit mulier per talia legata? Videtur quod nihil, vt ff. de re iudic. l. vbi repugnantia. Econtra quod sic, vt sint duo legata, l. plenæ proprietatis, & vsusfructus, vt ff. de vsufruc. leg. l. si Titio fundus. vnde cum proprietatem non habeat, quia testator alium instituit, habebit vsumfructum per legem illam, sicut & alias dicitur, lego vsumfructum habitationis: nam vsum habitationis videtur legare, vt sup. de vsufruc. cum antiquitas. Alij dicunt eo plus quod hæredes iure fideicommissi teneantur restituere hæreditatem, sed secundum consuetudinem 1 sic, & hic cum dicitur dominam & vsufructuariam, debet habere alimenta. Sed an extraneis institutis habet locum eadem consuetudo. Quidam quod non: alij quod sic, sed de iure videtur quod sic vt ff. de leg. & senatusc. l. de quibus: & inf. quæ sit longa consuet. l. 1. Econtra quod non: quia plenius filijs quam extraneis hæreditas debetur, vt infra, de codicil. l. fin. prædictus tamen vsusfructus non valet vltra dodrante, vt ff. de vsufruc. l. omnium. & æstimatur, vt ff. ad leg. Falcid. l. hæreditatum. Item ad hoc infra de indi. vidui. l. fi. & no. in Auth. de trien. & sem. §. prohibemus, coll. 3. & expresse ff. de vsufr. leg. l. vxori 2. Sed an idem in extraneis institutis. Dico idem. Vel dic, quod non, quia alia ratio est ibi, v infra de codic. l. fin. Sed argum. contra, ff. de leg. & senatusconf. l. de quibus, 2. respon.

* No. hic secundum Bar. quod si dicat testator, donec honeste & caste viuit, qđ ex hoc, si trãseat ad secũda vota, nõ amittit vsumfr. nã adhuc dicit honeste & caste viuere.

1 Aliàs legitur hic: sed secundũ ↄsuetudinẽ scriptã in curia Bulgari, debet habere alimenta.

DE DOTIS PROMISSIONE.
& nuda pollicitatione.

Dictum est de nuptijs tam primis quã secundis. cumque vtriusq; dos accedere soleat, ea rõne de eius promissione, vel pollicitatione supponit. Et est pollicitatio solius offerentis promissio: quæ pars quidem pacti est, sed ponit partem pro toto, vt ff. de pollic. l. prima.

FRustra.] CASVS. Si paterfamilias pro familia sua in genere dotem promittat, nec reddit, nec de tali promissione dotis generali conficitur instrumentum: an maritus eam petere possit, quæritur? Dicit quòd non. & ita dos generaliter promissa puta dicẽdo sic: promitto dotem, peti non potest.

h. d. Bal Vel sic: Duo specialia circa idem non possunt cõcurrere. h. d. & ad hoc semper allegatur. Salic.

Imp. Alexander A. Claudiæ.

LEX PRIMA.

FRustra * existimas actionem tibi cõpetere, quasi promissa dos tibi, nec præstita sit: cum neque species vlla, neque quantitas [f] promissa sit, sed hactenus nuptiali instrumento ascriptum quod ea, quæ nubebat, dotem [g] dare promiserit. PP. Cal. August. Pompeiano, & Peligno Coss. 1 † 232.

Qui promittit vsuras dotis, videtur ipsam dotem promittere. h. d. Bald.

Imper. Gordianus A. He-

LEX II.

SI pro 2 † dote promissa vsuras dare socer tuus spopondit, id quod deberi ostenderis, [h] competens iudex solui præcipiet. [i] PP. xij. Cal. Septemb. Pio, & Pontiano Coss. 3 † 239.

f Neque quantitas.] scilicet certa vt habeat locum contrarium. Vel dic, quòd nec certa, nec icerta, & sic nullum est contrarium.

g Dotem.] quæ nisi certa sit, non potest peti, vt hic, & argum. supra mandati, l. salarium, & ff. de verbo. oblig. l. ita stipulatus in prin. & l. triticum. Sed contra, ff. de iure dot. l. cum post §. gener. Sol. ibi i arbitriũ boni viri erat collata hic autem nullius. secundum Azonẽ. Vel hic promisit se daturũ ibi constituturum hæc non valet, vt infrà eod. l. si cum, vbi daturum promisit, & tamen valet. Vel tertio ibi pater promisit, cũ eius officium est dotare, hic extraneus, quę non placet: nam & hic ipsamet mulier promittebat. Tu autẽ dic, quòd ibi interuenit stipulatio, hic non, nec etiam pactum, sed sola scriptura, qua continetur, ꝙ ea quę nupsit, dotem promisit. Sed huic obijcitur, quod ex quo sic est scriptum, præsumitur & factum, vt Instit. de fideiuss. §. fin. & argum. j. eo l. 4. sed in illa l. j. eo. fuit scriptum voluntate iubentis, hic sine voluntate. vel ibi certa quantitas licet minor soluta fuit, vnde propter quantitatem certam pactum ibi intercessisse intelligitur; hic autem tantum dotem promissam contineri in instrumento. Ad aliam dic quod hic iam duo essent specialia, & quod presumerentur solennitates, & ꝙ incerta dos valeret, quod esse non potest. Vel hic nudo pacto. ibi stipulatione fuit promissa, vnde iam oporteret hic esse duo speciala, s. duo quod ex nudo pacto actio daretur, & quod ad incertum, ibi autem ad vnum tantum, s. ad incertum, & eisdem modis solue aliud econtra, inf. eo. si cum ea.

* Vid. Harmeno li. 4. tit. 8 & vide Io. Corras in §. q liberos, n. 170. d ritu nup. & Io. Grot. i l. si is qui pro emptore, nu. 186. de vsucap. vbi intellectus huius l.

1 † Du. Coll.

2 † al. dotare, est, pra.

3 † Du. Cond.

SI pro dote.] CASVS. Pater pro filia centum nomine dotis promisit, & usuras si sua die non soluerentur. si aliquo tempore vsuras non soluerit, an postea sit compellendus, quęritur? Respond. quod sic.

h Ostenderis.] scilicet dotem & vsura promissam. & idem si tantum usura esset promissa, nam quod alias facit solutio usurarum per longum tempus, ut ff. de usur. l. cum de in rem uerso. hoc debet stipulatio facere per totam horam, ut infra, ad legem Falcid. l. fin. & sic etiam hic quidam dicunt quod non fuit promissa sors nisi fictione iuris. per hoc, scilicet quod usura fuit promissa a socero dicente, & promittente usuras pro centum in dotem datis. ex hoc enim & ad ad sortem dabitur ex tacito pacto. arg. inf. eo. si uoluntate. Et si hoc approbes, procedit argum. glos. & poterit tolerari. Iac.

i Præcipiet.] proposita certi condictione ex stipulatu, si tamen

men tu vir subeas onera matrimonij: secus si pater munerit, vt ff. de iure dot. l. cum post. §. in domum, & ff. de except. do. l. An autem dicendum sit idem, si sponsus exhibeat, quæritur. quod satis dici potest, vt tunc scilicet habeat fructus & vsuras: alias non.

Si cum ea. CASVS. Si pater pro filia marito non certam dotem, sed qualem ipse arbitratus esset, promisit, nec fiet placitis, condictio certi ex stipul. compelletur eam declarare: alioquin recurret ad arbitrium boni viri.

a *Arbitratus.*] scilicet is qui dotem promisit.

b *Actionibus.*] id est actione, puta certi condictione ex stipulatu.

c *Videtur.*] fauore dotis etiam certa intelligitur quantitas, quę scilicet colligitur ex facultatibus, & secundum dignitatem viri, vt ff. de iure dotium, l. quæro. & l. cum post. §. gener. & sic est contra, supra eod. l. prima. §. dibi soluti, quia hic est ad arbitrium. Item nota ad arbitrium boni viri recurri, & sic à persona recedi, vt ff. de regu. iu. l. in personam, §. generaliter. & infra pro socio, l. si societatem, v. col. & ff. de contrahenda emptio. l. hæc venditio. & sic faciunt ad quæstionem eius, qui se cum pignoribus compromisit in offensum. Sed argumen. contra, vt à persona non recedatur, vt ff. de verbo. obl. l. si quis arbitratu. & ff. pro socio, l. si ita coita.

1 † Duar. quam.
2 † Si pro dote.
3 † Duar. promisit.
4 † ad. promissi.
5 † more.

Si voluntate.] CASVS. Pater pro filia centum dedit nomine dotis, fecit confici instrumentum, quo continebatur maritum fuisse confessum se recepisse 200. tacite videtur pactum de dandis 200. & ea maritus petere potest.

d *Petendis.*] id est petes tu vir: nisi animo nobilitatis simulandi hęc sunt, ut faciunt dopare, ignobiles cum nobilibus quia dotalia acci. iant. Et nota mirabilem fictionem, cui est argum. contra in mutuo, vt de dona. si i... uet. Lqui ... contra ... facit sup. de non numer. pec. l. in contractibus, §. l. ... de rei vxo. act. l. vnica, circa princ. & est hoc speciale in dote.

6 † Dasy. miano.
7 † Si pro te pater.

Qui committit se in arbitrium stipulatoris, videtur se committere tanquam in arbitrium boni viri. h. d. Bal. Etiam si promittens sit extraneus. Salic.

Idem A. Claudio PP.

LEX III.

SI, [1] † cum ea, quæ tibi matrimonio copulata est, nuberet, is, cuius meministi dotem [2] † tibi non addita quantitate, sed quodcunq; arbitratus [a] fuisset, pro ea daturum se ritè [3] † repromisit, & interpositæ stipulationis fidē nō exhibet: competentibus actionibus [b] vsus, ad [4] † repromissi emolumentum iure [5] † iudiciorum peruenies. videtur [c] enim boni viri arbitrium stipulationi insertum esse. PP. Calen. Ian. Sabino, & Venusto Coss. 241.

Ille, qui confitetur ex causa dotis plus recepisse, quam recepit, potest agere vt id, quod non recipit recipiat. h. d. Bald. non est alibi.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. & CC. Rufo.

LEX IIII.

SI voluntate dotantis in dotali instrumento plura tibi tradita scripsisti, quam suscepisti, intelligis de ijs, quæ desunt, petendis, [d] pactum esse consecutum. [e] S. Non. April. AA. Coss.

Ex promissione dotis agit maritus, non mulier. h. d. Bal.

Ijdem AA. & CC. Dasumianæ. [6] †

LEX V.

SI pater [7] † marito tuo stipulanti promiserit dotē: non tibi, sed marito contra successori soceri [f] competit actio. [g] dat. viij. Calend. Decemb. AA. Coss.

Dos promissa nudo pacto cum scripturam vel sine scriptura, peti potest h. d. Vel sic: Ex nudo pacto dotis præstandæ oritur actio h. d. Bald.

Impp. Theod. & Valent. AA. Hierio Præfecto Præt.

LEX VI.

AD exactionem dotis, quam semel præstari placuit, qualiacunq; sufficere verba censemus, siue scripta fuerint, siue non: etiam si * stipulatio [h] in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta. Dat. 10. Cal. Mart. Constantinopol. Felice, & Tauro Coss. 428.

Pater simpliciter dotando filiā, non exprimendo de quo patrimonio, videatur dotasse de proprio patrimonio ipsius patris: si vero expressit quod dotabat de proprio patrimonio, & filiæ: tunc si est soluendo, intelligitur dotasse de proprio: si verò non est soluendo, intelligitur dotasse de patrimonio filiæ. h. d. ista lex singularis, & vnica, & est vna de quinquaginta decisionibus Iustiniani. Bal.

Imp. Iustinianus A. Ioanni PP.

LEX VII.

SI pater * dotem pro filia simpliciter [i] dederit, [k] vel pro filio ante nuptias donationem fecerit, [l] habeat autem filius, vel in ptāte constitutus, vel forte emancipatus res maternas, vel ex alio modo tales, quæ acquisitionē effugiunt, [m] quarū vsusfructus solus apud patrem manet, vel quocunq; modo poterat quasdā actiones contra patrem habere: [n] dubitabatur apud veteres, vtrū ne videretur pater ex ipso debi-

quiritur patri, vt aduentitias castrensia, & quasi castrensia.

n *Habere.*] cum sit emancipatus. Vel dic inspecto naturali iure. Vel dic ipsis, in quibus pater habet vsumfructum.

e *Consecutum.*] agetur ex prima stipulatione, & si excipiatur confessione, replicabitur de tacito pacto.

Si pater.] CASVS. Pater pro filia promisit dotem marito filiæ, & decessit. an hæredem patris filiam pro dote conuenire possit, quæritur? Dicitur q; non. sed maritus.

f *Soceri.*] scilicet sui, i. patris tui, sed si tu es hæres, & qualiter cum fratribus, de tuo est tota dos soluenda vt ff. de collatio. dot. l. 1. §. penult. & inf. de coll. l. 2.

g *Actio.*] secus in legato, ut ff. de legatis tertio, l. fideicommissa. §. interdum, secundum Ioan. & de legatis primo. l. seruo legato. §. si testator. Accursius.

Ad exactionem.] CASVS. An dotis conuentio stipulatione non interueniente, & ita nudo pacto fieri possit, quæritur? Dicitur quod sic, & ita ex nudo pacto agi potest, quod est speciale in dote.

h *Stipulatio.*] Speciale vt ex nudo pacto oriatur actio, vt hic, & j. de donat. l. si quis argentum, sed regulariter contra, ut supra locati. l. si tibi. sed hodie fingitur in esse stipulatio, vt inf. de rei vxo. actio. circa princip. Est & secundum speciale in dote, sup. e. l. 2. Item tertiū, sup. eo. l. si voluntate. & facit j. de testamen. l. quoniam indignum. & sup. de nō num. per. l. generaliter. & instit. de verb. oblig. §. in hac. & su. ad Velleia. l. generaliter. Accur.

* Etiam si dictio, vel stipulatio & c. l. 3. C. Th. Tribonian * verbū, dictio, sustulit pp sublatā solēnitatē dotis dicendæ. Idē factū in l. 1. inf. de iure dot. Dos autē dicebatur solennibus verbis sine stipulatione vide l. 48. in. dot. veluti ita, de cm doti sibi erūt. l. 46. ff. de iu. dot. a *** mihi dēs, doti bi erit. l. 44. § 1. l. 46. §. 1. l. 57. de iu. dot. Got.

Si pater.] CASVS quod mihi. Si pater pro filia dotem dedit, vel dare promisit, nec exprefsit ex cuius patrimonio, scilicet, an filiæ, an patris, præsumitur de bonis patris, & non filiæ. Si vero expressit de bonis patris & filiæ, si in pater sit soluendo, de proprijs bonis ipsius videtur dos constituta, si non, de bonis filiæ. Viui.

* Intel huius l. vid. g. Fort. Gar. in l. iutis. gentiū, n. 96. de pac. & per Ant. de Peru sio i l. 1. ff. de iurciur. n. 112. & per Coras. in l. qui liberos. ff. de ritu nup. nu. 98. 60. & 227. infra. fam. erc.

i *Simpliciter.*] id est de iurciur. nō designato ex quonam patrimonio.

k *Dederit.*] per destinationem.

l *Fecerit.*] destinatione.

m *Effugiunt.*] i. nō acq. & in l. filiū quem

to, dotis, vel ante nuptias donationis fecisse promissionē, vel [1] † dationē, vt sese ab huiusmodi nexu liberaret: an debitum quidem remaneret in sua natura, liberalitas autem paterna dotem, vel ante nuptias donationem [2] † dare suggessisset.

¶ Et in tali dubitatione multa pars legumlatorū sese diuisit: alio etiam incremento huiusmodi quæstioni addito, si fortè dixerit in instrumento dotali, ex rebus paternis, & maternis dotem, vel ante nuptias donationē dare, vtrum pro dimidia parte videatur datio, [3] † vel promissio facta esse, an pro rata [a] portione vtriusque substantiæ.

¶ Vtramq; igitur dubitationem [4] † certo fine tradentes sancimus, si quidem nihil addendum existimauerit, sed simpliciter dotem, vel ante nuptias donationem dederit vel promiserit, ex sua liberalitate [b] hoc fecisse intelligi [c] debito in sua figura remanente. * Neque enim leges incognitæ sunt, quibus cautum est, omnino paternum [d] esse officium, dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie. Liberalitas itaque talis remaneat vera, [e] & irreuocabilis, vt & [5] † puro nomine liberalitas & debitum suam sequuntur fortunam.

¶ Vbi autem ex rebus tàm suis, quàm maternis, [f] vel alijs, quæ non acquiruntur, vel ex suis debitis, dixerit se fecisse huiusmodi liberalitates, tunc si quidem penitus inopia tentus est, ex illis videri rebus dotem, vel ante nuptias donationem esse datam, quæ ad filios, vel filias pertinent. [g] Si vero & ipse substantiam idoneam [h] possidet, in hoc casu quasi de suo patrimonio dotem, vel ante nuptias donationē dedisse intelligatur. [i] Poterat [k] enim secundum suas vires dotem pro filia, vel ante nuptias donationē pro filio dare, & consentire [l] filijs suis quā voluerint partē, vel fortè totam suam substantiam quam habent, paternæ liberalitati [m] pro dote, vel ante nuptias donatione aggregare, vt reuera appareat quid ipse velit dare, & quid de substantia filiorum proficiscatur: ne dum effuso sermone sese iactet, in promptum incidat sui periculum. [n] Da. Calen. Nouemb. Lampadio, & Oreste Coss. 530.

TITVLVS XII.

De iure dotium.

Vbi constitutio dotis incipit a promissione, re euicta, potest agi de euictione: sed vbi incipit à traditione, de euictione non agitur, nisi res æstimata sit data, vel dolus dantis dotem, vel tradentis intercesserit. h. d. Bald.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Nicephoro.

LEX PRIMA.

EVicta re, quæ fuerat in dotem data, si pollicitatio, [o] vel promissio [p] fuerit interposita: gener contra socerum, vel mulierem, seu hæredes eorum condictione, [q] vel ex stipulatione [r] agere potest.

---

a *Pro rata portione.*] vt plus de maiori substantia dare videatur.

b *Ex sua liberalitate.*] id est ex substantia.

c *Intelligi.*] secus præsumam in auo materno, argum. ff. de negot. gest. l. Nesennius. Nam ibi non compellitur auia dare alimenta, quia nepotes sufficientes erant: hic autem sic dotare licet filij sufficiant sibi.

d *Paternum esse officium.*] vt & ff. de ritu nupt. l. qui liberos. non maternum, vt j. tit. 1. l. neque mater. nisi quando esset hæretica, vt supra de hæretic. l. cognouimus. Quid autem si extraneus dotem pro muliere promisit: de cuius patrimonio videtur promittere, de suo, vel mulieris, siue patris mulieris? Respond. mulieris, vel patris, quasi eius gerat negotium, nisi aliud probetur. argumen. ff. de neg. gest. l. Nesennius. & ff. de administrat. tutor. l. cum post mortem, §. primo. & de legatis tertio. lege vxorem, §. pater.

e *Vera.*] non ficta, quod pater iactet se dare de suo, & de substātia filiæ detur, vt infrà eadem l. in fine.

f *Maternis.*] filio delatis.

g *Pertinent.* Sed hoc quid prodest patri: nam & si hoc nō præsumeres, tamen non cōdemnaretur pater, nisi quantum facere potest, vt ff. de re iudic. l. sed cum hoc. Respon. prodest, quia si perueniat hoc casu ad meliorem fortunam, non poterit conueniri, cum iam solutum est marito. secus autem de suo præsumeres eum promisisse.

h *Idoneam.*] scilicet tantam, vel talem, ex qua commode poterat hanc dotem pro filia dare. & accipe commodè, id est secundum dignitatem, & facultatem suam, vt ff. de verbor. signi- ficat. l. nepos Proculo. & ff. de iu. dotium. l. quæro. Sed in casu superiori indistinctè videtur teneri de suo dare pater. argumento ff. de vsuris. l. si stipulatus. sed fortè fauore dotis potest hic dici contrarium, quia hæc lex videtur velle notare differentiam inter primum, & secundum casum.

i *Intelligatur.*] scilicet totum.

1 † Donationem.

2 † Se. Dos si per extraneū promittitur, de cuius patrimonio promissa præsumitur.

3 † Donatio recti[p].

4 † al. dubitatem.

* An id iō receptum, quod præsumitur se obligatione naturali voluisse liberare vt vult Bald. An potius q pater durius obligat ex officio paterno, q ex lege est, q̄ ex gestione, & administratione bonorū filię, vt ita in duriorem casum videatur promittere, & soluere. l. 4. 5. ff. de solutio. vt vult Myns. cen. 5. obs. 32. An potius, quod inter coniunctissimas personas donatio facilè præsumitur? An quia dans, vel promittēs in dubio intelligit promisisse de suo, vt vult Alcia. præsum. 26. Goth.

5 † Du. & deest.

k *Poterat.*] ratio vtriusque.

l *Consentire.*] repete poterat, &c.

m *Liberalitati.*] id est ei, quod pater dedit.

n *Periculum.*] & sic, qui se iactauit se obligat. sic ff. de seruit. vrbanorum prædiorum. l. barborem. §. penult. & ff. de regulis iur. l. in ambuis. argumen. contra ff. de contrahen. empt. l. ea quæ.

DE IVRE dotium.

De dotis promissione, & de priuilegijs circa promissionem dotis competentibus dictum est: sequitur videre de iure quod circa dotes promissas & præstitas est inductum. Azo.

E *Victa.*] CASVS. Pater pro filia dedit fundum in dotem, postea euictus est. an maritus possit agere de euictione, quæritur? Distinguitur: aut incipit dos à datione, aut à promissione. si à promissione, scilicet quod promittebatur de ea præstanda, agat ex stipulatu. si à datione, aut erat æstimata, aut non. Primo casu agat actione ex empto vtili ad interesse. Secundo casu aut intercessit bona fides dantis, aut non. si sic, non aget: si non, aut intercessit mala fides, scilicet mulieris dantis, aut extranei dantis pro ea. Primo casu datur actio in factum. Secundo casu, actio de dolo.

o *Pollicitatio.*] sine interrogatione præcedente, vt ff. de pollic. l. 3.

p *Vel promissio.*] cum interrogatione: & dic de dote dandatum hic, quam in superiori casu. Vel quod est melius de tradenda, quo casu potest ad interesse agi: quod non esset in superiori casu, sed ad æstimationem tantum: vt ff. de verborum obligationibus. l. si dum tradi. Vel tertio, scilicet de euictione præstanda.

q *Condictione.*] scilicet certi. Vel dic condictione ex hac lege. Et nota, quod ex nudo pacto datur hic actio. prout ad pollicitationem respicit: & sic contra argum. suprà de pact. l. ex conuentione.

r *Ex stipulatione.*] id est, certi condictione, quæ datur

ex stipulatione, quasi nec sit datum, cum sit euictum: vt ff. de verborum obligat. l. vbi autem, §. fin. & ff. de rer. permutil. prima.

a *Intercesserit.*] si ? datione dos cœpit, sic & in donatione distinguitur, an teneatur de euictione donator, vel non per legem istam.

Donator an teneat de euictione.

ADDITIO. Vide glo. in verbo, venditionis. in fi. in §. perficiuntur. inf. de do.

b *Ex empto.*] Quia æstimatio facit emptionem, vt ff. eod. l. plerumque. & l. quoties. & suprà de pact. l. ex conuentione.

* His notis inclusa in quibusdam Codicibus non habentur.

c *Marito.*] iure veteri. & facit ff. de ædil. edict. l. ad res. & de dona. l. Aristo sed hodie secundũ Azo. ex stipulatu cõpetit, quia semper fingitur interuenisse, vt infrà de rei vxo. actio. §. 1. Sed nos contra. nec enim ibi dicitur, quod detur ex stipulatu, sed quod rebus euictis tacita est hypotheca cõstituta, vt ibi dices.

2 † Sed.

d *Interposito.*] vtpotè, quia res aliena data est.

e *Aduersus eum.*] scilicet extraneũ dotem cõstituentẽ, nõ autẽ mulierẽ, vt subijcit.

f *Famosa.*] vt infrà re. amo. l. diuortij.

g *In factum.*] i. nomine doli datur in factum: & sic intellige quod est ff. eo. l. cum post, §. cum res. Sic ergo ex prędictis collige, cum datur res in dotem, aut æstimata, aut non. Primo casu, aut ęstimatio, vt pretiũ restituatur, & tũc ex vendito, & re euicta, ex empto cõpetit vtilis ad interesse, vt ĩ. eod. tit. quoties aut. ideo vt appareat inquantum res deterioretur: vt eo pretio, quo æstimata est res, restituatur, vt ĩ. eo. si inter virum. & ff. eod. d. l. cum post. §. cum res. quo casu idem est, ac si non esset æstimata. Itaque cum non est æstimata, aut initium capit dos à datione, aut à promissione: si à datione, aut promissum est de euictione, & agitur ex stipulatu re euicta: aut non est promissum, & tunc vel bona fides dantis interuenit, vel mala: si bona, re euicta non agitur: si mala, agitur de dolo aduersus extraneum dantem: sed si mulier, vel pater eius dedit, agitur actione in factum in defectum famosæ actionis de dolo. Vbi autem res siue dos incipit à promissione re euicta, agitur ex stipulatu, ac si data non esset, vt modo diximus.

Dotẽ dans an teneatur de euictione.

¶ Sin autem nulla pollicitatio, vel promissio intercesserit,[a] post euictionem eius si quidẽ res æstimata fuerit, ex empto[b] competit actio.* (Si verò hoc nõ est factum, si quidem bona fide eadem res in dotem data est, nulla marito[c] competit actio.) dolo autem dátis interposito,[d] de dolo actio aduersus[e] eum locum habebit, nisi à [2]† muliere dolus interpositus sit. tunc enim, ne famosa[f] actio aduersus eam detur, in factum[g] actio competit. PP. Dat. Cal. August. Mutiano, & Fabiano Coss. 202.

Filia agens ex proprio contractu, non agit pro hæreditaria portione, sed secundum formam contractus: potest tamen exceptione repelli, si instituta sit animo compensandi: seu iussa est esse cõtenta portione institutionis. & prelegatis, iussaq; non petere à marito. hoc dicit Bal. Vel sic: Filia, quæ sibi fuit stipulata partem dotis maternæ de matris voluntate, non prohibetur illam petere, etiam si à matre fuerit instituta in minori parte: nisi probetur quod mater eam instituit, ne à viro eius peteret. h. d. Salyc.

k *Subiecta est.*] scilicet pacto præcedenti super eodem.

i *Eius.*] stipulationis, quia solutum matrimonium est.

k *Secundum quod.*] dixit in genere: nunc in specie.

l *Si Polla.*] pro qua mater dederat dotem.

m *Donandi.*] causa mortis, vel verius mortis causa capionis, quod est ac si inter viuos.

Imp. Antoninus A. Aluuiadi.[2]†

LEX II.

SI stipulatio[3]† de restituẽda portiõe dotis datę subiecta[h] est, conditioque eius[i] extitit: habet ex ea actionem is, in cuius personam vtiliter concepta, commissaq; est: secundum quod,[k] si Polla[l] soror tua de restituẽda sibi parte dotis habet actionem, eo quod mater vestra donãdi[m] animo passa est partem dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari:[n] metuere non.[d]ebet doli exceptionem, quod[o] matri suæ, quæ pactũ interposuit, hæres ex minore[p] quam dimidia portione extitit: nisi liquidò probatum fuerit matrem eius mutasse dotis pacti voluntatem contentamq; esse[q] voluisse, filiam suam pro portione hęreditatis pręlegationibus, maritumque suum exactione[4]† liberari voluisse. PP. Dat. 3. Cal. Aug. Antonino A. 4. & Balbino Coss. 214.

Seruus dotalis potest per virum in testamento & inter viuos manumitti. hoc dicit Bal. & Salyc.

Imper. Alexander A. Euphemio.[5]†

LEX III.

ETsi[r] dotis exactio, de

n *Stipulari.*] & aliam lucraretur vir.

2 † Du. alluuiali. al. Alcibiadum.

o *Quod.*] id est quia.

p *Ex minore.*] quam dimidia, per quod videbatur intantum stipulationem etiam dotis diminutam.

3 † Vtilis.

q *Contentamque.*] id est, voluisse filiã contentam esse eiusdem partis dotis, cuius & hæreditatis. Vel dic quod voluit, quòd nõ haberet aliquid de dote propter. hæreditatem: & secundum has duas expositiones impropriè ponitur prælegationibus, id est beneficijs dotis, cum non esset in testamento relicta, sed inter viuos data, id est concessum ius petendæ dotis. sed ideò dicitur pręlegatio, quia in tempus mortis fuit concessum ius petendi, & sic mortis causa donatio, vel capio: sicque simile legato, vt infrà de donatio. causa mortis. lege fina. Vel dic tertio secundum Ioannem prælegationibus, id est, quibusdã rebus, quas sibi prælegauit prælegationibus dico valentibus proportione hæreditatis, nam non valet prælegatio pro ea parte, pro qua est hæres, sed pro partibus cohæredũ, vt ff. de legatis primo. l. legatum vlti. §. primo. & hoc intellige salua Falcidia ipsi filiæ. Collige ergo hic, quod ita demum reuocat mater, si aliquid pro hoc reliquit, quod accipit filia; sic est contra, ff. de legatis. tertio. lege cum quis decedens, §. nuptura. vbi sola pœnitentia reuocat. Solutio hic valuerat filiæ donatio inter viuos: ibi non, sed pro se matre. vnde hic non potest suum consilium sola pœnitentia in alterius mutare iniuriam, idem si esset mera donatio causa mortis, quia sola pœnitentia posset reuocari, si solo nudo pacto esset inita, & sic inualida iure veteri, vt ff. de donationibus. lege finali. & facit ff. de dote prælegata. l. Seia, & de alimentis legatis. l. penultima. & soluto matrimonio. l. quæ dotis. & de pactis dotalibus. l. cum maritus. §. finali. & supra de hæreditat. actio. si adulta. & infrà de donatio. quæ sub mo. l. quoties.

4 † Actione.

5 † Euphemio. alias, Eutono.

SI stipulatio.] CASVS. Materfamilias duas habens filias Seiam, & Pollam; pro Seia dedit centum in dotem, & passa est Pollam stipulari mediam partem dotis sibi reddi animo donandi causa mortis in casu dissoluti matrimonij, mortua matre; decessit mater. Polla instituta hærede pro tertia: si dissoluatur matrimonium, vel diuortio, vel morte, an possit petere medietatem dotis sibi reddi, aut tertiam, sicut fuit in tertia instituta? Respondet, quòd potest petere medietatem, nisi probetur matrem mutasse voluntatem.

ETsi dotis.] CASVS. Pater pro filia mancipium dedit in dotem, & maritus in testamento suo reliquit fideicommissariam libertatem: an pater ad quem dotis exactio pertinet, possit libertatem reuocare, quæritur? Dicitur quod non, cum maritus etiam inter viuos poterat eum manumisisse.

r *Etsi dotis.*] id est quamuis.

a *Dotalibus*. & sic inæstimatis, vt inf. tit. 1. §. & cum lex.
b *Reuocari non debuit*. hoc si vir est soluendo, vt & infra, de ser. pig. da. manumis. l. 1. & l. fin. & ff. de manumis. l. seruum dotalem, & ff. sol. matr. l. dotalem. Item no. hic maritū dominum rei dotalis, vt sup. de rei vend. l. doce, & dices infra eodem l. in rebus, nec obst. ff. sol. matr. l. si cōstante, §. si maritus, vbi dicūtur dotales serui alieni, i. nō viri: sed illud propter spem, non rem. Inde est, q̄ vir iubet seruo dotali hæreditatem adire vel repudiare. sed M. & P. dicunt verum reddere vxori interim quæsita vsq; dum adeat, per quod etiā probatur, quòd vir est dominus, vt ff. sol. matrimo. leg. seruus dotalis, in fine nec mirandum, si quod seruus dotalis acquirit non ex re viri, vel opera sua, vxori vir restituat vt ff. de acqui. hæred. l. aditio. Nam & idem est in seruo vendito, qui redhibet, de quo constat, quòd fuit fructus emptoris, vt ff. de ædilitio edic. l. & generaliter.

1 † pertinere, Da.

2 † Du præstitam reuocare nō debuit.

functa in matrimonio filia, potuisset ad patrem pertinere,[1] † dotalibus [a] tamen seruis maritus testamento directam, & fideicommissis libertatem iure dedit, & præstita [2] † reuocari non debuit, [b] cū inter viuos manumittēdi mācipia dotalia, constante matrimonio, liberam habeat maritus facultatem. PP. 6. Id. Decemb. Antonino, & Alexandro Coss. 223.

Breuis est, & per se patens, dicit enim quòd mulier marito suo potest dare in dotē omnia bona sua: quod intelligo non solum præsentia, sed & futura, si de futuris cauetur expressè: alias in vniuersali dispositione translatiua dominii futura non veniunt, hoc dicit Bal.

Idem A. Valentiniano.

LEX IIII.

NVlla lege prohibitum est,[c] vniuersa bona in dotem marito fœminam dare. PP. 4. Id. Iul. Maximo 2. & Aeliano Coss. 224.

Si res æstimata est in dotem data, soluto matrimonio res retinetur per virum, si æstimatio offeratur, h. d. Bald. Vel sic: Æstimatio facit emptionem, sed maritus habet electionem, restituat rem vel precium, hoc dicit.

NVlla. CASVS. Omnia quæ habet mulier, potest dare in dotem. & hoc nulla lege prohibitū est, Viuia.

c *Nulla lege prohibitum est*. imo permissum est, vt ff. eo. l. mulier bona, nec obstat supra, de inoffic. dotib. quia non reuocatur ibi, quia omnia dedit, sed quia inofficiosa erat pro filiis. Item eodē modo nō obst. sup. de secun. nupti. hac edictali, in pri. qa & ibi nō ideo quia omnia, sed quia iniuriam facit filijs primi matrimonij. Item eodem mō non obstat supra, si aduersus dotem, l. 1. & ff. de minorib. si ex causa, §. in dotis, quia & ibi, non quia omnia, sed quia non erat vir dignus tam magnam dotem habere, & sic læsa. Item nec obstat quod dicitur, quod immobilia non possunt à minore alienari, & sic nec in dotem dari, quia illud est falsum, quia possunt ex hac causa alienari, vt ff. eodem l. Titia, & inf. de admin. tutor. lex quæ tutores, & inf. de præd. min. l. prædia. & inf. si ma. fac. ra. hab. l. fin §. fin. Sed arg. est contra, in eo. ti. de pd. min. l. ob æs. sed & hoc posito tamen non quia omnia, sed quia huiusmodi rei prohibita esset alienatio, & idem si datum est aliquid ea lege, vt non alienet. Item nec obstat, ff. eodem l. iure succursum, §. fin. quia ibi alia deceptio (non quia omnia, si modo maritus esset dignus) rescissionem inducit, & eodem modo respondeo ad ea quæ dicuntur ff. eodem, si res, §. 1.

QVoties. CASVS. Pater pro filia dedit viro fundum æstimatum in dotem, vir tamen non habet necesse soluere ipsi fundum, sed æstimationem, sed an maritus si æstimationem soluere voluerit, possit fundum retinere, quæritur? Dicitur, quòd sic: nisi conuenisset, vt ipse fundus soluto matrimonio redderetur, quo casu fieret, quod conuenit.

Idem A. Statiæ.

LEX V.

QVoties res æstimatæ in dotem dantur, maritus dominiū [d] consecutus, summæ velut precij debitor efficitur. Si itaque non conuenit,[e] vt soluto matrimonio restituerentur, & iure æstimatæ sunt, retinebit [f] eas, si pecuniam tibi offerat. [g] Dat. 3. Id. April Alex. 2. & Marcello Coss. 227.

Extraneus dotans, ex nudo pacto incontinenti apposito sibi actionem quærit, pater vero communem actionem patris, & filiæ sibi nudo pacto consolidare non potest, h. d. Bal. Vel sic: Pater ex nudo pacto incontinenti apposito super dote profectitia sibi restituenda, agere non potest: mater vero, & auia sic. h. d. Vel sic: Pater dotans filiam non potest sibi quærere actionem, nisi per stipulationem, cæteri etiam possunt ex nudo pacto, h. d. Salic.

Imp. Maximinus A. Sulpitio

LEX VI.

AVia tua [h] * eorum quæ pro filia [i] tua in dotem dedit, etsi verborum obligatio non intercessit, actionem [k] ex fide conuentionis [l] ad te (si hæres extitisti) transmittere potuit. Nec. n. eadem cā est pris, & matris paciscentiū, quippe matris [m] pactum

d *Dominium*. ex hoc colligitur, quòd quando inæstimatæ sunt, non transit dominium, quod est falsum, vt dicetur infra eo. l. in rebus.

e *Conuenit*. nota ergo duplici modo fieri æstimationem vno vt hic, altero, vt inf. eo l. inter virum.

f *Retinebit*. subaudi maritus.

g *Offerat*. vbi ergo est dictum, cuius eorum sit electio, illius erit, vt infra, de fundo dot. leg. 1. si nihil est dictum viri, est electio, vt ff. eo. l. plerūque, in fi. Item videtur contra, ff. eod. l. si res, §. 1. vbi indistinctè videtur arbitrio viri. sed hoc secundum illam. Item contra, supra de vsu fruct. l. interest. Solu. hoc est fauore mulieris, vel lege legem illam, vt ibi notaui.

AVia. CASVS. Differentiā assignat inter patrē dantem dotem, & extraneum, quia etiam incontinenti non pōt pacisci tantum sibi reddi, nisi interueniat stipulatio, nec actionem sibi, & filiæ quæsitam simplici pacto poterit innouare, extraneus vero utiliter sibi paciscit incontinenti dotem reddi, & habet act. præscriptio. verb.

h *Auia tua*. differentia est inter patrem dantem dotem pro filia, & extraneum, nam pater etiam incontinenti non potest pacisci, vt sibi tantum reddatur sine stipulatione, quia officium paternum est dotare filias. cum enim sibi & filiæ quæsierit actionem, non potest simplici pacto innouare, & extraneus utiliter paciscitur sibi reddi incontinenti, & oritur actio præscriptis verbis, non autem informatur ve-us, quæ nulla est.

* Cōcor. est hac l. 1. ca. inter dilectos, cū gl. super verbo, quod meum, quę ponit casū huius l. extra, de fid. instr.

i *Quæ pro filia tua*. i. pro nepte sua, & sic pro extranea, vt infra titu. 1. §. extraneum, nam idem in quolibet extraneo, vt inf. eo. l. si dotem, & inf. de pac. conuen. l. 1.

k *Actionem*. scilicet præscriptis verbis, & sup. de rerum per mut. l. rebus, & ff. de pact. l. in traditione, & supra, de pact. inter emp. & uend. l. 2.

l *Conuentionis*. incontinenti adhibitæ, quæ valuit, ut dixi: sed non est idem in pacto patris, vere non idem, quippe matris, &c.

m *Quippe matris*. idem in auia, vt in nostro casu, & idem in quolibet, qui non habet personam dotatam in potestate, qui omnes dicuntur extranei, ut infra titu. primo, §. extraneum.

a *Patris*. subaudi, sed.
b *Profectitia*. profectitiam dotem facit non ius potestatis, sed nomen, si modo, vt pater dederit, vt ff. eod. l. profectitia, §. fin. & §. si pater.
c *Competentem*. i. competituram, nam non videtur nasci, nisi demũ soluto matrimonio vt ff. de bo. damn. sed si alia, in & faci: infra sol. matrim. l. dos.
d *Simplici*. sed stipulatione posset incontinenti, non ex interuallo post contractũ matrimonium, vt ff. soluto matrimon. l. quoties, & ff. de pactis dot. l. cum dos, & ff. e. l. post nuptias & infra l. prox. Sic ergo no. hic speciale, vbi ex pacto incontinenti apposito nõ oritur actio. sic, & supra de vsur. l. quãuis, 1. & ff. de relig. l. φ si locus, & ff. de ser. export. l. si seruus. Si q̃ratur ratio, quare diuersum in patre, & extraneo? Respond. quia patri prouisum est per l. fi. ff. soluto, matrim. l. 2. §. 1. quòd non est in extraneo vnde facile est vt sibi possit prouidere, ut infra tit. 1. §. accedit. Item secunda, quia patris officiũ est dotare, non extranei, vt sup. tit. 1. l. fi. & de præter. l. cognouimus, & ideo pactum nudum facilius operatur in extraneo, quàm in patre. Est & tertia, quia cum iam esset actio cõmuniter quæsita, non potest filiæ auferri sine eius uoluntate, vt ff. sol. mat. l. quoties. Sed non ne & sic est acquinta filiæ statum cum auus maternus, vel mater dedit dotem, vt infra ti. 1. §. accedit, & §. extraneum? Respon. sic, sed fingitur non quæsita, ut argum. ff. de nouatio l. cum enim. Et quarta est ratio, quæ redditur hic, quia non potest simplex pactũ nouare, & facit ad legem istam, ff. de condic. ob causam, l. si extraneus.

1 † Maximo.

actionem præscriptis verbis constituit, patris [a] dotis actionem profectitię [b] nomine cõpetentem [c] conuentione simplici [d] minimè creditur innouare. [e] Dat. 3. Id. Februa. Maximino [1] † A. & Africano Coss. 237.

Ius filiæ quæsitum facto patris, non potest ex post facto, ea non consentiente, mutari, hoc dicit Bald. Vel sic: Pater stipulando dotem sibi restitui ex interuallo non prę iudicat filiæ non consentienti, Salic.

Imp. Gordianus A. Marco.

LEX VII.

CVm à socero tuo pro vxore dos tibi daretur, si ea in stipulationem deducta non est sub tempore dationis sed postea: socer tuus tecum paciscendo, [f] si id non ex voluntate filiæ suæ fecit, conditionem eius lædere non potuit. [g] quandoque enim sola [h] de dote experiens, id pactum non debere ad sui dispendiũ operari, de iure defenditur. PP Dat. Calendis Octobris Pio, & Pontiano Coss. 239.

Verba trahuntur ad intellectum. & dispositum in principali, in augmento intelligitur tacite repetitum, etiam in obligatione verbali. hoc dicit, Bal. Vel sic: Sensum magis spectamus, quàm verba. Et pacta inita in aliquo subiecto intelliguntur repetita in eius augmento, hoc dicit, Salic.

e *Innouare*. id est ad nouum esse reducere, scilicet ubi est essentialiter patris, & filiæ communis, vt sit solius patris. Baldus.

C*Vm à socero*. CASVS. Pater pro filia dedit dotem, nec ipse stipulatus est eam sibi reddi, postea pactus est cum marito eam sibi reddi. In secundo casu soluto matrimonio morte, vel diuortio, an præiudicauit filiæ quo minus petere possit, quæritur? Respondetur quòd non, si sine uoluntate filiæ pactum fuisset interpositum. Viuianus.

f *Paciscendo*. vt sibi soli reddatur:

g *Non potuit*. ut & ff. eodem, l. post nuptias, & de pact. dot. l. cum dos secus si ante. ut ff. soluto matrim. l. quoties.

h *Sola*. veluti sui iuris facta emancipatione, uel morte patris, ut inf. ti. 1. §. videamus, uel quia pater sit turpis persona, aut absens, vt ff. sol. matr. l. si cum dotem, §. eo. autem tempore, & facit ff. de minor. l. 3. §. sed verum, in fi. §. & sicut pater non facit filiæ conditionem deteriorem, vt hic, sic nec filia patris, ut ff. sol. mat. l. 2. §. item si voluntate: econtra si fiat pactum ab aliquo eorum, vt prosit, dic vt diximus ff. de pact. dot. l. cum dos, in glo. imò nec, & de pac. l. & hæredi. §. filia. & facit ad l. istam in eo, quòd quædam pacta super dote non valent, vt quæ ad ius respiciũt ff. de pact. dotal. l. si pater, §. ex pactis, & l. 2. & infra tit. l. quãuis, & sup. l. prox.

Idem A. Agripinæ.

LEX VIII.

ETiam si non dotem reddi sibi mater, sed ea, quæ in dotem data sunt, vt eam sequerentur, [i] vel ad se pertinerent; in matrimonio defuncta filia, stipulata sit, durante matrimonio filia decedente, actionem ex stipulatu videri quæsitam, æquissimum esse iudicamus. cui [k] consequens est vt etiam id, quod additamenti [l] causa in dotem datum est, eadẽ actione repetatur. PP. Calen Febr. Sabinó, & Venusto Coss. 241.

Inter fiscum, & mulierem prælatio sumitur ex tempore. h. d. Bal. Vel sic. Mulier in dote præfertur fisco posterius contrahenti, h. d. Sal.

Imp. Dec. A. & Cæsar. Vrbic.

LEX IX.

DOtis tuæ potiorem causam magis esse [m] conuenit, quam reipublicæ, cui postea idem maritus obnoxius factus est. PP. 6. Idus Iunij, Decio A. 2. & Graio [2] † Coss. 251.

Vbi res æstimata datur in dotem, tenetur mulier viro actione ex empto: & commoda, & incommoda rei pertinent ad maritum, hoc dicit, Bald. Vel sic: Quando ęstimatio facit emptionem, mulier mulier tenetur ex empto ad rẽ & marit⁹ soluto matrimonio tenetur ad æstimationẽ, & interĩ periculũ & augmẽtũ spectãt ad maritũ, h. d. Sa.

E*Tiam* CASVS. Mater pro filia dedit dotẽ. nec eam stipulata est sibi reddi, sed vt eam sequeretur, uel ad eam pertinet in casu solutĩ matrimonij morte, uel diuortio, licet illa non fuerit vsa uerbis dotem sibi reddi an ob hoc minus sibi sit ex stipul. pro dote acquisita actio? Dicitur, quòd non: & eadem actione nõ solum dotem repetet sed dotis augmentũ. Viuian.

2 † Graio.

i *Sequerentur*. sic supra, de do. ante nup. l. si cum ante, & ff. de pac. tale pactũ, §. si. Et no. argum. sensũ non verba spectari, sic, & ff. de adim. legat. l. 3. § cõditio. & de contrahen. emp. l. sed Celsus, & infra de liber. præter. l. 3. & ff. de pact. tale, primo respõ. Arg. ff. de pa. l. iurisgẽtium §. verumque.

k *Consequens*. rationi.

l *Additamenti*. vt sunt accessiones, uel etiam aliquod separatum augmentum, quod intelligit los. si & super hoc incontinenti fuerit pactum, aliàs non, sed certe, & idem uidetur, etiam si nullum pactum speciale fiat super augmento, vt ff. de pact. dot. l. anter, §. cum inter, & sup. de donatio. ante nup. l. constante, §. pactis.

D*Otis*. CASVS. Pater pro filia dedit dotem, maritus postea contraxit cum fisco, & factus est eius debitor, quis præferri debeat in bonis mariti, quæritur? Dicitur, quod mulier. Viuianus.

m *Magis esse*. fiscus, & fœmina paribus passibus ambulant, vnde qui prior est tempore, potior erit in iure, vt hic, & infra, de priuile. fis. l. 2. & facit, ff. ex quib causis maio. l. finali. & infra, qui potio. in pigno. hab. l. quarta, hoc autem nisi ex primipili causa. nam tunc etiam res dotales occi-

les occupantur pro tali debito, vt ʒ. in qui. cau. pign. tac. cõtra. l. satis. & de primipil. l. vtilitas, lib. 12. liberi etiã, si non sint hæredes, conueniuntur, vt inf. de primil. l. fin. lib. 12.

C*Vm dotem.*] CASVS. Pater quo filia dotis nomine fundum dedit marito æstimatum, si euincatur, an vt talia præstentur, quæ præstanda sunt, maritus habeat actionẽ ex empto, quæritur? Dicit quòd sic, & commodum dotis ad maritũ pertinebit, & tantum ad æstimationem tenebitur. Viuia.

a *Ex empto.*] vt præstentur, quę præstanda sunt etiam euictoi vt & sup. de pac. l. ex conuentione. Sed an etiam ipsa habet ex vendito soluto matrimonio ad ęstimationem dotis? Non puto, nec enim simplex vendito, vt ff. eod. l. quoties. nec est absurdum ex altera tantum parte dari ex empto, & altera ex stipulatu pro dote, vt arg. ff. mand. l. potest.

b *Quis enim.*] argumentatur a relatiuis, velẽ communiter accidentibus. nam si est emptio, ergo preciũ: & econtra.

c *Fiant.*] hoc si post matrimonium, non autem ante. vt ff. eo. plerunque, §. si ante.

D*E ijs.*] CASVS. Pater pro filia quasdam res dedit in dotẽ, & direptæ sunt, id est ablatę per vim vel raptæ, an maritus habeat, an vxor actionem contra rapientem, quæritur? Dicitur quod vir. Viuia.

d *Ac direpta.*] id est vi ablata.

e *Mariti.*] vtpote domini, vt supra, de rei vend. l. doce.

f *Actionem.*] vi bonorũ raptorũ, vel furti.

E*X pecunia.*] CASVS. Si maritus ex pecunia dotali fundum emat, & suo nomine, cui acquiritur, quæritur? Dicit quòd non mulieri, sed viro quia actio ex empto acquiri mulieri non potuit, & pro parte residua dotis de dote habet actionem, si partem recipit, dum tamen de ea parte non fuerit à muliere transactum.

1† al. Rufino.

2† al. comparatur.

g *Comparatus.*] nomine suo.

h *Non tibi quæritur.* vt ʒ. de ser. pig. datma. l. fi. nisi hec ageret ab vxore, & viro,

Impp. Diocle. & Maxim. AA. Ingenuo.

LEX X.

CVm dotem te æstimatam accepisse profitearis, apparet iure communi per pactum, quod doti insertum est, formato contractu, ex empto [a] actionem esse. Quis [b] enim dubitet æstimationem à te mulieri deberi, cum periculo tuo res deteriores fiant, [c] vel augmenta lucro tuo recipiantur? PP. 12. Calendas Maij, Maximo ij. & Aquilino Coss. 286.

Si res dotalis vi aufertur, marito queritur actio. h. d. Bal Vel sic: Pro rebus dotalibus, & abreptis agit maritus, non vxor, h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Seueræ.

LEX XI.

DE ijs, quæ in dotem data, ac direpta [d] commemoras, mariti [e] tui esse actionem, [f] nulla est dubitatio. Dat. 10. Cal. Maij, Heraclię AA. Coss.

Res empta ex pecunia dotali non est dotalis, & ex tali emptione mulieri non acquiritur actio: & ideo si dos est in casu restitutionis, mulier pecuniam repetit, non ad rẽ agit. h. d. Bal. Vel sic: Fundus emptus ex pecunia dotali, non efficitur vxeris: ideo sola pecunia repetitur, uel eius residuum, vbi pars restituta fuit. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Rufinę. 1†

LEX XII.

EX pecunia dotali fundus à marito tuo comparatus, [g] 2† non tibi quæritur, [h] cum neque maritus vxori actionem empti possit acquirere, [i] & dotis tantum actio tibi cõpetit. Vnde aditus præses prouinciæ, si non te transegisse repererit, sed ex maiore parte dotẽ consecutam, residuum restitui prouidebit. [k] Dat. 8. Cal. Maij, Heraclię, AA. Coss.

dos fieret. & vtile esset mulieri, vt ff. e. l. res q̃ ex dotali. & l. ita constante, quæ sunt ʒ. Sic extra speciebus venditis. s. lapidibus fit pecunia dos. cũ hoc agitur, & mulieri est vtile, vt ff. eod. si ex lapidicinis. ex pecunia aũt minoris, vel militis res empta constat, q̃ est militis, vel minoris, vt sup. de rei vẽd. l. si vt proponis. & ff. qñ ex fac. tu. l. 2.

i *Acquirere.*] etiam si eius nomine emisset. vt & supra si quis alte. vel sibi. l. multum. & ʒ. eod. si granero auus tamen acquirit nupti, vt ff. sol. matr. l. Caius.

k *Prouidebit.* sic & ʒ. de fur. post decisionẽ

ADDITIO.

Intelligas hanc legẽ veram, si aliunde mulieri consuli potest, alioquin in subsidiũ bene posset ad rem agere, vt l. vxor marito, in fi. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Mater non potest dare rem filiorum pro dote sua, & accipienti non competit actio nomine euictionis, si fuit sciens, nisi pactum, vel stipulatio intercesserit de euictione præstanda. h. d. Bald. Vel sic. Mater non potest in preiudiciũ filiorũ tradere pro sua dote res corũ. h. d. Sa.

Ijdem AA. & CC. Catulæ, 3† & Statiæ.

LEX XIII.

SI à matre vestra superstite aliquid ad vos pertinens, in dotem scienti vitrico vestro datum est, intelligitis nullam [l] firmitatem iurisdationem habere, si neque pollicitatio, [m] neque stipulatio [n] intercessit. Dat pridie Calend. Maij, Heraclę, AA. Coss.

Mater non cogitur dotare filiam, nisi ex rationabili cã, & nisi ex causis expressis in iure. Item pater ex bonis vxoris suæ non potest dotare filiam communem, non consentiente vxore. h. d. Bal. Vel sic. Mater non cogitur dotare filiam, nisi ex causa, pater sic, sed non potest de alieno, domino inuito. h. d. quod not. Sal.

Ijdem AA. & CC. Basillæ.

LEX XIIII.

NEque mater pro filia dotẽ dare cogitur, nisi ex magna, & probabili causa, [o] vel lege specialiter expressa, neque pater de bonis vxoris suę inuitæ vllam dandi habet facultatem. [p] Dat. Nonis Nouembr. Philippopol. AA. Coss.

S*I a matre.*] CASVS. De substantia filiorum dotẽ dedit mater viro, & nõ intercessit stipulatio vel pollicitatio, an te bus in dotẽ datis a filijs euictis agere possit maritus de euictione? Respondeo quod non. Viu.

3† Basiliæ.

l *Nullam.*] nec ad dominij translationem nec ad hoc, vt de euictione teneatur quæ dedit, cum accipiens fuerit sciens, vt ʒ. de euict. si fundum.

m *Pollicitatio.*] quæ sufficit in dote constituenda, vt sup. tit. 1. ad exactionẽ. & quãdo sic incipit dos, agitur de euictione, vt sup. co. l. 1.

n *Stipulatio.*] s. de euictione, etiã si incipit à traditione. & dic, cũ res non fuit æstimata. nã tunc agitur vtili ex emp. vt su. e. l. 1. & l. cum dotem.

N*Eque mater.* CASVS. An mater compellenda sit dare dotẽ pro filia, quæritur? Dicit, quod non, nisi ex mag. a & probabili cã, vel lege specialiter expressa. & hoc in prima. an vero maritus bona vxoris ea inuita possit dare in dotẽ pro filia, quæritur? Dicitur quod non. & hoc in secunda. Viu.

o *Causa.*] vt quia sit heretica, filia vero orthodoxa, vt su. de hære. l. cognouimus.

p *Facultatem.* sed de suis proprijs habet necessitatem, vt sup. tit. prox. l. fin.

Cum

CVm citra.] CASVS. An citra confessionem instrumenti dotalis dos a muliere soluto matrimonio repeti possit, quęritur? Resp. quòd sic, nec sibi oberit, licet instrumétũ dotale non interuenerit, vel si interuenerit, & amissum sit, non oberit quo minus repetat, si alias habet probationes: Viui.

a *Probanti.*] per testes, vel alias probationes, vel præsumptiones.

b *Amissis.*] sic in vẽditione, vt sup. de fide instr. l. cũ instrumentis. & in libertate, data, ĵ. de lib. cã, l. sicut, & facit sup. de rei vend. l. iudicia. & l. cum super. & de probatio. l. ad probationem. 1. & ff. de fide instr. l. in re. & sup. de nupt. l. neq; sine.

ANte diuisionem.] CASVS. Duæ sorores successerunt patri ab intestato, an alteram portionem, quam habet in fundo quasi pro indiuiso, ante factam diuisionem possit dare in dotem, quęrit? Dicitũ, quòd sic: nec obstat, quod fundus non est diuisus. Viuia.

c *Prohibetur.*] vt & sup. comm. diuidun. l. 1. & de ꝯhen. empt. l. dudum. & de commu. re. alien. l. falso. Item hoc casu etiam lite contestata, vt ĵ. de litig. l. fin. in fi.

REs.] CASVS. Si pater pro filia fundum in dotem dedit, deducto pro se vsufructu, & cum vẽdat, an filiæ præiudicet, quæritur? Dicitur, quod non. Viuia.

d *Quarum.*] i. quas.

e *Vsufructu.*] qui finitus cedit lucro dotis, vt ff. eo. l. 3. Sed ꝯ. ff. de pac. dot. l. 4. Sol. hic deduxit vsũfructũ, ibi fructũ. Iac.

f *Tibi.*] marito pro filia tua.

1 † Rerum.

SI socrus. CASVS. Socrus dedit filiæ suæ vxori meę fundũ detracto vsufructu, vxor mea dedit mihi eum in dotem, & socrus vsumfructum, & fecit mihi pactũ vxor mea & socrus de dote lucranda, si vxor prædecederet, prędecessit vxor, an fundus pleno iure penes me remanere debeat, quæritur? Dicitur, quòd sic, si vero socrus filię suæ locasset vsumfructum, mortua filia ad socrum reuertitur. Viui.

2 † al. nihil.

Amissio instrumentorũ non præiudicat doti: quia substantia dotis etiam sine instrumentis consistit, dummodo probetur per testes, vel legitimas præsumptiones. h. d. cum gl. Bal. Vel sic: Amissio instrumentorum dotalium non nocet, si aliæ sunt probationes. h. d. Sal.

Idem AA. & CC. Vlpiano.

LEX XV.

CVm citra fidem etiam instrumentorum datam dotem aliundè probandi,[a] post diuortiũ quondam vxoris tuę secundum bonam fidem restitui debere constet: amissis[b] etiam instrumentis, sine dubio cætera probationum indicia iure prodita nõ habentur irrita. Dat. 8. Cal. August. Sirmij AA. Coss.

Soror habens bona indiuisa cum fratre, potest partem suam in dotem dare, ẽt fratre ignorante, vel inuito. h. d. Bal. Vel sic: Communio non impedit partem pro indiuiso dari in dotem. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Aemilio.

LEX XVI.

ANte diuisionem soror tua intestato patri etiã ipsa succedens, pro indiuiso portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur,[c] Dat. Nonis Iul. Sirmij, CC. Cos.

Dans proprietatem in dotem, retento vsufructu, non potest in præiudicium proprietarii vendere, vel alio modo disponere. h. d. Bald.

Ijdem AA. & CC. Sabino.

LEX XVII.

REs,[1] † quas[d] vsufructu[e] sibi deducto, socrus in dotem dedit, venundando auferre tibi[f] non[2] † potest. Dat. Non. Iulij. Sirmij, CC. Coss.

Si vir ab vxore recipit nudam proprietatem cum pacto de lucrando à socero vsumfructum, soluto matrimonio morte mulieris, nihil restitui: secus si vsumfructũ non recipit in dotem: quia tunc ei non prodest pactum de lucrando. h. d. Bal. Vel sic. Proprietas potest dari in dotem ab vxore, & vsusfructus pro eadem a socru, & pactum tunc de lucrando initũ cum vxore, nocet in vtroque morte autem conducentis non extinguitur vsusfructus formalis. h. d. Sal.

Ijdem AA. Menestrato.

LEX XVIII.

SI socrus tua fundum deducto vsufructu vxori[g] tuæ donauit, tibique in dotem, vxor quidem proprietatem, socrus autem vsumfructum dedit:[h] vxore tua rebus humanis in matrimonio exempta, fundum[i] apud te remansisse secundum placiti[k] inter vos fidem, non ambigitur. Nam si acceptura certum quid annuum, filiæ suæ vsumfructum locauit, mortua conductrice, vsusfructus[l] extingui minimè potuit. Dat. 14. Calendas Ianuar. Sirmij, CC. Coss.

Ex stipulatione dotantis non quæritur alteri actio: sed si illemet sibi stipuletur de voluntate dotantis, actio quęritur, sed si in testamento eã exercere prohibeatur, cum sit hæres institutus à dotante, salua Falcidia parendum est voluntati. h. d. Bald. Vel sic. Ex pacto, vel stipulatione patris nõ quæritur actio filiæ emancipatæ, & testator potest grauare hæredem, ne actione sua agat, salua tamen Falcidia. h. d. secundum lecturam glo. Sal.

* An vsq; ad summam 500. solidorū ex l. 34. C. de do. Salic. negat. quia legitimā deficiens in re & in persona. Salic. ... tenet ... l. ... notat Salic. et opinionem cōiter reprobari & contrariam opinio...

o *In liberos.*] gratia similitudinis, & de his dicit, quae iuris impossibilitate ab initio non ualet: sed inter coniuges non valent iuris prohibitione.
p *Eorum.*] scilicet coniugum.
q *Personam.*] quae sit coniuncta per potestatem, ut filio mariti, vel uxoris seruo. & de his habes s. eod. l. nec inter
r *Vel aliae.*] puta filij uel serui.
s *Cui.*] quae in potestate viri uel vxoris sit.
t *Per silentium.*] quo confirmantur, vt ff. eo. l. cum hic. §. j. & §. oratio. Accur.
u *Legitimam.*] s. quingētorū aureorū hodie, vt C. de do. l. pe.
x *Intimatam.*] i. in actis non redactam.
y *Concedimus.*] cum duobus careat adminiculis, scilicet ... tatione.

ratione personæ, & ratione rei.

a *Distinctione.* excedant legitimam quantitatem, vel non. & hoc iure relicti, non donationis, cum ei cedit legitimam summam.

b *Referatur.* quantum ad fructus, & partus, & vt de damno dato in re non teneatur, vt hic, & ff. de lega. 2. l. cum pater, §. pater filiæ, & ff. de don. cau. mor. l. si mortis causa inter virum. non quantum ad dominium. vt arg. sup. fam. ercis. l. filiæ, & sic non obstat s. de inof. do. l. 2. vbi dicit in huiusmodi donationes habere præcipuas iudicio familiæ erciscundæ, quod non esset, nisi dominium apud testatorem resedisset, vt fami. ercis. si quod. & supra eo. l. si non verum, in fin. & hoc secundum Io. vel solue vt ibi. Alij dicunt etiam dominium retro transire donatarij fictione huius legis, licet non poterit ex presse transferri tunc, quasi plus operetur fictio, quam veritas, vt arg. ff. de solutio. l. sub conditione. & ff. eo. l. si ius seruus. Item nota contra P. facere legem istam, qui dixit, vbi expresse confirmauit, esse relictum, vbi tacuit, & sic tacite habere vim relicti, si erum esset relictum, non retraheretur retro. Item differt a relicto, uel a donatione causa mortis in alio vt no. supra eodem, l. res. in distinctione ibi posita, & facit infra ad leg. Falc. l. in donationibus, habet ergo vim relicti, vbi testator hoc voluit, aliás non, vt supra eo. l. ex verbis. Item est contra, infra de colla. l. si donatione. vbi nec retrotrahitur, nec etiam vt ex nunc valet, sed ibi vt haberet in peculiū fuit donatū, non aūt simpliciter, quod hic erat. Accur.

c *Ratihabitiones.* ut pater, qui factū filij? accipientis mutuum habet ratū, vt sup. ad Macedo. l. fi. vbi plura dedimus similia. & facit sup. de nup. l. si contra, & ff. de offic. proconsu. l. obseruare, §. fi. & infra de don. l. data.

d *In cæterum.* idest de cætero.

e *Posse.* forte distinguebatur, utrum uir donans errabat in facto, credens rem donatam non valere vltra legitimam summam. Vel, verum quis credebat ualere donationem.

1 † Duar. refert.

* Hmōi donōnem mortui mariti cōfirmantis, respectu dominij nō retrotrahi ad tēpus factę donōnis sed respectu fructuum perceptorum, no. Clar. d. l. Goth.

2 † In quibusdā est hic rub. de donōne Regis in Reginam vel Reginæ in Regem Existimo esse argumentum legis ab interprete aliquo ita conceptū.

¶ Sin verò specialiter eas in suprema voluntate donator, vel donatrix confirmauerit, sine vlla distinctione [a] ratæ habebuntur: ita tamē, vt quidē vltra legē finitā quantitatem expositę, minimè in actis insinuatæ fuerint: specialis earū confirmatio ex eo tempore vim habeat, ex quo eædē donationes confirmatę sunt.

¶ Si verò, vel nō amplior sit donatio, vel cū amplior esset in actis insinuata sit; tunc & silentium donatoris, vel donatricis, & spālis cōfirmatio ad illud tēpus referatur, [b] 1 † quo * donatio conscripta sit: sicut & alias ratihabitiones [c] negociorum gestorum ad illa reduci tempora oportet, in quibus cōtracta sunt. Nec in cæterum [d] subtilem diuisionem facti, vel iuris introduci posse. [e] Dat. Id. Decembris. D. N. Iustiniano A. ij. Coss. 548.

Contractus, qui celebrantur cum Imperatore, vel Augusta, habent vim legis, h. d. Bal. & hunc text. non habes alibi, Bal. vel sic: Matrimonium non impedit donationē inter principem, & eius vxorem, h. d. Vel sic: Inter principem, & Augustam valet donatio statim Salyc.

Idem AA. Mennę PP. 2 †

LEX XXVI.

ij DOnationes, quas diuus Imperator in pijssimam Reginā suam coniugē, vel illa in serenissimū maritum contulerit, illico valere sancimus, [f] & plenissimā habere firmitatē, vt pote Imperialibus contractibus legis vicem obtinentib. minimeq; opitulatione quadam extrinsecus egentibus. Dat. 8. Id. Ap. Decio V. C. Coss. 523.

DOnationes. CASVS. Si princeps donet vxori constante matrimonio, vel econuerso, indistinctè valebit donatio, siue fuerit expresse, vel silentio confirmata, siue non.

Princeps debet esse humanus, & nō superbus. Bal. Vel sic: Si donator captus ab hostibus moriatur, siue donatarius captus post mortem donatoris redeat, donatio confirmatur, Sal.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XXVII.

SI vnus ex ijs, qui matrimonio fuerant copulati, in aliū donatione facta ab host. b. captus esset, & in seruitutem deductus, & postea ibi morte perēptus, quærebatur, an hmōi liberalitas, quā anteà 3 † fecit, ex hoc roborari videretur, an vacillare, & iterū si donator quidē in ciuitate Romana cōstitutus decessisset, maritus aūt tpe is, qui donōnem accepisset, in captiuitate degeret, & postea reuersus esset, an videretur & tūc donō rata haberi. Cum itaque in vtroq; casu oporteat Augusto [g] remedio causam dirimi cum 4 † nihil tam peculiare sit Imperialis maiestatis, quā humanitas, per quā sola Dei seruatur imitatio: [h] in ambobus casibus firmam esse donationem censemus. Dat. Calend. Decemb. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. 530.

f *Sancimus.* & ita contractus imperialis est lex sic, infra de bon. quæ liber. l. cū multa, & de quadrien. præscrip. l. fin. in fi. & in Authen. de non alien. §. sancimus coll. 2.

SI *vnus.* CASVS. Si vir donauit vxori, & postea capiatur ab hostibus, & ibi decedat, an confirmetur donatio, quæritur? Dicitur, quod sic. & hoc in prima. Idem est, si uxor donet, deinde illa capiatur ab hostibus. & ibi decedat, quia perinde æstimatur donatio, ac si domi decessisset.

g *Augusto.* idest Imperiali.

h *Imitatio.* sic supra de nupt. l. imperialis, circa prin. & facit ff. eo. l. cum hic. §. si ambo. Acc.

3 † Duar. ante.

DE REPVDIIS, & iudicio, &c.

Omne quod ligat, solubile est, vt in Authen. de nup. §. deinceps, coll. 4. hic et post ligamina matrimoniorum de solutione dicit.

5 † Nihil aliud.

MAtrimonium.] CASVS. Si maritus deportetur, non dissoluitur matrimonium, si propter status mutationem uiri mulier affectionem suam non mutauit. An autem constante matrimonio possit dotem repetere a Reip. quod licet non iure stricto dē æquitate tamen ibi concedenda est, nec laudabile propositum eius, quod non vult diuertere a marito, ei erit impedimento, quo minus repetat dotē a fisco bona occupante.

i *Vel aquæ & ignis.* vel, pro idem. nam pro eodē ponit, vt ff. ad leg. Iul. pec. l. 3.

k *Non soluitur.*] si constat matrimonium, ergo habet filios in potestate natos, & nascituros, ut Instit. de patr. potest. in princip. Sed contra probatur, quia si prius habebat, amittit, ut Institu.

TITVLVS XVII.

De repudijs, * & iudicio de moribus sublato.

Deportatio non facit soluere matrimoniū: nec vxor perdit dotem ob deportationem mariti, h. d. Bal. vel sic: Deportatione viri, seu amissione ciuitatis matrimonium non soluitur. dos tamen de æquitate repetitur, h. d. Sal.

* Repudiū generale nomen est, nec nuptiarū tm diremptionem, sed & sponsaliorum significat, vt in l. 2 ff. d diuo. & liquet hic ex legibus subiec.

Imp. Alexan. A. Abutinianæ

LEX PRIMA.

MAtrimoniū quidē deportatione, vel aq. & ignis [i] interdictione nō soluitur [k] si

quibus mod. ius pat. post, solui. §. cum. inter. Item quia potestas patria propria est Romanorum ciuium, vt ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. item in potestate. Sed hic ciuitatem amittit, & apud hostes dicitur, ut ff. de legat. 3. l. 1. §. deportatos, & §. ij. quib. & ff. de poen. l. quidam. Non ergo habet ius patriae potestatis? Resp. ad hoc, quod est specialis casus, vbi natus ex matrimonio non est in potestate, & quod generaliter dicatur in potestate nasci, intelligitur qui nullius mutauit conditionem. Item vt matrimonii solui, vt ff. sol. matr. l. si quis sic stipulet. Sol. ibi affectionem mutauit mulier, repudiando eum, vt hic subijcit.

l. saepe & hoc in sponsalibus, uxor enim, cum certum sit ei triennium expectare, cum tu uiuere, non nubis, si uero incertum, quinquennium expectat a tempore captiuitatis, ut ff. eo. l. uxor. ADDITIO. Dicas de hoc, ut in c. de praes. spon. & in c. Dns, ac Redemptor noster de sponsalibus, extra de nup.

casus in quem maritus incidit, non mutet vxoris affectionem.[a] Ideoque dotis exactio[1] † ipso iure non competit;[b] sed indotatam cā esse, cuius laudandum propositum est, nec ratio aequitatis,[c] nec exempla promittunt.* PP. Nonis Nouemb. Alexandro A. iij. & Dione Coss. 230.

Mulier non tenetur sponsum vltra triennium expectare, adeo postea poterit nubere sine poena, h.d. Salic.

Impp. Valeria. & Galie. AA. & Valerian. C. Paulinae.

LEX II.

Liberum est filiae tuae,[d] si sponsum suū post tres peregrinationis annos* expectandum[2] † sibi vltra non putet,[3] † omissa spe huius coniunctionis, matrimonium facere:[e] ne opportunum nubēdi tempus amittat: cum posset nuncium remittere[f] etiā si praesente illo consilium mutare voluisset PP. 7. Calend. April. Aemiliano & Basso Coss. 260.

Diuortium fraudulētum nō impedit pactum in casum mortis collatum, Bal. vel sic: Fictum repudium non nocet tertio dotē stipulato sibi reddi, matrimonio morte dissoluto hoc dicit. Salic.

Impp. Diocletianus, & Maximianus AA. Tullio.

LEX III.

DVbium non est, omnia omnino, quę cōsilio recte[g] geruntur, iure meritoq; effectu, & firmitate niti. Quare si tu dotem pro muliere dedisti, & ex morte[h] eius dotis repetitionē stipulatus es, circumscribendi autem tui causa, ficto repudio, matrimonium breui* tempore rescissum est, res dotales, quas ante nuptias obtulisti, praeses prouincię recipere te non dubitabit.[i] Certum est enim daturum operam moderaturē prouinciae, vt quae contra fas gesta sunt, fructum calliditatis obtinere non possint:[k] cū nobis huiusmodi commenta displiceant. Imaginarios enim nuncios, id est repudia, nullius esse momenti, siue nuptijs fingat se renunciasse, siue sponsalibus, etiam veteribus iuris auctoribus placuit.* Dat. 2. Cal. nd. Septembris Tyberiade, ipsis AA. 4 † Cos.

Ijdem AA & CC. Pisoni.

LEX IIII.

Filiae diuortium in potestate matris non est.[l] Dat. 5. Calen. Ian. Sirmij, CC. Coss.

Diuortium filiae non est in potestate patris, nisi ex magna, & iusta causa, & si fuerit emācipata, tunc nullo modo, hoc dicit. Bald. & Salic.

Ijdem AA. & CC. Schyroni.

LEX V.

DIssentientis patris, qui initio consensit matrimonio, cum marito concordante vxore filiafamilias, ratam non haberi[m] voluntatem, diuus Marcus pater noster religiosissimus Imperator constituit, nisi magna, & iusta causa interueniente hoc pater fecerit. Inuitam autem ad maritum redire, nulla iuris praecipit constitutio. Emancipatae vero filiae pater diuortium in arbitrio

1 † Actio.

* Illud de Flaminica non licuisse facere diuortium. Fest. i. Flaminica ie. Gel. 15. ibi, Matrimonium Flamin. nisi morte dirimitur non est. Gorbo.

*Secundū can. nō est tēps praefinitum, ut in c. de illis, extra de spō. & matrimo.

2 † Spectādum.

3 † Putat.

a Affectionem. quam habet vxor erga virum.

b Non competit. mulieri ipso iure, quia matrimoniū durat: sed de aequitate agit & petit a fisco, ut subijcit. & est speciale quod durante matrimonio petatur sic, & j. de iure do. l. vbi. Sed contra, ff. de bon. dā. l. sed & si vbi demū morte interueniente agitur Solut. ibi mulier fuit deportata, hic vir.

c Aequitatis. inuadēte fisco bona, & per consequens est aequum teneri, vt j. ad l. g. Iul. de uis l. 2. & ff. sol. matr. l. si marito, in princi. & facit in Authē. de nupt. §. deportatio, col. 4. & ff. de capt. l. non vtā patre, & sup. tit. 1. l. tres vxores & ff. e. l. j.

Liberum.] CASVS. Si filia tua cum aliquo sponsalia contrahat tan illo peregrinante, nec intra triennium reuertente, ne nubendi tempus amittat, possit cum alio contrahere quaeritur? Dicitur, quod sic: quia & si sponsus praesens fuisset, potuit mulier sibi misisse nunciū repudij.

d Filiae tuae. ōmater. Accur.

e Facere. cum alio etiam non misso repudio, secundū Rog.

f Remittere. praesente eo. & hoc est post biennium, ut sup. de spon. l. 2. Dic ergo si non est arrha data, qūcunque potest mittere repudium, vt sup de spon. l. 1. sed ea data ante biennium inter praesentes, ante triennium inter absentes non potest, quin patiatur poenam arrharum, sm quod stipulatae sunt, ut hic, & d. l. supra de spon. l. 2. & l. fi. & hoc qn non est iusta causa ultra differendi, alias i... ultra triennium expectat, ff. de spons.

Dubium. CASVS. Pater dedit dotem pro filia, & stipulatus est si soluto matrimonio morte mulieris sine culpa mariti diuertere ... fine culpa mariti, ... ritus ... ut lucraretur an tal dolus filiae obstet ... quod nō, quia talis fraus princi displicet. & ideo si mitate nō habebit, ... dent obtinere ... mitatem & recte & cum consilio gerunt ... Salomōe Oia fac cū cōsilio, & nō poenitebis: unde nō obstante tali fraude, pōt pater dotem repetere in casu solut. matr. morte.

g Recte. i. iuste, & cum solennitate, qua debent, & est sic inf. de appellationibus, & ex. de l. 5. §. fi. a prel. c. nouit, & 15. q. 7. eps & d. 84. c. peruenit.

h Ex morte. i. succederet i matrimonio & ita in casu diuortij non fuisset stipulatus, sic & ff. sol. mat. l. si cum dotem.

i Non dubitabit. vti li actione, licet illa dolo fecerit, quominus condō stipulationis existat, vt ff. sol. ma. l. filiae. & ff. e. si filia.

k Non possint. No. sic & in de vxo. mil. l. 2.

Filiae. CASVS. Si mater solueret matrimoniū filiae ea inuita, nō est audienda.

l Non est. ut sup. de inof. test. l. filia. nec patris, ut ff. de dona. inter ui. & vxo. l. cū hic status, §. si socer. & ff. l. ... sed spōsalia dirimere pt pr, ut ff. de spōs. l. in ptāte.

Dissentientes. CASVS. An pr, qui ab initio cōsensit in matrimoniū filiae, quā habat in ptāte inuitā possit id soluere, quaeritur? Dic quod nō, nisi ex iusta cā filia sponsum repudiauerit Sed ponamus, quod filia secuta uoluntatem patris diuertit a marito, an possit cogere eā inuitam pater redire? Dicitur, quod non. Filia verò emancipatae matrimonium nullo modo dissoluere potest.

m Non habere ne bene concordantia matrimonia pater distrahat, ut ff. de li. ex. l. 1. §. fi. & supra de inoff. test. l. filia, & ... & dixi sup. l. prox.

* Breui ... de Cui ... 12. obs. 25.

* Contius 1. lect. 71. hoc addēdum putat ex Graecis. Vnde si iterū cōiuncti fuerunt, non pōt in secūdis nup. locum habere stipulatio quod Cuiac displicet 15. obser. 25. Goth.

4 † Duar. AA. & CC. Coss.

Non

a *Non habet.* [illegible] ad prin. l. aptatur. auth. [illegible] quæ est ex corpore, de nup. §. est quoque. coll. 4.

E *Contra.*] CASVS. Lex Codicis dicit: [illegible] filia pater non potest matrimonium dissoluere, & econuerso si filia vult [illegible] matrimonio in præiudicium patris, qui dedit [illegible] possit? Dic [illegible] non potest [illegible] in contrahendo matrimonio [illegible] eius consensu parentum exigitur, ita & in dissoluendo.

b *Econtra.*] i. contra ad legem.

c *Læsionem.*] vt fuit sup. eo. l. dubium.

*Nou. 24. §. est quoque.

d *Parentum.*] [illegible] est sup. de iu. do. l. si dotem. sol. ut ibi.

e *Dissoluendo.*] [illegible] horum iure [illegible] nonum obseruatur.

3 † Al. de ijs, qui nuptias inierant.

L *Icet.*] CASVS. Destinauit mulier sponso libellum repudij, sed ad eum nõ peruenit, sed ad [illegible] si patrem, vel [illegible] qui erat in potestate sponsi: an dissoluantur sponsalia? [illegible]

f *Marito.*] [illegible] fuit tñ traditus alicui de sua familia, quam habet in potestate, vel in cuius potestate ipse sit, vt ff. eo. l. a in fi. & causa debet mitti: vt infra eo. l. consensu.

V *Xor.*] CASVS. Si marito in militiam profecto, nec est ante quatuor [illegible] reuerso, ita ut vxor nesciat viuat, aut nõ: & velit ad secundas nuptias conuolare, & ducem, sub quo militabat maritus, postulat de marito an possit, quæritur? Dicitur quod sic: nec dicet [illegible] de adulte. [illegible] nec dotẽ amittet: nec clandestinas nuptias dicit contraxisse: nisi mulier habuit conscientiam alieni thori: quo casu furtiuæ essent nuptiæ.

g *Sospitatis.*] i. an esset mortuus. an viu?

h *Ducem.*] sub quo militauit.

i *Conuenit.*] in quærendo virum, an viueret.

a † Alterius, al. de eo qui verumque.

k *Dotis amissionem.*] imo recuperabit eam ab heredibus.

l *Violata.*] ab aliquo. Not. ergo adulterium non fieri sine dolo & mala conscientia, sic ff. de adult. l. mulier. §. pe. & l. pen. & hic probant. & sunt argument. ad quæstionem, qua quæritur, de eo, qui cognouit coniugatam credens solutam, & facit ex

suo non habet.[a] Dat. 5. Cal. Septembr. Nicomediæ, CC. Coss.

IN AVTHEN.

De nuptiis, §. est quoque. coll. 4. constit. 1.

Filiusfamilias non potest dissoluere matrimonium, nisi patre consentiente, emancipatus sic h. d. Salic.

E Contra [b] si filij familias distrahunt parente nolente, quid iuris sit, exprimit nouo constitutio [1] † de nuptijs, scilicet ne matrimonia distrahantur in læsionem [c] parentum, [d] qui dotem, vel ante nuptias donationem obtulerint, aut susceperint soli, aut cum filijs: quia sicut in contrahendo matrimonio consensus parentum exigitur, ita & in dissoluendo. [e]

Citatio ad domum valet, licet in citati notitiam non peruenerit. h. d. tex. cum glo. Salic.

Ijdem AA. & CC. Phœbo.

LEX VI.

L Icet repudij libellus non fuerit traditus, vel cognitus marito, [f] soluitur matrimonium. Dat. 18. Cal. Ianua. Nicomediæ, CC. Coss. Imp. Constantinus A. Dalmatio.

Mulier, quæ de marito per quadriennium noua non habuit, palam nubens, adulterij & cæteras pœnas euitat. hoc dicit Sal.

LEX VII.

V Xor, quę in militiam profecto marito post interuentum annorum quatuor nullũ sospitatis [g] eius potuit habere iudicium, atque ideo de nuptijs [2] † alijs cogitauit, nec tamen ante nupsit, quam libello ducem [h]

super hoc suo voto conuenit: [i] non videtur nuptias furtiue furtiuas, nec dotis amissionem [k] sustinere, nec capitali penę esse obnoxia, quæ post tam [3] † magni temporis iugitatem non temere, nec clanculo, sed publice contestatione deposita, nupsisse [4] † firmatur.

¶ Ideoque obseruandum, vt si adulterij suspicio nulla sit, nec coniunctio furtiua detegatur, nullum periculũ ab ijs, quorum coniugio erant copulatę, vereatur, cum si conscientia maritalis thori furtim esset violata, [l] disciplinæ ratio pœnam congruã flagitaret. Dat. Næsso. Feliciano, & Titiano Coss. 337.

IN AVTHENT.

Vt liceat matri & auiæ. §. quod autem à nobis. coll. 8. constitu. fin.

Hodie mulier habens virũ in expeditione militiæ non potest licitè nubere, etiam si diu eũ expectauerit, nisi formã huiuslegis seruauerit. Sa.

H Odie quãtiscunq; [m] annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet, licet neque literas, neque responsum ab eo acceperit. Sed si mortuũ audierit, non prius nubat, quam per se, vel per alium eum, sub quo militabat, adiens interrogauerit, si pro ueritate mortuus est, vt apud gesta deponatur cũ iure iurando, si mortuus sit: quo subsecuto post annũ [n] nubat. ¶ Si vero præter hęc nupserit, tam ipsa, quàm qui eã duxerit, velut adulteri puniantur. Sed qui iurauerit, si fal-

era de [illegible] & [illegible] Sed contra ff. [illegible] & in Auth. [illegible] §. sed etiam captiuitatis. collat. 4. quibus [illegible] Solu. ibi in captiuo [illegible] contra in Authen. de nup. §. [illegible] vbi de militante [illegible] & de [illegible] Sol. illa corrigit [illegible] & illa [illegible] quæ est in Au. [illegible] quæ autem [illegible] habes [illegible] expecta [illegible]

H [*Odie.*] CASVS. Hæc Authen. [illegible]

* [illegible] proba- [illegible]

* Nouell. 117. §. quod autem, & ex [illegible] concor. gl. nec [illegible] quia [illegible] ter. in §. porro [illegible] verbo præ[illegible] extra vt li. non contest. & con. præterita. de spon. & ma.

m *Hodie quantiscunque.*] i. licet [illegible] Sed contra in Authen. de nup. §. nominatos collat. 4. Sol. hic corrigit. Item contra [illegible] §. sed etiam captiuitatis. Sol. ibi in captiuo.

n *Post annum nubat.*] Computandum [illegible] tempore [illegible]

corpore. Sed contra ff. de ijs, qui notantur infam. l. genero. § [illegible] cum tempus, vbi [illegible] assumit & deponit lugubria. Sol. hęc corrigit, uel ibi erat certum, hic dubium, licet [illegible] sit per vnum.

a *Conuincatur.*]supra de reb. credi. & iureiu. l. a. sol. contra. de alio iuramento dicit.

b *Recipere.*]quomodo hoc, cum legitimè contraxerit? Respon. fingitur non contractum, vel nullum: licet verum, & rectum fuerit.

ctione tam viro, quam mulieri, quem filiorum velit instituere in dotem vel donationem, vel cui eam dare voluerit. & si aliqua pacta facta fuerint aduersus huius legis statuta, puta quia mulier pepigit de non amittenda dote: vel vir de non amittenda donatione propter nuptias: si in aliqua causarum prædictarum inciderit, nullam obtineant firmitatem.

CONsensu.]Primo ponit exordiũ, & rationem legis ꝯdendæ vsque ibi si qua igitur. Secundo enumerat causas, propter quas vxor potest diuertere à viro vsque ibi, vir quoque. Tertio enumerat causas, propter quas vir discedere potest vsque ibi, hæc nisi. Quarto punit diuertentem sine causa, vel eam non probantem vsque ibi, seruis. Quinto ponit, per quas personas, & quo probari possit, vsq; ibi, si vero. Sexto prouidet liberi lucrantib. vsq; ibi, pactiones. Septimò annullat pacta huic legi cõtraria vsque ad finem. Salic.

CASVS. Licet solo consensu ꝯhatur matrimonium, non tamen solo consensu dissoluitur, nisi misso libello repudij, prius, vel nisi aliqua ex causis in præsenti lege expressis inciderit, & hoc fauore liberorum. Si ergo maritus, vel vxor in aliquam earum inciderit impune, alter ab altero discedere potest: si nec vlla causa interueniente mulier à viro diuertat, vel de aliqua maritũ accusauerit, nec probauerit, amittet dotem, & donationem ante nupt. nec intra quinquennium alij nubet. quod si fecerit, erit infamis, nec dicetur connubiũ illa cõiunctio: sed qui talem coniunctione accusare voluerit, liberam habeat facultatem, si vero cautam probauit, dotem recuperat, & donationem ante nup. & lucro suo cedat, & post annum nubat, ne de partu dubitetur cuius fuerit, scilicet an primi, an sequentis mariti. Si vero uir vxori aliquid de prædictis obiecerit, & probauerit, dotem lucratur & donationem ante nup. & statim vxorem ducat, si velit. Si vero non interueniente aliqua de prędictis causis eam dimittat, dotem, & donationem amittat, & si seruus vel ancilla si sit pubes (si aliter probari non possit: an adulterium commisit) torqueatur, ut sic veritas eruatur. quia quæ in domo geruntur, magis per domesticos, quam per extraneos sciri possunt.

Si vero.] Si vir aut mulier temere repudium miserit, filio aut filijs, siue filiæ, aut filiabus ex matrimonio extantibus: quicquid ex nuptijs lucratum fuerit, vel per dotem, vel per donationem propter nuptias, illud filijs & filiabus post mortem parentis reseruabitur, data ele-

so iurasse conuincatur: [a] militia nudatus, decẽ libras auri soluet illi, quẽ mortuum fuisse mentitus est: eo licentiam habente, si voluerit, suã vxorem recipere. [b]

Matrimonium non potest ab altero cõiugum dissolui sine cã legitima hic expressa: et vxor contra faciens dotem perdit, & donationẽ propter nuptias restituit, nec intra quinquennium nubere potest: Vir autem contra faciẽs dotem restituit, & donationem perdit. Et ad probationem causæ admittuntur domestici, & alias inhabiles: lucransque debet lucrum liberis reseruare. & pacta contra hanc legem inita, sunt ipso iure nulla. h. d. Salic.

Impp. Theo. & Valen. AA. Hormisdæ PP.

LEX VIII.

COnsensum[c] licita [1] † matrimonia posse contrahi, contracta non nisi misso repudio [d] [2] † dissolui præcipimus. Solutionem etenim matrimonij difficiliorem [e] debere esse, fauor imperat liberorum. [f] Causas autem repudij hac saluberrima lege [3] † apertius [g] designamus. Sicut* enim sine iusta cã dissolui matrimonia iusto limite prohibemus: ita aduersa necessitate pressum, [h] vel pressam, [i] quamuis infausto, [k] ac-tamen necessario auxilio cupimus liberari.

¶ Si* qua igitur maritũ suũ adulterũ [l] aut homicidam, aut veneficũ, vel certè cõtra nostrum Imperium aliquid [4] † molientem, vel falsitatis crimine condemnatũ inuenerit, si [5] † sepulchrorum dissolutorẽ, si sacris ędib. aliquid subtrahẽtem, si latronem, vel latronum susceptorem, vel abactorẽ, [m] aut plagiarium, vel ad contemptum sui domusve suæ [o] [6] ipsa inspiciẽte cum impudicis mulierib. (quod maximè etiam castas exasperat) cœtum ineuntem si suę vitę veneno, aut gladio aut alio simili modo insidiantem, si se [o] verberibus [p] (quæ [7] † ingenuis aliena sunt) sufficientem probauerit, tunc repudij auxilio vti [8] † necessario ei permittimus libertatem, & causas dissidij legib. comprobare.

IN AVTH. vt lice mat. & aui § causas. coll. 8. const. si alias § quia vero quædam, in fine.

* SEd nouo iure vir, qui[q] sine causa hoc fecerit, ex alia substantia sua, etiam constante matrimonio, tantum dabit vxori, quantum tertia pars facit antenuptialis largitatis: sed matrimonium ob id non soluitur.

Finit Authen.

Nota ex hac lege ibi, exasperat, quod nihil est, quo sic exasperet vxorem, nisi impudicitia viri.

Nota secundo ꝯ i fautricem. de fautrice. & vide. quod not. in capit. vltimo. de pœnis, inclementiã, vbi habes glos. magistram.

Nota tertiò ibi, indignam, quod debet carere connubio qui se iudicat indignum.

Quarto no. ibi, ad eunt, à contrario sensu, quod si filius adesset, non posset reuocare factum patris. quod dic, vt supra de rei vendicatio. l. cum à matre. Bald. hic.

c *Consensu.*] solo sine aliqua solnẽitate, & hoc liberorum fauore, vt hic dicit: sed in casibus specialibus scriptura exigitur, vt Instit. de nup. §. finali. & supra de nupt. auth. sed nouo iure. & Authen. maximis.

d *Misso repudio.*] & sic cum solennitate, & iusta interueniente causa.

e *Difficiliorem.*]quã contrahere.

f *Liberorum.*] argu. de ritu nuptia. l. qui in prouincia.

g *Apertius.*] quam olim essent.

h *Pressum.*] virum.

i *Pressam.*] vxorem.

k *Infausto.*] id est malo omine sine infortunio, nam spes fuit indiuiduitatis vt instit. de pa. pot. in princip. sed aliquid sinistrum euenit, quod & causam dat dissidij: quod in præsentia septem testium fieri debet, ut ff. eodem, l. nullum.

l *Adulterum.*] videtur contrarium ei, quod dicit 32. q. 2. c. quicquid. & in Lomba. da si quis vxorem suam amiserit. l. nulli liceat. ubi dicit ex alia causa non dirimi. nisi causa fornicationis, & ad hoc in auth. de nup. §. minores & §. si igitur. § rursus, & § si vero. coll 4.

m *Abactorem.*] i. abigeum.

n *Sua.*] mulieris.

o *Sese.*] s. vxorem.

p *Verberibus.*]ad hæc aptatur auth. sed nouo iure. &c. quę est in auth. vt lic, ma. & aui. § si quis in sua domo & §. causas. & §. si quis autem propriam. coll. 7.

q SEd nouo. Hoc fecerit.] idest vxorem verberibus affecerit.

1 † Zenar. in C. no. S. Apost.

2 † Solui.

3 † altius.

* Quintil. declamatio 10.

* Eadem fere extant ibi C. Th. constit. l. 2.

4 † Molientem.

5 † Sepultorum.

6 † Al. domi suæ.

7 † Ab ingenuis.

8 † Necessariam.

* Nouell. 17. §. quia vero quædam.

Apertius.

Sequitur textus C.

¶ Vir quoque pari fine claudetur, nec licebit ei sine causis 1† apertius [a] designatis propriam repudiare iugalē. Nec vllo modo 2† expellat, nisi adulteram, [b] vel 3† veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut 4† sepulchrorum dissolutricem, aut ex sacris ædibus aliquid subtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum virorum se ignorante, vel nolente, 5† conuiuia appetentem, aut ipso inuito sine iusta, & probabili causa foris, [c] scilicet, pernoctantem, vel 6† circensibus, vel theatralibus ludis, vel arenarum spectaculis in ipsis locis, in quibus hæc assolēt celebrari, se prohibente gaudentem, vel 7† sibi veneno, vel gladio, aut alio simili modo insidiatricem, vel contra nostrum imperium aliquid machinantibus consciam, seu falsitatis se crimini immiscentem inuenerit, aut manus audaces sibi probauerit ingerentem, tunc enim necessario ei discedendi permittimus facultatem, & causas dissidij legibus comprobare.

¶ Hæc 8† nisi vir, & mulier obseruauerint, [d] vltrice prouidentissimæ legis pœna plectentur. Nam mulier si contempta lege repudium mittendum esse tentauerit: suam dotem & ante nuptias donationem * amittat, nec intra quinquennium nubendi habeat denuo potestatem. Aequum est enim eam interim carere connubio, quo se mōstrauit indignam.

¶ Quod si præter 9† hæc nupserit, erit ipsa quidem infamis, connubium uerò illud nolumus nūcupari. Insuper etiam agendi hoc ipsum volenti cōcedimus libertatem.

¶ Si 10† vero eam* probauerint intentatam, tunc eam & dotem recuperare, & ante nuptias donationem lucro habere, aut legibus uendicare censemus, & nubendi post annum [e] ei (ne quis de prole* dubitet) permittimus facultatem.

¶ Virum etiam si mulierem interdicta [f] arguerit, 11† attentantem: tam dotē, quàm ante nuptias donationem sibi [g] habere, seu vendicare, vxoremq; si velit, statim 12† ducere hac iusta definitione sancimus.

¶ Sin autem [h] aliter vxori suæ renunciare voluerit: dotem redhibeat, & ante nuptias donationē amittat. 13† Seruis etiam, seu ancillis puberibus, si crimen adulterij, vel maiestatis ingeritur, tam viri quàm mulieris ad examinandam causam repudij, quo veritas aut facilius eruatur, * aut lucidius detegatur, si tamen alia documenta defecerint, quæstionibus subdendis.

¶ Super plagis [i] etiam (vt dictum est) illatis, ab alterutro [k] commouendis easdem [l] probationes (quoniam non facilè quæ domi geruntur, per alienos poterunt confiteri) volumus obseruari.

¶ Si verò filio, vel filijs, filiæ, vel filiabus extantis repudium missum est: omne quicquid ex nuptijs lucratū est, filio, seu filijs, filiæ, seu filiabus post mortem accipientis 14† seruari, idest, si pater temere repudiū miserit, donationem ante nuptias à matre seruari: si mater, [m] dotē ipsam eidem, vel eisdem filio, seu filiæ, patre moriente, dimitti censemus, [n] patri videlicet, vel matri inscribēdis filijs hæredibus, si unum, seu unam, vel omnes scribere, vel 15† vni ex his donare 16† velis, electione [o] seruata, nec vllam alienandi, seu supponendi memoratas res permittimus facultatē. Sed si aliquid ex ijsdem rebus defuerit, ab hæredibus, seu earum detentatoribus (si tamē

a *Apertius.*] quam olim essent.

b *Adulteram.*] quoniam non potest eam accusare, nisi se inscribat, in auth. vt li. ma. & auia. §. quia vero plurimas, col. 8.

c *Foris.*] nisi fuerit apud proprios parentes, vel alios, qui sunt sine suspicione, vel nisi vir eam de domo sua eiecerit: vt in authē. vt li. ma. & auiē. §. quia uero plurimas, coll. 8. diu reant sine causa.

e *Obseruauerint.*] quia iuerant sine causa.

e *Post annum*] vt sup. de secun. nup. l. 2.

f *Interdicta.*] sup. ea. l. §. vir quoque.

g *Sibi habere.*] vt tamen accusando eam de adulterio inscribat, vel lucretur dotē: ut superiori, §. dixi. Sed quō eo casu dotē habebit: nam ipsa cū suo patrimonio, vel toto vel parte retruditur in monasterium, & residuum datur ascendentibus, vel descendentibus, ut in authēt. ut nul. iudi. §. adulterā. col. 9. Resp. illud intellige alia substantia præter dotem. Cui responsioni obstat, quod est in fine eius authē. & si. n. ex authoritate legis lucraretur maritus, totum, cur diceret dotalia pacta seruari, cū & sine his totum lucratur, vt hic: sed vir eligit. Dic ergo secūdo quod etiam dos ea viuente debet monasterio applicari: quia inde debet sustentari: ea autem mortua dos debet dari viro tota vt hic, vel secundum pactum ut ibi, & hoc innuit finis dictæ authenticæ. Vel tertio hic loquitur cum ciuiliter agendo, condictione sine causa vtitur, probat de crimine. ibi cum criminaliter instituta accusatione. Item quid dices ubi soluitur matrimonium ratione affinitatis, & postea vult uir dotē retinere, quia dicit uxorem adulterium commisisse. Illa se excuset, quod non fuerit uxor, & ne nec matrimonium, pro uiro est. ff. de do. inter uir. & uxor l. 3. §. 1. Sed dic contra: vt in auth. de nupt. §. si vero ab initio. col. 4. & ff. rer. amo. l. in cōcubina. Itē pone patrē dotasse filiam, an propter suum delictū perdit pater dotem? Quod vī. quasi pactum non valeat: quo minus pœna huius legis seruet: vt ∫. ea. l. in fi. Ar. cō tra, ff. de pac do. l. cū dos. & ∫. eo. l. dubiū. & authē. contra si filij, &c. & dixi sup. de in do. l. si dotem.

h *Sin autem aliter.* sine aliqua de prædictis causis. Et nota hic, quod olim libera erant matrimonia, & sine cā, & etiam altera parte inuita poterant dirimi: vt ∫. eo. l. ex. & ∫. de inu. stipu. l. 1. ff. de verb. ob. l. Titia. Secūdo tpe ex certis causis permittitur dirimi misso libello repudij vt, hac l. Codicis: cui & aliæ causæ adiectæ sunt tpe sequenti. vt ∫ l. prox. quæ et retetunt in auth. de nup. & ∫. l. in causis, & l. fi. Ter. in iure abbreuiata sunt, & pauciores, q̃ sint in codice: vt in auth. de nup. §. per occasionē. cū sequētib. & §. miciores. coll. 4. Quarto iure adhuc pauciores: ut in aut. ut li. ma. & auiæ. §. quia uero plurimas. coll. 8. Quinto iure: et canonum oēs tetera sunt: nisi affinitatis, vbi nō dirimit, sed nullū fuisse declarat.

i *Plagis.*] subaudi alijs.

k *Ab alterutro.*] i. vel a uiro, uel ab uxore.

l *Easdem.* ut sub quæstione mittantur, & est sic ∫. de iur. delib. l. fi. §. licentia danda. & ∫. de quæst. l. 1. & de adu. uerba. & l. in adulterij. & l. fi. & ff. de testib. l. serui. & ∫. de admin. tut. l. lex q. & in auth. de hæred. & Falc. §. si uero absint. colla. 1. & ff. qui & a qui. l. prospexit, quæ faciunt etiam ad id, quod hic dicit ea, quæ domi geruntur, &c. Sed argumētum contra sup. de testib. l. etiam.

m *Si mater.*] scilicet temere liberum miserit.

n *Censemus.*] huius edicti meminit & ∫. eo. l. fi. §. eod.

o *Electione seruata.*] alias

1 † aperte.
2 † repellat al. deest v. & unque.
3 † nisi.
3 † nisi.
4 † sepulcrorum.
5 † cōiuiuia apparēte.
6 † nisi.
7 † sui. al nisi sui.
8 † enim.
* Sed an perda mulier adultera paraphernalia. l. ceterum sic & c. plerumque ext. de don. inter uir & uxo. & Ro. in sing. 311.
9 † Du. hoc.
1 † sin autē.
* Concor. est hoc §. cū gl. s. eat. ut li. non cont.

* Eam ob causam inditur illi luctus annuus: quin & propter reuerentiam & memoriam mariti quā duquidē et si intra annum peperit annum luctus peragere debet nisi hoc à principe impetratū erit id quod prægnanti nunquam prædit prīceps. Taci. 1. Dion. 48 & 58. Plutar. in Ant. E contrario remittitur luctus intra ritus luctum indign. Vi Cuiac. 6. obser. 32 ubi de luctu mulierū & festinatis nuptijs tracta. Goth.
11. intentātē.
12 † deducere.
13 † seruis iuuenibus vel ancillis.
* Concor. c. dilecto, cū gl. extr. de offi. archidi. & c. tertio loco. extr. de probat.
14 † reseruari.
15 † si cui.
16 † Deest in omnib.

alius per auth. videtur, vt sup. de secund. nup. authen. lucrũ secundum Ioan. vel ibi in alij. rebus dicit, secundum H. & Azo. & concord. huic sup. de secun. nup. l. generaliter.

a *Ipsos.*] filios.

b *Detrimento.*] idest propter metum detrimenti.

ADDITIO. Videas de hoc, ext. de conuersio. coniug. per totum titulum.

h *Tradenda sunt.*] s. dotes, & donationes.

i *Proprietatem emittentibus.*] Nota ergo, quod licet ingrediatur monasterium pater vel mater, non tamen continuè eorum substantia traditur filijs, sed expectatur mors, vel delictum eorum, vt hic dicitur: de his autem bonis aliter disponitur per aliam Authēticam, ut nulli iudi. §. quia vero aliqui. & facit in eodem. cor. vt lic. mat. & auiæ, §. prædictis, coll. 7.

non ipsas [a] hæredes scripserit, filii non adierint) resarciri præcipimus: ut etiam hoc modo inconsulti animi à repudio mittendo detrimento [b] retrahantur.

¶ Pactiones 1† sanè si quæ aduersus præsentia scita nostræ maiestatis fuerint, attentatæ, tanquam 2† legibus cōtrarias [c] nullam habere volumus firmitatē. D. 5. id. Ian. Protogene, & 3† Asterio. Coss 449.

Iure isto matrimonium potest dissolui mutuo consensu vxoris, & mariti. h. d. Sal.

Imp. 4† Anastasius A, Theodoro PP.

LEX IX.

SI, constante [d] matrimonio, communi consensu [e] tā viri, quam mulieris repudium sit missum, quo nulla causa continetur, quæ cōsultissimæ constitutioni diuæ memoriæ Theodosii, & Valentiniani inserta est: licebit mulieri non quinquennium expectare, sed post annum * ad secundas nuptias conuolare. D. xv. Cal. Mart. Anastasio A. 2. Cons.

IN AVTHEN.

Vt liceat matri & auiæ, §. quia vero ex consensu, coll. vii. constitutione fin.

Communi consensu dissolutum matrimonium, nisi religionis, & castitatis causa. h. d. S. l.

QVod [f] hodie [f] non licet, nisi castitatis concupiscentia hoc [g] fiat: tam dote quam ante nuptias donatione filiis conseruatis.

¶ Quę si alias postea nuptias contrahere, vel luxuriose viuere inueniantur: liberis tradendæ sunt [h] earum facultates: delinquentibus earum proprietatem [i] amittētibus. Filiis autem non extantibus fisco applicantur. Et qui talia deliquerint, legitimis 5† subiiciuntur pœnis.

Propter impotentiam coitus potest impunè diuortium fieri, prius triennio transacto. h. d. cum auth. Sal.

Imp. Iustinia. A. Mennæ PP.

LEX X.

IN causis iam dudum specialiter definitis, ex quib' rectè mittūtur repudia, illā addimus. vt si maritus uxori ab initio [k] matrimonii vsq; ad duos [l] annos continuos computandos coire minime propter naturalē [m] imbecillitatē valeat, possit mulier, [n] vel eius parentes sine periculo dotis amittendæ repudiū marito mittere: ita tamen vt ante nuptias donatio eidem marito seruetur. D. 3. Id. Decemb. D. N. Iustiniano A. 2. Cos. 528.

IN AVTHENT.

De nupt. §. per occasionem. collat. 4. constit. 1.

SEd hodie non biennium solum, sed triēnium enumerari uolumus ex ipso tēpore copulationis computādum.

Solo consensu etiam absque dote contrahitur matrimonium, & repudians vxorem indotatam sine causa, punitur in quarta bonorum mulieri applicanda: ita tamen quòd centum libras auri non excedat: & idem econtra in vxore indotata virũ repudiante, & hoc lucrum debet reseruari liberis eiusdem matrimonii, si extant, & iudicium de moribus est sublatum, & aliæ causæ ad diuortium sunt additę. Sali.

Idem A. Hermogeni magistro officiorum.

LEX XI.

IVbemus, vt quicūque mulierem cum voluntate pa-

c *Contrarias.*] vt quia pepigit de non perdenda dote, licet delinquat, nam per hoc ad delinquendum inuitaretur, vt ff. de pac. dot. l. conuenire, & facit supra de pact. l. pacta quæ contra leges.

1† itaque. SI constante.] CASVS. Si maritus & vxor consenserint de dissoluendo matrimonio, mulier nō expectabit vsque ad quinque annos, sed post annum poterit conuolare ad secundas nuptias, si nulla causa interuenerit ex illis, quæ in l. consensu. continentur.

2† legum.

3† Confirmat Cassiodori. & aliorum Chro. Du. aūt Asterio.

d *Si constante.*] Hæc est [illegible] superior Theodosij, sequentes duæ Iustiniani, de quibus omnibus meminit sup. de rei vxo. act. in fi. Sed hodie hæc lex corrigitur, & sic sequitur authent. quod hodie, &c. quæ est, vt liceat matri & auiæ, §. quia vero & ex consensu. collat. 8. & facit sup. de nupt. l. neque ab initio.

4† Iustini. A. Mēnæ.

* Quid si mulier ante annũ luctus pepererat, potest ne statim nubere Cuiac. ad Nouell. 22. & c. 20. de p̃scrip. & 6. obs. 32. putat posse, quotiesmatrimonii dissoluitur inter viuos puta mutuo cōsensu, seruitute electione solitariæ vitæ: aliud fore si matrimonium sit dissolutũ Gothof.

* Nu 217. §. quia uero ex consensu.

† Omnino vide q̃ notatur in ca. uni. de uoto lib. 6. & Mar. Soc. in cōs. 27. in 1. uolu. dicentem Papā posse dissoluere

e *Communi consensu.*] in hoc differt a superiori lege quia supra propter delictum alterius.

QVod hodie.] CASVS. Lex Codicis pmittebat matrimonium inter viuos separari cōsensu. Hęc authen. prohibet, nisi castitatis amore: quòd si post diuortiũ aliquis eorum nubat. vel luxuriose viuat, filij eorum debēt habere omnem eorum substantiam, & ipsi puniri.

f *Quod hodie.*] ut mutuo consensu matrimonium separetur, quod per l. Codicis, si constante, permittebatur.

g *Hoc fiat.*] puta quòd ambo ingrediũtur monasterium, vel ecclesiam vouentes castitatem. Vel alter tantum ingreditur, & qui in sæculo remanet, castitatem vouet, & facit in aut. de nupt. §. per occasionem. coll. 4. Azo.

matrimo. l pfumptũ ob carnalem copulam.

7† Subijciuntur.

IN causis. CASVS. Si maritus cū vxore sua a tempore contracti matrimonij p continuum bienniũ steterit, nec propter naturæ imbecillitatem eam cognouerit poterit ei repudium mittere, nec dotem amittet, nec vir donationem propter nuptias. hodie expectare debet per triēniũ. Item nec post triennium hoc licet.

k *Ab initio.*] Sed q d si ab initio coire, sed post bienniũ, vel amplius nō potuit? aliud est quàm hic dicit, secundum canones.

l *Ad duos.*] Hodie tres, vt in authen. hic posita, quæ incipit, sed hodie, &c. quæ est de nupt. §. per occationem. coll. 4.

m *Naturalem.*] vel propter facturas aliquas, alias fracturas aliquas. Accur.

n *Mulier.*] Item an contra uir posset in uita uxore dirimere? videtur quod sic: qa si primo non cognouerat, nec conatus fuerat cognoscere mulierem, non imputatur ei, quia nemo peccare cogitur: ante ergo quàm haberet uxorem, non potuit scire, an posset cognoscere necne: Item videtur nec tenuisse matrimonium, cum sit castratus, ut ff. de iu. do. l. si serua, quæ est contra. So. ibi naturaliter, hic ex casu superuenientis infirmitatis, vel alio, & facit in auth. vt li. matri, & auiæ, §. prædictis. colla. 8. & ext. de frig. & male. laudabilem, & co. tit. ca. 1. in fi. Sed contra. in fi. c. 3. & vlt. & 33. q. 1. ca. quod autem, & ca. si per sortiarias.

Castratus si contrahat, an matrimoniũ teneat.

Iole-

by Google

rentum, aut si parentes non habuerit, sunt voluntate maritali[1]† affectione [2]† in matrimoniũ acceperit, ẽt si dotalia instrumenta non intercesserint, nec dos data fuerit: tanquàm si cũ instrumẽtis [a] dotalib. tale matrimoniũ ꝓcessisset, firmũ coniugiũ eorũ habeatur. Non.n. dotib. sed affectu[b] matrimonia contrahuntur. Si quis aũt eam, q̃ sine dote vxorẽ acceperat, à coniugio suo repellere voluerit, non aliter ei hoc facere liceat, nisi talis culpa itercesserit, q̃ [3]† à nr̃s legib.[c] condẽnaẽ. Si vero sine culpa eã reiecerit, vel ipse talẽ culpã ꝯ in nocẽtẽ mulierem cõmiserit, cõpellaẽ ei quartã partẽ pro priç substãtiç prorata portione persoluere: vt si quidẽ quadringentarũ librarũ auri, vel amplius vir substantiã hẽat, centũ libras auri mulieri pr̨ stet, & nihil amplius, & si quã tamcunq; substantiam possideat. Si vero minus quadringentis libris auri puta substantia eius fuerit: tunc quarta pars cõputatione facta pura[d] substãtiæ eius vsq; ad minimã[e] quãtitatẽ mulieri deẽ. ¶ Eodem mõ seruãdo & in mulierib. quæ indotatæ constitutç, [4]† sine culpa mariti cõstitutionib. cognita [5]† eos repudiauerint, vel ipsç culpã innocenti marito pr̨bue rint, vt ex vtraq; parte ęqua lancæ [f] & equitas, & pœna seruetur. Hoc lucro quartç patris, filijs quidẽ nõ extantib. ipsi viro & mulieri competẽte, & ab ijs quo mõ voluerint disponẽdo: Filijs autẽ, & deinceps personis ex eo dẽ matrimonio interuenientib eis seruando ad similitudinẽ dotis, & ꝓpter nuptias donationis per omnia, quç super his statuta sunt.[g]

¶ Inter culpas [h] autẽ viri, & vxoris cõstitutionibus enumeratas, & has [6]† adijcim[9], si forsã vxor sua ope, vel [7]† industria abortũ fecerit, vel ita luxuriosa est, vt cõe lauacrum cum viris libidinis cã habere [8]† audeat, vel dum est in matrimonio, aliũ maritũ sibi fieri conata [i] fuerit & in his enim [9]† casibus locũ habere cõstitutiones sancimus, quæ de culpa tã mariti quam vxoris loquunẽ, vt quẽadmodũ dos, vel donatio pp nuptias perit, ita & mulieris in dotate in quarta partẽ, quam & viris, & mulierib. ex hac lege [10] [10]† destinauimus, amissionis periculũ sustineant: Iudicio[k] de morib.* (quòd antea quidẽ in antiquis legib. positũ erat, non aũt frequentabatur) penitus abolito.[l]

¶ Omnibus etenim causis requisitis, & plectis quas antiquitas introducebat, nihil validum præter eas, quas anteriores cõstõnes, & pñs dispositio introduxit, inuenimus. Dat. 12. Cal. Dec. DN. Iustiniano A. 2. Cos. 328.

Imp. Iustin. LEX XII.

VUlt[m] constitutio, neq; sub potestate cõstitutos, neq. sui iuris filios, neq. masculos, neq; fœminas posse distrahere mr̃imonia in suorũ lęsionẽ patrũ, aut matrũ, qui dotes, aut antenuptiales donatiões obtulerũt, vel susceperũt. Sed sicut ĩ cõtractu nuptiarũ expectamus patrũ cõsẽsũ, ita neq. transgere mr̃imonia finimus in parẽtũ læsionẽ citra illorũ voluntatẽ. Sed etsi mittaẽ repudiũ cõpetere cõtra eos exactionẽ pęnarũ nõ finimus, siue ipsi dederint hoc, vel susceperint, siue ẽt cũ alijs susceperint: parẽtẽ quidẽ cõtra volũtatẽ filijnõ posse trãsfigere mr̃imoniũ, filijs aũt permittere, & ĩ minori ętate cõstitutis, & neq. quidẽ vtile sit scięntib. citra patrũ volũtatẽ soluere matrimoniũ, & ex hoc parẽtes lędere. Hoc aũt bene quidẽ inchoãs philosophissimus sãciuit. Marcus: Diocletianus aũt hũc secutus ẽ: nos aũt similiter ad ꝓbauimus.

eã ad vxore diuertat amittat dotem, & illa donationem, si diuertat. Si vero dos vel donatio nõ fuerit ꝯstituta, & diuertat sine causa legibus expressa, dimittet quartam partem bonorũ suorum: vt si habeat quadringen. auri, vel argenti, dimittet, ei 100. si vero minus habeat, deducto ære alieno quartam habebit in qualibet re, etiam in minima. Idẽ si mulier sine cã diuertat, vel ipsa cãm præbuerit diuertẽdi, nam quarta pars bonorum eius viro reseruabitur, cũ erat indotata: & si filij extant, lucro illorũ cedat illa quarta pars ad similitudinem dotis, vel donationis propter nuptias.

1† Effectu Du. affectu.

2† Matrimonij nomine accepit.

3† Deest, Du.

Inter.] Si mulier indotata ope, vel industria abortum fecerit. Item si stuphas cũ hoĩb. causa libidinis intrauerit inuito marito. Itẽ si viuente marito de contrahendo cũ alio deliberauit. eam vir dimittere põt: & dimittet ei mulier quartã partẽ bonorũ istæ tres causæ cõputari pñt inter alias cãs, ꝓpter quas vir diuertere potest à muliere, & retinere dotẽ, & donationem pp nuptias, iudicio de moribus mulieris hodie quiescente. olim enim pp malos mores & leues poterat maritus diuertere à muliere.

4† Si sine.

5† Eas.

a *Cum instrumentis.*] & supra de nup. l. neque siue, & l. si vicinis.

b *Affectu.*] vt & su. de don. ante nup. l. fi. & ff. de re. iu. l. nuptias, & de do. inter vir. & vxo. l. cum hic, §. si mulier. & in au. de nu. §. nuptias itaque. coll. 4. contra ar. 30. q. 5. c. nullum.

c *Nostris legibus.*] sit. l. prox. & supra. eo. l. consensu. quam l. consensu. suam facit per approbationẽ vt sup. de vete. iu. enucleam. l. 1. §. merito.

d *Pura*] idest, deducto ære alieno: vt ff. de iur. do. l. mulier bona omnia.

6† Addimus.

7† Ita industria.

e *Ad minimam.*] i. in qualibet re etiam minima habet quartã. Alij sic, idest si paruam substantiam habeat, & tunc non puniatur in quarta ista Accur.

8† Candeat.

f *Aequa lance.*] non ergo debent ad imparia iudicari, vt & 32. q. 1. c. si quis, hodie aũt vir hac quartam non habet, si vltra tres liberos habeat, sed pro numero liberorum, vt in Auth. vt lic. mat. & auiæ. §. quia vero quidam. coll. 8. quæ hic corrigit, sed illa corrigitur per aliam, vt inf. li. §. si. colla. 9. & sic redimus ad hanc legem. Accur.

9† Causis

10† Definiuimus.

* Eius mentio fit l. vlti. de ince. nupt. C. Th.

g *Statuta sunt.*] vt supra eo. l. consensu. §. fin. & codẽ, quæ hic, hẽs in auth. de nupt. §. si quis. n. duxerit, & in auth. quib. mo. na. eff. leg. §. si. colla. 6. & facit sup. de sec. nupt. l. quoniam, §. fi. Accu.

h *Inter culpas.*] has tres culpas refert in auth. de nupt. §. has itaque & ad idem 32. q. 2. c. aliquando.

i *Conata.*] i. tractauit de habendo alium virum. Accur.

k *Iudicio.*] nunc tractat de vltima parte rubricæ. Accur.

l *Abolito.*] qđ fuerat illud iudicium, ignoramus. Sed dicimus, quòd multi mali mores, & leues, vt inebriationes, & similes, inducebant solutionem matrimonij, quod hodie non est, ut hic, & sup. de rei uxo. act. l. rem. in prin. §. taceat. & ff. sol. mat. l. rei iudicatę. §. 1. in fi. §.

ADDITIO.

Intelligas, ꝙ istud iudiciũ de moribus est sublatũ quantũ ad detractionem, seu compensationem dotis. Non aũt est sublatũ quin maritus adhuc possit vxorem malè morigeratam castigare, ut 7. q. 1. c. sicut alterius, moderatẽ tamen, ut ibi notatus per glo. 1. & 23. q. 4. duo ista.

m *Vult.*] ex veteri interprete hæc constitutio circumferri. Cuius meminit. Iustinian. Nouel. 22. capitu. 18. sumpta est autem ex libro Basilicon.

SOLV-

SOLVTO MATRIMONIO quemadmodum dos petatur.

De solutione matrimonij dixi postquã dos repetitur. sic de hoc dicamus: & dic petatur, i. repetatur sic ff. de pig. act. l. petenti, vbi ponitur pro repetenti. Accu.

TITVLVS XVIII.

Soluto matrimonio: quemadmodum dos petatur.

Quando agitur de ipsa re data in dotem reddenda, æstimatio non facit, quin in restitutione veniat partus rei, puta ancillæ. Bal. uel sic: Vbi ancilla dotem data licet æstimate, debet restitui, nedum ipsa sed etiam partus potest peti. h. d. Sal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Gemilliæ.

LEX PRIMA.

DVbium non est, post æstimationem dotis pactione, vel stipulatione interposita, vt si ipsę res, dissoluto matrimonio, extarent, vxori reddant: & ancillas cũ partu ex stipulatu[a] iudicio restitui oportere. PP. 3 Id. Apri. Laterno & Ruffo Coss. 198.

Hæres viri, & etiam hæres hæredis, & etiam fiscus qui occupat bona, tenetur ad restitutionem dotis. Bal. vel sic: Sicut pater per expressam exactionem non præiudicat filiæ, sic nec per tacitam ex quasi contractu addictionis inductam. h. d. Sal.

Ijdem AA. Aquiliæ.

LEX II.

FRustra. CASVS. Si tutor factus fuerit debitor pupilli ex mala administratione, & curator ei datus tutorem conuenerit, & condemnari fecerit, nec ille parere vult iudicatis, quia timet, si soluat, & adultus perdat, quod possit restitui aduersus solutionem, & ꝓpter hoc soluere con demnationem cõtra dicit, an sit audiendus, quæritur? Dí. ꝙ non, cum exacta pecunia authoritate iudicis possit deponi. Accursius.

g *Iudicatum.*] i. satisfacere pro iudicato, timebant n. tutores, quod si soluerent minori, & pecunia non verteret in vtilitatẽ pupilli, quod ipsi nõ essent liberati, & quã minor restitueret in integrum? Respõ. ad hoc Imp. quod tutores possunt deponere eam in sacra æde.

h *Detrectent.* Timentes restitutionẽ, ut supra si aduer. sol. hæc ẽplo.

accepto ferentur, [a] etiam si prætoris decretum de dandis eis non sit interpositũ, [b] id namque, quod a tutoribus siue curatoribus bona fide erogatur, potius iustitia, quàm aliena auctoritate [c] firmatur. PP. 16. Calend. Septembr. Duobus Aspris Coss.

Libertus tutor debet à [1] se exigere, quod debuit: aliàs remouetur vt suspectus, & venit puniendus h. d. Sal.

Idem A. Proculæ.

LEX IIII.

NIsi eam pecuniam, quã constiterit libertũ paternum tutorem filiæ tuæ [d] rationi eius debere, vel deposuerit, vel in prædiorũ [1] † comparationem [e] conuerterit: remittitur ad præfectum verbi, secundum ea, quæ cõstituta sunt, arbitrio eius puniendus. [f] PP. 12. Calend. Octob. Antoni. A. 4. & Balbino Coss.

Tutores quondam non iustè recusant soluere adulto, cum possint auctoritate præsidis, vel eius præcepto. Vel sic: Non debet retractari solutio debiti, quæ potest tute fieri. h. d. Sal.

Idem A. Rufino.

LEX V.

FRustra tutores quõdam adolescentium, quorum curam administras, iudicatum [g] facere detrectant: [h] cum exacta pecunia possit auctoritate præsidis [i] in deposito [k] causam haberi. PP. Cal. Iun. Læto 2. & Cereali. Coss.

Sub prætextu, vel velamine officij nõ debet calumnia committi. Bald. Vel sic: Tutores, vel curatores, qui iustam causam litigandi nõ habuerint, licet alieno nomine egerint; proprio tamen nomine debent in expensis condemnari. h. d. Sal.

Imp. Alexander A. Paconio.

LEX VI.

NOn est [2] † ignotum, tutores, vel curatores [a] adolescentium, si nomine pupillorum, vel adultorũ scientes calumniosas instituant actiones, eo nomine condẽnari [l] oportere: ne sub prætextu nominis eorum [m] propter suas simultates [n] 3 † securè lites suas [o] exercere posse [4] † existiment PP. 6. Id. Maij, Maximo 2. & Aeliano Coss.

Contra formam datam à testatore, non debet tutor rẽ pupilli vendere. h. d. Sal.

Idem A. Valerio.

LEX VII.

TVtelam pupillorũ tuorum sic administrare debes, ne ædificium, quod his relictum est, contra formam alienandi testamento datam vendas [p] PP. 6. Id. Iul. Maximo 2. & Aeliano Coss.

Ignorans se tutorem datum non tenetur: sciens verò sic; & de neglectis conueniri potest cum aliis: de gestis verò ab aliis conueniri potest gerentibus prius excussis. h. d. cum gl. Sal.

Idem A. Aprili.

LEX VIII.

ET si scisses [q] te curatorẽ datum, nec administrasses: cæteris curatorib. & administrationem peragentibus, & sufficientibus damno præstando, [r] contra te actio dari non potest. ¶ Sin autem nescisses te curatorẽ datum: etiam si soluendo cæteri non sint, damni periculum ad te non [5] † redundat. PP. 7. Calend. Decemb. Alexandro A. 3. & Dione Coss.

i *Præsidis.*] & sic nõ restitueret: ut ff. de mi. l. ait prior. §. q d tñ.

K *In deposito.*] donec inde ematur prædium, vel alias expẽdatur in necessarios vsus adolescentis.

NOn est ignotum.] CASVS. Tutor, vel curator pupilli, vel adulti calũniosè nomine pupilli aduersus aliquẽ actionem instituere non debet: quod si fecerit, condemnandus est aduersæ parti in expensis, quia prætextu pupil. calumniosa actio instituenda non est. Viuia.

l *Condemnari.*] in expensis. sic infra vnde vi. l. meminerint. in fine legis.

m *Eorum.*] pupillorum, vel adultorum.

n *Simultates.*] i. calũniosas intentiones. vel. i. propter latens odium.

o *Suas.*] scilicet tutorum, vel curatorum, & idem in prælatis ecclesiarum, & facit ff. eod. l. quoties, ff. sicut & ff. man. l. Quintus. & inf. de his, qui. ut indig. l. Polla. & infra. q. acc. nõ pos. l. 2.

TVtelam. CASVS Testator prohibens, ne ædificiũ, ꝙ extruxerat, alienaret tutorẽ filio suo dedit an tutor alienare possit, quæritur? Dicitur quod non. Viuia.

p *Vendas.*] vt & ꝗ. de re. alie. l. si. licet alias poterant vendere ædificium olim: ut ꝗ. eod. l. lex quæ.

ET si scisses.] CASVS. Si qs sciẽs se cũ alijs datũ curatorem, non administrat: si administrantes soluẽdo sint, non tenebit. si aũt ignorabat se curatorẽ datũ licet alij soluẽdo non fuerint, non ideo hic tenebitur.

q *Et si scisses.*] Quod pupillus ꝓbare dẽt: ut ff. eo. l. q dam decedẽs, §. fi. & l. hoc aũt. Sed ar. cõtra. ꝗ. de peri. tut. l. si tutor, §. fin. Sed expone, ut hic, vbi ergo nullã habet excusationẽ, stati tenetur, ex quo scit: vt hic, & d. l. q dã. in fin. & ꝗ. de suspe. tu. l. 2. & si hẽt excusationẽ aut eã ꝓsequit, & ab initio cogitur administrare: vt ff. eo. l. 1. si vero ꝓsequit, tenetur tũc demũ reprobata excusatione, & administrare iussus, ut ff. e. l. qui iussus. & ff. de exc. tut. l. si is q. tres. § illa quoque.

r *Damno præstando.*] hoc

1 † cõparatione.

2 † Deest in omnib9 rectè.

a Concor. cum hac l. gl. in c. placuit. super verbo, causæ, 16. q. 6.

3 † Securi.

4 † existimentur.

hoc enim in administratis, vt hic. at in neglectis omnes tenentur: & in his, s. administratis subsidium, vt ff. eo. l. tres tutores, §. non solum, & §. item in eo. & de excusa. tutorum. l. quid autem, & infra si tutor non gess. l. fi. & sup. de transa. l. 1. & de proba. l. ex persona.

non est. & ff. eodem. l. quoties, & planè, & etiam facit ff. de euic. l. Herennius Modestinus, & ff. mand. l. si procuratorem, §. si ignorantes, sed in dubio præsumitur mala, vt in d. l. Herennius.

g *Iudicio.*] vt & sup. si tut. vel cura. l. fi.

a *SI curatores habes.*] o adulta.

b *Moderatum.*] Secundum facultatem, & dignitatem, vt ff. de iu. dot. l. quæro, & l. cum post, & gener. Et si altra quam valeat mulieris facultas constituatur, non valet ipso iure. si autem vltra vires, valet sed restitutio locum habet, vt ff. de mino. l. si ex causa. §. in dotis.

Dos an possit per curatores cõstitui adultæ vltra vires.

1 † Decr. in omnib.

c *Cogantur.*] scilicet, pro dote, & impendia etiam faciet nuptiarum: vt ff. eo. l. curator.

SI liberti. CASVS. Si libertus adulti eiusdem curator, seruum adulti manumiserit sine eius consensu, vel ab alio per fraudem manumitti passus fuerit, resarciet ei damnum, vel pro modo admissi delicti punietur in corpore. Viuia.

d *Læsa sit.*] Qui manumisit seruum aliquem eo consulente: vt sup. si adu. lib. l. quos retrahi. Vel alias male gessit aliquid, de culpa quidem tenetur vtili negotiorum gestorũ iure communi, de dolo etiam criminaliter extraordinariè: vt hic subijcit, & d. l. quos retrahi. & in fi. de iuspe. tu. §. libertus, & supr. eod. l. nisi. Item nota secundum quosdã ex hac lege, & inf. e. l. si tutores, quòd aliud est dolus, siue fraus, & aliud culpa, sed veritas est quod in dolo inest culpa, sed non conuenitur.

e *Dedit.*] Et curator tenetur in defectum.

* Hoc nõ assumit cũ fuerit cõdẽnata. l. Herẽnius ff. de euic. l. inuitus. supra de pecu. Doc. in c. innotuit. de arbit. c. cum inter. de re iud.

SI bonam.] CASVS. Si tutor in causa pupilli (si bona fuerit) non appellauerit, sententia lata contra pupillũ: uel appellatione interposita, eam prosequi non curauit: iudicio tutelæ pupillo tenebitur pro indemnitate pupilli conseruanda. Viuia.

f *Si bonam.*] in mala fecus: vt supra eo. l.

Adulta agit contra curatores, vt constituant sibi dotem. h. d. Bal. vel sic: Adulta potest petere vt dotetur curatoribus cessantibus. h. d. Sal.

Idem A. Inclytæ.

LEX IX.

SI curatores habes,[a] hi q; dotare te bonis tuis cessant: adito præside [1]† prouinciæ impetrabis, vt quod moderatum[b] est honestæ personę, præstare cogantur.[c] PP. 17. Cal. Maij, Agricola & Clementino Coss.

Libertus fraudulenter administrant, remouetur, & punitur. Sal.

Idem A. Rufiæ.

LEX X.

SI liberti eiusdemq; curatoris culpa, vel fraude ratio vestra læsa sit:[d] sarciri dãnum ab eo, qui dedit,[e] præses prouinciæ curabit, non dubitaturus etiam grauiorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, vt puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. 11. Calendas August. Agricola, & Clementino Coss.

Tutor in bona causa tenetur appellare, & prosequi. h. d. Bal. concor. Sal.

Imp. Gordianus A. Cęcilio.

LEX XI.

SI bonam[f] causam* ea, cuius autores, habuit, & aduersus latam sententiam nõ appellasti, seu post appellationem prouocationis solẽnia implere cessaueris, tutelę iudicio[g] indemnitatem pupillæ præstare debes. PP. Idus Augusti. Gordiano A. & Auiola Coss.

Defectus legitimæ ætatis in iudiciis, & rerum suarũ administratione non suppletur ex numero liberorum. h. d. Sal.

Idem A.[2]† Octauianæ.

LEX XII.

DE ijs, quæ in fraudẽ administrationis a tutore gesta, vel negligenter acta à curatoribus eorum,[h] quibus successisti,[i] allegas, agere debes, si modo, annos [3]† legitimæ ætatis implesti.[k] neq; enim ignoras non multum patrocinari fœcunditatem liberorum fęminis[l] ad rerum suarũ administrationem, si intra ætatem legitimam sint constitutæ. PP. 3. Non. Octobris Gordiano A. 2. & Pompeniano Coss.

Tutor agens pro pupillo, non tenetur cauere de ratio. h. d. cum glo. Sal.

Idem A. Longino.

LEX XIII.

TVtores debita pupillaria, seu deposita reposcentes, ad satisdationem[m] compelli non posse, manifestum est. PP. 8. Calen. Maij, Arriano, & Pappo Coss.

Durante administratione curator non cogitur rationes reddere. h. d. Sal.

Imp. Philippus A. & Philippus C. Clementini.

LEX XIIII.

RAtiones curæ administratæ ante impletum quintũ & vigesimũ annũ, durãte officio, posci iure nõ posse,[n] manifestũ est. PP. pridie Non. Augusti. Philippo A. 2. & Titiano Coss.

Subscribens se tanquam curator proprio nomine non tenetur. h. d. Bal. Vel sic: De eo, quod quis facit, vt tutor vel vt curator non potest conueniri: nisi proprio nomine se obligauerit. h. d. Sal.

DE iis.] CASVS. Tutor ex mala administratione factus est debitor pupilli in 100. deinde cessit pupillus successit ei mulier, vult conuenire tutorẽ, an possit? 2 † Octauiano. distinguitur, aut est minor annis & non potest sine curatore, nec numerus liberorum in hoc casu ætatem supplebit, vt si habeat 23. an. & tres liberos, si maior, potest. Viuia.

3 † Legitimæ.

h *Eorum.*] s. pupillorum.

i *Successisti.*] scilicet pupillis, qui habent tutores, vel curatores. Et dic de his, scilicet agere debes, & hoc si es maior verè, non fictè, propter liberos. Vel dic successisti pupillis, qui habent tutorem: & adulto, qui habet curatorem, quod in idẽ recidit. Tertij dicũt, quod agis contra tuũ curatorem, eius, cui successisti, quæ vltima non consonant litteræ.

k *Implesti.*] verè, vt hic, vel etiam fictè, vt supra, qui da. tu. pos. l. in vniuersis.

l *Fœminis.*] nec maribus, nisi ad honores, vt sup. de in integrum restit. mi. l. eo. tpe, & ff. de mi. l. 3. & ff. de mun. & ho. l. ad rem publicam.

TVtores. CASVS. Tutor si conueniat debitorẽ pupilli, an debeat satisdare pupil. rem ratã habiturum, quæritur? Dicitur quod nõ. Viuia.

m *Ad satisdationem.*] rem ratam sibi, secundum Io. nisi dubitaretur, an sit vel duret tutor, vel gestus illã cõmissus sit, vt ff. eo. l. vulgo. Hug. sed certe illa non est cautio rati, sed quod actor non patiã damnũ ob id, quod tutor non sit in iudicio sisti, pupillus tũ cauet, & eos defendet, vt j. e. l. si. §. defensionem, & §. oẽm autem, & facit. ff. quod cuiusque vniuersitatis. l. item. §. actor.

n *RAtiones nõ posse.*] turbandi a curatore.

Curator, curatore. Item nec ab adulto, & hoc si poscatur ratio totan posset sue administrationis, sed alicuius capituli potest: non tarationem nisi a curatore, qui administret, aliquin contra, vt ff. eo. reddere l. 1. §. 1. sed ab alio, vt dixi sup. eod. l. aduersus. sed certe lex officio du illa ff. eo. l. 3. §. 1. extra iudicium potest intelligi conueniri tante, administrante a non administrante. Item & actio hic personalis, a reali distinguenda est, vt inst. de auth. tut. §. si.

*S*I non subscripsisti. CASVS. Adultus in aliquo contractu pro me fideiussit, & curator authoritatem praestando non fideiubendo contractum subscripsit. nunquid conuentus negotiorum gestorum ab adulto, & liberatus super fideiussione ad eo facta conueniri possit a creditore tanquam fideiussor, quaeritur? Dicitur, quod non.

a *Ex intercessione.* intercedebat enim minor, cui authorabat curator, & quia male fecit conuentus fuit a minore, sed absolutus a praeside. Vel dic, liberatus a cura generaliter. Alij dicunt, quod potest curam finitam subscripsit.

b *Curator.*]dum curator eras. & sic concor. huic l. inf. quando ex facto tut. l. 1.

c *Conueniri possit.*] a creditore, sic & sup. si certum petatur, l. mutuae, & infra, de fideiuss. l. si pater.

*N*On omni.] CASVS. Tutores pupilli distrahere non potest, quasdam tamen distrahere potest, non autem donare, sed si donauerit, eas pupillus poterit vindicare. Viui.

d *Causam possidendi.* vt animalia superuacua, & vestes detritas, vt infra eo. l. lex quae. & fac. quod dicitur, dominus est tutor, cum bene administrat, non cum spoliat ut ff. pro empt. l. qui fundum. §. si tut.

e *Nulla ratione.*] vt & ff. eo. & tutorem ad vtili tatem, & l. cum plures §. 1. & inf. ... ma. fa. ... & ff. de offi. procu. C. e. l. 3. §. ... Sed fallit in casibus, vt ... dat mercedes doctoribus, & alimenta seruis, & libertis solemnia munera parentibus, do-

1† Quam.

2† al. rerum

3† Venundari.

4† donare

Tutor dominus est cum bene administrat.

Tutor de rebus pupilli aliquando dari potest.

Impp. Diocle. & Maximia. AA. Licinio.

LEX XV.

*S*I non subscripsisti quasi fideiussor, frustra vereris ne ex ea intercessione, [a] 1† qua signasti, vt curator, [b] olim liberatus (vt affirmas) sententia praesidis, ex officio curatoris conueniri possis. [c] PP. prid. Nonas Martij Diocle. 3. & Maximi. AA. Coss.

Tutor non habet potestatem donandi, nisi ex causis à iure permissis, alias non praebet iustam causam possidendi. h. d. Sal.

Ijdem AA & CC. Proculo.

LEX XVI.

*N*On omni titulo res 2† pupilli potestatem alienandi tutores habent, sed administrationis tantum causa distrahentes, quae eis 3† venundare licet, iustam cam possidendi [d] comparantibus praestant: Cum itaque 4† donandi nulla ratione [e] res eorum, quorum administrant negotia, potestatem habeat, vindicare dominium à possidentibus non prohiberis. Data 10. Calen. Maij, Heracliae AA. Coss.

Tutelae officium non prohibet tutorem testari, nec sua donare. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Martiali.

LEX XVII.

*D*E successione sua [f] tutores frustra timent, cum iis, qui tutelam administrauerunt, testamenti factio non denegetur, nec de bonis suis donare aliquid prohibeantur. [g] S. 16. Calendas Nouembris Sirmij. AA. Cos.

Periculum nominum spectat ad tutorem: ideo debet esse solicitus, vt soluant, & eis denunciare, & postea secundum iura pignora vendere. h. d. Sal.

tem sorori ex eodem parte natae, vt ff. eo. l. cum plures. §. cum tutor. & ff. de tute. & ra. distra. l. 1. in prin. Acc.

*D*E successione.] CASVS. An tutor pupilli testamentum facere possit, quaeritur: Dicitur quòd sic, & de bonis suis in alium donationis titulo transferre. Videbatur quod non, quia omnia bona sua tacitè sunt obligata pupillo, contrarium tamen est verum.

Ijdem AA. & CC. Soterico.

LEX XVIII.

*D*Ebitoribus pupillae pro officio ratione tutorem te constitutum asseuerans, ad te nominum periculo pertinente, [h] parere solutioni denuncia. 5† Quae si satis non fecerint, in venditione pignorum vti communi iure [i] potes. S. prid. Calendas Ianuarij, Sirmij AA. Coss.

Tutor potest dari in absentia. h. d. Bal. Vel sic: Tutor datus sciens, & se non excusans, tenetur. Sal.

Ijdem AA & CC. Vindiciano.

LEX XIX.

*T*Vtor, licet absens, decreto datus, si sciens solemniter se non excusauerit, [k] administrationi constituitur obnoxius. [l] S. 3. Id. Feb. Sirmij. CC. Cos.

Bona tutoris, & curatoris sunt tacitè obligata, etiã si non suscepisset tutelam necessariam, nec vnquam aliquid promisisset. h. d. Bald. Vel sic. Bona tutoris, vel curatoris pro gestis, & non gestis sunt tacitè obligata pupillo, vel adulto. h. d. Sal.

Imp. Constantinus A. Euphemianae.

LEX XX.

*P*Ro officio administrationis tutoris, vel curatoris bona, si debitores [m] existant, tanquam pignoris titulo obligata, [n] minores sibimet vindicare minimè prohibentur.

¶ Idem est, & si tutor, [o] vel curator quis constitutus, res minorum non administrauerit Dat. 7. Calen. Apr. Treueris. Volusiano, & Anniano Coss.

Tutor non implens conditionem vtilem pupillo, tenetur ad interesse. h. d. Sal.

f *Et successione sunt.* tutorum.

g *Prohibeantur.* cum suo onere, vt & sup. rem alige. l. vnica. & ff. de contrah. empt. l. alienatio.

*D*Ebitoribus. CASVS. An tutor pupilli possit distrahere pignora eius debitoris: dicitur, quod sic, si primò denunciauerit debitori, quod soluat. Viui.

h *Pertinente.* si distulerit exigere dum fuit soluendo, vt infra e. l. tutores, in fi. & infra. arbit. tut. l. 1.

i *Communi iure.* quod est inst. de distra. pig. l si hoc.

*T*Vtor.] CASVS. quis sciat se tutorem datum, nec se excuset, ab inde periculum ad eum pertinebit. Viuia.

k *Excusauerit*] si intra tempus ad hoc institutum, s. quinquaginta duorum.

l *Obnoxius.*] vt ff. e. l. quidam. §. fina. & l. hoc autem. & dixi sup. eod. & si sciens.

*P*Ro officio.] CASVS. Si tutor, vel curator ex mala administratione factus fuit debitor pu. vel adulti, res tu. vel curatoris per hypothecam sibi obligatas potest vendicare pupillus, vel adultus a quolibet possidente. Viu.

m *Si debitores.*] tutores, vel curatores ratione administrationis.

n *Obligata.*] vt & fu. de rei vxo. actione §. 1. & hoc ex eo tempore, ex quo coepit esse tutor. argu. j. de bonis, quae libe l. cum oportet. §. fi. vel quo coepit male administrare arg. sup. de secun. nup. l. hac edictali. §. pen.

o *Et si tutor*] qui tutor non administrans tenetur vtili tutelae, curator vtili negotiorum gestorum, vt ff. de ritu nup. l si quis tutor.

5† Quod.

* Adde tu. & hac materia, quod bona tutoris, & curatoris, & etiã eorum fideiussorum sunt tacite obligata etiam ad lites. l. pro peràdum, & vltimo, vbi Bald. su. de iud.

tutor. §.1. & ff. rem pupil. sal. fo. l. non quasi. §. illum, & ff. eo. l. tutores, qui. §. in eum. Sed nunquid bona eius, qui gerit pro tutore, sint tacite obligata pupillo? Resp. sic, argu. ff. de priui. cre. l. dabimus, & ♃. qui pot. in pigno. ha. l. assiduis, circa princip. ibi, & hoc cum in personalibus &c. & §. ad hæc, ibi, cũ enim in personalibus, & est pro hoc ff. de tut. & rat. distr. l. vlt.

Pupillo, sint tacitè obligata bona eius qui gerit pro tutores.

1† Ad Maximũ præfectũ prætorio post alia. C.T.

a Ex lib. 3. tit. 29. l. 2. C. Th.

Idem A.[1]† Maximo PP.

LEX XXI.

PVpillorum [a] seu minorum defensores, si per eos donationum conditio [a] neglecta est, rei amissæ [b] periculum præstent. Dat. 3. Calend. Nouemb. Romæ, Sabino, & Rufino Coss.

Bona pupillorum, quæ possunt seruando seruari nõ debent alienari: nisi causa necessitatis, præcedente inquisitione, & causæ probatione, & subsecuta decreti interpositione. h. d. Bald. vel sic: immobilia, & mobilia, quæ seruando seruantur (præter animalia superuacua) non possunt tutores, vel curatores alienare, etiam in causam dotis sine decreto iudicis. h. d. Salic.

Idem A. ad Populum.

LEX XXII.

LEx, quæ tutores, curatoresque necessitate adstrinxit, vt aurum, argẽtum, gemmas, vestes, cæteraque mobilia pretiosa, vrbana etiam [2]† prædia, & mancipia, domos, balnea, borrea, atq; omnia, quæ intra ciuitatem sunt, venderent, omniaque ad nummos redigerent, præter prædia, & mancipia rustica, multum minorum vtilitati aduersa est.

¶ Præcipimus itaque, [a] vt hæc omnia nulli tutorum, curatorumve liceat vendere: nisi hac fortè necessitate, & lege [c] qua rusticum prædiũ atque mancipium vendere, [d] vel pignore, [3] † vel in donatione propter nuptias, vel in dotem [e] dare in præteritum licebat: scilicet per inquisitionem [f] iudicis, & probationem causæ [g] interpositionemque decreti, vt fraudi locus non sit.

¶ Ante omnia [h] igitur urbana mancipia, quæ totius supellectilis notitiam [a] gerũt, semper [i] in hæreditate, & in domo [4] † retineantur. nam boni serui fraudẽ fieri prohibebunt: mali, si res exegerit, sub quæstione positi poterunt prodere veritatem: atque ita omnia obseruabũt, vt nec inuentarium scribere, nec mutare, vel subtrahere aliquid tutor valeat, quod [k] in veste, margaritis, gemmis & vasculis cæteraque supellectile [l] necessarium est.

¶ Et tolerabilius est (si ita [m] contigerit) seruos mori suis dominis, quam seruire extraneis: quorum fuga potius tutori adscribitur, siue negligentiã dissolutã esse patiatur.

a Conditio.] Quia nõ impleuit conditionem, sub qua donatum erat minori.

Tutor pupillo tenetur, qui facit, quod ei actio non quæratur.

b Rei amissa.] idest non quæsitæ, & sic impropriè ponitur: vt insti. ad legem Aquil. §. illuc. ibi, nam hæreditatis quoque amissæ &c. Item nota quod facit tutor, vt actio non quæratur: & pro hoc tenetur pupillo: vt & ♃. arbit. tute. l. quicquid. & arg. ♃. eo. l. si tutoris, & ff. de inin. l. sed & si vnius. §. 1. & argu. inf. de ser. fugi. l. 5. §. fi. & inf. de cur. fu. l. na. §. 1. sed non facit, vt quæsita pereat, vt ff. eo. l. Lucius 2. §. fi. & sic ♃. de acq. posses sione, l. fin. Et facit hæc lex ad quæstionem, si tutor induxit testatorem, vt sibi relinqueret, quod pupillo relinquebat. Itẽ an & hoc casu petit restitui? Resp. sic, habet enim electionem, vtrum contra tutorem velit agere, vt hic: vel petat restitui, vt supra si tutor, vel curator. l. etiam.

2† De sunt in omnib.

LEx, quæ.] CASVS. Lex quædam præcipiebat, vt omnia bona pupil. per tutorem distraherentur, & redigerentur in pecuniam, illa fœnori daretur præter prædia rustica: quæ lex erat aduersa vtilitati pu. præcipit imperator, vt bona pup. immobilia siue mobilia non distrahantur: nisi hoc daretur in dotem, vel donationem propter nuptias, & in huiusmodi alienatione necesse est, vt interponatur iudicis decretum. Item prohibet, ne seruum alienet, & causam subiungit: quia scilicet si boni sunt, custodient domum, & res pupilli. ne in his fraudem tutor committat: si sint mali, poterunt torqueri, vt dicant veritatem de ijs, quæ in domo pup. continentur, & melius est, si serui apud pup. morentur, quàm extraneo seruiant, & fugiant, quorum fuga tutoris negligentiæ adscribetur. domus pup. vendi non debet: quia pater pupil. ibi decessit, & ibi imagines suas habuit, quas conuelli pupillis esset lugubre sed si ruinam patiantur, tutor eas reficere debet: ut ex conductionibus earum possit pup. omni anno pensionem percipere.

¶. Serui, qui aliqua arte præditi sunt, pupillo seruiant: & de bonis pupil alantur: Alij qui arte prædicti sunt, partim ex labore suo, partim ex substantia pupil. alantur. Quod autem serui alienari non debeant, duplex est pupilli commodum. s. ne tutores in rebus pupil. fraudem committant: vel mater pupilli res pupil. surripiat, & ad secundum maritum perferat. Nec debent res pupilli in pecuniam redigi, ne amittantur, forte debitore facto non soluendo: nec semper posset fœnerari. Nullo ergo modo distrahat has tutor sine interpositione decreti: nisi sint res, quæ seruando seruari non possunt: veluti vestes attritæ, & fructus, & animalia superflua.

a Vi. qdã in húc locum apud Cuiac. 7. obs. 33.

c Lege.] scilicet per iudiciariam authoritatem.

d Vendere, vel pignorare. puta ob æs alienum. Item pro iudicio sisti potest obligari minoris substantia: vt ♃. eo l. fi. §. defensionem.

3† De sunt & sanè videntur ex gl. irrepsisse. nec sũt hæc rectè cõiuncta, non. n. dicimus dare in donationem, vt dare in dotem.

e Vel in dotem.] non in dotem constitui à minore in immobili re, cum decreto. sic est & in donatione propter nuptias: ut infra si materfamil. l. fin. & fin. Sed econtra in vtroque infra, de præ. mi. l. ob æs. vbi propter æs alienũ tãtum permittitur. Item ad donationẽ tantum est contra. in eodem, l. prædia. Sol. prædictam intellige pro dote, & donatione à patre minoris promissa: & sic est æs alienum, de nouo autem constituere non potest minor, vt in contrarijs, hoc non placet: quia si pater promisit dari, poterit iure communi etiam sine decreto: vt ff. de rebus eo. l. magis, §. sed si pater. Item non placet, qa expresse dicitur. ff. de in. do. l. Titia, quod minor dedit prædia in dotem, sed illam intelligebat. Io. quod maior erat tempore donationis. Tu ergo dic speciale in dote; & in donationibus propter nuptias, & in d. l. ob æs alienum. tantum subaudi, vel aliam similem causam: vt ob dotem, & donationem propter nuptias, & dictam legem prædia. intellige de donatione sponsalitia, non propter nuptias.

a No. Sal. quod ꝑ domesticos & familiares probatur res, quæ sunt in domo. facit inf. de su. delib. l. fi. §. licentiã, de quo pũcto optime Lanf. in cap. quoniam contra fal sam. §. testium depositiones de proba.

Minoris substantia pro iudicio sisti pt obligari.

Minor an possit rem suam immobilem dare in dotẽ, vel donationem propter nuptias.

f Per inquisitionem.] quæ multis consistit: vt ff. de reb. eo. l. magis, § non passim.

g Probationem causæ.] quare vendat.

h Ante omnia.] generaliter prohibuit: tunc rationem de singulis reddit.

i Semper.] referas ad hoc, quod supra dictum est, nisi hac forte &c.

k Quod.] s. quod in inuentario scribantur. Vel dic, quòd in domo retineantur, & non vendantur: quod est verum, si non sunt vsu detritæ: vt infra. l. in fine.

l Supellectile.] impropriè dicit in cætera supellectili: quia supellex est domesticum patrisfamilias instrumentum, quod neque argento, auroue facto, vel vesti connumeratur: vt ff. de supel. leg. l. 1.

Supellex quid sit.

m Si ita.] s. seruiendo eis.

Bre-

a *Execrantur.*] idest odiunt serui.
b *Per hoc.*] idest per conseruationem seruorum.
c *Tunc enim.*] idest secundum antequam legem.
d *Remota.*] quando multoties contingebat, quod pupilli occidebantur à seruis.
e *Defecit.*] idest mortuus fuit.
f *Pater.*] idem si aliunde habuit, vt subijcit, ergo & domus.
g *Ergo & domus.* qa aduersa erat illa lex vtilitati minorem, ergo &c.
h *Collapsum.*] quod prius refici debet, quam nouum fabricari: vt inf. de ope. pu. l. fin.
i *Vel cuiuscunque.* vel dic, vel alius cuiusq;.
k *Testificatione.*] ipsum enim opus in præsentia plurium à iudice visum probat, quod est reficiendū, & quod egrat sumptibus. Et sic not. quod secundum conscientiam iudex iudicat: quia hoc videt ut iudex: sic ff. finium regun. l. si irruptione, §. ff. & de ferijs. l. 2. §. fin. & de ali. pu. præst. l. si.
l *Pretia.*] accepta ex venditione domus.
m *Deminuta* postea.
n *Inferant.*] seruiendo minori; vel locando alij.
o *Labore suo.*] faciendo herbā venalem, vel deferendo lapides: nec. n. artes hæ sunt.
p *Taxatione.*] facta à defuncto, alias à iudice, vel ipse minor siue tutor taxabit aliquid pro alimentis.
q *Lex enim.* diximus ne alienentur serui, & hoc propter duplex commodum minorum, & hoc subijcit, lex enim, &c.
r *Tutores.*] minoribus insidiantes.
s *Fœminas.*] matres.
t *Vitam.*] i. res de quibus debent viuere liberi.
u *Huic accidit.*] s. admissioni antiquæ legis, i. si admittatur. Vel huic rationi, quod seruantur serui ut minori præcaueat, maxime in pecunia, quę clam facile potest eis auferri.
x *Iam.*] idest prædictis rationibus.
y *Exceptis.*] & excipe fructus & reditus: ut j. eod. l. sancimus, §. fin. & pro his nō datur restitutio: ut ff. de min. l. & si sine, §. idem faciunt, & facit ff. de iure delib. l. ait præt. & j. quādo decr. opus nō est. l. & sine, & ff. e. l. tutor, qui repertoriū. §. 2. & ff. de proc. l. procurator tutorum bonorum.

1 † Deest, recte nobis idē dicatur idē. n. est non videre fixas imagines, & reuulsas uidere.
2 † Iudex interdū iudicat secūdum conscientiam.
3 † alius.
4 Vt faciunt Parisijs, & est sing. gl. ad destruendā mendicitatem.
5 †
6 † mulieres.
5 † intemperatas.
6 † vt plurimum.
7 † Huc Du.

disciplinam, siue duritia, vel inedia atque verberibus eos afficiat. Nec. n. domini exe crantur,[a] sed magis diligūt: ita vt hæc lex per hoc[b] quoque melior antiqua sit. Tūc enim[c] remota[d] seruorū custodia, etiā vita minorū sæpius prodebatur. ¶Nec vero domū vendere liceat, in qua defecit[e] pater,[f] minor creuit, in qua maiorum imagines, aut[1] † nō videre fixas, aut reuulsas[2] † videre, satis est lugubre. ¶Ergo & domus[g] & cætera omnia immobilia in patrimonio minorum permaneant: nullumq; ædificij genus, quod integrū hęreditas dabat, collapsum[h] tutoris fraude depereat.

¶Sed & si parens, vel[3] † ille cuiuscunque[i] hæres est minor, reliquerit deformatum ædificium: tutor testificatione[k] operis ipsius & multorū fide, id reficere cogatur. ita. n. annui reditus plus minorib. cōferent, quā per fraudes pretia[l] deminuta.[m]

¶Serui etiā, qui aliqua sunt arte prædíti, operas suas cōmodo minoris inferant:[n] & reliqui, qui in vsu minoris domini esse nō poterunt, quibusque ars nulla est, partim Labore[o] suo, partim alimoniarum taxatione[p] pascant.

¶Lex enim[q] non solum contra tutores,[r] sed etiam contra[4] † fœminas[s] immoderatas atque[5] † intemperantes prospexit minoribus, qua[6] † plerumque nouis maritis nō solum res filiorum, sed etiā vitam[t] addicunt. † Huic[7] † accedit,[u] quod ipsius pecuniæ (in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt) fęnerandi vsus vix diuturnus, vix continuus, & stabilis est:[8] † quo subsecuto, intercidente sæpe pecunia, ad nihilum minorum patrimonia deducuntur.

¶Iam[x] ergo venditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti: exceptis[y] ijs dūtaxat vestibus, quæ detritæ vsu, seu corruptæ seruando, seruari non[9] † poterunt.

¶Animalia quoque superuacua quamuis minorum, quin veneant, non vetamus. Dat. Idi. Mar. Constanti. A. 7. & Constantino C. Coss.

Tempus soluendi canonē, ipso iure non currit minorib. g. d. secundum gl. quod est mēti tenēdum. Bal. Vel sic: Imputat tutori, si res emphyteutica propter canonem non solutū redit ad dominū. h. d. S.

Idem A. Felici.

LEX XXIII.

SI tutoris,[z] vel curatoris culpa, vel dolo,[z] eo, quod uectigal prædio emphyteutico impositum minime defendere voluissent,[a] minoris[10] † prædium fuerit amissum:[b] damnum[c] quod ei cōtigit, ex substantia eorum resarciri[d] necesse est. Da. 13. Kal. Maij, Constant. Dalmatio, & Xenophilo Coss.

Tutor, & curator quā primū possunt, debent inuentariū facere de rebus, & instrumentis, seu iurib. pupillorū: & mobilia, quæ seruantur, in tuto collocare: & ex pecuniis prędia idonea (si possunt) emere: aliàs sub vsuris eas collocare: h. d. Sal.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutichiano PP.

LEX XXIV.

TVtores[*] vel curatores

Si tutoris.] CASVS. Si pupillus habeat prædium in emphyteusim, pro quo soluere tenetur fisco annuū cēsum, & in solutione per biennium, vel triennium cessauerit per culpam tutoris, & prædium à pupillo auferatur damnum, quod sentit pupil. tutor resarciet.
z *Vel dolo.*] quæ differunt: vt dixi j. cod. l. si liberti.
a *Voluissent.* s. fisco. s. per triennium: vt j. de iu emph. l. 2. sed si intra triginta dies offerant post amissionem, recuperant pro minorib. ut ff. de publi. l. Imperatores, ex tunc ergo sic amittitur: sed potest restitui in integ. vt ff. de mi. l. si ex cāuss. pen. Modie uero ipso iure seruatur illæsus: ut j. ex quib. cau. i inte. rest. nō est necess. l. fin. Itē contra j. de fun. pa. l. 2. lib. 11. sed ibi loquitur de prædio, ex quo vectigal præstabat Cæsari. hic fisco.
b *Amissum.*] s. p diū, quod exactor tributorū alij vendidit eū solēnitate, quod hebes sup. fi. propter pu. pen l. s.
c *Damnum.*] s. amissi prædij, sed hodie cū seruet illæsus ipso iure: de alio damno oportet dici. si uelis rē tueri: quod pōt esse in tit. 19. l. 1. expensis factis pro recuperando prædio, vel deteriorationem ipsius. Alij dixerunt, quod non restituitur hoc casu, nec seruatur ipso iure illæsus: ut inf. de fide instru. & iure in alijs, ut ha. fi. l. 1. lib. x. quod nō ex Accur. placet. constat, &
d *Resarcire necesse est.* ex uetere, ut & arg. j. vnde vi. l. meminerit, & infra arg. tu. quicquid. Sed aliud in dāno amissę cautionis vectigalis soluti: qa non tenetur tutor: vt ff. eo. l. fine hrde, §. 1. Vel dic idē si tamen culpa possit tutori imputari.

TVtores.] Diuidit in tres partes. Primo prouidet circa inuentarij cōfectionē. Secūdo circa rerū locationē. Tertio circa prędiorum emptionē. secūda ibi, Aurū tertia ibi. Ita tū. Salic. CASVS. Tutor, vel curator statim quo dati sunt, dēt facere inuentariū in pñtia tabellionis: in quo dēnt scribere oēs res & oīa instrumenta, quæ inueniuntur in hęreditate pupilli: & aurū, & argentū debet in securo loco reponi, & de mobilibus

7 † Alias, quo sæpe intercidente pecunia al. quo facto.
9 † poterint. Dua.
[*] Ex lib. 5. tit. 19. l. 1. C. Th.
[*] Ex lib. 5. tit. 19. l. ult. C. Th.

mox [a] quũ fuerint ordinati, [b] sub præsentia publicarũ personarum [c] inuentarium rerũ oĩum, & instrumentorũ [d] solenniter facere curabunt. [e] Aurum, argentũque, & quicquid uetustate tp̃is non mutatur, [f] si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima custodia collocent: ita tamẽ, vt ex mobilibus aut prædia idonea comparentur, aut si fortè (vt assolet) idonea non potuerint inueniri, iuxta antiqui iuris formam [g] vsurarum crescat accessio: quarũ exactio ad periculum tutorũ pertinet. D. 7. Calen. Martij Constãtinop. Arcadio 4. & Honorio 3 AA. Cos. 396

Solẽs pupillo cũ auctoritate tutoris, vel ipsi tutori, vel curatori, decreto iudicis consequitur liberationem plenissimam. Itẽ laboratores, & coloni ẽt sine hac solennitate soluentes, liberãtur. h. d. Bal. Vel sic: Debitor pupilli soluens tutori ex præcepto iudicis, plenissimam consequitur liberationem. idem si sine iudice soluat annuum reditum: vel alicuius rei pensionem. h. d. Salic.

Imper. Iustinianus A. Ioanni PP.

LEX XXV.

SAncimus creatione tutorum & curatorum cum omni procedente [h] cautela, licere debitorib. pupillorũ, vel adultorum ad eos solutionem facere: ita tñ prius sententia [i] iudicialis sine oĩ damno [k] celebrata hoc permiserit, quo subsecuto, si & iudex hoc pronunciauerit, [l] & debitor persoluerit, sequitur huiusmodi [l] † cãm plenissima [m] securitas, vt nemo in posterũ inquietetur. Non .n. dẽt quod ritè & secundũ leges ab initio actum est, ex alio euentu resuscitari. [n] Nõ aũt hanc legẽ extendimus [o] ẽt in ijs solutionibus, q̃ ex redditibus vel pẽsionibus, [p] vel alijs hm̃oi [q] causis pupillo, vel adulto accedunt: sed si extraneus debitor ex fœneratitia forsitã cautione, vel alijs similibus [r] causis solutionẽ facere, & se liberare desiderat, tunc. n. eandem subtilitatẽ obseruari censemus. Dat. 10. Calend. Mar. Constantinop. post Consulatum Lampadij, & Orestis. VV. CC. Coss. 331.

Licet tutor interponat authoritatẽ uel curator adulto ius tamẽ suũ curator non perdit. h. Bald. Vel sic: Si tutor vel curator authoritatẽ præstat pupillæ uel adulto adeũdi hereditatem ex testamento, in quo tutor ipse vel curator est præteritus vel exhęredatus: sibi non præiudicat, quo minus testamentum expugnare possit. h. d. Salic.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XXVI.

CVm quædã mulier testamento condito filiũ

bus rebus debent comparare prædia, & si idonea prædia non inueniantur, pecunia dabitur ad vsuras. Viuia.

a *Mox.*] vt statuitur, vt in aditione hæreditatis, vt infra, de iure de lib. l. fi. §. j. quod non placet. Sed dic, idest, quam primum potest: idest, statim, nisi iustissima causa differat, vt ff. eodem, lege, tutor qui repertoriũ. in princip. & ad hoc ff. de solu. l. ratum. & ff. ad Tertull. l. 2. §. confestim. & d. l. tutor. Item de quatuor mensibus potest induci supra, de episc. & cler. auth. presbyteros. 2. Ante illud confectum administrare nõ debet, nisi quid sit, quod nec modicã sustineat dilationem, vt d. l. ff. eod. tutor qui repertorium. in princ.

Tutor an administrare possit, inuentario nõdum confecto.

b *Ordinanti.*] adita tamen hæreditate intra tẽpus statutum, vt inf. de iure delib. l. fin. §. j.

c *Publicarũ personarũ.*] idest, tabulariorum. & ita exponitur sup. de episcop. & cler. l. orphanotrophos: sufficit tamen vnus tabellio. sed q̃a pluraliter dixerat tutores vel curatores, subiungit pluraliter personarum publicarum. vel plurale pro singulari ponit, sic supra, de his qui in eccle. ma. l. j. & l. orphanotrophos. Vel appellat publicas p̃sonas, idest, tabelliones & magistratum, idest ordinarium iudicem, qui debet interesse, quod patet: quia lex dicit ex inuentario posse conueniri debitores, ergo patet, q̃ apud iudicem facta fuit insinuatio, alias enim ei nõ crederetur, vt ff. e. l. chirographis. & in auth. vt spõ. larg. §. insuper. collatio. 9. Item, & per hoc q̃d dicitur decreto ei cõcedi curam, & acta inde fieri, & iuramẽtum præstari, vt j. d. cura. furi. l. fin. §. sed cum & in auth. vt ij, qui ob. se ha. per. res mi. §. fi. collat. 6. & j. arbit. tute. l. fin. & hoc in omni tutore testamentario legitimo, & datiuo intellige, nisi ei testator remisit confectionem inuentarij, vt infra arbit. tutelæ. l. fi.

Inuentariũ an possit fieri cũ vnico tabellione.

d *Instrumentorum.*] nec est necesse vocari creditores, secus verò in hærede, quia ipse habet beneficia duo propter inuentarium. s. Falcidiæ, & quia creditoribus pro viribus hæreditarijs tantum tenetur: at tutori imminet tantum onus, secundum Ioan. Item potest compelli vna vice, & inter plures vices fieri, secundum q̃d inueniet res, vt inf. de curat. furi. l. fi. §. tali.

Inuentariũ faciẽs tutor an debeat reuocare creditores pupilli,

e *Curabunt.*] alioquin vt suspecti remouerentur. Idem si pecuniam ad emptionem prædiorum non deposuerunt, vt ff. de suspect. tut. l. 3. tutores, qui repertorium.

f *Non mutatur.*] facile, vt metalla, marmorea, vere enim omnia mutantur, vt in authen. de non alien. §. vt autem. collat. 2. quæ ergo facile mutantur, vt fructus, vendere licet, vt s. eod. tit. l. lex, quæ. in fi. & j. eod. l. fina. & ad hoc in authen. vt ij, qui ob. se ha. per. §. quoniã. collat. 6.

g *Formã.*] vt ipse pupillus stipuletur, vel eius seruus, vel curator in subsidium, vt ff. eod. l. quoties. in princip. & det electionem pupillo. pe.† stea eligat nomina, vel pecuniam, vt in co. tit. cum quęritur. alie. lic.

† Solutionem, in §. fi. insti. q. alie. lic. vel non.

SAncimus.] CASVS. Debitor pup. si velit soluere tutori, necessaria est iudicis authoritas ad hoc, vt plenissimam consequatur securitatem. & hoc in prima; hoc quod dictũ est in solutionẽ faciẽda, q̃ sit necessaria iudicis authoritas, fallit in solutione redituum, & pensionum. Viuianus.

h *Procedente.*] sine dispendio.

i *Sententia.*] præceptiua vel præcepto.

k *Damno.*] i. sine oĩ dispendio.

l *Pronunciauerit.*] vt soluat.

m *Plenissima.*] siue interuenerit tutor, & iudex, siue iudex tantum, vt hic. & ff. de minor. l. ait prætor. §. permittitur

n *Resuscitari.*] sic infra ad l. Iuliam. de adulte. l. Gracchus & 26. dist. ca. deinde. in fi. & infra lib. 11. de expen. lud. l. vnica. & supra de cõfir. tu. l. 3.

o *Extendimus.*] vt semper oporteat fieri cum iudice, quia fallit in redditibus & pensionibus, vt hic, & in vsuris, vt infra eo. l. constitutionem. Item in Trebel. lianica restitutione, vt infra ad Trebel. l. Sancimus.

p *Pensionibus.* in pecunia, sed superius in alijs.

q *Alijs huiusmodi.*] vt in vsuris, vt d. l. constitutionem, & partiaria colono.

r *Alijs similibus.*] vt ex venditione distingue, vt diximus s. si aduer. sol. l. j. & facit. ff. e. l. Lucius 2. §. tute æ.

CVm quæd. m.] CASVS. Si mater filium suum præterierit, & pu. extraneum, cuius tutor est filius, instituerit hæredem, qualiter filio succurratur, quæritur, quia nisi hære. pupil. acquirat, & nomine pu. adeat, tenebitur actione tutelæ: si acquirat, & nomine pupilli adeat, præiudicat sibi in actione inoffic. querela respond. quod adire, idest pupillo adeunti authoritatem præstare debet, & finita tutela aget de inoffic. Viuianus.

a *Praeterisset.*] quod pro exhæredatione habetur: vt instit. de exhæred. li. §. mater.
b *Tutelæ.*] cum tutor est.
c *Negotiorum gestorum.*] l. cum est curator: vt sup. de neg. gest. l. curatoris.
d *Perdit.*] no. sic & ff. de inoffi. testam. l. nihil. & l. fin.
e *Hypothecis.*] quia pro hac mala administratione, eorum bona tenebuntur minori vt sup. eo. l. pro officio. Vel dic, quod in bonis matris habebat hypothecam, vt s. de secun. nupt. l. hac edictali. §. omnib. in qua videbatur sibi præiudicari, cum alij bona materna adiudicari vellent. Vel dic, tertio, quod quidam rem suam minori obligauerat, eandem & curatori pro alio facto: vnde timebat, ne si contra eũ peteret, teneatur minori, & si pro minore peteret, ne præiudicet sibi saltem in præscriptione.
f *Varijs causis.*] videlicet circa vsuras & alias accessiones. Vel dic, quòd vendidit minor rem tutoris vel curatoris, quam timet non reuocare, & contra timet reuocare. Vel dic quòd tutor vel curator vendidit rem minoris, contra quam venditorem timet petere restitutionem. Vel dic quod minor emit, vel alio modo acquisiuit, ab alio rem tutoris vel curatoris, quam si nõ reuocet tutor, vel curator, timet sibi præiudicari, & alia possunt poni exempla plura, in quibus omnibus habet locum hæc lex.
g *Transferri.*] vt & aut. quando ex fac. tut. vel cura. l. j. & ff. de re iu. l. si se. §. tutor. & ff. si quis cau. l. fi. secus in procuratore: vt ff. de procur. l. procurator qui pro legatum ad euictione & ff. mandati. quod in ea. l. seruum Titij.
h *Argumentati.*] prima facie videtur bonum arg. sed si medium subaudias, optimum est: secundũ Io. an. sic scilicet ideo cum finita est tutela, transeunt actiones in pupillum, ne officium sit ei damnosum, vt argum. ff. quemadmodũ test.

* Vi. Anto. Mercatorem. 1. tab. 12.

* Officium tuum nemini debet esse damnosum.

* Iste tex. semper al. legatur ad hoc, quod iure proprio id cum eo, quod cõmunis est, commune de similibus ad similia.

suum præterisset, [a] idem aũt filius, qui præteritus erat, vel fratris, vel extranei esset tutor, vel curator, qui scriptus à matre tutoris fuerat hæres: in præsenti specie manifestissimũ erat stare tutorem, vel curatorem in præcipiti loco: siue enim auctoritatem suã vel * consensum de adeunda hæreditate præstare pupillo, aut adulto minimè voluerit, ne ex hac causa sua iura aliquod patiantur præiudiciũ (satis .n. imminet periculũ tutelæ, [b] vel vtilis negotiorum gestorum [c] actionis, ne pupillus, vel adultus, vt pote ex illius tarditate læsus, litem ei ingerat (siue huiusmodi timore perterritus, auctor fuerit pupillo, vel adulto, periculum emergebat: dum .n. alij consentit, ipse sua iura perdit: [d] videbatur etenim cõfirmare matris suæ iudicium, quod oppugnandum esse existimabat, & multæ aliæ insuper species oriuntur, ex quibus verendum est, tutori, vel curatori circa suas res præiudicium * parari, puta in hypothecis, [e] & alijs varijs, [f] causis.

¶ Inuenimus autem generaliter, definitũ, post officium depositũ oẽs actiones, quas tutor, vel curator ex necessitate officij subierit, in quondam pupillum, vel adultum transferri [g] quare tam optimũ exemplo argumẽtati, [h] * nec nõ & in alijs omnib. casibus, in quibus veretur tutor, vel curator, ne præiudicium ei aliquod fiat timorẽ eius remouemus.

¶ Damus igitur eis cũ summa fiducia res pupillorum, vel adultorum gubernare, [i] scituris, quod lex nostra sua eis iura immutilata reseruat, [k] nihil ex huiusmodi auctoritate, vel consensu præiudicij subituris. Dat. Calend. Septemb. Constantinop. post Consulatum Lampadij, & Orestis VV.CC.Coss. 531.

Hæc lex glossat l. sancimus sup. eo. & hoc intẽdit l. sancimus. sup. e. in fi. quæ loquitur de fæneratitia cautione, habet locũ in principali debito, non in vsuris, quia illæ possũt solui sine iudice, sicut pẽsiones, & annui reditus: dũmodo ẽt in vnũ collectæ nõ excedant summã cẽtũ solidorum, nec biennij metas. h.d. Salic.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XXVII.

Constitutionem, [l] quã nuper fecimus, disponentes, quemadmodũ debẽt solutiones in contractib minorũ fieri, siue ex redditibus, siue ex pensionibus, siue ex alijs similibus [1] † causis, ẽt [m] in [2] † vsuras extendimus, quæ tamẽ non summatim neque ex multis annis collectæ iã debentur, biennales metas, & centum [n] solidorum quãtitatem minimè excedentes. Dat. 10. Cal. Nouemb. Constantinop. post Consulatum Lampadij, & Orestis VV. CC. Coss. 531.

Tutor litẽ cœptã non potest deserere. hoc primo. Si pendente lite, tutor, vel curator efficitur furiosus, alius subrogatur, qui litẽ exequitur. hoc secundo. Bal. Vel sic: Tutores, & curatores suos minores a litib. eis motis nõ defẽdentes, vt suspecti veniunt remouẽdi, et ẽt de proprio dãnũ resarcire tenẽtur. h.d. Sal.

Idem A. Ioanni.

LEX XXVIII.

ij Sancimus neminem tutorum, vel curatorũ pupilli, vel adulti, vel furiosi,

i *Gubernare.*] & sic authorare prædictæ aditioni, sed quãtum ad curatorem est contra. ff. de appel. l. cum in vna. §. tutor. Sol. ibi erat specialis curator ad aliud, hic generalis ad omnia. Vel hic in adulto, ibi in pupillo, cui potest prouideri per tutorem.
k *Reseruat.*] cũ ex necessitate officij faciant, vt ff. de inoffi. test. l. aduersus. §. tutores. & l. filius. & ff. de his, q. b. vt indig. l. tutorem. & l. post legatum. §. aduocatum. & inst. de inoff. testam. §. si tutor. sed aliud in eo, quod ex voluntate, vt ff. de inof. testam. l. fin.

Constitutionem.] CASVS. Sup. eod. l. sancimus. cautum est, qualiter debitor soluendo plenissimam consequitur securitatem de solutione redituum, & pensionum, hic addit, quod in solutione vsurarum sine interpositione decreti iudicis fieri potest, & plenè cõsequitur debitor securitatem, quæ non excedat summã centum solidorum, neque tempus biennalem, quo casu decretum iudicis in securitate talium vsurarum esset interponendum ad hoc, vt plene debeat consequi securitatẽ. Viu.
l *Constitutionem.*] quæ est supra eod. l. sancimus.
m *Etiam in vsuras.*] & ipsæ possint solui sine iudice, & sequitur plenissima securitas.
n *Et centum solidorũ*] hãc aduẽtionem. intellige secundum Io. etiam in pensionib. & redditibus. alij dicunt. Item an vtrumq; est necesse. s. vt excedat centũ solidos & biennium. quod satis videtur, vt argu. ff. de verb. obliga. l. si quis ita stipulatus fuerit 10. aureos. & ff. de cõdi. institu. l. si heredi plures. Item, quod dicit summatim. dic quod tot sunt, quot faciunt summã, sic & ff. de pact. l. si plures. Sed argum. contra. sup. viu. l. vsuræ.

Sancimus.] CASVS. Si tutor, vel curator pupil. cõtrouersiam, quam quis habet

1 † Casib.
2 † Vsura.

habet contra eos, non defendat, vel eorum causam non agat, remouetur à tutela cum infamia, & tenebitur pupillo ad omne damnum. Si vero incœperit agere, vel defendere; procedente lite, qui litem inchoauerat, factus fuerit furiosus, debet præstari à matre, vel à propinquis curator, & ordinandus est à iudice: & à matre, & à propinquis sollicitandus est, vt omni diligentia causam agat. Si vero curator se excusat, tunc alius & incontinenti petendus est ab his, ad quos pertinet periculum petendi tutores. & sic admittetur ad defensionē pupilli, qui nō satisdabit de rato nec iudicatum solui, vt & alij tutores. sed iudicio sisti: & per hanc satisda. poterūt res pupilli obligari sine decreto iudicis. Cum vero creatur, tutor promittet coram iudice, & in scriptis, quod pupillum diligenter, & sine dilatione defendet. Licebit aūt tut. vel cur. fructus distrahere sine decreto vt uinum frumentum, & similia, & pecunia ex uēditione fructuum redacta, vna cum alijs rebus per eos administrabitur.

1 † Desunt in omnib.

2 † huiusmodi.

a *Personarum.* vt prodigorū, & amentiū, & aliarū similium, vt instit. de cura. §. 3.

b *Susceperint.* satisdando iudicio sisti. & si iam inchoauerant, vt sup. qui. dari tutor. vel curator. l. curator. idem si nil incœpissent: quia incipere tenentur, vt subijcit, & inf. ead. l. §. personis, & supra de procur. l. neque & l. 3.

c *Hoc munus.* s. defendendi. Sed contra ff. de autho. tutu. l. 1. §. si tutor. sed illud in contractibus, ubi non cogitur auctorare hic in iudicijs.

d *Amoueantur.* vt ff. eo. l. ita autem, §. gessisse. idem si inuētarium facere differant, vt infra arb. tutel. l. fi. resp. idem si non satisdent, vt inf. de tuto. uel cur. qui non satisde l. 1. Idem si mentiendo dicant alimenta nō posse dari, vel pecuniam detrectant ad emptionem prædiorum, ut ff. de suspec. tut. l. 3. §. tutores.

* Illud secundū Sa. est bene notā. quia de curatore gnli, & tutore dubitatur, ut no. l. 3. sup. vbi pe. tutores, vel curato. & per doc. in ca. petitio de procu.

e *Existimatione.* i. fama.

f *Sed & si quis.* hic §. loquitur de maiore effecto furioso, cui debet dari curator.

g *Admonitus.* i. in iudicio vocatus ab aliquo.

h *Cautelam.* iudicio sisti.

i *Per procuratorem*, tunc enim procurator perficeret, etiam eo facto furioso, vt innuitur.

k *Actoris.* idest eius, qui agebat contra eum, quem verisimile est velle prosequi, sed & idem si actor esset furiosus factus, & reus vellet procedi.

l *Periculo.* vt liberti, qui nisi petant tutores, accusantur, ut ingrati, ut supra qui petant tuto. l. 2. & ff. de iure patro. l. ingratos, & ff. qui petant tut. l. 2. §. liberti.

m *Sua substantia.* vt mater, quæ repellitur à successione filij, vt ff. qui petan. leg. 2. §. sunt autem sed certè imò non sustinet periculum suæ substantiæ, nisi pœnas, quia petit minus idoneum & decreto fuit comprehensum eius periculo dari, ut infra si mater indem. pro. l. si. sed tutor non recte datus cum se negotijs immiscuisset, si errore comperto ea deserat: tantum tenetur eo nomine, nisi a tutores, § qui se. & ff. de eo qui pro tu. neg. lege prima, §. finali. Item & creditores habent dānum ex retardatione, ut infra eadem l. § ne autem. Item & duum viri si hoc male procurant, ut Institu. de satisd. tut. §. pen. Item tutor finita tutela debet admonere de petendo curatore, vt ff. eodem l. ita autem, §. si tutor pupillum.

n *Ordinauerint.* i. ordinari fecerint, sic ff. de his, qui no. infa. l. furti. §. mandati.

o *Præparare.* i. instare, vt dētur, quos petierint, & quod inuētarium faciant, & quod iurent, & sic præparant, non autem compellitur mater accusare, vt suspectum, vt ff. qui petant tut. vel cur. l. n. §. fi.

p *Ordinare.* i. ordinando postulare.

q *In ipsis gestis.* i. in quibus tutores debeat declarare se subire, & c. ut inf ead. l. § omnem autem.

r *Declarantes.* hi qui de nouo creantur.

s *Subire.* idest subituros.

aliarumque personarum: [a] quibus iam ex veteribus, quā ex nostris [1] † legibus vel constitutionibus creantur curatores, defensionem quam pro lite susceperint, [b] recusare, sed ab initio litis omnibus memoratas personas defendere, & litem præparatam secundum leges instruere, scientes, quod [2] † hoc munus [c] necessarium est tā tutelæ, quàm curationi. Et si hoc recusauerint vel subire distulerint: non solum vtpote suspecti amoueantur, [d] amissa eorum existimatione, [e] sed etiam ex substantia sua omne detrimētū quod antelatæ personæ, ex recusatione defensionis sustinent resarcire cogantur.

Sine lite contestata, siue ante (satisdatione tamen præstita) cōuētus factus sit demēs vel furiosus, ita quod indiget curatore, debet ei curator ad litē dari per iudicē corā quo lis vertitur, h. d. & nota. Sal.

¶ Sed & si quis [f] ex quadam interpellatione admonitus, [g] pro litis instructione consuetam cautelam [h] exposuerit, vel post litem contestatam, quam per se, non per procuratorem [i] susceperit, vel demens, vel furiosus factus fuerit, sancimus continuo curatorem ei in competenti iudicio ordinari, cura & prouisione tam iudicis, sub quo lis vertitur, * quam cognatorum, & propinquorum, & actoris, [k] si voluerit, vt nō ab eo instituta lis diutius protrahatur: necessitatem habente creato curatore defensionem subire, & cetera litis [3] † adimplere.

3 † implere

Ad curam eius, qui tenetur petere tutorem ordinari pupillo, spectat etiam facere petitos, & ordinatos compelli, vt pupillum defendant in lite. Et si contingat illum remoueri, debet facere alium substitui. hoc dicit. Sal.

¶ Personis etiam, [4] † quæ periculo [l] proprio, vel suæ substantiæ [m] tutores, vel curatores petierunt (siue matres forte fuerint, siue quidam alij) compellendis * eos, quos ordinauerint [n] tutores, vel curatores, præparare [o] talem subire defensionem, vel si illi noluerint hoc facere, & propter huiusmodi defensionis recusationem a tutela, vel curatio remoueantur, necessitatem imponimus memoratis personis, alios tutores, vel curatores ordinare, [p] in ipsis [q] gestis, in quibus tutores, vel curatores creantur, ex sua cōfessione declarantes [r] talem subire [s] defensionem.

4 † autem

* Hoc verū si curare debeat mater, quod tutores legime administrent in tutoribus a se petitis, nō aūt in testamentarijs, vel legitimis, secundum Bart.

¶ Ne autem [t] tales personæ sine prouisione debita relinquantur, vel contra eos agentium iura diutius protendantur: sancimus, continuo, idest, post recusationem [u] defensionis, in casibus videlicet, in quibus (sicut dictum est [x] hoc fieri possit, creationem aliorum tutorum, vel curatorum celebrari, cognatis, alijsque propinquis, & affinibus, vel creditoribus, vel alijs, [y] quorum interest, adeuntibus vel admonenti-

t *Ne autem tales personæ.* minorum, furiosum, dementium, & similium.

u *Recusationem.* & remotionem propter crimen, ut suspecti. ante enim non ordinatur alius, cum habenti tutorem, & c. ut sup. in quib. cau. ha. tut. l. licet.

x *Dictum est.* supra ca. l. in prin. & proxi. scilicet quando nō defendunt.

y *Vel alijs.* puta matre & liberto, vt ff. qui petant tu. l. 2. §. sunt autem quidam, & no. sup. prox. §.

a *Eos* s. iudices.
b *In hoc casu* quando remotis priorib. alij dantur.
c *Constituitur* s. iudicatum solui, 1 & de rato, vt sup. eo. l. tutores. 1. secus in patre defendente filium, qui satisdat de his, vt ff qui satisd. cog. filiusfa. quæ est ꝫ. cũ hic suum officium nõ dicat esse dãnosũ sibi, vt arg. ff. ex q. b. cau. mai. l. videlicet vel defendebat ibi conferendo in se iudicium hic non sic. Vel dic. vt ibi.

1 Concor. gl. 1. in fi. in c. man dato, extra de procu.

d *Alijsque personis*. furiosis, vel dmẽtib.
e *Instruant*. iudicio. sisti, ergo cauẽt; sed aliud in orphanotrophis, qui nec de hoc cauẽt, vt sup. de epis. & cler. l. orphanotrophos.
f *Pro cautela* i. iudicio sisti. vt dixi.
g *Subsignare*. i. obligare sic ponitur. ff. de iu. immu. l. semper. §. conductores. Et sic no. speciale, rem minoris immobilem sine decreto obligari, vel alienari, nam de mobilibus, quæ alias possunt obligari, vel alienari, non debet intelligi.

1 † insti. tuant.

h *Cum alijs*. quæ non sunt in vsu.
i *In gestis*. i. apud iudicem inter acta.
k *In cautionibus*. id est, chartulis.
l *Conscribuntur*. vtrẽ pupilli, vel adulti salua fore. & ad hoc sup. de episc. aud. l. de creationibus.
m *Alijsq.* furiosis vel mente captis.
n *Licere*. imò & cogitur, alioquin spectat ad eum periculum, vt ff. eo. l. si res.
o *Sine decreto*. vt inf. quand. decr. opus nõ est, l. fin. & sup. eo. l. lex quæ, in fi.
p *Pretio* q. d si iniusto? Rñ. nõ rescinditur venditio, nisi sordes, vel gratia interuenerit, vt ff. de min. l. & si sine, §. idem faciunt.
q *Aliarũque personarum*. vt furiosorum, & mẽte captorum.

DE PERICVLO tutorum, &c.

r *Et qui notitiæ*. Pater testamẽto duos viros prudẽtes, & locupletes filio tutores dedit, & quia ipsi non nouerant facultates eius, adiunxit eis contutores duos libertos suos qui res suas nouerant, non administrarent, vel non, vt in solidum, sed vt alios in administratione instruerent, & quod ab eis gereretur, inspicerent. tenentur itaque isti, sicut & illi, siue dissimulauerint scire, siue fraudẽ adhibuerint per sẽ tantũ, vel participauerint cum alijs, vel suspectos facere omiserint licet. n. non administrent, debent tamen inspicere qualiter alij administrent.

2 † addicimus.
3 † Deest omnibus tutoribus.

s *Tutores*. supple, vel curatores, vt subijcit, q. dati in testõ confirmantur, vt ff. de cu. §. dantur.
t *Patrimonij*. sic instit. de excu. tuto. §. sed & pp. alij autem oẽs accipiũtur in solidum. vt inf. de auth. præstan. l. fi. & facit ff. de sol. l. quod si forte §. 1. & ff. de admi. tu. l. 3. §. 1. & insti. de satisd. tut. vel cu. §. 1.
u *Tutores*. prædicti liberti.
x *Adhibuerint*. siue dissimulatione, & soli.

AD eo. CASVS. Paterfamilias habens patrimoniũ in duabus prouincijs, vnum in vna dedit tutorem, & alium in alia. degens in vna prouincia, non tenebitur pro his, quæ geruntur in alia prouincia, nec econuerso.

4 † Quinto.

bus eos,[a] qui secundum leges ius habent, tutores, vel curatores constituere.

Tutores, vel curatores non tenentur de iudicato soluendo satisdare, sed tantum de iudicio sisti, & in eam causam, & bona minorum possunt sine decreto obligare, h. dicit Sal.

¶ Defensionem autem, & nomen eius in hoc casu[b] apertius declarantes, ne forte putauerint tutores, vel curatores grauamen sibimet imponi, illã decernimus defensionẽ eos subire, quæ nõ satisdatione pro euentu litis constituitur,[c] sed vt tantũmodo litem secundũ legũ ordinẽ pro pupillo, vel adulto alijsque personis[d] 1 † instruant;[e] licẽtiam ex hac nostra auctoritate habentes, sine decreto res, quarum gubernationẽ gerũt pro cautela[f] litis subsignare.[g]

Tutores & curatores tempore suæ decretionis debent specialiter & expressim promittere, quòd defensionem minorum suscipient sine vlla dilatione, hoc dicit Salic.

¶ Omnem autem dubitationem pro defensione pupillorum, & adultorũ aliarũque personarum penitus amputãtes, sancimus, omnes tutores, vel curatores non aliàs creari, nisi prius cum alijs[h] solemnibus verbis, quæ pro gubernatione rerum tam in gestis,[i] quam in cautionib.[k] ab his conscribuntur,[l] & hoc specialiter expresserint, quod omnimodo sine dilatione defensionem pro pupillis & adultis alijsque[m] supra memoratis personis subire eos necesse est.

Tutores & curatores possunt vendere fructus rerũ minorum sine decreto pro pretio tunc currenti in loco, in quo distrahuntur, h. d. Sal.

¶ Hisque 2 † adijcimus, nullam 3 † neque in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes, tutoribus & omnibus curatoribus licere[n] fructus, siue qui ex redditibus prædiorum colliguntur, siue qui ex substantia personarum, quarum gubernationem habent, inuẽti fuerint, id est uinum, & oleum, & frumentum, vel cuiuscunque speciei sunt, sine decreto[o] distrahere, iusto pretio,[p] quod in ijs locis, in quibus venditio celebratur, tunc temporis noscitur obtinere, & quæ ex venditione eorundem fructum colliguntur pecuniæ, cum alia pupillorum, vel adultorum, aliarumque personarum[q] substantia administrentur. Dat. 12. Calen. Nouemb. Constantinop. post Consulatum Lampadij, & Orestis, VV. CC. 53.

TITVLVS XXXVIII.

De periculo tutorum, & curatorum.

Etiam ad tutorem datum causa notitiæ, pertinet periculum, si alios administratores non instruxit, vel suspectos gerere permisit hoc dicit Bal. vel sic. Tutores instructionis, uel notitiæ causa dati, licet non administrent, tenentur de dolo, & culpa, ac etiam tenentur alio modo suspectos facere.

Imp. Alexan. A. 4 † Quanto.

LEX PRIMA.

ET qui notitiæ[r] causa liberti tutores[s] dãtur, quãuis soli administrandorum negotiorum pupillorum, siue adultorum facultatem interdum non accipiant propter tenuitatem sui patrimonij,[t] periculo tamen omnes sunt obligati, siue ea, quæ scire debent, ex vtilitate eorum tutores,[u] siue curatores dissimulauerint, siue fraudem aliquam adhibuerint,[x] vel cum alijs participauerint, aut cum suspectos facere deberent, vel in officio muneris, vel debito obsequio cessauerint, PP. 9. Cal. Februa. Alexã. dro A. 2. & Marcello Coss. 227.

Tutor vnius prouinciæ non tenetur de facto tutoris alterius prouinciæ, hoc dicit Bal. vel sic: Si administratio est diuisa à testatore, vel à iudice, periculum vnius non spectat ad alium, hoc dicit, cum gl. Sal.

Non

Idem A. † Saturn.

LEX II.

AD eos, qui in alia prouincia tutelã administrãt, periculum administrationis ex persona tutorum, qui in alia prouincia res pupilli gerunt, nõ porrigitur,[a] PP. Non. Iul. Alex. Aug. ii. & Marcello Coss. 227.

Tutor, qui seruat non seruanda, tenetur de periculo casus fortuiti. h. d. Bal. Vel sic: Periculũ casus fortuiti spectat ad tutorẽ, si culpa precedat casum, non aliàs h. d. cũ seq. Salicetus.

Imp. Philippus A. & Philippus Cæs. Gratiano.

LEX III.

SI res puppillares, quas in horreo conditas habere, aut etiam[a] † venundare[b] debuisti, in hospitio tuo[c] (vt asseueras) vi ignis absũptę[d] sunt: culpã, seu segnitiẽ tuã, non ad tuũ dãnũ, sed ad pupilli tui spectare dispendiũ, min[e] probabili rõne deposcis. PP. iii. Cal. Apr. Philippo Aug. & Titiano Cos. 246

Tutor seu curator non tenetur de casu fortuito. h. d. Bal.

Idem A. & C. Floro.

LEX IIII.

TVtoribus, vel curatoribus fortuitos casus, aduersus quos caueri non potuit, imputari non oportere, sæpe rescriptum est.[f] PP. 12. Calẽ. Septemb. Philippo August. & Titiano Coss. 246.

Probationes iuris, et de iure sũt liquidę. h. d. Bald. Vel sic: Negligentia nõ adscribitur ignoranti, nec periculum temporis ignoti. h. d. Salic.

Imp. Diocl. & Maximian. AA. Seuero.

LEX V.

SI tutor petitus,[g] vel testamento datus, tutorem te constitutum esse non ex remissioris[h] negligẽtiæ vitio, sed iustæ[*] ignorationis rõne nõ didicisti, idq; liqdis probationib. ostenderis:[i] periculo eius tpis; quod ignorantę te, transmissum est, non tenebe ris. PP. iii. Id. Septemb. ipsis iiii. & 3. AA. Coss. 290.

Tutela finita finitur periculum administrationis. h. d. Salic.

Iidem AA. & CC. Epicteto.

LEX VI.

TEmporis,[k] quod insequitur post tutelæ trãslationem,[l] administrationis officio finito, ad eos, qui fuerunt tutores, gerendæ rei nõ pertinere[m] periculum, rationis est. S. 5. Calen. Decemb. CC. Coss.

TITVLVS XXXIX.

Quãdo ex facto tutoris, vel curatoris minores agere, vel conueniri possunt.

Sententia lata contra tutorem vel curatorem finito officio non mandatur executioni in eos, sed in dominũ principalem. h. d. Bald. Nisi dolum commiserint, vel nouauerint, vt in glo. Sal.

Imp. Antonin. A. Septimio.

LEX PRIMA.

IVliana, cuius tibi curatores condemnati sunt, si vigesimũ quintũ annũ ætatis egressa est, actio iudicati vtilis aduersus ipsam bonaque eius, tibi exercenda est.[n] Nã tutores, curatoresq; finito officio nõ esse cõueniendos,[o] ex administratione pupillorũ, vel adolescentium, sæpe decretũ est. PP. 8. Calendas Iulii, Romæ, Antonino A. 4. & Balbino Coss. 214.

a *Non porrigitur.*] diuisa administratione à testatore, vel à iudice, vt j. de diuid. tut. l. 3.

SI res.] CASVS. Si tutor res pupil. in loco non tuto posuerit: & per incendium perierint, tenebitur: quod suo damno non pupilli perierunt. Viuian.

b *Venundare.*] & his duobus modis damnum fortuiti casus euitari potuit. Azo. vt s. de pig. act. l. pignus & ff. de dam. in fec. l. vtique.

c *Tuo.*] subiacenti facile corruptioni.

d *Absumpta.*] & sic fortuito casu: vnde videbatur te non teneri, vt j. eo. l. prox. teneris tamen, quia præuidere potuisti.

e *Probabili.*] idest nimis improbabili ratio: sua enim per contrarium resoluuntur, vt supra de transact. l. fratris.

TVtoribus.] CASVS. An tutor de fortuito casu teneatur, quæritur? Dicitur quod non: quia præuideri non poterat. Viuian.

f *Rescriptum est.*] vt ff. eod. l. si res & sup. de pig. act. l. quæ fortuitis. & ff. pro soc. l. cum duobus. §. damna. & s. de neg. gest. l. negotium.

SI tutor.] CASVS. Siue tutor à matre petatur, siue in testamento detur, & ignoret se datum res quæ perierunt, antequam sciret se datũ, ad periculum suum non pertinebunt, si probauerit se nesciuisse, quod probatur eo ipso, quod non probatur contrarium, vel nõ probabit si vult: quia nec præsumetur scire, quia forte non interfuit in testamento, vel ad domum suam fuerat denunciatum. Viuia.

g *Petitus.*] à matre, vel ab alijs personis quæ petere debẽt tutores pupillis.

h *Remissioris.*] s. magnæ.

i *Ostenderis.*] admissus, non auditus, secundum P. Vel dic probas, quando præsumptio scientiæ est contra te, vt quia interfuisti testamẽto, vel publice sciebatur, & ad domum tuam fuerat denunciatum,[*] arg. ff. de iur. & fac. ign. l. nec supina. Vel dic, probas eo ipso, quod cõtrarium non probatur, & hoc ideo, vt tollas contrarium. ff. eod. l. quidam decedens, §. ii. & l. seq. vbi dicit pupillum probare, vt tollas aliud, quod dicit præsumi ignorantiam, vt ff. de prob. l. verius. & aliud quod dicit negantem non probare, vt supra de probat. l. actor. nec obstat, quod dicit hic liquidis, quia probationes legum liquidissimæ sunt. & concor. supra de administrat. tuto. l. & si scisses. & j. de suspe. tut. l. 2.

TEmporis.] CASVS. Tutor finita tutela de ante gestis tenetur, non de his, quæ postea sunt gerenda. in curatore econtrario: quia non de gestis, sed de gerendis tenetur. Viu.

k *Temporis quod insequitur.*] nec præcedẽtis temporis periculum spectat ad curatores vt supra. de administ. tut. l. j.

l *Translationem.*] quã enim quis desinit esse tutor: transfert ad pupillum & actionẽ & omnia quæ contracta erant in administratione.

m *Non pertinere.*] vt & ff. d. administ. tut. l. a tutoribus. §. j. & l. cum post in princ. & ff. si quis cau. l. si, & j. tit. j. l. j. & sup. in quib. cau. ha. tuto. l. j. & hoc nisi connexa sit administratio. vt infra vt causæ post pu. l. j. & ff. de hæ. tut. l. j. & ff. de rate. & ra. distrah. l. si tutor. & j. arbit. tut. tutor. & ff. de administrat. tuto. l. ita autem post completũ. Accursius.

QVANDO EX facto tut. &c.

IVliana. CASVS. Mulier quædam tenebatur mihi, & conueni tutorẽ suũ: & obtinui: & antequam sententia mãdaretur executioni facta est maior, in cuius bonis facienda sit executio, s. an tutoris vel mulieris quæritur? Respon. quod in bonis mulieris: quia finita tutela & cura, & rationibus redditis, amplius tutor vel curator non conuenietur.

n *Exercenda est.*] idẽ si non est maior, vt ff. de re iud. l. 4. §. tutor quoque, & ff. de administ. tut. l. j.

o *Conueniendos.*] vt

† Saturnino.

a † Vẽdere

Tutor qui dicit se ignorasse, quod fuerit datus, an probare debeat.

* Hinc nota. quod quis præsumit illud scire, quod est sibi denunciatum ad domũ. & idem not. gl. in l. ita j. de exe. tut. & his adde, quod propositum in potestate ecclesiæ quis non potest ignorare, secundum Bart. in authẽ. quom. op. epis. ad h.

* Ista gl. reputatur singul. per oẽs Doct. hinc est, quod transferant onus probãdi in aduersarium.

* Iusta est ignorãtia quæ cuius communiter accidere solet alias scientia arguitur, ex ijs, quæ cõiter fieri solent. vid. Rol. à val. l. cõs. 19. num. 38.

& probatur dictis ff. & ff. si quis cau. l. fi. hoc tamen fallit quando ex dolo, vel culpa tutoris ageretur, vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. sed & cum in facto. & ff. eod. l. 3. in princ. & l. 2. Item, & quando transtulit in se nouando, vt ff. eod. l. 5. Item secus in procuratore, vt ff. de procurat. l. procurator, qui pro euictione.

te, vt ff. si cert. pet. l. ciuitas. & facit §. si tutor, vel curator. l. si creditor. & quod ibi notatur. & ff. de in rem verso. l. pater. §. seruus & de mino. l. tutor. §. fina.

Ex stipulatione tutoris super rei pupilli pupillo quaeritur vtilis actio. h. d. Sal.

Imp. Alexand. A. Sorarcho.

LEX II.

ET si tutores tui cum pecuniam pupillarem crederent, ipsi stipulati [a] sunt, vtilis [b] actio tibi dabitur.

Lex praecedens dixit de acquirendo: haec dicit de obligando. Bald. Vel sic: Si pecunia, mutuo sumpta per tutorem in vtilitatem pupilli est conuersa, in pupillum competit actio. h. d. Salic.

Imp. Gordian. A. Prudentia.

LEX III.

SI in rem minoris pecunia profecta sit, quae curatori, vel tutori eius nomine minoris mutuo data est, merito personalis [c] in eundem minorem actio danda est. PP. Non. Sept. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

Si finito officio tutor perseuerat in administratione, ipse tenetur, & ex eius contractu vtilis actio domino quaeritur. h. d. Salic.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. & CC. Maximianae.

LEX IIII.

SI ij, qui te in pupillari aetate constituta tutores fuerint, postea in administratione perseuerantes, vel curatores constituti, tua praedia locauerunt: eos competenter conueni, [d] sed & ex eorum contractu vtilis tibi quaeri potuit [e] contra successores conductoris actio. S. 3. Non. Mar. AA. Coss.

Idem AA. & CC. Onesimae.

LEX V.

PEr tutorem pupillo actio, nisi certis ex causis, [f] quaeri non potest. D. Id. Decembr. Caesarib. Coss.

TITVLVS XL.

Si ex pluribus tutoribus, vel curatoribus omnes, vel vnus [1] † agere pro minore, vel conueniri possint.

Vnus ex tutoribus potest causam defendere, aliis negligentib. h. d. Sal. Vel sic: Quilibet tutorem habet officium insolidum. h. d. nisi sit diuisum quo ad ius, vel administrationem. h. d. cum l. seq. Bald.

Imp. Anto. A. Cassio militi.

LEX PRIMA.

AB vno [g] ex tutoribus, vel curatoribus causam posse minorum defendi, cum alij tutores, vel curatores eam defendere noluerint, [h] ignorare non debes. PP. Non. Nouebr. Messala, & & Sabino Coss.

Quando administratio est diuisa à testatore, vel à iudice, non debet vnus pro rebus ad administrationem alterius spectantibus conueniri. h. d. Salic.

ET si tutores.] CASVS. Tutor si pecuniam pupilli mutuet, & stipuletur sibi reddi, cui acquisita sit actio? Respon. quod vtilis pupillo, acquiritur.

a Ipsi stipulati sunt.] scilicet sibi.

b Vtilis actio.] scilicet certi condictio. Et distingue, aut mutuat nomine pupilli, & non stipulat, & iure communi, quaeritur pupillo certi condictio. & hypothecaria, vt ff. si cert. pet. l. certi condictio. §. si nummos. & supra per quas personas. l. cum per liberam. aut suo, & forte etiam sibi similiter stipulatur, & tunc iure speciali acquiritur vtilis pupillo, & adulto, & furioso, & prodigo, vt hic, & ff. eod. l. 2. & ff. de administ. tut. l. quoties. in princip. & ff. rem pupil. sal. fo. l. 3. & 4. & ff. de const. pec. l. cum qui. §. Iulianus. & §. item tutori. & ff. cert. pet. l. si pecuniam, aut de pupillo stipulat, vel sibi nomine pupilli, & tunc specialissimo iure quaeritur sibi vtilis, vt d. l. cum qui §. si actori, & d. l. de admin. tut. l. quoties. §. j. & eisdem casibus, vbi dico quaerere vtilem personalem, dicam quaeri vtilem hypothecariam. arg. supra per quas personas. l. cum per liberam. Sed §. ff. de pig. act. l. solutum. §. per liberam. Sol. ibi directam negat pupillo hypothecam acquiri, hic concedit vtilem, vel solue, vt ibi. ADDITIO. Dicas, quod ibi tutor contraxit in his quae non pertinebat ad eius administrationem, ideo nullo modo quaerit actionem pupillo, ita volt in effectu glo. ibi. & tenent ibi Doct. quod limitat Bar. ibi, nisi in subsidium. sicut, quolibet extraneo contrahente, l. filiae. ff. de solutionibus.

SI in rem.] CASVS. Mutuauit tutori nomine pu. decem, quae in rem pupilli conuersa sunt, nunquid pupillus tenebitur? Respon. quod sic actione personali, puta condictione certi ex mutuo. Viuianus.

c Personalis.] vt ff. de pecu. l. ex facto §. plane. & argu. ff. de euict. l. illud, §. 1. & eodem casu poterit res minoris pignori obligari, vt ff. de pig. act. l. tutor. in princ. secundum H. sed & intelligitur cum decreto, vt in l. uno & de cur. fur. l. 2. [illegible] dicitur hic in minore, idem dic in ecclesia, vt l. de sac. san. eccl. auth. hoc ius porrectum. & in ciuitate,

SI l. 4.] CASVS. Si tutor finita tutela in administratione perseuerauerit: puta locando praedia pu. an actione vtili tutor tenebitur? Rnd. quod sic, & ex eius contractu adulto acquisita est actio. Viuianus.

d Conueni.] vtili tutelae, vt j. de arbit. tute. l. tutor. Sed quomodo, cum non sit tutor? Respon. propter praecedentem tutelam. arg. ff. de sol. l. cum quis. §. 1. & facit ff. de reg. iur. l. semper. secundum, quod B. ponit ibi casum.

e Quaeri potuit.] vt & arg. j. de cur. fur. l. 2.

f PEr tutorem. Ex causis.] s. cum in rem pupilli contrahit, non in suam.

1 † Perage re rem minores, vel conueniri.

SI EX PLVRIbus tutorib. &c.

Quid si vnus confiteatur, alter neget? Dic, vt dici consueuit ff. de proc. l. plurimus.

ADDITIO. Continua hanc rubricam secundum Sal. sic. Quia tutores, vel curatores quibus dictum est, contingit quandoque esse plures vnius pupilli, vel adulti: & dubitatur, si vnus ex pluribus agere, vel conueniri possit, ideo sequitur haec rubri. Et materiam huius rub. vide per Bal. in l. cum magistratus j. quando prouoc. non est necesse.

AB vno.] CASVS. Si pupillus plures habeat habeat tutores, an vnus causam pupilli, si alij defendere noluerint, possit defendere, quaeritur? Respond. quod sic. Viuian.

g Ab vno.] loquitur hic quando non diuisa est administratio, vel est diuisa à seipsis, quod est idem, vt j. de diui. tut. l. 2. arg. j. l. prox. loquitur quando est diuisa à testatore, vel à iudice. primo ergo casu vnius authoritas sufficit quisquis ille sit, nisi tale sit factum, quod ipsam tutelam dissoluat, vt hic, & j. de auth. prestan. l. fi.

h Noluerint.] vel etiam non potuerint. & ad hoc ff. de administ. tut. l. decreto. §. fi. & l. 3. §. 1. & inf. & de autho. praest. l. fi. sed si omnes vellent agere, vel conueniri, possunt. Sed an idem in pluribus consulibus, vt vnus solus agat, quod videtur vt hic. Econtra, quod non, cum omnes de calumnia iurent, vt sup. de iur. calumn. l. 2. §. hoc etiam, sed prima placet, nec est absonum, quod omnes iurent, sed vnus agat. quia & agit procurator, & iurat dominus, vt sup. de iura. calumn. l. 2 §. si autem.

Si diuisum

SI diuisum. CASVS. Si in duabus prouincijs tutores testator filio suo dederit, vnus in vna, alius in alia causam agat. Viuian.

a *Si diuisum* à testatore, vel iudice.

b *Iis tantum omnibus.* vel alicui eorum, vt sup. l. proxi. vel ideo tantum. q. d. nõ alijs, qui in alia prouincia administrant, vel ideo dicit omnibus, quia vno citato, & non respondente, conuenitur alius, qui si nec ipse defendat citatur tertius, & sic de singulis, si plures sint, quia & agnati vocãtur, vt ff. quibus ex causis in possessionem ea. l. hæc autem non quin vnus bene possit agere, & conueniri etiam solus, vt su p. l. prox.

c *Insinuari.* s. libellus petitionis, vel cõuentionis.

d *Ad iudicia.* alterius prouinciæ, vt & inf. de diui. tu. l. 2. & infra de aucto. præstan. l. fi. in princi. & ff. de admiñst. tuto. l. 3. §. fi.

* Ex lib. 2. titu. 4. l. 1. C. Th.

1 † producũtur C. Th.

2 † Sirmij Accepta 8. Id. Mart. Corintho. Cõstã. A. V. C. & C. Du. autem fic. Cõstã. & A. Licinio Coss.

Imp. Constantinus A. & Licinius C. ad Symmachum.

LEX II.

SI* diuisum a administrationis periculum per prouincias sit, ijs tantum omnibus b insinuari c conuenit, & ab ipsis inferri litem, qui in ea prouincia tutelæ, vel curæ officium sustinent, ne de alijs prouincijs defensores minorum ad iudicia d 1 † perducantur. Dat. pri Non. Febr. 2 † Constantino. A. 5. & Licinio C. Coss. 319.

TITVLVS XLI.

Ne tutor vel curator vectigalia conducat.

Tutor vel curator prohibetur vectigalia conducere, tutela non finita, vel ratione nõ reddita, sub pœna falsi: quam euitat si sponte satisfecerit vtrique, ante tutelam vero conducens excusatur à periculo, hoc Sal. vel sic: Periculosa est ista lex contra tutores, & curatores, qui emunt gabellã communis, & est fortè ratio legis, quia vident bona sua pluribus in solidum, obligare, quod in hoc casu est crimen falsi, in alio est crimen falsi, in alio est crimen stellionatus, vt infra de crimine stellio, l. 1. in fi. Bald.

Imper. Antoninus A. Sexto.

LEX VNICA

COmpetens iudex non ignorat non esse admittendos ad vectigalia conducenda 3 † eos, qui pupillorũ, vel adolescentium tutelam, seu curam administrant, vel qui eius administrationis rationem nõdum reddiderũt. e ¶ Sed quamuis contra interdictum ad vectigal conducẽdum accesseris, tamen quoniam vltro me 4 † adijsti, si tam vectigali, quam pupillis satisfeceris, falsi crimine f carebis. Cum autem fisco te iam obstrictum, postea tutorem esse factũ dicas, periculo g te excusare poteris. PP. 8. Calend. Aug. Romæ, Antonino A. 4. & Balbino Cos. 214.

NE TVTOR, VEL curator, &c.

COmpetens. CASVS. Tutor tenebatur pupillo ex mala administratione in 100. vlt. conducẽdere vectigal, an sit admittẽdus, quæritur? Dicitur quod non, & hoc in prima. Si vero dixerit se non teneri pupillo, cum teneatur, & sic ad conductionem accesserit, si pupillo satisfecerit, & fisco, in crimine non fuit, & hoc in secunda. Si vero primo fisco teneatur, deinde tutelã suscipiat, a periculo falsi excusabit.

e *Reddiderunt.* nisi decesserit ille cuius tutela, vel cura est administrata. Item secus si hæreditario iure successit in contractum fiscalem, licet viuat is cuius tutela, vel cura administrata est, vt ff. ad legem Corneliam de falsis, l. 1. §. ijdem principes, & §. sed & si in rem.

3 † Deest in omnibus

f *Falsi crimine.* in quod incidis. nam conducendo videris te dicere non esse tutorem, vel ex ea causa non teneri. & sic crimine falsi teneris, vt hic, & ff. ad l. Cornel. de falsis, leg. 1. §. tutores: Sed videtur utraque uia agi, ut infra quando ci. ac. præ. crim. l. 2. Solu. ibi fuit actum, hic vltra fatisfactum est. & est sic in crim ine stellionatus, ut infra de cri. stel. l. 1. & in falsa moneta, vt ff. de fal. l. qui falsam. & in crimine incestus, à quo liberatur, si ante sententiam illicitam conuentionem diremerit, vt ff ad leg. Iul. de adul. leg. si adulterium cum incestu. §. fratres. Alij vt Azon. H. & R. dicunt quod publica accusatio & ciuilis actio concurrunt, vt in l. contraria sed priuata accusatio, & ciuilis actio non, vt hic. Et exponunt hic falsi, idest criminis stellionatus, quod hic locũ habere dicitur quasi obliget res obligatas, quod non placet, tum quia hic est titulus criminis, scilicet falsi, vt hic dicit, & ff. ad legem Corneliam, de falsis l. 1. §. tutores. vnde cessat stellionatus & facit, ff. de crimi. stellio l. 3. tum quia etiam expresse dicit lex de accusatione priuati delicti, quod concurrit cum actione ciuili, vt furti, vt in l. contraria. quanquam ipsi dicunt ibi de furto, ex quo nascitur publica accusatio, scilicet si quis surripiat filium, vel seruum alterius. prima ergo placet, licet si priuato obligat, bene habet locum crimen stellionatus, vt ff. de pignoratitia actio. l. tutor, §. finali, & dic. lege de crimin. stellio.

4 † vltra debitum.

g *Periculo.* scilicet falsi. sed quidam dicunt, idest tutelæ, vt eam subire non teneatur, quod non placet, vt infra de excusatio. tuto. l. cosoli. Item econtra huic l. ad primam partem supra rem alienam ge. l. prima. sed speciale est fortè in contractu vectigalis, vel ibi non dicit, quod hoc crimine non tenetur.

TITVLVS XLII.

De tutore, vel curatore, qui satis non dedit.

Tutor non admittitur, nisi legitimè satisdederit, & qui non vult satisdare, remouetur. Item non recipiet tutor administrationem antequam satisdet, nisi sit testamẽtarius, vel confirmatus, vel datus ex inquisitione, hoc dicit Bal. vel sic. Tutor vel curator, qui non satisdedit, cum debet, administrare prohibetur, & ad satisdandum compellitur, h. d. Sal.

Impp. Valerian. & Calien. AA. 5 † Titio, & Flauiano.

LEX PRIMA.

SI nondum vobis ætas legitima completa est, satisdationem ab ijs, h quos minus idoneos i curatores vobis ab

DE TVTORE vel curatore, qui satis non dedit.

SI nondum. CASVS. An minor a curatore minus idoneo facultatibus, non moribus antequam officium curæ, compleuerit, possit exigere satisfactionem, quæritur? Dicitur quod sic; & antequã agat cum iudice, alioquin nisi satisdederit, remouebitur.

5 † Sixto.

quod non idoneum dedit tutorem: alioquin nisi satisdederit, remouebitur.

h *Ab ijs.* scilicet curatoribus.

i *Idoneos.* facultatibus, nam si moribus, remouendi essent, vt & suspecti. ut institutio. de suspec. tut. § penultim. & §. finali. Et not. testamentarium tutorem non satisdare, vt institut. de satisda. tut. §. primo. etiam non rectè datus, qui cõfirmatur, vt ff. de confir. tut. l. prima. Idem in datiuo tutore uel curatore dato ex inquisitione, ut ibidem, sed in dato sine inquisitione, secus, ut hic, sed hodie ex constitutione Græca, qui refertur Institutio. de Attil. tuto. §. penultimo, omnis datiuus tenetur satisdare, in testamentarijs nihil immutatur.

aduersario [a] cum magistratu suggereretur, datos dicitis, postulate. Prohibentur enim ab administratione, nisi securitati vestræ satisdatione prospexerint. PP. Non. Iul. Æmiliano, & Basso Coss. 260.

Tutor non satisdans inopia remouetur a tutela sine infamiæ nota, secus si fraude: & in locum defuncti idoneus debet subrogari, qui à defuncti hæredibus tenetur rationem exigere, Salic.

Ijdem AA & Valerianus C. Euploio.

LEX II.

EVm tutorem, qui superest, [b] si secundum præsidis præceptum, & iuris formam satis non dat, remoueri à tutela, si inopia [c] hoc faciat sine infamia: si fraude, etiam cum nota, aditus rector prouinciæ iubebit, & in locum defunctorum [d] alios idoneos substitui præcipiet: præserim cum patrimonium pupilli noua hæreditate auctum esse proponas.

¶ Tutores autē dati [e] ab hæredibus eorum, quos decessisse dicis, rationem tutelæ [1] † deposcent. PP. Id. Maij, Seculare, & Donato Coss. 261.

Sententia lata contra tutorem legitimum, vel datiuū qui non satisdedit, ipso iure est nulla, ideo restitutio non est necessaria, h.d. vel generalius Gesta à tutore, qui nō satisdedit, sunt ipso iure nulla in præiudicium minoris, Sal.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. Stratonicæ.

LEX III.

IN dubium non venit, tutores, qui testamento [f] dati non sunt, administrandi potestatem, nisi satisdatione emissa saluam tutelam fore, nō habere. Si igitur [g] tutor qui pro tutelari officio non cauerat, iudicio expertus est, aduersus eum [2] † lata sententia iuri tuo officere nō potuit: [h] nec ea quæ ab eo gesta sūt, vllā firmitatē obtinēt. Frustra igitur in integrum restitutionis auxiliū desideras, quādo ea, quæ ab eo gesta sunt, ipso iure irrita [i] sunt, PP. 18. Cal. Ianu. Nicomediæ, Diocle. 3. & Maxim. AA Cos. 287.

De pluribus tutorib. quorum nullus satisdare tenetur; si vnus satisdet, ille in administratione præfertur. Sal.

Ijdem AA. & CC. Tertullo.

LEX IIII.

NOn omnium [k] tutorum par similisque causa est. Quapropter [l] cum [m] exemplo testamentarij [n] confirmatum [o] à præside, vel datum ex inquisitione, [p] non onerari [q] satisdatione rē pupillorū saluā fore manifestū sit: pluribus tamē datis ex inquisitione tutorib. illū qui satis ēm formā edidit [r] rē pupilli saluā fore dedit, [r] in administratione præferri iādudū [s] obtinuit. S. Id. Decēb. Nicomediæ CC. Cos.

Tutor antequam satisdet [t] officium non exercet, nisi circa tempora peritura, vel ea, quæ neglecta præiudiciū afferre non possunt, h.d. hæc lex valde nota. Bal.

Imp. Cōstāt. & Maxi. AA. Seuero, & Maximo CC.

LEX V.

TVtor qui satisdationem, cū satisdare debuit minime interposuit, nihil oīno [t] ex bonis pupilli alienare pōt. [u]

¶ Postea quam autem ad tutelæ administrationem electus est, [3] † & bonorum possessionem pupilli nomine agnoscere eū potuisse. & cætera eius, quæ tempore arctarentur, persequi debuisse, apertè [x] [4] † claret. D. 11. Calen. Ian. Constantio & Maxim. AA. Coss. 305.

TITVLVS XLIII.

De suspectis tutoribus, vel curatoribus.

Finito officio non potest peti remotio, h.d. Bal. vel sic: Tutor durante tutela, accusatur de suspecto, & ea finita, conuenitur tutelæ iudicio, h.d. Salic.

a *Aduersario*. aduersabatur. n. magistratus vna cum curatoribus, vt non satisdaretur.

EVm. CASVS. Si ex plurib. tutoribus vnus tantum superstes fuerit, an debeat satisdare, quæritur? Rn. quod sic & si nolit, quia inops est; remouebitur sine ifamia: si aūt per fraudē, remouebitur cū nota infamiæ, & in locū defunctorum alij surrogabitur. maximè tū si patrimoniū pupilli sit auctū, & illi tutores conuenient hæredes defunctorū.

b *Superest*. alijs defuncti.

c *Si inopia*. sola paupertas non remouet eum, si alias est diligens, sed cessatio satisdationis pp inopiam vt ff. de suspec. tut. l. suspectus, & in sti. de suspec. tu. §. & hic dicitur.

Tutor propter paupertatem solam non remouetur à tutela.

d *Defunctorum*. alias est in litera, desertorum, alias defectorum.

e *Dati*. de nouo in locū defunctorum.

IN dubium. CASVS. Tutor neq; ex testō, neque ex inquisitione datus satisdabit. si vero prius egerit tutor alterius generis noie pupilli, & succubuerit quod satisdederis, non præiudicabit pupillo talis sntia, neq; habet necesse petere beneficium restitutionis.

1 † deposcere

f *Testamento*. vel ex inquisitione, ut infra l. prox. & facit insti. de satisda. tu. uel cu. §. 1. & sup. de episco. aud. l. decretionibus.

g *Si igitur*. tutor. s. legitimus, vel sim, liciter datus.

h *Non potuit*. istud hēt de verbo ad verbum sup. i quib. cau. in inte. resti. non est necess. l. si tutor. Acc.

i *Irrita sunt*. vt & ff. de mino. l. in causæ, 2. in prin.

NOn omnium. CASVS. Non omnium tutorū par conditio est, qui. n. dati in testō sunt, uel ex inquisitione, non satisdare debent rem pup. saluam fore.

2 † data.

k *Non omnium*. q.d. quorūdam sic, quorundam non.

l *Quapropter*. i. quare hoc? Rn cum &c.

m *Cum*. i. quia.

n *Testamentarij*. quē constat non satisdatur. §. 1.

o *Confirmatum*. hic habes exemplum in insti. de tute. §. si.

p *Inquisitione*. vt d. l. insti. de satisd. tut. vel cura. §. 1. & argu. ff. de cu. fu. l. bonorū. & facit Inst. de curat. fur. l. fi. §. 1.

q *Non onerari*. si vnus est, secus si plures, ut sūt. ij cit. ubi satisdant inter se. sed ibi vnus ex pluribus debet administrare.

r *Dedit*. hāc satisdationem præstat tutor contutori, quando ipse solus debet administrare.

s *Iamdudum obtinuit*. vt ff. de test. tut. l. testamēto datos, 2. & insti. de satisd. tut. §. 2. & ff. de admin. tut. l. 3. & de inii. l. q in iesix. §. q in alienis.

TVtor. CASVS. An tutor, neque in testō, nec inquisitione datus, possit rem pupilli alienare, antequam satisdederit, quæritur? Dr. quod non. sed nondum quæsita satisdati, ne petere pōt. bo. pos. pu. delatā postquā electus est.

t *Nihilominus*. alias nihilominus.

u *Potest*. vt s. eo. l. in dubiū & ff. de reb. eo. q sub tu. l. q neq; & de cur. fu. l. consilio. §. 1. & 2.

x *Aperte claret*. etiā si non satisdedit, quia quærit, nō diminuit, vt & j. qui admit. ad bo. poss. l. bonorū, imo & ibi damnū esse potest & ideo dic electus post satisdationem s. vt sup. eo. l. in dubiū.

3 † admittitur & satisdedit.

DE SVSPECTIS tutoribus vel curatoribus.

4 † declaratur.

Vnde oritur de accusatio. de suspectio, & qui remoueant, & qui accusent, habes. instit. eo. prin. & §. 1. & 2. inscribit accusator ut puto, sed & sine accusatore potest procedi, ut ff. eodem, l. 1 §. præterea.

Libertum.

Libertum.] CASVS. Tutorem filij sui, an accusare possit de suspecto mater, quaeritur? Dicitur quòd sic, non dum finita tutela: quia finita conuenietur cum actione tutelae pro male administratis.

a Tuum.] ô mater.

q Pubertate.] vel alio modo.

c Finitum non est.] sic ergo locus est accusationi, cum non est locus tutelae actioni & econtra, vbi est locus actioni tutelae, non est locus accusationi vt hic, & ff. eo. l. 3. §. quaeri potest, & §. si absolutus. Idē in casu et finita tutela, locus est accusationi vt si datus fuit ad tēpus, & ea finita à iudice est iterū datus, & non habet alium tutorem, qui prioris tutelae nomine eū conueniat, nā accusabit de suspecto pro prima administratione, vt & hic malè praesumatur eum acturum, & infamatur, vt ff. eo. l. 3. §. idem erit quaerendum, & §. si autem, & §. quod si quis.

Curatores.] CASVS. Qui curator sciens se curatorem datum, tardius administrat, suo periculo cessat, & tenetur, si vero fraudulēter cessat, remouendus est suspectus, & alius in locum eius substituendus.

d Tutela.] i. cura.

e Cessant.] si sciuerunt, vel scire potuerunt se curatores datos, vt sup. de peri. tut. l. si tutor & de adm. tut. l. & si scilles.

f Si id.] scuratores cessasse.

g Postulas.] sic ergo qui nō gerit, accusat, vt Inst. eo. §. sed ante quam, & ff. eo. l. impuberib. §. fi. sed cōtra. ff. eo. l. hęc enim, §. fi. vbi dicit, q̄ qui nihil gessit, non pōt postulari suspectus. Sol. remou. tū vt hic, nō accusetur vt ibi, quod nō placet, cū hic dicat postulari. Alij dicūt, si dolo cessat, obtinet, quod hic, alias quod ibi, vt no remoueatur, sed administrare ictu compellatur; & hoc antequā administrat, postea vero secus, sed semper certē vt si dolo, eo quòd nō gerit. Dic, ergo quòd n pōt directo ex verbis legis lata, vt ibi, sed ex interpretatione sic, vt hic. Alij dīc, q̄ hic iā cęperat gerere.

Praeses.] CASVS. Si tutor datus ad administrationem non accedit, cōpellitur captis pignoribus, & si in contumacia perseuerauerit, remouebitur vt suspectus, & alius in locum eius subrogabitur. Viuia.

h Strictioribus.] i. pignoribus captis, vt Inst. de satisda. tuto. §. pe. & ff. de mu. & ho. l. si quis. Vel percipiet sibi bāno alio quo, vt ff. de ven. in pos. l. 1. §. quid ergo.

i Perseuerauerint.] q̄a et captis pignoribus nō administrāt.

k Postulare.] sic. hęc enim. §. fi. Cōtra sol. vt in l. q̄ ex. diximus.

Etiam.] CASVS. An tutor testamentarius possit accusari de suspecto, quaeritur? Dicit q̄ sic. Viuia.

l Etiam testamento.] vt Insti. e. §. 2. & ff. eo. l. 1. §. ostendimus.

In postulandis.] CASVS. Nemo q̄a pauper est tutor, arguēdus est vt suspectus, sed si fraudem committat. Viuia.

m Principaliter.] vt Insti. eo. §. 1. at. quid tū operatur, ad ff. de testi. l. testiū, in prin. & in fi. e. l. pietatis. Item & facilius omittit administratio diuiti, vt su. de peri. tu. l. 1. & alias quoq; mul tū operatur paupertas, vt ff. de priuil. cred. l. si creditores.

Pietatis.] CASVS. An frater filiorū fratris, tutores arguere pōt de suspecto, quęrit? Dicit quòd sic, & hoc ē officiū pietatis, & hoc i prima. Si vero fraudem nō amiserit, sed inops factus fuerit, adiungetur ei alius, & hoc in secunda. Non solum frater & mater, sed cognati, & extranei pōt petere, vt tutor suspectus remoueatur. Viuia.

n Impetrabis.] nec ille is prodest satisdare, vt insti. eo. §. pe. & ff. eo l. suspectus, & l. quia.

o Aestimabit.] quòd facere debet, vt & su. de de peri. tut. l. 1. ibi, propter tenuitatem, &c.

p Remouendi.] id est petere vt remoueantur, vt ff. de ijs, qui notan. infa. l. furti sumandati.

q Parentibus.] vt auo paterno, & materno.

r Conceduntur.] vt Instit.

Not. ex hac gloss. iunct. tex. cum Bald. hic, quòd qui volūt acceptare omnia officia, quae sunt onerosa, ponūtur in carceribus & subijciūtur.

a † Deest in omnib.

2 † Duar. Leto ij. & Cere.

3 † Desunt.

4 † Conceduntur.

Imp. Antoninus A. Domitię.

LEX PRIMA.

Liberum tuum,[a] & tutorem filij tui, si fraudulenter res eius administrare existimas, suspectum facere potes, modo si officium eius pubertate[b] pupilli finitum[c] non est. Nam si eo iure tutor esse desijt, is iudicio tutelę conueniendus est. PP. Idus August. Rumae, Duobus, Aspris Coss 213.

Periculum curae neglectae spectat ad curatores, & cessantes gerere fraude, vel dolo, possunt remoueri vt suspecti. h. d. Sal.

Idem A. Iongino.

LEX II.

Curatores quidē suo periculo, quanto tardius ad eos tutela[d] transfertur, cessant.[e] Quod si in fraudem id[f] [1] † esse factum existimas, suspectos eos postulas[g] qui si submoueri meruerint, in locum eorum alios accipies. PP. Idus Ianuar. Letae,[2] † & Cereali Coss. 216.

Tutores possunt compelli ad administrandum, & in contumacia perseuerantes remouentur ut suspecti. h. d. Sa.

Imp. Alexand. A. Fortunatę.

LEX III.

Praeses prouinciae tutores filio tuum tuorum, strictioribus[h] remedijs adhibitis, omnimodo administrationis officiū compellet agnoscere. Quod si in eandē contumacia perseuerauerint,[i] suspectos postulare,[k] vt alij in locum eorum petantur, non prohiberis. PP. Idus Ianuar. Alexan. A. 3. & Dione Cos. 230.

Idem A. Thalidę.

LEX IIII.

Etiam testamento[l] patris tutorem datū, suspectum postulare potes, si fraudē tutoris argueris. PP. Calendas Ianuar. Maximo & Paterno Coss. 234.

In tutore principaliter attenditur persona, secundario patrimonium. h. d. Bald. Vel sic. Nō inopia sola, sed fraus & segnities tutorem reddūt suspectum. h. d. Sal.

Idem A. Asclepiadi.

LEX V.

In postulādis suspectis tutoribus seu curatoribus nō vires patrimoniorum principaliter,[m] sed an [3] † nihil segniter, nihil fraudulenter geratur perpendi oportet. PP. 6. Calen. Ianuar. Maximo 2. & Paterno Cos. 234.

Accusatio de suspecto est publica. h. d. Bal. Vel sic: Quilibet (maxime si sit de necessarijs) potest accusare tutorem de suspecto, paupertas tamē non est iusta causa, ut remoueatur, sed vt alius (si iudici videtur) adiungatur. h. d. Sal.

Imp. Gordianus A Felici.

LEX VI.

Pietatis fungeris munere qui fratris tui filios (vt necessitudo sanguinis suadet) protegere conaris. Si igitur tutores, vel curatores eorū non rectè administrāt, suspectis eis postulatis, atq; ostēsis, vt alij in locū eorū cōstituātur, facile impetrabis.[n] Quod si nihil in fraudē egerūt, verū ita egeni sunt, vt in eorū administratione fratris tui filiorū substātia periclitetur, an eis adiūgēdus sit curator, q̄ idoneus facultatib. sit, rector prouinciae aestimabit.[o] ¶ Remouēdi[p] āt licēt à nō solū parētib.[q] vtriusq. sexus, sed ēt cognatis, & extraneis, & affinib. & ipsi, cuius res administrant si nō impubes sit, arbitrio cognatorū bonae opinionis cōstitutorū cōceduntur.[r] [4] † PP. 5 Idus Nouem. Pio, & Pontiano Coss. 239.

Inst. it. eod. §. consequens, & ff. eodem. l. 1. §. consequens, & l. impuberibus, in prin.

E*Vmquem.*] CASVS. Tutor pendente actione de suspecto, non debet administrare: sed alius interim, qui rem pupilli administrabit, subrogabitur. Viuia.

Pendente causa suspecti, debet tutor administratione interdici. h.d. Bal. Vel sic: Non solum remotio, sed iuris pendentia impedit interim administrationem tutoris. h.d. Bal. Vel sic: Pendente causa suspecti, tutor nõ potest administrare: sed datur curator, qui interim administrat. h.d. Salic.

Idem A. Gorgoniæ.[1]†

LEX VII.

EVm, quem vt suspectum tutorem, vel curatorem accusas, pendente causa cognitionis abstinere [2]† ab administrationis rerum tuarũ, donec causa finiatur, præses prouinciæ iubebit. [a] Alius tñ interea in locum [3]† eius in administratione rerũ ordinãdus [b] est. PP. 7. Cal. Mar. Sabino 2. & Venusto Coss. 241.

Vnus tutor non potest petere ab altero administrationis rationem durante tutela. h.d. Bal. Vel sic. Durante administratione, tutor non potest petere à contutore, vt reddat sibi rationem administrationis vniuersæ. h.d. Sal.

Imp. Philippus A. & Philippus C. Proculo.

LEX VIII.

SI non suspectum [4]† contutorem tuum postulare, ac remouere ab administratione bonorum pupilli curaueris: admitti nequaquam potest ratio desiderij tui, iam nunc postulandis tutelam [c] tibi nomine eiusdẽ pupilli restitui. PP. 14. Cal. Nouemb. Peregrino, & Aemiliano Coss. 245.

Remotus ob dolum est infamis, non ob culpã. h.d. Sal.

a *Iubebit.*] vt & ff. de sol. l. quod si fortè, §. 1. & ar. inf. de ord. cog. l. fi. & j. de senten. pass. l. fi. & ff. de re mili. l. qui status, & Inst. eo. §. si quis aũt, & dic q̃ ibi not.

b *Ordinandus est.*] s. curator, quia habenti, &c. vt supra in quibus cau. l. licet.

S*I non.*] CASVS. An tutor contutorẽ suum possit accusare de suspecto, & remouere ab administratione, quęrit? Dr̃ q̃ sic, sed si petat, vt sibi concedat administratio tutelę, antequam accusauerit, non est audiendus, vel dic casum, vt no. in glo.

c *Tutelam.*] i. rationem tutelæ, petebat enim à contutore rationem tutelę, hoc fieri non põt durante tutela, vt hic, & sup. de adm. tu. l. 2. & ff. de admi. tu. l. cũ plures in princ. accuset igitur eum de suspecto, & remoueat.

S*Vspectos.* CASVS. An tutor remotus sit infamis, quærit? Distingũt, aut remotus est ob dolũ, & est ĩfamis, aũt ob culpã, & tũc n̄ ẽ ĩfamis.

d *Ob negligentiam.*] q̃ est leuis culpa. Sed q̃d si ob latã culpam est remotus? Dñt quidam, q̃ est infamis, vt ff. e. l. impuberib. §. si fraus. Tu dic ꝯ, vt Inst. eo. §. suspectus aũt remotus, debet ergo iudex dicere an propter dolũ, vel nõ remoueat eũ, q̃d si nõ dicit, nõ erit infamis, facta interpretatione benigniori, vt ff. e. l. hę. n. in prin. & §. 1. & ar. ff. de pe. l. si pie. Posset tñ distingui, an de dolo tñ inculpabatur, vt tunc ẽt non expressa cã videatur ob dolum remotus, & sic infamis intelligatur, vt arg. ff. de ex re iud. l. si ex testamento, & d. l. hæc enim, quæ videtur ꝯ in eo quod dicit, quòd simpliciter remotus non est infamis: intelligitur quando ex officio remouebatur, * non accusatus, vel obijciebatur dolus & culpa, non dolus tantum, & facit supra tit. 1. l. & cum.

1 † Gorgiana.

2 † Abstinere.

3 † Loco.

4 † Tutorẽ

* Not. ex hac gloss. quòd ꝯdẽnatus per inquisitionem, licet fuerit ex dolo ꝯdẽnatus non est ĩfamis. ꝓbari vr̃ in l. 1. j. si tuto. non gess. iunc. ibi glo.

DE IN LITEM DANDO TVTORE, &c.

Olim tutor dabatur, hodie curator. vt Inst. de author. tu. §. fi. & ideo de vtroq; dicit. Vel dic correctiue legi, vt curator, detur, qui & tutor à tuendo dr̃: non aũt sit verè tutor, cum certæ rei, non datur, Insti. qui test. da. tuto. poss. §. certe, nisi in casu, vt ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. impuberi. Quãdo inuito, & quãdo postulanti detur vt diximus supra qui pet. tuto. l. 2.

Impp. Diocl. & Maxi. AA. Ammiano.

LEX V.

SVspectos tutoros ex dolo non etiam eos, qui ob negligentiam [d] remoti sunt, infames fieri manifestũ est. Dat. 8. Cal. Maij. CC. Coss.

TITVLVS XLIIII.

De in litem dando tutore, vel curatore.

Tutor potest transigere contra pupillum alio contutore anctore, et si nullum contutorẽ habet, dabitur ei curator ad litem illam defendendam. h.d. Sal.

Im. Antoninus A. Miltiade.

LEX PRIMA.

SI quas petitiones aduersus pupillos tuos habes, [e] dirigere eas potes, assistentibus, causamque defendentibus contutoribus tuis: cum & si alios tutores non haberent, ad hoc genus litis [f] defendendæ curatores accipere debe. ẽt. [7]† PP. 13. Cal. Augusti. Antonino Augus. 4. & Balbino Coss. 214.

Tutor pupilli, cuius pater vendidit fundum secum communem, consultius faciet, si tutela durante partem suam non vendicet: si tamen vult vendicare, debet petere curatorem dari, qui emptorem pupilli nomine defendat aduersus ipsum tutorem fundum vendicantem. h.d. Sal.

Imp. Alexander A. Euaresto.

LEX II.

AN tibi [g] patris fundi paterni vẽdicatio cõ-

S*I quas.*] CASVS. Si pupillus plures habet tutores, & vnus habeas causã cum pupillo, alij tutores eum defendunt: si vero vnum habeat tãtum, & ille habeat cãm cum pupillo, petat ordinari curatorem.

e *Habes.*] vt quia rei vendicationem contra eum habes, secus in personali hodie, vt supra qui da. tu. pos. auth. minoris.

f *Litis.*] quæ est inter tutorem, & pupillum, vt Instit. de autho. tu. §. fi.

A*N tibi.* CASVS. Initius legis ponitur in glo. sed clarius dic sic: Duo erãt fratres, Seius, & Mæuius habentem fundum cõmunem. Seius fundum vendidit insolidũ, & decedens Mæuium dedit tutorẽ filio suo, an Mæuius fundũ vendicare possit ꝓ parte sua, quærit? Vr̃, quòd nõ possit. Prima rõ est, quia si agat Mæuius, emptor ꝯueniet pup. de euictione ad duplum, & Mæuius habet necesse defendere pupillum suum, alioquin faceret contra officium suum. Alia ratio est, quòd si venderet, posset obijcere compensatione pu. quia pone, quòd pars fundi valeat decẽ, & dẽat decẽ tutor ex administratione, fiet ꝯpensatio. Si vero Mæuius nihil debeat, ꝯueniat pup. finita tutela actio. tutelæ contraria, si potest capere pro parte fundi, constituto tamen curatore. Viuia.

g *An tibi.*] Tu & frater tuus habebatis fundum paternum communem insolidum: cum frater vendidit Titio, & ex dupla promisit, qui frater decessit: & tu es tutor filij sui pupilli: si vis vendicare partem tuã fundi, teneberis

pupillum

pupillum in casum euictionis defendere: & cum damnum dupli habeat per te, ei teneberis. Vnde melius est quod vel compensando, vel agendo alias tibi consulas: sed & vendicare potes petito curatore pupillo, qui in causa euictionis defendat emptorem: dic ergo an tibi tutori.

n *Tutor.*] secundario, non principaliter, ut instit. qui test. tu. da. poss. §. certæ, & de excu. tu. §. datus, sed in casu etiam principaliter, vt no. in rub. Vel dic tutor, idest curator, sic ponitur, sup. de suspe. tutor. l. curatores, & de cond. & demon. l. pater §. conditionum.

i *Concedunt.*] quod est in omni crimine excepto crimine carnis, vt ff. de reg. iur. l. pupillū, & de trib. l. 3. §. fin. & Instit. de oblig. ex delic. §. fin. ff. de furt. l. impuberem, & ff de adulter. l. si minor.

k *Responsa.*] quando conueniuntur.

l *Inferre.*] cum pulsant: quod faciunt in accusando, prosequando suam, vel suorum iniuriam, vt ff. de accusationibus l. 2. & l. hi tamen, & infra de adult. l. pro pter.

m *Calculo.*] id est sententia. non ergo valet sententia ipso iure sine tutoris, Goth.

ambo-

auctoritate in iudicio, vt hic, & supra si aduersus rem iudi. l. cum minores, & cui leg. per. l. 1. sed contractus valet. licet restituatur: primū fallit in iudicio momētaneę possessionis, vt sup. qui leg. per. l. si. Accur.

V *Eterum.*] CASVS. Olim si plures erant tutores dati in testō, vel a iudice, vel à lege, vel ex inquisitione, vni⁹ dati in testamēto authoritas sufficiebat; si plures erant legitimi, non vnius, sed omnium sufficiebat authoritas: hodie vero nulla erit differentia cuiuscumque generis sint tutores: dum tamen administratio non sit diuisa: tunc enim quilibet pro sua ratione, seu parte pręstabit authoritatē, nisi tale factum fuerit, per quod soluitur tutela verbi gratia. Pupill⁹ vult se dare alicui in arrogationem, finitur tutela: vnde in hoc casu omnes tutores debent pręstare authoritatē, nec vn⁹ sufficit, quia quod omnes tangit, & cæt. Viuianus.

1† Veterū.

2† et vni⁹ in omnib.

a *Et.*] pro etiam.

b *Compellebantur.*] cuius distinctionis e-rat, arg. supra, de tut. vel cu. qui sa. non de. l. non omnium.

c *Sufficere.*] vt & supra, si vnus ex plur. l. prima. & ff. de curato. furio. l. cōsilio, §. fin. argumen. ff. de officio procons. l. 1. §. primo.

d *Absimiles.*] sed similes.

e *Pregrauantur.*] vt & ff. iudicatum solui, l. tertia, §. si tutor. & de curat. bon. dando l. 1. §. 1.

4† Dati.

f *Speratur.*] in ipsos magistratus. vt Inst. de satisd. §. pen.

g *Absurdum est.*] vt & ff. de adopt. l. quod ne. & l. nam ita, & de aquæ pluuiæ arc. l. in concedendo, & l. si autem plures, & ff. de re iudica. l. duo ex tribus, & infra, de appellationib. nominationes, & infra, de omni agro deserto, l. quicūque desertum, in §. lib. 11. & extra, archiepiscopus, & de officio Archidia. ca. ad hęc. Sed fallit hoc vbicunq; consensus tacitus sufficit. & facit infra, de curat. fur. l. fin.

* Absurdū Omnes tā gens, ab oibus approbe & cōcor. cx̄, de re. iur. c. qđ omnes, &c. si archiepiscopus, cū glos. super verbo, cū oibus, tēmp. ord.

h *Similiter.*] id est æqualiter.

5† Suas auctoritatem.

In omnibus actibus sufficit auctoritas vnius tutoris, nisi administratio sit diuisa, & nisi auctoretur super eo, quod finit officium. Bald. Vel sic: In gerendis à minoribus, sufficit vnius tutoris, vel curatoris auctoritas interposita super his, quæ spectant ad eius administrationem, nisi sit actus per quem tutela finiatur, quia tunc omnium consensus exigitur. Sa.

Idem A. Ioanni PP.

LEX V.

VEterem[1] †dubitationē amputantes, per quā testamentarij quidē, vel per inquisitionem dati tutores: & [a] vnius [2] † auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant, non tamen diuersis[3] † regionibus destinati, legitimi autem, vel simpliciter dati omnes consentire compellebātur: [k] sancimus, si plures tutores fuerint ordinati, siue in testamento paterno, siue èx lege vocati, siue a iudice, vel ex inquisitione, vel simpliciter dati, vnius tutoris auctoritatē pro omnibus tutoribus sufficere, [c] vbi nondū diuisa est administratio, vel pro regionibus, vel pro substantiæ partibus: ibi etenim necesse est singulos, pro suis partibus, vel regionib. auctoritatē pupillo præstare: quia in hoc casu nō absimiles [d] esse testamentarijs, & per inquisitionem datis legitimos, & simpliciter datos iubemus, eo quòd fideiussionis onere prægrauantur, [e] & subsidiariæ actionis adminiculum speratur. [f]

¶ Sed hæc omnia ita accipienda sunt, si non res, quæ agitur, solutionē faciat ipsius tutelæ, vt puta si pupillus in arrogationem se dare [4]† desiderat. Etenim absurdum [g] * est solui tutelam non consentiente, sed forsitan ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus. Tunc etenim siue testamentarij, siue per inquisitionem dati, siue legitimi, siue simpliciter creati sunt, necesse est oēs suam auctoritatem [5] † præstare, vt quod omnes similiter [h] tangit, ab omnib. comprobetur.

¶ Quæ omnia simili modo, & in curatoribus obseruari oportet. Dat. Cal. Septemb. Constanti. post Consulatum Lampadij, & Orestis VV. CC. 531.

TITVLVS LXI.

Quando tutores, vel curatores esse definant.

QVANDO TVTORES, vel curatores esse desinunt.

Quia actio tutelæ demum finita tutelæ nascitur, & intentatur, vt diximus sup. arbi. tute. videamus quā tutores, vel curatores desinant esse. Azo.

Finitur officium adiuncti simul cum officio eius, cui adiungitur. Bald. Vel sic: Finito officio eius, cui quis adiungitur, finitur & eius qui adiungitur. h. d. Sal.

Imperator Antoninus A. Hernulæ. [6]†

LEX PRIMA.

SI curatores tutorib. adiuncti sunt, [i] pubertate pupilli tam tutorum, quā curatorum adiunctorum officium finiri, [k] ideoque alios propter ætatis infirmitatem curatores esse dandos, [l] manifestissimum est. * PP. 4. Cal. August. Romæ, Antonino A. iiij. & Babina Coss. 214.

S *I curatores.*] CASVS. Si tutor non sufficiat ad administrationem tutelę, pupillus potest petere, vt sibi adiungatur curator, qui eo tempore, quo tutela finitur, ab officio curæ eximitur hoc est, cum tempus pubertatis aduenerit, quo peruento, dandus est sibi alius curator, propter ætatis infirmitatem. Viuian.

6† Hermilæ.

i *Adiuncti sunt.*] quod quandoque fit, vt Institut. de curat. §. interdum.

k *Finiri.*] vt sup. in quib. cau. tu. ha. l. potuit. & ff. de tu. & cu. da. ab his, l. rē. & de tut. & rat. distr. l. nisi in princ.

l *Esse dandos.*] vt ff. de minor. l. 1. in fin.

* Est. Tutela pubertate finitur, vt hic. Sed tā gn̄ali quadā locorū ꝯsuetudine ꝑsertim in Germania officiū administratoris, & per ꝯsequēs eius periculū ad legitimā vsque ętatem ad ultorū, puta 25. annor. continuatur. Cuius ꝯsuetudinis rationē vide apud Gayl. 2. pract. 92. Goth.

Pupillus non potest cassare tutorem. h. d. Sal.

Impp. Diocletianus, & Maximianus AA. & CC. Menippo.

LEX II.

TVtoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri, certissimū est. [m] S. 13. Cal. Februar. CC. Coss.

T *Vtoris.* CASVS. Si pupillus tut. sibi datū nō plus habere voluerit, an sola voluntas eius sufficiat ad hoc, ꝙ finiatur officium tutelæ, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

m *Certissimum est.* sic ff. de off. præsi. l. legatus. certi enim sunt modi, quibus finitur vt Instit. qb. modis tut. fin. per totum.

Imperator Iustinianus A. Mennæ PP.

LEX III.

INdecoram obseruatione in examināda maritū pubertate resecantes; iubemus, quemadmodū fœminę post

I *N decoram.*] CASVS. Adueniente tēpore pubertatis, an finitur officiū tutelæ? Dr̄, ꝙ sic, qualiter autem hoc sciebatur, olim fiebat corporis indagatio, sed hodie fœmina, cum peruenit ad 12. annos, iudicatur pubes: masculus, cum peruenit ad quatuor decim annos. Viui.

Cessan-

a *Cessante.*] vt insti. quib. mod.tu.fi. in princ.

ADDITIO. Hanc legem intellige quantum ad tutelam vel similia: secus vero quo ad matrimonium contrahendum: quia tunc bene debet fieri corporis indagatio, si dubium sit an sint puberes, hoc est an generare iam possint necne, ut in c.puberes 1 extra de despon.impub.

1 Ibi est gl. alia q̃ existentia annorum, si non ad sit ptãs cocũdi, nõ inducit matrimoniũ etiã cum consensu. * Vl. Tertull. lib. de anim. cap. 10 Macro. 7. Saturn. 7. * Hoc quã quã Iustinianus sibi adroget: videtũ aliunde sumpsisse. Tertu. lib. de velãd. virg. Tempus, inqt, Etanici obseruarunt, ut ex lege naturæ iura sua ætatib red dãt. Nam feminas q̃dem a 12. an. masculos a duo-b9 amplius annis ad negotia mittunt. Goth.

1 † Præstãdo.

2 † Du. sed actoré. al. ductorem.

3 † Deiunt in omnib.

DE ACTORE a tutore, seu. cur. &c.

¶ Quoniã sæpe contingit tutoré, vel curatoré impediri gerere minorum negotia, & equum est interim prouidere minorib9 ponit de actore ordinando a tutore, seu curatore. Azo.

S*I sui iuris.*] CASVS. Pater filij sui emancipati erat tutor legitimus obuenit pu. hæreditas materna: quam pater administrare non poterat, quia oportebat eũ abesse causa reip. an possit petere actorem, quæritur? Dicitur quod sic. sed procuratorem constituere non potest; quia dominus non est. Viuianus.

b *Si sui iuris.*] quia emancipati a te, per quod es legitimus eorum tutor, ut hic, & instit. de legi. parentu.

c *Non per procuratorem.*] quia non est dominus rerum filij: ut ff. de procu. l. 1. sed. per actorem: ut subijcit. & infra de appel. l. si actor. & sup. de procur. l. neque. ipse tamen pupillus cum authoritate tutoris, vel ipse tutor lite cõteitata ordinat, ut d. l. neque, & hoc in iudicijs, ad negotia vero etiam procurator ordinat. procuratorem ut ff. mandati, l. si procuratorem §. si quis. Similem actorem ordinat episcopus: non syndicum, cum non sit vniuersitas. & hic actor de calumnia iurat, cum legitimam personam habeat, ut dixi supra de iuramen. calumn. l. 2 §. primo, & b. sit autem vel dignitas, & non constituitur hic actor, nisi ex causa, ut Institut. de cur. §. fin. & ff. de administra. tut. l. decreto, & hoc subijcit nam absens erat a pupillo.

d *A te.*] idest, petitum constitui per iudicem: ut Instit. de cura. §. fin.

e *Peti conuenit.*] a possidentibus, & facit sup. qui da. tut. pos. l. curatorem. & ff. de tutelis. l. solet.

¶ De excusationibus tutorum & curatorum, &c.

Qualiter tutores & curatores ordinentur, itẽ remoueãtur, ut suspecti & reprobi dictum est. Nunc videamus qualiter excusentur quasi minus idonei. Azo.

F*Alsa suasione. Spado.*] idem in castrato, secundum Ioan, vt ff. eodem spadonem, in princ. licet in adoptionibus, & matrimonio, & substitutione posthumi sit differentia inter spadonem & castratum, ut Instit. de adop. §. sed & illud. ff. de iure dot. l. si serua. §. spadoni. & ff. de lib. & post hu. l. sed est quæsitum. §. primo.

impletos duodecim annos omnimodo pubescere iudicantur, & mares post excessum quatuordecim annorũ* puberes existimentur: indagatione corporis inhonesta cessante.a* Da. 8. Idus Apri. Constantinop. Decio V. C. Coss. 529.

TITVLVS LXI.

De actore a tutore, seu curatore 1 † dando.

Etiam pater tutor filii nõ constituit procuratorem, sed actorem ante litem contestatam. Bal. vel sic: Tutor pro rebus pupilli petendis non constituit procuratorem, sed actorem. Sal.

Impp. Diocl. & Maximia. AA. & CC. Alphocrationi.

LEX VNICA.

SI sui iuris b constituti filij tui, matri successerũt; licet te tutorem eorum esse probetur, tamẽ non per procuratorem, 2 † c sed per actorem decreto constitutum a te, d res eorum te absente peti conuenit. e S. Non. Ianua. Sirmij, CC. Coss.

TITVLVS LXII.

De excusationibus 3 † tutorum, & curatorum, & de temporibus earum.

Spado non excusatur à tutela. h. d. Sal.

Impp. Seue. & Ant. AA. Auiolæ.

LEX PRIMA.

FAlsa suasione credis te propterea quod spado sis, immunitatem à tutelis habere. PP. Calend. Maij, Chilone & Libone Coss. 205.

Curator generaliter & simpliciter datus, intelligitur etiã datus ad bona extra prouinciam situata: sed de facili ab illis obtinebit liberationem. h. d. Sal.

Ijdem AA. Habentiano. & Cosconio.

LEX II.

SI curatores, * dati estis f generaliter, g nec decreto 4 † significatum est Italicarum tantum rerum nobis munus 5 † iniunctum, adire debetis competentem iudicem, vt vos a prouinciali administratione liberet, h quòd si factum fuerit, i petent sibi in prouincia curatores adolescentes. PP. 8. Calẽ. Septem. Chilone, & Libone Coss. 205.

Ingenuus excusatur à tutela libertini. & si excusa is reiiciatur, debet appellare: aliàs tenetur. h. d. Sal.

Ijdem AA. Crispino.

LEX III.

EXcusationis quidẽ tuæ, si ingenuus k libertino tutor dat9 es, certa causa est. ¶ Sed cum te præses prouinciæ audiendum non putauerit propter præscriptionem, quasi tardius l adires, nec a decreto prouocaueris, * m intelligis parendum esse sententiæ. PP. Idib. Mart. Albino, & Aeliano Coss. 207.

S*I curatores.*] CASVS. Alicui erat datus tutor, alijs curator generaliter, minor habet patrimonium suum tam in Italia quam in prouincia: an curator Italicus possit se excusare ne sit curator in prouincia? Dicitur quod sic, quo facto dandus est sibi curator in prouincia. Vi.

f *Dati estis.*] a principe, vel ab alio eo mandante, uel a testatore, ut infra eod. l. testamento. alias non possetis ab eodem iudice tam in Italia quam in prouincia dari: cum in Italia prætor, in prouincia præses debet dare: ut ff. de tuto. & curator. da ab his. l. pupillo.

g *Generaliter.* ut Instit. de excusat. tuto. & curat. §. datus, & ff. de auto. & argen. lega. l. Plautius.

h *Liberet.*] quod facere debet, cum sit is de Italia: ut infra eo. l. testamento. & ff. eod. l. si illud usitatum, & l. propter, §. licet.

i *Fuerit.*] idest, fueritis liberati a prouinciali administratione. Vel idest si tantum Italicarum decreto munus est iniunctum.

E*Xcusationis.* CASVS. Ingenuus excusationem habet ne liberto detur tutor, sed cum aliquis prætendat hanc exceptionem, & iudex eum repellat quasi tardè prætendisset, iam non nisi appellet; habet necesse parere sententiæ Viuianus.

* Gl. in c. super q̃st. sup verb. uices suas extra de off. de in. ducit hic l. in argu. q̃ simpliciter com mittens uices suas, totum commisisse videtur.

4 † signatum.

5 † Adiunctum.

* Not. q̃ si alicui denegat audientia rõ neterminis potest prouocare.

k *Ingenuus.*] idem si libertus, si modo impetrauit ius aureorum annulorum, ut ff. eodem l. cum ex oratione. liberti ergo erunt tutores aliorum libertorum, ut ff. de tutor. & cu. da ab his l. pupillo. §. liberti. sed econtra, libertus non se excusat a tute. patroni, ut inf. eod. l. nec senatorum, & l. l. libertos.

l *Quasi tardius.*] non usque ad quinquaginta dies.

m *Prouocaueris.*] Quod potuisti, ut ff. quando appell. sit. l. 1. §. si quis. [illegible]

A*mplissimi.*] CASVS. Si tutor contrahit cum pupilla nuptias, non est matrimonium. & erit infamis. si vero aliquis vxorem habens minorem, absens datus sit ei curator: an impediatur matrimonium, quaeritur? Dicitur quod non, sed debet ei alius substitui: non enim debet ipsemet maritus remanere in cura per hoc quod dicit se ignorasse curatorem, datum. Viuianus.

a *Non intelligitur.*] Tum quia contra legem, tũ quia pupilla est adhuc: ut hic, & ff. de adulte. l. qui pupillam.

b *Constituitur.*] vt supra de interdic. matrimon. l. si tutor. & not. factũ infamare, licet de iure non teneat: ut inf. de adulter. l. cum qui. & ff. de ijs qui no. infamia. l. quid ergo. §. cum antẽ: & arg. ff. ad l. Cor. de falsis. l. si quis legatũ in princ. & arg. ff. de ritu nupt. l. palam. §. pen. in fine.

1 † Constituto.

c *Securus.*] vt nõ vitietur matrimoniũ, nec infameris dum tamen &c. & hoc ex voluntate. vt sup. de interdic. matrimon. l. cum proponis. secundum quosdã. sed illud quo ad matrimonium quia nihilo minus durat: ut dicit l. cum proponis: & ff. de ritu nup. l. pen. §. sed videamus, sed infamiam non euitat, nisi curatoré petat: ut hic, & inf. co. l. licet, & ad hoc, quod alterum petat. facit ff. de administ. tuto. l. tutores, §. qui se. & de eo qui pro tutore. l. prima, §. fi. & supra de administ. tut. l. fi. §. personis. Item sunt argu. haec ff. de mor. infe. l. prima, §. fin. & ff. de sepul. uio. l. sepulchri.

2 † Constituto.

3 † Albino

4 † Curatione.

d L*ibertos.*] Sponte manumissus. sed ex necessitate, manumissi possũt se excusare: ut ff. eod. l. libertum. §. penult. & l. quamquam.

Si maritus ignorans curator detur vxori, excusatur a pœna senatusconsulti: dum tamen alium petat substitui. h. d. Salic.

Impp. Antoninus A. Agatho Demoni.

LEX IIII.

AMplissimi ordinis [1] † consulto qui pupillã suam vxorem ducit, nuptias contrahere non intelligitur,[a] & tñ infamis constituitur.[b] ¶ Sed si tu Demetriae cũ eam in matrimonio haberes, absens, & ignorans curator cõstitutus es, potest esse securus,[c] dum tamen alius substituatur. Non enim debet ignorantia maritorum, amplissimi ordinis [2] † consulto fraus quaeri. PP. 11. Calend. Iul. Sabino, & Aemyliano Coss. 207.

Libertus nullam habet excusationem a tutela, vel cura filiorum patroni: & ideo licet fuerit eorum tutor, non prohibetur eis esse curator. Salic.

Imper. Alexander A. [3] † Basilio.

LEX V.

LIbertos [d] a tutela, vel cura [4] † liberorum patroni seu patronae nullam excusationem [e] impetrare posse, amplissimus ordo auctore diuo Marco, cẽsuit. Et ideo nec illud eis prodesse debet quo minus curatores et inuiti, patroni, seu patronae liberis dentur, quod eorundem tutelam administrauerunt.[f]

e *Excusationem.*] nec propter numerum librorum, vel aliam.

f *Administrauerunt.*] propter hoc alius excusaretur: ut infra eod. l. curator. libertus non: ut hic. Item not. arg. quod clericus qui beneficium habet ab ecclesia, ab onere sibi iniuncto se excusare non debeat, cum & ipsa loco pupillae sit: ut arg. sup. de aduo. diuer. iudiciorum. l. 2.

Q*uinquaginta.*] CASVS. Certum est, quod quinquaginta dies dantur volenti se excusare a cura, vel tutela sed à quo tempore incipiant currere, quaeritur? Dicitur, quod ab eo tempore a quo quis scit se datum tutorem, vel curatorem, & si iudex non admisit eius excusationem; quia si intra quinquaginta dies non venit nec appellauit, videtur acquieuisse iudicis sententiae. Viuia.

Terminus ad excusandũ se non labitur ignoranti. h. d. Bal. Vel sic; Tutores, vel curatores dati habeãt quinquaginta dies ad se excusandũ: qui incipiunt currere a tẽpore scientiae. Et si excusatio reiicitur, debet appellari. h. d. Salic.

Idem A. Maximino.

LEX VI.

QVinquaginta dies, qui praefiniti sunt ad professionem [g] excusationis, ijs, qui tutores, seu curatores dati sunt, ex eo die cedere, ex quo decretum praetoris, aut testamentum parẽtis notum factum fuerit [h] ei, qui ad munus vocatus fuerit, ipsa constitutio,[i] quae hoc induxit, sanxit. ¶ Sed si quis in eius temporis cõputatione ab eo, cuius de ea [5] † re notio fuerit iniuriã passus;[k] nõ prouocauit:[l] aequiescere [m] reb. iudicatis debet. PP. 3. Nõ. Maij, Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Iure isto debitum, vel creditum non excusat a tutela, sed alium facit adiungi. Sal.

Idem A. Auto. al. Antonino.

LEX VII.

NEque a tutela, neque à cura ideo quis excusatur, quod creditor, siue debitor eius est, cui tutor, siue

g *Professionem.*] idest protestationem apud tribunal: ut ff. eod. l. scire. §. scire autem oportet, & habet locum hoc, si est intra centum milliaria si vero ultra: pro uiginti milliaribus habet unum diem, & amplius 30. dies dum non minus sint quam quinquaginta: vt institu. eodem. §. qui autem excusare. & ff. eodẽ, l. scire. §. aliud dictum.

h *Factum fuerit.*] qa in facie, vel ad domum ei per praetorẽ sit dictum: ut ff. eod. l. scire. §. quinquaginta. & sic praesumitur ignorare, nisi probetur. per talia scire, vt & diximus inf. de peric. tut. l. pen.

i *Constitutio.*] Marci: ut dicta l. scire. §. aliud, in princ. §. & inf. eod. l. tutores. Ad peragendum negotium quatuor menses dantur ex die nominationis: ut ff. eo. l. quinquaginta. Sed opponitur si pdicta currunt à tempore scientiae, & iste à tẽpore nominationis: ergo prius debebit quandoque negotiũ terminari quam inchoari, si ponas post quatuor menses sciuisse. Quare dic quatuor menses currere a die nominationis, & scilicet & scientiae, & sic & tempus sex mẽsium, quod datur agenti redhibitoria, datur ex tempore venditionis: ut ff. de edil. edi. l. sciendum, §. fin. subaudiendum est. & scientiae uitij, uel morbi; ut ff. illo tit. l. cum sex. Vel si diceres statim currere mẽses quatuor ante scientiam, restituam cum ex generali clausula: ut ff. ex quibuscau. ma. l. 1. in fi. & argu. ff. quod ui aut clam. l. semper. §. hoc interdictum. prima uerior.

5 † Deest, recte intelligitur .n. de ea, scilicet computatione.

K *Passus.*] quia iudex eius excusationẽ non admisit. quia intra quinquaginta dies non venerat: nõ dicas quod in calculo errauerit, & error sit in sententia expressus. quia tunc sententia non ualeret ipso iure: ut ff. quae sent. sine ap. l. in princ.

l *Non prouocauit.*] quod fieri potest, sed non à nominatione: ut ff. quando app. sit l. 1. §. si quis tutor. & inf. eod. tutores. sed aliud in alijs nominationibus munerum, quae sunt publica authoritate & utilitate: ut inf. de app. ij, qui. nisi in casu, ut inf. quando prouo. non est ne. l. 3.

m *Acquiescere.*] No. de tacito cõsensu. sic sup. de post. l. 1. & de erro. aduo. l. fi. & distingue, vt dixi s. si tut. nõ ges. l. 2.

N*Eque a tutela.*] CASVS. praetextu, quod quis sit debitor uel creditor pupilli uel adulti, a tutela uel cura se excusare non potest, sed alius debet sibi adiungi: ut si creditor est. & velit pupillum conuenire, defendatreum adiunctus. Viuianus.

Datus

a *Datus est.*] vt inf. eod. l. quod res, & sup. qui da. tut. poss. l. creditorem. etiam si lis mora sit, nisi de maiori parte bonorum sit: vt Instit. eo. §. item propter. sed hodie contra: vt in Auth. vt ij, qui oblig. §. 1. coll. 6.

b *Defendatur.*] vt Instit. de authorit. tut. §. fi. & supra de in lit. dan. tut. l. 1.

niem.] & in eadem prouincia vnde es.

k *Aestimabit.*] vt & sup. in quib. c. [illegible] habenti l. 3. in fi.

Voluntaria.] CASVS. Si quis habebat excusationem, & voluntarie, seu sponte suscepit tutelam: non propter hoc compellitur aliam suscipere, vt supra, de episcop. & cler. auth. plures. Vel sic: Licet vnus excusationem habens sponte suscipiat, non praeiudicat alij, qui similem excusationem habet: vt ff. de priuil. vetera. l. secun. a. Vel dic, nō praeiudicat priuilegia pup. quo minus tutoris bona sint pupillo obligata. Viui.

c *Coloni. Ciuilibus.*] i. tutelis, quae ciuiles sunt, i. a iure ciuili inducte, vt ff. de tut. l. 1. Sed & j, sud. qui da. tuto. poss. l. si sed ibi in colono Caesaris. Vel dic, vt ibi dixi. Item j. ff. de iure immun. l. semper, § conductores. Sol. ibi ab alijs muneribus, non tutelis excusant. Vel ibi de conductore vectigalis, hic alicuius praedij, quod est verius, secundum Azo.

d *Frater. Amisit.*] vnum, secus si ambos, vt j. q mor. l. 1. & sup. qui da. tu. l. luminibus, & ff eo. l. susceptam.

e *Non posse.*] sic ff. de minor. l. verum, §. ex facto.

f *Exactores. Tanto tempore.*] Etiam postquā desijt, habeat tantundem, quod non placet, sed dic tanto, id est interim dum tractant. Et idem in omni eo, cui princeps curam alicuius rei mandauit, vt ff. e. l. Geometri, & l. mensores, & Instit. eo. §. item diuus Marcus, sed secus in absente reip. cā, qui quandoque ad annum, quandoque ad perpetuum excusatur, vt ff. eod. sed & milites, Instit. eo. §. item ij qui rei.

g *Oneribus.*] alijs.

Testamento.] CASVS. Si pupillus habeat patrimoniu in Italia & in prouincia, tutor ei datus simpliciter intra 50. diē excusationē habebit, quod vtrobique domicilium non habet proponere dēt, qui tēpus fluxit, videtur dationi consentisse, & vtriusque patrimonij erit tutor, sed propter latum patrimonium poterit adiungi curator. Viui.

h *Postulare debuisti.*] & habuisses, ut ff. e. l. illud. & supra eod. l. 2. & supra qui da. tut. pos. l. neque a praeside.

i *Diffusum patrimo-*

curator datus est: [a] sed participem in munere habere debet, vt si res exegerit, is, qui alieno auxilio eget, defendatur. [b] PP. 3. Id. Iulij, Iuliano 2. & Crispino Cos. 225.

Colonus fisci non excusatur à tutela. h. d. Salic.

Idem A. Maximo, al. Maximino.

LEX VIII.

COloni, id est conductores prędiorū ad fiscum pertinentium, hoc nomine excusationem à munerib. ciuilib. [c] non habent, ideoq; iniunctae tutelae munere fungi debat. PP. 4. Cal. Februarij, Fusco & Dextro Coss. 226.

Monocolus non excusatur à tutela, vel cura. h. d. Salic.

Idem A. Romano.

LEX IX.

FRater tuus nō ideo à tutela, vel cura excusari debet, quòd oculū amisit: [d] proinde intelligis munus susceptum eum deserere non posse. [e] PP. Cal. Febr. Modesto & Probo Coss. 229.

Exactor tributorum durante tēpore exactionis excusatur à tutela, vel cura. Salic.

Idem A. Crispino.

LEX X.

EXactores tributorū tanto tempore, [f] quanto rationem tributariam tractauerint, non solū ab oneribus, [g] sed etiam à tutelis vacationem habere, dubitare non debuisti. Dat. Idibus Augusti, Alexandro A. 3. & Done Coss. 230.

Tutor testamentarius tenetur bona administrare, etiam extra prouinciam constituta, nisi ab hoc se excusauerit, propter tamen insufficientiam curator adiungitur. h. d. Sal.

Idem A. Hylae.

LEX XI.

TEstamento tutor datus vt à bonis ijs excusareris, quae pupilli tui in alia prouincia, quàm vnde es, † vbiq; moraris, possidēt, intra quinquagesimū diem postulare debuisti. [h] Quod si facere cessasti, excusatio quidem tēporis praescriptione submouetur, sed propter latè diffusum patrimoniū [i] an tibi adiungi aliquos curatores oporteat, praeses prouinciae (si te insufficientē deprehenderit) ęstimabit. [k] PP. 8. Idib. Decembr. Pompeiano, & Peligno Coss. 232.

Habens priuilegium circa plura, per actum contrarium in vno actu specialiter factum, non perdit in aliis. h. d. Bald. Vel sic: Per vnum actum contrarium quis non perdit in aliis priuilegium habens effectum reiterabilē, & successiuum. h. d. Salic.

Imper. Gordianus A. [2] † Valentino.

LEX XII.

VOluntariae [l] [3] † tutelae munera priuilegijs [m] nihil derogant. PP. 11 Calen. Nouemb. Pio, & Pontiano Coss. 239.

Liberti non excusantur à tutela, quia gerunt patronorum negotia: nisi patronus sit senator: & tunc vnus tantum excusatur. Salic.

Idem A. Apollinari.

LEX XIII.

NE [4] † senatorum quidem liberti, [5] † nedum cęterorū, propterea quia patronorum negotia gerunt: [n] à muneribus ciuilibus habēt immunitatem. tantūmodo etenim vnus senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, à tutela siue cura [6] † vacationem habet. [o] PP. 10.

l *Voluntariae.*] si cum haberes excusationē sponte vnam suscepisti tutelam, non per hoc compelleris aliā accipere, vt hic, & supra, de episco. & cleric. authen. presbyteros, 2. & infra, de ijs qui spon. mu. l. 2. libro 10. Vel secundo licet vnus spontè suscipiat, non praeiudicat alij, qui habet similem excusationē, vt ff. de priuileg. vetera. l. 1. illam tamen adimplere tenet, vt ff. de vac. & excu. mu. l. prętor, §. si post causam. & infra, de ijs qui spon. pu. l. 1. libro 10.

m *Priuilegijs.*] scilicet suis, vel alterius vt dixi: vel dic tertio, id est, qui pupilli quo minus eius bona teneantur pupillo & facit ff. de operis libertorum, §. operis non impositis. & sup. ne filius pro patre, l. finali.

Ne senatorum.] CASVS. Non solum liberti aliorū, sed nec senatorum si gerant tutelam, vel curam patroni, a muneribus ciuilibus se excusare possunt, si vero senatoris tantum habeat vnum libertum, qui datus sit tutor patrono ille à tutela uel cura habet excusationem. Viuian.

n *Gerunt.*] vt tutores vel curatores

o *Vacationem habet.*] vt & ff. eod. l. spadonem, §. liberti, & l. cum ex oratione, in fine. sed contra, in eod. titu. l. libertum, in fine. Sol. ibi praeteritas non reijcit, sed à nouis excusatur, vt hic. Item contra, in eo. ti. libertus. sed

Tutor habens excusationē a tutela, si vnā sponte recipit, nō ppter hoc cogitur aliam accipere.

1 † Vbique.

2 † Valēti.

3 † Voluntaria.

* Materiā hui⁹ legis, vtrum per actum cōtrariū perdat priuilegiū, examinat Canon. in c. cū accessissēt, ext. de cōstit.

4 † nec, in omnibus.

5 † neque.

6 † Excusationem habeat.

sed ibi intellige, quod non erat solus. Item contra, primo casu huius l. fi. ad munic. libertus Sol. licet in plurali numero loquatur illa l. libertus, quòd liberti gerentes patronorum negotia, excusantur: diuisim intellige, i. ille, illius solus, & ille istius. sic ff. de verb. signific. l. sitrus, §. fin.

ff. de vsur. l. tutor. sic ff. de vsufr. l. quæsitum, & ff. de vsufr. leg. l. si mihi vsusfructus. & ff. de ritu nupt. l. si quis tutor, §. fin. & j. si pend. app. l. si pater. & ff. si tut. vel cur app. l. 1. & 2. & ff. de admin. tutor. l. tutores, §. tutor datus. Sed arg. contra, in d. l. de ritu nup. l. si quis tutor, §. quid ergo.

Seueriter.] CASVS. Iudex nominauit aliquem ad tutelam, vel curam, nō vt ille fieret tutor, sed vt redimeret. & pecuniam iudici, ne daret pecuniam iudici, ne assumeretur tutor, si excusationem habet, quicquid impēdit, recuperabit à iudice qui eum nominauit. Viu.

a *Seueriter*] quia lex Iulia repetundarum eum damnabit, & ff. ad legem Iul. repet. l. 3. & 4. Item conditione ob turpē causam, quando accepisset pecuniam ob hoc, & concussionis crimine, vt supra, de cond. ob turp. cau. l. quod enim. ad di. actio vero in factum de calumnia non videtur non nominauit per pecuniam, licet quidam dicunt contra.

1† Nominares

b *Nominari.*] à Titio puta.

2† ea re.

c *Cogetur.*] ex officio iudicis, vel actione in factum generali: vt ff. de vacat. mun. l. 1. §. 1. & infra, de decurio l. 2. in fi. & de sump. recu. l. 1. lib. 10.

Quanquam.] CASVS. Nominatus ad tutelā volebat se excusare: iudex non admisit excusatioē suā, & ideo appellauit, pendente appellatione, factus est pubes, an eā appellationis agitari debeat, quærit? Dic ii quod sic, propter periculum medij tempus quod effluxit post appellationē, vbi appareat quod malitiose cessauit, teneatur, alioquin non. Viu.

d *Detentus*] per sententiam iudicis.

e *Flagitaueris.* quod potes facere, vt & si. quæ sententiæ appel. l. 1. §. item cum contra fictas.

f *Examinanda est.*] ratione præteriti temporis, vt si appareat, quod per malitiam cessauerit, teneatur, alias non, vt ff. eo. l. qui testamento. & argum. j. eo. l. 1. &

Calend Febr. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

Qui nominat aliquem ad munera, vt eum redimere faciat, criminaliter punitur: qui vero nominat, ut lite fatigetur, ad expensas ei reficiēdas ciuiliter tenetur. h. d. Sa.

Idem A. Heraclidæ.

LEX XIIII.

Seueriter [a] præses prouinciæ exequetur, si animaduerterit auunculum tuū propterea 1† nominari [b] tutorem, vt metu huiusmodi creationis à magistratibus iniuriam redimat.

¶ Quinetiam si aliqua ei excusatio cōpetit, & non alia causa nominatus est, quam vt lite fatigetur: quòd in 2† eam rem absumptum fuerit, is, qui eum nominauit, iuxta formam constitutionum ei reddere cogetur. [c] PP. Idib. Septemb. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

Finita tutela, durat quæstio inchoata propter periculum medii tēporis. h. d. Bald. Vel sic: Licet pupilli efficiantur adulti, lite super excusatione pendente, tamen causa propter periculū medii tēporis debet terminari. h. d. Sal.

Idem A. Tauro.

LEX XV.

Quanquam in tutela detentus, [d] eo quod excusatio: quam obijciebas, non est admissa, prouocationis auxilium flagitaueris, [e] & in medio tēpore ij, quorum meministi, in adulta ætate agere cœperint, tamen non eo minus causa interpositæ prouocationis propter periculum administrationis eius tēpis iudiciorū more examinanda est. [f] PP. 8. Cal. Nouē. Arriano, & Pappo Cos. 244.

Propter litem maioris partis bonorum quis excusatur à tutela. h. d. de hoc dic hodie, vt in authent. minoris, sup. qui tuto. da. pos. Salic.

Imperator Philippus A. 3† Theodoro.

LEX XVI.

SI (vt allegas) tutor his datus es, cum quibus disceptationem hæreditatis tibi esse proponis, & tempora antiquitus excusationib. præstituta etiam nunc opitulantur, adire præsidem prouinciæ potes formæ 4† super ea re statutorum principalium obtemperari pro sua grauitate iussurum. [g] PP. 10. Calen. Aug. peregrino, & Aemiliano Coss. 245.

Datus curator nurui suæ debet se excusare: alias incidit in infamiam. h. d. Salic.

Impp. Galien. & Valerian. A. Epagatho.

LEX XVII.

Licet orationis [h] sub diuo Marco habitæ verba deficiant: is tamen, qui post contractas nuptias nurui suę curator datur, excusare [i] se debet, ne manifestam sententiam [k] eius ostendat. & litem pudoris [l] contrahat. Dat. 6. Idib. Ianuar. Valeriano 2. & 5† Luciano Coss. 254.

A creatione tutoris non appellatur, sed excusatio proponitur, & inopia pupilli nō excusat a tutela. h. d. Salic.

Impp. Dioclet. & Maxim. AA. & CC. Sabino, & alij.

LEX XVIII.

TVtoris 6 † nominatos appellationem interponere necesse non habere, cer

SI vt allegas.] CASVS. Nominatus ad tutelam, dicebat se controuersiam habere cum pupillo super omnibus bonis, aut econuerso, & per hoc volebat se excusare, an hoc sufficiat, quæritur? Dicitur quod sic. si excusationem intra quinquaginta dies opponat. Insti. eo. §. item propter litem. ff. e. l. propter, in fi. Viuia.

g *Iussurum.*] quia admittet excusationē tuam, vt Instit. eo. §. item propter, ff. eo. l. propter.

Licet.] CASVS. Cum minore annis si matrimonium contraxisti, & ei pater tuus datus fuerit curator, a se non excusat, non solum offenderet orationem diui Marci, qua cauetur, ne quis pupillam suam sibi aut filio suo matrimonio iungat, sed infamis efficitur. Viuia.

4† Du sug ea statuto rum, al. si per his statutorum.

h *Licet orationis.*] quæ prohibuit tutorem dare suam pupillam filio suo in vxorem.

i *Excusare.* vt admi nistret a decreto. n. non se excusat, cum non teneat ipsum, vt sup. qui dare tu. pos. l. maritus.

k *Sententiam.*] quæ est, vt etiam si prius est vxor, non possis postea esse curator, licet verba de ea, quę erat prius pupilla, dicant. Et sic nō vbi eadem ęquitas. ibi idē ius sic inf. ad l. Falcid. l. fi.

Ius idem fit vbi est eadem æquitas.

l *Labem pudoris*] id est efficiatur infamis. & facit sup. de interdicto matrimonio, l. 3. & sup. eod. l. amplissimi.

5 † Lucillo, Cassio. & oēs Fastorum auctores.

Tutores.] CASVS. Nominatus ad tutelam, vel curam, si excusationem suam habet, appellare non hēt necesse, sed eam proponat intra quinquaginta dies. an autem sufficiat. quod testator relinquit vxori suæ vsumfructū omnium bonorum suorum.

6 † Curatores.

rum, pupillus nihil habet, quæritur? Dicitur, quod non quia personæ, non rei principaliter datur tutor: ut Instit. qui da. tut. pos. Viuia.

a *Certissimi iuris est.*] vt Inst. eod. §. qui autem excusare, & ff. eod. l. quinquaginta.

b *Præscriptum est.*] vt & sup. eo. l. quinquaginta.

c *Idoneum.*] cum principaliter psonæ tutor detur, ut Insti. qui testa. da. tu. pos. §. certe. & ff. de administ. tut. l. cum plure. §. 1. Item de hoc viusfru. non possunt hodie salua r: ut ff. de inoffic. test. auth. nouissima.

* Cuia. th. ad l. 4. ff. eod. a datione tutelæ putat posse appellari.

I *Nusitatam.*] CASVS. Nominatus ad tutelã uolebat se excusare per hoc, quod habebat matrem pu. obligatam cõtrario iudicio tutelæ: quia aliquando fuerat tutor, & in eam impenderat. nunquid sufficit talis excusatio, quæritur? Dicitur, quod non. Viuia.

d *Filia.*] scilicet Bertæ.

e *Contrario tutelæ iudicio.*] vt quia eius tutor fueris, vel successisti ei, qui eius fuerit tutor. Accur.

1 † Filij.

C *Vrator.*] CASVS. Si pupilli alicuius tutelam administrati: deinde eo facto adulto, curator noĩatus fuisti: an possis te excusare p hoc quod erat ei tutor? dicitur quod sic: & eam oppones ab eo tempore, quo sciuisti te curatorem nominatum. Viuia.

2 † Caritino.

f *Dies.*] qui currit à die confirmationis ut ff. eod. l. Caius.

g *Potes.*] ut Instit. eodẽ. §. qui tutelam. ff. eo. l. Caius. sed fallit in liberto: ut supra eo. l. libertos.

Q *Vod res*] CASVS. Tres habebas fratres vterinos: si datus fueris eis tutor: non poteris te excusare per hoc quod habeas cũ eis aliquas res cõmunes, cum dato curatore possit diuisio fieri. Viuianus.

3 † Parameni.

h *Possit.*] ut Instit. de aut. tut. §. fi. & supra de in lit. dan. tuto. l. 1. & 2. & facit supra eod. l. neque a tutela. Et potest dici, quod nec per auth. illam minoris, quæ est supra, qui da. tutor. pos. corrigatur hæc cum de personali obligatione loquatur.

Tutor uel curator an possit esse habens rẽ cõem cum pupillo, seu adulto.

ADDITIO. Contrarium tenet glos. 1. in uersic. item quid si habet res communes secum, &c. in dicta authenti. minoris. quam glos. in hoc communiter doc. approbant. ut ibi testatur Bartol. quia in communione oritur, quidã quasi contractus producens obligationem & actionem communi diuidundo: & sic potest dici debitor & creditor: per consequens non potest hodie esse tutor vel curator per dict. authent. minoris. ubi latius vide de hoc per eundem Bartol. in vers. quærit glos. quid si habet, &c.

---

tissimi iuris est. * Quapropter licet non appellatti, si quam te excusationem habere cõfidis, intra tẽpus, quod diui Marci constitutione p̃scriptum est, [b] hac apud præsidem prouinciæ vti nõ prohiberis. * Nam quod omniũ bonorum patrem pupilli vsumfructum reliquisse quondam vxori suæ proponis, ad excusandos vos a tutela non est idoneum. [c] Dat. Non. April. CC. Coss.

Debitum matris non excusat a tutela filii. Bald. & Salic.

Ijdẽ AA. & CC. Dionysio.

LEX XIX.

INusitatam rem desideras, de tutela 1 † filiæ [d] te dimitti postulans, quod te posse contrario tutelæ iudicio [e] matrẽ eius conuenire contendis. siue die & Cos.

A cura eius, cuius tutor fuit, iustè se quis excusat. h. d. Salic.

Ijdem AA. & CC. 2 † Cratino.

LEX XX.

CVrator adultis nominatus, quorũ tutor antea fueras, inuitus in administratione teneri non potes. Proinde si dies [f] excusationibus præfinitus nondum excessit: uti cõpetenti defensione potes. [g] S. 10. Cal. Decemb. Nicomediæ, CC. Coss.

Communio non excusat à tutela h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. 3 † Parammoni.

LEX XXI.

QVod res cum vterinis fratribus tibi cõmunes esse profitearis, ad excusationem tutelę non est idoneum: cum harum diuisio, curatore dato, fieri possit [h] S. 18. Calend. Ianua. Nicomediæ, CC. Coss.

Periculum tutelæ non spectat ad eum cuius excusatio fuit approbata. hoc dicit Sal.

Iidem AA. & CC. Hermodoro.

LEX XXII.

SI tutor nominatus decreto præsidis, habens excusationem absolutus es: [i] ad te non pertinere periculum administrationis manifestũ est. D. 13. Cal. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

Non cogitur quis suscipere tutelam, vel patrocinium contra fratres, vel filios fratris: nec etiam diceretur confidatus in causa. hoc d. Bald. vel sic: Propter magnam litem, quam habet soror creati tutoris cum pupillo, potest ipse a tutela excusari. h. d. Salic.

Idem AA. & CC. Neophito.

LEX XXIII.

HVmanitatis, ac religionis ratio non permittit vt aduersus sororem, vel filios sororis actionũ [k] necessitates [l] tutelæ [m] occasione suscipias: [n] cum & ipsius etiam pupilli, * cui 4 † tutor datus es, aliud exigere videatur vtilitas. s. ut eũ tutorẽ [o] potius habeat, qui 5 † ad defensionẽ eius nõ inhibeatur affectu. [p] ¶ Iuxta formam igitur, quã consulti dedimus, p ætorem [q] adiri oportet: vt & iusto tuo desidero, & pupilli

---

S *tutor*] CASVS. Si nominatus ad tutelam te excuset, & cum excusatione sua fuerit absolutus; an periculum administrationis ad eum spectare debeat, quæritur? Dicitur, quod non. Viuianus.

i *absolutus es.*] etiã iniuste, dummodo non per malitiam; & sic sententia quodammodo facit ius.

H *Vmanitatis.*] CASVS. Nominatus ad tutelam vel curam, si uelit se excusare per hoc, quod pupillus litem habeat cum sorore sua, quod præsumi posset, quod ratione affectionis patietur se superari, an sit audiendus, quæritur? Dicitur quod sic. & ei donãdus est alius tutor, qui propter affectionem eum defendere pup. nõ impediatur. Viuianus.

* Præsumitur. n. alterum ab altero diligi. vide Alciat. 1. Præs. 3.

k *Actionum.*] scilicet suscipiendarum.

l *Necessitates.*] cum ipse pupillus sit debitor sororis tuæ, vel filiorum sororis.

4 † Curator.

m *Tutelæ.*] quam habes, qua non excusas te: ut sup. eod. l. 1. ue.

5 † a defensione, rectius.

n *Suscipias.*] ex hac litera videtur solui quod quæritur: atqui possit compelli postulare contra fratres, uel sorores, vel eorum filios? Item an valeat ius sit excusatus, si dominus suus non parat contra fratrem, vel sororem, vel eorum filios.

Cõsanguinitas suspitioné quãque inducit oñque remouet. Ex hoc text. colligunt, sermone generali neminẽ præsumi quid quam constituere in eorum detrimentũ, quos hẽt cõsanguineos. de qua præsumpt. Alciat. 1. præsump. 27.

o *Tutorem.*] & sic detur alius tutor, id est alium habeat tutorem, uel detur curator.

p *Affectu.*] Hic consanguinitas inducit suspitionem: sic & ff. de minor. l. lex Corn. & ff. de iur. omn. iudic. l. qui iurisdict. & arg. ff. de procur. l. aut affinitate, quandoq; ecõtra remouet: ut ff. de ritu. nup. l. non solum. §. de illo.

q *Prætorem.*] quo authore hæc fiant. ipse enim iure datio. tenet. & facit inf. de lib. cau. l. si filium.

Excu-

ipsius cōmodo cōsulatur. S. 6. Cal. Febr. Sirmij, Fusco, & Anulino Coss.

Naucularii excusantur à tutela extraneorum: non eorum, qui sunt de corpore suo. h. d. Sal.

Imp. Arca. & Honor. AA. Flauiano Præfec. prætor.

LEX XXIIII.

Excusationem nauicularij tutelæ siue curæ hactenus ipsis tribuimus, vt in huiusmodi officijs minorib. sui tantum corporis obligētur. [a] Dat. 3. Non. Mart. Mediolani AA. Coss.

Consiliarii principis excusantur à tutela. h. d.

Imp. Anastasius A. Antiocho præposito sacri cubiculi.

LEX XXV.

Viros clarissimos sacri nostri palatii silentiarios circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationib. excusari * sancimus. [b] D. Calen. Ianuar. Ioanne, & Ascelpione Coss. 500.

TITVLVS LXIII.

Si tutor, vel curator falsis allegationibus excusatus sit.

Excusatio concessa ob falsas allegationes, ipso iure nō tenet. h. d. Bart. vel sic: Approbatio excusationis ex falsis allegationibus interposita, non prodest tutori: & ideo periculum tutelæ spectat ad eum. Salic.

Imper. Alexan. A. Symmacho, & Diotimo.

LEX PRIMA.

Si absentibus [c] necessarijs [d] personis, vel ijs qui sua sponte [e] vos defendere volebant, * non competenti bus [f] allegationibus, qui vobis tutores, aut curatores dati erant liberati esse à munere [1] † non sunt: nec eis circumuenisse iudicis religionem profuit, [g] præses prouinciæ audiet vos: & si iniustum [h] decretum extorsisse eos apparuerit, exinde ad eos periculum administrationis pertinere pronunciabit, ex quo dati sunt. [i] PP. 12. Cal. Maij Maximo 2. & Aeliano Coss. 224.

Post sumptā administrationem frustra quis se excusat. h. d. Salic.

Imp. Philippus A. Philippus C. Aulizano. 2†

LEX II.

Tvtores, quos postea q̃ bona pupillorum administrarunt, a præside prouinciæ quasi re integra excusari se impetrasse asseueras, periculū administrationis euitare minimè posse, manifestum est. [k] PP. 14 Calen. Iunij Philippo A. & Titiano Coss. 246.

Excusatio per ambitionē obtenta, non prodest. hoc dicit Salic.

Ijdem A. & C. Octauio.

LEX III.

Si (ut proponis) pars diuersa ab administratione tutelæ, seu curæ tuæ, itemq; fratris tui, ambitione [l] potius quam iuris ratione se excusauit: periculo iniuncti muneris minime liberata est. sine die, & Consule.

TITVLVS LXIIII.

Si tutor, vel curator reipublicæ causa aberit.

A tutela suscepta debet tutor petere se excusari, si sit ab futurus reipu. causa: alias periculum spectat ad ipsum: & reuersi: a noua tutela suscipienda habent vacationē per annum. h. d. totus titulus. Salic.

Imp. Gordianus A. Guttio.

LEX PRIMA.

Qvi tutores, vel curatores dati, reipublicæ causa absfuturi sunt.

---

a Excusationē. Obligentur.] sic & inf. de excu. veter. l. 2. & ff. eod. l. non tantum. §. eos. & §. fi. Et sunt nauicularij qui publicas naues faciunt vel conducunt ff. de iure immu. l. sēper. §. negotiatores. & §. immunitates. & § dinis.

b Viros Sancimus.] [illegible]

SI TVTOR vel curator. &c.

Si absentibus. CASVS. Nominatus ad tutelam absentibus parentibus pu. qui cum debebāt defendere, falsam excusationem prætendebat, forte dicendo quod habebat tres liberos, cum esset Romanus: & non habebat nisi duos, & absolutus est. si postea appareat eum falso se excusasse, & [illegible] circonuen[illegible], periculum administratio ad eum pertinebit ab eo tempore, quo datus erat tutor. Viuianus.

c Si absentibus.] maxime: ut ff. de [illegible] dic. l. acta. §. contra.

d Necessarys.] idest consanguineis, ut ff. de iusti. & iure l. fin. vel curatoribus, qui in talem causam dātur ut institut. de au ctho. tut. §. fin.

e Sponte.] quicumque sint, argu. ff. qui bus ex ca. in possess. ead. l. hæc autem. in princ.

f Non competentibus.] idest falsis vel iniustis.

g Profit.] sic supra de transactio. l. transactione 2. & supra si contra ius vel vtilit. pub. l. & si non cognitio.

h Et si iniustum.] idest iniuste vel iniuste. ff. de re iud. l. 4. §. condemnatum.

i Ex quo.] dati sunt ut inst. de excusa. tu. §. fi. & inf. de prædi. mi. l. quamquam & ff. de admini. tu. l. 1. & resp[on]. & l. qui [illegible] §. fi. & facit ff. de mi. l. verum. §. ex facto.

* Sic excusatur clericus [illegible] beneficij sui qui maest in ser. uitio episcopi, ut c. de cetero. de cler. nō resid.

* No. quēlibet afferēté se defensioni posse citandum.

1 † iussi in omnib. quae videtur re [illegible] deuius.

& ff. de ritu. nup. l. si quis tutor. in princ.

Tvtores.] CASVS. Si tutor, vel curator postquā incepit administrare, & excusauerit, non valet excusatio licet legitima fuisset. Viuianus.

k Manifestum est.] licet enim legitimam habeat excusationē, amittit eam si cœperit administrare: ut hic, & ff. de excusa. tut. l. non tantum. §. vacare, nisi in casib. Primus inst. eo. §. pe. Secundus ff. de mino. l. verum. §. ex facto. Tertius sup. ti. 1. l. fi. Quartus ff. eo. l. iurisperitos. Alius in l. post susceptam. Item no. quod etiam si vera sit excusatio, & non iusta, non prodest: & est speciale fauore minoris: ut sententia contra ius eius lata, non præiudicet ei: ut hic, & supra l. proxi. secus in maiore: ut sup. tit. 1. quinquaginta. Item not. quod prætextu falsæ allegationis in distincte retractatur sententia, siue fuit de falso quæsitum, siue non. ut hic quod secus est alias, si prius fuit de falso quæsi. tum: ut supra de fide instr. l. fi. in fin.

Si Vt proponis. CASVS. Si tutor, uel curator de facto se excuset, & iudex gratia, vel amore eum admisit, & a tutela absoluerit, nihilominus adhuc tutor permanebit habita absolutione pro nulla. Viuianus.

l Ambitione.] quia iudici dignitatē promisit, ut gratiosam daret sententiā, & sic est contra ff. ad Trebel. l. seruo inuito. §. dum prætor. Sol. hoc speciale hic fauore pupillorum. Si vero per pecuniam, tunc nullius sententia teneret, ut infra quando prouo. non tenet. est necess. l. venales.

SI TVTOR vel curator, &c.

Qvi tutores. CASVS. Si tutor datus pendente tutela reipubl. causa abesse cœpit, se excusare debet, ne medij temporis

Tutelam, suapta et administratione, qnq; desere licet. 2 † Auxilia no.

Sententia contra ius minoris lata, ei non præiudicat.

Sententia venalis nō tenet.

poris periculo adstringatur, quod si non fecerit, conuenietur: sed postulabit vt ille, qui interim administrauit, prius conueniatur. Viuianus.

a *Ad tempus.*] sed reuersi statim reassumunt: secus in ijs, qui absentes vocantur, vt Insti. eodem, §. item ij, qui reipublicæ. & infra l. proxima.

b *A tutela.*] & petere curatorẽ, vt d. §. & facit supra de excus. tuto. l. amplissimi.

c *Prætermisisti.*] id est ad tempus non te excusasti.

d *Postulabit*] hic dic, vt supra si tutor non gesser. l. prima. nec est contra. Instit. de curator. §. fina. quia ibi de actore. dicit constituto periculo absentis, hic de curatore.

CErtum.] CASVS. Ecqui abfuit reipubl. causa, & reuersus est, datur annus vt à tutela se excuset. Vel habet excusationem à noua tutela à tempore reuersionis. Viuian.

e *Certum est.*] vt Institu. eod. §. item ij, qui reipublicæ.

DE EXCVSAtionibus veteranorum.

QVi causaria.] CASVS. Miles, qui viginti annis stetit cũ principe, si ex honesta causa dimittatur, puta causa infirmitatis, idem priuilegiũ habet, quod veteranus: quia sicut veteranus à tutela non sui corporis excusantur, ita honestè missus à tutela aliorum recte, quam militibus excusationem habet, quam opponet intra dies quinquaginta ab eo tempore quo scit se datum tutorem. & hoc in l. sequen. Viuian.

f *Missione.*] triplex est missio, vt ff. de ijs, qui notan. infa. l. secunda, §. ignominiosa. sed qui ignominia mittitur, ab vtbicis excusatur tutelis, vt ff. de excusat. tut. sed & milites, §. sed & ignominia. & alijs, scribit autem Vlpianus.

g *Post viginti.*] quid si ante? Non idem, vt inf. de ijs, qui non imple. stipend. l. fin. lib. 10.

ad tempus [a] se excusare debent à tutela, [b] nec ẽt medij tpis periculo obstringantur. Qđ quidẽ si tu fecistis, eius interualli, quo abfuisti, periculum non debes pertimescere. Qđ si id prætermisisti, [c] vt priore loco is conueniatur, q administrauit, [1] † de postulabis. [d] PP. Idi. Mart. Gordiano A. & Auiola Cos. 240.

Idem A. Rheginio. [2] †

LEX II.

CErtum est [e] eos, qui rei publicæ causa abesse desierunt, ab omni noua tutela anno vacare [3] † debere. PP. 5. Cal. Mar. Gordian. A. 2. & Pompeiano Coss. 242.

TITVLVS LXV.

De excusationibus veteranorum.

Veterani excusantur à tutelis, præterquã filiorũ veteranorũ, uel cõmilitonũ suorũ: & vnam tantum tunc suscipere compelluntur. h. d. Sal.

Imp. Antonin. A. Saturnino.

LEX PRIMA

QVi causaria [4] † missione [f] sacramento post viginti [g] annorum [5] † stipendia soluuntur, & integram famã retinent, ad [6] † publica priuilegia veteranis cõcessa pertinẽt. [h] PP. 7. Id Aug. Anton. A. 4. & Balbino Cos. 214

Licet lex, vel statutũ dicat quod aliquis non possit cõpelli, debet intelligi, cum vtitur suis defensionibus, alids potest cogi. h. d. Bald.

Im. Gor. A. Celeri veterano.

LEX II.

QVod placuit veteranos tantummodo conuetera ni filiorũ, seu militum, & quidem vnam tutelã, seu curam eodẽ tpe administrare cõpelli: [i] eo ptinet, vt si alijs dati fuerint solẽ nia tpa cãs [*] excusationis ad [7] † cõpetẽtẽ iudicẽ đferãt PP. 3. Cal. Iul. Gordi. A. & Auiola Cos. 240

TITVLVS LXVI.

Qui numero liberorum se excusant.

Tres liberi in Roma, quatuor in Italia, quinque in prouincia, excusant parẽtes à tutela, & mortui non computãtur, neq; nepotes ex filio superstite. h. d. totus tit. quod no. Sali.

Impp. Seuerus, & Anton. AA. Herodiano.

LEX PRIMA.

QVi ad tutelam, [k] vel cũ ram vocantur, Romæ quidem trium liberorum incolumium numero, de quorũ ẽt statu [8] † nõ ambigitur: in Italia vero quatuor, in prouincijs aũt quinq; habẽt excusationẽ. PP. Non. Apri. Geta, & Plautiano Cos. 204

Imp. Anton. A. Marcello.

LEX II.

NEq; filia amissa numero [9] † prodest ad declinanda municipalia munera, neq; nepotes [10] † numerantur, quorum pater superest: cum suo nomine patri prosint. Dat. Idi. Iun. Antonino A. 4. & Balbino Coss. 214.

TITVLVS LVII.

Qui morbo se excusant.

Propter morbos hic scriptos, quis excusatur à tutela, vel cura. Salic.

Imp Philippus A. & Philippus C. Sabino.

LEX VNICA.

LVminibus captus, aut surdus, aut mutus, aut furiosus: aut perpetua valetudine tẽtus, tutelæ, seu curæ [11] † excusationem [m] habet [12] † PP. 13. Cal. Apr. Præsente, & Albino Coss. 247.

h *Pertinent.*] quæ multa sunt, vt insta quando prouoc. nõ non est necess. l. veteranis. & ff. de priuileg. veter. per totum.

i QVod placuit. Compelli.] facit supra de excusatio. tutor. l. penult. & ff. eo. lem. l. administratores. §. fin. & l. fina. infra quando prouoc. non est necess. l. veteranis. & ff. de procur. l. filius familias. §. veterani. Item facit ff. de test. l. ex eo.

QVI NVMERRO liberorum se excusant.

QVi ad tutelam.] CASVS. Habens liberos tres incolumes Romæ, & quatuor in Italia, & quinque in prouincia, an liberetur ab onere tutelæ? Dicitur quod sic. Viuianus.

k *Qui ad tutelam.*] idem habes Institu. eod. in prin. & infra de ijs, qui num. li. l. si. lib. 10. secus in patrimonialibus, vt in eod. tit. lib. 11.

NEque filia.] CASVS. Liberi prosũt patri, vt superiori l. proxi. sed si quis habet filiam, & ex ea nepotes: si illa decedat, an nepotes prosint auo materno, quæritur? Dicitur quod non, sed patri. Viu.

l *Nepotes.*] ex filia. & est plana. Vel dic ex filio: sed tunc mortuo patre proficerent auo, ut vnius loco numaretur, vt Institu. eod. in prin. & ff. eod. l. excusantur. §. 2.

QVI MORBO se excusant.

m LVminibus. Excusationem.] vt infra qui morbo. l. 1. lib. 10. & supra qui da. tut. poss. l. luminibus. & ff. eod. l. post susceptam. & improprie potest dici excusatio. cum & si vellent, non possent, vt dictis legib. continetur, sic Instit. eo. §. minores. item secus in patrimonia lib. muneri. vt ff. de decu. l. honores, §. 1. sed ex postfacto cæcus non deter, vt ff. de auth tut. l. & si tutor. Item secus si vt [11] † Curaquam tãtum oculum tionis. amisit, ut sup. de ex. cus. tut. l. frater.

1 † Deest, in oibus.

2 † Rheminos.

3 † Caret.

4 † Ex causaria.

5 † Deest, in oibus rectè.

6 † & ad.

* No. quod si lex vel statutum dicat quod aliqs nõ possit cõpelli, hoc dẽt intelligi tũc demũ, qũ vtitur suis defensionibus, alias cogi possit.

7 † Apud.

8 † al. deest, & pan lo post statum, legit status.

9 † In numero.

10 † Pronepotes.

12 † Habent.

TITVLVS LXVIII.

Qui ætate se excusant.

Septuagenarius excusatur à tutela, & cura. h. d. Sal.

Impp. Seuerus & Anton. AA. Seuero. [1] †

LEX VNICA.

Pater tuus, si maior est annis septuaginta, [a] ad tutelam, seu curam euocatus, [2] † excusare se solenniter pôt PP. Idi. Sept. Chilone, & libone Coss. 205.

TITVLVS LXIX.

Qui numero tutelam se excusant.

Plura imperfecta non faciunt vnum perfectum. ad hoc allegatur. h. d. Bald. vel sic: Tria onera tutelarum nõ affectata, excusationem præbent à quocumque quandiu durant: & duæ imperfectæ excusationes diuersi generis non faciũt vnam perfectam. h. h. Salic.

Impp. Seuerus, & Anton. AA. Pompeiano. [3] †

LEX VNICA.

Si tres [b] tutelas, vel curas eodem tempore, nõ defunctoriè [c] susceptas administras, onere quartæ tutelæ, seu curationis pupillorum, seu adolescentium non grauaberis. Finito autem officio pubertate pupillorum, vel ætate adolescentium, alia substitui possunt, licet nõdũ ratio tutelæ, seu [4] † curæ administratæ reddita sit. Sed imperfectæ diuersæ species vacationis, licet permixta, ad excusationem non proficiũt. [d] Scire igitur debes eũ, q̃ duos filios habet, & duas tutelas administrat, excusationem non mereri. PP. 4. Id. Octo. Antoni. A. 2. & Geta 2. Coss. 206.

TITVLVS LXX.

De curatore furiosi, vel prodigi.

Finita causa naturali, inspicietur causa accidentalis. h. d. Bal. vel sic: Post vigesimumquintum annum datur curator furioso, vel prodigo. h. d. Salic.

Imp. Anto. A. Marininæ. [5] †

LEX PRIMA.

Curatores impleta [e] legitima ętate prodigis, [f] vel furiosis [g] solẽt [h] tribui. PP. 4. Calen. August. Messala, & Sabino Coss. 215.

Iura loquentia de minoribus extenduntur ad furiosos, & prodigos. h. d. Bal. vel sic: Res furiosi non alienantur decreto, sicut nec res pupilli. h. d. Salic.

Imp. Gordianus A. Anitio. [6]

LEX II.

Orationis [i] diui Seueri bñficiũ, quo possessiones rusticas sine decreto prę sidis pupillorũ, seu adolescẽtium [k] distrahi, vel obligari prohibitũ ẽ, nõ iniuria ẽt ad agnatũ [l] [7] † furiosi porrigiẽ.

QVI AETATE SE EXCVSANT.

a *Pater Septuaginta.*] vt & ff. eod. excusantur, in princ. sic in teste, vt ff. de testi. l. inuiti. secus in alio publico personali munere, vt a 55. annis supra excusentur, vt infra qui ętate. l. fin. lib. 10.

QVI NVMERO tutelarum se excusant.

Si *tres.*] CASVS. Habens tres tutelas, vel curas, à quarta vacationem habet: si vero finitæ sunt, alia poterit subrogari. Si verò quis habeat duos filios, et duas tutelas, cũ istæ tutelæ sint imperfectæ, an faciant vnam perfectam? Dicitur quod nõ. Vivianus.

b *Si tres.*] quandoque non sufficiunt, & quandoq; vna sufficit: & sic arbitrio iudicis relinquitur, vt ff. eod. l. si is qui. §. pen.

c *Non defunctoriè.*] idest trãsitoriæ, quia secus si transitoriæ, quia debent finiri cito, vt & ff. eod. l. non tantum, in princip. Vel dic, idest non affectatè, vt & ff. eod. l. ria. & Instit. eo. §. item tria.

d. *Non proficiunt.*] nisi sint eiusdem generis, vt duæ tutelæ, & duæ curæ, vt ff. eo. l. excusant. §. amplius. Et nota hic, quæ nõ prosunt singula, nec multa iuuant. sic ff. de iurisdict. om. iud. l. si idem. & supra de vsur. l. vsuræ. & infra de donatio. l. sancimus. §. si quis autẽ. Sed arg. cõtra, supra de probatio. l. instrumẽta. & ff. de vsur. l. si stipulatus. & in Authẽ. de fide instrum. §. si verò administrator, & §. si verò nullus, collat. 6. & inf. & Instit. & substit. l. si pater. nam nec institutio sub conditione per se sine exhæredatione, nec econtra valent, sed simul sic. Et facit ad testes diuersa probantes.

ADDITIO. Videas pulchram glo. 3. q. 9. in cap. nihil minus. & glo. fina. in l. ob carmen, in fi. ff. de testib. & tex. in cap. dilectus, extra de elect.

DE CVRATORE FVRIOSI, vel prodigi.

Dictũ est supra de curatoribus minorum: sequitur videre de curatore certarum personarum, quę propter furorem, vel propter prodigalitatem rebus suis superesse non possunt. Azo.

e *Curator. Impleta.*] verè, non fictè. vt ff. de iis qui ven. ætã. impe. l. fin. Quid ergo si fuerit minor 25. ann. Respon. vt minori datur tutor, vel curator, non vt furioso, vt ff. de tut. l. qui habet. in princ.

f *Prodigis.*] qui neq; tempus, neq; finem habent expensarum, vt ff. eo. l. j. §. j.

g *Furiosis.*] qui loco absentiũ sunt, vt ff. de reg. iur. l. vbi nõ. §. fi. sic ergo & absenti datur, vt ff. qui. cau. maio. l. ab hostibus, ĩ prin. & inf. de capt. l. j. Item & datur luxuriosè viuenti, vt ff. eo. l. mulieri, & similibus, vt Inst. de curat. §. fin.

h *Solent.*] An ante dationem curatoris põt q̃s cum pdigo post interdictionem bonorũ? Certe non puto, licet sit arg. ff. ... de i integ. rest. minor. l. si curatorem. & ff. eo. q̃ ibi assimilatur nõẽ habentem curatorẽ, pdigo. Vel dic, q̃ non põt ex tunc cum eo q̃s, quia facta interdictione est prodigus in curatione agnatorũ, vt not. do. Azo. in summa huius tit. §. in prodigis aũt. Item an teneat datio, si desit vt furioso, cum furiosus non fit? Argu. q̃ non est. ff. & tu. & cur. da. ab his. l. Seiæ. Quidã contra, quia ibi propter ætatẽ dabatur.

i *Orationis.*] CASVS. Tutor, vel curator prædium minoris sine decreto alienare, vel obligare nõ põt: & hoc oratione diui Seueri cauetur: sed an huiusmodi oratio extendatur ad curat. furiosi & pdigi, vt ille sine decreto alienare nõ possit, quæritur? Dic q̃ sic, vnde si obligetur, non tenet pignoris obligatio: creditor tñ hẽt personalẽ actio. aduersus furiosum, vel pdigum, si pecunia in vtilitatẽ suam fuerit cõuersa.

i *Orationis.* quæ est. ff. de reb. eor. l. j. circa princ.

k *Adolescentium.*] videtur ergo ex eo, quod est hic, & ff. de reb. eor. l. j. circa princ. q̃ oratio pertineat quo ad verba, & quo ad sententiam ad tutorem, & curatorem, sed ad curatorem furiosi sola sententia. & hoc dicunt quidam. Sed tu dic quo ad sententiam intelligi hæc prædicta, vt d. l. ff. de reb. eor. l. j. & intellige de curatore non quo ad verba, vt ff. de reb. eor. l. quinque.

l *Ad agnatum.*] eundemq; curatorem, & idem in aliis rebus, quæ prohibentur alienari, vt supra de admin. tut. l. lex quæ. secundum H. & forte idem in pręscriptione, & aliis beneficiis, qua minoribus dantur, vt supra in quibus cau. in integ. rest. non est necess. l. fin.

---

1 † Pompeiano.
2 † Deuonatus.
3 † Pontiano.
4 † Sine.
5 † Martiana.
* [Quib. cõparat] mutum, & surdũ, quem intellectũ carere ob superiora vitia cõtigerit, alias muto, vel surdo curator non datur. l. 8. in fine. Vide Vurum. 2. practi. 38. obseruat. 5. Gotho f.
6 † Antio, al. Anisti.
7 † Agnatos.

¶ Si igitur citra decretũ præsidis fundus mente capti, etiam ab agnato eius tibi pignori nexus est, vinculum pater pignoris in eo non consistit: [a] vtilem tamen aduersus eum personalem [b] actionem si ob eius vtilitatem pecunia mutua accepta est, poteris habere. PP. Calend. Ian. Pio, & Pontiano Coss. 237.

Ad petitionem filii datur curator patri mente capto. h. d. Bal. Vel sic: Per procuratorem furiosi vel mente capti potest restitutio peti, h. d. Salicetus.

Idem A. [2]† Aureliæ.

LEX III.

SI pater tuus mentis compos non est, pete ei [c] curatores, per quos si quid gestum est, quod reuocari oporteat, causa cognita, in pristinum statum restitui possit. [d] PP. 7. Idib. April. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

Mater non potest administrare res filii furiosi vel mẽte capti, nec filium obligare, Bald. vel sic: Furiosi nulla est repudiatio matrimonii: nec mater præiudicat filio, si non sit eius administratrix. Sal.

Impp. Dioclet. & Maxim. AA. Asclepiodoto.

LEX IIII.

CVm [*] repudiante [e] furiosa sui iuris constituta [f] maritum, [g] qui solus repudiare potuit, [h] quædam matrem furiosæ marito quondam eius instrumenta confecisse significes, intelligis nihil eam contra furiosam disponere potuisse, cum eius ad [†] ea iure nõ pertinuerit defensio. [i] S. Id. April. Byzãtij AA. Coss.

Frater est legitimus curator fratris furiosi vel mente capti h. d. Bal. Vel sic: Fratres emancipati qui hodie vocantur ad successionem sororum, eis furentibus, sunt curatores legitimi, h. d. Salic.

Imp. Anastasius A. ad populum.

LEX V.

NE lucrum quidem antea [k] indebitæ successionis emancipato vel emancipatis deputasse, nihil verò de oneribus tutelæ [l] prospexisse videamus, curatores nihilominus eos [m] pro duodecim [n] tabularum lege furiosis fratribus & sororibus, vt pote legitimos existere, [*] hac legis sanctione decernimus.

Curator furiosi habẽtis dilucida interualla, dicitur curator etiam dum iste habet dilucida interualla, tamen administrare non potest, unde est ergo cura continua, sed administratio est discõtinua hoc dicit Bal. Vel sic: Curator datus furioso habenti dilucida iteruall, non desinit curator esse tempore, quo ille sanæ mentis efficitur, sed exercitium administrationis sibi non competit: & potest tunc ille cui curator est datus, omnia per se agere, sed furore superueniente, exercitium restituitur curatori, h. d. Salic.

Imp. Iustinia. A. Iuliano PP.

LEX V.

CVm alijs quidem hominibus continuum furoris infortunium accidat, alios autem morbus non sine laxamento aggrediatur, sed in quibusdam temporib. quædam eis intermissio perueniat, & in hoc ipso multa sit differentia vt quibusdam breues induciæ, alijs maiores ab hmói vitio inducantur, antiquitas disputabat, vtrũne in medijs furoris interuall s pet maneret eis curatoris intercessio, an cum furore quiescẽte finita, iterũ morbo adueniente redintegraretur.

¶ Nos itaque eius ambiguitatem decidentes, sancimus (cum incertum est in huiusmodi furiosis hominibus, [3] quando resipuerit, siue ex longo, siue ex [4] † propinquo spatio, & impossibile [o] est, & in consi-

a Non consistit. sed contra, ff. e. l. i. pignus vbi dicit posse obligari, sed ibi cum decreto intellige.

b Personalem. vt sup. quando ex fac. tu. l. si in rem, & supra de vsuca p. pro emp. l. eum, sed & retentionem pignoris habet vt ff. de reb. e. l. si pupillorum, §. pen. & l. si fundum, §. fi. & infra ti. t. l. vero.

SI pater. CASVS. In hac lege dicitur, quod filius patri mente capto curatorem petere debet, per quem si quid alienatum est, reuocari possit.

c Petere. sed & tu potes esse curator, ff. eo. l. t. in fi. & l. 2. & l. 4.

d Possit. per iudicem.

CVm repudiante. CASVS. Si maritus vxorem suam à patre emancipatam, furiosum repudiauerit, & mater viro pactum fecerit de non reddenda dote vel alijs rebus filiæ, an præiudicet, quæritur? Dicitur, quod nõ. Vel pone casum aliter, ut in glossa.

e Cum repudiante.] delata fuit hæreditas viro & vxori furiosæ, mater eius repudiauit, non potest sed vir sic Io. quod non placet, sed de repudio matrimonij dicit.

f Constituta. idem multo magis de ea, quæ est in potestate. l. de hac indubitatur, quia plus iuris mater in ea habere videtur, quam in ea quæ est in potestate.

g Maritum. alias marito, secundum Io. & tunc vnum marito abundat. Vel nõ bene abundat, & tunc dic repudiauit hæreditatem marito secum instituto, ut eam hæreditatem sibi haberet.

h Repudiare potuit. hæreditatem secundum Ioan. Tu dic, i. vxorem, s. non furiosam. Vel dic etiam furiosam, si modo furor tantus est ut tolerari non possit, ut ff. soluto matrimo. l. si cum dotem, §. si

maritus, & ff. de reg. l. Iulia.

i Defensio. sic ff. de neg. gest. l. q alienã. §. quanquam, & ff. de reg. iu. l. fœminæ, nisi sit tutrix, ut supra quando mu. tu. off. fun. po. auth. matri. & auiæ.

NE lucrum. CASVS. Olim si pater duos habens filios vnum emanciparet, ille fratri suo succedere non poterat hodie secus est, quia emancipatus succede potest. unde cum emolumentum sentiat, onus debet sentire. Sicque vocabitur ad tutelã fratris sui.

k Antea. i. ante nostra tempora, scilicet per l. 12. tab. sed per Iustin. succedit, vt infra de legi. hær. l. fi. in fi.

l Tutelæ. imò & de tutela diximus in d. l. de legi. hær. l. fi. in fin. unde dic tutelæ, i. est curæ furiosorum vt subijcit. vel nil videmus dixisse, nisi pleue dicamus, ut argu. ins. eodem ad Sylla. l. pen. in fine & facit sup. de le. tu. l. frater, & infra de leg. hære. l. de emancipatis.

m Eos. scilicet emancipatos.

n Duodecim. idest ac si l. 12. tabu. uocarentur.

CVm alijs. Primo disputatio antiqua. Secundo decisio noua distinguẽdo. Secunda ibi, nos itaque, Sal.

CASVS. Cum quis furiosus est, aut perpetuo, aut ad tempus, primo casu curã administrare debet continue. nec eius iura finitur. Si dilucida habeat interualla, an interim debeat cessare cura? Dicitur curam non esse finiendam, sed in dilucido interuallo hereditatem adire vel contrahere potest, sine authoritate curatoris.

o Impossibile. i. difficile, sic ff. de his qui deiec. uel eff. l. 1. a.

Remo-

[2] † Aurelio

[*] In scrip. exem. leg. cum repudiante furiosum sui iuris constitutam marito quidem quod magis placet ut de marito repudiãte res intelligatur, ut ostendit ea verba, qui solus repudiare potuit. [*] Sal. dicit hãc l. multum bene probare quod de mente legis tacita lis, et edictũ successorium habeat locũ hodie in suis quib. à iure ciuili datũ beneficium abstinendi.

[a] † Furosis homines.

Impossibile quoque difficili ponitur.

[3] † In propinquo idem.

[4] † Remissus & curatori.

a *Remotus*. sed non est.

b *Viuit*. contra, ff. eod. l. 1. §. 1. ubi dicit durare, & finiri cum furore, sed hoc corrigit, vel ibi quo ad effectum & sic secundum istam. vel ibi non habebat intervalla.

1† Remissus est curatori.

c *Competunt*. vt testamentum, vt infra qui test. fac. poss. l. furiosum.

d *Stimulis*. idest cu stimulis.

* Præsumitur semper furiosus, qui semel furiosus fuit vi. Alc. 2. præsump. 18.

e *In contractu*. quem habuit tempore sanæ mentis, ut per traditionem, vel quid simile impleatur à curatore, non autem intelligas de eo quem habet tempore furoris, quia ibi solus curator sufficit, vt ff. de regu. iur. l. in negotijs. Vel loquitur secundum quorundam opinionem, quæ tangitur inf. l. prox. §. sin autem ex alia, prope finem. §. Vel dic contractus à se curatore faciendos.

2† Adierit.

f *Crebra*. nota aliquid constitui nimiæ frequentiæ vitandæ causa. sic infra de bonis quæ lib. l. fin. §. penulc. vt sic infinitas euitetur, sic sup. de sacrosan. eccle. inter.

Cum furiosus. Casus in hac lege vsque ad finem talis est, si furiosus est in patris potestate, administrabit bona filij castrensia vel quasi, nec dabitur furioso curator. Si vero pater moriatur, furiosum potest instituere hæredem, & ei substituere, ut infra. de impub. & alijs substit. l. vnam, & si furiosus moriatur, transmittit hæreditatem ad eos qui ei succedant ab intestato, & si furioso deferatur aliqua hæreditas, curator eius poterit agnoscere bonorum poss. & hæreditatem adire. Et si datus fuerit curatori in testamento pat. non satisdabit de bene administrando, si datus in testamento, sed à iudice vel lege, quia est proximus agnatus, tunc non cogitur satisdare, si idoneam

* Hal. decretu, in sacris perpetuis parentis &c. Filijsfamilias in sacris parentum erant l. vl. supra de inoffic. & adoptiv. Vul. 7. at non emancipati patris, pariis præs; Gothofr.

3† Et obuenerunt.

nio furoris, & sanitatis eum sæpius constitui, & post longum tempus sub eadem esse varietate, vt in quibusdam videatur etiam pene furor esse [b] remotus [a] curatoris creationem non esse finiendam, sed manere quidem eum donec talis furiosus viuit,[b] quia non est penè tempus, in quo huiusmodi moribus desperatur,* sed per interualla, quæ perfectissima sunt, nihil curatorem agere, sed ipsum posse furiosum, dum sapit, & hæreditatem adire, & omnia alia facere, quæ sanis hominibus competunt [c].

¶Sin autem furor stimulis [d] suis iterum eum accenderit, curatorem in contractu [e] suo coniungi, vt nomen quidem curatoris in omne tempus habeat: effectum autem quoties morb. [2]† redierit; ne crebra,[f] vel quasi ludibriosa fiat curatoris creatio, & frequenter tam nascatur, quàm desinere videatur. D. Calen. Septemb. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. 530.

Hanc legem legam per partes, & ex huiusmodi lectura apparebit legis diuisio. casus huius primæ partis. Furioso in potestate patris constituto non datur curator sed eius pater est legitimus administrator et verò existenti sui iuris pater curator dabitur. h. d. vsque ad §. Sin autem parentes, Bal.

Idem A. Iuliano PP.

LEX VII.

Cum furiosus, quem morbus* detinet perpetuus, in sacris [g] parentis sui constitutus est, indubitate curatorem [h] habere non potest, quia sufficit ei ad gubernationem rerum, quæ ex castrensi peculio, vel aliter [i] ad eum peruenerunt, & vel ante furorem ei acquisitæ sunt, vel in furore [3]† obueniunt, [k] vel in ijs quorum proprietas ei tantummodo competit, [l] paterna verecundia. Quis n. talis affectus extraneus inueniatur, vt vincat paternum [m] vel cui alij credendum est res liberorum gubernandas esse parentib. derelictis?

¶Licet Tertullianus* iuris antiqui interpres, libro singulari, quem de castrensi peculio condidit, tali tractatu proposito videatur obscure eandem attingere sententiam, nos tamen hoc apertissimè introducimus.

Pater potest furioso substituere exemplariter, & relinquere curatorem, & si filius est in potestate, quæritur ei paterna hæreditas ipso iure. h. d. Bald. Vel sic: Pater potest filium furiosum hæredem instituere, & ei secundum formam iuris substituere, & si decedat ab intestato, hæreditas deuoluitur ad filium furiosum, etiam sui iuris constitutum, h. d. vsque ad §. sin autem ex alijs, Sal.

¶Sin autem parentes ab hac luce decedere contigerit, nostra constitutio, [n] quam promulgauimus de ijs quæ in testamento furioso relinquenda sunt, vel substitutione eorum in suo robore permaneat.

¶Sin [4]† verò perpetuo furiosus sui iuris [o] sit, tunc in paterna quidem hæreditate, quæ quasi debita [p] ad posteritatem suam deuoluitur, nulla est iuris, veterum dubitatio, cum illico appareat, & suus hæres [q] existat suis parentibus.

Curator furiosi, cui est delata hæreditas extranei, potest agnoscere bonorum possessionem nomine furiosi, h. d. Bald. Vel sic. Si hæreditas extranei deuoluitur ad furiosum, non petit ipse bonorum possessionem, sed eius curator sic, h. d. vsque ad §. sed cum antiquitas, Sal.

¶Sin autem ex alia quacumque causa hæreditas ad eum, vel successio perueniat, nunc magna & inextricabilis [5]† vetustissimo, iuri dubitatio exorta est, siue adire hæredi-

non habeat substantiam, iurabit tamen coram episcopo, & tribus primatibus, se bene administrabit bona furiosi, & faciet inuentarium. Si verò non habeat idoneam substantiam dabit fideiussores, & constituetur apud præsidem prouinciæ. Et omnia quæ acquiruntur furioso ex causa legati vel ex quacumque cã, debet administrare, & sic compos mentis factus fuerit, retinebit eum, si vult, vel repudiabit. Si vero moriatur in furore, peruenient bona ad eos, ad quos essent, peruentura si nunquam furiosus fuisset. Si verò curator decedat, alius in locum eius subrogabitur. habeat autem hæc lex locum in futuris negotijs, non præteritis.

g *In sacris*. scilicet vinculis.

h *Curatorem*. alium scilicet a patre. sed nec pater est curator, sed legitimus administrator: quandoque tñ rebus principaliter, quas nõ vult agnoscere pater, datur curator, sic infra de bo. quæ libe. l. fi. §. 1. & in auth. vt li. ma. & auia, in prin. coll. 8. vel ibi sanæ mentis erat.

i *Vel aliter*.] vt ex quasi castrensi peculio.

k *Obueniunt*. per seruos vel per legata, q cum acquiruntur ignorantibus, ergo & furiosis.

l *Competit*. vt in aduentitijs.

m *Paternum*. sic Tale epi. aud. l. & crea tionib. & ff. de ritu nup. l. fi. §. deni & inf. de impu. & alijs subst. l. humanitatis.

n *Constitutio*. quam habes inf. de imp. & alijs substi. l. humanitatis.

o *Sui iuris*. fit, s. nũc non tunc, cum moriebatur pater, alioquin suus hæres ei esse non potest.

p *Quasi debita*. ut infra de col. l. fina. §. pen. & inf. de impu. lucra. descript. l. 1. lib. 10.

q *Suus hæres*. vt sic statim curator possit.

* Tertullianus is est, qui & secundus Florens, natione Afer, patria Carthaginensis, qui de religione Christiana antiquissimus complures libros scripsit, quæque exercitatus in legibus Romanis scribit Eusebius. 2. Epist. 24 citaturq; cuius liber primus in l. 27. ff. de legi. Fuerunt & alij iurisconsulti Christiani, vt Licin. Rufinus, Aurellius, Arcadius, & Charisius vi. Cuia. 7. obs. 3. insti. Anto. Aug. lib. 1 nomini Goth.

4† Autem perpetuo in omnibus.

5† Ex ista gl. iuncto tex. hẽs, nullus affectus vincit paternũ & quo l. isti quidem, ff. q. me. cau.

6† vetustissimi iuris quæstio.

sit administrare. non autem dicas, quod sic sit hæres ipso iure, vt statim teneatur creditoribus, & non possit abstinere. & sic quod eius fauore esset inductum, in eius læsionem redundaret. Est ergo nomine, sed non re, vt dicimus in eo qui est sanæ mentis, vt supra, si vt se ab hæredi. absti. l. prima, vnde interim decedens nõ transmittit, sicut nec infans, vt infra de iure deliberan. l. si infanti. §. sin verò vel non sit. Sed arg. contra prædicta instit. de hæred. quæ ab intesta. §. posthumi. & infra de suis & legi. l. apud hostes. & ff. acquiren. hered. l. necessarijs.

b *Ex decreto.*] quia opus erat petenti adire prætorem, & solennibus verbis petere, & ipsum prætorem decernere: & dicitur decretalis: sed quod sic ei liceat, conceditur edicto prætoris mortui: & sic dicitur edictalis, vt ff. de bonorum possess. l. tertia, §. proinde. & ff. de success. edicto. l. prima, §. decretalis, & ff. si ta. testa. extab. l. j. hodie vero per Constantinum vtraque solennitas est sublata: & sine petitione hæreditatis: dummodo coram iudice dicat se velle bonorum possessorem esse: nec est opus eã decerni, vt hic subijcit, & infra quis admit. ad bonorũ possess. l. finali, quidam tamẽ dicũt per Constantinum solam solennitatem petendi sublatam, non decretum.

tatem, vel bonorum possessionem petere furiosus possit, siue non: & si curator eius ad bonorũ possessionẽ petendam admitti [a] debeat. & iuris auctores ex vtroq; latere magnũ habuerũt certamẽ.

¶ Nos itaq; vtramq; auctorũ aciẽ certo fœdere compescentes, sancimus, furiosum quidẽ nullo modo posse vel hæreditatẽ adire, vel bonorũ possessionẽ agnoscere: curatori aũt eius licentiã damus (imò magis necessitatem imponimus) si vtilem ei [1] † esse successionem existimauerit, eã bonorũ possessionẽ agnoscere * quæ antea ex decreto [b] dabatur, & ad similitudinem bonorum possessionis habere: cum petitio [c] bonorum possessionis Cõstantiniana [d] lege sublata sit, & ab ea introducta obseruatio, [2] † & pro antiqua [e] sufficit petitione.

Curator põt dari furioso in patris testamento, & non tenetur satisdare: dẽt tamẽ antequã administret, obseruare & iurare hic scripta. & si nullus ei à patre sit datus, peruenitur ad legitimũ idoneũ aliàs ad datiuũ, qui forma hic scripta dẽt creari. h. d. vsq; ad §. tali itaque. Salic.

¶ Sed cum antiquitas in curatore furiosi multas ambages constituit, quemadmodum [f] ab eo cautio, vel satisdatio detur, vel pro quib. rebus, [g] & quibus personis, & si omnis curator [h] talem præstet cautelam: necessarium nobis visum est, vt humano generi cõsulentes, omnem quidem obscuritatem, & inextricabilem circuitum tollamus: compendioso autẽ, & dilucido remedio totum complectamur.

¶ Et prius de creatione curatoris, qui furiosis vtriusq; sexus datur, sancientes: tũc [i] & alijs certum finem imponemus.

¶ Et si quidẽ [3] † parens curatorẽ furioso vel furiosæ [k] in vltimo elogio hæredib. institutis vel exhæredatis dederit, vbi & fideiussionẽ cessare necesse est, paterno [4] † testimonio pro [5] † eius satisdatione sufficiente: ipse qui datus est, ad curationẽ perueniat: [l] tamen, vt in hac florẽtissima ciuitate apud vrbicariã præfecturam deducatur, in prouincia autẽ apud præsidẽ [6] † eius, præsente etiam tam viro religiosissimo locorũ antistite, q̃ trib. primatibus [m] & actis interuenientibus, tactis sacrosanctis [n] * euangelijs, edicta oĩa se rectè, & cũ vtilitate furiosi agere, & neque prætermittere ea quæ vtilia furioso esse putauerit, neque admittere quæ inutilia existimauerit.

IN AVTHENT.

Vt ij qui oblig. §. pe. coll. 6 constitu. 2.

QVod * nunc generale est circa omnes curatores, vt iurent quidem non tamen à ratiocinijs sint exẽpti. Idem est in tutore.

Furiosi curator an possit bonorũ possessionem repudiare.

a *Admitti.*] debeat, scilicet vel non. nam ff. de suc. edi. l. prima, §. furiosi. dicitur, q curator furiosi non põt repudiare bonorum possessionem: quia nec delata est: sed si non est delata, ergo curator eam petere non potest: sed econtra dicitur q potest petere. ff. de bonorum possess. fu. l. prima, in princi. sed prima intelligitur, non videtur delata, vt possit repudiari: quia non potest, sed peti sic. Vel potest peti vt sit bonorum possessor de facto, non autem de iure: sicut de facto videtur intelligi. ff. de bo. possess. non est ambigendum. Nam cum dicit ventrem & furiosum cõtra fiscum admitti in bonorum possessionem, de possessione facti est intelligendum. nam si de bonorum possessione iuris intelligeres, multi alij fisco præferuntur, vt infra vnde vir & vxor. l. prima. Vel gratia exẽpli de his ibi dici. quicquid ergo olim fuerit, hodie põt petere curator nomine furiosi bonorũ possessionẽ iuris & facti: & facit eũ bonorum possessorem per legem istam! licet quidam dicant de facto ei q̃ri tantum, vt dices inf. ead. l. §. tali itaque. sed cum factus sit bonorum possessor, & postea resipiscat & nolit habere, an remanet hæres? quod videtur, quia si semel est hæres &c. vt ff. de minori. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. nisi per querelam inofficiosi testamenti, vel seruus factus sit, vel memoria defuncti damnata, vt ff. de vulg. substit. l. in substitutione. & l. ex facto, in fi. & insti. de hære. quæ ab intest. §. per contrarium. Sed dic, quòd dimittere potest: & perinde erit, ac si non fuisset agnita, vt inf. eod. §. sinautem ipse. sicut & qui appellat, si non prosequatur.

1 † Deest, in omnib.

* No. casum, ĩ quo ẽ necessaria bonorũ possessio, & non aditi hære ditas de iure ciuili.

2 † Deest, in oĩbus.

c *Cum petitio.*] s. solennis.

d *Constantiniana.*] dictæ l. infra qui admit. ad bon. possess. l. finali.

e *Antiqua.*] scilicet solenni. Sed nũquid secundum Hug. hodie irritantur testamenta per solam agitionem, cum dicam irritandam per contra tabu. non irritum ipso iure? Respon. idẽ, vt hic innuit.

f *Quemadmodum.*] cũ fideiussore, vel sine, vel hypotheca, vel coram quo.

g *Rebus.*] mobilib. vel immobilibus, vel pro quibus.

h *Omnis.*] curator. siue testamẽto, vel aliter datus.

i *Tunc.*] idest simul cum curatoris creatione.

k *Vel furiosa.*] vel prodigo, vt ff. eod. l. pen. 2. respon.

l *Perueniat.*] post cõfirmationem iudicis & decretum, vt subijcit. non enim testamento perfecte dari potest, vt subijcit, & supra de confir. tut. l. j. & ff. eod. l. pen. in princip.

m *Primatibus.*] hoc expone, vt s. de episco. audien. l. de creationibus. vbi sunt hæc de verbo ad verbum.

n *Sacrosanctis euangelijs.*] idem faciunt hodie omnes curatores & tutores & sic lege hic auth. quod nunc generale &c quæ est in auth. vt ij qui obl. res. §. pen. coll. 6.

3 † Pater.

4 † Testamento, in om.

5 † Deest, in omnib.

6 † Eiusdẽ.

* Scripturis in om. [deo credibile ẽ cũ gelijs glossema fuisse, qđ postea in cõtextum irrepserit.

* Nou. 72. §. pen.

QVod nunc.] CASVS. Dicit lex C. q curator furiosi debet iurare coram episcopo & primatibus, q bene administrabit hæc authen. ampliat hoc esse verum in omnibus curatoribus, q scilicet iurent se rectè administraturos: non tamen propter hoc iuramentum excusabuntur à rationibus reddendis.

Sequitur Textus Codicis.

¶ Et inuentario cum omni subtilitate publicè [1] † conscripto, res suscipiat, & eas secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum adeum pertinentium, ad similitudinem tutorum,[a] & curatorum adulti.

¶ Sin autem testamentum quidem parens eius non confecerit, lex autem curatorem ipso è agnatum[b] vocauerit, vel, eo cessante, aut non idoneo [c] forsitan existere, ex iudiciali electione curatorem ei [2] † dare necesse fuerit: tunc secundum præfatam [3] † diuisionem in hac quidem florentissima ciuitate apud gloriosissimam v. bicauarū præfecturam creatio procedat.

¶ Sed si quidem nobilis [d] sit furiosi persona, etiam florentissimo Senatu conuocando, vt ex inquisitione curator optimæ atque integræ opinionis nominetur.

¶ Sin verò non talis persona sit, etiam solo viro gloriosissimo præfecto vrbi præsidente, hoc procedat.

¶ Et si quidem curator substantiam idoneam possideat: [4] [h] eo sufficiente ad fidem gubernationis, & sine aliqua satisdatione nominationem eius procedere.

¶ Sin autem non talis eius census inueniatur: & tunc fideiussio, inquantum possibile est, ab eo exploretur, creatione [5] † quidem omnimodo, sacris scripturis propositis [e] in omni causa celebranda: ipso autem curatore cuiuscumque vel substantiæ vel dignitatis est, præfatum sacramentum pro vtiliter rebus gerendis præstante, & inuentarium publicè conscribente, quatenus possint vndique res furiosi vtiliter gubernari.

¶ In prouincijs [6] si etiam his omnibus obseruandis, vt apud præsidem cuiuscumque prouinciæ & virum [7] † religiosissimum episcopum ciuitatis, necnon tres primates, memorata creatio procedat: eadem obseruatione,[f] & per iureiurando, & per inuentario, & satisdatione, & hypotheca rerum curatoris, modis omnibus adhibenda.

Curator furiosi post quam iurauit, et satisdedit, et promisit promittenda, et recepit administrationem per decretum, pot agnoscere bonorum possessionem delatam furioso: & bona ea occasione peruenta tenetur in inuentario addere, saluo iure repudiandi & acceptandi furioso si resipuerit: sed si in furore decedit, ex acceptatione curatoris non fit transmissio bonorum possessionis. legatum autem bene transmitteretur ad hæredem furiosi h.d. Bal. Vel sic: Hereditas furioso delata pot per eius curatorem adiri, ita, vt si furiosus efficiatur sanæ mentis, possit eam sibi retinere vel respuere: & si respuerit, vel in furore decesserit, ad substitutum deuoluitur: et si nullus sit substitutus, deuoluitur ad eos qui succederent si furiosus in medio non fuisset, legata verò ad eius hæredes trasmittit cum potestate repudiandi h.d. vsq; ad § sin autem curator. Salic.

¶ Tali itaq; ordinatione in curatore furiosi disposita, si quid postea ad furiosum peruenerit, siue ex hereditate, vel successione, vel legato, vel fideicommisso, vel alio quocumq; modo: hoc furioso accedat,[g] & cum alia eius substantia manibus curatoris tradatur:[m] inuentario etiam super his omnibus rebus scilicet faciendo, & sub eius cura custodiatur, quatenus si quidem resipuerit furiosus, & acquisitionem admiserit, ipsi restituatur.

¶ Sin autem in furore diem suum finierit, vel ad suam sanitatem perueniens eam repudiauerit: si quidem successio est, ad eos referatur (volentes tamen [h]) .i. vel ad substitutum vel ab intestato [i] hæredes, vel ad nostrum ærarium: eo scilicet obseruando, vt ij veniant ad successionem, qui mortis tempore furiosi propinquiores existant ei ad cuius bona vocabuntur, si non in medio esset furiosus: omni satisdatione vel cautione,[k] quam per inextricabilem circuitum veteris iuris auctores induxerunt, radicitus excisa: legatis autem proculdubio & fideicommissis, cæterisque acquisitionibus furioso acquirendis,[l] & substantiæ eius aggregandis.

a Tutorum.] quoniam res hypothecatæ sunt, vt sup. de administ. tutor. l. pro officio. & facit ad inuentarium, vt sup. de administ. tutor. l. tutores. 2. & sup. arb. tu. l. fi. §. fin. Item facit ad testimonium paternum. sup. de tut. vel cur. qui satis non dedit. l. in dubium. & instit. de satisda. tut. §. j. & ff. de test. tut. l. testamento dato. 2. in prin.

b Agnatum vocauerit.] vt insti. de cura. §. item furiosi. & argu. ff. de leg. tut. l. legitimos, sed & Senatusconsultum quandoque vocat, vt per eum soluat creditoribus, vt ff. eod. l. curator.

c Idoneo.] quod pro eodem est ac si cessasset, vt ff. quod cuiusque vni. no. l. j. §. & quidem.

d Nobilis sit furiosi.] sic s. de tuto. & cura. illu. perso. l. j.

e Propositis.] & tactis. Accursius.

f Eadem obseruatione.] quæ est dicta in ciuitate Romana.

g Accedat.] sic ergo curator adit hæreditatem. & sic est contra. ff. de app. l. cum in vna. §. fi. Solut. ibi in curatore pupilli dicit. Vel Sol. vt ibi plenè diximus. Sed quid an sic adeat, vt furiosus fiat hæres? Dixi quod sic, sup. eod. §. sin autem ex alia. in gl. a. scilicet vel non, &c. Alij dicunt, quod non fit hæres, scilicet vt dominium rerum habeat, sed quantum ad administrationem, vt hunc §. nam his de causis quæritur furioso, ex quibus sanæ mentis homini acquiritur ignoranti, vt instit. de hær. quæ ab intest. §. fui. Pro prima opinione est ff. d leg. 2. l. Licinius Locusta. Sed secundi respondent, quod de facto tantum ibi habuit. Item pro prima. ff. ad Trebell. l. cum hæres institutus. Sed secundi dicunt, quod vere non fuit hæres: licet actiones hæreditarias cedat: quia & creditor hoc facit, vt instit. qui. al. licet. §. j. vel speciale vt fiat ibi hæres, eo quod tenet.

1 † Duarscripto.
2 † Dari.
3 † Definitionē. al. diffinitionem.
4 † Et sufficiente quod an tractius pu curator furiosi. dies hereditatē nomine ipsius furiosi, an faciat eū hæredem.
5 † Deest, quidē.
6 † Vero.
7 † Clarissimum.

transferre, actiones sic in eo. tit. l. cogi. §. hi qui solidum. Pro secunda opinione est. ff. de acquir. hær. l. si quis alicui. §. fi. Item videtur, quod nec commodum quærat, vt ff. de acquir. hær. l. Anflius. § in lit ro. Sed de commodo dominij, ibi intellige. quod non placet. Vel recitat ibi quorundam opinionem, quæ hic reprobatur.

h Volentes tamen.] sic j. de iure delib. l. nec emere.

i Ab intestato heredes.] qui defuncto successissent, nisi furiosus fuisset in medio, & cum fructib. medij temporis, vt hic subijcit. & ff. de pet. hære. l. hæres. in princip.

k Vel cautione.] qualis fuerit ignoramus.

l Acquirendis.] per hoc quod aduersatur dicēdo, legatis autem, patet quod aliter in hæreditate est. Et est ratio, quia recta via dominium quæritur in legato, vt ff. de fur. l. à Titio. non sic in hereditate, nisi adeat, vt in ff. de hær. qua. & diffe. §. fin. Item legatum sine onere, sed hæreditas non, vt ff. man da. l. si hæreditatem: & ideo ad suum hæredem transmittit legata, licet in furore decedat, vt hic dicit. Accursius.

Legati dominiū recta via quæritur, non autem hereditas.

m Per hunc tex. secundū Salic. vbi dicendum quod per aditionē quæratur furioso dominiū & ideo legata à furioso petūtur & actiones transferūtur in cū tamen inquit Salic. non est incōmutabiliter dominus, nisi resipuerit.

Ea.

a *Ea*. legata.
b *Remoueantur*. sic supra de legi. & con stit. l. leges, 2.
c *Introducta*. quam ignoramus.

DE PRÆDIIS, & alijs rebus minorum, &c.

Dictum est supra, qualiter prouideatur minoribus circa tutorem, vel curatorē: nunc aūt ponit qualiter prouideatur eis circa cōfessionem ipsorū, sicque imprimitur rubrica, De prędijs, vel alijs rebus minorum sine decreto nō alienādis. Azo.

VEnditio. CASVS. Pater obligauit prædium minoris, vel suum, hoc pacto, vt si sua die pecunia non solueretur, liceret creditori vendere, & decessit; & successit ei minor, non satisfaciēte sua die minore, creditor prædium distraxit, vult minor reuocare prędium quasi alienatum contra senatusconsultum, quo cauetur, quòd prædium minoris sine decreto alienari non debet, an sit audiendus, quæritur? Dicitur quòd non. Si tamen creditor viliori precio vendidit, quam prędiū valeret, potest iudex eum restituere, vt sibi iustum precium restituatur. Et quod dicitur in senatuscō sulto, tunc locum habet, cum minor ipse prædium vendidit sine decreto, non cum causa iudicati captum est prædium minoris, ac deinde distractum. 1 † Pertineant.
d *Pignoris*. scilicet conuentionalis, vel cum decreto, ob æs alienum obligatum. Vel dic, quòd vocatus noluit venire ad causam, vel cauere de damno infecto, vel pro legato, vt ff. eodem, l. 3. §. 1. Et quod subijcit ex cā iudicati, dic nec restitui nisi ex causa, ut quia graue dānum habet, vt ff. de minor. l. si ex causa. & sic ex necessitate permittitur, quæ

Sin autem ipse resipuerit, & ea [a] admittere noluerit, & apertè hæc respuerit, vel hæres eius illico separandis, quasi nec fuerint ab initio ad eum deuoluta, & per legitimum tramitem ambulantibus substantiam furiosi neq; prægrauantibus, neque adiuuantibus.

Quod est dictum in creatione curatoris à principio, idem intelligitur in subrogatione loco creati, h. d. Bal. vel sic. Mortuo curatore furiosi, vel eo vt suspecto remoto debet alius subrogari, h. d. usque ad §. hæc autem. Sal.

¶ Sin autem curator furiosi secundum nostram legem nominatus decesserit, sub eodē modo, eadem obseruatione alius creabitur, quemadmodum & si suspectus reperiatur, alter subrogetur, quod & veteribus legibus placuit.

Dispositio leg. huius habet locum in curatorib. post hāc legem creandis, non in prius creatis, h. d. vsque ad fi. Sal.

¶ Hæc autem omnia, quę de creationibus curatorum per nouam definitionem introducta sunt, futuris casib. imponantur, & neque antea facti curatores remoueantur [b] neque aliquid eis nonum accedat, sed antiquo ordine statuti in antiquos (quantum ad creationem) permaneant [1] † terminos: cautione videlicet, vel satisdatione, quæ antiquitus fuerat introducta, [c] super postea venientibus ad furiosos successionibus, minimè præstanda Dat. Calend. Septemb. Constantinop. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. 530.

TITVLVS LXXI.

De prędijs, & alijs rebus minorū sine decreto nō alienandis, vel obligandis.

Per uiam secundi decreti possunt adulti res alienari. h. d. vel sic: Prohibitio alienationis rerum minoris sine decreto non extenditur ad alienationes necessarias, sed ex causa dabitur restitutio, hoc dicit, Sal.

Imperator Antoninus A. Minutiano.

LEX PRIMA.

VEnditio quidem prædij: quod iure pignoris, [d] vel in causam iudicati captum, & distractum est, [e] ad Senatusconsultum, [f] quod de non alienandis prędijs pupillorum, vel adolescentium nisi auctore prætore, vel præside prouinciæ factum est, nō pertinet, sed si etiam in ea ætate es, cui subueniri solet, [g] aditus competens iudex, an [2] † te in integrum restituere debeat, præsente diuersa parte, [h] causa cognita dispiciet. [i] [3] † PP. 13. Cal. Decembris Duob. Alpris Coss. 213.

Quando contractus non tenet ipso iure, nō debet peti in integ. restit. h. d. Qui habent viam explicatam non debēt petere viā implicatam, h. d. Bal. vel sic. Vbi venditio pignoris est ipso iure nullā, restitutio ratione ætatis nō est ipso iure necessaria, secus si sit aliqua, & si interueniat læsio nō modica, vel fraus cum emptore sit participata, hoc dicit, Salic.

Imp. Gordian. A. Clearcho, & alijs. [4] †

LEX II.

NOn est vobis necessaria [k] in integrum restitutio, si tutores, uel curatores uestri possessionem, licet pignori nexā, vendiderunt [k] sine decreto. ¶ Quòd si creditores [l] id fecerunt beneficiū [m] tibi impartietur, si fraudulēta venditione participāte cōsilio emptoris, [5] † damnum tibi infl. ctū esse doceatur. [o] [6] † PP. 4. Cal. Febr. Gordia. A. & Auiola Coss. 240.

Pater non potest alienare rem filii sine decreto, hoc dicit, Bal. vel sic. Pater curator filii non potest prædia alienare sine decreto, h. d. Sa.

alijs non permittetur, vt arg. ff. de fund. dot. l. 1. Vel pone econtra exemplum, quia alterius prædiū, pupillo est obligatum, quod vēt vt ff. cod. le. magis. §. primo.
e *Distractum est*. à creditore.
f *Senatusconsultum*. id est orationem Imperatoris Seueri in Senatu recitatam, vt ff. eo. l. 1.
g *Solet*. s. intra quadriennium.
h *Diuersa parte*. vt ff. de minor. l. in causæ, 1. §. causa, & l. verum. §. sciendum.
i *Dispiciet*. & hæc cognitio potest delegari, vt supra vbi, & apud quem, l. fi. sicut in decreto super alienatione interponendo, vt argu. ff. de transactio. l. cum hi. §. si prætor, & facit infra l. proxi. 2 † Deest Duar.

NOn est. CASVS Si tutor pupil. licet alij obligatā distrahat possess. sine decreto, ipso iure nō tenebit alienatio, nec restit. in integrū est necessaria, & hoc in prima. Si vero creditor, à minore nō solente, iure creditoris sine decreto distrahat, valet uenditio. sed si fraudē in venditione cōmiserit, restituetur minor. & hoc in secunda. 3 † Discutiet.
k *Vendiderunt*. credentes sibi licere, vt creditori licebat, cū ergo ipso iure non teneat sine decreto, vt ff. eo. l. 1. ergo cessat restitutio, ut ff. de minor. l. in causæ 2. in prin. 4 † & A prodigo.
l *Quod si creditores* qui iure facere possunt sine decreto, licet tutius cum decreto, vt ff. eo. l. 1. §. si pupillorum, §. primo. * † Concor. constitu. circa fi. in gl. in p uerbo, solemnitas etc. de resti. in inte.
m *Beneficium* s. restitutionis, contra emptorem.
n *Locatur*. idē si enorme damnū fuerit passus, licet non interuenerit fraus, vt sup. si aduer. vēd. pig. l. 1. quæ est 3. A minimo aūt nō dabetur restitu, vt ff. de in integ. restit. l. scio. Et potes hic referre, q̄ diximus supra si aduer. uend. pign. l. 2. 5 † Consiliū emptore, rectius. 6 † Videat.

CVm emancipatis. CASVS. An pater filij sui emancipati minoris prædium minori acquisito sine decreto alienare possit, quæritur? Dic quod nõ: et si tanquam suum esset, vendidisset, non vt pupillare.
a Foret. vel directo vel vtiliter, sive ius in eo habeat, vel bona fide possideat, vt ff. eo. l. 3. §. penul. & ar. sup. & l. magis. §. 1.
b Curatore. i. tutore. cũ hic pr. & ille impube, ab eo emãcipatus esse vt Inst. de leg. paren. tut. & hic subijcit, sic & alias vnũ ponitur pro alio. §. de in li. tam. tutel tuto e, vel dic hos adultos & prem curatorẽ & quod dicit pupillare, s. quondã.
c Tanquam suum.] vbi est hæc ratio impedit, vt ar. ff. d. cur. fu. l. Iulianus, in fi.

8 † Nundana.

NOn solum. CASVS. Certũ est, quod orõne diui Seueri cauet, vt prædiũ minoris sine decreto alienari nõ possit titulo vẽditionis, an idẽ sit in alijs tit. alienationis, puta donationis, vel trãsactionis, quærit? Dic quod sic. Si ergo minor ex cã falsa vendidit fratri fundũ sine decreto, reuocari poterit, restito fratri, si quid minor ab eo percepit.
d Prohibentur. vt & §. de ijs, quod ven. ætat. impu. l. fi. & dic, re ea etiã appellat rustica, & suburbana hoc tit.
e Possunt. nisi in casib. vt it. ti. pax. pro to.
f Dedisti. secus si fundũ, de quo litigabat, minor diuisit aliquo sibi dato nomine trãsactionis, ar. §. de trãs. l. 3 fes, imò idem vt ff. de transl. cum his. §. si cum lis.
g Mutuo. sic sup. de rep. l. j. & §. si aduer. transac. l. 1. & 2.

2 † Debebis in oib.

ET si præses. CASVS. Iudex circũuetus falsis allegationib. puta quia dicebat, quod æs alienũ vrgebat, cũ nõ imminere, de prædio minoris alienando, decretum interposuit, nõ valet decretũ, nec alienatio, vnde prædiũ alienatũ minor vendicare poterit.

3 † Non est quod Du.

4 † Probatis.

5 † Vetaris h. Aditionem in rem

Impp. Valeria. & Galie. A A. Theodonano, & alijs.

LEX III.

CVm emancipatis vobis prædiũ acquisitũ foret[a] alienẽ à p̃re, eodẽ q; curatore,[b] sine præsidis auctoritate non, maximè si tanquã[c] suũ esset, nõ tanquã pupillare, vendiderit, itaq; illibata vobis persecutio eius manet. PP. 3. Non. Ianu. Tusco, & Basso Coss. 259.

Alienare frater non potest alienare in fauorem maiorem sine decreto rem prohibitam alienari, h. d. Bal. Vel sic. Immobilia minorum nullo titulo alienantur sine decreto ideo tradita vendicantur, redditis tamen quæ acceperũt, h. d. S.

Ijdem A A. Mithridati.[1] †

LEX IIII.

NOn solum per vẽditionẽ rustica prædia, vel suburbana pupilli, vel adolescẽtes alienare prohibẽtur:[d] sed neq; trãsactionis rõne, neque permutatione, & multo magis donõne, nec alio quoquomodo eam transferre sine decreto à dño suo possunt.[e] Igitur & tu si fratribus tuis per trãsactionẽ fundũ dedisti,[f] vendicare eũ potes, sed & si quid inuicẽ ab eis ex eodẽ pacto cõsecutus es, id mutuò[g] restituere debes.[2] † PP. 15. Cal. Maij, Sæculari 2. & Donato Coss. 261.

Decretum ex falsa causa alienationi interpositum, nõ tenet, h. d. Bal. Vel sic. Decretum ex falsa causa interpositum, est ipso iure nullum, ideo illo non obstante non tenet alienatio, h. d. Sal.

Ijdem A A. Sereno.

LEX V.

ET si præses[3] † prouinciæ decreuerit alienãdũ, vel obligãdũ pupilli suburbanũ vel rusticũ prædiũ tamẽ actionẽ[h] pupillo, si falsis allegationib. circũuẽta religionem eius probare[4] † possit, senatus reseruauit,[i] quod[k] exercere tu quoque[l] non vetaberis.[5] †

PP. Calen. Maij, Seculari 2. & Donato. Coss. 261.

Non sufficit causas allegare, sed oportet probare, hoc dicit, Vel sic. Ad petendum interponi decretum super alienatione rei minoris, non potest constitui procurator, h. d. secundum alium intellectũ singularem, Bal. vel sic: Non sufficit causam alienationis proponi coram iudice, sed est necesse, ut apud acta probetur, & vt decretum interponatur, h. d. Sal.

Impp. Carus, Carinus, & Numer. A A A. Varo.

LEX VI.

MInorũ possessionis vẽditio, per procuratorẽ delato ad præsidẽ pro vinciæ libello,[m] fieri nõ potuit, cũ ea res cõfici rectè aliter non possit, nisi apud acta causis probatis, quod vẽdõnis[6] † necessitatẽ iferat decretũ solẽniter iterponat. S. No. Maij, Caro, & Carino A A. Co. 283.

Sicut minor non potest alienare rem non alienabilem, ita nec eam potest refutare, vel finire, h. d. Bal. uel sic: Sicut minor non potest alienare immobilia sine decreto, ita nec ad alienandum se obligare, h. d. Sal.

Ijdem A A A. Isidoro.

LEX VII.

SI ad resoluẽdã dõnẽ, quod in emãcipatũ te pater cõtulerat,[n] minor 25. ann.[7] † cautionẽ[o] ei emisisti, per cũ hmõi scriptura[p] senatuscõsulti[q] auctoritatẽ data sit, nõ oberit iuri tuo. PP. 6. Id. Decẽb. Caro, & Carino A A. Coss. 283.

Etiam propter nuptias nõ potest minor alienare sua auctoritate rem non alienandã. h. d. Bal. vel sic. Ex causa spõsalitiæ largitates immobilia non alienantur sine decreto, hoc dicit Sal.

Impp. Dioclet. & Maxim. A A. Theodoræ.[8] †

LEX VIII.

PRædia rustica, quod cõtra senatusconsultũ data[9] † esse ante nuptias sponsaliorũ noie, pcũ ta-

& in psonã, quod tutoris, vel curatorem, vt ff. e. l. magis. §. pe.
i Reseruauit. nullum .n. fuit decretũ, & sic nulla alienatio. sic §. si ex fal. alleg. l. 1. arg. & ff. q b. ex cau. in pos ea. l. Fulcini. §. qs bona possidetur, & ff. eod. l. quis. Sed ar. §. Instit. qui manum. non pos. §. semel. sed ibi improprie ponitur falsa.
k Quam. s. in genere, nunc in specie.
l Tu quoq. s. minor.

MInorum. CASVS. Si minor vel ei° procurator pñti di de interponendo decretũ libellũ porrexit, non statim decernere debet, ve res minoris uendat, sed causam examinabit.
m Libello. quo petit decretũ, & cã inscribit, nõ ergo assertioni libello factæ credit, sed necesse est probari cãm. Vel dic, quod procurator ad hanc cãm nõ põt cõstitui, sicut in excusatione tutelæ, ut ff. de excut. l. excusare, & ar. §. si pp pu. pe. l. fi. & ar. ff. de offi. eius, cui man. est iur. l. 1. §. 1. Sed §. ff. de min. l. illud, §. si talis. sed ibi ad fauorẽ, hic ad dãnũ, & tñ nõ pt il i fieri sine spãli mãdato

6 † Venditioni.

SI ad resoluendum. CASVS. Pr filio suo minori, & emancipato prædiũ donauit postea filius sine decreto de reddẽdo patri cautionẽ emisit, tñ quod senatusc. huius cautio sic emissa, filio nõ præiudicabit.
n Cõtulerat tradẽdo
o Cautionẽ. de reddendo prædio dato à patre.
p Emisisti. ex interuallo.
q Senatusc. quo colligitur, sicut in tradendo nõ põt dñium in aliũ transferre, sic nec stipulari potest id promittere, cum iã suũ stipulator, ut ff. de reg. iu. l. qui actionẽ, & facit sup. si aduers. dona. l. 2.

7 † Deest in omnibus.

PRædia rustica.] CASVS. Minor sponsæ suæ donauit prædium

8 † Theodoræ.

9 † Donata.

prædium ante nuptias nomine sponsaliorum sine decr. an valeat donatio, quæritur? Dicitur quod non, vtpote facta contra senatusc.

a *Ad te.*] vxorem.

CVm [i] sit adiecta [k] prætoris sentētia generalem curatori administrationem mandantis, & quod eā [l] pro more sequitur decretum, [m] pariter sit [5] † compositū: manifestum est non curatoris [n] dationem fuisse inualidam, sed in æstimāda adultæ substantia, scribæ vitiū, qui tanquàm non amplius ducentis libris auri patrimoniū valeret, fideiussorē acceperat, [o] intercessisse. in quo casu non curatoris erit ratio reprehendenda, si qua [6] læsio rebus minoris illata fuisse aduersus legum ordinem comprobetur: sed super negligētia, vel dolo scribæ, [*] qui veram substantiæ taxationem passus est occultari, legib. [p] erit agēdum. Dat. 5. Cal. Ianuar. Basilio V. C. Cos. 4x6.

i C*Vm sit.*] CASVS. Prætor dedit curatorem, & generalem administrationem ei mandauit, deinde decretum interposuit, vt faceret inuentarium, & secundum eius quantitatem fideiussores daret, scriba inuentarij scripsit minus valere patrimonium, & æstimationem rerum ibi compertarum, vt sic minus locupletes fideiussores possent accipi, tenetur vt hic, & ff. eod. l. 1. §. diuus.

3 † Effecit.

k *Adiecta.*] idest lata, vel idest post satisdationem curatoris est adiectum de commissione administrationis.

l *Et quod eam.*] scilicet sententiam, quæ interlocutoria dici potest, vel magis decretum, ut in authē. vt ij, qui obli. §. fina. col. 6.

4 † Aemiliano.

m *Decretum.*] De faciendo inuentarium & fideiussoribus dādis. Alij dicunt de traditione rerum, ut supra de episcop. audien. l. de creationibus. Alij de alimentis pupillo præstandis, & decernendis. Alij dicunt de quadā solemnitate, quæ obseruabatur quandoque in datione tutorum, vt sup. de tu. & cur. illustrij. pers. l. 1.

5 † Constitutum.

n *Non curatoris.* scilicet tantum, & hoc quando ipse fecit sic scribi, vel si non fuit in fraude, planè leges.

6 Hinc no. ꝙ fideiuss. tutoris debet esse locuples, & idoneus secūdū quātitatem inuentarij, sed quid si ita diues pupillus sit, ut nimis difficile sit talē fideiussor. inuenire? Bal. hic tenet, ꝙ tolerетuȇ etiā minus sufficiens.

o *Si qua læsio.*] quia male administrauit, & nunc est non soluendo ipse, vel fideiussores, & hoc, siue fuit in fraude, siue non ipse curator, vel si tutor damno dato ab aliquo in rebus, æstimauit damnum rerum prout erant æstimatæ a scriba, vel vendit ideo minori pretio credens iustam fuisse æstimationem scribæ.

ADDITIO. Not. quod tutor, uel curator uendens rem sicuti æstimata est authoritate publica, excusatur, licet plus valeat: quod tamen intelligas secundum Barto. hic, nisi manifestum esset illam æstimationem esse iniustam, vel si de hoc est publica fama in vicinia, & locis circunstantibus, tunc enim tutor non posset dicere se credere illam æstimationem esse iustam, argu. supra de pericu. tut. l. si tutor petitus.

* Præsidis, vel prætoris s. non cuiusuis iudicis. Vide Cuiac. 16. obser. 14.

p *Legibus.*] condictione ex lege ista, secundum quosdam. Vel dic actione in factum, qua tenetur etiam magistratus, ut ff. eodem. l. fi. & dicam in electione esse minoris, an magistratum prius, uel scribam, & æstimatorem velit conuenire, licet dicant quidam primo tutorem gerentem, secundo magistratum, tertio non gerentem conueniri, & hoc bene, quarto scribas, quinto æstimatores, quæ vltima nulla lege probantur. Accursius.

d *Municipales.*] non autem in eorum fideiussores, qui rem pupilli saluam fore promiserant, vt ff. ad muni. l. §. penul. & ff. eod. l. 1. 2. respon.

e *Administrationis.*] scilicet tutelæ.

f *Soluendo.*] s. tutores.

g *Fideiussionis.*] datæ ob rem pupilli saluam fore, vt & supra eod. l. prox.

Magistratus non omnes tenentur de mala administratione tutorum.

h *Vtilem.*] tutelæ secundum Azo. vel in factum secundū H. quæ dicitur eadem, cum sit omnino similis, vt ff eod. l. fin. & facit ff. de confir. tut. l. 4. & in Authen. de iudic. §. nullo, collat. 6. Sed contra. Institu. de satisdat. tut. l. neque autem, vbi dicit magistratum, vel prætorem, vel præsidem non teneri. Ad quod dic, ꝙ quidam sunt, ad quos pertinet tantū dare tutorem, vel curatorem, non autem exigere satisdationem, vt sunt præsides, & hi non tenentur, vt ibi. Alij, qui vtrumque, & alij, qui tñ exigere satisdationem possunt, & hi tenentur, ut hic, & ff. de admi. tut. l. Aemylius dexter.

a DE SERVIS FVGITIVIS, &c.

1 Ista con tinuatio- nē sequū- tur Cyn. Bart. B. & Sal. quam uis Fulg. Ang. & P. reprehen- dit. sed Ia. dicit hic φ parū cir ca hoc est curandū quod no. 2 Dic vt p Sal. i l. pe. inf. eo. 3 Idem P. 4 Idē Sal.

Remota omni continuatione, dic: 1 quia supra dixit de obligationibus quæ sunt ex contractu: vt in 4. lib. vel ex quasi: vt in 5 subiecit ideo de ijs quæ sunt ex maleficio: & sic de furtis. Sed quia seruus facit furtum sui ideo de eo præmittitur de similib.

b *Libertis.*] scilicet ciuitatum.

c *Ciuitatum.*] Romanæ, vel alterius: a argu. j. eod. l. mācipia. & l. pe.

d *Artificibus.*] scilicet ciuitatum: licet non sint serui: 3 vt j. eod. l. fin.

e *Priuatam.*] scilicet singulorum de populo. Azo.

f *Dominicam.*] id est, Imperatoris. 4

CODICIS

Domini Iustiniani, Sacratissimi Principis ex repetita prælectione.

LIBER SEXTVS.

De seruis fugitiuis, a & libertis, b mancipijsque ciuitatum c artificibus, d & ad e † diuersa opera deputatis, & ad rem priuatam, e vel 2 dominicam f pertinentibus.

1 † diuersæ operæ.

2 † publicā

Seruum.] Tria facit. Primo ponit dictū. Secundò ɔsequentiam. Tertio rōne cōsequētię. partes patēt. h. d. Bal. Vel sic: Hæc lex tria continet dicta. Primo ponit primū dictū. Secundò cōsecutiuū illius. Tertio rō illius consecuti. Et secundū hoc pōt poni casus, vt litera iacet hoc modo, vt ponatur pro quæstione: An seruus, qui fugit à domino furtum faciat sui? Vel aliter potest poni casus, vt dicamus sic: Seruus aliquis fugit à domino: aliqs eum recipit qui eum vendidit bona fide alij ementi. quæritur vtrum iste emptor possit seruum vsucapere vel præscribere? Et dicitur quod non, propter rationem quæ in fine ponitur & in principio: quia furtum sui fecit.

Casum du pliciter po nit.

g *Seruum fugitiuum.*] duobus modis potest poni casus. Primo sic: In hac lege quæritur, an seruus alicuius si fugit à domino, dicatur facere furtum sui? Et respondetur quod sic. ex quo sequitur, quod non potest præscribi: cuius responsionis ratio est, ne, &c. Vel potest poni sic: Seruus meus fugit à me, & iuit ad quendam: ille ossidens eum vendidit bona fide ementi: quæritur, an emptor possit vsucapere? Et respondeo certè quod non duabus rationibus. Prima, quia fecit furtum sui. Secunda, ne fuga seruorum sit dominis damnosa. Vel pone vt in gl. quæ incipit. Sed quę dubitatio.

h *Facere.*] vt & ff. de fur. l. ancilla. Sed contra j. eod. tit. l. qui seruo. in princ. vbi dicit: quod non facit furtum qui fugam seruo persuadet. Sol. illud ideo, quia nemo ex consilio tenetur: non autem dicit fugientem non facere furtum sui. & dic quis sit fugitiuus & erro: vt ff. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus in prin. & §. erronem. quod tñ in vno dicitur, & in alio exauditur, vt ff eod. l. 1. §. pen. licèt quidam contra.

ADDITIO. Aduertas, φ solutionem illius glo. ad l. qui seruo. in ea allegat. reprehendunt communiter Doct. Nam ex consilio fraudulento obligatur quis: vt ff. de reg. iur. l. consilij. Vnde dicas secundum Doct. quod seruus fugitiuus facit furtum sui, vt hic: tamen istud non est propriè & regulare furtum: quia in furto requiritur, φ sit differentia inter contrectantem & rem contrectatam: vt l. j. ff. de furtis, sed hic est idem, ergo non est regulare furtum, & ideo præstans opem huic irregulari furto, non tenetur furti, nisi furtum regulare sequatur: vt in l. contraria.

i *Et ideo.*] Non valet hæc argumentatio: nam fallit in debitore surripiente pignus creditori, qui facit furtum rōne possessionis: & tñ est res vsucapibilis, vt ff. de vsucapio. l. sequitur. §. si rem. addo ergo hic quoddam medium, & est res furtiua: & sic valet vt Insti. de vsucapio. §. furtiuæ. nisi purgetur vitium: vt in eo. tit. §. aliqñ. Vel pōt aliter solui, φ ibi sit speciale in eo fure. & dic quod vna negatiua abundat. sic in Authē. de here. & Falci. §. inordinatum. col. j. & ff. de dam. infecto, l. fluminum. §. j. aliàs enim dæ negationis faciunt vnā affirmationē: vt ff. de verb. sign. l. duob.

k *Nec vsucapionem.*] triennij.

l *Præscriptionem.*] Sed quæ dubitatio est de longi temporis præscriptione, quæ in rebus tantum immobilibus locū habet: vt infra, in quib. cau. cess. lon. temp. præscri. l. in seruorum? Respon. sm quosdam hic loquitur de mancipijs adscriptitijs, qui sunt pars soli: vt ff. de diuer. & temporalibus præscriptioni l. 3. in quibus licet alias locum habeat longi temp. præscriptio: hic tñ cessat, quia fugitiuus est. Et si quęratur, quomodo fit furtum, cum iudicetur immobilis, & rerum immobiliū non fit furtum: vt Insti. de vsucapio. §. quod autem ad eas? Resp. ad similitudinem 5 secretæ, quæ est natura gl. sequenter immobilis, licet separata efficiat mobilis: vt ff. de fur. l. si cretæ. Item si quæratur, si emi adscriptitium tuum bona fide à non dño: qñ præscribam, cū non poss. Vt j. de agric. & cēs. l. quemadmodum. l. 11. ergo nec vsucapi: vt ff. de verb. signifi. l. alienationis? Respon. illa l. quemadmodum. loquitur quando dñs vēdidit, & quasi manifesta erat ibi fraus domini: quia partum terræ dabatur, & oēs adscriptitij vendebantur. sed in nostro casu non sic, quia præscribetur, habito titulo & bona fide ementis & vendentis. Sed prædicta positio non placet: 6 quia eadem remanet qō. de vsucapionibus, cum facias loqui de immobili, scilicet adscriptitio Dic ergo casum, 7 φ loquitur de præscriptione viginti annorum, quæ aliàs datur bona fide moranti in libertate, quam hic non habuit: & ideo non præscribit libertatem: vt infra, de præscrip. lon. tempo. quę pro liberta. l. j. & 2. & quod de vsucapione dicit, dic si ab alio possideatur titulo & bona fide. & sic sunt duo casus. Vel dic: 8 quod nec tempore quo mobilia, nec quo immobilia præscribuntur. sic infra, si aduersus creditorem l. j. Vel 9 potest dici, quod Imperator non habuit respectum ad tantam subtilitatem, sed cum responderet de vno scilicet vsucapione, incidit in aliud, scilicet in præscriptionem: vt & alias ff. ad legem Falc. l. j. §. sed operis. 10 & familiæ ercisc. l. 2. §. si quarta. sicut sæpe contingit cum aliquis petit a me decem, & respondeo nec decem, nec quinque dabo tibi: vel nec decem, nec aliud. & ponitur in seruo, vt in re mobili. Item quæ ritur cum seruus fugitiuus à domino possideatur, nisi diu moretur in libertate, vel ab alio possideatur: vt ff. de acquir. poss. l. j. §. per seruum. & l. rem quæ nob. is. & l. per eum. §. fin. qualiter domino eius potest fieri furtum? Respondetur 11 hic possidetur à domino animo, non corpore: vt ff. de acquir. poss. l. 3. §. si seruus & hic detentionem non habet. Vel hic si vsufr. possidebat, sed non detinebat, quia fugitiuus possidetur animo solo, si enim possideretur animo & corpore, non fieret furtum: vt ff. de acquirenda possessione, l. rem quę nobis. & ad hoc Institu. de obliga. quæ ex delicto. §. placuit 12 Item quomodo fit domino furtum, vt ff. de furt. l. interdum 2. §. cum autem quæ est contra vbi dicit, quod quandiu res surrepta domino per seruum, est penes seruum, non mutatur eius conditio? Rñ. 13 illa loquitur in peculiaribus aliud autem in dominicis, vt hic: in quibus fit furtum, etiā si penes seruum consistant, ipse enim non dicitur esse in suo peculio: sed dicitur res dñica ipsemet, vt ff. de pec. l. deposui. §. Stichus. & de pec. leg. Stichus habet in fi. Sed quare secus in dominicis Respondetur, 14 quia in peculiaribus videtur quandam licentiam contrectandi & damnificandi dominum, vt ff. de pecu. l. si seruus §. etiam. sed in dominicis non: vt in fi. huius legis. Inde est, quod res peculiaris ab alio surrepta, si redeat in ptātem serui, purgatur vitium non sic de dominica: vt ff. de vsucap. l. sequitur §. Labeo & prædi. l. interdum. §. si res. Item quid valet fieri furtum in dominicis per seruum, cum non pōt agi furti: vt instit. de obl. quæ ex delic. §. hi? Rñ. p p vsucapionē, vt hic & ibi dicit. Itē nū quid triginta annis pscribetur seruus fugitiuus? Vide-

5 Hucusque Bar. B. & Sal.

* sui. 7. Fe log. 6. Vi. de Cuiac. l. 17. obseru. 10.

6 Et benè Bart. Sal. & Ias.

7 Placet B. & Pa. licet Bal. Fulg. & Sal. tenent φ. Etiā si per alium nō fuit apprehēsus. Pa.

8 Ista est bona. Ba. & Sal.

9 Oēs sunt bonæ, dempta prima quæ est falsa, sm Bart. Sal. & Ias.

10 Versic. est sub §.

11 Idē B. Bal. Sal. & Ias. quāuis displiceat Paul.

12 Versic. est sub §. furtum.

13 Ista pla cet B. B. P. & Sal.

14 Idē Sal. & est de mēte Bar. Bal. & Pa.

TITVLVS PRIMVS.

Fuga seruum afficit, vt vsucapi, vel præscribi non possit. h. d. Bald.

Impp. Diocl. & Maximianus AA. Aemiliæ.

LEX PRIMA.

Seruū fugitiuū g sui h furtum facere, h & i ideo non habere locum nec k vsucapionem, nec longi temporis præscriptionem, l manifestū

Videtur ꝙ sic ut de præscrip 30. annorum. l. sicut. & l. omnes econtra ꝙ non, cum retineatur possessio, in eodem tit. l. male. ex tunc ergo ex quo desinam possidere, præscribebetur triginta ann. Accur.

1 Id. Bar. & vide Ia. hic.

ADDITIO. Tu dic ꝙ glo. inepte loquitur secundum Pa. & Ias. quo ad materiam l. nostræ. notanda tamen est ad hoc, ꝙ præscriptio sine possessione ciuili non currit. Ias.

a *Ne seruorum fuga.*] idest effectus fugæ, quæ est vsucapio vel præscriptio.

b *Ex quacumque causa.*] hoc quod dicit ex quacumque causa potest se referre ex parte subiecti & ex parte prædicati. ex parte prædicati, s. ne fuga seruorum sit dānosa dño, ex quacūque causa pone, s. vsucapionis aut præscriptionis. Sed ex parte subiecti, s. ita ne fuga seruorum ex quacumque causa, ex pone, scilicet leui aut iniusta. secus si magna vel iusta: 2 vt ff. de ijs, qui sunt sui vel alie. iur. l. 2. & Institu. de ijs, qui sunt sui vel alie. iur. §. vlti. tunc enim bene præiudicaret domino, vt ibi dicitur.

2 Glo. sequūt Bar. & Sal.

c *Fiat damnosa.*] quo[ad] lucrum. ad vsucapionem.

1† Ad bar.

R *Equirendi.*] CASVS. Si seruus meus in domum alicuius potentis se receperit, in quam ad requirēdum eum Intrare nō audeo. Præses faciet eum requiri.

d *Officij est.*] vt & ff. eo. l. Diuus. alioquin & magistratus 3 in 100. solidos: & ꝗ non patitur apud se inquiri in totidem punitur, vt ff. eod. l. 1. §. hoc autem. & eadem pœna imponitur suscipiēti alienum seruum, & non reddenti infra viginti dies, vt ea. l. j. §. & omnes istas pœnas dicas applicari fisco, cum mulctæ appellentur. vt ī. de nō mulctan. l. mulctarum. est & alia quæ datur actori, vt ī. eo. l. quicunque. Et dic: Officij est, idest ad eius officium pertinet.

3 Istā glo. vsq; ad fi. sequuntur Pa. & Sal.

4 No. 134. §. quarto.

est: ne seruorū fuga a dominis suis ex quacumque causa b fiat c damnosa. Scri. Idi. Decē. Maximo 2. & Aquilino Coss. 286.

Officio iudicis conceditur dominis potestas persequendi seruos proprios fugitiuos, in domibus alienis. h. d. Bal. concordat Salic.

Idem AA & CC. Pōpeiano.

LEX II.

REquirēdi fugitiuos potestatem fieri dominis, præsidialis offi ij est d Dat. Cal. Maij. Cæsarib. Coss.

Serui ad barbaros fugientes, in actu fugæ deprehensi, grauiter pro motu iudicis puniuntur, mutilatione scilicet pedis, aut pœna metalli, vel simili. h. d. Bald. & Sal.

Imp Cōstātin. A. ad Probū.

LEX III.

SI fugitiui serui deprehēdantur e 1 † ad barbaros f transeuntes: aut pede amputato g debilitentur, aut metallo h dentur, aut qualibet alia i pœna afficiantur. Sine die, & Consule.

IN AVTH. vt nulli iudicum. §. quia verò nos oportet. collat. 9. constit 9.

Hodie loco pedis succedit manus abscissio: pro furto verò, sola fustiū castigatio: pro latrocinio, furca. Salic.

* SEd nouo iure si criminis qualitas mēbri abscissionē exigat, k vna sola l

h *Metallo.*] quæ sit hæc pœna, & operis metalli, & ministerij metallorum, habes ff. de pœn. l. aut damnum §. inter eos & §. quisquis & §. in ministerium. & Instit. quib. mod. ius pote. sol. §. pœnæ.

i *Alia pœna.*] scilicet simili, s vel extraordinaria, vt ff. de pœn. hodie. sed 5 in hoc quod dicit pedem amputari, cor. rigitur per auth. sed nouo iure. quæ hic ponitur.

5† Not. ꝙ dictio. alius. alia. aliud est implicatiua similiū. Bal. Ang. Pa. & Sal.

manus abscindetur: sed pro furto nec morietur, nec aliqđ membrum abscindetur, sed aliter castigabitur. m

¶ Fures n autem vocantur q occultè & sine armis huiusmodi delinqunt. Qui autem violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut sine armis: in domibus, aut in itineribus, aut in mari: pœnis legalibus subijciantur.

In ista lege plura bona dicam, & hoc intendit: Suscipientes seruū fugitiuū scienter, pro singulo seruo & vice qualibet puniuntur: tamē de delicto tutoris, vel curatoris ipse punitur, & non dominus. & qui non potest soluere in ære, luit in corpore. erranti parcitur. et si à domino cœpit malitia, punitur, seruo priuabitur, & veritas eruetur per serui fugitiui torturam. h. d. Bal. vel sic: Dolosè fugitiuū occultans, ad eum cum pari vel viginti solidis tenetur. & pœna reiteratur. augetur delictum reiteranti & tutori, non minori: suscipiens verò sine dolo, non tenetur. sed dolosè mittens, seruo torto et confiscato puniatur. h. d. Salic.

Imp. Constantin. A. ad 2 † Valerianum.

LEX IIII.

QVicumque fugitiuū seruum in domum, vel in agrū inscio domino eius su-

K *Sed nouo iure.*

S *Exigat.*] quod euenit i quattuor casib. 6 Vnus est hic in l. si fugitiui. Secūdus in exactorib. tributorum, si non faciunt apocam de susceptis, idest scripturam, in qua scribuntur ea quæ suscipiūt exactores debitorū, vt in Auth. de mand. Princi. §. coges. coll. 3. Tertius est in nouellis de quibusdam hæreticis 7 &c. Et vt quartus in Lombarda, quæ dicit manum incidendam rebellioni, si fecerit falsum instrumentum, vt in Lombarda de eo qui fecit falsum tit. l. 1. in casu etiam ex lege Cornel. supplicium patitur fugitiuus, non solum ratione fugæ, sed cum adiūcto, vt ff. ad Syllan. l. 3. §. de his. 8 & l. lege Cornelia. in fi. 1. responsi.

6 Istā gl. sequuntur Bal. & Sa. & vide alios duos casus per Sal. hic.

7 Pro parua hæresi, aliàs dēt comburi. fm Ange.

8 Versi. est sub §. vtrum.

l *Vna sola manus.*] 9 Sed quæ? Respon. illa in qua minus potest, vt ff. de pœ. l. interpretatione. licet alij contra.

9 Idē Ba. Bald. Pa. & Sal.

ADDITIO. Opinionem huius gl. tenet Bart. hic. & etiā Pa. de cast. subdens, quod si quis habet manū aridam, quod illa sit amputanda: quod deformitas ēt in hoc facit pœnam. & ita determinauit Ioan. And. in c. pœnis de reg. iur. lib. 6. in Mercurialibus. & Ang. hic, q pro hoc allegat bonum tex. in l. 3. §. a arb. fur. cæsa.

2 † Valētinianum.

m *Castigabitur.*] s. fustibus, nisi sit publicus latro, 10 qui scilicet consueuit furari, 11 qui debet furcis suspendi: vt ff. de pœn. l. capitalium. §. famosos. & hic subijcit statim.

10 Singulis, gl. fm Ang. in §. ex maleficijs. 2. col. Institu. de actio.

11 Talis non dī famosus latro, sed famosus fur. B. B. P. Angel. & Sal.

ADDITIO. Et nisi furtum sit enorme, licet vnicum. à quo Cer. s. sentē. §. furtum. qu. 16. à quo dissensit Rolan. à Val. consil. 91.

n *Fures.*] quidam non habent hic plus: sic tamen est in cor. vnde hæc sumitur: vt in Auth. vt nulli iudi. §. quia verò nos oportet. collat. 9.

S *I fugitiui.*] CASVS. Si seruus meus fugit ad hostes, & in itinere deprehensus est: quā pœnam subire debeat, quæritur? Dicitur ꝙ amputandus est pes: aut detur metallo: aut alia pœna affici debet.

e *Deprehendantur.*] in itinere secus si ad hostes 4 iam peruenerint, & sic fuerit delictum consummatum: quia tunc vltimo supplicio puniuntur, vt ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. j. quæ est contra. si tamen non petatur puniri, domino iure postliminij redditur, vt ff. de captiuis & postli. reuer. l. postliminium. §. transfugæ.

4 Id. Bar. Bal. & Sa.

f *Ad barbaros.*] idest, hostes populi Romani, vt supra, de com. mer. & mer. l. 2.

g *Amputato.*] & sic punitur in eo, in quo deliquit.

Q *Vicumque.*] CASVS. Si inscio me, seruū meū in agro tuo vel in domo tua recepisti, qualiter puniendus sis, quæritur? Respon. ꝙ eundem reddes cum æque bono, vel viginti soli. Si autē secundo vel tertio eum receperis, cum ipso duos vel tres, aut dictam summam pro vnoquoq; dabis: & istud locum hēt, si in domo pupilli receptus fuerit, scilicet.

scilicet quod tutor eadem pœna feriatur. si soluendo non fueris, supplebis in pœna, quæ non est in pecunia, si autem seruus constitutus penes te propter mercedem se dixerit ingenuum, missus forte à me vt prædictam pecuniam extorqueret, cũ nihil dolo fecisti, excusaberis. Torquebitur autem seruus, vt appareat an ipsum miserim, quòd si appareat, perdam non solum petitionem pœnæ, sed etiam seruum.

scepit, [a] eum cum alio pari vel viginti [b] solidis reddat. vi vero secundo vel [c] tertio eum susceperit, præter * ipsum duos vel tres alios, vel prædictam æstimationẽ pro vnoquoq; seruo domino repræsentet: In minorum [d] persona tutoribus, vel curatoribus pœna simili imminente.

¶ Quod si ad prædictam pœnam soluendam is, qui susceperit, minimè sufficiat, * æstimatione competẽtis iudicis castigatio [e] in eum procedat.

¶ Quòd si seruus fugitiuus ingenuum se esse mentitus, sub mercede [f] apud aliquem fuerit, nihil is qui eum habuit, poterit incusari. [g]

¶ Sanè mancipium torqueri oportet, [k] vt manifestetur, vtrum propter lucrũ capiendũ callide à domino ad domum vel ad agrum eius qui eum suscepit immissus sit, an non.

¶ Quòd si maligne factum est, ex serui interrogatione [i] patuerit, seruo [k] et suo eum, qui hoc fecerit, priuari oportet, & ad fiscũ pertinere mãcipium. Dat. Cal. Iul. Galicano, & Basso Coss. 317.

Officialis in suo officio negligens, condemnatur, nec potest absolutorium rescriptum impetrare, nec ista absolutio dat iudici regressum contra partem, cui fauit iniustè. h.d. Bal. vel sic. Qui solicitauit ad fugam ciuitatis mancipiũ tenetur cum eo alterum restituere & 12. solid. quod obtinet in libertis artificis solicitatis & negligens officialis ad duo similia mancipia tenetur, h.d. Sal.

Idem A. ad Ianuarium.

LEX V.

Mancipia [l] diuersis artibus prædita, quæ ad Rempublicam pertinent, in iisdem ciuitatibus placet permanere, [m] ita, vt quis tale mãcipium solicitauerit, [n] vel auocandum [o] crediderit, cum seruo altero solicitatum restituat, [p] duodecim solidorum summa inferenda Reipublicæ illius ciuitatis, cuius mancipium abduxerit.

¶ Libertis quoque artificibus si solicitati fuerint, [†] cum eadem forma [q] ciuitati reddendis, ita vt pro fugitiuo seruo, si solicitudine defensoris

a *Susceptr.* s. dolo malo, volens dominum fraudare seruo, vt patet, ff. de ser. cor. l. 1. §. quod autem, & l. 1. §. doli. Speciale est tamen in colonis Illyricanis, vt si qs eos recipit ignorans, nihilominus teneatur in quadruplum præter operas, & damnũ quòd locis q̃ deseruerant factum est, vt infra de colo. Illyr. l. 1. lib. 11. & hoc forte habet locum quando putabat colonum alienum, sed nesciebat cuius esset. si autem credidit ingenuum, nullam patietur pœnam, vt inf. e. l. quod si seruus.

b *Vel viginti solidis*. talem solidũ 1 accipe, qui valeat vnũ aureũ, vt ff. de in ius vo. l. fi. & Institu. de pœte. li. §. fin. & 72. tales aurei faciunt vnam libram auri, vt infra de suscep. & ar. l. quoties, li. 10. Sed cuius est electio, si detur alius par, vel solidi viginti? Respõ. debentis: 2 vt ff. de iure do. l. plerumque in fi. Item qua actione hoc petitur? Respon. vel condictione ex hac lege, 3 ut ff. de condict. ex lege. l. 1. uel actione serui corrupti, 4 ut ff. de seruo corru. l. 1. in princip. Item no. quod non h̃r rõ quantum ualuerit seruus. nam semper, vel uiginti solidos cum eo, licet multo plus ualuerit, reddet uel aliũ parem, sic & infra de condi. inter. l. fi. sed alias contra inf. de cõi ser. ma. l. 1. in fi. 5 Item no. quod hæc pœna danda actori nõ remittitur, etiam si ille peniteat, & uelit restituere intra uiginti dies. Sed ista quæ datur fisco in suscipientem remittitur, si intra uiginti dies peniteat. ut ff. eod. l. 1. §. 1. & est ratio, quia mitius cum lege, 6 quam cum eius ministro agitur, ut ff. de arb. l. Celsus. & in Auth. de iudic. §. oportet, coll. 6 Item no. quod etiam leg. Fla. de pla. potest accusari iste, ut infra, ad leg. Fla. l. si quis.

c *Vel tertio*. non ita si quarto secundum M. sup. de modo mul. l. fin. Vel dicas aliud in mulcta 7 de qua ibi dicitur, aliud in pœna quæ certa imponitur à lege, ut hic, arg. ad hæc sol. ut ff. de priua deli. l. nunquam. Item no. hic ex iteratione delicti augeri 8 pœnam, ut sup de Epis. aud. l. 3. in fi.

d *Minorum*. s. cum tutores uel curatores in domibus uel agris minorum fugitiuum susceperint. sic 9 patiantur fabricari falsam monetam in prædio pupilli, ut inf. de falsa moneta, l. 1. in fi. & inf. unde ui. l. meminerit.

e *Castigatio*. s. corporalis 10 quod est generale, 10 ut ff. de iurisd. omn. iud. l. si quis id, §. in seruos, & de in ius voc. l. fi. & inf. de sepul. uiola. l. fi. & ff. de pœ. l. 1. §. generaliter.

f *Mercede*. maxime, sed hoc ideo dicit, quia tunc magis est credibile quod ignoret.

g *Incusari*. cum non sciuit eum fugitiuum nam credit dicenti se ingenuum.

h *Oportet* ad petitionem conuenti ad seruum & ad pœnã.

i *Interrogatione* No. duo mirabilia. Primũ quòd seruus torquetur contra dñm, quòd est 9 ius cõe, vt inf. de qõ. l. 1. & l. seruos. & s de testib. l. seruos. q̃ sunt 9. sed hic speciale, vel non dẽt interrogari, vt ibi, nisi pro facto suo, 11 vt hic. & inf. de qõ. l. 1. interrogati, & intell. lige si indicia præcedant, 12 nam à qõne nõ est incipiendũ, vt ff. de qõ. l. 1. in princ. 2m quòd credit ei, 13 cũ præcedentib. indicijs ut hic, & ff. de ædil. edic. l. qro. § fi. & in. fra eo. cum seruum.

k *Seruo etiam suo*. q. d. non solũ pœnã petere non poterit, sed seruo, &c. & intellige cũ maligni(ta)s cœperit à dño, 14 secus aũt si cœpisti à possess. re, ut inf. ti. 1. si quis seruo quæ est contra. Et qa pro fugitiuis receptis variæ inueniunt pœnæ, iõ dic 15. quòd si seruum priuati recepit qs, reddit cum alio pari, uel uiginti solidis, ut hac l. si autem fisci occultat, & ipsum, & 12. libras argenti reddet, & vt inf. eo. si quis. si Imperatoris, tunc ipsum & libram auri, ut inf. de fug. col. l. 1. li. 11. si ciuitatis, & ipsum cũ pari, & 12. solid. reddat. & idem in liberto ciuitatis, ut sup. l. proxi. Si autem est liber, & artifex ciuitati adstrictus, tunc obtinet quòd dr inf. e. l. fin. Si vero sit seruꝰ Illyricanus, tenet in quadruplũ, pter opas & dãnũ, ut inf. de colo Illyri. l. 1. li. 11. Si Tracensis, duas libras auri, ut infra de colo. Tracen. l. 1. eo. li. Si autem sunt tributarij uel inquilini alicuius priuati, tum ipsum dño & aliũ æque bonũ, & 1. lib. argenti fisco pstat, ut inf. de agric. & cẽsi. l. seruos, in fi. li. 11. Itẽ si Gynecliarius, punit in 5 lib. auri Itẽ qui textrinã recepit, in trib. lib. auri, ut inf. de murileg. l. 5. & 6. lib. 11.

Mancipia. CASVS. Si mancipium ciuitatis alicuius (nõ intelligas Romanæ, ut sit 9, inf. e. l. si qs seruũ) auocandũ crediderit, cũ altero sero, & 12 soli. ciuitati restituet si libertũ, eadẽ pœna l. 12. sol. &c. cũ alteri libertus præstari nõ possit, cũ sit liber, & si defensor ciuitatis nõ reuocet, duos reddat, nec rescriptũ ut liberetur a pena impetratũ ualeat, nec retentionem illius mancipij sibi uendicet, quod ipsum cõparauerunt soluendo duos & hoc subicit uenditioni, &c.

l *Mancipia* publicæ ciuitates alicuius, puta Bonon. sic etiã poni. ut ff. de public. l. sed & hi. §. præterea, nec. n. loquitur de Roma ciuita. qa ibi alia pena imponit, ut inf. e. l. pe. quòd est 9.

m *Permanere*. in quibus, s. sunt constituta à Rectoribus.

n *Solicitauerit*. ut alio uadat.

o *Auocandum*. i. ut ad se uadat, & itellige in utroq; casu cũ effectu. i. cũ iuit. alias frustra diceret restituat, sed & si non iret, teneret tñ sui corrupti, ut ff. de ser. cor. l. 1. §. psuadere

p *Restituat*. forte, & si erat furtum manifestum, ut hic sit speciale, ut supra, de paganis, l. Christianis.

q *Cum eadem forma*. i. cum pœna 12. solid. libertus, n. alius cum sit liber, pstari non põt. sm Azo. Vel dic cũ necessita-

Marginal notes:

* Hac dictio Præter inclusiue ponitur. P.

* Sufficiat. Iste tex. solet allegari ad hoc, quòd qui non habet in ære, luat in corpore.

1 Qui solidus legalis hodie non est in usu, Sal.

2 Sequitur eum Ba. B. Ang. & S.

3 Ista placet B. & S.

4 Nihil est. Sal.

5 Ibi fit æstimatio quo ad aliud. B.

6 Idẽ & cũ fisco. Sal.

7 Sequitur eam Sal. & Pau.

8 Melius diceret iterati secundũ P.

9 Vt. Ias. in §. pœnales. Inst. de ac.

10 Conc. c. fiñ circa fi. cũ gl. extra, de do. lo & contu.

11 Sequitur eam Sal. & Pau.

12 Et bene Sal.

13 Nota quòd creditur vnico testi de facto proprio deponenti, contra ea quæ attib. a ... inducijs, Pau.

14 Sequitur eum P. Sal. & Corn.

15 Nota distinctionẽ quam sequuntur hic Bal. Ang. Sa. Paul. & Corn.

† In eadẽ fortuna ciuitati.

tis: vt est hic, & alium pstari ficut & aliis, vt ff. de fun. do. l. 1. aliter autem in liberto solicitato priuato, quia in sola reddictione operarum tenetur cum eo, vt inf. de ope. lib. fi.

a *Exigatur*. sed nonne puniatur pœna centum solid. vt ff. eo. l. 1. §. hoc aūt? Rñ. nō, q̄a loqtur ibi de priuati seruo, hic ciuitatis. Vel melius hic loqtur de defensore illi⁹ ciuitatis, cuius mancipia sunt abducta, ibi de eo i cuius ciuitatē sunt abducta. Itē no. hic negligētē administratorē puniri, vt sup. de of. Præfe. præt. Orię tis, l. si quos. & de adm. tut. l. pupillorū repelli et pōt ab administratione, ut ī. de procur. l. eum qui & prædi. l. si quos.

Admini-ſtrator negligens punitur.

* Valituris, Vi. cu ia. 17. obſer. 10.

b *Principali*. i. Principis, quo pœna sibi remittatur.

c *Nec vēditione*. qua liris æstimationē pstiterit, pœnā soluē do, & iō iure venditionis sibi cōpetere retētionē asserebat, ut ar. ff. ꝓ emptore, l. 2. in fi. & l. 3. q̄ remouet, licet olim obtinuerat. Vel dic, q̄ solicitata ei de cætero vendi non pōt. & hæc locū hēt si expo nas eius s. defensoris. Si vero dicas eius. i. serui. est sensus, ut ipse seruus in sui pœnā amodo vēdi ñ possit.

a† Voce.

2† disceptationi, in oībus.

CVm seruum. CASVS. Si seruū meū fugitiuū requirā, & uendicāti. i. pęnā mihi repetēti, te quasi dñm obiecisti vel eū ut prouocares ī libertate induxisti, torqueat seruus, ut sic veritas appareat, nec solū mihi & tibi ꝓderit, & sic intelligę diuisiuę, quòd nō solū, q̄a similiter utrique proderit, uerum & coercebuntur, à fuga alij serui, cū sciāt se esse torquendos.

3† detinere.

d *Repetit*. rei vendicatione. 1

a† Imò cōdictione ex l. quicūque Pau.

e *Statuit*. ut sup. eo. l. quicunque.

f *Opponit*. dicens, q̄ si suus, vel non sit petentis.

non fuerit requisitus, & reuocatus, idem defensor duo vicaria mancipia exigatur:[a] nec beneficio principali,[b] nec vēditione[c] in eius persona iam de cætero valituris.* Da. 16. Cal. Mart. Constantino. A. 5. & Licino Cęs. Coss. 319.

Si petenti seruum fugitiuū cum pœna, quæstio dominii refertur, per torturā serui illico aperta veritate lis dirimitur hoc dicit, Bal. concor. Sal.

Idem A. ad Tyberianum Comitem Hispaniarum.

LEX VI.

CVm seruū quispiā repetit[d] fugitiuū, & alius eū tandæ legis gratia, quæ i occultates mācipia certā pœnā statuit,[e] proprietatē opponit[f] vel in[1] † vocē libertatis eū aīauerit,[g] illico nequissimus[h] verbero[i] super quo ambigitur, tormentis subijciatur; vt aperta veritate,[2] † disceptationis terminus[k] fiat. quòd non solū vtrisq; iurgantib. proderit,[l] sed et seruorum aios à fuga poterit[3] † deterrere. D. 15. Cal. Septemb. Pacatiano, & Hilariano Coss. 332.

Qui occultat seruū̄ fisci, pena huius legis tenetur. Bald. vel sic: Occultās seruum fisci tenetur, ad illum & ad duodecim libras agenti, h. d. Sal.

Imppp. Valēs. Valēt. & Gra. AAA. ad Felicē Cōsularem.

LEX VII.

SI quis seruum fiscalem[m] putauerit occultandum, non solum eum restituere, sed etiam duodecim[n] libras argenti pœnæ nomine fisci iuribus dependere compellatur. Dat. 2. Id. Apri. Gratiano 2. & Probo Coss. 371.

Si seruus publicis operibus deputatus connubium contrahit cum ancilla, ipse, uxor & liberi in publicum retrahuntur, hoc dicit, Sal.

Imppp. Valen. Theod. & Arcad. AAA. Albino præfecto vrbi Romæ.

LEX VIII.

SI qui publicorum seruorum[o] fabricis, seu alijs[4] † operibus[5] † publicis deputati, tanquam propriæ conditionis immemores, domibus se alienis, & priuatarum adiunxerint, tam ipsi, quam vxores[r] eorum & liberi confestim conditioni pristinæ[s] laborique restituantur.[t] Da. 8. Calend. August. Timasio, & Promoto Coss. 389.

TITVLVS II.

De furtis, & seruo corrupto.

Allegās contraria agēdo, non auditur, h. d. & ista lex semper ad hoc allegatur, Bal. Vel sic: Actor vnam ex pluribus actionibus sibi contrariis necessario eligit, nec postea variat, sed electione sibi præiudicat, h. d. Sal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA Theogeni.

LEX PRIMA.

SI pecunia tua mandantibus seruis[u] tuis, quidam prædia cōparauerunt,[x] eligere debes, vtrum furti actionē

m *Seruum fiscalem*. s. Rom. ciuit. vel ipsius Imperij, aliter ī pri̅monialı seruo Imperatoris statuēdū est, & in seruo primati alicui⁹ & ī alijs multis seruis, vt plene dixi ī. e. l. q cūq; ifi.

n *Duodecim libr. argenti*. sic ergo pōt excedere quadruplū, & fu⁹ vilis erat, & sic est ꝯ. Inst. de act. §. oēs. Sol. pena ñ excedit quadrupū, qñ inuenit imposita ꝓ noia respectiua, vt duplū triplū, & c. vt ibi, sed qñ certa imponitur, pōt excedere quadruplū, ut hic

Pena an possit excedere quadruplum.

SI qui. CASVS. Si seru⁹ publicus puta faber in domū alicuius se receperit, & cōubernio ancillæ dñi domus, sciente dño, se ꝯiunxerit, tā ipse vxor ei⁹ & filij pristinæ seruituti restituantur. Viuia.

o *Seruorum*. impropriè d̄r seruorū, nā liberi erāt. sed seruire tenebant. de seruis aut talib. publicis dixit ī. e. mācipia. Ac.

4† operis.
5† Deest in omnibus.

p *Ancillarum*. sciētib. dñis ancillarum non aliter, s̄m Io. vt ar. ī. de bonis lib. l. 2. & ī. de ifan. exp. l. 1.

q *Consortijs*. nec. n. cū ancillijs est matrimoniū, sed ꝯtuberniū vt sup. de inces. nup. l. cum ancillis.

r *Vxores*. impropriè dicit vxores. Vel dic q̄ illæ fuerant liberę factæ. Accur.

s *Pristina*. idest primæ.

t *Restituantur*. proprie ponit ꝓut refert ad mares, sed ꝓut ad fœminas & filios, impropriè. sic & alijs verbū semel positū ponitur ꝓpriè & īpropriè, vt ff. si cer. pet. l. certi ꝯdō. ī pri. Et no. hic q̄ fili⁹ patris seqt ꝯdōnem, & sic est ꝯtra. ī. de rei vē. l. partū. Solu. hic spāle i odiū dñi ancillæ. Vel dic, q̄ i hoc seqr matre, nā & mater sequitur virum.

Verbū idē pōt ꝓpriè & impropriè poni.

DE FVRTIS, &c. Spāliter de furtis. hoium dixit, nūc gñraliter de furtis cuiuslibet rei vel sic, 2 Quia corrūpūtur serui ut fugiant, & occasione fugæ committitur furtum, ideo de hoc ponitur rubr.

2 Vtraque continuatio iungenda, Sal.

g *Animauerit*. i. induxerit eum vt diceret se liberum.

h *Nequissimus*. scilicet seruus. (nomen.

i *Verbero*. i. verberib. dignus. Vel dic q̄ verbero sit ꝓpriū

k *Terminus fiat*. vt sup. de rei vend. l. cum super, & inf. de libe. cau. l. ea quæ, & sup. eo. l. quicunque.

l *Proderit*. ad præsumptionem. Azo. vel ad probationem, vt hic dicitur terminus. &c.

ADDITIO. Tu dic s̄m P. de Cast. hic, quod si torqueñ de consensu utriusque partis, trahi(eorū dictū ad plenā probonē. si vero ad instantiā alterius tm̄ partis, tunc quo ad illam facit plenā probationem, quo ad alterā vero psumptionem.

SI quis. Casus. Si seruū fisci qs occultauerit qua pęna deat puniri, q̄rit? Et dr̄, q̄ dictū̄ sui cū 12. lib. arg. restituet.

SI pecunia. CASVS. Si mandato seruorū tuorū ex pecunia tua quis prædiū uel rem aliquam sciens nolete te ꝯ ō parauit, an cū eo furti, & cōdi. furti & mādati quasi ex ꝯtu serui tui, tibi acquisita sit actio, conuenire possis, q̄rit? Rñ. q̄ electionem habes, vel mandati, vel furti, sed simul non, q̄a agendo mandati cōprobas factū serui tui, agendo furti nō approbas, & ita esset tibi ꝓius, quod esse non debet.

u *Seruis*. s. tuis. ADDITIO. Intellige de seruis non habentibus alienandi potestatem, secundum Ange.

x *Comparauerunt*. scientes te nolle, ut supra, quod cum eo. [illegible]

a *Condictionem.*] furtiuam.
b *Criminis.*] scilicet furti.
c *Persequaris. &c.*] sic fit & aliis, vt ff. ad legem Aquil. l. sed & si is.
d *Bonæ fidei contractum.*] s. mandati, qui est bonæ fidei, vt Instit. de act. §. actionum. Sed certè imò videtur concurrere causa criminis cum causa bonæ fidei, vt ff. pro socio. l. rei cõmunis. & l. seq. & s. depositi. l. 3. & ff. cõ mod. si seruus. 1 & ff. manda. l. si mandauero. 2. 4. si tibi. quæ sunt cõtra. Solu. hic esset sibi contrarius, si mãdati & furti ageret. nam agendo mãdati, approbat factum serui: agendo furti, reprobat. Vnde quasi sibi contrarius repellitur, quod est no. vt ff. de condit. & demonst. l. Titiæ. & ff. de nino. l. si filius emancipatus. & ff. quãdo appel. sit. l. 2. §. sed si alius. & de petit. hæredit. l. si testamentum falsum. & sup. si seruus extero. l. j. & de codicil. l. fin. & supra de pact. inter empt. l. cõmissoriæ. & ff. de lega. 2. l. cum filius. §. varijs. & ff. de tribu. quod in hæredem. §. eligere. In legibus 2. autem contrarijs agendo pro socio & furti, vel locati & furti, vel commodati & furti, vel mandati & furti, vel depositi & furti, qui sunt casus contrariarum legum, non est sibi cõtrarius: cum vtroq; agatur ad improbandum factum aduersarij. Et vt clarius videas, dic quod hic ex alterius facto, ibi ex suo. 3 vnde hic contingit hæc cõtrarietas: ibi non est eã ratio, nec & rem & pretium consequatur: vt ff. de fur. l. si is cui. cui est cõtraria d. l. rei communis. Sed ibi solui. Quandoque tñ cõtrarias proponens actiones, auditur: vt ff. quorum lega. l. j. §. quod autem. 4 Sed quare illud fit, plene dixi ff. de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere. Alij respondent illi l. si mandauero. 2. §. si tibi. ff. manda. quod ibi natiuitas vt nascatur mandati & furti permittitur: sed nõ exercitiũ, 5 vt hic innuit.

* Aequitas cõcordat cũ hac l. c. solicitudinẽ. i si. extra, de appell. Vide Cuiac. 7. obser. Bar. 11.
1 Contrarium isti l. est separatũ ab alijs legib. Ba. Pau. Alc. & Ias.
Cõtraria allegãs nõ est audiendus. sic & de iure canonico, pro factum cõtrarium quis renunciat iuri suo: vt in ca. 1. cum gl. 1. extra, de cle. cõiug.
2 Hãc solutionem quoad omnes leges excepta l. si seruus. seq. Bart. P. Sal. Fulgo. & Ias.
3 Displicet Bart. Sal. & Ias.
4 Ibi erat dubium pp factũ aduersarij. Bart. Sal. & Ias.
5 Istã solutionem quo ad l. si seruus. seq. Bart. P. Salic. & Ias. licet displiceat Bald.

& condictionem, [a] an mandari potius inferre debeas. neq; .n. æquitas * patitur: vt & criminis [b] cãm persequaris, [c] & bonæ fidei [d] cõtractũ impleri postules. Dat. 11. Calen. Maij, Seuero, & Albino Coss. 195.

Qui emit rẽ furtiuam, tenetur eam restituere: nec põt eam pro pretio retinere. Et solitus à furibus emere, suspectus habetur. Bal. & contractus super rebus furtiuis plu ries frequentatus, habetur suspectus. Salic.

Ijdẽ AAA. negotiatoribus.

LEX II.

INciuilem [e] rem desideratis, [f] vt agnitas [g] res furtiuas [h] nõ prius reddatis, q̃ pretiũ fuerit solutũ à dominis. [i] ¶ Curate igitur cautius [k] negotiari, ne non tantũ in damna huiusmodi, sed etiam in criminis suspicionem incidatis. [l] PP. Cal. Decemb. Chilone, & Libone Coss. 205.

INciuilem.] CASVS. Si rem mihi surreptam penes te reperio: nec restituere vis, nisi restituto pretio tibi, quia dicis te emisse: & hoc probare possis: an sis audiendus, quæritur? Respon. quod non: quia inciuile est, quod petis. Ad talium ergo rerum emptionem facile non debes accedere, cũ prauam suspicionem incurrere possis, & damnificari in restitutione rei pretio non restituto.
e *Inciuilem.*] & contra ius vt hic, & inf. de euic. l. super empti. & s. de rei vend. l. si mancipium, & ideo non auditur: vt s. de preci. Imp. offer. l. nec damnosa.
f *Desideratis.*] vos emptores.
g *Agnitas.*] idest habitas.
h *Furtiuas.*] & idem dicas, si non sunt furtiuæ per prædictas leges.
i *A dominis.*] sed quid si erat bonæ fidei possessor is cui furtum factum erat: an habeat contra possidentem aliquod auxilium? Videtur quod sic: vt infra, de agric. & censi. l. si coloni. lib. 11.
ADDITIO. Videas de hoc Abbatem in c. si diligenti. extra, de præscrip. in ver. nunquid autem antiquiori possessori. Vbi tenet, quod antiquior possessor potest contra secundum possessorem etiam bona fide possidentem, implorare officium iudicis: vel agere condictione ex l. si coloni. allega. in hac glo.
K *Cautius.*] non est participatio positiui: vt ff. de neg. gest. l. hæres.

Per destinationem dedicationis non trãsit res in tẽplũ, nec tẽplo quæritur actio h. d. Iac. But. secundũ Bald.

Imp. Antoninus A. secũdo.

LEX III.

SI nondum rem tẽplo diuino dedicatam [m] vitricus tuus furto abstulit: habes [n] aduersus eum furti actionem. PP. 6. Id. Septemb. Læto 2. & Cereali Coss. 216

Pro seruo solicitato agitur serui corrupti: pro subtracto furti. & vtraq; ciuilis potest per procuratorẽ exerceri. h. d. Iac. But. secundũ Bald. Vel sic: Solicitãs tãtũ seruũ actione serui corrupti: solicitatum verò occultans, etiam furti potest conueniri. h. d. Sal.

Imp. Alexand. A. Aurelio Herodi.

LEX IIII.

ADuersus eum duntaxat, [o] quem seruũ tuũ solicitasse dicis, si eum deterioris animi fecit, [p] serui corrupti [q] agere potes. [r]

l *Incidatis.*] vel propter frequentem negotiationem talium rerum: vel pp crimina talia sæpe commissa: non autem ob hoc, quod res furtiua apud ipsum reperitur. Alij dicũt vt P. alio cũ fiori suspectum, quod nisi ostẽdat vẽditorem: furti cõueniatur: nisi sit grauis & honesta persona, sed prima verior est.
ADDITIO. Barto. hic dicit inspiciendum sed, quãto pretio emerint, & vtrũ emerint clam aut palam, & sic existis indicijs dolus perpenditur, vt l. dolum. supra, de dolo.
ADDITIO. Pretiũ vero recipit, si quis rem alienam a latronibus emerit. l. 6. ff. de capti. Quia dominus nulla alia actione suum consequi à latronibus potuisset. Ad hæc emptori pretium restitui volunt, si emptor tempore venditionis protestatus fuerit, se rem domino restituturam, Cœpolla caut. 10. à quo Natta dissentit consil. 436. quem sequitur Alc. præsump. 29. Gothof.

Emens rẽ à fure an præsumatur particeps fraudis.

SI nondum.] CASVS. Si rem templo dedicare proposuisti, nec dedicasti, & eam vitricus tuus surripiat, an tibi furti teneatur, quæritur? Respon. quod sic; Ratio dubitationis fuit, quia videbatur, quod ecclesia agere deberet secus tñ est.
m *Dedicatam.*] destinaueras tamen in animo, & voueras, nec ad actum processeras dedicandi: tunc enim esset dedicata, vt ff. de libe. & post. l. seruos. & ff. de pollicita. l. 2. in prin. & §. fi. & non fieret furtum, sed fieret sacrilegium, si de facto auferatur: ista enim duo interuenire oportet, vt ff. ad legem Iul. peculatus. l. Diuus. & de pœnis. l. aut facta. §. locus. licet Decretistæ dicant vnum sufficere, vt 17. qu. 4. c. quisquis. In vltima autem voluntate, si quis præcepit rẽ dedicari, hæres tenetur, & sic forte exit res de bonis hæredis propter testamenti authoritatem, vt d. l. de pollicit. l. 2. & de libe. cau. l. seruos. & ff. de fur. l. a Titio.
n *Habes.*] tu qui dominus es: non templum. & hæc erat dubitatio.

ADuersus.] CASVS. Si seruum meum vt deterior fieret, solicitasti, aut per te nõ stetit quo minus deterior fieret, teneberis serui corrupti, si occultasti, furti. nec solum per me, sed per procuratorem agere possum, quod intellige ciuiliter. Tres leges seq. satis claræ sunt.
o *Duntaxat.*] q. d. non aduersus hæredem: nec enim potest vt ff. de ser. corru. l. hæc actio. Vel coniunge hoc aduerbiũ duntaxat, cum illo verbo, solicitasse, q. d. solicitauit, non etiam occultauit vel contrectauit.
p *Fecit.*] idem si non fecit. & per eũ non remansit, quin corrumperet eum: vt j. eod. l. si quis. vel ibi speciale.
q *Serui corrupti.*] in qua actione venit serui corrupti æstimatio in duplum: & æstimatio etiam rerum secum ablatarum: vt ff. de ser. corru. l. si qs. in fin. & l. in hoc iudicio
r *Potes.*] tu dñs serui et furti. q. d. non solum serui corrup.

Serui corrupti actione quid contineatur.

a *Per procuratorem.*] ciuiliter agens, quod est regulare: vt ibi per me, vel per procuratorem ago: vt ff. de iniur. l. sed & si vnius. §. idem Iulianus. non criminaliter potest agi per procuratorem: vt ¡. ad le. Corn. de fal. l. de fide. & ff. de publi. iud. l. pe. §. ad crimen. Sed nunquid vna illarum per alteram tollitur? Respon. non, cum ex diuersis causis dentur: vt ff. de priua. delic. l. nunquam. §. penult. Accursius.

1 † eo.

b C *Iuile.*] Implorabam officiũ iudicis vt diceret vẽditorem. Ciuile, q.d. vrbanum est & elegans. Sed an potest cogi per officium vel per actionem? Rñdetur nequaquã: vt sup. de per heredit. l. cogi. nã nemo cogitur indicare furem: vt ff. de furt. l. q. vas. §. qui furem. & licite accipitur merces propter indicium: vt ff. d' prescrip. verb. l. solet. & de cond. ob turp. causam. l. idẽ. §. si. quod non esset, si quis indicare teneretur: vt ff. de condi. ob. turp. causam. l. 1. §. fin. & l. 2. & fi. Sed arg. cõtra in Decre. eod. tit. l. qui cum fure. & quotidie faciũt Episcopi: quia excõmunicant etiã scientes furtũ factũ esse, nisi manifestauerint veritatem. Sed nonne ad minus tanquã testis in iudicio debet furem quilibet indicare, cum compellatur testificari contra furem: vt ff. de tabu. exhi. l. locum. §. hoc interdictũ. & ff. de testi. l. 1. ? Resp. illud fit, quia iam mihi furti agenti erat notũ: sed iudicio tantũ volebam fieri notum: vt argum. ff. de vsur. l. si quis solutioni. §. pen.

Furem indicare nemo tenetur.

2 † boni viri opinionem.

Epi excõicare põt scientes furtum, nisi indicauerint.

3 † Pythagoro.

4 † a domino.

¶ Qđ si solicitatũ occultaueris: ẽt furti 1 † cũ eodẽ agere potes. quas actiones ẽt per procuratorẽ [a] exercere minimè prohiberis. PP. Idib. Septẽb. Alex. A Coss. 223.

Possessor rei furtiuæ auctorẽ suũ ex vrbanitate tenetur in iudicio nominare, si vult euitare suspicionem, quę à bono viro debet esse remota. h.d. Bald. & Salic.

Idem A. Cornelio.

LEX V.

CIuile [b] est, qđ à te aduersarius tuus exigit, vt rei, q̃ apud te fuisse [c] fateris, exhibeas vẽditorẽ. [d] nã à trãseũte & ignoto te emisse, dicere nõ cõuenit, volẽti euitare alienã bono viro [e] suspicionẽ. 2 † PP. 3. Calen. Maij, Maximo 2. & Aeliano Cos. 224

Vẽdẽs vel donans seruum alienũ, domino non præiudicat: & si contrectat, furtum facit. Bal. vel sic: Contrahẽs in re aliena non præiudicat domino ignoranti. si tamen contrectat, tenetur furti. Sal.

Idem A. 3 † Pythidoro.

LEX VI.

ALienũ seruũ sine volũtate dñi, qui sciens vẽdiderit, [f] seu donauerit, [g] vel alio modo alienauerit: nihil 4 † domino deminuere potest. Et si contractet, vel apud se detinuerit: etiã furtum facit. [h] PP. Calẽ. Maij, Iuliano 2. & Crispino Cos.

Qui pecuniam, quam ad alium perferendam accepit, in vsus suos conuertit, furti tenetur. h.d. Bald. & Salic.

Idem A. Dato, al. Datæ.

LEX VII.

SI is, cui te pecuniã ad matrẽ tuã perferẽdã dedisse proponis, parua q̃titate numerata [i] reliq̃ in vsus suos cõuertit, furtũ fecit. [k] * PP. Idi. Iũ. Mode. & Probo Cos.

Si publicanus prætextu officii aliqd aufert dolo malo tenetur furti: et efficitur res furtiua, et nõ põt vsucapi. h.d. Bal. Vel sic: Tributorũ exactor sciẽs nihil deberi, aliqd exportãs, tenetur furti: exportatũq; furtiuũ efficitur, nec vsucapitur, sed à domino vindicatur. h.d. Salic.

Idem A. 5 † Valentino.

LEX VIII.

ETiam furti actione 1 6 † & condictione tributorũ exactor * tenetur, [m] si te nõ cessante in tributoria exactione, sciens quòd nihil debetur, ancillam tui iuris abduxit, aut vendidit; quæ res facit, vt nec emptor vsucapere possit.

vt supra, de probatio. l. siue possideris. & ff. de reg. iur. l. id quod nostrum. Sed præsumitur aliquali præsumptione esse rem furtiuam ex qualitate rei & personæ: vt ff. de quæst. l. de vnnore. §. pen. & de re milita. l. non omnes. §. à barbaris. & de offi. Presid. l. Diuus.

1 Ibi ẽt materia gl. & latè dixi in lectura mea Parisiensi Topicorum.

d *Venditorem.*] sic & aliàs qs purgat suã innocentiam: vt inf. ad leg. Corne. de fal. l. maiorem.

e *Bono viro.*] idest, suspicionem, quæ est aliena à bono viro.

f A *Lienum venderit.*] q, & sine contrectatione esse potest: vt si rem apud emptorem constitutam ei vendam: & tunc non est furtum: vt in fine huius legis innuit.

Venditio aliqñ sine cõtrectatione fit.

g *Donauerit.*] qa species lucri est: vt ff. e. l. si pignore. §. j. Azo.

h *Furtum facit.*] vt ¡. eod. l. si seruum. & ¡. de vsucap. pro emptore. l. 1. & §. sciens. & pro donato. l. 2. Et no. q, qui detinet, facit furtum. quod intellige si detinet mouendo vel includendo, quod est contrectatio, alioquin non esset furtum: vt ff. ad exhib. l. thesaurus. & ff. eod. l. si quis vxori. §. neque verbo. & l. inficiẽdo. Item iste plagium committit: vt ¡. ad legem Flau. de plag. l. si quis.

* additio. si rẽ certo loco d' bui sti, & tabellari rẽ in itinere cõsumpsit tibi perit, arg. l. 2. ff. de eo qđ cer. lo. Aliàs secus, si idoneo hoĩ aut publico tabellario & dicti pferẽdã. l. rõ. ff. cõmod. Goth.

i S *Iu Numerata.*] scilicet matri.

5 † Valẽtio

6 † Abest à Dua.

k *Furtum fecit.*] hic distingue, an fuerit missus à matre, vt tunc agat condictione furtiua: vt puta si bi quæsito dominio. Item actione furti: qa eius interest. ego quoque furti agam, si mea interest. an à me, vt tunc mihi cõdictio furtiua & actio furti detur: matri quoque, quia eius interest, det. actio furti: vt ff. de acquir. rer. do. l. pe. in prin. & ff. eod. l. eum qui. §. si epistola. & de don. inter virum & vxorem. sed interim. §. antepe. & l. si sponsus. in prin. Item actio negotiorũ gestorũ datur matri vt inde neg. gest. si pupilli. §. si qs pecuniam. Itẽ mihi daẽ actio mandati: vt ff. mãd. si verò nõ remunerãdi. §. dedi.

* No. hic sm. Doc. q, verũ maleficiũ ab officio nõ velatur secus in præsumpto: qa velatur à publico officio: hoc est facit, vt nõ præsumatur.

ADDITIO. Tu concludas post Bart. hic, & Abb. in c. qui cum fure. extra, de furtis. q, furtum quis indicare debet. & sic videtur propriè velle tex. in d. c. qui cum fure. nihil .n. dicit de fure, sed de furto: sed iudex ex officio implorato, vel dum procedit per inquisitionem generalem, potest quem compellere ad indicandum furem, argum. l. 2. & l. congruit. ff. de offi. Prætidis. Rectè ergo possunt Episcopi (vt dicit idem Abbas vbi supra) admonere & excommunicare non indicantes furem vel furtum: quia superiores tenentur omnibus modis purgare prouinciam malis hominibus: vnde ex hac causa põt compellere quem ad manifestandum. Non obst. prædictis si dicatur, quod ad instãtiam partis quis tenetur perhibere testimonium c̃ furem. arg. l. nullum, C. de test. ergo tenetus indicare. Nam aliud est perhibere testimonium, aliud est indicare sine testimonio. Nam cum quis testificatur, iam fur. erat detectus per accusationem: secus aũt, qñ fur est omnino occultus: quia tunc ad instantiam partis, quis non tenetur indicare furẽ.

c *Fuisse.*] non quod præsumatur hodie esse apud te: quia aliquãdo possedisti, cum habeat plurimum facti possessio: & ab inuito vel ignorãte põt discedere. secus in dominio:

E *Tiam.*] CASVS. Si nomine tributorum sciens me nihil debere, ancillam meam abduxisti & vendidisti: non solum teneberis furti, sed nec emptor vsucapiet: & contra quemlibet possidentem competit mihi vendicatio.

l *Etiam furti actione.*] non solum actione in factum ex tit. de publicanis in duplum tenetur: vt ff. de publi. l. j. §. quod quidem edictum.

m *Tenetur.*] imo vĩ q, non: vt ĩ. ex qb. cau. infa. irro. l. 2. quæ est ¡. Sol. hic sciẽs: ibi nõ. Vel hic sua authoritate accepit, ibi cõpellit ad uolendũ. Vel verius ibi fuit cõdẽnatus actione ĩ factũ in duplũ ex edicto de publicanis, q̃ nõ infamat: nec vĩ ob hoc furti cõdẽnatus, vt ibi dicit, nõ autem negat eũ posse cõueniri furti. Ista sol. placet Dy. Itẽ ¡. ff. vi. bo. rap. l. 2. §. si publicanus. vbi dicit eũ nõ teneri vi bo. rapt. Sol. ibi bona fi. accepit credẽs adhuc aliqd dẽri: hic malæ fidei.

a *Ipsius.* scilicet ancillæ.

SVbtracto CASVS. Seruum meum mihi surripuisti & rapuisti, nec obtulisti: & decessit: an interitu libereris, quæritur? Resp. quòd non, sed pœnæ legitimæ subiacebis nec obstat, ff. de obl. si ex legati, quia speciale est in fure, quod interitu speciei non liberetur, cum semper intelligatur esse in mora.

b *Hoc.* s. mancipium

c *Oblatum.* à fure domino. Nam oblatio rei furtiuæ purgat vitiū, idest moram. & intellige secuta peremptione, cum per dominum stat quominus accipiat. Item si stipuletur à fure nouandi animo etiam re non præsente, vel etiam re præsente, & non nouandi animo, ff. de solu. l. qui decem, §. idem, & ff. de condi. fur. l. parui, & ibi no. & concipitur stipulatio hoc modo, promittis quòd ex causa condictionis debes? non autem, valet, si seruum ipsum nominatim stipulet dari mihi, vt ff. de ver. ob. l. scire debemus, §. si.

d *Redundabit.* s. vt & sup. qd met. cau. l. 1. & ff. de vi & vi arma. l. merito, & l. 1. §. rectissimè, & sup. de cōdictio. fur. l. ante oblationem. & ff. de fur. l. in furti actione, § 1. & intellige de vi. ablatiua, secus in compulsiua, vbi tenetur de interitu ante sententiam, sed post non intra quadrimestre tēpus, postea vero sic, ut ff. quod metus cau. l. si cum ex. §. quod si homo.

e *Legitima.* ciuili & criminali extraordinaria, vt ff. de priua. deli. l. si.

1 † quāuis rebus.

2 † Et sic nullus casus excusat latronē. con cor. gl. sup verbo, restitutus. in c. olim uobis, circa mediū gl. extra, de resti. spol. ² hic malè Græci uidentur legisse, Fuga pro Plagio ut osten dit Cuiac. 7. ad African. folio, 117.

3 † Prospexerit.

piat, vindicatione tibi ipsius[a] cōpetat. PP. 10. Cal. Martij, Pompeiano & Peligno Cos.

Res furtiua, vel vi possessæ periculum ad furē & violentum pertinet, nisi moram offerendo purgauerit. h. d. Ba. concordat Sal.

Impp. Diocle. & Maximia. AA. Aedisio.

LEX IX.

SVbtracto furto, vel vi abrepto mancipio,[1] † quamuis hoc[b] rebus humanis non oblatum[c] fuerit exemptum, tam ad raptorē, quam ad furem periculum redundabit,[d] & vterque eorum pœna legitima coercebitur. S. 7. Calen. Febr. Sirmij.

Res furtiua non potest vsucapi, & successori debet restitui. h. d. Bal. vel sic: Subtracta, vel plagio exportata, non vsucapiuntur vt vitiosa: sed domino & eius hæredi debēt restitui, h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Valerio.

LEX X.

SI abducta mancipia furto, vel *plagio,[f] venundata Præses prouinciæ[3] † perspexerit, cum nec ab emptore propter cohęrens vitium antequam ad dominum possessio reuertatur,[g] hęc vsucapi[3] † possint, & te ei cuius fuerint successisse[h] repeterit, restitui tibi prouidebit. Sine die & Consule.

Quod post aditam hæreditatem & possessionem apprehensam nouerca abstulit, in furti actionē venit, h. d. Bal. sic: Vxor quondam defuncti subtrahens hæreditate adita, & possessione apprehēsa, furti manifesti tenetur ad quadruplum, nec manifesti ad duplum. Sal.

Ijdem AA. & CC. Demostheni.

LEX XI.

DE ijs, quæ subtraxisse nouercam pupilli[i] tuis precibus significas, Rectorē adi prouinciæ, qui si eā[k] posteaquam dominus[l] rerum, is,[m] pro quo supplicas factus est, aliquid furatam[n] cognouerit, non ignorat[o] [4] † in quadruplū manifesti, nec manifesti vero dupli actione furti constituta, condemnationē[5] † formare. D. 7. Cal. Septēb. Viminalij. CC. Coss.

Partus ancillæ furtiuæ editus penes furem, est furtiuus, & non potest vsucapi: & pro eo competit condictio furtiua

po. ac. in princ. videlicet ex contrectatione, quæ fuit facta prius id vita defuncti, & non ex ea, quæ postea cum eadem sit persona censenda, vt in Auth. de restitu. à mo. præsti. §. 1. colla. 5. & ipsi defuncto ex prima & non ex assidua contrectatione dabatur actio furti, vt ff. de furt. l. ei qui, ergo, & idem in hærede dicendum est aut est singularis, & tunc ex sequenti contrectatione, non ex prima agitur, ut quia sit legat arius. vel similis, vt ff. eo. l. si dominium, & le. si is qui rem, §. 1. Sed quomodo aget furti, qui nunquam possedit? Resp. non mireris, quia hoc propter factum furis contingit, condictio verò furtiua domino soli competit, vt dictis, legibus continetur. Item nota, φ supradicta locum habeat quando bona adhuc dominium habebat secus si iacente hæreditate fiat furtum quia iacente hæreditate non potest fieri furtum, nisi in tribus casibus, puta pro re hæreditaria depo sita siue commodata subtracta, vel obligata, vel in qua vsusfructus alienus fit ff. de vsucap. l. si homo, & ff. eo. l. hæreditariæ, & l. seq.

DE ijs. CASVS. Si instituto filio inpubere hærede testator decessit, & post apprehensa bona à pupillo, nouerca eius aliqua subtraxit, an eam furti conuenire possit, quæritur? Respon. quod sic, & furti manifesti, si fuerit manifestū, vel non manifesti, si fuit non manifestū, nec obstat inf. eod. l. quamuis, quia post bona habuit ibi, hic ante.

i *Pupilli.* ex hæreditate ad pupillum deuoluta.

k *Si eam.* scilicet nouercam.

l *Dominus.* & possessor subaudi, vt ff. de crim. expil. hæredi. l. 2. & de vsucap. l. si homo, prius enim quam sit hæres possessor, non dicitur fieri furtum, vt dictis legibus, & ff. eodem. l. hæreditariæ, & ff. de crim. expil. hæredi. l. finali. Vel hic dominus, id est possessor. nam dominium pro possessione quandoque accipitur, & econuerso, vt supra, de rei vendicat. l. quoties, & ff. de verborum significatione, l. inter duo ratione autem prius facti furti non tenetur tam famosa actione, ut infra, de crim. expil. hæred. l. aduersus. Et sic tribus temporibus potest surripere, in vita uiri. Item post mortem ante apprehensa bona, & istis casibus non conuenitur actione famosa, vt infra eodem, l. quamuis, quæ est contra. Aut post apprehensa bona, & tunc furti, vt hic. Sed quid si prius surripuit, & post apprehentionem contrectat? Respondetur tenetur furti. nam nascitur actio ex vltima contrectatione, si non ex prima fuit nata, vt in seruo, vt supra, de noxa. l. 1.

m *Is.* scilicet pupillus.

n *Furatam.* scilicet nouercam.

o *Non ignorat.* scilicet Præses prouinciæ.

3 † Decē possint.

Iacēte hæreditate, furtum fieri nō pōt, nisi in tribus casib.

4 † sic in osbus Duaē quadruplū furti manifesti.

5 † formari.

SI abducta CASVS. Si seruum meum mihi surripuisti, vel abductum emisti, vsucapere non potuisti, nisi purgato vitio in potestatem meam reuertatur, si ergo decessi, vt hæredi meo restituas, Præses prouidebit.

f *Plagio.* Plagium committit, qui sciens liberum hominem vel seruum alienum emit, vel vendit, vel alias celat, vt domi num seruo suo proprio priuet. & hoc habeat ex consuetudine, vt ff. ad leg. Flam. de pla. l. pe. in prin.

g *Reuertatur.* s. verè vel interpretatiue verè vtputa, si res in potestatem dñi scientis fuerit reuersa, ita vt ab eo auelli non possit, vt ff. de vsucap. l. sequitur, §. tunc in potestate, & infra de vsuca. pro emptore, l. si partem. Interpretatiuè sic, vt si litis æstimationem pro ea dominus accepit, vel alij fuerit tradita voluntate eius, vel fur à domino emit, vt ff. de vsucap. l. sequitur, § sed & si vendicauero, & l. si fur. t. resp. Item quod dicit ad dominum, idem dic, & si in qua si domini potestate peruenerit, vt tutoris. vt ff. de fur. l. inter dum 2. §. qui tutelam. Item si est res peculiaris, sufficit si in potestatem serui redierit, vt ff. de vsucapio. l. sequitur, §. Labeo.

h *Successisse.* de successore sic dicas, quia aut vniuersalis est, & tunc datur ei actio furti, vt Instit. de perpet. & tem-

Plagiū qs cōmittat.

Furti actio an & vnde cōpetat successori eius cui furtum factū est.

ANcilla. CASVS. Si ancillam prægnantem mihi furripuisti, & apud te repetit, nomine partus, & furti, & cōdictione fur. mihi teneberis, & à quolibet possidente poteris vendicare, nec vsucapietur, nisi demum purgato vitio. sed an actio furti per condic. vel econtra tollatur? Respon. quod non, quia ex una pœnam, &c. nec solum furti tu mihi teneris, sed emptor sciēs partum esse in causa furtiua, vel qui rem alienam emit quamcunque.

a *Nequeunt*. immo, vt inf. de vsucapio. pro empto l. si matrem quæ est contra. Sol. ibi apud bonæ fidei emptorem conceptus fuit & editus: hic editus tantum, scilicet apud furem.

b *Horum*. s. partuum non solum matris.

c *Altera*. s. actio furti. Et nota alterum alterū. al. de trib. dici. sic supra qū de trib. de hære. l. quicūque. & ff. sed tu Item nota, q nō tollit persecutoria pœnalem, nec econtra, sed vna persecutoria per aliam sic, vt hic. & ff. de condict. qd furti. l. si pro fure §. actio furti 1. & ff. de fur. l. si pignore, §. i. Item pœnalis cōdictionalis, per pœnalem, furtiua, & in id, in quod concurrunt, vt ff. vi bon. rapto l. j.

d *Alterius*. scilicet actionis.

e *Quæstio*. s. dubitabilis, quia est casus legis, ut supra eodem l. si pignore, §. cum.

f *Cum etiam*. bene dico fures alienorum mancipiorum teneri, cum etiam &c. Et

* Quæstio distingue hic, quod partus ancillæ furtiuæ quādoque est furtiuus, & eius nomine competit actio furti, vt si conceperit ancilla, & peperit apud furem vel saltem peperit, vt hic, in princip. l. & ff. de fur. l. qui vas, §. si ancilla, in princ. §. aut concepit apud furem, & peperit apud bonæ fidei possessorem, & tunc est furtiuus, sed eius nomine non datur actio furti, & idem in uacca, vt ea. l. §. si ancilla, nec obst. ff. de vsucap. l. si aliena, in si ne ubi dicit posse vsucapi partum editum apud bonæ fidei possessorem, quia corrigitur per dictum §. si ancilla. Vel loquitur quando non apud furem, sed apud hæredem concepit, & peperit penes bonæ fidei possessorem, aut concepit, & peperit penes bonæ fidei possessorem, tunc non est furtiuus, nec eius nomine datur actio furti, ut infra, pro empt. l. si matrem. Et si quæras an possit vsucapi partus à bonæ fidei possessore furtiuæ ancillæ, uel non, attende sciuerit bonæ fidei possessor matrem alienam antequam conciperet, & tunc non usucaperet, vt ff. de vsucap. sequitur. §. de illo, & §. sed & si ut seruum, & §. si antequam, an postquam concepit, & tunc si sciat simpliciter alienam non furtiuam, non impeditur usucapio, ut ff. de usucap. l. iusto §. & si possessionis. Si uero antequam pariat, sciat furti am, impeditur vsucapio. Sed si postquam peperit, sciat furtiuam, interpellatur usucapio, nisi denunciauerit domino se habere ancillam & partum eius si potest, aliàs si non potest denunciare, & excusatur, & procedit usucapio, ut ff. pro suo, l. si ancillam. Et no. hic quod superueniens scientia in partu, impedit usucapionem, & est rō, quia in eo non habetur titulus, vt ff. de leg. a. l. si ꝑ ex Pamph. licet habeatur in matre. aliàs §. vt inf. de vsuca. trāsfor. l. 1. §. hoc proculdubio.

g *Comparauerint*. à fure.

2† ignorauerunt.

& rei vindicatio, & furti actio, & persecutoria non tollitur per pœnalem, nec econtra: & dicitur etiam fur, qui à fure scienter mercatur. h. d. Ba. concor. Sal.

Ijdem AA. & CC. Quintæ

LEX XII.

ANcillæ subtractæ partus apud furem editi, prius quam à domino possideatur, vsucapi nequeunt,[a] matris furem eorū[b] causa furti actione teneri conuenit. quapropter furti actione, & cōdictione, vel aduersus possidentem[1]† rei vindicatione, de mancipijs vti non prohiberis: cum altera[c] pœnam continens, alterius[d] electione minimo tolli possit. Nam extra pœnam, rei persecutionem esse, nulla iuris quæstio[e] est: * cum etiam[f] ij, qui aliena mācipia comparauerint,[g] si hāc causam non[2]† ignorent, furti actione teneantur. Dat. Idib. Octob. Sirmij, CC. Coss.

Transactio non partis perceptio impedit petitionem residui h. d. Bal. concor. Sa.

Ijdem AA. & CC. Domno.

LEX XIII.

POst decisionem[h] furti[i] leges agi prohibent. Quod si non transegisti, sed de sublatis partem tantum accepisti,[k] 3† residuum vindicare, vel condicere, & actione furti apud Præsidem[4]† prouinciæ, agere potes. Datum Calend. Decemb. Sirmij CC. Coss.

Recipiens incustodiam res furtiuas, furti tenetur, hoc dicit Ba. vel sic: Receptator furtorum tenetur furti. Sal.

Ijdem AA. & CC. Dionysio.

LEX XIIII.

EOs quia seruo[l] furtim[5]† ablata scientes susceperint, non tantum de susceptis conuenire, sed etiam pœnali furti actione potes. Dat. 8. Calendas Ianuar. Sirmij, CC. Coss.

Actio pœnalis nō transit contra successores, secus rei persecutoria, h. d. Bal. concordat, Sal.

Ijdem AA. & CC. Socratæ.

LEX XV.

FVrti actione minimè teneri successores,[m] ignorare non debueras. De instrumentis autem ablatis in rem[n] actione tenentes conuenire potes. Dat. 5. Calend. Ianua. Sirmij, CC. Coss.

POst. CASVS. Furtum mihi fecisti, & transegisti, nec soluisti quod cōuenit te dare, nunquid habeo regressum ad actionē furti? Responde, quod non. si autem mihi plura surripuisti, nūquid pro residuis agam furti? Respond. quod sic & condict. furti. ꝑ rei vendit. possidentem.

h *Post decisionem*. i. transactionem super furto factam.

i *Furti* furti nomen potest determinare verbum, decisionem, uel verbum, agi. Sed si est transactum super furti actione, nūquid condictio tollitur? Respon. non, vt ff. de condi. fur. l. si pro fure, §. furti. secus si interuenerit se fu. tum non fecisse, quia uidetur de toto iurasse, ut ff. de iureiur. l. si duo, §. idem Iulianus, & facit ff. de pact. l. si tibi decem, §. 1.

k *Partem accepisti*. quod nomine transactionis fieri non potuit, cum transactio sit de re dubia: vt ff. de transact. l. 1. Item non fit, nisi aliquo dato vel retēto, quod hic non est, ut supra de transact. l. transactio. & facit infra de donatio. l. si donationis, & supra, de condic. ob turpem causam, cum qui. & infra de solutio. lege interest.

3† residuū.

4† Deest in omnibus.

5† oblatæ

EOs. CASVS. Si seruus mihi surripuit aliquid, & alicui scienti tradidit, quæritur qualiter mihi teneatur? Dicitur quod ipse tenebitur mihi non solum de susceptis, sed etiam actione furti.

l *Eos, qui à seruo*. idem si à filio, vel vxore, uel ab alio quæ seruiat, cum eadem sit ratio, ut hic, & infra, ad leg. Flauiam de plagia. l. si quis, & supra, quod cum eo. l. si liberam, in fine & ff. commod. l. si seruus, & de seruo corrupto. l. Neratius §. fi. & ff. ad leg. Iuliam. pecul. l. sacrilegij, §. fi. Sed ipsi serui vel filij furti non teneantur, ut ff. eo. l. serui & filij. & Insti. de obligatio. quæ ex delic. §. hi. & supra, de noxa. l. 1. & ff. de iudic. l. lis nulla.

FVrti. CASVS. Si Titius surripuit rem meam, qua actione agam aduersus hæredes ipsius Titij, quæritur? & respondetur quod rei uendicatione.

m *Successores*. vt Instit. de perpet. & tem. act. §. 1. nisi in id, quod ad eos peruenit secundum quosdam quod nihil est, quia nec ad id tenetur ex persona defuncti, sed ex sua, sed condictione furtiua tenentur etiam ex persona defuncti, quod patet, quia ea tenētur etiam si nihil ad eos peruenit, ut Inst. de ol. l. hæc ex delicto nas. §. fi.

n *In rem*. & furti ex sua contrectatione, & quid in eam veniat, dicetur, ff. l. qui tabulas, & l. quidam tabulam.

a *Si seruum. Venundedit.*] & tradidit: vel accipere passus fuerit vel apud emptorem esse reliquerit, vel præsentem existentem vendidit vt ff. eo. l. falsur. §. sed & si ijs qui alias non esset furtum, cum sola uenditione non contrectetur, vt ff. eo. l. si quis vxori. §. neque verbo.

Si pastor efficitur lupus, tenetur furti. h. d. Bald. Vel sic. Rem alienam contrectans verè, vel fictè, tenetur furti. h. d. cum glo. Sal.

Ijdem AA. & CC. Artemidoro, & alijs.

LEX XVI.

SI * seruum æstrũ nutriẽdum, qui susceperat, venundedit, a furtum commisit Dat. Cal. Octobr. Viminatij, CC. Coss.

Crimen expilatæ hæreditatis non potest contra vxorem defuncti intentari, sed rei vendicatio intentabitur. h. d. Bal. & Sal.

Ijdem AA. & CC. Cononi.

LEX XVII.

QVamuis etiam expilatæ hæreditatis [i] † criminis promiscuus [b] vsus exẽplo [c] actionis furti ream vxorem fieri non patiantur: [d] tamen hæredes itemque filij super ijs, quę de patris bonis possidet, [e] aduersus eam in rem actione experiri non prohibentur. Dat. Idus Decemb. CC, Coss.

Qui ex naufragio, vel incendio surripit, intra annum ad quadruplum, post annum tenetur ad simplum, & poterit criminaliter conueniri. b. d. Bald. & Sal.

Ijdem AA. & CC. [a] † Dionysido. LEX XVIII.

IN eum, qui ex naufragio, vel incendio cepisse, vel in his reb. damni quid dedisse dicitur, intra annum vtilẽ ei, * cui res abest, quadrupli: post annum in simplum actionem [g] proditam, [k] præter pœnam olum statutam, [i] edicti forma perpetui [k] declarat. Dat. Dat. Cal. Ianuar. Nicomediæ, CC. Coss.

Noua constitutio Friderici Imperatoris de statutis, & consuetudinibus contra ecclesiæ libertatem editis, tollendis, collatio.

Res naufragorum auferri non possunt prætextu alicuius consuetudinis, vel statuti, nisi essent res piratarum, vel hostium Christiani nominis, vel Imperii, & puniuntur transgressores. h. d. Bald. Vel sic: Hodie contra surripientem de naufragio pœna est aucta: quia publicantur bona, & omnis cõtraria consuetudo, vel statutum cassatur, nisi essent nauigia piratica, vel hæretica, vel Imperii inimica, pro quibus nulla imponitur pœna. h. d. Sal.

NAuigia quocũq; loco rũ peruenerit, si quo casu cõtingẽte rupta fuerint vel alias ad terram peruenerint, tã ipsa nauigia, q̃ nauigantiũ bona ipsis integra reseruẽtur, [l] ad quos spectabãt anteq̃ nauigia hmõi periculũ incurrissent: [m] sublata penitus omniũ locorũ consuetudine, [n] quæ huic aduersatur sanctioni, nisi talia sint nauigia, q̃ piraticã exerceãt prauitatem, siue nobis, siue Chrĩano nomini inimica. [o] ¶ Transgressores aũt huius nostrę constitutionis, bonorum suorum publicatione mulctentur, & si (res exegerit) eorum audacia iuxta mãdatum nostrum modis alijs compescatur.

Quod falso procuratori soluitur, tanquam à furi condicitur, & ad penam dupli tenetur. h. d. Bal. & Sal.

QVamuis.] CASVS. Si vxor marito vel e conuerso aliqd surripiat nõ dabitur inter eos actio furti, cum sit famosa; quia inter coniunctas personas dari non debet. si ergo mortuo marito uxor res hæreditarias subtraxit, ob apprehensa bona ab hærede: cũ iam promiscuus sit vsus rerum mariti & vxoris (quia in differẽter vtitur maritus, rebus vxoris, & econuerso) non conuenietur crimine expilatæ hæreditatis, cũ sit famosa, sed conuenitur actio. in rem pro rebus subtractis. Viuian.

b *Promiscuus.*] est enim socia diuinæ & humanæ vitæ, vt inf. de cri. expil. hæredi. l. aduersus, & ff. rerum amot. l. 1. & ff. de ritu. nuptia. l. 1. & ideo quod habet vnus, & alius, vt ff. de vsu & habi. l. cæterũ.

c *Exemplo.* qua enim ratione furti denegatur, scilicet quia est famosa, eadẽ & hæc: vt ff. de crimi. expil. hæredita. l. pe. & ff. rerum amota. l. 2. & ff. de nego. gest. l. hęres, & supra: rerum amota. l. 2. Alia autem ratio quandoq; facit cessare actionẽ furti, vbi datur crimen expila. hęred. vt quia res est hæreditaria, vt ff. de crimi. expil. hæredi. l. 2. & ff. de fur. l. hęreditarię. Accur.

d *Patiantur.*] supra, eod. de his. contra. Solu. vt ibi.

e *Possidet.*] s. vxor.

IN eum.] CASVS. Naui submersa, aliquis surripuit bona quæ ex naui ceciderunt: quæritur, qualiter teneatur? Respon. quòd intra annum tenetur in quadruplum: post annũ vero tenetur in simplum, præter aliam pœnam quæ olim statuta est, veluti furti vi bonorum raptorum, vel lege Aquilia. Viuia.

f *Cepisse.*] siue rapiat, siue recipiat, ut ff. de incen. rui. nau. fr. l. 3. §. non solum. Accur.

g *Actionem.*] in factum.

* Arg. i. stius tex. dicit Salĩ. quòd vendens rẽ alienam absẽtem, cũ tamen hẽt possessionẽ, & possidere sẽ nomine emptoris possidere committit furtum bene facit sup. e. l. alienum. in fin.

a † crimine

a † Dionysio.

* Vi. Cuiac. 2. obser. 18.

h *Proditam.*] id est datam ex edicti forma, quæ est ff. de incen. rui. nau. fr. l. 1. in prin.

i *Olim statutam.*] vt furti, vel vi bonorum raptorum, vel ex lege Aquil. & exacta vna pœna, tollitur alia, nisi in eo quòd excedit, vt ff. vi bon. rapto. l. 1. Vel penã intellige criminalem, de qua dicitur, vt ff. de incen. rui. naufra. l. Pedius, põt etiã ex l. Iul. de vi accusari, vt ff. ad legem Iul. de vi pri. l. 1. Item hodie imponitur pœna maior in naufragio, per auth. hic positam.

k *Perpetui.*] id est, generalis, quod tamen hẽt locum tunc solum qñ in ipso tempore naufragij fit, vt ff. de incen. rui. naufr. l. 1. §. fi. & l. 2. & 3. in princ. Sed hodie generalius prouidetur per authen. nauigia, quam hic lege.

NAuigia.] CASVS. Hæc authen. non corrigit l. Codicis: sed addit, dicens quòd oĩa debent nautis vel dominis rerũ restitui, si nauis periculum passa fuerit. & tollit Imperator omnẽ consuetudinem cõtrariã huic cõstitutioni. Excipit Imperator naues piratarum, vel paganorum inimicãs Christiano nomini. Vltimò imponit pęnam transgressoribus.

l *Reseruentur.*] vt ff. de incen. rui. naufra. l. penult. in princ. & inf. de naufra. l. penult. in princ. & l. 1. in princip. lib. 11. & Institu. de rerum diui. §. fin. & ff. ad leg. Rhod. de iactu. l. leuandę, in prin.

m *Incurrissent.*] nec debet addi afflictio, afflicto: vt infra, de naufr. l. in fi. li. 11. & ff. de offi. Præto. l. Diuus. Et no. quod hæc causa de repetendis huiusmodi bonis debet incipi intra annum, vt inf. de nau. l. 2. lib. 11. & perfici post inchoationẽ usque ad biennium, ut inf. de nau. l. penult. lib. 11. quod est speciale, alias vsque ad triennium, vt inf. de iud. l. properandum.

n *Consuetudine.*] hic ergo tollitur eorum opinio, qui dicebant consuetudinem circa talia præualere legi, ut diximus ff. a l legem Rhod. de iactu. l. domine Imperator alias deprecatio.

o *Inimica.*] nam cum faciant contra legem, non debent eius vti auxilio, ut ff. de minio l. auxilium, in fi.

Afflictio nõ dẽt ad afflicto.

Balsss.

Idē A.A. & CC. Nestigo. [1]

LEX XIX.

FAlsus [a] procurator depositum [b] recipiendo, vel æs alienum exigendo [c] citra [d] domini voluntatem, furtum facit, ac præter rei restitutionem actione dupli, nec manifesti furti conuenitur. [e] Sine die & Cousule.

In delictis, quæ possint trahi in exemplum, punitur factum, licet non sit perfectum. h. d: Bal: Vel sic. Punitur delictum consummatum facto, & animo delinquentis, licet secundum ueram definitionem delicti non sit perpetratum. h. d. Sal.

Imperator Iustinianus Iuliano PP.

LEX XX.

SI quis [2] † seruo alieno suaserit, vt aliquam rem domini sui surriperet, & ad se [3] † deferret, seruus autem hoc domino m nifestauerit, & domino concedente, res eius ad iniquum huiusmodi suasionis auctorem pertulerit, & ipse inuentus fuerit rē [4] † detinere, quali [f] teneatur actione is, qui [5] † rem suscepit, vtrumne pro occasione furti, an pro seruo [6] † corrupto, quia cum corrúpere voluerit: an [7] † non solum furti, [g] sed & serui corrupti is obligetur, veteres dubitauerunt. Nobis itaq; eorum altercationes decidentibus placuit non solum furti actionem, sed etiam serui corrupti cōtra eum [8] † dari. [h] licet. n. seruus minime deterior factus est, tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis serui introductum est. & quemadmodum, [*] secundum iuris regulas, [i] furtum quidem nō est commissum, quia is videtur furtum committere, qui contra domini voluntatem res eius contrectat: [k] ipse [9] † aūt furti actione propter dolum suum tenetur, ita & serui corrupti contra eum actio propter suum vitium non ab re extendatur, [l] vt sit ei pęnalis actio [10] † imposita tāquam re ipsa fuisset seruus corruptus, ne ex huiusmodi impunitate, & in alium seruum, qui facile possit corrūpi, [m] hoc facere pertentet. Dat. Cal. Aug. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss.

Pro seruo bona fide possesso conuenitur bonę fidei possessor furti noxali, dum eū possidet. h. d. vsque ad ver. fin. autem. ipso vero desinente possidere, potest agi furti contra uerum dominum. h. d. vsque ad § de eo. Vltimo dicit quod pro libero homine nō habet locum actio noxalis. h. d. Bal. & concordat. Sal.

FAlsus.] Diuiditur in duas patres. Nam primo dicit, in quod crimen labatur. Secundo, qua pœna, & quib. actionibus conueniatur Sal. CASVS. Si rem quam penes te deposui alius nomine meo mandatum non habens recipit, vel à debitore debitum meum exigit, an furti teneatur, quæritur? Respon. quod sic, & cōdi. fur.

1 † Annæ.

a *Falsus.*] qui est, sine non habuit vnq̄ mandatum, siue habuit quidem, sed reuocatum.

b *Depositum.* quo ad depositum dic, quod depositarius nō agit: sed deponens. Nam aut fuit in dolo, & tunc non debet con sēq depositarius de improbitate sua actionē, ut ff. de fur. l. itaq; fullo, aut non, tunc nō interest sua, & ideo non agit, vt Insti. de obli. quę ex delic. §. furti. & Inst. vi. bo. rap. §. fi. & ff. de fur. l. cum qui. §. is autem, alias incipit, is cuius interest, in casu tamē agit depositarius furti: vt In sti. vi. bo. rap. §. sanè.

c *Exigendo.*] hoc verbum quidam imponit necessitatem, ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si rem. idem tamen erit, & si sponte dedit.

2 † Al. seruum alienum persuaserit.

d *Citra.*] aliàs contra. sed ponitur tunc pro citra. sufficit. n. si non consentit dominus, vt ff. eo. l. qui vas. §. vetare.

4 † Deduceret.

e *Conuenitur.*] à soluente, vt ff. eo. l. falsus. §. 1. quæ actio euanescit domino habente ratam solutionem, vt ff. eod. l. si vendidero, §. fi. Titius, & ff. de condi. indeb. l. si procurator. in fin. Huic autem legi est contra sup. de condi. indeb. l. creditoris, vbi dicit dari condictionē indeb. Itē ɔ̄ ff. de cōdi. cau. da. l. si procuratori. vbi dicit dari condictionem ob cām: hæc autem dicit dari actionem furti. Distingue ergo, cū falsus procurator accipit debitum, aut nunquam habuit mandatum, aut habuit, sed fuit reuocatum. Primo casu aut debitor credidit se liberatum, & transtulit dominium pecuniæ in accipientem, quia credebat eum procuratorem in rem suam, & tunc datur condictio indebiti vt d. l. creditoris, aut tradit vt ferat domino, & ipse animo intercipiendi accipit, & tunc datur soluenti actio furti, & ɔdictio furtiua vt hic, & ff. eo. l. falsus. §. primo. a. t dedit, vt faciat eum liberam, & facit accipientis pecuniam & tunc ɔdictione ob causam, ut d. l. si procuratori. Illud ēt no. quod qui accipit, non tenetur debitori fur. i, si debitor transtulit in eā dominium pecuniæ, vt ff. de condi causa da. l. penult. & ff. eodē. l. falsus. §. primo. licet M. contra, per l. antepenul eiusdem titu. de condictio cau. data. si autem habuerit procurator mandatum, sed fuerit reuocatum, liberatur debitor ipso iure, si bonū animū habuit procurator cū accipit. alias si malum, tunc per exceptionem, ut ff. de solutio. l. cum quis. §. 1. & Insti. manda. §. rectè, creditori autem in secundo casu cōdictio furtiua creditur à debitore, sed primo datur sibi condictio ex sua persona, & furti actio, vt in d. l. dicitur, & ff. de sol. l. si quis seruo, in fi. cum enim pecuniam bono animo accepit procurator, possessionem domino quæsiuit, & per consequens dominium: & sic condictio furtiua domino datur, vt ff. de condi. fur. l. 1. Bene dico liberari debitorē ipso iure uel ope exceptionis, nam licet sit reuocatum mandatū tamen contingunt p̄dicta propter præcedens mandatum, ar. ff. pro em p. l. 2. §. si à furioso. & de reg iur. semper qui.

4 † Du. detinens.

5 † Res susceperit.

6 † Deest in omnib.

7 † Vt non in omnib.

8 † Dare rē ctius.

* Hinc colige, q vbi non cōuenit definitio nec definitum.

ADDITIO. De ista materie, an procurator falsus possit repetere depositum, & æs alienum, vide hic per Ioannē Fab. in suo Breuiario.

9 † Tametsi

SI quis.] CASVS. Si seruum solicitasti, vt aliquas res mihi surriperet, & ad te perferret: si hoc mihi significauerit, seruus, & me sciente, & uolente, res meas ad te pertulit, an furti & serui corrupti actio. mihi tenearis, quęritur? Respon. quod licet furtum non fiat nisi domino inuito. quod hic non est, item nec serui corrupti datur actio, nisi seruus fuerit corruptus, quod hic non est, cum tamen per te non stetit, teneberis furti, & serui corrupti, tanquam fuisset corruptus in veritate: ne impunitate cōcessa, talis in seruis alienis communis.

10 † Interposita.

f *Quali*] i. qua.

g *Non solum furti.*] de qua constabat ante legem istam.

h *Dari*] imo dominus debet perdere seruum, vt sup. tit. 1, l. 4. in fi. quæ est contra. Sol. vt ibi.

i *Regulas.*] quas habes hic, & ff. eod. l. inter omnes, §. recte. & de donatio. inter virum, & vxorem, de eo. in fine, & Institut. de obliga. quæ ex delictis. §. primo, & §. vnde.

k *Contrectat.*] quod hic non fecit, imo voluntate domine possidet res à seruo portatas.

l *Extendatur.*] punitur ergo affectus, & sic non sequitur effectus, vt supra, de episcopis, & clericis, l. si quis non dicam. Sed cum solum interesse veniat in hac actione, quomodo intentetur hic, cum nihil intersit, vt ff. de seruis corrup. l. si quis. §. fina. & l. preteritæ? Respon. æstimabitur hic, quod æstimaretur si uere corruptus esset esset, ut hic dicit.

Affectus sine affectu punit cōc. ca. nup. cū gl. su. ver. iuris effectus, extr. de biga.

m *Corrumpi.*] & no. quod idem dico in filio, cum eadem sit æquitas, ut sup. de iud. l. placuit. & dixi ff. de ser. corrup. l. ut tantum. §. 1.

Apud

Idem A. Iuliano PP.

LEX XXI.

APud antiquos quærebatur, si seruus, quem aliquis bona fide 1† possidebat, furtum commiserit alienarũ, rerum, vel ipsius, apud quẽ constitutus est: an 2† ipse, qui eũ bona fide 3† detinet, noxalem furti actionem aduersus verum dominum habeat, vel ipse [a] ab eo, qui furtum passus est, prædicta conueniatur actione.

¶ Cumq; generalis regula [b] ab antiqua prudentia exposita est huius [c] hominis gratia, pro quo noxalem furti actionem suscipere 4† quis compellitur, aduersus aliũ furti actionem habere nõ 5† concedens: quidam ita eam per coniecturam [d] interpretati sunt, aduersus 6† bonæ fidei quidem possessorem nullo modo furti actionem extendi: ipsi autem, si furtum fuerit passus, aduersus 7† verum dominum furti actionẽ noxalem rectè decerni. tũc [e] autem bonæ fidei possessorem [f] furti nomine, quod passus est, noxalem actionẽ contra dominum habere posse, qñ seruus 8† sub domini sui fuerit constitutus possessione: & pro ijs rebus posse eũ aduersus 9† dominum habere actionem, non solum 10† pro ijs quas seruus subtraxit iam apud eũ [g] cõstitutus, sed & quas * furatus est, qñ fugit quidem à bonæ fidei possessore, adhuc autem nõdũ sub manibus dñi sui fuerit cõstitutus. Quã interpretationem prisca quidem iura per coniecturã introducebant: nos autẽ altius, & verius ad eam respicientes, generalẽ regulã sic ab initio esse 11† prolatam accipimus.

¶ Cum igitur 12† bonę fidei possessor domini cogitatione [h] furem possidet, meritò donec apud eum constitutus est, & alijs [i] tenetur noxali actione, si extraneis furtum à seruo fuerint passi, & ipse aduersus verum dominum nõ habet actionem secũdum regulam dicentem: Qui habet aduersus * alium furti actionẽ, ipse ea teneri non potest.

¶ Si autem desinat in serui retentione, & ille apud verum dominum fuerit inuentus: tunc ipse quidem noxali furti actione minimè põt teneri: aduersus autem verum dominũ habet ipse furti noxalem actionem [k] pro rebus, quas vel tũc furatus est, cum est apud verum dominum, vel antea postquam bonæ fidei possessoris rentententionem excessit, nec dum apud verũ dominum * factus est. [l] Sic 13† iterũ regulæ 14† generali casus euenit cõsentaneus. Qui enim habet tunc furti actionem aduersus dominum, ipse alijs teneri furti actione non potest, & sic ex tempore omnibus discretis, [m] vetustissima dubitatio nostro fœdere cõquiescat, & bonæ fidei possessor in parte certa temporis habeat actionem; & non teneatur 15† actione: & ipse dominus in alio tempore non teneatur actione, & in alio [n] sub actione constituatur.

¶ De eo autem, qui liber cõstitutus ab alio bona fide tenetur, [o] si furtum commiserit, rectè, & sine aliqua dubitatione dicit, posse eum, qui liber est cognitus, & ab ipso, qui bona fide eũ detinet, pro furto conueniri: & 16† bonæ fidei possessorem, si extraneo furtum liber commiserit, non posse conueniri, sed ipsum pro suo furto respondere: [p] quia generalis regula [q] de seruo prolata est: & pro eo, qui non seruus, sed liber & suæ potestatis est, noxalẽ moueri actionẽ 17† impossibile, nostrisq; legibus incognitũ est. [r] Dat. Cal. Octob. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss.

Prætendentibus interesse ex iusta causa & probabili, competit actio furti: & re commodata subtracta, domino datur electio agendi contra furem, vel commodatarium: quorum vno scienter electo, vel à commodatario domino satisfacto, ei non competit amplius variãdi h. d. vsque ad § sed cum in secundam. Sal. Vel sicut

1† Possidebat.
2† Si ipse.
3† Possidet.
Coniectura quid.
4† Aliquis compellatur.
5† Concedentes.
6† Bona fide.
7† Veterẽ.
8† In dñi.
9† Eum. Bonæ fidei possessor tenetur noxali.
10† Desũt Dua.
* Est seru⁹ ergo ẽ fur. gl. in ver. quãto minoris, in l. Iulianus, § item qui furẽ. ff. de acti. emp. Virgi. in Buoli. Quid dñi faciẽt, an dent cũ talia fures?
11† Probatam.
12† Bona fide.

a *Apud antiquos.* Vel ipse. posse.
b *Regula.* quam habes hic, & ff. de noxa. l. antep. & de iniur. l. sed & si vnius, §. si seruus, & arg. ff. de ædi. ed. l. si quis, §. prohibetur. Sed arg. contra, ff. de exerci. l. si e... in princ. & nau. cau. sta. l. 4. §. penult.
c *Huius*] alias cuius, & hæc est regula.
d *Coniecturam.*] .i. à contrario sensu. melius diceret econtrario. Est enim coniectura, quando sensus tacitè ex litera elicitur, & non est in litera expressum, & sic est arg. quod elicitur tacitè. Regula ita dicit: eius serui nomine cuius quis tenetur noxali, eius nomine non agit conuertit per coniecturam: ergo cuius nomine agit, eius nomine non tenetur cũ ergo bo. fid. pos. agat contra dominum si sibi fiat furtum, ergo eius nomine non tenetur.
e *Tunc.*] dixi, quod habet actionem furti bonæ fidei possessor: tunc dicit quando.
f *Possessorem.*] tempore facti furti.
g *Eum*] .s. verum dominum.
h *Cogitatione.*] idest, credens se dominũ.
i *Et alijs.*] no. bonæ fidei possessorem teneri noxali: magis aiũt & si malæ fidei: vt ff. de noxa. l. bona fide, & l. non solum. Sed contra, ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum, §. serui, vbi dicit non teneri bonæ fidei possessorem noxali Aquil. Sol. speciale in l. Aquil. & ve & alia multa. Vel dic quod ibi non possidebat tunc, sicut & hic distinguitur.
k *Actionem.*] sed & ipsam possessionem serui posset condicere, si credat suum: vt C. de agri. & censi. l. si coloni. li. 11.
l *Factus est.*] sed pro eo, quod fecerit apud bo. fi. pos cõstitutus, non agit etiã postea: vt Instit. de noxa. §. omnes, & ff. eo. l. serui & filij. in prin. nisi tunc cum seruus erit penes dominum, & hæ res penes eum seruum: vt ff. de fur. l. si seruus cõmunis, post princ.
m *Omnibus discretis.* distingue tempora, & concordabis scripturã, sic & in Decr. 2. q. 3. c. si peccauerit.
n *Et in alio.*] .s. tempora.
o *Bona fide tenetur.*] tanquam seruus.
p *Respondere.*] ut ff. ad l. Aquil. liber homo, §. si liber homo, & de inter. actio. l. confessionibus in fi.
q *Regula.*] posita hac l. sup. cir. princ.
r *Incognitum est.*] vt Insti. de noxa. §. fin. Sed in eo, quod dicit possessum teneri possidenti, est C. ff. eo. l. si libertus patrono. vbi dicit, nõ agi. Sol. illud intelligendum est, cum modicæ rei fit furtum, hic cũ magnæ, arg. ff. de acqui. re. do. l. homo. liber. §. 1. & ff. de pen. l. respiciendum. §. furta. Præterea. hic loqtur de eo liberto, quem puto seruũ meum esse, & bona fide possideo: at ibi non possideo eum. quia bene scio eum esse liberũ. Sed quid si bonæ fidei possessor soluerit, nonne repetet ab ipso liberto? Resp. sic: quia ipso gestu feci suũ negotiũ: vt ff. de neg. gest. l. soluendo. & quia sæpe extra id quod agit tacita nascitur obligatio: vt & ff. commo. l. si is qui, & argu. ff. de peti. hę re. l. si quid possessor. in princ. Sed arg. cõtra, ff. commu. diui. l. in hoc iudicium. §. diuersum.

Mani-

* Aduersus. Cur id receptum fuerit, nõ constat, aut constat imperfectissime. Vi. Cuiac. 17. obser. 13. vbi ostẽdit, regularũ iuris, quas Iurisconsulti à maiorib. per manus acceperunt, rõnes neq; diligẽter, nimiũ cõquera, neque reddi bonas. Gotho.
* Dominũ. Si homines sub fideiussione facti dñr. l. 2. in fi. ff. de cust. in poss. fac. l. 2. ff. vt in poss. le. Reus sub custodia factus infra. ad Turpu. adde Cuiac. 8. obs. 38. Goth.
13† Tũtũ.
14† Generalis.
15† Alias deest.
16† Bonæ fide.
17† Impossibile est. Obligatio sæpe nascitur extra id quod agitur.

Actio furti ei cuius interest datur: & si res commodata subtrahatur, est in electione domini, vtrum agat contra furem, an cõmodatarium: & vno electo, contra alium non poterit agere, si fuerit sciens: secus si nesciens, vel dubitans, nisi sibi a commodatario fuerit satisfactum. hoc d. vsque ad §. sed cum in secundam. Et diuiditur vsq; ibi in tres partes principales: quia primo ponit regulã: secundo mouet quædã dubia, & auget dubitationes ex opinionibus veterum: tertio terminat ea. partes patent in litera. h. d. Sal.

Idem A. [1]† Ioanni PP.

LEX XXII.

Manifestissimi quidem iuris est, perpetrato furto, ei competere furti actionem, cuius interest, ne furtum committatur. [a]

¶ Sed quærebatur [b] apud antiquos legum interpretes, si quis commodauit alij rem ad se pertinentem, & ipsa subtracta est, an furti actio aduersus furẽ institui possit ab eo, qui rem, vtendã suscepit, idoneo [c] scilicet, constituto: quia & ipse commodati actione à domino pro [2]† eadem re conueniri possit? Et hoc quidem penè iam fuerat concessum, [d] vt habeat ipse actionem, nisi inopia dignoscatur laborare. tunc. n. furti actionem domino competere dicebant.

¶ Sed ea satis, [3]† increbuit dubitatio, si tẽpore, quo furtum cõmittebatur, idoneus erat is, qui rem cõmodatam acceperat, postea autem ad inopiam peruenit antequam moueat actio, quæ ei antea cõpetebat: an debeat actio, quæ semel ei acquisita est, firmiter apud eũ [4]† manere, vel ad dominũ reuerti. [5]† tũ & hoc qrebatur, an in [6]† hoc casu furti actio ambulatoria [e] fit, necne. Sed oẽm [f] talẽ tractatũ alia sequitur subdiuisio, si ex parte soluẽdo sit is, q rẽ vtendã accepit, vt possit nõ in totũ, sed particularem solutionem ei facere, an habeat furti actionem, vel non.

¶ Tales itaque ambiguitates veterum, imò magis (qđ melius dicendum est) ambages nobis decidentibus, in tanta rerum difficultate simplicior [g] sententia placuit: vt in domini sit voluntate, [h] siue commodati actionem aduersus res accipientem mouere desiderat, siue furti aduersus eum, qui rem surripuit: & alterutra earum electa, dominum non posse ex pœnitentia [i] ad alterã venire actionẽ. sed si quidem furem elegerit, illum, qui rem vtendã accepit, penitus liberari. Sin autem quasi [k] commodator venia aduersus eũ, [l] qui rem commodatam accepit, ipsi quidem [m] nullo modo cõpetere posse aduersus furem furti actionem: eum autem, qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furem quidem furti actionẽ habere, ita tamen, si dominus sciens [n] rem esse surreptam, aduersus eum, cui res commodata fuit, perueniat.

¶ Sin autẽ [7]† nesciens, & dubitans rem non esse apud eum, commodati actionem instituit, postea autẽ re cõperta, voluit remittere quidẽ commodati actionẽ, ad furti aũt peruenire: tunc licentia ei [8]† concedatur, & aduersus furẽ venire, nullo obstaculo ei opponendo, qm iam incertus constitutus mouit aduersus eũ, qui rem vtendam accepit, [o] commodati actionem: nisi [*] domino [p] ab eo [q] satisfactũ est. tunc etenim omnimodo [r] furem à domino quidem furti actione liberari,

a *Manifestissimi. Committatur.* vt Insti. de obli. quæ ex delic. §. furti, & ff. eo. l. cuius interfuit. & l. is cuius. Est autẽ hoc sic exaudiendũ, vt ei detur actio furti, cuius interest ex honesta, & probabili causa: ratione iuris idest dominij, q habet in re, vel quasi iuris, vt viusfructus: vt ff. eod. l. creditoris, §. e. aut possessionis, vt in creditore: vt l. creditoris, & ff. eo. l. itaque. §. sed & si res. nõ ex lucratiua causa, vel ratione custodię, quam debet præstare ex voluntate domini. Probabilem causam, sed non honestam habet fur. vnde non agit, nisi in casu: vt ff. eo. l. itaq;. §. sed furti. & l. qui vas, §. si ego. econtra honestam habet non probabilem, cui res ex contractu reliquo debetur. vnde non agit furti: vt ff. eod. l. si is cui. & l. eum qui emit. in princ. & l. is cuius interest. in fin. Item non ex lucratiua, ideo dixi, quia ꝓ lucro, vt quia poterat vsucapere, nõ agitur furti: vt ff. eod. l. si is cui, §. eius. Item ratione custodiæ ꝓpter commodatariũ, vel similes: vt ea. l. §. tales.

[1]† Iuliano

b *Sed quærebatur.* prima quæstio.

[2]† Dua. ea

c *Idoneo.*] scilicet soluendo.

d *Concessum.*] vt ff. eo. l. itaque, & Instit. de obli. quæ ex deli. §. item si fullo. & §. quæ de fullone. Acc.

e *Ambulatoria.*] vt si primo non erat soluendo, postea factus est soluendo, vel ecõtra, & est simile verbum, ff. de fun. do. l. erit, & de adi. leg. l. 4. Accur.

[3]† Increpuit. Simplicitas legib. placet.

f *Sed omnem.*] hic incipit tertia quæst.

g *Simplicior.*] no. simplicitatẽ placere legi: vt Instit. de fidei commiss. hæred. §. sed quia, & de legi. agnit. suc. §. sed quia.

[4]† Remanere, vel apud. dominum.

h *Voluntate.*] hoc regulariter: sed in casu fallit: ut j. ea. l. §. fin.

[5]† Cum in omnibus.

i *Ex pœnitentia.*] vt & argumen. infra, de codic. l. fin. in princip. & sic no. varietatem non admitti. sed argum. contra. ff. de coll. bon. l. nonnunquam.

[6]† Deest Dua.

k *Quasi.*] istud quasi, abundat, vel est expressiuum veritatis.

l *Eum.*] s. commodatarium.

m *Ipsi quidem.*] s. commodanti.

n *Sciens.*] sic ff. de inoffic. testa. l. nihil. §. si cum filius.

o *Accepit.*] ex commodato.

p *Domino.*] s. rei.

q *Ab eo.*] commodatario.

r *Tunc etenim omnimodo.*] argu. est ad hoc j. de iu. & fac. igno. l. error. Et no. drñam inter cõmodatarium & vsufructuarium, creditorem & fullonem. Nam primo casu datur dño electio, vt hic: etiam in sequentibus duobus agit dominus, & ipsi actio furti datur. vt ff. eod. l. inter omnes, §. si seruus, & l. itaq; fullo. §. fin. in vltimo datur fulloni tantũ. nisi sit non soluẽdo: vt ff. eod. l. itaque, in princ. & Inst. de obl. quæ ex delic. §. fulloni. & intellige non soluendo, etiam si ꝓ parte sit soluendo: vt ff. de verbo. signifi. l. soluendo. Sed quæritur, quæ sit ratio diuersitatis, q aliud statuitur in commodatario, & aliud in fullone, & sarcinatore? Respon. quia cõtractus, qui cum fullone init, fit gratia vtriusque. Vnde fauemus ei magis, quam commodatario, cum quo nõ initur cõtractus, nisi gratia ipsius tantum: & plus conceditur commodanti, qui liberalitatẽ exercuit. Et not. q leges videntur circa hanc materiã variare. Nã quãdo plurium interest, videntur quædã leges dicere, q vni tãtum detur: alia quod pluribus. Et ideo dic, q qñ rei subtractæ plures sunt dñi. vel plurium interest ratione dñij, quilibet agit in partem: vt ea. l. ful. in §. frugil us, & l. si quis vxori, §. si fulplurariæ. quandoq; plurium interest ratione custodię, & tũc quilibet agit insolidum. Sed si vnus fit consecutus, alter amplius non agit: vt ff. cõmo. l. si vt certo, §. 6. & l. seq. quãdoque alter fit dñs, & alter hẽt ius in re: & sic quidem ius illud habet similitudinem cum dño, vtriq; cõpetit.

Cõmodatario minus fauet quam fulloni.

[7]† Nesciẽs.

[8]† Datur à

* No. post executionẽ factam non habere locũ variationem ullam i eo qui ignorauit, vel dubitauit sibi ius competere, secundũ Pa. de Cas. hic vt sit litiũ finis.

petit, vt est cū vnus habet vsumfructum, alter habet proprietatem, vt ff. e. l. inter oēs. §. si seruus, si autem non habet illud ius similitudinē cū dominio, vt quia est ius pignoris, & tunc quandoq; creditori tantum datur, quandoque debitori tantū, quandoq; vtriq;. datur tātum creditori, qñ culpa eius interuenit in surripiēdo, quia est obligatus ad eius restitutionem. Accur.

1 † Ignoratus rei subreptæ postea.

a *Suppositum.*] i. furtum.

2 † Parte.

b *Cum manifestissimū.*] bene dico impediri variatione post satisfactionē, cū manifestum sit, quòd quandoque et ā n ante satisfactionem impeditur, vt in casu cōtrario, & hic dicit.

c *Incidebant.*] s. quę tenetur.

d *Aliquis.*] s. fur.

e *Pulsatus.*] s. fur.

f *Rem furtiuam.*] sed qua actione? Respō. condictio. incer. secundum H. vt ff. de condic. fur. l. & ideo. §. fi. non condic. fur. quæ soli domino datur, vt ff. de condi. fur. l. 1. Sed Azo. dicit actione in factum vel officio iudicis, ut ibi no. in l. & ideo, & glo. ista, quæ dicit dari condictionē incerti, malè dicit, quia illud est uerum in eo, qui habet ius in re. quare dicit referre, si domino subtrahatur, quia tunc ei datur cōdictio furtiua, vt ff. de condic. fur. l. 1. si subtrahatur ei qui habet ius in re, datur condictio incerti, vt in creditore, vt ff. de condic. fur. & ideo, in fi. si subtrahatur bonæ fidei possessori, datur triticaria. ff. de tritic. l. 2. si habenti scientiam rei alienæ voluntatę tamen domini, vt hic, subtrahatur, ad rem recuperandam dat officium iudicis, vel condictio, ex lege: vt infra, de agri. & censi. l. si coloni. libro 11.

3 † Incidebat, Ducidebat. Cōmodatarius qua actione recuperet rē sibi cōmodatam, à re.

4 † Re furtiua.

5 † Pœna.

6 † Exortā.

ADDITIO. Hæc gl. teste Bart. hic bene dicit, præterquā in fine, vbi vult com-

7 † Speciaris.

suppositum [a] autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit, cum manifestissimum [b] sit, etiam si ab initio dominus actionem instituit commodati, [1] † igno rans rem esse surreptam, postea autem, hoc ei cognito, aduersus furem trāsiuit, omnimodo liberari eum, qui rem commodatam susceperit, quemcunque causæ exitum aduersus furem dominus habuerit, eadem definitione obtinente, siue in [2] † partem, siue insolidum soluendo sit is, qui rem commodatam accepit.

Si commodatarius à fure rem & pęnam exegit, non tenetur domino pœnam reddere: quia suo periculo est expertus. h. d. vsque ad §. cum autem. Bal. concordat Sal.

¶ Sed cum in secundam dubitationē [3] † incidebāt, [c] quid statuendum sit, si quis rem commodatam habuerit, quā aliquis [d] furto subtraxerit, & lite pulsatus [e] condemnationem passus fuerit, non tantum in [4] † rem furtiuam, [f] sed etiam in [5] † pœnam furti, & postea dominus rei venerit omnem condemnationem accipere desideras, [g] vtpote ex suæ rei occasione [6] † ortam. [h] alia dubitatio incidit veteribus, vtrumne rem tantum suam, vel eius æstimationem consequatur, an etiam summam pęnalem. Et licet ab antiquis variatū est, & ab ipso Papiniano in contrarias declinante sententias: tamen nobis hoc decidentibus, Papinianus, licet variauerit, eligendus est, nō in prima, sed in secunda eius definitione, in qua lucrum statuit minimè ad dominum rei perueniri. [i] vbi enim periculum, ibi & lucrum collocetur: [k] nec sit damno tm̄ deditus, qui rem cōmodatā accepit, sed liceat ei etiam lucrum [7] † sperare.

Si marito res commodata, ab vxore subtrahatur, si vxor à domino eligatur, conuenitur furti. sic eligatur maritus, tenetur ei uxor actione in factum propter res amotas, nec potest vxor eligi à domino rei si maritus extiterit soluendo, etiam si hoc affectauerit maritus. h. d. Et nota singularem causam de isto furto domestico, quod fit per vxorem viro de re aliena, cuius periculum pertinebat ad maritum, quod non agitur furti, nisi in subsidium. h. d. Sal.

¶ Cum aūt in confinio earum dubitationum tertia exorta est [8] † quæstio, quare non & eā decidimus? Cum enim apertissimi iuris sit, nō posse maritum, constante matrimonio, furti actionem cōtra suam vxorem habere. [l] quia lex ita atrocem actionē dare in personam ita sibi coniunctam erubuit: [m] eiusmodi incidit veterum sensibus quęstio.

¶ Quidam etenim re sibi cōmodata, [9] † huiusmodi rei furtum à sua muliere passus est, & [10] † dubitabatur, vtrumne domino rei furti actio contra mulierem præstaretur, an propter necessitatem causę & maritus [n] eius vtpote actioni commodati suppositus, possit habebere furti actionem, & auctores quidem iuris satis & in hac specie contra se iurgium exercuerunt, ex præsenti autem lege, & anterioribus nostris decisionibus, quæ in ista positæ sunt constitutione, potest & hæc species apertius dirimi. Si enim domino dedimus [o] electionem, ad quem voluerit peruenire: siue ad eum, qui rem commodatam accepit, siue contra eum, qui furtum commisit, & in hac specie maritus quidē propter matrimonij pudorem, nō furti,

h *Liberta.* secus in liberto accipiente vxorem, quia ibi nõ est suspicio, si ipse operas præstet, ut ff. eodem, l. si quis hac, § etiam. Item secus si est patrona fœmina, quia & ei possunt præstari operæ & filiæ, & nepti patroni, cum nec ibi sit suspicio, vt ff. eod. l. sicut patronus, §. finali.

i *Operas.* futuri, non præteriti temporis, vt ff. eodem, l. libertus ita, §. fi.

k *Non possit.* causa turpis uitandæ suspicionis, quæ quia quãdoque cessat, cessat & lex, vt modo dixi, & facit huic legi, infra, de lati. liber. tollend. authen. ad hæc. & ff. eodem, sicut patronus, in principio, & supra eodem, l. libertæ. Sed contra infra, titulo tertio, l. secunda. solut. vt ibi. Item habent locum hæc durante matrimonio, secus si infinitum sit, ut ff. eodem l. planè. Accursius.

Operæ obsequiales sunt dãdi ces.

2 † In nonnullus exẽpler, nec l. liberti, pręcedit l. nec patronis, & est 6. in ord.

3 † Patronarum.

4 † Libertina.

5 † Deest in oibus.

QVi manumittuntur. CASVS. Serui tui manumissi vbi morari voluerint, possunt, ita tamen, vt operas præstare tibi possint, nec ab hæredibus tuis in seruitutem reuocabuntur, nisi ingrati. Nec enim iura compellunt libertum stare cum patrono.

& mihi fiscus succedit, an in iura liberti succedere debeat, quæritur? Dicitur quod sic.

g *Nummis.* quod improprie dicitur, vt ff. de manum. leg. 4. in principio.

h *A domino.* hic coniunge, libertatem mereatur, & dic data pecunia, scilicet a seruo ipso, vt infra tit. 2. l. etiam. 1. secus si ab extraneo dominus pecuniam accepit, quia si tunc paciscitur cum seruo tantum, est idem quod in superiori casu, quando accepit a seruo, & sic intellige, ff. de obl. l. Titius puerum. si cum extraneo, nec imponit operas, nec succedit, vt supra titu. 1. l. qui nummis, & infra, de lati. liber. toll. l. 1. §. illud. quæ sunt contra.

i. *Retinet.* Opponitur, quia compellitur, manumittere, vt infra, de lib. cau. l. cum affirmes. & ff. si lib. ingen. esse dic. l. 2. in princ. & ff. de acquiren. hæredit. l. si seruum, §. si quis. ergo operas imponere non potest: vt supra titu. 1. l. secunda. ergo non retinet omnia iura patronat⁹, quod hic dicitur. Respondeo in prima dicit hortabitur. In secunda sponte recepit. & est fauor præteritæ libertatis. In tertia non præsenti, sed futuro domino dabat. Vel succurritur non vt sit liber, sed vt non sit necessarius hæres, sic ergo dices cum non compelli, vt supra, de transact. l. interpositas. Alij dicunt cum cogi. & quod hic dicit omnia, restringunt ad id de quo dicitur hic, scilicet de successione tam per contra tabulas, quam ab intestato, ut ff. eod. l. qui ex causa, & inf. de bon. poss. contra tab. libert. l. 1. Accur.

Manumittere coactus, operas imponere non potest.

a *Arbitrium.* ita tamen morari debent, vt operas possint exhibere patronis, vt ff. eod. l. quod nisi, §. ex prouinciis, & l. hæc demum, in fin. quæ sunt contra. Accur.

b *Reuerentiam.* Quid si operas? Resp. idem licet si velint recedere, possint agere ad cautionem, vt ff. de iu. l. in omnibus, & arg. ff. de cond. cau. da. l. pecuniam, §. item si quis deplane dicit.

c *Probentur.* qui ergo sic: vt hic, & inf. de lib. & eo. lib. l. 3.

d *Compellant.* nisi manumisit libertos hac conditione: vt argu. ff. de conditio. & demon. l. Titio centum §. Titio, 2. in fi. & ff. de alim. lega. l. libertis, 2. in fi.

ADDITIO.

Quid si extraneo sub eiusmodi conditione sit relictum vt certo loco habitet? ius libertatis tali iussione infringi non potest, l. 11. ff. de conditio. & demon. Ad certum domicilium neminem putat adstringi posse Ros. in d. l. 12. constat tamen sententia iudicis certum domicilium adsignari posse. l. 2. §. primo, ff. de interd. Goth.

Impp. Dioclet. & Maxim. AA. Veneriæ.

LEX XII.

QVi manumittuntur, liberum vbi voluerint commorandi arbitrium [a] habent: nec à patronorum filijs, quibus solò reuerentiam [b] debent ad seruiendi necessitatem redigi possunt, nisi ingrati probentur: [c] cum neque cum patrono habitare libertos iura compellant. [d] S. ix Cal. Iun. ipsis R A. Coss.

Qui alienum libertum occultat, tenetur loco ipsius ad operarum præstationem. h. d. Bal. concor. Sal.

Imppp. Valens, Valent. & Grat. AAA. ad Probum PP.

LEX XIII.

IN [1] † redhibitione [e] operarum maneat pœna [f] in eum, qui libertum alienum recipiendum esse duxerit. Dat. 3. Idus Iulij, Gratiano A. 2. & Probo Coss.

1 Al. redditione.

TITVLVS IIII.

De bonis libertorum, & iure patronatus.

Datio pecuniæ, & pactum de manumittendo cum futuro domino, impedit contra tabulas, secus si cum præsenti. Item fiscus succedit in iure patronatus, Bal. Vel sic: Pactum cum domino præsenti de libertate præstanda non arctat, etiam si dominus pecuniam recipiat cum domino vero futuro secus: & iura libertorum transeunt in fiscum, bonis patroni confiscatis, Sal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Secundæ.

LEX PRIMA.

MVltum interest, vtrum quis suis nummis [g] emptus, ac manumissus sit ab emptore, an à domino [h] suo data pecunia mereatur libertatem. Priore enim casu ad [2] † bona eius contra tabulas admitti patronum non placet, posteriore [3] † verò omnia iura patronatus retinet. [i]

2 † Desunt.

3 † Deest in omnibus.

¶ Et ideo [k] cum Sabiniani patroni filij, [l] qui plenum ius [m] habuit, vt hostis [n] publici bona fisco vindicata sint: secundum ea, quæ diuo, Pertinaci placuerunt, & nos secuti sumus,

IN redhibitione.] CASVS. Si libertum meum, qui ad operas mihi tenebatur, occultasti eas operas, ad quas præstandas mihi obligatus est, reddere compelleris.

e *In redhibitione.* i. redditione.

f *Pœna.* quia pro eis tenetur tantum pro quibus occultatus erat obligatus, aliud in liberto ciuitatis, vt sup. de ser. fugit. l. mancipia, §. libertis, addunt tamen hic quidam, & omnis damni cum pœna quadrupli præter redditionem operarum, vt arg. inf. de colonis Illy. l. 1. §. 1. lib. 11. Sed ibi in seruo, hic in liberto. vnde contra in ea. l. in fi. Sed de his omnibus dic, vt diximus sup. de ser. fug. l. quicumque. Accur.

DE BONIS LIBERTORVM. & iure patronatus.

De bonis, & c. non solum operas, sed & successionem, & multa alia iura vendicamus in libertos, ideo de bonis liber. & iure patronatus ponit, &c.

MVltum. Ista lex diuiditur in duas partes. Nam primò ponit quoddam dictum cum distinctione. secundo infert ex secundo membro distinctionis. Secunda ibi, Et ideo Rablus.

CASVS. Si seruum meum sua pecunia redemeris, & manumiseris, an tibi ius succedendi in bonis liberti ex testamento, vel ab intestato per contratab. competat, quæritur? Respon. quod non. Si autem pecuniam mihi dedit, & eum manumisero, succedā. si ergo ob debitū aliqd cōdenatus fuero

k *Et ideo.* concludit ad secundum casum, ideo sic construe, ideo cum bona filij Sabiniani, idest qui erat patronus, qui scilicet Sabinianus plenum ius habuit, bona dico sint vendicata fisco, vt hostis publici, scilicet filij: secundum ea quæ, &c.

l. *Filij.* i. Sabiniani, filij dicti patroni.

m *Plenum ius.* post mortem patris, si eos habeat ex successione patris. Vel dic, quòd suo iure habebat, & semper referas te ad secundum casum, quando accepta pecunia à seruo manumisit.

n *Hostis.* & sic crimine læsæ maiestatis. Et dic bona venire ad fiscum, & sic est contra, ff. ad l. Iul. maiest. l. eorum, ubi dicit venire ad filios. Sol. hic non habebat filios liberos, secundum R. sed hoc non ualet, quia etiam si habeat filios, non transeunt ad eos hæc iura, ut ff. de interd. & rele. l. 3. Dic ergo, quòd si ideo hoc crimine damnatur, quia aliquid in Principem commisit, tunc non transeunt ad filios, ut hic & d. l. de interdic. & releg. l. 3. aut in alio cap. eiusdem legis, quæ multa sunt, vt ff. ad leg. Iul. maiest. l. 1. 2. & 3. & tunc tunc ueniunt ad filios, ut in l. contraria. Si autem opponatur ex eo quod est ff. de iu. patro. l. iura. vbi indistincte videtur dari filijs. Dic, quod ibi specialiter fuit cuidam concessum, loco priuilegij. Vel dic, quod in alijs capitulis fuit ibi damnatus,

non.

non q commiserit in principem. Vel solue tertio dictam legem eorum, q quædam iura reseruantur extraneis hæredibus: vt sup. de in ius vocan. l. 2. & hæc ad fiscum possunt transire, vt hic. iura vero succedēdi reseruantur libertis: vt inf. de Lati. lib. tol. l. j. §. sed & si sub conditione, & in l. cōtraria, sed media solutio verior est.

tis. Secus tamen esset si à Principe liberam testamenti factionem consequeretur: vt ff. eo. l. etiam. §. 1. Vel dic q ibi filius patroni patre suo viuente misit epistolam, in qua cōcessit liberam testamenti factionem. Vel dic tertio hic corrigitur.

* Quæritur hic Pa. de feudo & emphyteusi an transeant ad fiscum: & resp. distinguēdo aut nō trāsit ad extraneos hæredes, & tūc nō cōfiscatur: aut trāsit ad hæredes extraneos & transibit in fiscū, limitatur in iure patronatus ecclesiæ quod in fiscū nō trāsit, licet trāseat ad hæredes, cleri. pastoralis. extra de feud.

SI liberti.] CASVS. Si te cōsentiente libertus tuus ancillæ Principis se coniunxit: in eo commodum patronatus amittitur. Viuianus.
a *Conniuentibus*.] i. consentientibus. & facit sup. de ser. fug. l. 2. & de Lati. liber. tol. auth. de hac. & sup. ti. 1. quod ex libertate. §. 1.
b *Nostris*.] id est, Imperatoris.
c *Illi*.] patroni.

SI quis.] CASVS. Seruū tuū inter viuos vel vltima voluntate manumisisti, & ei dixisti, remitto tibi iura patronatus: quæritur quid consecutus fuerit ista remissione? Resp. quod tantum consequitur, quantum consequeretur per restitutionem natalium fere, & fere dicit: quia si esset restitutus natalibus, reuerentiam tibi nō deberet, nec in seruitutē reuocari posset propter ingratitudinem, sed secus est in tali remissione, quia potest reuocari & hoc ita, saluis tamen vt olim natalium restitutione & alijs casibus, quibus iura patronatus amittuntur.
d *In posterum*.] id est, post legem hanc.
e *Actitantur*.] id est dantur.
f *Sine scriptis*.] Nota codicillos posse fieri sine scriptis: vt sup. de sacrosan. eccl. l. generali. & j. de codicil. l. fi. in fi.
g *Semota*.] id est remota.
h *Remittendum*.] i. esse remissum.
i *Eorum*.] scilicet libertorum.
k *Quæ*.] scilicet successiones.
l *A nobis*.] huius legis authoritate.
m *Reseruandis*.] vt in Auth. vt liber. de cæ. §. illud. col. 6. Sed certe imò videtur reseruari: vt ff. eod. l. Paulus. §. patroni, quæ est contra. Solu. aliud est remittere iura patronat. q facere potest, vt hic, quia in vita liberti competit. aliud est concedere liberam testamenti factionem: quæ concessio aut vi pacti valet, quod est falsum, quia est de futura successione: vt sup. de inoffic. testam. l. si quando. §. 1. aut vi repudiationis, q est falsum. ff. de acqu. hær. l. qui superstitis.

in iura libertorū ei[a] fisc[a]** noster successit. PP. 5. Non. Iul. Faustino & Rufino Coss.

Dissimulans pro consentiente habetur: & ius suum perdit. h. d. Bal. & Sal.

Impp. Valens & Valentin. AA. ad Florianū Com. PP.

LEX II.

SI liberti, conniuentibus[a] patronis, consortium cū ancillis, colonisve nostris,[b] elegerint: sciant illi[c] se deinceps commoda patronatus amissuros. Dat. 3. Id. Octob. Treueri. Lupicinio, & Iouino VV. CC. Coss.

Qui remittit ius patronatus, omne ius perdit, præter reuerentiam, & ius reuocandi in seruitutē ob ingratitudinem. sed restitutus natalibus, quasi merā ingenuitatē consequitur: & in seruitutē reuocari non pōt. h. d. Bald. Et perdenti ius patronatus propter eius delictum, nullus honor debetur. h. d. Sald.

Imp. Iustinianus A. Demostheni PP.

LEX III.

SI quis patronorū in posterum[d] huiusmodi narrationem conceperit, vel in libertatibus quæ inter viuos actitantur,[e] vel in ijs quæ ex testamēto, vel codicillis scriptis, vel sine scriptis[f] habitis proficiscuntur, vt liberti eorum[1] † a iure patronatus liberentur: antiqua interpretatione semota,[g] non dubitet etiam patronatus ius ex sola tali verborū conceptione libertis esse remittendum:[h] nec eorum[i] successionibus, quæ[k] ab intestato descēdūt quas veteres etiā post mōi actus seruari in libertorū bonis decreuerūt, a nobis[l] patronis integris reseruādis.[m]

¶ Sed quemadmodū in natalium restitutione omne[n] ius tollitur patronatus, ita & in huiusmodi uerbis eādem vim[o] esse obseruandam omnes non ignorant.

¶ Idemq; iuris est, si inter viuos manumissione[2] † imposita, in ultimis uolūtatibus cōcessio[p] data fuerit patronatus: ita tñ, ut in omnibus natalium restitutione (ex quibus penè[p] solis ingenuitas mera[3] † libertis competit (tā obtineāt, quam in nostra Republica polleant. cum nobis cordis est ingenuis magis hominib. quā libertis eam frequentari. Reuerentia[r] tamē quæ a libertis patronis debetur, & iure quod aduersus ingratos libertos patronis cōpetit,[s] integris reseruandis, & si[t] per verborum conceptionem secundum a nobis inductum modum ius patronatus fuerit amissum; cum etiam hęc[u] ingenuitatis pręmio tollantur, quam[x] pene sola natalīū restitutio inducit. his, videlicet casibus, per quos pœnalib. modis ius patronatus[y] quasi ab indignis patronis eripitur, i suo robore[4] † duraturis. Recitata septies in nouo consistorio palatij Iustiniani. D. 3. Calend. Nouemb. Decio V. C. Coss.

n *Omnes ius tollitur*.] vt ff. eod. l. etiam. §. plane.
o *Eandem vim*.] sed re; non enim eadem vis est, vt habes inf. statim.
p *Concessio*.] id est remissio.
q *Pene solis*.] scilicet restitutionib. natalium, pene autem dicit: q a & quidā alij sūt modi, p quos inducit ingenuitas: vt j. de Lati. li. to. l. §. sed scimus. & §. similique modo si quis. & §. illud etiam. & in authen. ibi posita & insequi milit. non possunt. super scriptis lib. 11. & j. de iutra, & ff. de statu. ho. l. ingenuum & in Auth. de mona. §. 1. in fi. col. 1.
r *Reuerentia*.] redit ad primum casum. Sed si omnis reuerētia durat: ergo nihil est amissum præter con. ra tabulas: q d ī. negasse videt. Vnde dic, q & i ius vocari pōt sine venia, vt & alias qñ patronus adigit, ad iusiurandū ne vxorem accipiat: vt ff. de in ius voc. in l. adoptiuum. §. fi.
s *Competit*.] de quo dici inf. de liber. & eo. li. l. a.
t *Et si*.] id est quis.
u *Hæc*.] s. reuerentia & ius reuocandi in seruitutem.
x *Quam*.] s. ingenuitatem, & plene expone: vt ī. prox. Accur.
y *Ius patronatus*.] hic duo scias, & quæ sunt patronatus iura, & qui sunt hi casus de quib. hic dicit. Sunt autem sex principalia. Primū vt turpis actio, & de facto non proponatur aduersus eum: vt ff. de obseq. l. honori. & l. parens. Secundum quod turpis exceptio: vt ff. de excep. do. l. apud. §. aduersus. Tertium de reuerentia siue in faciendo, siue in non faciendo, quæ debetur etiam sine impositione: vt ff. de condi. inde. l. si non sortem. §. libertus. in princ. Quartum de præstatione alimentorū: vt ff. de lib. agn. l. si quis liberis. §. solent. Quintū de reuocatione in seruitutē: vt hic, & j. de li. & eo. li. l. 2. & hæc ius patronatus nō dat nisi sponte manumittenti: vt ī. tit. in l. 2. Sextū ius succedēdi, de quo dicit hæc lex & j. tit. j. l. 1. pleni[?] dicam. Circa aūt operas est, ius, sed ex impositione est illud: vt ī. tit. 1. l. 1. Econtra hæc iura amittuntur in quibusdā casib. & certis casibus amittitur.

1 † Et a iure.

2 † Interposita.

3 † patronis.

Patronus aliqn̄ sine venia in ius vocari potest a liberto.

4 Patronat[9] iura sunt sex.

quandoque propter culpam patroni, vt hic dicit: vt ecce propter denegationem alimentorum: vt ff. de iure pat. l. Diuus. §. fin. Item propter exactionem iurisiurandi: vt ff. de iure patr. l. qui contra legem. Item si eum crimine capitis accusauit: vt ff. de iure pa. leum. Item si exigit mercedē pro operis futuris: vt sup. titu. j. l. si quam & inf. de bono. possess. contra tab. licet l. 1. & l. fi. Sunt & alij casus, q non in pœnam patroni faciunt amittere patronatum: vt propter premium liberti: vt ff. de iu. patrona. l. penult. in princip. Item propter natalium restitutionem, vt hac l. item propter deportationem liberti vel patroni: vt ff. de iu. patr. l. cum patrono. Item si efficitur minor centenario non in fraudem: vt Inst. de suc. lib. §. sed nostra. Secus in fraudem: vt ff. de iure patro. si libertus. Itē propter concessionē debitæ patris: vt Insti. de succ. libert. §. sed nostra. sed isti vltimi duo modi, tantum a contra tabulas repellunt.

a hanc constitutionem Cuiacius 20. obs. 34 restituit, partim ex Latina quadam & veteri translatione, partim ex Basilicis.

b leg. un. §. 3. inf. de Latina libert. Nouel la. 153. c. l. 2. ff. qui si ne manumiss.

c i. lege 12. tabularum.

d Insti. de legitima agna. succes.

e Institu. de seruili cognatione.

f An iure veteri libertorum liberti ius mutuæ successionis habuerunt excluso suo patrono? Robertus vt hoc voluisse 3. recep. 24. quo nomine reprehensus a Cuiacio 17. obser. 13 defenditur a se ipso 3. Animaduer. 25. reprehenditur iterum ab Antonio Mercatore te. tin. Not. 25 adde Cuia. 20. obs. 34.

a Αὐτοκράτωρ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. deest.

Varia capita Græca cōstitutionis Iustiniani de iure patronatus ex variis locis in vnum congesta per Anto. Contium.

Multi modi in ea enumerabantur, quib. cessat ius patronatus: vt passim aiūt Græci interpretes.

Volens patronus remittit ei, qui manumittitur iura patronat[b]. li. 48. κοινῶν. tit. ult.

Qui suis nummis est emptus, liber fit, & solutus oi iure pr̄onatus ēt iure vet. li. 48.

Βασιλικοὶ κλέψας ἀλλότρια πράγματα, καὶ ἐκ τῶν τούτου ... δέκα νομίσματα ... καὶ δοὺς ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἐλευθερίας, ἐλευθεροῦται. ὁ δὲ κλέψας ... οὐ δύναται δοῦναι ταῦτα ... ἀλλὰ δοῦλος μένει, καὶ τούτων ἀφαιρεθέντων αὐτοῦ. Idest.

Qui alienas res furatus ē, & ex earū distractione decē puta redegit, eaq; dedit pro sua libertate, liber fit. qui vero decē furatus est, nō pt ipsa dare & liber fieri, sꝫ seru[9] manet ēt ijsdē x. ei ablatis.

Ὁ ἀρρωστήσας ἐλευθεροῦται ... τὸν ... αὐτοῦ, ὁ δὲ μὴ ... ἑαυτοῦ ... ὁ ... νόμιμος.

Seruus ægrotus, nisi eius curam dn̄s gerat, fit liber, & dn̄s amittit i eo ius pr̄onat[9].

Item ne filij adoptiui patroni libertos patris adoptiui habeant.

Δοῦλος στρατευσάμενος ... τοῦ δεσπότου ἐλευθεροῦται.

Seruus sciēte dn̄o militiā adeptus, ptāte dn̄i liberat, & ingenuus fit cessante iure patronatus. Idē cautū fuisse vr̄ de seruo Ep̄atū vel clericatū vel aliquā dignitatē sciente domino adepto, ita vt conci pi debeat hæc epitome.

Δοῦλος στρατευσάμενος ... ἐλεύθερος ... &c.

Ancillas nr̄as in cōcubinatu hr̄e possumus. Qui hēt vxorē ltimā, nō pōt hr̄e cōcubinā. Si qs sine vxore cōstitutus ancillā suam sub noīe hēat cōcubinæ, & in eadē vsq; ad mortē suā cōsuetudine perseuerauerit: illa cū liberis suis in ingenuitatē rapiet, & supra ltimam portionem peculium q dn̄s cum moreretur, habebat, capiet: neque liberi aut hæredes aut cognati defuncti in illam ius patronatus habebunt.

Intestato liberto mortuo, ad eius successionē primū vocāt descēdētes. i. veteri[c] qdē iure liberi post libertatē parentū concepti, ex hac vero lege ēt liberi in seruitute parentū concepti, & postea manumissi: & post liberos hmōi vocantur deinde cęteri ascendentes, & parentes liberti, & fratres. si modo sint liberi, i. manumissi, patronatus iure in hac parte sopito.

Placebat[d] in eo gn̄e pcipiēdarū hr̄ditatū (loquit de ltimis hr̄ditatib.) successionē nō esse, i. vt q̄uis proximus qui fm ea q dixim[9], vocāt ad hr̄ditatē, aut spreuerit hr̄ditatē, aut anq̄ adeat, decesserit: nihilo magis ltimo iure sequētes admittant. Qd̄ iterū p̄ores imperfecto iure corrigētes, nō in totū sine adminiculo relinquebāt: sed ex cognatorū ordine eos vocabant, vtpote agnationis iure eis recluso. Sed nos nihil p̄fectis simo iuri deesse cupiētes, nostra cōstitutione q̄ de iure pr̄onatus humanitate suggerente p̄tulimus, sancimus succesionē in agnatorū hr̄ditatib. nō eē eis denegādā: cū satis absurdū erat, q cognatis à p̄tore apertū ē, hoc agnatis eē reclusū: maximè cū in onere qdē tutelarū & primo gradu deficiēte sequēs succedit: & qd̄ in onere obtinebat, nō i lucro pmissū. Illud[e] certū ē, ad seruiles cognationes illā partē edicti qua p̄ximitatis noīe bo. pos. pmittit, nō ptinere. nā nec vlla antiqua lege talis cognatio cōputabat. Sed nr̄a cōstōne q̄ pro iure pr̄onatus fecim[9] (q ius vsq; ad nr̄a tēpora satis obscurū, atq; nube plenū & vndiq; cōfusū fuerat) & hoc humanitate suggerēte cōcesim[9], vt si qs in seruili cōstitut[9] cōsortio, liberū vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis cōdōnis muliere, vel cōtra serua mulier ex liberto vel seruo habuerit liberos cuiuscūq; sexus, & ad libertatē his puenientib. & ij qui ex seruili vētre nati sunt, libertatē meruerint, vel dū mulieres liberæ erāt, ipsi i seruitute eos habuerint, & postea ad libertatē puenerint: vt hi oēs ad succesionē p̄ris vel matris veniāt pr̄onatus iure in hac parte sopito. Hos .n. liberos nō solū in suorū succesionē, sed ēt alterū in alterius succesionē mutuā[f] vocauimus, ex illa lege spāliter eos vocantes, siue soli inueniant, q i seruitute nati, & postea manumissi sunt: siue vna cū alijs, q post libertatē parētū cōcepti sūt: siue ex eodē p̄re, vel eadē m̄re, siue ex alijs qualicūq; copulatione nati sūt, ad similitudinē eorū q ex iustis nuptijs procreati sunt.

Sed [a] nostra constitutio q̃ pro oĩ natione Græca lingua cõpendioso tractatu habito cõposuimus, ita hmõi causã definiuit, vt ſi quidẽ libertus vel liberta minores centenarijs ſint, i. minus cẽtũ aureis habeant ſubſtantiam (ſic.n. legis Papiæ ſummam interpretati ſumus, vt pro mille ſeſtertijs vnus aureus cõputetur) nullum locũ habeat patronus in eorum ſucceſſione, ſi tamen teſtamentum fecerint. Sin autem inteſtati deceſſerint, nullo liberorum relicto, tunc patronatus ius (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reſeruauit. Cum verò maiores centenarijs ſint, ſi hæredes vel bonorũ poſſeſſores liberos habeant, ſiue vnum ſiue plures, cuiuſcunque ſexus, vel gradus, ad eos ſucceſſiones parentum deduximus, patronis omnib. modis vnà cum ſua progenie ſemotis. Sin autẽ ſine liberis deceſſerint, ſi quidem inteſtati, ad omnem hæreditatem patronos, patronaſq; vocauimus. Si verò teſtamentum quidem fecerint, patronos autem & patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exhæredauerint, vel mater ſiue auus maternus eos præterierint, ita quòd non poſſint argui inofficioſa eorum teſtamenta, tunc ex noſtra conſtitutione per bonorum poſſeſſionem contra tabulas non dimidiam vt antea, ſed tertiã partem bonorum liberi cõſequantur, vel quod deeſt, eis ex conſtitutione noſtra repleatur, ſi quando minus tertia parte bonorum ſuorum libertus vel liberta eis reliquerit, ita ſine onere, vt nec liberis liberti liberteve ex ea parte legata vel fideicommiſſa præſtentur, ſed ad cohæredes eorũ hoc onus redundet, multis alijs caſibus à nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad huiuſmodi diſpoſitionem iuris perſpeximus vt tam patroni, patronæq; quam liberi eorum, necnon qui ex tranſuerſo latere veniunt, vſque ad quintũ gradum ad ſucceſſionem libertorũ, libertarumq; vocentur, ſicut ex ea cõſtitutione intelligendũ eſt: & ſi eiuſdem patroni vel patronæ, vel duorum duarumq; pluriumve liberi ſint, qui proximior eſt, ad liberti vel libertæ vocetur ſucceſsionem: & in capita non in ſtirpes diuidatur ſucceſsio: eodem modo & in iis qui ex tranſuerſo latere veniunt, ſeruando. Penè enim conſonantia iura ingenuitatis & libertinitatis in ſucceſsionibus fecimus.

Cumq; [b] antea fuerat ſeptimo loco bonorũ poſſeſsio, tum quem ex familia, & octauo, vnde patroni, patronæq; & parentes eorum: vtramque per conſtitutionem noſtram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cum enim ad ſimilitudinem ſucceſsionis ingenuorum, libertinorum ſucceſsiones poſuimus, quas vſque ad quintum gradum tantummodo coarctauimus, vt ſit aliqua inter ingenuos & libertinos differẽtia, ſufficit eis tã contra tabulas bonorũ poſſeſsio, q̃ vnde legitimi & vnde cognati, ex quib. poſſunt ſua iura vindicare omni ſcrupuloſitate & inextricabili errore iſtarum duarum bonorum poſſeſsionum reſoluta.

Contius. Videri poſſet & hac lege cõſtitutũ fuiſſe id quod ait Iuſtinianus Inſt. quib. manumitt. non licet. ne maſculus in teſtamento manumittere poſſet, niſi decimumſeptimum impleſſet annum, & decimumoctauum attigiſſet: & vice verſa ne fœmina teſtamento manumitteret, niſi decimumſextum impleuiſſet, & decimumſeptimum attigiſſet: vt vtroque caſu tam in maſculo quam in fœmina media via electa ſit inter annos pubertatis, & viginti annorum ætatum. Sed quia Græci numeri hac in re deprauati ſunt, nec hanc conſtitutionem diſertè exprimunt, nihil hic ea de re affirmare audemus: ſequatur quiſque quod probabile videtur, donec certiore confirmatione, vel refutatione certior fiat, quid neceſſariò ſequi debeat.

TITVLVS V.

Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta ſit.

Alienata in fraudem patroni, reuocantur vſque ad legitimam portionem. h. d. Bald. & Salicetus.

LEX PRIMA.

SI in fraudem patroni libertus aliquid alienauerit, [c] quatenus legitima [d] pars deminuta eſt, reuocandi tributam conuenit [e] eſſe poteſtatem. Dat. Cal. Nouemb. Sirmii, CC. Coſſ.

a. Inſtit. de ſucceſs. liber.

b §. 4. verſicu. cuiquam, Inſtit. de bon. poſſeſ.

SI IN FRAVDEM patronni, &c.

Quia quandoque libertus alienat, vt debita portione patronũ fraudet, ideo de hoc ponit.

SI in fraudem.] CASVS. Certum eſt, quod patronus in bonis liberti in tertiam ſuccedere debet. ſi ergo libertus in fraudem patroni bona ſua alienauit, vſque ad legitimam, quæ alienata ſunt, reuocari poſſunt. Viuianus.

c *Alienauerit.*] inter viuos, vbi duo ſunt neceſſaria, ſ. fraus & euẽtus, vt ff. eodem, l. 1. §. 1. & hic dicam ſtatim. Item dic, quod alienauit gratis: ſecus ſi non gratis: vt ff. eod. l. prima, §. ſi quis in fraudem, & §. ſi mutuum.

d *Legitima.*] quæ eſt tertia: vt Inſtitut. de ſucceſ. liber. §. ſed noſtra.

e *Conuenit.*] non per petitionem hæreditatis: quia patroni eſt debitor non hęreditarius: vt ff. de petitio. hæredit. l. quod ſi in diem, §. penult. Sed per Caluiſianã: vt infra l. prox. Et diſtingue hic: quia aut alienat libertus in vltima voluntate, & tũc ſolus ſufficit euẽtus, vt ff. eod. tit. l. 1. §. 1. quia pars patroni cenſetur, vt æs alienum. vt ff. de donatio. l. ſi patronus, quia æs alienũ ante relicta eſt detrahendũ: vt ff. ad Trebell. l. 1. §. penult. Aut inter viuos, & tũc ſine dolo malo valet: vt ff. de probationib. l. patronus. Si dolo, aut in fraudem legis, ſcilicet vt ſit mino centenario: & tunc ipſo iure non valet: & totum reuocatur. Aut in fraudẽ patroni tãtum, & tunc valet: ſed reuocatur, quatenus eſt legitima tantum: vt ff. de iure patronis, l. ſi libertus. Accur.

De-

Patronus hæres liberti potest per Caluisianam reuocare alienata in fraudem eius, nisi alienationem habuerit rat.m.h.d.Bal. quia tunc nō potest, sed nec eius hęres.Sal.

Ijdem AA. & CC.Iuliæ.

LEX II.

DEfuncto quidē liberto, patronus intestato succedēs, [a] per actionē Caluisianā in eius fraudem alienata* reuocare [b] potest.

¶ Verùm cum patronū post liberti [c] sui mortem ab eo [d] fundi [1] † collatam donationem habuisse ratam [e] asseueras: manumissoris factum [f] infirmare successores eius [g] minimè possunt. Datum 8. Calendas Ianuarij, Sirmij, CC. Coss.

De obsequiis patrono præstandis.

TITVLVS VI.

Imp. Alexander A. Zotico, aliàs, Leotico.

LEX PRIMA

COntra patronum [h] tuum [i] famosam [k] actionem instituere non potes PP.ij. Idus Maij, Maximo ij. & Aeliano Coss.

Liberta patroni voluntate nupta, vel de iure, non tenetur ei obsequia præstare. h.d.cum l.seq. Salic.

Idem A. Leoniogono.

LEX II.

LIbertæ, quæ voluntate [l] patroni, aut [m] iure nuptæ sunt, non coguntur officium patronis suis præstare [n] de cætero. Dat. [2] † 13. Cal. Augusti, Maximo 2. & Aeliano Coss.

Idē A. Xanth. aliàs Acan.

LEX III.

ETiā qui pactione data à dominis manumittuntur, [3] † mero iure omne eis obsequium debent. [o]

DEfuncto.] CASVS. Alienata à liberto in fraudem patroni reuocari possunt per actionem Caluisianam, quatenus est legitima. Si autem fundum patroni alicui dedit, & post mortē liberti patronus donationem ratam habuerit: an successores patroni eam reuocare possint, quæritur? Respon. ꝙ non.

a *Succedens.*] scilicet in totum, quando non sunt liberi: vt Instit. de success. lib. §.sed nostra. Sed nunquid frater liberti præponitur patrono? Respon. sic, secūdum quosdam: vt Institut. de seruili cog. circa princ. Sed Ioā. contra: vt ff. de suis & legi. l. intestato, in princ. de bon. libert. l. liber. Sed patronus qui manumisit, si crimine capitis accusauerit: ius patronatus amittit: vt ff. de iure pat. l. cum. & de bon. lib. l. qui cū maior. Sed arg. cōtra, ff. de fideicom. liber. l. si filius, §.erit. Quod dixi de liberto accusato: intellige de paterno: qui & suus dicitur: vt ff. de verborū significatio. l. licet, §. paternos. Sed suū accusando, non perdit: vt dicto §. erit. Item nota, quod si relinquo nepotem ex filio præmortuo, & filium, filius præfertur: vt §. de bonis libert. l. si libertus prætextus, §. si lil extus. Item si duo sunt patroni, & vnus decedat, & filium relinquat, & alter sit superstes, solus superstes admittitur: vt ff. de ope. liber. l. a duobus. Item si vnus patronus relinquat filium, alter nepotem: solus filius admittitur: vt ff. de legit. tut. l. tutela, §. si duo. secus in successione ingenuorum: vt Institut. de hæred. quæ ab intestato, §. cum filius.

Patrono an præferatur frater liberti in successione.

* alienata sed qd de filio, q patrē videt bona dissipantē, & scit nō posse venire cōtra post eius mortem, verū possit petere, ꝙ pater cōpellatur sibi assignare legitimā, de qua viuere possit Bal. tenet ꝙ sic. qd est menti tenendū.

1 † Collocatam.

Patronus in successione liberti præfert filio alterius patroni.

Hęres quāque facta defuncti reuocat.

Actiones reuocatoriæ sunt quatuor.

b *Reuocare.*] plus ergo potest hæres, quàm defunctus. & sic est argum. contra. ff. de reg. iur. l. hæredem. & hoc ideo, quia est æs alienum. Item quomodo hæres reuocat factum defuncti: vt inf. de liber. cau. l. ab eo? Respon. hic speciale. Vel vt dixi: quia magis dicitur debitum accipere, quam hæres esse titulo lucratiuo. Item no. quatuor esse reuocatorias actiones, s. Caluisianam, Fauianam, Paulianam, & in factum reuocatoriam. Caluisiana datur patrono & creditori. Fauiana soli patrono: vt ff. eod. l. 1. §. fin. Pauliana creditori tantum. In factum ad incorporalia: vt ff. quę in frau. cred. l. hac in factum. Alij dicūt econtra in primis duabus, & pro eis ff. de vsur. l. videamus, 2. §. in Fauiana. Sed ibi nō est per quas, imò per quam. item in vltimis duabus dico aliter, s. quod vna sit in factum Pauliana, quasi a Paulo inducta: & competit ad incorporalia, & sic communis, vt d. l. hac in factum.

c *Tost liberti.*] quid si ante? Respond. idem: vt argum. j. de de fideicomm. quoties, 1. & sup. tit. 1. l. si quis. argu. contra, ff. quorum legat. l. 1. §. quod ait, 2. & ff. de acquir. hæred. l. qui superstitis. & de bon. lib. l. Paulus, 2. §. patroni. Sed certè expressa est lex ff. eod. l. non videtur. quæ dicit esse idem. Accur.

d *Ab eo.*] s. liberto.

e *Ratam.*] & hoc si non bene merētibus donat, aliàs non est necesse habere ratam: vt ff. eo. l. viuus. Sed nunquid hic titulus habet locū in filio emancipato alienante in fraudē patris? Respon. non: vt ff. si quis à pat. l. non vsque. Sed arg. contra, Instit. quibus modis ius pat. potest. sol. §. præterea. sed filio arrogato, cui debetur quarta, datur vtilis: vt ff. eo. l. fin. Accur.

f *Factum.*] id est ratihabitionem.

g *Eius.*] scilicet patroni.

DE OBSEQVIIS patrono præstandis.

Dixi suprà, de iure patr. circa pecuniarium commodum. nunc de gratia honoris & reuerentiæ. Et no. ꝙ semper debet sancta videri persona patroni liberto: vt ff. de obseq. l. antep.

h *COntra patronum.*] etiam nomine, secundum quosdam: vt supra si tut. non gess. l. 1. Sed contra est, quia ibi in accusatione loquitur, scilicet suspecti tutoris, & sic aliud erit in actione, & aliud in accusatione: vt ff. de in ius vocā. quæsitum, nisi in casu, vbi etiam nec alieno nomine pōt agere: vt ff. de iureiurā. non solum, §. quamquam. ibi si autem cum liberto.

ADDITIO. Tu dicas, quod agere alieno noīe pōt dupliciter intelligi. Vno modo nomine alieno, hoc est ex facto, ꝙ ex alterius persona dependet: licet quis in iudicio agat suo nomine, & isto modo libertus non potest intentare famosam actionē contra patronum: vt s. si tut. non gesse. l. 1. & ff. de iniur. l. non solum, §. quamquam. alio modo alieno nomine intelligitur, quia alieno nomine est in iudicio vt procurator, vel vt curator: & tunc potest alieno nomine: vt l. quæsitum, ff. de in ius voc.

2 † Deest Duar.

3 † al. merito, & iure omne patronis obsequiū debent.

i *Tuum.*] puta surripuit terminos.

k *Famosam.*] vt furti. sed nec etiam turpem, vt condictionem furtiuam: vt ff. eod. l. honori, & l. parens, & l. licet. & de dolo, l. non debel. nisi in causa, vt ff. de in ius voc. l. sed si hac, §. prætor. & quæstionē ibi in fi. l. factam hic repete. Item nec honestam, nisi cum venia, vt s. de in ius voc. l. venia. & cum honestate verborum, vt j. eo. l.

LIbertæ.] CASVS. Liberta tua volente alicui nupsit, tibi ad operas non tenebitur propter suspicionē sinistrā.

l *Voluntate.*] aliter non præiudicat liberta patrono, vt ff. de oper. lib. l. cum. Accur.

m *Aut.*] pro &, vt ff. de verb. sign. l. sępè. aliter sibi non præiudicat patronus, vt ff. de oper. l. sicut. Vel potest legi disiunctiue, vt ponas casum, quando non compulit eam iurare non nubere, vt ff. de iure patr. l. qui contra legem. & tunc iure, i. iure permittente eam nubere.

Disiunctiua ponitur quāque pro copulatiua.

n *Præstare.*] adhuc ñ ei debet reuerentiam, ff. de iniur. l. non solum, §. quamquam. & s. de oper. liber ꝙ ex liberta, in fi. quæ sunt j. adeo vt possit in seruitutem reuocari. & sic desinit matrimonium, vt in Authē. de nupt. §. si verò decretum, coll. 4. etiam si sibi est nupta, vt ff. de ri. nup. l. in eo. in fi. l. dic ergo officium, i. opera sic enim dicitur ff. de oper. lib. l. 1.

ETiam.] CASVS. Cum seruus tuus dedit tibi pecuniam, vt ipsum manumitteres, manumisisti, oē obsequium tibi præstitit, quod consueuit libertus præstare patrono, quia spontè videris manumisisse Viuia.

o *Debent.*] vt s. de bon. lib. l. 1. & de ope. lib. l. qui nūmmis hæc enim pactio dūm non adstringit, vt j. de lib. cau. l. cū aliis.

affirmes, & l. post certi, & si non manumittit, non ideo repetitur quod de peculio dedit seruus, vt supra, de condi. ob cao. da. l. si liber. & facit sup. de transa. interpositas, Acc.

S*I manumissori*. CASVS. Seruum tuum si manumisisti, & debitor eius factus fueris, sed quia ei non solum tibi conuitia dixerit, vel cõtumelia te affecerit, à præside coercebitur, non. n. statim ad litigandum currere debuerat, & si hoc tibi facere vellet. non conuitia dicere, sed honore debito reseruato corã iudice pecuniam petere debuit.

a *Si manumissori*. id est patrono, loquitur enim liberto.

b *Vim & audaciam* scilicet, quod violentus erat, vel econtra quod tu faceres eum verberari.

c *Haberet*. consecutiue, non causatiue, ut inf. de iud. l. properãdum, §. & si quidem; & Inst. de act. §. tripli. Vel dic haberet idest habere posset.

d *Aestimabit*. quod qualiter fiat, plenè dicetur inf. ti. 1. l. 2.

e *Debebatur*. s. à patrono.

f *Non protinus*. ut & j. ad leg. Corneliã de fal. l. si à te. nam præcedere dẽt ad monitio, ut j. de pig. l. debitores, & in decr. 12. qõ. 2. c. indig. & 2. q. 1. c. si peccauerit, & 45. dist. in c. sed illud & in Authẽ. vt lice. ma. & auiæ, §. his illud, col. 5. & arg. sup. de epis. & cleri. l. si quis curialis.

1† Seruato g *Auderes*: cum uenia, vel sine venia.

h *Potuisti*. hoc quilibet debet facere, sed maxime liberti, ut his, & sup. de posth. l. quisquis.

E*Tiam liberis*. CASVS. Si te condemnato ob crimen aliquod, libertus tu⁹ liberis tuis reuerentiã præstare nõ vult, merito erit puniendus.

i *Damnatorum*. s. patronorum.

k *Obsequium*. quód consistit in alendo, & assurgendo, & similib. ut diximus s. de ope. lib. l. liberti. Itẽ uñ j. ff. de interdi. & releg. l. 3. Sed sol. ut s. de bo. li. l. 1.

l *Seueritatem*. quod plenè dic, ut inf. tit. 1. l. 2.

Libertus non debet contra patronũ vim, vel audaciam exercere, sed sine atrocitate verborum æquitatẽ suæ petitionis exponere ius dicenti. Bal. Vel sic: Libertus patronum non vocat ad iudicium sine venia, & reuerentiam ei vocato tenetur præstare sine atrocitate verborum, aliàs pro motu iudicis puniendus, hoc dicit. Sal.

Idem A. Victorino.

LEX IIII.

SI manumissori[a] tuo vim[b] & audaciam obiecisti, ei qui te beneficio suo ex seruitute liberando vt aduersariũ te haberet,[c] fecit: Præses prouinciæ quatenus coercere eiusmodi temerariam licentiã debeat, æstimabit.[d]

¶ Nam si qua tibi pecunia debebatur,[e] siue de rebus aduersus patronũ disceptatio fuerat, non protinus[f] ad litigãdum currere debueras, maxime autem si hoc facere auderes.[g] sine atrocitate certè verborum æquitatem petitionis tuæ commendare iudici potuisti,[h] omni honore patrono debito,[1] † reseruato. PP. 2. Calen. Octob. Iuliano & Crispino Coss.

Patrono damnato tenetur libertus præstare reuerẽtiam liberis eius, h. d. Sal.

Imp. Gordianus A. Sulpitiæ.

LEX V.

ij ETiã liberis dãnatorũ[i] cõsuetũ obsequiũ[k] libertos paternos præstare dẽre, in dubiũ non venit. ¶ Proinde si non agnoscunt reuerẽtiæ debitæ munus, nõ immerito vident ipsi aduers⁹ se prouocare seueritatẽ.[l] PP. Nõ. S. Sabino 2. & Venusto, Coss.

Libertus tenetur ad obsequiũ, non ad operas non impositas: nec potest per patronum inuinculari, hoc dicit, Salicet.

L*iberto*. CASVS. Seruum tuum manumisisti, postea uis vt fodiat in aliquo loco inhonesto tota die, vel aliquid turpe faciat, an de hoc teneatur, quæritur? Rñ quod nõ, nec eum inuinculare potes, sed ad consuetum seruitium tibi tenebitur, ut assurgere tibi, & similia.

Idem A. Cornelio.

LEX VI.

LIbertos, siue libertas, maximè quibus impositæ operæ non sunt, consuetum potius obsequiũ,[m] quã seruile ministerium manumissorib. exhibere debere, neq; vincula perpeti,[n] non est opinionis incertæ. Dat. 3. Cal. April. Attico & Prætextato Coss.

Priuignis & filiis patroni debetur reuerẽtia, alias punitur libertus, h. d. Bald. concordat, Sal.

Impp. Dioclet. & Maxi. AA. Metrodoro.

LEX VII.

NEq; libertis[o] nouercæ iniuriæ inferendæ priuignis eius libera facultas esse dẽt. patronos ẽt libertos (si cor iudicis) furiosos tibi fuisse, ferendum non est.[p]

¶ Præses igitur prouinciæ vindictã tibi per personã conditioni congruentem,[q] 2† imperiri non dubitabit. Dat. 5. Idus Maij, Maximo 2. & Aquilino Coss.

Iidem AA. Hermiæ.

LEX VIII.

NEque patronæ tuæ obsequijs refragari te fas est.[r] D. 12. Cal. Febr. Diocletiano, & Maxi. AA. Coss. 44.

TITVLVS VII.

De libertis, & eorũ liberis.

Qui ex necessitate manumittit, ius reuocandi in seruitutem non habet, hoc dicit, Baldus, sed ex voluntate sic. Salic.

Imp. Antonin. A. Daphno.

LEX PRIMA.

NOn est ignotum quòd ea, quæ ex causa fideicommissi manumisit, vt ingratũ libertũ accusare[s] nõ põt:

m *Obsequium*. facit sup. de in ius uoc. l. venia, & s. de oper. lib. l. qui manumittuntur.

n *Perpeti*. idest pati.

N*Eque*. CASVS. Si qua mulier liberum habeat, facultas nulla liberto tribuatur inferenti iniuriã priuignis patronæ suæ. & hoc in prima. si aũt libertus patris tui iniuriosus extiterit, prouidebit iudex.

o *Neque libertis nouercæ*. i. liberti nouercæ nõ debent esse iniuriosi priuignis patronæ suæ.

p *Non est*. ut & ff. de in. pat. l. iniuria. & inf. ti. 1. l. liberti ã modo, & intellige iniuriã, eẽ si cessauerint pstare obsequũ.

q *Congruentem*. quod dices inf. tit. 1. l. 2.

N*Eque patronæ*. CASVS. Si mulier aliqua seruum suum manumisit, an ei obsequium pstare teneatur, qrit, Rñ. q sic.

r *Fas est* nec liberorũ eius, cũ & operas eis debeas, & ab intestato succedant, ut ff. de ope. lib. l. ut iurisiurandi, in fi. & de iure patro. l. satis cõstat, Acc.

2† Imperare.

DE LIBERTIS, & eorum liberis.

Quib. dẽat præstari obsequium dictum est sup. ti. prox. Nũc econtra puniantur & qualiter propter non præstitum.

N*On est*. CASVS. Rogata fuit mulier aliqua in vltima voluntate, ut seruum suum, manumitteret, & manumisit, nunquid si libertus causas ingratitudinis commiserit, eum ingratum accusare possit, quæritur? Respon. quòd non, quia ille tantum potest accusare libertũ de ingratitudine, qui sponte manumisit, & non ex necessitate.

s *Accusare non potest*. ut reuocet in seruitutem, sed petere ut castigetur, ut s. de ope. lib. l. mater.

cum id iudicium extra [a] ordinem * præbeatur ei, qui [1] † voluntate seruo suo libertatem gratuitã [b] præstitit, nõ qui debitã restituit. PP. 5. Cal. Maij Messala, & Sabino Coss.

Pro leui iniuria in faciendo commissa libertus in seruitutẽ reuocatur, quod nõ nocet filiis ante natis, sed postea nascituris, nec poterit sine licentia Principis vlterius ad libertatem perduci: qua per sententiam est priuatus, h. d. Bal. concor. Sal.

Imp. Constantius A. [2] † ad Maximum PV.

LEX II.

SI manumissus * ingratus circa patronum [c] suũ extiterit, & quadam iactantia vel cõtumacia [3] † ceruices aduersus eum rexerit, aut leuis [d] offensæ contraxerit culpam à patrono rursus sub imperio [e] ditioneque [f] mittatur, si [g] [4] † in iudicio, vel apud pedaneos [h] iudices patroni querela exorta [i] ingratum eum ostendat: filijs [k] etiam, qui postea nati [l] fuerint seruituris, [m] quoniam illis delicta [5] † parẽtum non nocent, quos tunc esse ortos [n] constiterit, dum libertate illi [o] potirentur.

¶ Sanè si is, qui [6] † in nostro [p] consilio vindicta [q] liberatus est, post coercitionem [r] ex pœnitentia dignum se præstiterit, vt ei ciuitas [s] Romana reddatur: non prius fruetur beneficio libertatis * quã si hoc patronus [t] eius, oblatis precibus, [u] ipetrauerit. [7] † D. Idib. April. Romæ, Constantio A. 5. & Constante Cæs. Coss.

Reuerẽtia debetur etiam hæredibus extraneis, & eis competit officium iudicis pro ingratitudine arcenda, h. d. Bal. vel sic: Reuerentia debetur filiis, & hæredibus patroni, qui habent etiam ius in seruitutem reuocandi, h. d. Sal.

a *Extra ordinem.* i. officio iudicis, vt arg. ff. de pœ. l. hodie, & de hoc dicetur inf. l. penul.

b *Gratuitam.* maximè. nam idem & si pecuniam accepit à seruo, vt sup. ti. i. l. etiam 1.

SI *manumissus.* CASVS. Si libertus tuus ibi ingratus extitit, vel culpæ cõtraxerit offensam, & hoc coram ordinario iudice vel delegato ostenderis in seruitutem reuocabitur, & filij eius, q post reuocationem, in seruitute nati & cõcepti fuerunt, serui erunt. Si autem coram Principe fuit manumissus: deinde in seruitutem vt ingratus reuocatus, postea autem ex pœnitentia ita dignum se ostendit, vt dominus eum velit fieri liberum: non aliàs ad libertatem perducetur, nisi dominus hoc à principe impetrauerit, quia sine Principe nõ reuocatur in libertatem.

c *Patronum suum.*] quid si plures erant patroni, & vnus vult reuocare, alter non, cui non fuit ingratus? Videtur oium consensus necessarius, vt ff. qui & à qui. manu. liberi non fiunt. l. si quis hac, §. quoties, sed puto contra. q. enim ibi dicitur, expositum a Placen. omnium consensus. scilicet offensorum, alioquin contra, cum quisque sit in solidum patronus vt ff. de ri. nup. l. illud, & l. filio.

d *Aut leuis.* imò uidetur non reuocari propter leuem offensam, vt infra de lib. cau. l. solo, quæ est contra. Sol. ibi in non faciendo fuit offensa, hic faciendo. Et no. hic pro leui culpa magnam pœnam imponi, sic sup. de hær. & ma. l. omnes vetita, in fi. & inf. de Prin. age. l. 1. lib. 12. sed legata non reuocantur ex leui culpa legatarij, ut ff. de adim. legat. l. 3. in fi. hodie tamen addunt quadam, quòd pro leui offensa nõ retrahatur in seruitutem, sed ex certis causis expressis in Auth. vt lib. de cæt. §. illud, col. 9. Sed nos dicimus contra, arg. eiusdem. § in prin. & dictum §. intellige quando remisit ius patronatus, nam & adhuc reuocat, ut sup. de bon. lib. l. si reuerentia.

e *Sub imperio.* i. dominio, sed contra sup. ti. proxi. l. si manumissor, vbi dicitur, quod Præses prouinciæ ipsum coercebit. Dicas quod in arbitrio patroni est, vtrum Præsidi velit ostendere uel non.

f *Ditioneque.* i. iurisdictione.

g *Si in iudicio.* i. ordinario.

h *Pedaneos.* i. delegatos. Et sic est contra, sup. de peda. iud. l. placet 1. in fi. Sol. ibi dubius erat status, hic autem certus, sed reuocatur in dubium.

i *Exorta.* aliàs exerta, aliàs exempta, alias exercita. i. à patrono proposita.

k *Filiis.* sed nonne partus sequitur uentrem, & sufficit medio tempore liberam matrem habuisse, vt inst. de inge. §. 1. in fi. ergo filij, quia aliquando liberi fuerint, serui fieri non possent, propter hoc dic, manumissus uel manumissa, quod quandoque masculinum, vt sup. de verb. sig. l. 1. Vel dic quod lex ista loquitur de liberis mutiregulis, qui sequuntur conditionem patris, ut vt in fi. de natu. lib. l. ult. lib. 11.

l *Nati.* licet ex ancilla manumissa, quæ ex ingratitudine fuit reuocata, subaudi & concepti, ut ff. de vsufr. l. si quis, & de illo, & sicut pig. l. Paulus, § ancillæ concepti, ex natis habentur, vt ff. de sta. ho. l. qui in vero. Et no. hic arg. quod si vasallus commisit feloniam, filijs primo natis feudũ non aufertur. Vel generalius nota regulam, delictũ patris filijs nõ nocet, vt inf. de lib. cau. l. fi. §. 1. & ff. de pœn. l. 3. & l. crimen. & ff. de in ius voc. l. adoptiuum, §. fi. & in decre. 1. q. 4. c. 1. & 24. q. 3. c. 2. & dist. 56. per totum.

ADDITIO. Tu distinguas breuiter in quæstione illa, quã facit glossa ista de feudo ex mẽte Bartoli in l. 3. ff. de interdi. & relega. quia aut committit pater aliquod delictũ, propter quod debet directo feudo priuari, vt quia delinquit contra dñm, vel aliquid facit contra conuentionem feudi, tunc delictũ patris nocet filio, vt in c. 1. in ti. si vasal. feu. priu. cui de. Aut committit aliud delictũ, propter quod, i. nõ dẽt principaliter feudo priuari, sed cõsequẽter cadit ab illo, vt quia non delinquit contra dominum, vel cõtra promissiones factas in feudo, tunc aut tale feudũ debet transire, ad filiũ ex persona patris tanquam ad patris successiõe, & hoc casu filius priuatur illo feudo. Aut transit ad eum suo iure, vt quia filius, non quia hæres, & successor, & tunc sibi illud retinet, ut probatur in d. l. 3. ff de interdi. & releg. Vide etiam Abb. in ca. fi. extra, de feudis.

m *Seruituris.* i. seruis futuris, si tamen ex ancilla huius patronã sint nati. Vel dic etiam ex aliena muliere ut libera, uel serua, si tñ filij necesse habeant sequi conditionem patris, vt in casibus ut inf. de muri leg. l. fi. li. 11. & sup. de ser. fug. l. fin. Et sic non est contra, sup. de rei uend. l. patrem. Vel resolue in prin. huius legis masculinum in fœminum, ut aliis, ff. de vsur. l. equis. Et dic seruituris, s. patrono.

n *Ortos.* vel conceptos, vt modo dixi, sua vero delicta nocerent eis, ut inf. eo. l. fi.

o *Illi.* liberti reuocati in seruitutem.

p *In nostro.* i. coram nobis.

q *Vindicta.* i. causa cognita.

r *Coercitionem.* i. reuocationem in seruitutem.

s *Ciuitas.* i. libertas.

t *Patronus.* quondã, nunc dñs, vnde Virgilius facilis descẽsus Auerni. Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Sed reuocare gradu, superasq; euadere ad auras? Hoc opus, hic labor est. Vt aũt scias ex qb. causis fiat reuocatio, dic, aut ex voluntate manumittitur, aut ex necessitate. Primo casu si ẽ ingratus, ut quia nõ præstat obsequiũ, nõ reuocat, ut inf. de lib. cã. l. solo, nisi oportunum erat, ut circa alimenta, vt ff. de lib. agn. l. aliméta, §. Impatores, cõminari tñ põt, vt ff. de iure patr. l. ingratus. Si aũt est ingratus, quia iniuriam fecit patrono, ẽt propter leuẽ culpa reuocatur in seruitutẽ, ut hac l. nisi patronus remiserit ius patronatus, vt in Auth. ut li. de cæ. §. illud, coll. 6. nã tunc propter graues offensas reuocatur, nõ propter leues. Secundo, qñ. s. ex necessitate, tunc eadem fit distinctio, sed non eadẽ pœna imposita, nam si non præstat obsequium, primo cõminatur ei Prætor, secundo extra ordinẽ correctione imponit. si nõ prodest cõminatio à Prætore facta, sed si facit iniuriã, si quidẽ ad verba, damnatur in exilium, si ad factum, damnatur in metallum, ut ff. de iu. pat. l. 1.

u *Precibus.* i. imperatoris.

*Ordinẽ. Quia legibus nõ est prodita actio ingratitudinis, aut si Æ dita est vel luti lege Ælia Sentia in desuetudinẽ abijs, post illam legẽ Senatus. & cõstitutionib. de ingratitudine libertorũ agi cœpit. Gothof.

1 † Deest, & recte.

2 † ad concilium Bi zacinorũ. C. T.

* Ex li. 4. tit. 10. l. C. Th.

3 † confirmat C. T. Du. ceruicem.

4 † fici om. & C. Th. Dua impe. ditionẽ que.

Legatum non reuocatur ex leui culpa legatarij.

Libertus an propter leuem offensam reuocetur in seruitutẽ.

Feudũ an auferatur filijs iam natis propter delictum patris.

5 † Parentium.

9 † Deest Dua.

*libertatis Co. Taci. tamẽ lib. 3. ait. Neronis tpe, vindicta liberatos non potuisse in seruitutem retrahi.

7 † Dat. 6. Cal. Aug. Coloniæ Agrippinæ Pacatiano, & Hilariano Coss. C. Th.

Virgilius

Libertus ex quibus causis in seruitutẽ reuocetur.

Liber-

Liberti.] CASVS. Non magis audietur libertus contra filium patroni, si eum sine venia in ius vocauerit quam contra patronum, cui si ingratus extiterit, dabitur ei actio, id est, officium iudicis propter ingratitudinem, vt in seruitutem reuocetur. Vel sic: Quæritur vtrum libertus debeat reuerentiam & obsequi filijs patroni: Resp. q sic, eodē modo sicut & patronis quibus si fuerint ingrati, reuocari possunt in seruitutem.

a *Modo.*] id est, solummodo.

b *Audiantur.*] sine venia

c *Hæredibus.*] etiam extraneis, vt sup. de in ius voc. l. 1.

d *Quib.*] s. hæredibus etiā extraneis, secundum Pla. Sed tu restringere hoc tā tam ad filios, qui reuocant. non autem extraneus hæres, vel etiam suus, vltra filium, vt sup. e. l. 1. & in Auth. vt li. de cę. §. illud. col. 6. & ff. de de ver. sig. l. sciendū. §. item in lege.

a Negat.] scilicet repudiando. secus si dicat 1 non sum hęres, vel non adeo, vt ff. ad Tertul. l. filij, §. 1. & nota s. de iur. & fac. ign. l. 2. quandoque tamen ponitur negat 2 pro non dicit, vt s. de pet. hæred. l. si putas, in fi. l. Si ergo ponas, nec filium nec nepotem in potestate aui fuisse, vel etiam nepotem tantum fuisse emancipatum, indubitāter obtinet quod hic dicit, vt Insti. de exhære. lib. §. emancipatos. si ponas vtrūque; in potestate, & tunc non admittitur 3 nepos, quia pręcedit eum pater, secundum Io. vt Inst. de hæred. quali. & differ. §. sui. nisi in duobus casibus, ut ff. de cond. instit. l. fin. §. co. scripto hærede, & de suis & leg. l. 1. §. sciendū. 4 vbi est vterque casus: nec vt agnatus olim, quia īter agnatos nō erat locus successorio edicto, vt d. l. scripto. Sed cum hodie iure Institutionum successorium locū habeat in agnatis, videtur q etiam sine bonorum possessione admittitur nepos: vt Inst. de leg. agn. succ. §. placebat. 5 & si poneres filium emancipatum, nepotem in potestate retentum, videtur q etiam nepos vt suus admittitur: vt Insti. de hæred. qual. & differ. §. sui. Sed in eo q dicit, negat, s. secundū duos primos casus. videtur nil interesse, neget vel non. nam aut accepit filius bona patris sui adeundo, sit emancipatus, vel non: aut non. primo casu sunt bona adeundo commista, & quasi vna habenda est. vnde non potest habere nepos bona aui, nisi omnia, scilicet aui & patris habeat, nec cum bonorum possessio. vel sine. ff. de acqui. hær. l. 1. in secundo, non oportet q neget: quia duæ hæreditates sunt quod hic dicit fore necesse. sed secundum Io. 6. respon. loquitur in emancipato filio non apprehendente bona patris: & ideo dicit negat: quia vbi negat, nunquam per bonorum posses. potest suscipere facultates aui. sed si contenderet se hæredem patris, posset in vno casu: scilicet, cum suus pater successisset auo nam esset hæres de iure ciuili. nam hæres hæredis, &c. Item similiter potest loqui in filio qui erat in potestate, & repudiauit bona patris, & ideo dicit negat: quia si contenderet nepos se hæredem patris sui, aliquo casu haberet bona aui sine bonorum possessione, s. cū suus pater non abstinuisset. nam hæres hęredis, &c. 7 vt j. de hære. instit. l. fi. Itē 8 ideo dicit maximè, quia de existēte in potestate magis dubitabatur: sed tamen idem est in eo: nam tanquam suum constat cum admitti non posse de iure ciuili: quia successorium non habet locum in suis. vt ff. de suis & leg. hær. l. 1. §. sciendum. Item quia suus repudiare non potest de iure ciuili. ut Inst. de hære. qualit. & diff. §. sui. Item alia ratione: quia alius præcedebat eum tempore mortis aui, puta pater: vt Instit. de hæred. quæ ab intest. § ita tamen. Item nec tanquam agnatus, quia successorium similiter non habebat locum in agnatis olim: vt Inst. de leg. agn. success. §. placebat. Item quia non erat proximior tempore mortis aui: vt Inst. de leg. agn. success. §. si plures. Tanquam cognatus constat, quod non poterat admitti sinè bonorū. possessione: vt Inst. de succ. cogn. in princ. sed hodie tanquam agnatus 9 potest admitti, cum successorium habeat locum in agnatis: vt d. §. placebat. Item & tanquam suus, 10 cum & his detur facultas abstinendi primo, & sic deferatur proximo, & sic habeat locum successorium etiam in suis: ut Instit. de hæred. qual. & diff. §. sed his, & ff. de acquit. hæred. l. necessarijs.

b Facultates.] id est, hæreditatem. 11 Hic autem quæritur, an filius filij emancipati, conceptus post emancipationem, sit agnatus auo: quod nego 12 omnino: nam iura agnationis per emancipationem etiam inter fratres tolluntur: ut supra, de inoffic. testam. l. fratres. nisi per Anastasiū: vt supra, de leg. tut. l. 4. ergo inter hunc nepotem & auum non obstat si dicas, quod coniunctus est per masculinum sexum: ergo est agnatus. fallit enim in suis cognatis. tamen negari non potest, quin ipse emancipatus nepos vocetur per vnde cognati: ut Instit. de hæred. quæ ab intesta. §. admonendi. & lex expressim decidit quæstionem: vt Insti. de succes. cog. 1. respon. & j. de legit. hære. l. meminimus, §. cum igitur, secundū Azo. Itē quæritur, an Vnde liberi detur patri in bonis filij emancipati itestati mortui. Respond. Pla. quòd sic. vel vnde parentes imposito nomine 13 quod stare non posse probo per locū à parētibus remotis. nā aut erat suus, aut emancipatus. si suus, aut habebat castrense, aut quasi castrense peculium, aut non. si habebat, & fecit testamentum: excluditur pater etiā exhæredatus vel præteritus: 13 vt s. de inoff. test. l. si. sed si non fecit testamentum, pater occupat iure peculij: 14 vt ff. de castr. pecu. l. 2. si autem nec castrēse nec quasi castrense habeat, nec olim nec hodie potest testari. cum omnia sint patris: 15 vt j. de bono. quæ lib. l. fin. §. filijs autem familias. cum verò est emancipatus, & non contracta fiducia, nihil habet tunc pater: ut Inst. de leg. agn. succ. §. fin. si contracta fiducia, aut fecit testamentum, aut non. primo casu si exhæredauit patrē, habet querelam: si præterijt, habet contra tabulas, ut ff. de inoffic. testa. l. mater, & l. nam & si filio, §. contra. Si autem non fecit testamentum, cum alius non præcedat patrem, pater habebit bonorum possessionem unde legitimi, ut Insti. de leg. agn. succ. §. fin. Sed certe, & si habeat unde parentes, uel unde liberi utilem, non est absurdum. 16 & facit ad l. istam s. si ut ab hæred. se absti. l. 2. & ff. de bon. lib. si ex patronis, §. fi. & s. de inoff. test. l. si quis filium, §. 1.

c Non potest.] s. de iure ciuili.

d Per bonorum.] i. ius prætorium, quia non de iure ciuili.

e Beneficium.] i. huiusmodi bona.

f Peruenerit.] per Vnde libri. 17 alij dicunt, per Vnde cognati, & unde agnati.

VNDE LEGITIMI, ET VNDE COGNATI.

Legitimi sunt agnati, & etiam quidam cognati qui in loco agnatorum sunt: ut sunt filij sororis. Item uterini: ut inf. de leg. hæred. l. penul. & fin. Item quia ex Orficia uel Tertu. admittuntur: vt ff. eod. l. 2. §. fin. & l. sequen. Postquam ergo dixit de illa, quæ datur liberis, dicit de illa quæ datur agnatis, & tertio 18 de illa, quæ datur cognatis. hic enim est ordo: ut ff. si tabu. test. l. 1.

Consobrinorum.] CASVS. Decessit filius sororis matris meæ, & uolo adipisci bona sua. quæritur an possim? Dicitur quòd si nemo sit ei proximior, possum ei succedere per bonorum poss. ff. unde cognati. uel sic, filij duarum sororum sunt consobrini: si ergo unus decedat ab intestato, an alius ei possit succedere per bono. possess. unde cognati, quæritur? Respond. quòd sic, si nullus sit proximior, sed si agnatus bono. possess. petat dicendo se uelle bo. possess. petat eam per possess. hæred. peti. vt ff. de poss. hæred. peti. l. 1.

g Consobrinorum.] consobrini dicuntur ex duabus sororibus nati, vt inst. de gradib. §. quarto gradu.

h Necessitudinis.] i. cognationis, ut ff. de iust. & iu. l. fin.

i Eorum possessionem.] per unde cognati.

k Persequi.] uel bonorum possessionem hæred. pet. ut ff. de bono. poss. l. 1. & 2. uel rei uend. res singulas: cum sis dominus factus per agnitionem, 19 ut hic, & ff. de bon. poss. l. 1.

1 Idē Bar. Bal. & Ias. licèt displiceat Ias.
2 Et bene Bar. Bald. Sal. & Ias.
3 Istā lectu. in textu B. B. Paul. Sal. & Ias.
4 Ista iura loquuntur ī successione testamentaria, hic in successione ab intestato. B. Bal. Paul. Sali. Alc. & Ias.
5 Gl. sequitur Barto. q quid dicāt cæteri.
6 Displicet B. B. Paul. & Ias. quò ad tex. licet sit vera in se.
7 In hoc gl. benè dicit, sm mētem scribētium.
8 Ista gl. vsque ad finē est gl. Hu. secundum Bald. & alios.
9 Et ī agnatis trāsuersalibus vel descendentibus repudiātib. hæreditatem sec⁹ in deliberātibus, vt in ista l. Alc. & Ias.
10 Nihil est, secundum Ias. in 16. col. & ita debet intelligi Bart. in l. 1. §. post suos. ff. de suis & legi. hæred.
11 Idē Ias. & est de mēte aliorum.
12 Et benè sen. ols.
13 Hodie non cōpetit sibi q̄rela. Ias.
14 Imò iure hæreditario. Ias.
15 Falsum est, secundū Ias. loquendo in aduētitiis quo ad proprietatē.
16 Istā partem gl. tenet B. Bal. Sali. Alex. & Ias.
17 Sequitur Bart. in fi. & Ias. in 8. col.
18 Sequuntur scribētes hic. Consobrini qui dicantur.
19 Ista gl. est de mēte scribentium.

Cum

CVm propiorem.] CASVS. Quidam decessit de filijs consobrinæ meæ nullo condito testamento. Dicitur ꝙ ego ei succedere possum per bon. poss. & dicti sunt consobrini filij duarum sororum, propiores sobrini, filij consobrinorum.

a Cum propiorem.] id est, in quinto gradu à consobrina, qui respectu sequentis dicitur sobrinus propior sic dicitur, vt in stit. de gradi. §. quinto, & §. sexto.

b Non posse.] cū non sit tibi agnatus.

NEpotibus.] CASVS. De prędictis nepotibus ex filia queritur, qualiter succedit auo suo materno? Respond. ꝙ ꝓ virili portione & iure prætorio, si sint ex eadem filia.

c Nepotibus.] ex vna filia. si autem ex duabus essent, succederent in stirpem, vt institu. de hær. quæ ab intestato. §. cum autem.

d Portione.] dic de iure honorario. scilicet per bonorum possessionem, vnde cognati. nam vnde liberi eis nō datur, vt ĩ. de suis & legiti. hęr. l. fi. & quæ sit ratio, dic vt ibi no.

e Honorario] nō solum cōstitutionibus, cum diminutione, tā tertiæ parti qūque, vt instit. de hær. quæ ab intest. §. item vetustas, & ĩ. de collat. illam, sed hodie contra: vt in authen. ibi posita.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. Zenoni. aliàs, Sozoni.

LEX II.

CVm propiorem a sobrinum, idest, natum à cōsobrina rebus humanis intestatū defunctum proponas: intelligis sine auxilio bonorum possessionis eius te successioné vīdicare nō posse. b Dat. 7. Calen. Iun. Laodiceę, AA. Coss.

Nepotes ex eadem filia nati, succedunt auo in virilem, per Vnde cognati. Sal.

Ijdem AA. & CC. Felici.

LEX III.

NEpotibus c aui materni pro viri portione d etiam iure honorario e successio defertur. Dat. Idibus Octob. Sirmij, CC. Coss.

Probatio debet esse de necessario concludentibus. ad hoc allegatur, secundū Bal. & Sal. Vel sic: Ad probandum quem esse hæredem defuncti, non sufficit probare, ꝙ possideat bona hæreditaria ipsius defuncti. h. d. Alex.

NOn hoc.] CASVS. Si mihi delata est bon. pos. ex aliquo capite, & eam tenui animo deliberandi: an eam videar agnouisse, quæritur. Respond. ꝙ non. Quod si eam agnouerim tantum sine corporali apprehensione, an mihi sufficiat, quæritur, dicitur quod sic.

f Non hoc. si dubitetur, an quis sit bonorum possessor, non inquiritur an possideat bona vel non: sed an petat decretalem, & iste est casus.

g An tenuerit.] idest, si possedit etiam de facto.

h Quærendum.] no. ergo ꝙ non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse: quia plerumque abesse contingit, idest, quem non esse hæredem, licet apprehendat: ideo non sequitur, si apprehendit, ergo est hæres: vt quia est prædo: & contra adire potest etiam si nihil attingat: vt ff. de acq. hær. l. pro hærede. in princ. & l. gerit pro hæred. & infra de iure delib. l. si auia: & l. si sorori. & ff. de rei vendicat. l. si ager. in fi. & sunt similia huic generali multa, quæ notaui supra, de proba. l. neque natales.

i An admiserit.] idest, adiuerit, vel agnouerit.

CErtum est.] CASVS. Si mihi delata fuerit bon. poss. in bonis cognati de iure prætorio, certe non possim succedere, nisi ea petita & admissa: quam admittere non compellor. Vel sic. Non possum succedere alicui iure cognationis, nisi petierim bon. pos. à iudice. si autem petere nolo, non compellor.

k Succedere.] de iure prætorio verū est: sed per auth. secus.

l Cognati.] nominatiui: sed defuncti, est genitiui casus.

m Non vrgentur.] vt ff. de bon. pos. l. 3. §. inuito. & ĩ. de iure delib. l. nec emere. Et no. hic tria. Primò, vsq; ad quem gradum datur agnatis & cognatis bonorum possessio? Respond. vsque ad 10. agnatis: & vsque ad 7. 1 cognatis & quibusdam personis de septem: vt institut. de suc. cog. §. fin. & ff. vnde cog. l. j. §. hæc autem. Secundo, quot sunt bonorum possessiones? Et dic ꝙ hodie sunt sex ordinariæ. septima extraordinaria, quæ datur quoties ex nouis legibus datur hęredi tas ex testamento vel ab intestato: ideoq; dicitur extraordinaria: 2 quia non habes certam sedem ex testamēto vel ab intestato: vt insti. eo. §. decima. in fin. §. & §. septima. Prædictarū autem sex, sunt duæ ex testamento, quattuor ab intestato. Ex testamento, secundū tabulas, & contra tabulas, quæ dicitur ex testamento: nō quia nitatur secundum tabulas, imò cōtra tabulas, sed ideo quia non habet locum nisi facto testamento: vt institu. eodem. §. sunt autem. Quattuor ab intestato: vt vnde liberi, & vnde agnati, & vnde cognati. de quibus duabus dicit hic titulus, licet leges sub eo positæ de cognatis dicant. Itē vnde vir & vxor. Sed olim aliæ plures erant insertæ, vt habes hic, & institu. eodem §. & cum de testamentis, vsque ad §. septima Pręter has 7. sunt tres 3 etiam hodie, quæ non tribuunt ius in proprietate, sed in possessione tantum: vt Carboniana, & qua datur ventri, de quibus dices ĩ. de Carbo. edic. l. j. Item quæ datur gratia agnoscen. litis, vt ff. de inof. test. l. Papinianus. §. j. & de ĩ. de inof. test. 4. Tertio no. an sint sublatæ bonorum possessiones per noua iura, qđ quidam dīt; sed est falsum, nisi in duabus. Dic ergo, ꝙ eundem locum tenent hodie, quem olim: nam ſm tabulas, nec olim nec hodie est necessaria, cum detur scripto petitio hæreditatis, & possit adire de iure ciuili, nisi in trib. casibus 4 Primus est. ff. de iniusto test. l. Posthumus. qñ posthumus qui rumpit, decessit viuo testatore. Secūdus instit. quib. mod. test. infir. §. non tñ. vbi capitis diminutione testm̄ fuit infirmicatum, sed tpe mortis inuenitur sui iuris. Tertius. ff. de ſm tabul. l. 2. §. si sub conditione. vbi ēt pendente conditione petitur bonorum possessio. In his tribus ēt hodie est necessaria.* Contra tabulas aūt, sicut olim fuit necessaria, sic & hodie: 5 & eisdē datur personis, quas habes. ff. de ꝯ tabu. l. j. Vnde liberi fuit olim necessaria emancipatis, vt ĩ. qui admit. ad bon. poss. pūt l. emancipata. sed hodie non est, vt in authē. de hære. ab intest. §. j. col. 9. Vnde legitimi, nec hodie, nec olim 6 erat necessaria, cum ex. l. 12. tabularum succederēt: vt inst. de leg. agn. succes. in prin. Vnde cognati, fuit olim necessaria. vt ĩ. eo. l. 2. sed hodie nō est. vt in auth. de hær. ab intest. §. nullā. Vnde vir. & vxor & hodie & oli ē necessaria: vt ĩ. vñ vir. & vxor. l. j. *

ADDITIO. Videas Angel. Aretin. instit. de exhæred. liberorum. in princip. qui ponit 21. casus, in quibus hodie est necessaria bonorum possessio. Et aduertas, quia multum refert, an quis de iure ciuili possit adire hæreditatem: vel an de iure prætorio hoc per bonorum possessionem facere debeat: quia priori casu hoc licet vsque ad 30. annos, vt l. licet. cum ibi no. infra de iu-

Ijdem AA. Platoni.

LEX IIII.

NOn hoc, f an tenuerit g qui res hæreditarias, necne * sine volūtate acquirendæ sibi hæreditatis, quærendum h est; sed an admiserit i hæreditatem vel bonorum possessionem. Dat. 11. Cal. Ianu. Sirmij, CC. Coss.

Linea cognatorum non potest succedere nisi de iure prętorio p bonorum possessionē, quam nemo inuitus agnoscere compellitur. h. d. Alexan. concor. Bald. & Salic.

Ijdem AA. Platoni.

LEX V.

CErtum quidem est cognationis iure citra admissionem bonorum possessionis neminem 1 † posse succedere: k defuncti 2 † verò cognati l succedere nolentes, bonorum possessionem petere non vrgentur. m Dat. 12. Cal. Mart. Sirmij, CC. Cos.

1 Imò vsque v. ſm Doct. hic. Bonorum possessiones sunt septem.

2 Idē Sal. Ale. & Ia.

* Alc. li. 1. dispū. c. 7. verba hęc. sine voluntate acquirendæ hæreditati. abūdare dicit.

1 † nemini.

2 † defuncti.

3 Idē Bar. & alij. Bonorum possessiones an sit hodie sublatæ.

4 Idē Bar. Bal. Sal. & Ias.

5 Qñ causa præteritionis apponit, ſm omnes scribentes.

6 Imo Sa. & Ias.

* Sed quęritur extra glos. an si non sint necessariæ saltem sint vtiles ei, qui pōt venire de iure ciuili? & responſm Bal. & P. hic esse maxime vtiles. & vide eos recensentes plures vtilitates.

re deliberan. Posteriore verò si quidem est de liberis ad annum tantum, si extraneus solum ad centum dies: vt l. 1. §. 1. ff. quis ordo in bonorum possessio. seruetur.

DE SVCCESSORIO EDICTO.

¶ Quia in prædictis bonorum possessionibus locus est successorio edicto, ideo de eo dicit. 1 Et nota, quod quandoque est de capite in caput: vt deficiente capite liberorum, admittantur agnati, & deficientibus agnatis, tunc cognati, & vltimo vir & vxor: vt ff. si tabula testa. nul. ex l. j. quandoq; de gradu in gradum, quandoque plures personæ sunt in eodem capite nam deficiēte prima, admittitur secunda: vt ff. eo. l. prima. §. quib. Item nota, quod hic titulus pp creditores est inductus, ne lóga mora eis fiat 2 vt ff. eo. l. j. in prin. Sed videtur quod parū valet hoc auxilium legis creditoribus, cum multi anni possunt currere antequam omnes liberi in infinitum habeāt annum pro quolibet gradu: & agnati vsque ad decem & cognati ad 7. & quilibet habent centum dies. Respon. hoc rarò contingit, quod quis tot habeat. Itē dico etiam inter tempus primi 3 interrogati sequentes à creditorib. ad admittēt. ar. ff. eo. l. j. §. sane. Item sic fit & alibi: vt ff. de cura. bo. dan. l. j. Item nota, quod in suis non erat locus successorio de iure ciuili, de gradu in gradum: vt ff. de suis & legiti. l. 1. §. sciendum. & est ratio: quia primus repudiare nō poterat: sed hodie potest: vnde habet locum successorium edictum: vt insti. de hære. quali. & diffe. §. sui. eadem ratione nec de capite liberorum in agnatos olim. Itē nec in agnatis habebat locum de gradu in gradum, per l. 12. tabularum: sed hodie sic, 4 vt insti. de leg. ag. suc. §. placebat.

1 Placet B. B. P. Alex. & Ias.

2 Sequitur Ias. & Bal. ... P. ... aliter dicit.

* Perperā in noua editione Parisiensi legitur, Patris nō qui mater patruus mihi patruus magnus est. Gothof.

3 † Promittitur.

3 Sequuntur Bald. Alc. & Ias. licet Pa. S.

TITVLVS XVI.

De successorio edicto.

Excluso primo vel priore in ordine, admittitur sequēs in gradu vel in capite. h. d. Bald. & Sal. Vel sic: Si primus in ordine non agnouit bonorū possessionem, admittitur sequens per successoriū edictum. h. d. Salic.

Impp. Alexan. A. Iuliano. alias, Iulio.

LEX PRIMA.

SI mater tua propter furorem suum [a] patrui sui [a] bonorū possessionem [b] non accepit: [c] tu filius eius [d] ad eorundem bonorū patrui [e] magni possessionem [f] ex edicto, [g] quo prioribus non petentibus sequentibus permittitur, [5] † admissus es. PP. 3. Id. Decemb. Maximo. 2. & Aeliano Coss. 224.

Si primus non agnouit bonorum possessionem: vel agnouit, sed non vt debuit: sequens admittitur per successorium. secus si agnouit, vt debuit. h. d. Alc. Bal. & Sal.

Imp. Diocl. & Maximian. AA. Firmo. [2] †

LEX II.

SI auiæ [h] eorum [i] 3 † frater, [k] de quorum [l] successione agitur, velut ex testamento adijt hæreditatem, [m] quos intestatos decessisse, ac falsum testamentum prolatum contendis, [n] & ab intestato non petita bonorum possessione vita functus [o] est: ac tu [p] licet quinto gradu constitutus, ex successorio capite petijsti bonorum possessionem vel needum exclusus petas: eorum successionem potes vindicare. Nam si is, [q] quē quarto gradu constitutum esse nō ambigitur, ex edicto petijt, [r] hoc te latuit: frustra nobis supplicasti. Dat. 6. Idibus April. Sirmij. CC. Coss.

dum: 7 vt ff. eo. l. j. §. quibus. & insti. de hæred. quæ ab intesta. §. admonendi. Sed videtur quod hic non habeat locum successorium edictum: quia furioso non fuit delata bonorum possessio: vt ff. eo. l. j. §. furiosi & de bonor. pos. nec de iure delata infan. l. prima. Sed potest dici 8 quod erat hic delata ante furorem. Vel melius secūdū Azo. B. B. Pau. 9 si ea facta sanæ mentis non accepit, deferetur sequenti: vt supra de cura. furi. l. fin. §. pen. & 9 ad bo. pos. l. infantis. & infra de impub. & 2 † Firmi. ali. sub. l. antep. & ff. no, alias de peti. hęred. hęres Firmæ. in prin.

7 Imò nō isto iure autentico.

8 Displicet Bar. & alijs.

9 Ista placet omnibus.

2 † Firmiali. alias.

SI auia.] CASVS. 3 † Si auiæ Mulier aliqua habebat fratrem & filium, & ex tunc eo nepotes duos, & duos fratres, quorū alter habebat filiū, decessit mater, & filius, & frater qui habebat filium, decesserunt nepotes, ad quorum successionem an admitti debeat filius fratris, qui est eis in quinto, an frater mulieris qui est ei in quarto gradu, quæritur? Respond. quod admittitur frater, sed si non venit, vel venit, & venire non debet: vt ex testamento cum sit falsum: vt non ab intestato, cum venire possit: admittitur filius fratris. Vel pone casum aliter, vt in glo. proxi.

SI mater.] CASVS. Delata fuit bo. pos. matri meæ in bonis patrui sui in furore constitutæ non petit bo. pos. vnde agnati: & sic exclusa est, an ego qui sum in sequenti gradu petere possim, quæritur. Respond. quod sic ex edicto successorio, Vnde cognati.

4 Et bene adduc. ... ter in ... vniuersalibus de agnatis: & Bart. B. & Alex. hic.

a *Sui.*] qui sibi est agnatus.

b *Bonorum possessionem.*] Vnde agnati.

c *Non accepit.*] Idem si petijt per procuratorem aliis curatorem, & in furore: vel etiam post furorem decessit antequam ipsa mater ratificare agnitionem vel petitionem curatoris, vt l. de cura. fur. l. ... §. penult.

d *Eius.*] matris.

e *Patrui magni.*] qui est tibi cognatus, & tamen dicitur mihi patruus magnus: nam qui est patruus matris meæ, est mihi magnus & qui est auunculus, est mihi magnus & sic econtra ex parte patris: ff. de gradi. l. iurisconsultus. § patruus, secundum Io. Sed Pla. contra. dicit enim impropriè hic patruum dici, non magnus.

5 Sequuntur Doct.

6 Istam tenet Ias. licet Barto. ... probet ... dicit ... quid sit.

f *Possessionem.*] aliter ... Vnde agnati.

g *Ex edicto.*] successorio. Est enim edictum successorium, quod prioribus non petentibus, sequentibus permittitur. & est & hic de capite in caput, & de gradu in gradum. vnde intellige quod non erant alij agnati. alias ipsi vsque ad decimum præferentur gra-

h *Si auia.*] Pone casum. 10 Berta habuit nepotes ex filio mortuo. Item fratrem, item nepotem 11 ex alio fratre mortuo. mortua Berta decedunt nepotes ex filio, ad quorum successionem si cum frater Bertæ veniat, qui est in quarto gradu eis, non veniet filius alterius fratris qui est eis in quinto. alias si non venit non vt debet: filius alterius fratris venit. Dic ergo: si auiæ scilicet Bertæ.

10 Glo. ostenditur trifariam quod debet addi, & sic casus est verus. Ias.

i *Eorum.*] scilicet nepotum prædictæ auiæ qui sunt ei auiæ in secundo gradu. ergo fratri in quarto. ergo filio fratris in quinto.

11 Improprie secundum Ias. mente aliorum.

k *Frater.*] Lucius, qui est in secundo gradu ei.

l *De quorum.*] illi duo nepotes vocabantur vnus Titius, alter Seius.

m *Hæreditatem.*] nepotum prædictorum.

n *Contendis.*] tu filius alterius fratris.

o *Functus.*] Lucius.

p *Actu.*] filius alterius fratris auiæ, q vocaš Sēpronius, pone.

q *Sits.*] id est Lucius frater auiæ, qui non potuit adire ex testamento, quod erat falsum.

r *Petijt.*] quod potuit nec enim hæres scriptus scilicet frater auiæ videtur renunciasse ab intestato successioni, cum ignorauit 12 testamentum non valere: vt ff. de inof. testa. l. mater. nisi ignorasset ius: vt ff. si quid in fraud. pat. l. si patronus. in prin. & de bo. libe. l. Paulus 2. §. patroni. & ff. de petitio. hære. l. legitimam. Item nota, quod hos gradus sic computant quidam. Isti duo nepotes sunt in gradu secundo: auia in tertio: frater auiæ in quarto: filius fratris auiæ in quinto, sed hoc stare non potest: quia gradus qui est inter duos nepotes, hic computandus non est. Alij dixerunt, quod loquitur de nepote fratris: intellige, id est de filio filij fratris. sic forte computando: duo nepotes de quorum successione agitur, sunt auiæ in secundo. fratri auiæ, in tertio. filio fratris auiæ, in quarto. ergo nepotibus

12 Sequitur Barto. B. P. Alex. & Ias.

potibus istius fratris, in quinto quod nihil est, quia comittitur gradus proauiæ. Item quia secundum istam computationem, frater auiæ est in tertio, & litera dicit quarto. Tu ergo 1 computa, quod isti nepotes sunt in primo gradu matri suæ, vel patri auiæ, in secundo, proauiæ, in tertio, filio proauiæ, & fratri auiæ, in quarto, ergo isti nepoti in quinto, vt patet institut. de gradibus, §. 1. & §. 2. & §. 3. & §. 4. & §. 5. Si quæris quare proauiam numero? Resp. 2 quia semper est eundum & recurrendum ad personā, in qua vniū fuerunt, vt ff. de gradi. l. iurisconsultus, ꝓpe prin.

1 Et bene & istæ duæ computationes reprobantur, & placet Ba. ista computatio.

2 Idē Alex. & Ias.

vel spurius. Et dic quod filius nec fuit institutus nec exhæredatus, quia tunc cessaret Carbonianum, 7 vt ff. eodem l. cum fine & est ratio, quia institutus habet secundum tabulas, & exhæredatus iuste repellitur, vt ff. eodem l. 1. §. Pomponius.

7 Idem B. B. Sal. Alc. & Ias.

De Carboniano edicto.

TITVLVS XVII.

Si filio impuberi mouetur quæstio status, & hæreditatis, debet ex Carboniano edicto differri quæstio in tempus pubertatis: & impubere præstita cautione, si non possidet, constituitur possessor bonorū hæreditatis, vel si possidet, eius possessio confirmatur. Si verò non satisdat, erunt una cum eo in possessione illi, qui contradicunt, hoc dicit, Alex. post Bal. & Salic.

Idem AA. & CC. Floræ.[1] †

LEX PRIMA.

SI tibi [a] ac filio [b] tuo status ab ijs, contra quos supplicas, mouetur quæstio, [c] perspicis præmature rerū, quas velut de patris [d] successione filius tuus vindicat, [e] restitutionem postulari, cum si in pupillari permaneat ætate, secundum formā [f] edicti Carboniani data bonorum possessione satisdatione impleta, [g] tunc demum in possessionem [2] § eum constitui conueniat, vel hac [h] non oblata, portionem [i] ab omnibus, [k] quam vindicat possideri: seruitutis vero quæstionem in tempus pubertatis differri.[l] Dat. 12. Calend. Nouemb. Sirmij CC. Coss.

Ex summaria cognitione peruenitur ab Carbonianum. hoc dicit. Bal. Vel sic. Bonorum possessio Carboniana conceditur semiplenè probāti ea, quę in hac lege continentur, hoc dicit, Alex.

DE CARBONIANO edicto.

Dictum est de bonorū possessionib. quæ tribuunt ius in proprietate, nunc de ijs, 3 quæ in possessione tantum, vt ff. ne vis fiat ei l. pe. §. fi. & §. pe. & ff. eo. l. pe. & dicitur Carbonianum, à Carbone prætore. ar. instit. de act. §. alia, in fi.

3 Ista consuetudo ē de mente doct.

1 † aliàs ne Ret.ia.

SI tibi. CASVS. Decessit paterfamilias relicto filio impubere, nec instituto, nec exhæredato, cui si moueatur quæstio status, scilicet quod spurius sit, vel seruus ex ancilla, ab agnatis volentibus venire ad successionem defuncti, nec à possessorum bono. discedere velit impubes, antequam ad 14. annos veniret an sit audiendus, quæritur? Dicitur quod sic, & erit in posses. bonorum ex Carbo. edicto. itaque mater satisdet de restitut. bonis adueniente tempore pubertatis, si appareat filium esse seruum, qui si satisdare noluerint, agnati simul cum ipso in posses. erunt, nulle eis, pendente tempore impubertatis, emolumentorum spe relicta, sed ex bonis filius interim alatur, & sic expone in litera. quod dicit, vendicat detinendo. Vel dic, quod non fuit in possessorum bonorum sed vendicat, & sic proprie ponitur, vendicat, scilicet conueniendo, & dic quod decessit relicto filio impubere, cuius hæreditas ab aliquo possidetur, impubes intentat peti. hæredita. quia in ea necesse habet plenè docere de iure suo: consulitur ei, vt modo dixi, ergo dicitur. quod erit in poss. vsque ad tempus pubertatis, præstita tamen satisdatione. Vel pone aliter casum, vt in glo.

a *Si tibi*. Loquitur Imperator matri pro filio impubere supplicanti. Et dic casum 4 secundum Ioan. quod impubes possidebat, & aduersarij eius proponebant petitionem hæreditatis, iste impubes dicebat se hæredem, illi replicabant eum seruum. quantum est pro bonis, hoc non possunt, quia præmaturè, idest nimis cito petunt, nam, quæstio seruitutis in tempus pubertatis differtur, sic exponitur, ff. de collatio. bon. lege, prima, §. si impubere. & quod dicit vendicat, scilicet retinendo. Vel secundum alios dic casum, 5 quod mater nomine filij agebat petitione hæreditatis, alijs possidentibus scilicet agnati defuncti, illi excipiebant eum seruum Imperator ei consuluit, vt petat tantum possessionem ex hoc edicto & non maturet in petitorio, quia graue esset ei probare propter filij debilitatem, & aduersariorum potentiam. Sed huic Positioni est contra supra de ordi. iudi. l. 1. quia ibi agit impubes, & occasione status non differtur. Sed dic 6 quod ibi expediebat ei non differri. Vel hic possessorio, ibi petitorio. Vel solue, vt ibi.

4 Placet B. P. & P. displicet tū quo ad tex. Alc. & Ia.

5 Vtraque casus positio placet B. B. & Ia.

6 Et bene Bar. Sal. & Ias.

b *Filio*. Vt quia tu ancilla, & filius tuus seruus dicitur, vel spurius...

c *Quæstio*. In modum replicationis, secundum primum, vel exceptionis, secundum alium.

d *Patris*. Secus 8 de matris vel alterius lineæ fœminæ, cum illis scilicet personis tantum detur Carboniana, quibus & contra tabulas potest dari, vt ff. eodem, l. 1. & generaliter, & l. de bonis, sed in bonis matris non datur cōtra tabulas, cum præteritio sua habeatur pro exhæredatione, ergo nec Carboniana.

8 Idē B. B. P. Alex. & Ias.

2 † al. possessione.

e *Vendicat*. Retinendo, secundum Ioan. uel proprie secundū Alb.

f *Secundum formam*. quæ est ut satisdatio præcedat, ut subijcit, & tunc demum detur, quando status & rerum 9 fit quæstio. si vero status tantum, non differtur ex Carboniano, vt ff. eodem ti. l. de bonis, §. 1. sed ex constitutionibus, ut ff. eo. l. 3. §. 1. Item si de bonis tantum, similiter non differetur, vt ff. eodem, l. 1. §. si quis filium.

9 Idē Bart. & alij.

g *Impleta*. scilicet de restituendis bonis, si apparuerit eū non filium, vt ff. de colla. bon. l. 3. §. emancipatus, & ff. eod. si is qui, §. an autem. Sed P. dixit cum cauere de vtendo arbitrio 10 boni viri ad instar fructuarij, ut ff. vsufr. quemad. ca. l. 1. in prin.

10 Dic quod vtrūque capitulum debet in satisdatione comprehēdi. Bar. & Sal.

h *Hac*. s. satisdatione.

i *Portionem*. ut quia non habebat in bonis paternis nisi portionem, cum forte haberet fratrem.

k *Ab omnibus*. scilicet pupillo & aduersarijs etiam si sint extranei. vt ff. eodem, l. prima. sed non alentur 11 inde, sed vice satisdationis erunt simul in possessione, ut ff. eod. l. de bonis, §. qui pupillo si autem sint de liberis, siue caueatur, siue non, erunt in possessione, 12 ut ff. eod. l. sed & si si in principio.

11 Idem S. & Ias.

12 Sequuntur Bar. & Ias.

l *Differri*. hoc si puberi expediat secus si expediat statim agi, vt ff. eodem lege, 3. §. duæ. Item & nunquid differtur quæstio quo ad matrem? Respondet Pla. non, 13 ut ff. eodem l. 1. §. finali, nec tamen fiet pręiudicium causæ filij, siue perdat mater, ut sati. ade libe. causis, leg. fina. siue uincat vt ff. eodem l. 3. §. si mater. Nec ob. l. 1. in fi. ff. eodem quia sententia contra matrem lata, non nocet filio, 14 sed contra seipsum data. Item nunquid Carbonianum cum ordinaria bonorum possessione datur? Respond. quod non, ut ff. eodem, §. si impubes, in fin. Sed contra uidetur, ff. eodem l. 3 §. missum, in fin. §. ned respond. ibi dicitur oportebit ordinarie petere, qui Carbonianum petit, & non dicit, oportebit. dico si bonorum possessionem petere vellet. Sed nonne etiam qui Carbonianum habet, tantum debita exigit, vt ff. eodem, l. penult. Respond. sic forte a volentibus non inuitis vel non vt bonorum possessor iuris, sed Carboniani tantum, &c.

13 Et bene B. B. P. Alc. & Ia.

14 Imò nocet quo ad tale piudiciū vt ibi, non quo ad plenum prętudiciū vt hic Cy. & Ias. licet glo. sequat Bar.

ADDITIO. Dicas sic. aut ipse non satisdedit, & tunc non potest intentare actionem, aut satisdedit; & tunc, aut vult directam tanquam hæres, & non potest. aut vult intentare tanquam bonorum possessor Carboniani. & potest, ut ff. eo. l. penul. & l. 3. §. missum, qui §. declarat istam materiam vt dicit Bart. hic.

Carbonianum. CASVS. Celebrato diuortio inter te & vxorẽ tuam, significauit tibi vxor tua, quod ex te fuit prægnans, fecisti inspici ventrem, custodiri partum, decessisti, tibi voluit succedere impubes, mouetur tibi controuersia, quod filius tuus non sit, nunquid si in poss. bono. mitti petat vsque ad tempus pubertatis, audiendus est? Respondet glossa sic, si partus fuerit custoditus, & hoc probetur, & non plenarie cognosceretur, alioquin si plene probaretur, haberetur pro instituto, & adiret hæreditatem, vt ff. e. cum fint, & interim alatur de bonis, non obstante, quòd dici possit, quia nutritus fuerit alienis bonis, si postea apparuerit cum filium tuum non esse. Viuia.

a *Carbonianum*. idest, commodum edicti Carboniani. Et capias ita constructionem, Carbonianum edictum defertur. intellige puero, & hoc dico custodito partu sub legitimis personis.

b *Indubitato*. subaudi ex partu dico nato.

c *Matrimonio*. s. nato. Vel dic, existente.

d *Defertur*. vsque ad annum, & vt omnes bonorum possessiones, vt ff. e. l. 3. §. missum. Sed si hæc probentur, scilicet matrimonium indubitatum & partum sub legitimis personis custoditum esse: de quibus dicitur, ff. de vẽt. inspi. l. j. §. de inspiciendo, & quod sic legitima successio, idest, quod fint legitimi successores, idest, filij legitimi, quod sequitur ex duabus casibus primis, non habet Carbonianũ, cum possit adire & petere suo iure, sicut si esset institutus ut ff. eo. l. cum fine, in prin. sed subaudi in omnibus summatim, vel semiplene, vt ff. eo. l. 3. §. causa vel quod dicit de partu custodiendo, dicit ideo, quia si mulier ventrem custodiri passa non fuerit, denegatur partui Carboniana, ut ff. de uen. inspi. l. 1. §. si cui, & l. edictum, Axonem.

d *Defertur*. s. puero, & hoc dico, partu, &c.

e *Nouus*. s. præsumptiuè.

f *Alienis*. si patet eum non filium, nec repetuntur sumptus, vt ff. si mulier uen. nomine, l. 1. §. interesse, & ff. de in off. testa. l. qui de inofficioso, vt & ff. de pet. hære. l. hæres suitioli, §. sed & si quid. Accur.

*Ex §. 4. e. 3. l. 1. C. T.

* Al. deest

G th. locũ putat esse corruptũ. & sic restitut sub pet tonis legitimis custodito partu, & indubitato matrimonio prolata legitima successione &c. qua ratione nihil est facilius legitimas personas intelligi, de quibus lex 1. ff. de vẽ. inspicien.

1 † Deest. Du. Ordo iteratæ.

1 Idẽ Bart.

*Legẽ Romuli) Halycarnass. P. Praze. l. 5. uet. iurisp. antchc. rib. j intelligit. Lege Papia decimaria. Thalæus li. 45. Basylicon, tit. 5. & male. Nã lex Papia ad te ũ tantum successionẽ pertinet, vt. Cuiac. 3. obser. n. 2 Sequunt Bar. Ale. & Sal.

3 Idẽ Ba. S. Ale. & Ia. in l. præcedenti.

Imppp Theo. Arcad. & Honor. AAA. ad Rufinum PP.

LEX II.

Carbonianum [a] * edictũ sub personis legitimis ex * indubitato [b] matrimonio [c] custodito partu, & probata legitima successione, defertur, [d] scilicet, vt in possessione nouus [e] hæres constitutus, vsque ad pubertatis annos sine inquietudine rebus vtatur interdum alienis. [f] D. 4 Cal. Octob.[1] † Constantinopo. A. 3. & Habundantio Coss.

TITVLVS XVIII.

Vnde vir & vxor.

Coniunctis deficientibus, vir & vxor ab intestato vocantur ex quarto capite edicti, h. d. Vel sic: Deficientib. coniunctis, & vir & vxor inuicem succedunt ex edicto, fisco excluso. Sal. vel sic: Deficientibus agnatis omnibus, & cognatis, vir succedit vxori, & econtra, ex quarto capite edicti, per bonorum possessionem, quæ vnde vir & vxor appellatur. h. d. Alex.

Impp. Theodosius & Valentin. AA. Hierio PP.

LEX VNICA.

Maritus, & vxor [g] ab intestato [h] inuicem sibi insolidum pro antiquo [i] iure * succedant, quoties deficit omnis parentum, liberorumve, seu propinquorum legitima, vel naturalis [k] successio, fisco. [l] Da. 12. Cal. Mar. Hierio & Ardaburio Coss. 422.

VNDE VIR ET VXOR.

1 Deficientibus prædictis, datur hæc, ut infra eo. ti. l. 1.

Maritus. CASVS. Si decedit uxor tua, nec agnato, nec cognato relicto, ei succedis per bono. possess. vnde vir, & vxor, fisco excluso, & econuerso, Viuian.

g *Et vxor*. s. si matrimonium est tempore mortis, vt hic, & ff. e. l. 1. §. vt autem.

h *Ab intestato*. vt ff. eo. l. 1. in prin.

i *Antiquo iure*. quod est, ff. eo. l. 1.

Vxor viro succedit alijs deficiẽtibus.

Vbi matrimonium fuit sine dote, & coniunx præmoriens est locuples, & superstes laborat inopia, licet extent filij defuncti personæ tam ex eodem matrimonio quàm ex alio: coniunx superstes succedit in quarta parte, si liberi non sunt vltra tres: aliàs succedit in virili, cum liberis, & legatum sibi factum à defuncto cõputatur in ipsam quartam, h. d. Alex.

Coll. 4 Ricc.

IN AVTHEN.

De exhib. & introdu. reis, §. quoniam verò, in fi. coll. 5. const. 6. & coll. 8. consti. vlt. vt li. matri & auiæ, §. quia vero. 2.

Prætereasi * matrimoniũ sit absque dote, [m] coniũx rutem premoriens locuples [n] sit, superstes vero labores inopia, succedet vna [o] cum liberis communibus alteriusve mfimonij [p] i quartã, si tres sint vel pauciores. Quod si plures sint, in virilem portionẽ, vt tamen eiusdem matrimonij [q] liberis proprietatẽ seruet, si extiterint, his verò non [q] extantibus, vel si nullos

k *Naturalis*. legitima, ex parte patris, naturalis, ex parte matris, sed hoc fallit in casu. s. in socio liberalitatis imperialis, qui vxorẽ excludit in illa liberalitate, vt inf. si lib. iper. soc. sine her. l. 1. li. 10.

l *Excluso*. propter vxorem, vt hic. Item pp alios quosdam fiscus excluditur, de quib. dr. j. de hær. de cu. per totum titu li. vxor aũt p illos n excluditur, ergo no. vxorẽ succedere alijs deficiẽtib. Itẽ i alio casu vir succedit uxori suæ cũ filijs eiusdẽ emancipatis, in uirilẽ vsumfructũ, vt inf. de bon. ma. l. 3. in prin. Item in tertio casũ, de quo uide authen. prætereа, &c. quam huic lege.

m *Prætereа*. Dote. aut donatione pp nuptias, ut in Auth. de exh. reis. §. qm vero. colla. 5. unde sumitur hęc aut. vsq; illuc, tres sunt, &c. Itẽ & in fine ab Ide, imputabitur aũt &c. reliqua sumitur, vt liceat matri & auiæ. §. quia vero, l. 2. col. 8. nec ob. quod in dicta auth. distinguat verũ ab uxore, qa corrigit i hoc p auth. vt fratrum, § fi. coll. 9.

n *Locuples*. qs dr locuples vel iops? Rñ. mera est 50. aureorũ, ut ff. de accu. l. nõ nulli vel 100. aureo. vt insti. de suc. lib. §. sed nostra, vel uerius iudicatur quis locuples, uel non, officio iudicis, vt arg. sup. de epi. aud. l. eã q mẽtis.

o *Vna*. siue testat[o] si ue intestatus decessit.

p *Matrimonij*. qui vocabuntur ad hæreditatem patris vna cum nouerca.

q *Non extantibus*.. quid si liberi nõ extant, sed ascendentes? Rñ. idẽ obseruandu, secundũ H. Itẽ quid si nullus neque ascendentiũ, neq; descendentiũ? Rñ. uocantur uxor & vir in totũ, exclusis transuersalib. sm B. & P. contra Accur.

ADDITIO. Potes dicere, quod hoc casu lucratur proprietatem quartæ portionis, quod satis uidetur uelle hæc auth. si bene inspiciatur, quod tenet etiam Bar. hic.

* Hanc authen. Mar. Socinus in consi. 108. in 1. vol. pulcherrimè declarat, dicens quod uxor per hanc auth. non potest reuocare alienata in ter uiuos, si bẽat nũ nur quarta

Diues & pauper q dicantor.

DE REPVDIANDA BONORVM POSSESSIONE.

Dixit de acquirenda, nunc de repudianda. Et not. quod edictalis repudiari potest. & sic loquitur, ff. si tabu. testam. nullæ ex. l. una, § 1. & infra l. 1. decretalis non, nec ante decretum, quia non habetur nec post sicut nec hæreditas, ut ff. de success. edic. l. 1. §. decretalis, & infra de repu. hæredi. l. sicut.

Enim

a **Emancipatus.** Patroni.] vt j. de postul.l. velamento. fallit in hoc: vt ff. de iure fisci.l.si fiscus. pp aduocatum tamen datur dilatio, vt ff. ex quibus cau.ma.l.ait prætor.in fi. & l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.

b **Filio delatam.**] Ex linea materna, & sic locum habet hæc lex etiam apud Iustinianũ, antequã fieret l. vlti. j. de bo.ma.l.j. & 2. & 3. & de bo. quæ lib.l. pen. per l.autem vlt. constat, q habet locum in qualibet hæreditate i filio delata, nisi occasione patris, 2 vt ff. de vulg. subst.l. sed si plures. subst.l. sed si plures. §.in arrogato. Item no. secus in seruo * esse, quàm hic dicat Bar. q ser in filio, vt ff. de sucuum. & ff. de leg. j. seruo, & econtra filius non repudiat in præiudicium patris, vt d.l.j. & j. de bon. quæ lib.l.licet aci turnitas filij patri ob unde non fit, si eũ certiorare potuit, vt ff. si quis ord. in bo. pos. ser.l.fi. & facit ff. de bo.po.l.tutor. & j. de acq. here. l.is qui.§.fin.

c **Ad fraudem.**] idest ad damnum. veteres enim fraudem pro pœna accipiebãt, vt in l. cum autem.§. excipitur. ff. de ædil. edic. & nota. sup. de sponsa.l.2.

i Placet P. Alc. & Ias.

2 Istud dictis, 2 vt ff. de vulg. simplicet §. dictis.

* Cur secus in seruo? Resp. Bar. q ser uus nõ pôt sperare libertatem, nisi p manum, quæ depêdet à libera dñi volũtate: unde non fit probabilis. Sed filius sperare pt per mortẽ patris, q nõ ẽ spes improbabilis, ex uoto parẽtum.

habuerit, potietur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem.

TITVLVS XIX.

De repudianda bonorum possessione.

In repudiando bonorum possessionem non requiritur præsentia aduocati. h.d. Bal. Sal. & Alex.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. Theodosiano.

LEX PRIMA.

Emancipatus, repudiata bonorum possessione, absentiæ patroni [a] causæ velamento rursus ad eandem redire qõnem frustra conatur. Sine die, & Consule.

Pater non potest iura filij repudiare, in iudicio, vel extra. h.d. Bald. Vel sic: Pater non potest repudiare iura filio delata. Sal.

Ijdẽ AA. & CC. Theodoro.

LEX II.

Filio delatam [b] bonorum possessionem patri ad fraudem [c] filij repudiare nõ licet. D.6. Cal. Decemb. Nicomediæ, CC. Coss.

TITVLVS XX.

De collationibus.

Vbi ex testamento cum effectu succeditur, collatio cessat. h.d. Bald. Vel sic: Iure isto inter succedentes ex testamento, cessat collatio: nisi testator cauerit de contrario. h.d. Sal. Vel sic: Cum succedit emancipatus filius patri vna cum filiis in potestate, ex testamento patris: tunc non confert emancipatus bona sua: etiam quæ à patre sibi donata fuerunt. h. d. Alexand.

Imp. Alexãder A. Deuteriæ.

LEX PRIMA.

Emancipatos [d] liberos testamento hæredes scriptos, [e] & ex eo [f] successionẽ obtinentes, [g] à patre donata fratribus [i] † conferre non oportere, [h] si pater, vt hoc fiat, supremis iudicijs nõ cauit, [2] † manifesti iuris est. PP. 3. Id. Iu. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Hodie ex testamento non cessat collatio nisi pater vetuit: ideo dotis, & aliorum datorũ fit collatio. h.d. Salic. Vel sic: In casibus, in quibus olim erat facienda collatio inter succedentes ab intestato, facienda est etiã hodie, si succedatur ex testamento: nisi testator prohibuerit. hoc dicit Alexan.

IN AVTH. de trien. & se. §. illud quoq; bñ. col. 3. cõst. 6.

Ex testamento, [i] & ab intestato cessato dotis & aliorum datorum [k] collatio, ita demum si parens hoc designauit expressim: alijs, q̃ de collatione dicta sunt, suũ robur obtinentibus.

3 Ista continuatio placet Cy. & Ias. & ẽ de mente Bart.

DE COLLATIONIBUS. 3

Quia inter bonorum possessiones habet locum collatio, ideo de ea dicit.

ADDITIO. *Istud non videtur verum: quia præsupponit, q in ter bon. pos. passiue sit locus collationi, quod est falsum, vt no. in l. si emancipati. insi. eo. Lancellotus Decius*

Emancipatos.] CASVS. Decessit paterfam. habens quosdam filios, quos in vita emancipauit: quibus quædam contulit: an ea conferre debeant facto testã & ei hæredibus institutis? Respond. q non, nisi hoc expressisset.

d **Emancipatos.**] Idem si essent in potestate constituti.

e **Scriptos.**] cum alijs in potestate constitutis. 4

f **Ex eo.**] scilicet testamento.

g **Obtinentes.**] Idem esset si cum possent ex testamento succedere, errore successerunt ab intestato: 5 vt ff. de col. do.l. filius emancipatus.circa principium.

h **Non oportere.**] Nota nõ fieri collationẽ de iure antiquo, si testatus qs decessit: vt hic, & j. e.l. filiæ dote. & l. filiam. Sed j. de inof. test.l. si nõ mortis 2 rñ. vbi ẽt ex testã fit collatio. Sol. licet in primo rñ. loqueretur qñ testatus decederet: in secundo tamen mutat casũ, s. qñ intestatus. Item hoc iure veteri: sed secus per auth. testamẽto, &c. quã hic lege.

4 Gl. sequtur Sal.

5 Seqtũr gl. Ba. Io. Fab. & Ia.

6 Quia tũc cessat iniuria, quã prætor faciebat suis admittendo emãcipatos. Pa.

i **Ex testã.**] CASVS. Ex testã & ab intestato cessat dotis & aliorũ datorũ collatio, si pr hoc dixerit: si aliter. Vi. i **Ex testamento.**] Subaudi & ab intestato, si nõ habes hic: vt in corpore huius authen.

K **Datorum.**] Non simpliciter, sed ob causam, puta dotis & donationis pp nuptias, & cã militiæ. Sed donatio simplex non confertur, 7 sicut nec olim: vt j. cod.l. pen. nisi tribus casib. * Primus cum vni filio donauerit inter viuos: alteri ob cãmine emergat inæqualitas fit collatio: vt in d.l. j. e.l. pe. Secũdus, qñ pater hoc expressit: vt j. de inof. test.l. si qñ. §. fi. & ff. de inofficioso testã. l. si nõ mortis. in pri. Tertius, qñ dedit ei vt filio, siue vt hẽat p peculio p fectitio: 9 vt j. cod.l. si donatione. Si verò in emancipatũ esset collata, non confert 10 etiã bẽte patre, q a tenuit à principio donatio: vt j. de inof. do.l. pater. secũdo rñ. & hac fm B. & Azo. & Py. & Lot. & Balduin. & pro eis ẽt facit, q nouæ leges ẽt determinantur per veteres: vt ff. de leg. & se natus con.l. nõ est nouum. & l. seque. Item quia huiusmodi simplices donationes capiunt vim relicti, cũ morte cõfirmentur: ideoq; hẽt locũ Falcidia: vt j. ad legem Falcidiam.l. pen. 11 ex qb. non fit collatio: vt j. cod. l. a patre. 12 Sed huic tñ. det M. q non est relictum, licet habeat vim relicti. Ioan. aũt & Pla. dñt ẽt donata simpliciter conferri, pp generalia verba huius auth. & arg. ff. de alcato.l.j.§. 2. itẽ non distinguit hæc lex, ergo nec nos: vt ff. de publicia. in rẽ act.l. de pretio. Item cum dos, quæ de bonis patris discessit, conferatur: vt ff. ad legem Falcidiã l. pater. & d col. do l. prima, multo magis ẽt donatio quæ remansit in bonis, cõferenda est: & secundum hoc correcta est lex antiqua, quæ dicit simpliciter donationem non conferri, nisi in casu, vt inf. eod.l. penultima.

ADDITIO. Tu dicas breuiter cũ Dy. hic, quem in hoc sequuntur oẽs ferè scribentes, q aut donatio simplex fit filio emãcipato, & illa cõfertur: vt j. eo.l. vt liberis. §. fi. Aut fit filio in potestate: & ista non confert regulariter. Ratio: qa ista donatio non valet in vita, sed ꝯfirmat sibi vim post mortem, & habetur vt legatum vel fideicõmissum: vel. in donationibus. j. ad legẽ Falci. sed & legata & fideicõmissa non conferuntur: vt j. e.l. à patre. ergo nec talis donatio. Fallit in tribus casibus in principio istius gl. enumeratis.

Si pater.] CASVS. Pro filia tua dotem promisisti: & antequam solueres, decessisti relictis duobus filijs, & filia, tibi equaliter ab intestato succedunt: si filia dotem conferat, fratres eius liberantur ab obligatione, qua tenentur ex promissione patris, & ipsa soluet. Viuian.

7 Ista est vera Dy. B. B. Ang. Sal. P. Alex. & Ias.

8 Et bene B. B. Dyn. Angel. & Alex.

9 Dic q gl. ineptè loquitur: quia tunc nõ est trãslandũ de collatiõe, sed de diuisione, quia tunc nõ eximit patrimonium patris: vt l. cert. j. fa. erciscun. Pau. Ale. & Ias.

10 Reprobatur per tex. in l. vt liberis. §. fi. j. e. Dy. Bart. B. P. Ale. & Ias.

11 Ilia l. nihil facit de huiusmodi. allegate l. in donationibus. eo. tit. Ias.

12 Debuit allegare l. si emancipatis. j. & Ias.

a *Aequa.*] idest, æquales fiant.
b *Pro portionibus.*] scilicet duabus, cum duo sint fratres, & dotis obligatio inter hæredes diuiditur: vt i. si cer. pet. l. j.
c *Eius.*] sororis.
d *Eius.*] dotis scilicet.
e *Liberentur.*] Nam cum petitur cõferri dos, nec hoc fieri possit: quia non habet eã, facit eos liberari: vel cauit de indemnitate, quando soluta nõ est: vt hic, & ff. de collat. do. l. j. §. pe. & si. cer. l. si filia, in in prin. sed si esset soluta, tãto minus acciperet: vt j. e. l. dotis.

1 Istã glo. seq. Bal. Pau. Alex. & Ias.

P *Actũ.*] CASVS. Dedisti dotẽ pro filia tua, & cõuenisti cum ea, q esset contẽta de dote sua, nullo sibi regressu i bonis tuis, vel fratrũ reseruato te decedẽte, an teneat filia stare pacto, q̃ritur? Resp. q non, sed succedit, & confert dotem fratribus suis, qui erant in potestate tua. Viuia.
f *Contenta.*] f. mulier.
g *Improbatur.*] quia est de futura successione: qđ fieri fit de non succedendo, nõ valet, vt j. de pac. l. pactũ qđ dotali. & l. fi. de inoff. test. l. si quõ. §. j. & ff. de suis legiti. l. fi. Sed q d si iurauerit: Rñd. ẽm P. tenet. Sed tu dic j. vt j. de leg. & const. l. non dubium, in fi. & de nupt. auth. qđ eis. Itẽ qđ si cu vxore intrafe. in pactũ, vt ex ea nati nõ succedãt? Dñt quidã, vt Py. valere, vt per l. Friderici Imperatoris l. imperialem. §. fi. in tit. de prohi. seu. alie. g de iure cõ vt j. de transac. l. trãmuni, vbi actione matris. Itẽ opponitur cũ valeat vsus in pactis, vt pater filio, tium aliis non succedat: vt ff. si secus. Bar. à pat. q s fu. ma. l. j. §. fi. vel parens, quæ est q quare non hic? Sol. non ita debetur patri: filij hæreditas, sicut pris filio, vt ff. de iot. do. l. nã & si. Vel dic, pater g pactũ ad mittebatur, s. si q̃ a fiducia emãciparet, sicẽt p p̃rium pactũ repellitur, vt inst. de le. ag. fuc. §. fi. Vel verius ibi, nõ vi. pacti repellit, sed q a deli q t, accipiẽdo p̃tiũ emancipationis, vt ar. j. de ope. li. si quis.
h *Conferre.*] tam profectitiam, quam aduentitiam suis, sed emancipatis profectitiam tantum, vt j. l. proxi.

2 Ista non valet, q a succedẽdo, & sue est contra bonos mo. res. Ias.
3 Et bene Bartol. & Doct.
4 Et bene Frider. Tu dic quod non esset.
5 Istã sequit. Alex. & Ias. licet Immo reprehen dit etiam.

Dotis promissæ & non solutæ, fit collatio per modum liberandi à necessitate præstandi. h. d. vel de indemnitate cauendi. vt in glo. Sal. Vel sic: Dos promissa per patrẽ, & non soluta, confertur per filiam, faciendo fratres cohæredes suos liberari à marito suo pro portionibus eorum. h. d. Alexan.

Idem A. Primo al. Prisco.

LEX II.

h *Parti.*] illius partis, quæ debetur ab intesta. vt ff. de inoffic. testam. l. Papinianus §. si quis mortis. hodie vero habet trientem, vel semissem suæ partis, secundum numerum liberorum: vt in Authentica de triente, & semis. §. primo, col. 3.

i *Ab intestato.*] moriente parente.

k *Ab intestato.*] vel testamento expugnato per contra tabulas, vt sup. eo. l. 1. vt liberis.

l *Hæc autem regula.*] 3 duæ ergo sunt regulæ, vna est, quod omnia, quæ computantur in quartam, conferuntur, alia econtra. Primam comprobat Iusti. Secundam improbat, quædam enim data conferuntur, quæ in quartam minime computantur, vt donatio simplex; quæ quandoque confertur, cuius exempli probādi gratia subijcit, ad hoc & cōd. est iuxta hoc. Potest, & euidentiorē ponere instantiā quoniam donatio ante nuptias cōferebatur tempore huius legis, vt supra eodem, l. vt liberis, sed non computabatur 4 in quartam, vt supra de inoffi. testam. l. quoniam nouella.

m *Ad hæc.*] scilicet lex ita dicit.

n *Imposuerit.*] vt supra de inofficioso testamento. l. si quando. §. & generaliter. & §. illud. Sic ergo simplex donatio confertur duobus casibus: scilicet quando hoc dicit donator. Item quādo energie inæqualitas, an autem hic dic in distinctio cōferatur, scilicet donatio simplex dixi supra eodem, authen. ex testamento. Sed & quid si & dotem habeat & donationem simplicem altera filia, alia vero dotē tantum? Non puto 6 per hanc legem: ne donationē simplicem conferri, nisi donator hic dixerit. & facit ad l. illam. sup. a communia vtriusque iudic. l. si ali.

Idem A. Mennæ PP.

LEX XX.

Illud sine ratione à quibusdam in dubietatem deductam plana sanctione reuelamus: vt omnia,[a] quæ in quartam 1 † portionem ab intestato [b] successionis computantur ijs, qui ad actionem de inofficioso testamento vocantur, etiam si intestatus is decesserit, ad cuius hæreditatem veniunt, omnimodo cohæredib. suis conferant. Quòd tam [c] in alijs, [d] quam in ijs, quæ occasione militia in hæredum ex defuncti pecunijs acquisitę 2 † lucratur ijs, qui militiam meruit, locum habebit, vt lucrum, [e] quod tempore mortis defuncti ad eum [f] peruenire poterat, [g] non solum testamēto condito quartæ parti [h] ab intestato [i] successionis computetur, sed etiam ab intestato [k] conferatur.

¶ Hæc autem regula, [l] vt omnia, quę portioni quartę cōputantur, etiam ab intestato conferantur, minimè è contrario tenebit, vt possit quis dicere etiam illa quæ conferuntur, omnimodo in quartam partem ijs computari, qui ad inofficiosi querelam vocantur. Ea enim tātummodo ex ijs, quæ conferuntur, memoratæ portioni computabuntur, pro quibus specialiter legibus, vt hoc fieret, expressum est.

¶ Ad hæc [m] cum ante nuptias donatio, vel dos à patre data, vel matre, vel alijs parentibus pro filio, vel filia, nepote, vel nepte, cæterisq; descendentibus conferatur: si vnus, vel vna liberorum ante nuptias tantummodo donationem, vel dotem, non etiam simplicem donationem accepit, vel acceperit, alter vero, vel altera neq; dotem, neq; donationem ante nuptias à parente suo suscepit, vel susceperit, sed simplicem tantummodo donationem: ne ex eo iniustū aliquid oriatur, si ea quidem persona, quæ ante nuptias donationem, vel dotē suscepit, conferre eam cogēda sit, illa vero, quæ simplicem tantummodo donationem meruit, ad collationem eius minimè coarctanda.

¶ Si quid huiusmodi acciderit 3 † iubemus ad similitudinem eius, qui ante nuptias donationem, vel dotem conferre cogitur, etiam illā personam, quæ nulla dote, vel ante nuptias donatione data, solam simplicem donationem à parentibus suis accepit, conferre eam, nec recusare collationem eo, quod simplex donatio non aliter confertur, nisi huiusmodi legem [n] donator tempore donationis suæ indulgentię imposuerit. [n] D. 8. Idus Aug. Constantinop. Decio V. C. Coss. 229.

Aduentitia hodie non conferuntur, sicut nec castrēsia vel quasi castrensia. Bal. & Salic.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XXI.

Vt nemini de cętero super collatione dubietas oriatur, necessariū duxim⁹ ꝯsti-

Vt nemini.] CASVS. Filius si sibi habet bona scilicet castrensia, & profectitia, & aduentitia, in omnibus istis bonis cessat collatio, præterquam in profectitijs. Vivianus.

1 † al. quarta portiōe.

2 Idē Bar. Bal. & P.

2 † Acquisita.

3 Imò non est falsa, sed coniungenda cū sequēti. iō dic, ꝙ æstimatio militiæ fit conferenda deductis expensis, nō ipsa militia, vt in ꝯtrio. Alex. & Ias.

Reprobatur Par. Pau. Sal. & Alex.

4 Olim hodie sic. Ale. & Ias.

5 Et sic filius in potestate debet conferre donationē simplicē emancipato. P. Ale. & Ias.

6 Idē Bar. Bald. Pau. & Ias.

3 † Accidit vel accideerit.

* No. vanū argumentū donatarijs. Ne dicas itaque cum interprecib. Donatariū collationi nō obstringi o si temp donationis collationem tenẽ ... ter iussserit, sed potius nō obstringi, nisi expressim donator collationē vetuerit. Nam si fallitur hic donatari⁹ cū ita argumētatur. Ideo se collationi nō teneri, ꝙd lex collationis ei dicta nō fuerit, vt hic, cōtrio collige Donatarium à collatiōe prius nō excusari, quā expressim collatio remissa sit. Got.

a *Constitutioni.*] vt infra de bo. quæ lib. l. cum oportet, quę licet posterior sit in ordine, tamen prior fuit, quam ista in compositione.
b *Acquirendas.*] quo ad proprietatem.
c *Castrense.*] vel quasi: vt ff. eo. l. 1. §. nec castrense, & supra eo. l. filię licet.
d *Acquiruntur.*] quã tũ ad proprietatem: & ad hoc inf. de bo. quæ lib. quod scitis, & in authen. de hęr. ab intest. in princip. coll. 9.

* L. cum oportet. inf. de bon. quæ li. sentit.
1 Quod est uerum tam in filijs in potestate existentib. quam in emancipatis. P. Alex. & Ias.

tutioni a* quam iam fauore liberorum fecimus, hoc addere, vt res, quas parentibus acquirendas b esse prohibuimus, nec collationi post obitum eorum inter liberos subiaceant. Vt enim castrense c peculium in commune conferre in hæreditate diuidenda, & prisci iuris authoritate minimè cogebantur, ita & alias res, quæ minimè parentibus acquiruntur, d proprias* liberis manere censemus. Dat. 15. Cal. Nouemb. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. anno 2.

* Hoc est præcipuas, & collationi, non obnoxias, alioqui. n. iam ante constituerat, ut essent propriæ filiorum fam. d. l. cũ oportet. Cont.

DE TESTAmento militis.

Post successiones prætorias ponit ciuiles. & digniores. s. ex testõ militis prius.

De testamentis miltis.

TITVLVS XXXI.

Institutus a milite specifice in paganicis, non habet ius accrescendi in castrensibus nec econuerso: siue in illis aliquis fuerit institutus, & repudiauerit, siue nullus fuerit institutus, vnde pertinẽt ad heredes ab intestato, cum miles possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. h. d. cum l. seq. Alex.

Imp. Antoninus * A. Floro. militi.

* Qui & Caracalla, & Bassianus fratricida cognominatus. Cõt.

LEX PRIMA.

FRater tuus miles, si te specialiter in bonis, quę in paganico habebat hæredem facit, bona que in castris reliquit, petere non potes, * etiã si is, qui eorum e hęs institutus est, adire ea * noluerit: sed ab intestato succedentes veniunt, modo f si in eius locum substitutus non es, & liquido probetur g fratrẽ tuũ castrensia bona ad te pertinere noluisse. Nam volũtas militis h (in expeditione occupati) pro iure seruatur. Accepta 5. Id. Septemb. Duobus, & Aspris. Coss. 213.

* Quasi dicat, nec principali iure, nec iure accrescẽdi. Cont.
* Sic dr, adire hæditatem institutione nominatim. Vi. sluia. 7. obi. 8.

FRater.] CASVS. Miles aliquis decessit habẽs bona duplicis seruitutis, s. paganica, & castrensia. si ergo te fratrẽ suũ in bonis paganicis, hæredem instituit, sine hęredem in castrẽsib. bonis non instituit siue instituit, sed ea adire noluit, ad te non venient iure accrescendi: sed ad succedentem ab intestato, nisi institutõ substituerit, si probatum fuerit ab instituto, vel à succedentibus ab intestato, militem nolle castrẽsia ad te peruenire: quo casu nisi prohibetur, locus erit iuri accrescendi, quod probatur eo ipso, quod non probatur ipsum noluisse ad te bona deferri, & ita probabis maxime, quia eius voluntas pro iure seruatur, sed quod a lege in vno conceditur, in reliquo prohibetur, sic ergo instituendo eum in paganis, castrẽsia videtur adempsisse. ff. de iud. cum prætor.

e *Eorum.*] s. bonorũ castrensium.
f *Modo.*] id est tunc, est verum, quod diximus, si in eius. &c. & accipe si non, pro nisi. Accursius.
g *Probetur.*] quod est eo ipso, quod non probatur contrarium secundum Io. vt ff. eo. si duobus, sic infra e. l. 2. & sic non est contra inf. l. prox. Vel sic melius, ut mihi videtur, probatur. s. ex voluntate militis defuncti, nam si te hæredẽ fecit in paganicis, videtur te prohibuisse in castrensibus, ut quę in vno conceditur, in alio videatur prohibuisse. nam sic est in l. vt ff. de iud. l. cum. prętor. & hæc voluntas est lex, vt inf. subijcit. nam voluntas &c. Alij dicunt contra. s. quod hęc voluntas sit liquido probanda. aliud autem erit, si castrensia bona tibi dederit, de alijs vero nihil dixit, vt inf. l. prox. quæ est contra, secundum hunc casum.
h *Nam militis.*] i. militantis nã secus in veterano, ut ff eo. l. idem & si. §. si vero. Et distingue hic, quia si miles alium in paganicis, & alterum in castrensibus instituit: non est ius accrescendi inter eos, quasi duarum sint hæreditatum hæredes, vt ff. fa. erc. l. hæredes, §. 1. & §. eo: si certarum, §. Iulianus, & l. si duobus, & de bo, li. l. si filius, §. 1. etiam si institutus ex castrensibus non adiuit, vt hic, nisi in casu. scilicet si altera bona æri alieno nõ sufficiant, vt d. l. si certarum. §. Iulianus, in fin. §. & nisi alius institutus ab intestato primum locum obtineret, sed tunc non vẽdicat iure institutionis, sed tanquam ab intestato, vt d. l. si filius. §. 1. si autem vnũ ex vna re, aliũ ex alia: vel vnum ex vnica, aliũ ex castrensib. est ius accrescẽdi inter eos, vt j. e. l. quoque. & ff. e. l. si certarũ. s. resp. Nõ obst. quod dr ff. e. l. si miles vnũ vbi si miles vnũ ex fundo hæredem scripsit, credit quantum ad residuũ patrimoniũ intestatus decessisse, credit. n. ita a iure si probet militẽ hoc voluisse. si aũt miles vnũm instituat in paganicis & in castrensib. neminẽ, pertinẽt castrensia ad hęredẽ ab intestato veniẽtẽ, vt hic, nisi probet voluntas militis cõtraria. idem & econtra. s. si vnũ instituat in castrensibus, non distinguo commilitonem, vel alium, & neminem in paganicis pertinebũt. n. ad hęredẽ iure intestati, vt hic, & inf. l. prox. si autem vnũ post tps instituit, interim habet locum causa intestati, vt ff. eo. l. miles ita. circa princ.

Miles si plures hæredes instituat, an sit locus iuri accrescẽdi inter eos.

Institutio nõ trahit ad se institutionem in diuersis hæreditatibus æquè principalibus. h. d. Bal. vel sic. Institutio facta in castrensibus non trahit ad se paganica, sed institutio simpliciter facta, cõprehendit omnia. h. d. Salic.

Idem A. Septimo militi.

LEX II.

MIles, si castrensium tantummodo bonorum commilitonem i suum instituit hæredem: cætera bona k eius, vt 1 † intestati defuncti, mater eius iure possedit. l 2 † ¶ Quòd si m extraneum scripsit hæredem, isque adijt hæreditatem, bona eius in te transferri non iure desideras. n PP. 11. Cal. Mart. Antoninus A. 4. & Balbino Coss.

1 † Al. intestato.
2 † Possidebit.

Institutio hæredem à milite facta, potius secundum ius commune quam militare interpretatur. h. d. Sal. vel sic. Institutio hæredum à milite facta per quotas, secundum illas trahitur ad omnia bona. h. d. Alex.

MIles.] CASVS. Si in bonis castren. commilitonẽ suũ miles instituerit in paganicis nullum ad ea vocabit nisi proximiorib. deficientibus, tanquam ab intestato, si aũt vnum in castrensib. aliũ in paganicis instituit, mater non vocabit, ex quo

i *Commilitonem.*] vel alium quemlibet.
k *Bona.*] s. paganica.
l *Possedit.*] et si nihil probet secundũ Io. Sed contra sup. l. prox. in fi. vbi vr, quod nisi probet. Sol. aliud cũ quis instituit in paganicis, quia tũc trahunt castrensia, quasi accessoria, vt ibi, aut econtra. & tunc non trahuntur, vt hic at Io. contra. & intelligit ibi eo ipso probatum, quod non probatur contra.
m *Quod si extraneum.*] in paganicis, & alium in castrensibus vt supra dixi. secus si tantum in castrensib. extraneum. Alij contra. distinguunt enim verum commilitonem, vel extraneum instituerit in castrensib. tantum, vt primo casu non habeat omnia bona: quasi sit institutus solummodo causa militia, in secundo sic, ut in secundo casu legis.
n *Desideras.*] tu mater.

Quam-

QVamquam.] CASVS. Si miles filiam suam ex duabus vncijs, & vxorem ex vna instituit: quid iuris sit de alijs bonis, quæritur. s. vtrum perueniant ad succedentem ab intestato: puta ad matrem? Resp. q videtur his verbis filiam instituisse ex duabus partibus hæreditatis, & vxorem ex tertia, nec illud habet locum in milite, sed in quolibet altero priuato, qui iure communi testatur. Primò dicit, q miles in expeditione constitutus, absque omni iuris ciuilis subtilitate, prout vult potest testari. Secundo quæritur, si miles filiam suam ex duabus vncijs, vxorem vero ex vna hæredem sibi instituit, de residuis autem nihil disposuerit, quid iuris sit de dodrate, hoc est de 9. vncijs? & respon. quod etiã de iure cõmuni præsumatur, absque omni priuilegio militari hæreditatem suam in tres partes diuisisse, hoc est, vt filia duas partes habeat, vxor tertiam. hoc est vt idem voluisse de residuo, quod voluit instituendo intelligatur. Viuia.

a Non subyciantur.] ex toto: subijciuntur tamen in quibusdam quandoque sicut, & quilibet paganus: vt infra eodem, l. prox. & l. captatorias, & ff. eo. l. neque enim, §. 1. in 2. responso, & §. si seruus, & l. in fraudem, 1. respon. & §. si quis, & §. fin.

b Apparet.] etiam iure communi: vt dixi. ff. de hæred. insti. l. si interdum, §. pater. & l. si ita, §. 1. & inst. de here instit. §. hæreditas, & argum. ff. ad Treb. Marcellus. in princi. & §. 1. Sed argu. contra. ff. eod. l. si miles unum. vbi intestatus quoad cætera videtur. Sed dic videtur, si probetur, testatorem hoc voluisse.

SI Rufinus.] CASVS. Si miles 20. ann. seruum suum manumiserit: liber erit: si minor, non erit liber, vetante l. Aelia Sentia, nisi ex causa probabili ipsum manumiserit, puta si sit alumnus eius, vel pedagogus, vel consanguineus: vt institu. qui ma. non poss. §. quod eadem. Viui.

c Si Rufinus.] ante casus positionem dic quod dicitur insti. quib. ex cau. ma. non lic. §. eadem, & bl... quæ innouentur per dictum §. & per authen. ibi positam.

d Laticlauius.] nomen est dignitatis. Vel dic, q erat claua de metallo, quam proijciebat tribunus inter confertissimos hostes: & sic cæteri omnes fortiter pugnabant, ita q clauam illam recuperabant.

* Tacit. in Agricola. Credunt pleriq; militarib. ingenijs subtilitatẽ deesse, quia castrensis iurisdictio secura, & obtusior, ac plura manu agẽs callidıtatẽ fori non exercet.

1 † Du. de sunt.

* An priuilegiatus præsumat in dubio potius uti iure communi, quã speciali. vi de Alc. 3. præsump. 36.

2 † al. uxorem uero.

3 † cõstitutus rectè.

Idem A. Vindiciano.

LEX III.

QVamquam militum testamenta iuris vinculis non subijciantur,[a] cum propter simplicitatem * militarem quomodo velint, [1] † & possint ea facere his concedatur, tamẽ in Valeriani quondam centurionis testamento institutio etiam iure * communi accepit auctoritatem. Nam cum pater familias filiam ex duabus vncijs, vxorem [2] † ex vncia hæredes scripserit, nec de residuis portionibus quicquam significauerit: in tres partes diuisisse eum apparet [b] hæreditatem: vt duas habeat, quę sextantem accepit: tertiam, quæ ex vncia hæres est instituta PP. Calen. Nouemb. Antonino A. 4. & Balbino Coss.

Priuilegium militis non tollit legem eius fauore inductam, ob imbecilitatem consilii h. d. Bal. & Alex.

Imp. Alexander A. Iunio.

LEX IIII.

SI Rufinus[c] vir clarissimus tribunus laticlauius[d] maior annis lege[e] definitis, faciens testamentum te manumisit: iustam tibi libertatem competisse scire debes.

¶ Quòd si minor annis[f] exiege [3] † constitutus fuerit, cum faceret testm̃: lege impediente nullam libertatem adeptus es, quæ in hac parte nec militibus[g] remissa est.

¶ Quòd si idem testator causam manumittendi te habuit, quę probabilis viuo manumittente consilio futura esset: quia[h] per fideicommissum data[i] libertas à quolibet minore annis, ei, cuius causa probare potuit, * præstari debet: ex testamẽto militis eiusmodi seruis iustã[k] libertatem competere, consequens est. D. 7. Cal. Decẽb. Alexandro A. Coss.

Ex testamento militis, quando valet iure militari quilibet capere potest, nisi sit specialiter prohibitum. hoc dicit. Alexand.

Idem A. Sozomeno.

LEX V.

EX testamento militis, siue adhuc in militia,[l] siue intra[m] annum missus honestè[n] decessit hæreditas, & legata omnibus quibus relicta sunt, debentur: quia inter cætera, quæ militib. concessa sunt liberum arbitrium quibus velint, relinquendi suppremis iudicis[4] † suis cõcessum est, nisi lex specialiter[o] eos prohibuerit. Dat. 17. Calend. Febuar. Iuliano 2 & Crispino CC. Coss.

Substitutio reciproca siue breuiloqua facta personis imparibus, continet vulgares substitutiones tantum: quæ poterant fieri cuilibet eorum sed pupillarem substitutionem, quę non poterat fieri nisi tantum alteri eorum, non continet, nec etiam continet substitutionem militarem: quamuis illa potuisset fieri ex priuilegio militis cuilibet eorum: quia in dubio præsumitur miles velle vti iure communi, & non priuilegio: & hoc nisi aliter de voluntate militis probetur. h. d.

Idem A. Valentino.

LEX VI.

IN testamento quidẽ eius, qui non miles fuit, si duo-

e Lege.] scilicet Aelia Sentia.

f Annis.] s. 20. vt inst. qui ma. non poss. §. eadem, & j. de fidei. com li. l. mino. & ff. de fideicõ. lib. l. ergo §. item si minor.

g Nec militibus. vt & ff. de manu. test. l. 3. & ff. eod. l. si a milite, § 1.

h Quia.] vt quia fuit eius prædagogus.

i Data. i. relicta.

k Iusta libertatem.] i. directam secũdum Ioan. q tantum fidei cõmissariam potest relinquere: ut d. l. si a milite. §. 1. & facit ff. de ma. vin. l. si rogatus. Accur.

EX testamento.] CASVS. Priuilegium factionis testamenti, militi concedetur dũ est in militia. Si ergo dũ est in militia testamentum fecit. an eo reuerso valeat, quæritur? Dicitur, quod sic: post tẽpus reuersionis potest instituere in testamento quemcunque velit, nisi lex hoc ei prohibuerit, uel si miles intra annũ missus est honestè, vel in militia constitutus: hæredem iure militari potest, & legata relinquere & debebuntur, nisi lex, &c.

l In militia.] & iure militari facto.

m Intra annum.] hoc habes, ff. eod. l. testamenta eord. & l. qđ dicitur, & l. quod constitutum, & dic, vt ff. ad l. Fal. ad veterani, & l. si miles.

n Honestè.] secus si ignominiosè remittatur: ut prædictæ leges dicunt.

o Eos.] s. milites, uel eos, qui ex testamento capiunt: ut habetis exemplum. ff. eod. l. neque enim, §. 2. & l. miles ita, §. mulier, & ff. de ijs, quæ pro nõ scrip. ha. l. 3. & j. de hæret. & Manich. l. 6.

IN testamento. CASVS. Si priuatus, idest non miles decedat, duobus hæredibus institutis fratre scilicet, & filio, & filia impubere, & eos adinuicem substituat his uerbis, uos inuicem substituo. quid his verbis significetur, quæritur? Respond. quòd hoc significauit, quòd patruus sit hæres in totum.

* Et sic sufficit causã subesse, q facit pro filio cui a patre donatũ est, ut si merita probauerit, censeatur donatio ob merita facere. & sic tenẽt sitq; in numero aduẽtitiorũ, & ideo non cõfertur, secundum. Pau. hic.

4 † al. decest.

totum, si impubes non sit hæres, & econuerso: si patruus non sit hæres, impubes succedat insolidum, & locum habet tãtum vulgaris, & est ratio: quia patruo non potest substitui pupillariter, & sic vitatur inæqualitas, & econuerso erit in milite retento eodem casu: scilicet quòd miles fratrẽ suum, & filiam instituit, & eos adinuicem his verbis substituit: vos inuicem substituo, quod si patruus decessit post quam hæres fuerit, admittitur substitutio filiæ: non solum si non fuerit hæres: vt quia antequã adiuit decessit: & sic adhuc non fuit hæres, vel si filia decessit: similiter miles erit hæres, licet filia hæres fuit: quia non adiuit, sed decessit in pupillari ætate, & in substitutionem prædictorum incidit pupillaris: quod non erat in priuato, & hoc fauore militari, & hoc est verum, si mater pupillæ non contradixerit patruo: & patruus probauerit fratrem suum expresse hoc voluisse: quia extraneis hæredibus postquã hæredes fuerint, substituere potest indirecto. Viuia.

a † similiter.

bus hæredibus institutis, [a] altero cui [b] potuit vsque ad tempus pubertatis parens facere [c] testamentum, altero, cui postquam hæres extitit, substituere non potuit, [d] inuicem substitutio eisdem [e] verbis facta est: in eum solũ casum eam locũ habere sententijs prudentium [f] virorũ, & constitutionibus [g] diuorum parentum meorum placet, quo vterique pari ratione potuit substitui. [h]

¶ Sed cum ex testamento militis [i] controuersiam esse proponas, defuncta paruula eius filia posteaquam hæres extitit [k] patri, cum qua simul [l] † æquis partibus hæres institutus [l] eras, substitutione inuicem [m] facta: & mater quidem intestatæ filiæ sibi successionem defendat, tu autem ex substitutione [n] ad te pertinere contendas: iuris quidem ratio manifesta est, licet militibus proprio priui legio etiam hæredibus [o] extraneis, posteaquam hęredes extiterint, mortuis substituere: sed tibi [p] probandum est, an ita frater tuus senserit. [q] PP. 11. Calen Maii, Fusco 2 & Dextro Coss. 226.

Verba enuntiatiua principaliter propter aliud, & nõ propter se emissa non inducunt dispositionem in testamento pagani, sed in testamento militis: concurrente fauore libertatis, nisi probetur error. h.d. Alex.

Idem A. Fortunato.

LEX VII.

Ex his verbis, Fortunato liberto [r] meo do lego, [s] vindicare tibi libertatẽ, non potes, [t] si pagani testamentum proponatur. At enim cũ testatorẽ militem fuisse proponas, si non errore [u] ductus libertum [z] † te crediderit, sed dãdę libertatis animũ habuerit: [x] libertatẽ equidẽ directam competere tibi: sed

a *Institutis.*] scilicet æqualiter.

b *Cui.*] s. minori.

c *Facere.*] testamentum, quod vt facere possit, tria sunt necessaria: ut sit de liberis. Item ut sit pupillus. Item vt in potestate, vt insti. de pu. subst. in princ. & ff. de vulg. & pup. subst. l. 2.

Substitutioni pupillari tria sunt necessaria.

d *Non potuit.*] quia alterum prædictorum trium defuit.

e *Eisdem.*] i. vos inuicem substituo.

f *Prudentium.*] vt ff. de vulg. & pup. subst. l. iam hoc iure, §. sed si alterum.

g *Constitutionibus.*] ut infra de impu. & alijs substitu. l. 2. & l. quamuis.

h *Substitui.*] scilicet in vulgarem.

i *Militis.*] qui ita substituit filiam pupillam, & fratrem quos instituerat.

k *Extitit.*] & sic expirat vulgaris substitutio.

l *Institutus eras.*] à fratre testatoris.

m *Inuicem.*] his verbis, vos inuicem substituo.

n *Substitutione.*] scilicet pupillari, quæ econtra in persona tua locũ hẽre non posset: ut insti. eo. de pu. sub. §. extraneo.

o *Hæredibus.*] non solum filijs, & minoribus, sed etiam extraneis, & maioribus, & directo: ut hic, & ff. eodem, l. milites etiam, nisi mater esset in medio, ut in fin. l. dices. nam alias nisi directo liceret, nullum esset priuilegium militis, ut insti. de pup. subst. §. fi.

p *Tibi.*] i. a te fratre.

q *Senserit.*] scilicet quod expresse voluerit admitti ex substitutione tacita pupillari etiam etiam in testamento militis tacita substitutio contra matrem non admittitur: ut infra de impub. & alijs sub. l. precibus. expresse autem tacita vult per hæc verba, si L. Titius decesserit, Sempronius hæres esto. ut ff. eodem titulo. l. miles ita, §. primo, & in princip. l. in fraudem, §. penultimo. Idem si tacite: ut vos inuicem matri substituo, si modo hoc probetur uoluisse per alia extrinsecus: in casu in hac lege, quæ quodammodo sunt expressa, ut ff. de testo milit. vulg. substitutio l. Lucius. Sed in quo erit priuilegium militis, cum uoluntatis relinquatur quæstio, cum & priuatus hoc faciat: ut ff. eodem, l. iam hoc iure. in fine, & ff. ad Trebellian. l. Scæuola? Respon. hic aliquæ præsumptiones erant contra eum. Alij dicunt, quod probat eo ipso, quod contrarium non probatur. Sed tu dicas cum hoc non probatur, nullum habet miles priuilegium, sed hoc probato, habet: quia est directa substitutio, nisi mater esset in medio, sed si fuisset priuatus testator, hoc probato, quod hoc sensit, esset fideicommissaria tantum, & hæc est vera. Sed Py. dixit, quod hæc erat fideicommissaria, & pro eo, infra de impube. & alijs substitutionibus, l. precibus, & ff. de vulgar. substitutio. l. Centurio, sed certe ibi erat mater in medio cõtra quam eius fauore non valet iure directo, & ita erat in nostro casu, secundum hoc nullum est priuilegium quando mater est in medio. Item satis habet lex, quod vsque ad pubertatem valuit iure directo. Item quæro, intra quantum tempus valeat hæc substitutio fratri facta.

Substitutioni tacita cum matri non admittitur [?]

ADDITIO.

Pro solutione istius quæstionis dicas cũ Bart. hic distinguendo: aut non constat, quòd miles voluerit substituere post aditam hæreditatem, & finitur adita hæreditate, vt hac lege: aut constat, quod substituere voluit post aditam hæreditatem: & tunc aut voluit substituere limitatè vsque ad tempora pubertatis, & in filio pupillo valeret iure pupillari: & in extraneo valeret iure compendiosæ, secundum tamen distinctionem insequentem, ut l. Centurio. ff. de vul. & pup. subst. Si vero voluerit substituere simpliciter, & indeterminatè quandocumque decesserit: tunc si mater non est in medio, semper valeret iure directo, ut d. l. Centurio. si verò mater est in medio, tunc aut testamentor est usus uerbis directis, & valet iure directo; ut d. l. Centurio, si uero est usus verbis communibus; tunc ualet iure fideicommissi post tempora pubertatis fauore matris; ut l. precibus. inf. de impuber. & alijs subst. quam distinctionem tene memoria.

z † deest.

Ex his.] CASUS. Si priuatus uolens aliquid relinquere seruo, uocet eũ liberũ dices liberto meo tali, cũ esset seruus, talẽ rẽ lego. an pp hoc sit liber, quæritur? Rñ quod nõ. nec etiã legatũ petere põt. In milite distinguit, aut sciuit eũ seruum, & aio donandi libertatem eum vocauerit libertũ, quo casu directè erit liber: dum ignorauit, nec erit liber. Viuia.

r *Liberto.*] qui seruus erat.

s *Lego.*] s. decem.

t *Non potes.*] nec legatum: ut ĩ de leg. seruis, & de neces. ser. hęr. inst. l. 2. Et sic no. quod hmõi enũciatio non ualet. Sed arg. contra, ff. de pact. l. tale. in prin. Itẽ vr̃, quod si legatũ nõ valet, quod tñ valeat libertas. ut ff. de manum. test. l. diuus. licet ibi fui. substitutus cum libertate: vnde licet deficiat conditio substitutionis, non tamen debet deficere libertas.

u *Errore.*] quia credebat eum esse seruum, & ob hoc vocauit eum libertum: quia uolebat eum esse liberum, ut supra de iu. & fac. ig. l. cum testamentum.

x *Habuerit.*] quod præsumitur, ut ff. eod. l. Lucius, §. 1. & in auth. ut lib. de cæt. §. si quis autem, col. 6. & in auth. ut lic. ma. & auiæ, § coll. 8.

Certi

& legati vendicationem habere te, prærogatiua militaris priuilegij præstat. D. 12. Calen. Ian. Alexandro A. 2. & Marcello Coss. 227.

Miles pōt decedere pro parte tē poris testatus et pro parte tē poris intestatus. h.d. Sal.

Imp. Gor. A. Aeterno militi.

LEX VIII.

CErti iuris est, militē ad tps ēt hæredē instituere posse.[a] PP. 3. Cal. Octob. Pio, & Pontiano Coss. 239.

Præteritio militis facta de filio, quem scit se habere, pro exhæredatione habetur, fauore militis, et validitate sui testamenti: secus si filium se habere ignorat, quia tunc testamētū erit nullum, sicut testamentum pagani: præsumitur autem sciuisse eo ipso, q filium nominans ei legauerit h.d. cum l. seq. Alexand.

Idem A. Valerio.

LEX IX.

SIcut certi iuris est, militem qui scit se filium habere, aliosque scripsit hæredes, tacitè eū exhęredare intelligi,[b] ita si ignorās se filiū habere, alios scribat hęredes, non obesse filio ademptá hæreditatem: sed minimè[c] valente testamento (si sit[d] in potestate) eū ad successioné venire,[e] in dubijs nō habetur. PP. 5. Non. Octob. Pio, & Pontiano Coss. 239.

Posthumus, vel iā natus à milite ignorante pręteritus, ab intestato ei succedit: eo sciēte, habetur pro exhęredato: & scientia eius probatur si de eo fecit mentionē in testamento. h.d. Sal. cōcor. Bal.

Imp. Philippus A. & Philippus C. Iustino militi.

LEX X.

SI cum, vel in vtero haberetur filia, inscio patre milite, ab eo pręterita sit, vel cū in rebus humanis eā nō esse falso rumore plato pater putauit, nullā eius in[1] † testamēto fecit mentioné,[f] silentium huiusmodi exhæredationis notam nequaquam infligit.[g] ¶ Is aūt miles, q testamento filiam suā appellauit, eique legatum[h] dedit: non instituendo eam hæredem, exhæredauit[i] PP. 12. Calen. Iun. Præsente, & Albino Coss.

Captatoria institutio nō valet etiam in militis testamento. Bal & Sal.

Idem A. & C. Aemy. militi.

LEX XI.

CAptatorias[k] * institutiones ēt ī militis testamēto nullius eē momēti, manifestū[l] est. PP. 7. Calē. Iul. Pręsēte & Albino Cos. 247.

In testamēto militis cessat Falcidia, et hęres facto inuētario, ultra uires hæreditarias non tenetur. h.d. Sal. Uel sic: Legata, & fideicōmissa à milite relicta nō defalcantur, si uires patrimonii nō excedūt: sed si excedūt, diminuuntur, quatenus excedūt h.d. Alex.

Idem A. & C. Domitiæ.

LEX XII.

IN testamento[m] militis legē Falcidiam, & in legatis,[n] & fideicommissis[o] cessare, explorati iuris est.

Certi iuris.] CASVS. Dicit Imperator in hac lege, q miles instituere potest hæredem vsq; ad decennium: vt ex tunc ad alium deferatur hæreditas: secus in priuato, & in eo qui non est miles. Viuian.

a Posse.] ff. eod. l. si in fraudem. §. miles. & l. quærebatur. & l. miles ita. § prin. §. 5. secus in priuato, vt ff. de here. instit. l. hæreditas.

Sicut.] CASVS. Miles sciens se filium habere, si extraneos instituit, eum exhæredare intelligitur. Si autē hæredes se non habere, extraneos instituit, & habuerit filium, hæres erit, quasi ipso iure testamentum nō valeat, & hoc si sit in potestate. Sed quid erit si sit emancipatus? Respond. idem propter priuilegium militis. Viuian.

b Intelligi.] vt instit. de exhær. li. §. sed si in expeditione. & ff. de bo. lib. l. si patronus testamento. in princi. & l. Paulus 2. §. fina.

c Minime.] s. ipso iure: vt ff. e. l. militis. §. miles in supremis. & argu. ff. de lib. & posthu. l. Titius. § prin. & sic idem iuris est in milite & in priuato quando sciunt, diuersum: quia miles videtur exhæredasse: sed à priuato factum, non valet ip so iure, vt inst. de exhære. l. in prin.

d Si sit.] s. filius. Quid autē in emancipato? Respō. valet. sed rumpitur per cōtra tabulas, vt inf. de liber. præter. l. fin. §. sancimus.

e Successionē venire.] ab intestato, nō autem p querelam, cū ipso iure sit nullum testamentum, nisi in casu, qn voluit quemlibet nasciturū esse exhæredatum, vt ff. eo. tit. l. qui iure.

Si cum.] CASVS. Si miles habens vxorē prægnantem hoc ignorans filiam q erat in vtero præterierit, non exhæredasse eam intelligitur, si sciens se filiam habere appellando eam filiam in testamento, ei reliquit legatum cum non instituit: exhæredare videtur. Viuian.

f Mentionem.] & sic præterijt, vt insti. de hæred. quæ ab intesta. §. eadem.

g Infligit.] vt supra. l. proxi.

h Legatum.] præsumitur enim q sciuerit se filiam habere, vt instit. de exhære. lib. §. sed fœminini.

i Exhæredauit.] in testamento fictione. secus est in priuato, quia si ei in testamento reliquit legatum, non videtur eam exhæredasse. vnde illud imputatur in quartam, & agitur ad supplementum si quid deest, vt supra de inoffic. testam. l. omnimodo & l. scimus. Item hodie est contra: nisi dicas militis priuilegium, nam semper inferenda est causa ingratitudinis], secundum Azo. vt in auth. non licet infra de liber. præter.

Captatorias.] CASVS. Non solū in testamento alicuius priuati inualida est captiosa institutio, sed nec in militis, quæ in arbitriū alterius cōfertur sic, instituo hæredem, si Titio placuerit. Viuianus.

k Captatorias.] Captatoria dicitur institutio, cuius conditio confertur ad secretum alienæ voluntatis: puta instituo te, si Titius voluerit, vel ille sit hæres quem Titius voluerit: vel sis hæres si me institueris: sed in præteritum hoc valet, vt sis hæres si me instituisti, vt ff. de hæredi. inst. l. captatorias. & l. ille autem. & l. institutio. in princip. Item secus si dicatur, instituo te, si Seius Capitolium ascendat, quia expressa nocēt, non expressa non nocent, vt ff. de conditio. & demonstratio. l. nōnunquam. Item libertas valet, licet sit captatoria, vt ff. de fideicommis. lib. l. fideicommissaria: secundo. *

l Manifestum est.] vt ff. de lega. 1. l. captatoria.

In testamento.] CASVS. Si priuatus hæredē instituerit, & legatis & fideicommissis totam hæreditatem exhausit, hæres, quartam detrahere pōt: sed an sit sic in milite, quęritur? Respon. quod non, quia omnimodo debet eius voluntas seruari propter priuilegium suum: si autem plus petatur, quam sit in eius patrimonio, petēti obstabit exceptio.

m In testamento.] scilicet iure militari facto, secus si iure communi, vt infra cod. l. penult. Item secus in veterano, vt ff. ad legem Falcid. ad veterani.

n In legatis.] vt infra ad l. Falcid. l. in testamento. & ff. ad l. Falcid. l. si post. & l. si miles. & l. fi. & ff. cod. l. si certarum. in fin.

o Et fideicommissis.] generalibus, & specialibus, vt ff. ad Trebel. l. j. & pen. Sed contra in ea. l. j. §. in filij, sed ibi dicit habere locum Trebellianum in testamento militis, quo ad alia remedia, non quo ad quartam.

Institutio quæ dr captatoria.

1 † al. deest.

* Quid sit captatoria institutio, in cuius explicatione multū aberrat Accurs. vide Ant. Au. li. 4. emen. ca. 15. Alciat. 2. parerg. 31. Cuiac. 16. obseru. 31.

* Adde. q etiam dispositio captatoria ad pias cās non valet, & est cōis opinio, vt ait hic Ia.

¶ Sanè [a] si quid vltra vires patrimonij postulatur, competenti defensione tueri te potes. [b] PP. 6. Non. Iul. Præsente, & Albino Coss. 247.

Reseruatio testamenti facta militi damnato de crimine capitali, non extenditur nisi ad castrensia, & ab intestato succedit fiscus in paganicis. h.d. Alex.

Impp. Valer. & Galien. AA. Claudiæ.

LEX XIII.

ET militibus nostris centurionibus, [c] quoq; ob flagitium militare [d] damnatis, non aliarum, q̃ castrensium rerum testamentũ facere permittitur. [e] & intestatis, [f] iure proprio succeditur à fisco. [g] Prop. Non. August. Valeriano, & Galieno AA. 3. & 2. Coss. 256.

In testamentis militis non requiritur solennitas iuris communis. h.d. Alex. & hæres scriptus in eo, præfertur succedenti ab intestato. Sali.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. hæredibus Maxim.

LEX XIIII.

SI à fratre suo militante mater vestra scripta hæres, successionem eius sibi quæsiuit, quamuis testamenti scriptura non continet iuris obseruationem, hanc 1 † tñ hæreditatem fratrem testatoris, vel eius filios [h] ab intestato euincere nõ potuisse, iure constitit. PP. 5. Non. Maij, ipsis AA. Coss.

Milites in expeditione degentes, priuilegium habent, vt testari valeant quomodo possunt: & ideo quod in vagina, vel clypeo, vel puluere cum gladio scripserint, habetur pro testamento solemni. h.d. Alexan.

Imp. Constan. A. ad populũ.

LEX XV.

MIlites in expeditione degentes, [i] si vxores, aut filios, aut amicos, aut cõmilitones suos, postremo cuiuslibet generis homines amplecti voluerint supremę uoluntatis affectu, quomodo possint, ac velint, testentur, nec vxorum, aut filiorum eorum, cum voluntatem 2 † patris reportauerint, meritũ [k] 3 † aut libertas [l] dignitasve quæratur. 4 †

¶ Proinde sicut iuris rationibus licuit, ac semper licebit, si qd in vagina, aut clypeo literis sanguine suo 5 † rutilantib. adnotauerint, aut in puluere inscripserint 6 † gladio sub ipso [m] tempore, quo in prælio vitæ sortem derelinquũt, huiusmodi voluntatem stabilem esse oportet. Dat. Idib. August. Nicomediæ, Optato, & Paulino Coss. 334.

Notarii, & apparitores militum non gaudent priuilegio militari, licet in matricula militum descripti sint. h.d. Alexand.

Imp. Anastat. A. Hierio PP.

LEX XVI.

SCriniarios, [n] * vel apparitores, qui virorum magnificorum magistrorum militum iussionibus, vel actibus obtemperant, etsi nomina eorum matriculis militaribus referri videantur, nullatenus [o] tñ 7 † in vltimis à se conficiendis voluntatibus iuri militaris habere facultatem decernimus. Dat. Idi. Febru Constantinop. Paulo V.C. Cos. 496.

a *Sanè.*] Postulatur à legatarijs, nam à creditoribus. et iã vltra potest peti, vt j. de iure deliber. l. fi. §. j.

b *Potes.*] nec enim vltra quàm ad eum peruenit, tenetur, vt hic, & ff. eod. l. si verò. §. quid ergo. & ad l. Falcid. in ratione. §. quod vulgò. & ff. si cui plus, quàm per legem Falcid. l. j. §. in quibusdam. & ad Trebel. l. j. §. pen. hoc autem hodie verum est si fecerit inuentarium alias tenetur insolidum, vt in authenti. de hære. & Falcid. §. si verò non fecerit. collat. 1

ET *militibus.*] CASVS. Si miles cõstitutus in militia aliqd commisit, vt quia arma sua alienauit, vel duci belli non obtemperauit, an testamentum facere possit, quęritur? Respond. q̃ sic, s. in castrensib. bonis tãtum: si autem intestatus decessit, fiscus ei succedit.

c *Centurionibus.*] q. forte præerát cẽtum militibus.

d *Militare.*] q̃ sunt multa, vt patet ff. de re mili. per totum & in l. 3.

e *Permittitur.*] sed & in illis, si hoc eis pmissum sit à principe, vel à iudice, vt ff. de lega. 3. si quis in princip. §. 1. & de iniusto testam. l. s. qs filio ex. §. irritum. & de dona. inter vir. & vxo. l. cum hic status §. si miles.

f *Intestatis*] i. posito, q̃ non fecerit testamentum.

g *A fisco.*] hoc planè intelligitur in paganicis, & in castrensibus dixit Ia. idem. Sed cõtra eum. ff. de vetera. & mili. suc. l. j. vbi dicitur, q̃ succedũt cognati, quod determinatur per l. 2. eiusdem titu. scilicet vsq; ad quintum gradũ: & postea admittitur fiscus, etiam in castrẽsibus. Et vt plenè videas, distingue, an propter commune delictũ sit dãnatus, vt tunc non liceat ei damnato testari: vt d. l. ff. de vete. & mili. succes. l. 1. an propter militare, & tunc si de hoc rupta, non liceat ei aliis, de castrẽsib. potest, si hoc est ei concessum à iudice, qui eum condemnauit: vt ff. de leg. 3. l. si quis in p. in. §. miles de non castrensi. non potest vt hic. & & ff. de re mili. an si autem decessit intestatus, dic vt sup. dixi in principio.

Centuriones, q dicantur.

1 † al. deest.

Miles dãnatus de crimine, an possit testamentũ facere.

SI *à fratre.*] CASVS. Frater matris tuæ in minus solenni testamento puta adhibitis tantum duobus testibus, te hæredem instituit: nunquid obstante q̃ minus solenne fuit testamentum, frater tuus vel filius eiusdem fratris, euincet hæreditatem, quæritur? Respond. quod non, & hoc propter priuilegium militare.

h *Filios.*] scilicet fratris: nam filijs militis seruatur quod dicitur supra eodem, l. sicut.

MIlites.] CASVS Miles instituere hæredem potest in militia cõstitutus, siue vxorẽ, siue filios, siue quemlibet alium: nec inquiretur filius an fuerit bene vel non, vel fuerit institutus in dignitate vel non: vel liber an seruus propter priuilegium militis. cætera plana sunt. Viuianus.

i *Degentes.*] in exercitu.

k *Meritum.*] id est. vtrum meruit esse hæres, an non.

l *Libertas.*] s. vtrum sit seruus, an liber.

m *Sub ipso tempore.*] ita tamen, quod hoc legitimis probationibus ostendatur scilicet duobus testib. vs licet non rogatis: vt ff. eod. l. Lucius. cum autem non occupatur tanta necessitate, & est in castris: exigitur cõuocatio, & rogatio, vt voluntatem audiant duo testes, vt ff. eod. l. diuus, & Institut. eod. §. 2. si autem sit in domo sua, exigitur solennitas communis: vt instit. 20. §. j. & j. eo. l. pen.

SCriniarios.] CASVS. Si scriniarius, idest notarius intitulatus in matricula militum inueniatur, vel magistro militum obtemperans: an priuilegium habeat militis in testando, quæritur? Respond. quod non. licet videatur cõtra ff. eo. l. vlt. Sol. ibi fuit notarius in loco hostili. vel iurauit se nõ vitaturum mortem propter rempublicam.

n *Scriniarios.*] idest, notarios siue tabelliones, & est vulgare Romanorum.

o *Nullatenus.*] immo videtur quod sic: vt ff. eod. l. fina. & de honor. possess. ex testam. mili. l. prima, quæ sunt contra. Solut. distingue vtrum sunt in loco hostili, vt tunc habeant priuilegium militum, vt ibi: an non, vt tunc non.

2 † Voluntate.

3 † Merito.

4 † Quærãtur.

Militis testamentũ quot testibus probari debeat.

5 † Fuso.

6 † Scripserit.

* Forcatu. 12. Auiarij. 2. hodie cõparati. posse putant secretarios, & scribas Ducũ, & Tribunorum.

7 † al. deest.

non habeant priuilegium, vt hic. Vel dic, quòd ibi loquitur de ijs qui intrauerant se non euitatur us mortem rei publicæ causa.

N*E quidam.* CASVS. Testari quoquo modo uoluerit militi permittitur, dum est in expeditione, secus si extra quia habetur loco priuati. Viuia

a *Componere* scilicet testamentum.

b *Beneficium* no. vt & ff. eod. l. tiliums; & Institu. eo. §. illis, & inf. qui non ob. lon. temp. præscri. l. sancimus. & sup. de restitu. mili. l. fin.

L*Icet*: CASVS. Pupillo militi tribunatum adepto, olim testari licebat, quod innouat Imperator, cum instabilē mentem habeat, & extraneos instituendo hæredes propinquis suis nocere possit, nullo modo etiā tribunus creatus habebit testamenti libertatem. Viuia.

c *Pupillis*. militibus & ff. de excu. tut. l. sed & milites, §. iam autem. *

d *Priuilegia*. idest, quia miles & tribunus.

e *Fieri*. idest, pupillum creari tribunū, vt ff. de mune. & honor. l. ad rempublicam. Vel dic verius creatum posse testari.

2 † quidem putelur.

* Componere quod licuisse ante hanc legem an Theop. §. illis. Inst. eod. in expeditione aūt habet solu locū, quod tunc inier mortua est quo dammodo legum memoria. Vi. Cuia. consult. 49.

* vi. Cuia. 17. obser. 76.

2 † Si tribunatus numerum.

QVI TESTAMENTA face. possunt.

3 † al. deest

Qui testantur iure speciali supra dixit, nunc qui communi.

ADDITIO. Ista continuatio nō est perfecta, & adde ad eam in fin. Modo videndum est de ijs personis, quæ possunt testari, vel non ut l. si quæramus, ff. de testa. & ideo iste titulus præcedit tit. de test. Iason.

Q*Vanquam.* CASVS. Paterfamilias omnia bona sua habens cōmunia cum fratre suo pro indiuiso, filiam suam Titio matrimonio collocatā in testamento suo hæredem instituit, an valeat institutio, quæritur? Videbatur quòd non: quia non videbatur habere proprium, cum omnia bona sua erant communia, secus tamen est, & ita est argumentum, quòd idem quod commune mihi est cum alio, meum est, idem est si cum sorore tua communem hæreditatem habuisti, nihilominus valebit testamentum tuum. Viuia.

4 † morbo, vel alia ratione.

Miles non militans, non gaudet priuilegio militis, h. d. Bal. Sal. & Alex.

Imp. Iustinia. A. Mennæ PP.

LEX XVII.

NE quidam putarent,[1]† in omni tempore licere militibus testamenta quoquomodo voluerint, componere, [a]* sancimus, ijs, solis, qui in expeditionibus occupati sunt, memoratum indulgeri circa vltimas voluntates conficiendas beneficium.[b] Dat. 4. Id. April. Decio V.C. Coss. 529.

Pupillus licet sit tribunus seu capitaneus militum, non potest testari. h. d. Alex. concord. Bal. & Sal.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XVIII.

LIcet antiquis legib. permittebatur pupillis,[c2]† si tribunatum numerorum merebantur, vltimum elogium conficere posse; attamen indignum nostris temporibus esse videtur, eum, qui stabilē mentē nondum adeptus est, propter priuilegia militū sapientium hominum iura pertractare, & in tam[3]† tenera ætate ex tali licētia parentib. fortè suis, vel alijs propinquis nocere, propriam substātiam extraneis relinquendo. ¶ Ideoque hoc fieri[e] nullo modo concedimus. Da. Cal. Nouemb. post Consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo. 532.

TITVLVS XXII.

Qui testamenta facere possunt, vel non.[4]†

Societas, vel communio incidens, vel ex conuentione procedens, nō impedit ius testandi, hoc dicit Sal. Vel sic, Habens cum alio bona communia non prohibetur de parte sua testari, hoc dicit Alexander.

Imp. Gordianus A. Pettronio militi.

LEX PRIMA.

QVanquam* omnium bonorum socer tuus, tamque frater eius, socij fuerint tamen non eo minus idem frater eius, cum fati munus impleret, testamento suo potuit sibi hæredem instituere, quem vellet.[f] Item non idcirco minus is testamenti factionem habet, quòd indiuisam successionem[g] cum sorore sua dicatur habuisse,[h] PP. 12. Cal. Aug. Atiano, & Pappo Coss. 244.

Licet testator seipsum interficiat, testamentum tamē eius non irritatur, si tempore quo testatus est, erat sanæ mētis, nisi se interfecerit metu futuræ pœnæ alicuius delicti per eum commissi. hoc dicit. Alexan.

Imp. Diocle. & Maximia. AA. & CC. Tiatori & Potiæ

LEX II.

SI is, qui te cum vxore tua hæredem scripsit, quandō testamentum ordinauit, sanę mentis* fuit, nec postea alicuius sceleris conscientia strictus, sed aut impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie[i] constrictus, se præcipitem dedit, eiusque innocentia liquidis probationibus[k] commendari potest à te, adscitæ[l] mortis obtentu postremū eius iudiciū cōuelli[m] nō

f *Vellet*. ut sup. pro socio. l. si societatis, & ff. pro soc. l. cum duobus, alias est l. si fratres, §. item respondit. r.

g *Successionem*. quasi enim non haberet proprium, videbatur non posse testari, & est eadem causa dubitationis in proxi. resp.

b *Habuisse*. ex alia causa, quam societatis.

S*I is*. CASVS. Aliquis dum erat sanæ mentis, te & vxorem tuam hæredes instituit: deinde se præcipitauit, an valeat testam. eius, quæritur? Distinguitur aut impatiens doloris hoc fecit, quia sui valetudine detentus, quo casu valet testamentum, aut metu futuræ pœnæ, quo casu non valebit, sed succedet ei fiscus. Viuia.

i *Rabie*. idem si pudore aris alieni, vt ff. de iu. fisc. l. in fraudem, §. 1. Accursius.

k *Probationibus*. quæ probat ut eo ipso, quod contrarium non probatur, ut ff. de bonorum qui mor. sibi consci. l. fin. §. fi. & in infra titu. 1. omnium, §. cum hoc ipsum. Vel hic 3 erant præsumptiones in contrarium. Et est hic annectenda distinctio si mortem sibi consciuit metu criminis cuius accusatio poterat institui post mortem, vt ff. de accusa. l. iudicio rū. quo casu publicanda sunt 4 bona, si autem metu alterius criminis quod esset publicum & capitale, si quidem antequam in eo deprehenderetur, vel is aduersus eum contestaretur, non publicarentur 5 bona. aliquin sic, si conscientia criminis hoc fecerit, ut præalle. l. Si autem erat crimē extraordinarium, puta furtum vel simile, non publicantur, 6 siue ante, siue post mortem sibi consciuit, 7 ut ff. de bono. eorum, l. fi. & ad idem infra, de bonis eorum, l. prima. & ff. de iniusto testamento, l. si quis, filio exhære. §.

* Vi. Clar. § test. § te sta mentū, q. 19. & se.

3 Ista ē bona Sali. & sequitur eā Fulgo.

3 Ista magis conclu dit Sal. & Pau.

4 Sequitur gl. Ba. Pa. Sal. Ale. & Ias.

5 Gl. sequit Bal. sed reprobatur per Alexā. post doct. mentis. Vi Alc. j. præsumpt. 38.

6 Singula. gl. fm Bal. in l. 3. inf. si pen. app. mors interue. & secundum Ale. & Ias. hic.

7 Et bene Ba. & Sal.

proinde, & §. seq. & de dod. inter uir. & uxo. l. cum hic, §. si maritus, & inf. si reus vel ac. mor. fue. l. defuncti, & ff. de ædi. edi. l. bouem, §. mortis.

l *Adscitæ*. idest, quia mortem sibi consciuerit, quia seipsum occiderit.

m *Conuelli*. i. remoueri.

a *Ratam.* scilicet taliter testantis.

b *Eius.* scilicet criminosi.

SEnium CASVS. An senex vel æger possit facere testamentum, quæritur? Resp. quod sic, sed filiusfamilias nõ. Cætera plana sunt vsque ad l. hac consultissima. Viu.

eo, quòd testes sunt necessarij testamento, sed eunuchus non habet testes, sed aliter hincinde accipitur nomen testis.

o SI *quis. Scribendi.* & ita iure priuati vtitur princeps, vt insti. titu. 1. lex imperfecto, & l. omnium, circa fin. & l. dubiũ, & sup. de leg. & constit. l. digna, & infra ad leg. Falc. l. 4. & inf. l. proxi. & ff. de leg. 3. ex imperfecto.

dubet. Quod futuræ pœnæ metu voluntaria morte supplicium anteuertit: ratã [a] voluntatem eius [b] conseruari leges vetant. PP. Cal. Decem. ipsis AA. Coss.

Senectus, aut corporis infirmitas factionem testamẽti non impediunt in homine sanæ mentis, sed patria potestas bene impedit, h.d. Alex. concor. Bal. & Sal.

Ijdem AA. & CC. Licino.

LEX III.

SEnium quidem ætatis, vel ægritudinem corporis sinceritatem mentis tenentibus testamenti factionem certum est non auferre.[c]

¶ Filium [d] aũt, qui in ptãte ẽ testm̃ facere non posse,[e] indubitati iuris est. Dat. 3. No. April. Sirmij CC. Coss.

Pupillus non potest testari, sed ille qui excessit pupillarem ætatem, potest: licet malitia nõ suppleat vel licet nondum sit ætatis 25. annorũ hoc dicit secundum glo. & doct. Alex.

Ijdẽ AA. & CC. Radoni.[1] †

LEX IIII.

SI frater patruelis [f] tuus ante, decimum quartum ætatis suæ annum decessit, cum facere non [g] potuit testamentum,[h] nihil rectè ex eius postremo iudicio [i] postulatur. Nam si hanc ætatem [k] egressus,[l] licet uigoris nondum emersissent vestigia,[m] suum solenniter ordinauit iudicium, hoc euellere frustra conaris. S. 6. Id. Nouem. Pãtich. CC. Coss.

Inhabilitas ad generandũ nõ inhabilitat ad testãdũ, Sa.

Imp. Constantinus A. ad Rufinum PP.

LEX V.

EVnuchis[*] liceat facere testamentum, componere postremas exemplo omnium [n] voluntates, conscribere codicillos salua testamentorum obseruantia, D. 5. Cal. Mar. Sirmij, Constantio. A. 5. & Constante Cæs. Coss. 339.

Qui Imperatorem sibi fecit hæredem, non prohibetur alium sibi instituere, & Imperatorem reuocare, Salicet.

Idem A. ad Volusinũ.[2] † PV.

LEX VI.

SI quis Imperatorem fortè hæredẽ instituerit, habeat mutandi iudicij facultatem, & quemcunq; voluerit, secundum leges in testõ suo hæredem scribendi.[o] [3] † Dat. 12. Calen. Mart. Mediolan. Arbitione, & Lolliano, Coss. 355.

Imperator & Augusta in testamenti factione passiua & actiua vtuntur iure communi, ideo mutare hæredes possunt, h.d. Sal.

Imppp. Valens, Valent. & Grat. AAA. Maximo.

LEX VII.

3 Nisi magister census esset absens Alexan.

implendi [a] eam necessitatem habeat. S. D. Calẽ. Iul. Thessalonicæ Gra. 5. & The. AA. Coss. 380.

Superflua non viciant: sed omisso necessariorum omnẽ dispositionem viciat. hoc dicit Alex.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Aeternali proconſ. Asiæ.

LEX XVII.

TEstamentum* non ideo infirmari debebit, quod diuersis hoc [b] deficiens [c] nominibus appellauit, cum superflua non noceant.

¶ Namque [1] † necessaria prætermissa [d] imminuunt contractus, [e] & testatoris officiunt [f] voluntati, [g] nõ abundans cautela. [h] Da. 12. Cal. April. Arcadio 4. & Honorio 2. AA. Coss. 396.

Insinuatio facta coram nõ competenti iudice, non tenet. Bald. Vel sic; Publicatio testamenti fieri debet coram magistro census in vrbe: & si fieret coram alio iudice, tãquam coram incompetenti facta, non valeret. hoc dicit Alexand.

Iidem AA. Africano PV.

LEX XVIII.

TEstamenta* omnia, [i] cætera que quæ apud officium censuale publicari solent, [k] in eodem loco referentur, * nec vsquam permittatur fieri vlla trãslatio. [l] Mos [m] nãque retinendus est fidelissimæ vetustatis: quẽ [n] si quis in hac vrbe voluerit immutare, [2] † irritam [o] mortuorum videri faciet voluntatem. Dat. 11. [3] † Cal. Octo. Constant. Cæsario, & Attico Coss. 397.

Testamentum factum coram principe, seu principi per oblatas preces insinuatum, ualet tanquam solennissimũ, etiam sine solennitate testiũ, licet princeps ad supplicationem nihil rescripserit: dum tamen illud testamentum sit vltimum: & heres scriptus in eo potest nedum bonorum possessionem ex eo agnoscere, sed etiam hæreditatem adire, & omnia facere quæ scriptis heredibus competunt: dummodo testator habuerit factionem testamenti, & nullus alius defectus interuenerit quam numeri testium: requiritur tamẽ quòd per alios testes probetur quòd principi fuerit insinuatam testamentum, si de hoc dubitetur. h. d. Alex. post Bal. & Sal.

Impp. Hon. & Theodosius AA. Ioanni PP.

LEX XIX.

OMnium * testamentorum [p] solennitatem superare videtur, qđ insertum mera fide precibus [q] inter tot [r] nobiles probatasq; personas etiam conscientiam principis tenet.

¶ Sicut ergo securus [s] erit q actis cuiuscumq; iudicis, aut

T *Estamenta.* CASVS. Si testamentum debeat publicari, coram quo iudice facienda sit publicatio? Resp. quod coram magistro cẽsus: nec coram alio, & hoc de antiquiori consuetudine: quæ si immutetur, morientium mutabitur iudicium. Vel sic. Cũ quis haberet testamentum in quo fuit scriptus hæres, per quod posset docere de institutione sua, si fortè timeat ne deficeret uel quia corrosum erat, uel uetustum, & uelit illico publicari ad perpetuam rei memoriam: coram quo iudice fieri debeat quæritur? Dicitur, quòd coram magistro census.

i *Testamenta omnia.*] in scriptis ergo & sine scriptis, ut supra. la. dixi.

k *Solent.*] ut donationes & similia, ut infra, de donat. l. secundum diui.

l *Translatio.*] ut apud alium iudicem publicetur, 2 ut hic, & d. l. secundum diui. & inf. eod. l. consulta, & supra de episc. & cler. l. repetita, sed hodie videtur coram defensore ciuitatis, vt in auth. de defen. ciui. §. nulla. coll. 3. quæ est contra. Solu. hæc lex cum prædictis concor. in ciuitate Romana dicit & Constantinopolitana: illa in prouincijs & extra vrbem, vt infra, de donat. l. in hac. Sed contra infra l. proxi. in princip. sed expone ut ibi.

m *Mos.*] idest consuetudo.

n *Quem.* scilicet morem.

o *Irritam.*] non tamen erit irrita, vt in re. sta eodem. consulta.

2 † Ita legitur C. Th. Du: autem

3 † 6.

O *Mnium.*] CASVS. Si testamentum fecisti, & illud principi insinuasti: an ob id solenne dici possit, testibus non adhibitis quos adhiberi in testamẽto necesse est, ac si coram quouis iudice præsentibus septem testibus conditum sit; Respõ. qđ sic. An autem minus valeat, quod sup hoc rescriptum principis non habuisti, quæritur? Resp. quod non. An autem post audientiam tibi a principe præstitam mutare possis voluntatẽ, quæritur? Dicitur, quod sic, cum iudicium tuum posterius insinuatum, ita firmum est, si id confirmaueris, & vltimum fit, quod probabitur co ipso quod nõ probatur contrarium, scilicet quod aliud non fecisti: nec necesse est, quod successor tuus iudicẽ adeat causa petendi bon. possess. quia sola voluntas sufficit illius in adeunda hæreditate, poterit ergo qui testari voluit & potuit lege non prohibente, hæredem principi declarare: & uetere res, probare possit per hãc voluntatem si principi oblatam fuisse, ne aliud sibi aduerse tur, scilicet quod non sit ca pax uel possit testamentum per querelam inoffic. irritari, uel si testamentum non possit facere defunctus &c.

* Nouum genus testamenti, & ueteribus inauditum introducitur, quod Theodosianũ dici pot: cuius fit mentio Theodosiis. Concor. gl. in verb. auctoritate in fi. in ca. 1. extra de transa.

p *Omnium testamentorum.*] ita construe. i. testamentũ quod tenet conscientiam principis, inter tot nobiles probatasq; personas: illud dico, insertum mera fide.

q *Precibus.* scilicet de quo fit mentio in libello precum porrectarum principi, ut ipse interueniat: uidetur superare, &c. Ego aliter construo: omnium testamentorum solennitatem superare uidetur: subaudi id testamentum, quod tenet etiã conscientiam principis, subaudi existentis inter tot, &c. insertum precibus: sui au li factis mera fide, idest bona fide.

r. *Inter tot.*] qđ. multas, quia princeps non potest esse sine multis. sicut nec episcopus, ut in auth. quomodo oport. episcopos, §. illud, coll. 1.

s *Securus.*] scilicet hæres.

Publi-

municipum, aut auribus priuatorum mentis suæ postremum publicauit [a] iudicium: ita nec de eius vnquam successione [b] tractabitur, qui [c] nobis medijs, [d] & toto iure (quod in nostris est scrinijs constitutũ) teste [e] succedit.

¶ Nec sanè illud hæredibus nocere pmittimus, si rescripta [f] nostra nihil de eadẽ [g] † voluntate responderint. Voluntate etenim hominũ audire volumus, non iubere: ne post sententiam nostram [h] inhibitum videatur commutationis arbitrium: cum hoc ipsum quod per supplicationẽ nostris auribus intimatur ita demum firmum fit, si vltimum comprobetur, [i] nec contra iudiciũ suum defunctus postea venisse detegatur.

¶ Nequid sanè prætermisisse credamus, huiusmodi institutionis, omnia quæ scriptis hæredibus competunt, iubemus eos habere; nec super bonorum [k] possessionis petitione vllam controuersiam nasci: cum pro hærede agere cuncta sufficiat: & ius omne ipsa complere [l] aditio videatur. Omnib. etenim præstandum esse censemus, vt libero arbitrio, cui [m] testandi facultas suppetit, successorẽ suũ, oblatis precibus, possit declarare: & stabile sciat esse quod fecerit.

¶ Nec institutus hæres pertimescat, cum oblatas [n] preces secũdum voluntatem defunẽti idoneis testibus [o] possit approbare, si ei [p] alia nocere non possunt. [q] D. 12. Calen. Mar. Rauennæ, post Consulatum Honorij 8 & Theodosij 5. AA. 499.

Testamentum primũ validum nõ rumpitur per aliud sequens non solenne, licet in ipso sequenti fuerit scriptus hæres princeps, vel alius vir magnæ potentiæ. hoc dicit secundum intellectum glos. & Bar. sed secundum alium intellectum, quem approbant omnes alij Doctores. h. d. Testamentum in scriptis solenniter conditum, non tollitur persequens etiam solenne sine scriptis conditum, in quo princeps vel alius potens diceretur institutus. hoc dicit Alexand.

Eorundem. AA. edictum ad populum vrbis Constantinopolitanæ & omnes prouinciales.

LEX XX.

Nolumus [*] conuelli deficientium scriptas iure, ac solenniter volũtates, [r] dum quoddam morientis supremum, & non scriptum [s] processisse confirmatur [t] arbitrium, tanquam patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere.

¶ Omnibus [*] enim priuatis, & militãtibus interdicimus, ne huiusmodi perhibeant [u] testimonia: & falsi criminis reos teneri præcipimus, si cũ scriptæ iure, ac solenniter deficientium extiterint voluntates, nõ scriptũ aliquid sub nostrorum nominũ mẽtione falso adstruere moliantur.

¶ Nemo itaque relictus hæres, vel legibus ad successionem vocatus, nostrum vel potentium nomen horrescat: nemo ferre testimonia in hunc modum, vel suscipere [x] in gestis huiusmodi voces audeat, nostro vel etiam priuatorũ potentium nomine. Dat. 7. Id. Mar. Constan. The. A. 7. & Palladio Coss. 407.

Testamentum in scriptis fieri debet secundum formã hac lege traditam. h. d. vsque ad §. ex imperfecto. A. exã. concor. Bald. & Sal.

Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio PP.

LEX XXI.

Hac [*] consultissima lege sancimus, licere per

a *Publicauit.* i. manifestauit, 1 siue condidit: & sic non est cõtra eo. l. proxi. Alij dicunt 2 loqui hic extra vrbẽ, ibi in vrbe, vbi ẽ magister cẽsus. b *Successione.* actiue, idest de successione heredis qui succedit. c *Qui.* i. s. hæres. d *Medijs.*] idest Imperatore præsente. e *Teste.* i. testificante. sic instit. de pub. iud. §. itẽ lex. Cor. de sica. ibi vltore ferro. f *Rescripta.*] idest, si nostra voluntas. g *Responderint.* i. licet nõ approbauerim'. h *Nostram.*] quæ per præsentiã colligitur. i *Comprobetur.*] q est eo ipso, quod nõ pbatur contrarium: vt hic subijcit, nec &c. sic & sup. tit. 1. l. si is. k *Bonorum.*] idest nõ necesse, 3 vt successor adeat iudicem cã petendæ bonorum possessionis: quia sufficit sola voluntas. l *Complere.* quantum ad acquisitionem dominij, plenè datur per testamentũ, plenius per mortem, plenissimè per aditionẽ. m *Cui.*] idest quibus de plurali autem trãsit ad singulare, vt s. de in ius voc. l. fin. n *Oblatas.*] ipsum venisse, & se institutũ esse hæredem, secundum Azo. o *Testibus.*] ex hoc videtur, quod solus Imperator non sufficeret, ut hic, & sup. de testibus, l. iurisiurandi, quod verum est, 4 secundũ Azo. & H. sed quidam dicunt solum eum sufficere, 5 & quædam verba in hac l. illud velle videntur, ut supra eod. in prin. ibi, qui nobis, &c. & qđ hic dicit, non obstat: quia non exigitur iudicium defuncti testibus probari: sed preces principi porrectas secundũ defuncti volũtatem. Quid ergo secundum primos operatur Imperator? Respon. quòd testamentum habetur pro publicato, ut supra eod. l. ibi, sicut ergo, &c. vnde licet admittatur originale, nihilominus tamen potest adiri hæreditas ex eo, ac si esset publicatum a certum magistratu centes: quod non esset aliàs, ut infra, de eadu. toll. §. & cum triplici. Item quia non fiebat necesse petere bonorum possessionem, licet sit talis qui etiam iure nouo non admittatur sine ea, 7 ut habes in casu, ff. de iniust. rup. test. l. posthumus, & aliis ut no. sup. unde cog. l. fi. itẽ sufficiunt hic duo testes, ut no. infra eod. l. hac consultissima. p *Ei.*] hæredi. q *Non possunt.*] nec querela inofficiosi testamenti: nec contra tabulas, & potuit testari defunctus: & hæres est capax.

Nolumus.] CASVS. Si iure testamentum factum sit, & hæredes instituti, & si principi fuerit per alium suggestum, quòd in minus solenni testamento hæres sit institutus, an eo ipso quòd princeps in minus solenni institutus est, irritatur prius solenne, per consequens non solenne? Respo. q non, sed suggestori faciendi testamen. tum facultas interdicatur, & falsarius indicetur, nec timeat hæres institutus, nec iudex talium testimonium audiat: nec potentium nomina recipiat. r *Voluntates.*] per nõ sollennes, ut subijcit. s *Scriptum.*] non solenne: aliud si esset solenne, 8 licet non scriptum, ut sup. eod. l. ex imperfecto, & insti. quib. mod. test. infir. §. fi. t *Confirmatur.* ab aliquibus ubi volũt nobis blandiri, & forte non erat uerum, ut locum habeat quod sequitur de pęna falsi. idem tamen si esset uerum, ex quo non est solenne, uel confirmatur, idest dicitur. u *Perhibeant.*] i. dicimus, ut non perhibeant. x *Suscipere.*] aliquis scilicet iudex.

Hac consultissima.] CASVS. Si 7 testibus adhibitis subscribentibus, & signantibus testamentum fecisti, & id signasti, & ligatum ostendisti: an ob hoc infirmari debeat, quod ignorauerunt testes quæ in eo scripta sunt? Resp.

1 Ista expositio nõ congruit literæ.
2 Et malè Ale. & Ia.
* Perarie. In forma libelli quo petit. hęr. ex testam. su ver. vallatũ, hinc colligit, in testo vnicũ testem sufficere quoties id fit coram principe, qđ ab eo satis noue dicitur. Gotho.
† Ita.
3 Ista gl. reprehendit inquãtũ innuit, q hæres scriptus coram principe ñ posset agnoscere bonorũ pos. de iure præt. Pet.
4 Imò est falsũ Bar. Bal. Salic. & Ias.
5 Ista communiter tenetur & est vera. Ale. & Ia.
6 Et bene Bal. & Al.
7 Ista glo. est sing. secundum Ang. in l. filio præterito. ff. de iniu. testa. & Pau. Fulgo. & Ias. hic.
* Ex ll. 4. titu. 4. l. 5. C. Th.
* Huiusmodi casũ nijs refert Suetoni in Domitiano, multas sub eo confiscatas hereditates. Cont.
8 Imò idẽ si esset solenne, dũ tamen sit nuncupatiuũ. Cyn. Bald. Ful. P. & Ale. licet Bart. gl. sequat.
* Ex nou. The. de testa. vbi & integrior extat.

Respond. quòd non, cum tu illud scripsisti vel alius, & ei subscripsisti. Si autem literas ignorasti, & subscribere nequivisti, adhibitis 7. testibus cum scriptore, firmum maneat testamentum, & si ea quæ in eo scripta sunt testes ignorauerunt, nec necesse est, quod eodem tempore inchoetur & compleatur testamentum, sed diuersio bene potest. Ad hoc autem vt cõpleatur, & valeat, testes subscribant, & signent simul & semel, alioquin non valeat testamentum.

EX IMPERFECTO.

Si testm̃ minus solenne condidisti, puta adhibitis duob. testibus, an valeat, refert an inter liberos factum fuerit, an admixta persona extranei. Primo casu valebit simpliciter. In secũdo casu in persona extranei nõ valebit, in persona liberorũ sic, & eis accrescit.

scripturam [a] conficientibus testamentum, si nullum scire volunt ea quę in eo [b] scripta sunt, consignatam vel ligatam, vel tantum clausam inuolutamq; [c] proferre scripturam, vel ipsius testatoris vel cuiuslibet alterius manu conscriptã, [d] eamq; rogatis [e] testib. septẽ numero, ciuib. [f] Romanis, puberibus, omnibus simul offerre signandã, & subscribendam: dum tñ, testibus præsentibus testator suum esse testm̃ dixerit quòd offertur, eiq. ipse corã testibus sua manu in reliqua parte testaméti subscripserit: [g] quo facto, & testib. vno, eodemq; die, ac tpe subscribentib. & consignantib. testm̃ valere, nec ideo infirmari, quod testes nesciant, quæ in eo scripta sunt testamento. Quòd si literas testator ignoret, vel subscribere nequeat, octauo subscriptore pro eo adhibito eadem seruari decernimus.

¶ In omnibus aũt testamentis quæ præsentibus vel absentib. testib. dictãtur, superfluum est vno eodemq; tpe exigere testatorem, & testes adhibere & dictare suum arbitriũ & finire testamentum.

¶ Sed licet alio tpe dictatũ scriptumve proferatur testamentũ sufficiet vno tpe eodemq. die nullo [h] actu extraneo interueniẽte, testes oẽs, videlicet simul, nec diuersis tẽporib. subscribere signareque testm̃. Finem aũt testamẽti subscriptiones [i] & signacula testiũ esse decernimus.

¶ Non subscriptum [k] autem à testibus, ac non signatum testamentum, pro infecto [l] haberi conuenit.

Testamentum imperfectum ratione solennitatis, valet inter liberos tantum. h. d. Alex.

¶ Ex imperfecto [l] autem testamento voluntatem tenere defuncti, nisi inter solos liberos [m] à parentib. vtriusq. sexus habeat, nõ volumus.

¶ Si vero in hmõi voluntate liberis alia sit extranea mixta persona, certum est eam voluntatẽ defuncti quã tũ ad illam duntaxat permixtam personam pro nullo haberi, sed liberis accrescere. [*]

Hodie testamentum in scriptis minus solenne inter liberos conditum ita demum valet, si forma hic scripta seruatur: & tunc in eo legata & fideicommissa ac libertates quibuscunque relinqui possunt. hoc dicit Salicet. & Alexand.

IN AVTHENT.

De test. imperfectis, §. nos igitur omnia. col. 8. consti. 3.

QVod sine [n] subscriptione ita procedit, si pater. quid si filios, q̃ iste §. non habet locum in filijs instituentibus heredes parentes suos in minus solemni voluntate. Item aduerte, secundũ Pau. de Ca. hic, & in l. inter oẽs sup. familię ercifcundæ, quod hic tex. habet etiam locum in liberis naturalibus, quod tenet idem Spe. ubi sup. ver. quid si pater. arg. l. naturalibus, supra de confir. tu.

QVod sine.] CASVS. Ista auth. continuatur ad authenticam, quæ est sup. fam. ercisc. auth. si modo, quia ibi dicit l. inter oẽs, q̃ pater põt relinquere bona sua per modũ institũ.is, & in testõ imperfecto inter liberos suos tñ & auth. quæ sequitur illam legem immediate, dicit illud esse verum, si pater & liberi subscripserint huic voluntati, hæc lex dicit, quod parens etiam potest liberos instituere sine scriptis in testamento imperfecto nuncupatiuo. authentica autem ista hoc in patre corrigit, dicens quòd parens si scit literas, debet subscribere propria manu nomina liberorum, & tempus, & alia quæ sequuntur in litera.

a *Per scripturam.*] loquitur ergo de testamento in scriptis, cuius secreta testes scire non oportet, vt subijcit. j. ea. l. ibi nec ideo, &c. & ff. e. l. qui testamento. §. fi. sed aliud in nuncupatiuo, vt j. ea. l. §. per nuncupationẽ quia testes debent scire a quę in testamento scribuntur.

b *In eo.*] scilicet testamento.

c *Inuolutam.*] s. in linteo, vt ff. eo. l. ad testiũ. §. fi. Alij dicunt inuolutã, i. valde obscuram, quasi obscuris verbis dictatam.

d *Conscriptam.*] i. sub scriptam, hoc quo ad nomen hẽdis corrigitur, quia testator debet illud manu sua subscribere, si potest vt inf. eo. l. iubemus, in prin. sed & illa corrigitur per Authen. ibi positam, & sic reditur ad istam.

e *Rogatis.*] 3 vt ff. eo. l. hæredes, in fi. & infra de codicil. l. fin. §. fin. & in auth. de test. §. & licet. in fi. §. collat. 7. Item no. 4 septem testes, & hoc regulariter, quandoque enim octo, ut quãdo testator non subscripsit, vt in fi. huius respon. Item in testamento cæci, vt supra ti. eo l. hac consultissima. Item quandoque duo, vt supra de testa. mil. l. milites. Item & qñ ipse princeps hoc indulsit, vt sup. eo l. si non speciali. Item & quando ipse princeps interfuit, vt sup. eo. l. omniũ testamentorum. Item quandoque quinque, vt inf. eod. l. fi. Item quando pater testatur interfuit filius, sufficiũt minus septem, vt infra eo. §. ex imperfecto.

f *Ciuibus.*] id est hominibus. 5 Item puberes, vt subijcit, ut insti. eo §. testes autem.

g *Subscripserit.*] inf. eo. l. cum antiquitas, in fi. contra. Sol. illa corrigit istam in casu, s. quando testator præscripsit totum sua manu in alio non.

h *Nullo actu.*] s. alieno, vt ff. eo. l. hæredes, in fi. nisi ex necessitate, 6 vt infra eod. l. cum antiquitas, circa princ.

i *Subscriptiones.*] inf. eo. l. cum antiquitas. §. si tamen in quẽdam. 5 vbi dicit, & in media parte testamenti fieri posse subscriptionem, sed ibi est speciale, vel corrigit. Vel dicit de medio temporis, non de medio testamenti.

k *Non subscriptum.*] idest sine subscriptione testis, & dẽt contineri nomen testis & testatoris, & quilibet dẽt subscribere per se, non unus pro alio, vt ff. eo. l. pe. nisi in testamẽto rustici, vbi vnus pro alio subscribit, vt infra. eo. l. fi.

l *Ex imperfecto.*] scripto vel non.

m *Liberos.*] inter eos ergo tenet. Sed j. ff. de confir. tu. l. q à patre. vbi innuit nõ tenere. Sol. dicunt q̃d hanc scripturam esse codicillũ, non testamentũ, & arbiter familiæ erciscundæ sequitur patris voluntatẽ in diuidendo, licet ab intestato, vt j. familiæ erciscundæ, inter omnes. Tu dic 7 illam l. qui à patre corrigi per legem Constantini, s. inter omnes, quæ in parentibus maribus testm̃ dicit, sed hæc Theodosij dicit & in fęminis idem. sic enim dicit vtriusq; sexus. Itẽ q̃ hic dicit quo ad extraneum non valere, est ar. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cũ hic status. §. si socer. Sed j. ff. de le. 2. l. peto. §. mater. Sed dic q̃d dicit ibi valere p codicil. Vel dic q̃d perfectũ erat ibi testamẽtũ, sed dicitur imperfectũ quo ad tutoris dationem non quo ad fideicõmissum ex eo dandũ. Vel ibi de liberis erat fide cõmissarius.

ADDITIO. Aduertas secundũ Spe. in ti. de instru. editio. ne. §. compendiosæ, ...

n *Quod sine.*] s. testamentum patris &c. & continuatur hac

1 Si tñ sciret non vitiaretur. Ful. Paul. & Ias.

2 Literarũ peritia scribendi peritia est, nõ legẽdi simpliciter. ut merito defendi possit ignarus legẽdi secreto, aut aliter q̃ ęcos testari non posse. Nã qs omnia bonorũ hẽditatis ubi tñ tabulario, aut subscriptori committat. reliqs testib. voluntatis defuncti signatis. Neque mouet nouel. Leon. 69. q apud nos in usu non est. Neq; l. 14. § fi. de do. prælega. l. 1. in fi. ff. de uerbo. ob. l. ibi n. uõ agit de hæreditate. Pertineat igitur hæc lex ad scribedi impe ritos tamẽ legendi. Gothof.

3 Sequitur glo. Sal.

4 Intellige à testatore uel à notario uel à quolibet extraneo, præsente & patiẽte testatore. Ias.

5 Gl. totã sequit B. Sa. Pau. & Ale. & est magistra. sm Ias.

6 Et bñ p l. qui testo §. seruus ff. cod. nisi cõi opinio reputaretur liberi. Pau. & Ias.

6 Et bene S.P. & Ias.

7 Nihil est secundum Doc. quia illa nulla lege corrigit ibi. n. in tutore q est extranea psona unũ priuilegiũ in tutore procedere non põr, l. impuberi. ff. de admi. tu. Bar. Tñ tñ testib. dictum nõ ualere inquir Cuia. nec inter liberos, i. 9 iulta. Sed duos saltẽ require ẽt si pater cęcus sit, & hoc casu fęminã ad mitti intestẽ, tenent cõiter Do. ut refert Cla. 3. sen. ten. §. testamentũ, q. 9. qui in hac materia multa congerit.

† Imperfecto.

Sequitur hoc auth. 1 cum 22, quæ est supra familiæ ercis. quæ incipit si modo &c. & vtrumque authent. intellexerunt Doctores nostri, cum testamentum condidit pater in scriptis. Si vero condidit sine scriptis, cur exigitur subscriptio, cum nulla præcessit scriptura? & ideo seruamus. §. ex imperfecto, & l. illam, inter omnes, supra famil. ercisc. vt minus solennis valeat, si ex duobus tamen maribus vel fœminis probetur, vt ff. de mili. testam. l. Lucius. 1. respon. licet alias repellantur feminæ, vt ff. de test. l. qui testamento §. mulier. derogatur 2 ergo prædicto §. ex imperfecto. in eo quod fit in scriptis, licet generaliter loqueretur, secundum Azo. 3 M. vero putabat ei in totum derogatum, vt hodie pater minus solenniter testari nõ possit, nisi faciat quę hac auth. dicuntur, & exigebat numerũ septem testium, si non sit ibi hęc obseruatio testium, cum in hac voluntate possit legari extraneis. Prædictum autem testamentum non rumpitur, nisi vt dicit sequens Auth. hoc inter, &c.

1 Sequitur glos. Bart. Bal. & Alc.

2 Placet Paul. Sali. Alexan. & Ias.

3 Et male sm Pau. & Alex.

H*Oc inter.*] CASVS. Hęc authentica est cõtraria superiori, quia tractat de destructione primi testamenti dicens quod si testator velit infirmare primum testamentũ, vocet septem testes, & coram eis declaret se nolle, valere primũ testamentum, & tunc faciat aliud testamentum, vel perfectum, vel non, inter liberos.

PER NVNCVPATIONEM.

Si sine scriptis vis testari, adhibe testes septẽ, & corã eis voluntatẽ tuã declara.

1 † Confirmat. No. Th. al. aliter. al.

SI QVIS. Si Rescriptũ primo testõ facto ꝓ lege non & perfecto, secundum fiat, an valeat, queritur? Resp. ꝙ nõ, valet, nisi alias valebit, nisi iure fuerit consummatum, nisi in casu, s. dicat, non obstãte tali lege.

rens literas edoctus manu propria, nõ signis, sed literarũ cõsequentia declaret, & tempus & liberorum nomina, item & vnciarum numerum, seu signa rerum specialium, in quo & alijs legari, & fideicommitti, & libertas relinqui potest.

Testamentum factum inter liberos, non reuocatur per aliud testamẽtum, nisi secundum testamentum sit solenne, & testator in secundo declaret se nolle illud prius testamentum valere. Alex.

IN AVTHEN.

De test. imperfe. §. & si quis dem, colla. 8 consti. 3.

HOc inter liberos testamentum ita infirmasi parẽs septem testibus adhibitis declaret se nolle tale testamentum valere,[a] & aliam disponat voluntatem, vel in testamento perfecto, vel in non scripta perfecta voluntate.

Finit tex. Authenticæ.

Sequitur Textus Codicis.

Testamentum nuncupatiuum fieri debet coram septẽ testib. ad hoc conuocatis, & testatoris voluntatẽ audientib. h. d. usque ad §. si quia autem. Alex.

¶ Per nuncupationem quoque, hoc est, sine scriptura,[b] testamenta non alias valere sancimus, quam si septem testes (vt supra dictum est) simul vno eodemque tempore collecti, testatoris voluntatem, vt [2] † testamentum sine scriptura facientis audierint.[c] 3 †

Primum testamentum perfectum, & solenne non tollitur per secundum imperfectum, nisi trib. concurrentib. s. quod in primo testamento solenni fuerint instituti extranei, & quod in secundo non solenni fuerint instituti venientes ab intestato, & quod saltem in secundo interfuerint quinque testes, quib. concurrentib. adhuc secundũ testamẽtũ nõ valet vt testamẽtũ, sed vt volũtas intestati. h. d. usq; ad finem. Ale.

¶ Si quis autem testamento iure perfecto, postea ad aliud venerit testamentum: non alias quod ante factum est, infirmari decernimus,[d] quam si id, quod secundo facere testator instituit, iure fuerit consummatum.

¶ Nisi fortè in priore testamento scriptis ijs, qui ab intestato vel testoris hæreditatem, vel successionem venire non poterant, in secunda volũtate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad eius hæreditatem vocantur, eo enim casu licet imperfectũ videatur, scriptura posterior, infirmato priore testõ, secundã eius voluntatẽ nõ quasi testm̃, sed quasi volũtatẽ vltimã intestati valere sancimus,[e] in qua volũtate

4 vt ff. de leg. 3. l. si quis, in princ. & est propter præcedentem solennitatem, 5 alias ex eo quod fit secundum, rumpitur primum, vt infra eod. l. pe. & ambæ istæ sunt in auth. de testa. imperfec. §. nos igitur omnia coll. 8.

4 Et bñ B. & Corn.

5 Ista rõ nõ est bona, iõ dic ꝙ istud est introductũ, fauore liberorũ, vt hic ẽ tex. Sali. Alex. & Ias.

SEQVITVR GLO. T. L. C.

b *Sine scriptura.*] vel etiam cum scriptura sed ad hoc tantum, 6 vt probaret si fuisset factum nuncupatiuum testamentum.

c *Audierint.*] vt insti. eo. §. fi. & arg. supra tit. 1. l. hac cõsultissima, non autem dico, quod hæc verba habeat testator necesse dicere, vt j. eo. l. in testamentis, vel si habebat necesse per l. illam, corrigetur per l. illam.

3 † Aut.

3 † Hic sũt omissi tres versus qui extant in No. Th.

6 Sequitur gl. P. Ale. & Ias.

d *Decernimus.*] scilicet per cõpositionẽ secundi, sed & alijs modis põt infirmari vt per incisionẽ chartę, vt inf. eo. l. nostrã quæ est contra.

e *Sancimus.*] sic ergo solennis, & valida tollitur per non solennem in qua sunt scripti coniuncti, & erat idẽ etiam in veteri iure, vt ff. de iniusto test. l. 2. Vel dic illud ibi à compositorib. codicis statutũ. Sunt & alij 7 duo casus, vt quando secunda voluntas est militaris, vt d. l. 1. Item quando prima erat valida fauore militiæ, vt ff. de mil. test. l. eiusmilitis. §. fi. Est hodie quartus, vt infra eod. l. sancimus, circa fi. Alibi autem serua regulam, vt nõ tollatur primum per secundum minus solenne, vt hic, & inst. quib. mo. testa. infir. §. ex eo. & ff. de adimen. leg. l. ex parte §. & ff. eo. l. hæredes. §. si quid. Sed certè & alias præterquam in prædictis quatuor casibus, videtur tolli primum per minus solenne, vt inf. de ijs quibus vt indi. l. hæreditas, quæ est contra, sed ibi non dicitur illa secunda voluntas, cum dicit non mereri, 8 quia in nullum est collata & ideo fiscus habet. Item adhuc idem vt ff. de ijs quibus vt indig. l. cum quidam, quæ est contra, sed ibi secundum testamentum erat perfectum, & omni solennitate vallatum, & ideo tollit 9 primum, licet scripti in eo secundo non essent capaces. Item adhuc videtur idem, vt ff. de cond. insti. l. pe. § fi. vbi facto testamento apponit testator conditionem in codicillis, quia non completa, dicit hæreditatem auferri instituto. Sed dic 10 quod inuanum cogitauit testator. Item idem adhuc ff. de acquirenda hæredit. l. Claudius, sed ibi primum solenne non ualet, quia prius decessit.

Testamẽtum solenne in multis casibus tollit ꝑ secundũ non solenne.

7 Glo. sequit Bart. Bal. Sal. & Ias.

8 Ita quod ꝑ ꝑ hoc nõ rumpitur. primũ. B.

9 Immo text. dicit ibi, qđ nõ tollit. Alex. & Ias.

10 Sequit Bar. Salic. Al. & Ias.

Rescriptũ primo testõ facto ꝓ lege non & perfecto... in primo testamento scriptus fuerit hęres, qui ab intestato defuncto succedere non poterat, in secundo minus solẽni scriptus fuerit hæres, qui succedit ab intestato, & sic solenne primum per minus solenne subsequens tollitur, quinque tamen testes necessarij sunt ad minus, quod si adhibiti non fuerint, non valebit. Nec solum in latino potest condi testamentum, sed etiam in Gręco. Viu.

a *Valere.*] non igitur sufficit facere secundo, nisi dicat non obstante primo, quod nolo valere & sic est argument. pro rescriptis contra legem indultis, vt non valeant, nisi

quinque testium iuratorum depositiones [a] sufficiunt. ¶Quo [b] non facto, valebit [c] primum testamentũ, licet in eo scripti videãtur extranei,

Potest quis testari Græce, & Latinè.h.d.Bal.& Sal.

¶Illud etiam huic legi prospeximus inserendum, vt etiam Grecè [d] omnibus liceat testari.* Dat.prid.Idus Septemb.Theodosio A.17. & Festo Coss.439.

In testamento possunt relinqui legata tam dictatoribus testamenti, quàm testib. eiusdem testamenti.hoc dicit Alex.concor. Bal. & Salic.

Imp.Zeno A.Sebastian.PP.

LEX XXII.

Dictantibus testamenta, vel aliam quamlibet vltimam voluntatem, legatum, vel fideicõmissum, vel quod cunque aliud, quolibet legitimo titulo testatorem posse relinquere, minimè dubitandum est. [e] ¶Testibus etiam ad efficiendam voluntatem adhibitis [f] pro suo libito, qđ voluerit testator relinquere, non prohibetur. Dat. Calen. Maij Constantinop. Basilio Iuuiore V.C.Cos.480.

Pro insinuatione, seu publicatione testamenti, nihil solui debet magistro census, si hæreditas summam cẽtum aureorum non excedit: & talis insinuatio fieri debet coram magistro census: & facta coram alio iudice ecclesiastico, vel seculari, non valet ipso iure, tanquã facta coram iudice incompetenti, tamen per hoc nõ præiudicatur vltimæ volũtati, quin de nouo insinuari possit corã incõpetenti iudice. h.d.Alex.

Imperator Iustinianus A. Archelao PP.

LEX XXIII.

Consulta* diualia, [g] quibus consideratè prospectum est, ne voluntates vltimæ deficientiũ in hac regia vrbe confectæ, apud alium aperiri possunt, quam apud virum clarissimum pro tẽpore census magistrum, monumentis [h] interuenientib. pro iuris ordine: neve in hæreditate cuius summa centũ aureorum preciũ non excedit, mercedis quicquam, aut sumptũ, censum administrantes, aut censualis apparitio sup intimãdis ijsdem elegijs audeant assequi: firma nũc quoque dicimus, ac repetita * promulgatione non solum iudices quorumlibet tribunaliũ, verumetiam defensores ecclesiarum, [i] quos tu: pessimũ intimationis genus irrepserat, premouendos censemus, ne rem attingant, quæ nemini prorsus omniũ præcepta quam census magistro competit. Absurdum est nãque, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, [k] & alij creditũ alius subtrahat: & præcipuè clericis, [l] quib. opprobriũ est, si peritos se velint [m] disceptationum esse forensiũ. Pœna etiam temeratoribus præsentis sanctionibus feriẽdis quinquaginta librarum auri. [n] Nec enim concedendũ est,* vt suprema vota deficientiũ, euersionis quicquam ex incongrua insinuatione contrahant, dum res ab incongruis [o] vsurpantur audacter.* Dat.13.Cal.Decẽb. Constantinopol. Iustino A. 1.& Opilione Coss.524.

Verborum ambiguitas, vel ordinis peruersio, si à tabellionis errore procedant, non vitiant. hoc dicit Alex. & Salic.

Imperator Iustinianus A. Nennæ PP.

LEX XXIIII.

Ambiguitates, quæ vel peritia, [p] vel desidia testamenta conscribentiũ oriũtur, resecandas esse cẽsemus & siue institutio hæredum post legatorũ donationes 1 † scripta sit, vel alia prætermissa sit obseruatio, non ex mente [q] testatoris, sed vitio tabellionis, vel alterius,

---

decessit hæres, 1 quã ex eo adiret hereditatem, non autem rumpitur per secundum minus solenne.

a *Depositiones.*] hic nota, quod sufficit, si testes iurati dicant tabellioni, ita testatus est, vt sit instrumentum, & testamentũ, sic & infra eo. l.fin. §.pen. Sed cõtra est, quod enim hic. & in ita dicitur, intellige, ut i rent in causa coram iudi e: numquã enim reperiї, quòd tabelliones possent recipere talia sacramenta: 2 appellantur ergo depositiones scripturæ, quæ sũt de ijs, quę sacramento afferuntur, ut hic: & sic ponitur supra de episc.aud.l.iubemus.

b *Quo non facto.*] i. non adhibitis quinque testibus. Accur.

c *Valebit.* nisi in quatuor casib.quos modo notaui.

d *Gracè.*] vt ff.eod.l. qui testamẽto, §.fin. sic & ff.de verb.obl. l.1.§.fin. Sed argum. contra, ff. de bonor. possess.l.sed cum patrono. §. fina.sed ibi notis scripsit, non Græcis literis.

Dictantibus. CASVS. An dictanti testamẽtum, vel testi adhibito, aliquid legari, uel relinqui possit? Respon. quod sic nõ dubitationis fuit, quod est infr. de ijs, qui sibi ascribunt in testamẽto, l.2.sed ibi dictauit, & scripsit.

e *Dubitandum est.*] immo videtur, quod nõ, vt infra, de ijs, qui sibi ascribunt in test. l. 2. quæ est contra. Sol. ibi 3 dictauit, & scripsit, hic tantum dictauit.

f *Prohibetur.* vt & ff. eo.l.qui testamento, in princ. & Insti.eo. §. legatarijs, & ff. de reb.dub.l.si quis ita.

Consulta.] CASVS. Quod in pluribus legibus dictum est, quod publicatio fit coram magistro census facienda, est ut supra de episc. & cler. l.repetita, & l.placet, & supra eo. testamenta, & infra, de donat.in hac, & inf. eodem. diui.per hanc legem confirmat: prohibet ergo, quod coram nullo fiat, nisi coram magistro census: nec fiat coram clericis, quibus opprobrium est, &c. Si qui autem huius legis transgressores fuerint, pœna quinquaginta aureorum mulctentur. Viuianus.

g *Consulta diualia.*] idest rescripta, quæ sunt supra de episco. & cleri.l.repetita, & l.placet, & infra, de donat.l.in hac, & l. secundum diui.& supra eodem l. testamenta.

h *Monumentis.*] idest publicis scripturis.

i *Defensores ecclesiarum.*] s.clerici.

k *Officia.*] vt & sup. de assess.l.nemo.& supra de postul.l.quisquis, §.fin.

l *Clericis.*] vt d.l.supra de episc. & cler. l.repetita.

m *Se velint.*] scilicet se ostendere.

n *Auri.*] testamentum autẽ non ob hęc vitiator. & redditur ratio, & hoc subijcit, nec enim, &c.

o *Incongruis.*] sic supra eo. l. si unus, ibi. vel ab alieno, &c.

Ambiguitates.] CASVS. Si testamentum iure fecisti, licet ordo scripturæ in eo [ex] vitio notarij: & imperitia non seruatur, vt quia primo scripsit legata, demum hęredis institutionem, cum econuerso fieri debeat, an ob hoc minus valeat testamentum, quæritur? Respon. quod non. licet antiquitus hoc obseruaretur, quo nõ obseruato non valuit testamentum.

p *Vel imperitia.*] vel errore, ut supra eod. l.errore.

q *Mente.*] hodie idem, & si ex mente, vt Institu.de leg. § ante hæredis, vel dic, quod hoc refertur ad alia, non ad capitulum primum, quandoque tamẽ seruatur ordo, ut prius institutio, quam substitutio erit, ut ff. de uulg. substit.l.moribus, §.prius. 4 Item non dico, quod hæc lex habeat locum, si imperitia tabellionis minor numerus testium.

---

1 Diuinat secundum prædictos Scriben.

* Et vtres relinquere, ut apparet ex l. vlti.sup. de test.tu. quæ huius pars est, habetque eũdem dicta, & consulẽ Ratio dubitandi esse potuit quod ea, qua iurisgẽtiũ sunt, quãuis linguæ expediri posse uideantur, quæ iuris ciuilis sunt, nõ nisi latine. Et ita olim Græce fidei cõmitti potuit, nõ potuit legare Vlpian.25.§.3. Gotho.

2 Sequitur glos. Paul. & Alex.

3 Sequitur Bal. Ang. Pau. Sali. Ale. & Ia.

* l. testamenta. Cont.

* Hinc supra est l.repetita, supra de episc. Cont.

* Hic corrigit posteriore clausulam, l.testamenta, sup. eod.

* Quæ fuerint vetustissimæ formulæ insinuationis, ostendit Cuiac. 4 senten. Pau.6.§.1.

1 † Dationes.

4 Ibi loquitur de errore testatoris, hic de errore notarij. Alex.

testium interueniat: vel quid de iuris ordine, id est solemnitate immutaretur, 1 secundũ Azo. transpositio ergo erronea non nocet: sed solemnitatis omissio sic.

1 Idem Cyn. Pau. Salicet. & Alex.

a *Scribit.*] qui tamen seruus esse non debet, ut infra de tabe. l. generali, lib. 10.

PRaeposteri.] CASVS. Si testamentum iure fecisti, & rogasti mihi ab hęrede tuo decem, & reliquisti his verbis, si nauis venerit, tunc intra dies mortis meę proximum, vel pridie quam moriar, illi dato decẽ, an ista praeposteratio sermonis, cum debeat venire nauis: deinde legatum praestet, viciet testamentum, quaeritur? Respond. ꝙ non, nec tantum in testamento non nocet pręposteratio, sed nec etiam in contractibus, ut Institu. de inut. stipu. §. item si quis. Item nec in dotibus, ut supra de iure dot. si mulier, & licet taliter relictum ualeat: exactio tamẽ eius nõ competit, nisi post diem, vel conditionem existẽtem. Viuianus.

b *Praeposteri.*] id est praeposterationis vitium: praeposteritas viciabat olim cõtractus, & vltimas volũtates.

c *Quam.*] scil. reprehẽsionem.

d *Constitutio.*] ut supra de iure dot. l. fin. mulier. 2 Nam ibi prius cõtinebatur de dote, & postea de testamento: ipsa verò prius testari, & postea dotem reddi volebat. Item secundũ Ioan. si ita dicatur, si dabis mihi nomine dotis decem, promittis te nupturam mihi primo enim nubere, postea dos dari debet: sed hoc exemplũ non est huius legis.

2 Illa non est constitutio Leonis, sed Diocletiani. Alex.

e *Contractibus.* vt ecce si Titius fuerit cõsul vsque ad annum, tunc ex hac die dare spõdes: tempus enim dationis praecedit, conditio sequitur: cum econtra fieri debeat. ut Inst. de inut. stip. §. item si quis.

f *Testamentis.*] ut si dicam: si nauis venerit ex Asia quandocunque, uel intra annum: tunc intra proximum diem mortis meae 10. dato. nam primo venire, postea dari debet, vt ff. de cond. & dem. qui hęredi. §. fi. & de pec. leg. l. quidã. Sic ergo generaliter nota praeposterationem non nocere, sed hoc fallit, vt supra de haere. actio. l. ut debitum, & infra de exec. rei iudic. l. 1. & de sent. & interloc. l. prolatam, quae sunt arg. contra.

ADDITIO. Dic, quod ibi erat ordo necessitatis, hic voluntatis, cuius peruersio actum non vitiat. Barto. in l. 1. prius, ff. de vulga.

qui testm̃ scribit: [a] nulli licentiã concedimus per eam occasionẽ testatoris voluntatẽ subuertere, vel minuere. Dat. Calen. Ianuar. D. N. Iustiniano A. PP. 2. Cos. 528.

Transpositio verborũ non viciat contractum, nec vltimam voluntatem. h. d. Bald. Sal. & Alex.

Idem A. Mennae PP.

LEX XXV.

PRaeposteri [b] reprehensionẽ, quã [c] nouella cõstitutio [d] diui Leonis in dotalibus instrumentis sustulisse noscitur; in alijs quoq; omnibus tã cõtractibus, [e] quã testamẽtis [f] tollimus, vt tali exceptione cessante, & stipulatio, & alij contractus, & testatoris volũtas indubitatẽ valeant: exactione videlicet post cõditionẽ, vel diẽ cõpetente. [g] S: Da. 7. Id. Decem. D. N. Iustiniano A. PP. 2. Cos. 527.

Valet testamẽtũ nũcupatiuũ, licet testator non exprimat corã testibus illa formalia verba, scilicet ipsos testes esse uocatos, eo quia vult sine scriptis testari. Alex.

Idem A. Mennae PP.

LEX XXVI.

IN testamentis sine scriptis faciendis oẽm formalẽ obseruationẽ penitus amputamus, [h] vt postquã septẽ testes cõuenerint, satis sit volũtatẽ testatoris, vel testatricis simul omnib. manifestari, significãtis ad quos substantiã suã peruenire velit, vel quib. legata dare, 1 † vel fideicommissa, vel libertates disponere: etiãsi nõ ante huiusmodi dispositionẽ praedixerit testator, vel testatrix illa formalia [i] verba, ideo eosdẽ testes cõuenisse, ꝙ sine scriptis suã voluntatem, vel testamentũ componere cẽsuit. Dat. 3. Id. Decemb. Cõstantino. D. N. Iustinia. A. PP. 2. Cos. 528.

Testamentũ perfectum, solo cursu tẽporis non tollitur, sed per sequens perfectũ testamentũ, vel per solam contrariam voluntatẽ in actis, vel coram tribus declaratam, cũ transcursu decennii ex tempore facti prioris testamenti. Alex. post Bal. & Sal.

Idem A. Iuliano PP.

LEX XXVII.

SAncimus, * si quis legitimo modo cõdidit testm̃, & post eius confectionẽ decẽnium profluxerit: si quidẽ nulla innouatio, vel contraria voluntas testatoris 2 † apparuerit, hoc esse firmũ. Qđ enim non mutatur, quare stare [k] prohibetur? Quemadmodum [l] enim * qui testamẽtũ fecit, & nihil voluit cõtrarium, intestatus efficitur? [m] ¶ Sin autẽ in medio tempore contraria testatoris voluntas ostẽditur: nisi quidem perfectissima est secundi testamẽti confectio, ipso iure [n] prius tollitur testamentum: si autẽ testator tantũmodo dixerit, nõ voluisse prius stare testamẽtũ, vel alijs verbis vtendo

g *Competente.*] ut arg. supra de acq. ab haere. l. 1.

IN testamentis. CASVS. Non in scriptis condidisti testamentum, & septem testes adhibuisti, coram quibus substantiam tuam, ad quos pertinere volebas, significasti. an ideo minus valeat testamentum, quod ista verba non expresseris, vos testes vocaui, quia sine scriptis supremam volũtem meam declarare volo, quęrit? Respõ ꝙ non, licet antiquitus hoc obseruarent, & praedicta verba necessario erant exprimenda.

1 † Dari.

h *Amputamus.*] ut supra eo. l. quoniam indignum.

i *Formalia verba.*] quorum sensus hic est, ideo eosdem. Vel propriè haec erãt verba. Sed contra, sup. qui test. fa. pos. l. hac consultissima. Sol. ibi in caeco, hic in vidente.

SAncimus.] CASVS. Si testamentum iure fecisti, & cõualuisti, & decennio elapso voluntatẽ tuã non mutasti, firmum manet testamentum. Si autem medio tempore voluntatẽ tuam mutasti, & aliud testamentũ cõdidisti, quod solẽne fuit, ipso iure tollit primũ. Si autem dixisti te nolle primum testamentum valere, vel alijs quibuscunq; verbis apparuerit te vel le cõtrarium: & hoc etiam coram iudice praesentibus ad min' tribus testib. declaraueris, & decenniũ a tempore voluntatis contrariae, secundum quosdam, vel compositionis testamenti secundum alios, effluxerit, utrum maneat testamentum primũ ratum? Dĩ, ꝙ non, imò rumpitur.

* Haec lex abrogat legẽ Honorianã, quae extat in Co. Theo. lib. 4. ti. 4. l. 6. Con.

2 † al. deest

Concord. ca. 1. cum glos. super verbo, nõ timore mortis. in med. extra de his, quae vi met. ca.

k *Stare.*] certè pro nihilo, ut hic, & inf. de app. l. pcipimus, in fi. & sup. de testa. tu. l. 2. & in Auth. q. mod. nat. effi. sui. §. tribus. collat. 7. Sed arg. contra. ff. de adleg. l. alumnae. §. qui filias ex disparibus.

ADDITIO. Iste §. est sub. l. Titia. & dicit, ꝙ concor. cum hac l. quia ibi prima diuisio non reformatur, nisi in ijs, quę venerunt in secunda. Cyn. Ang. Sal. & Alex.

l *Quemadmodum.*] i. qualiter interrogatus loquitur.

m *Efficitur.*] certè nullo modo.

n *Ipso iure.*] immo vt ope exceptionis, ut ff. de bon. poss. secũdũ tab. l. pen. §. testamẽto, ibi, nec putauerit quisquã, &c. Sol. ibi vltimae tabulae non erant solemnes, 3 & in eis dixerat, quos in primis tabulis institui, non meruerunt meum iudicium, unde nõ ipso iure est irritum, ut inf. de ijs quibus vt indig. l. haereditas, sed per exceptionem, ut ibi: hic verò vltimũ testm̃ solemne erat. Alij dĩt hic, qđ hoc ipso iure, sopo-

3 Diuinat frã Alex.

contrariam aperuerit volũtatem, & [1] † hoc vel p testes idoneos nõ minus tribus vel inter acta manifestauerit, & decenniũ fuerit [a] elapsũ: [2] † tũc irritũ est testm̃ tã ex contraria voluntate, q̃ ex cursu temporali. Aliter.n.testamẽta mortuorum per decennij transcursionem euanescere nullo patimur modo: prioribus* constitutionibus, [b] quæ super hmõi testamentis vacuandis latæ fuerãt, penitus antiquãdis. [c] D.15.Cal.Apr. Constantinop. Lampadio & Oreste VV.CC. Coss. 530.

Modicũ interuallum siue actus cõtrarius ex necessitate naturæ prouchiens testatori, vel testibus, non uitiat testamentũ h.d. Sal. Vel sic: In testamentis & quibuslibet vltimis voluntatib. ordinãdis, non dẽt interuenire actus ullus extraneus: nisi ex necessitate testatoris, vel testib. imminente: & si necessitas breui tpe possit transire, expectãdus est ipse testis, aliàs loco eius est alius subrogandus: et testamentum, quod testator manu propria scripserit, & in aliqua parte testamenti illud se scripsisse significauit: valet: licet aliter se testator subscripserit h.d. Alex.

5 Idem A. Iuliano PP.

LEX XXVII.

CVm antiquitas testamẽta fieri voluerit [d] nullo actu interueniente, & hmõi verborũ cõpositio nõ ritè interpretata [e] penè [f] in perniciẽ, & testãtiũ, & testamẽtorũ [g]. processerit: sancimus in tpe quo testamentũ cõditur, vel codicillus [h] nascitur, vel vltima quædã dispositio sm̃ pristinã obseruationẽ celebratur (nihil .n. [i] ex ea penitus immutãdum esse censemus) ea quidem q̃ minimè necessaria sunt, nullo procedere modo: quippe causa subtilissima [k] proposita, ea quæ superflua [l] sunt, minimè debẽt intercedere. Si quid autem necessarium euenerit, & in ipsum corpus laborantis respiciens cõtigerit, idest, vel victus necessarij, vel potionis oblatio, vel medicaminis datio, vel impositio, quibus relictis ipsa sanitas testatoris pericliteturs, vel si qs necessarius naturæ vsus ad depositionem superflui ponderis immineat, vel testatori, vel testib. non esse ex hac cã testm̃ subuertendum, licet morbus comitialis [m] (quod & factum esse comperimus) vni ex testibus contigerit: sed eo quod vrget & imminet, [n] repleto, [o] vel deposito, [p] iterum solita [3] † per testamenti factionem adimpleri.

¶ Et siquidem a testatore aliquid fiat [q] testibus paulisper separatis, cum coram his facere aliquid naturale testator erubescat: rerũ introductis testib. cõsequẽtiã [4] † factionis testamẽti procedere.

¶ Si tamen in quendam, vel quosdam testium aliquid tale contingat: si quidem ex breui temporis interuallo necessitas potest transire: iterum eorundẽ testium reuersum expectari, & solennia peragi sancimus.

¶ Sin autem [5] † longiore spatio refectio fortuiti casus indiget, & maximè si salus testatoris periclitantis immineat, tunc illo, vel illis testibus, circa quos aliquid tale eueniet separatis, alios subrogari, & ab eo, [r] vel ab eis tam testatorem quam alios testes sciscitari, [s] * ea quæ eorum præsentiam antecedunt, omnia coram his processissent.

f. ope exceptionis, quod non placet. 1 Tu dic, quod ibi dicit de exceptione, vt referatur non ad proximum, 2 sed ad primum casum, scilicet quando testator post testamentum fuit arrogatus: deinde sui iuris factus declarauit se velle testamentum seruare: quia ergo sua voluntas non potest facere, quia arrogatio tenuerit, & ipsum testamentum primum irritẽ fit: non ipso iure reconualescit. sed exceptione repelluntur venientes ab intestato, qui hæredibus in eo institutis volunt hæreditatem auferre vnde dicitur ambulatoria, &c. vt ff. de adimen.lega.l. secunda, in fin. & l. 4. Nec obstat, quod ibi dicuntur similia: qa in aliquo, nõ per omnia similia sunt. vtrobiq; enim statur primo iudicio, quod ammodo erat expugnatum. Vel loquitur 3 ibi cum testator incidit in secundas tabulas, vt hæredes institutis exceptione repellantur: nõ tamẽ, quod illæ non tollant ipso iure primas: quamuis postea incidantur. & hanc approbo. Vel ibi nõ durauit 4 secundum testamentum, cum tabulas inciderit: hic durauit.

a *Fuerit.*] aliàs fiat, id est, sit emensum, a tempore s. quo mõstrauit contrariã voluntatem secundum quosdam, vt colligunt hic. Tu dic a tempore compositionis testamenti: ut patet in princ. huius l. sed primi subaudiũt hic potest, nos a nte.

b *Constitutionibus.*] id est legibus.

c *Antiquandis.*] id est tollendis.

C*Vm antiquitas*] CASVS. Dicebant olim antiqui, quod testamenta debebant fieri uno cõtextu, nullo acto extraneo interueniente. hoc tamen limitat Imperator, dicens, quod si fortè testator aliqua necessitate constrictus. puta vel medicinæ capiendæ, vel causa forte cacandi, vel alia necessitate vrgente vellet secedere modicum, incepto testamento, & postea iterum reuerti. & residuam partem testamenti perficere: hoc facere potest, similiter & testes, dum tamen testis non diu absit, quod si forte opus esset ei diu abesse: & non posset reuerti, & testator periclitaretur: tunc esset alius surrogandus. Secundo dicit Imperator, quod vult corrigere quandam constitutionem, quæ dicebat, quod septem testes debent adhiberi in testamentis, & subscripto ipsius testatoris: dicit lex, q si testator totum testamentũ scripserit sua manu: non est opus subscriptione similiter de codicillis dicit. textus satis prolixus est, hoc tamen dicit in casu.

d *Voluerit.*] vt ff. e. l. hæredes. §. fi.

e *Rite interpretata.*] passiuè.

f *Penè.*] id est ferè, qui. s. interim necabantur.

g *Testamentorum.*] quæ nihil valet nt.

h *Codicillus.*] ? ct. in singulari numero: vt diximus supra de sacrosan. eccle. l. gñali. & dic nascitur. i. incipit fieri.

i *Nihil enim.*] interpositio est.

k *Subtilissima.*] ablatiui absoluti.

l *Superflua.*] id est extranea facta, non superflua dicta, alioquin contra sup. eodem l. testamentum. Vel illa in verbis: hæc in actibus.

m *Comitialis.*] id est caducus.

n *Et imminet.*] puta sitis.

o *Repleto.*] potu.

p *Deposito.*] vt onere.

q *Fiat.*] vt cum iam inceptum est testamentum.

r *Ab eo.*] subrogato, vel surrogatis.

s *Sciscitari.*] i. interrogari. q.d. cum breuiter repetita erunt corã surrogatis, quæ ante corũ præsentiã facta erant: quærent surrogari a testatore, & a testibus, q ibi semp fuerũt repetentibus corã nobis omnib. quæ ante nos feceratis, & disposueratis, & p hoc j. de app. l. ampliorem, vt 7. q. 1. nihil. Alij dicunt, quod interrogabant an ea quæ facta fuerunt, sint facta corã recedentibus: nec enim est opus, quod ipsi sciant quæ illa sunt, & pro hoc est sup. eo. l. hac consultis-

† Quia violatur. sm Alex.

2 Hæc est de mente illius literæ cũ clausula posita debeat referri ad oia præcedentia Salic. & Al.

1 † Vt.

2 † Fiat emensum.

* Priorib. cõstitutionib Theodosii, & Honorij: q̃ extant in Codic. Theodos. eod. tit. l. ne qs post dic Cont.

3 Ista est vera secũdum Bar. & alios.

4 Placet Bar. displicet tñ. An. & Bal.

3 † Solita.

4 † Du. cõsequẽtia.

5 † al. desunt.

* Passiuè hic accipiẽdũ est Cont.

sultissima. i prin. Expone ergo corã his surrogatis secundũ primam, vel corã recedentib. secundum aliam expositionem.
a *Tunc eos.*] surrogatos. vel surrogatũ.
b *Et si*] i. quamuis.
c *In medio.*] s. tempore postquam quidam recesserunt, & antequam alij surrogarentur: & sic nõ est contra sup. eo. l. hac consultissima. §. j. Itẽ in eo, quod hic diuersis temporibus subscribitur, est contra sup. e. l. hac consultissima §. in omnibus, sed dic, quod hoc fit hic ex necessitate.
S*I pater*.] CASVS. Si filium tuū sub conditione potestatiua, puta si decem daret quod potuit, instituisti, valet institutio. si sub casuali, puta si nauis venerit ex Asia, non valet nec institutio, nec testamentum, si tamen vltra mare fuerit, & eum instituisti, si in prouinciam suam rediret, cum hoc non tam ex voluntate sua pendeat, quam ex insidijs fortunæ, quia multi casus accidere possunt, propter quos redire impediatur, non valebit institutio, sed hæreditatem suam adeat ab intestato, cum non valeat testamentum, & illud deduci possit in quæstionem l. s. an valeat testamentum tale. Viuia.

e *Ipsius*.] filij.

f *Erat*.] vt statim ponet exemplum l. ista de mixta. & sic nota, ꝙ filius sub casuali vel mixta conditione non potest institui, sed sub potestatiua sic, vt hic, & ff. de hæred. instit. l. suus, in princip. & §. puto, & l. iam dubitari. & de condi. insti. l. fin. & de cond. & demon. l. Lucius. & sic exhæredatio purè fieri debet, vt ff. de lib. & posthum. l. & si pepercerit, §. purè. sed vtrumque simul fieri potest, scilicet institutio conditionalis, & exhæredatio sub contraria conditione, vt hic, & ff. de lib. & posthum. l. filius à patre, in princi. Quid autem de nepote & alijs inferioribus? Respon. non idem quod in filio, sed sub qualibet conditione possunt institui, vel exhæredari, vt ff. de hęre. inst. l. si in conditione, §. nepotes, secundum quosdam. Tu dic, ꝙ si nemo nepotem præcedat tempore testamēti, & sic est suus, idē quod in filio. alias non idem vt in fine illius §. nepotes. Bul. tamen distinxit. cum filius instituit sub mixta conditione, utrū per eū stet quo minus impleatur conditio, an per casum primo casu non admittitur, secundo sic, vt argum. infra, de necessa. ser. l. fin. Quæ distinctio non placet, cū statim sit nullum testamentum, in quo sub conditione casuali, vel mixta, est filius institutus. hodie vero filius & quilibet suus hæres institutus debet habere debitum bonorum subsidium sine omni conditione & dilatione, vt supra, de inoffic. testamen. l. quoniam in prioribus. Accur.

Filius an possit sub cōditione institui.

Nepos an possit sub cōditione institui, vel exhæredari.

Imp. Alexander A. Aemiliano, alias Aemilio.

LEX IIII.

SI pater filiū, quem in potestate habebat, sub conditione, quæ in ipsius[e] ptāte nō erat,[f] hæredē scripsit, nec in defectū eius exhr̄dauit, iure testatus non videtur.[g]

¶ Cum aūt[h] trans mare, & lōge te[i] agentem sub hac cōditione hæredē scriptū esse dicas, si in patriā, quę in prouincia Mauritanæ erat regressus fuisses, nec exhæredatū te alleges, si in eū locū nō non redisses, manifestum est multis casib. nō voluntarijs, sed fortuitis euenire potuisse, vt eā[k] implere nō posses, & iō[l] adire hr̄ditatē nō ꝓhiberis. PP. 6. Cal. April. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Conditio dirimendi matrimonium, tanquam turpis reiicitur de institutione, & remanet institutio pura, & si de facto fuerit impleta conditio, non cogitur in implemento persistere: imò licet ab implemento recedat, hæreditatem habet, sicut si non implevißet. h. d. Alex.

g *Non videtur*.] Deficiente enim conditione, innenitur suus hæres neque institutus, neque exhæredatus, & sic non valet, vt Inst. de exhæred. lib. in prin.

Defunctꝰ volūtas in ambiguo benignè est interpretanda.

h *Cum autem*.] nunc in specie dicit & supra i genere dixerat.

i *Te*.] filium.

k *Vt eam*.] s. conditionem, si in patriam quæ, &c. vt ff. de donat. cau. mor. l. senatus, §. mortis. Alij ponunc hanc glo. super verbo, in patriam.

l *Ideo*.] non aperit ex testamento, vel ab intestato. Sed Ir. dixit ex testō, benigne interpretatus voluntatem defuncti in ambiguo, quasi voluerit eum hæredem esse, si modo per eum non stetisset, quo minus conditionem impleret, & sic remota conditione de medio, valet testamentum. Sed dico tantum ab intestato, cum testamentum ipso iure nullum sit. Sed contra hoc est valde quod dicitur ff. de secun. tabul. l. 2. §. si sub conditione. sed ibi in emancipato dicit. Vel dic, quòd ex testamento adire potest si vult: quia suo fauore dicitur nullum, vt ff. de iniusto rup. testa. l. filius, & ff. de iure dot. l. si res, §. 1. & simile no. sup de contra tab. l. 2. secundum Azo.

Impp. Valerianus, & Galienus A A. Maximæ, aliàs Maxensiæ.[1] †

1 † al. Maximo. sed malè.

LEX V.

REprehendēda[m] tu magis es, quàm mater tua, illa enim si hæredem te sibi

R*Eprehendenda*.] CASVS. Mater filiam suam hac conditione hęredē instituit, si à viro diuerteret. filia lucrum concordiæ maritali præferens, à viro diuertit, an valeat institutio, quæritur? Resp. quòd sic, & perinde est ac si conditio apposita non fuisset, vnde redire debet & conditione non obstante cum fuerit turpis, hæreditatem retinere. sed tantum implendo conditionem deliquit. Viuia.

m *Reprehendenda*.] Illa quidem est reprehendenda, quia iuit te hæredem esse libere, vt debuit, sed tu plus.

Vel-

a *Vellet.*] liberè, vt debuit.
b *Inutile.*] hoc, f. matrimonium, &c.
c *Comprobasti.*] facto datus voluntas intelligi, vt hic, & ff. de legib. & Senatusconf. ∫ de quibus, in fi.
d *Hæc.*] i. huiusmodi turpes conditiones, vt hic, & sup. de inoffic. testa. l. cū te pietati. & ∫. de cōd. inser. l. 2. & ff. de vsu & habi. sed neq; §. sed si vsus. & arg. ff. de cō. & demon. l. obtinuit & infra. de iisque pæ nom. l. prima.

1† præferri.

GEneraliter. CASVS. Testm fecisti, & hæredem instituisti, & adiecisti si sine liberis decederet, vel cum viro nō contraheret, vel intestata decederet, alij hæreditatem restitueret, vel ex alium substitueret, an hæc oratio disiuncta vel coniūcta intelligatur, quæritur? Respon. quòd cōiuncta, quia si nullum fiat horū, de cum hēt substitutio, nec vnum tantum, si non fiat, locum facit substitutioni, vel restitutioni, nec illud habet locū tantum in filio tuo instituto, sed in extraneo. Viuianus.
e *Sine testamento.*] hoc videtur superfluū nam supra dixit intestatus, vel intestata. vnquid im hoc damnant Sed dic, φ ideo dixit, vt det intellige φ nō refert, an dicat per hæc verba, intestatus, vel per hæc, sine testō. & per hoc dicit authen. sed in alijs dicit vel. & sic tantum fuerunt tres conditiones, vt hic patet, sed aliter superfluum esset.
f *Decesserit.*] sci sub stituo talē. vel restituas hæreditatē tali.
g *Restitutioni.*] ponitur ergo vel, pro &, vel de uerb. sig. l. sæpe.
h *Incertus.*] si enim disiunctiue acciperetur, dubiū esset propter quē casum non existentem, admitteretur substitutus, φ esse non debet, vt ff. quando dies leg. ced. l. huiusmodi. nunc verò scimus, φ propter vnū casum tantū admittitur, i. quādo nihil horū interuenit.

2† al. & textius, vel fine liberis, vel sine nuptijs Deus &c.

3† inclusa de sunt in veterib. libris. Cōt.

esse vellet:[a] quod est inutile,[b] matrimoniū te dirimere, cum viro non iuberet. tu porrò voluntatem eius diuortio cōprobasti.[c] Oportuerat autem, etsi conditio huiusmodi admitteretur, præferre[1] † lucro concordiam maritalem. Enimuero cum boni mores hæc[d] obseruari vetent, sine vllo damno coniunctionē retinere potuisti. Redi igitur ad maritum, sciens hæreditatem matris, etiam si redieris, retenturam quippe quam retineres, licet prorsus ab eo non recessisse. PP. 12 Cal. Decem. Valeriano 4. & Galieno 3. AA. Coss. 258.

Græca Constitutio Iustiniani.

Disiunctiua posita inter conditiones negatiuas, resoluitur in coniunctiuam fauore liberorum, quod ad extraneos est extensum. Sal. Vel sic: Substitutio vel fideicommissum relictum per testatorem sub conditione, si institutus seu grauatus decesserit sine liberis, vna cum plurib. alijs conditionibus alternatiuè positis, non habent effectum, nisi omnes conditiones existant, & sic alternatiua ponitur pro copulatiua. h. d. Alex.

Idem A. ad Senatum.

LEX VI.

GEneraliter sancimus, si quis ita verba sua cōposuerit vt dicat, Si filius, vel filia intestatus vel intestata, vel sine liberis[2] † (aut sine testō.)[3] †[e] vel sine nuptijs decesserit,[f] & ipse vel ipsa liberos sustulerit, siue nuptias cōtraxerit, siue testamentū fecerit, firmiter res possideri, & non esse locū substitutioni eorū, vel restitutioni.[g] Si enim nihil ex his fuerit subsecutum, tunc valere conditionem, & res secundū verba testi restitui, vt incertus[h] successionis morientis exitus videatur certo substitutionis, vel restitutionis fine concludi. Cui[4] † enim ferendus est intellectus, si forsitan testamentum quidem non fecerit, posteritatē autem habuerit, pp huiusmodi verborum angustias liberos eius omni penè[i] fructu paterno defraudari. Viam itaque impiam obstruentes, vt ne quis aliusdeuiet, huiusmodi facimus sanctionem, & hanc legem in perpetuum valituram inducimus tam patrib. quàm liberis gratam, quo exemplo & alijs personis (licet extraneę sunt) de quibus huiusmodi aliquid scriptum fuerit, medemur.

Substitutio facta per fideicōmissum generale, vel particulare liberis nedum legitimis & naturalib. sed etiam naturalibus tantum, post mortem eorum, intelligitur facta si ipsi liberi sine legitimis descendentibus decesserint. Alex.

¶ Cum autem[k] inuenimus excelsi ingenij Papinianum in huiusmodi casu, in quo pater filijs suis substituit,[l] nulla liberorū[m] ex his procreandorum adiectione habita, optimo intellectu disposuisse, euanescere substitutionem, si is, qui substitutione prægrauatus est, pater efficiatur, & liberos sustulerit, intelligentem[n] 5 † non esse verisimile patrem, si de nepotib. cogitauerit, talem fecisse substitutionem, humanitatis intuitu hoc, & latius & pinguius interpretandum esse credidimus, vt & si quis naturales[o] filios[p] habeat, & patrem eis reliquerit, vel dederit vsque ad modum, quem nos statuimus,[q] & substitutioni eos subiugauerit, nulla liberorum eorum mentione facta, & hic intelligi euanescere substitutionē liberis eam excludentibus, & intellectu optimo ijs, qui ad substitutionē vocantur obsistente, & non concedente ad eos eā partem venire, sed ad filios, vel filias, nepotes[6] † vel

i *Penè.*] hoc dicit pp Falcidia. & facit ad hoc ∫. de verb. sign. l. cum quidam, & ff. ad Trebell. ex facto. & de uerb. obligat. si ita quis stipulatus.

4† cuius.

CVm autem. CASVS. Hæredē instituisti, & rogasti vt qn̄ decederet, hæreditatē Titio restitueret, an illa conditio tacitè subintelligi debet, si sine liberis decedat, quæritur? Respon. quod sic. & hoc dicit Papinian. Dicit Imperator, φ istud non solū debet in filio legitimo & naturali intelligi, sed in filio naturali si eū instituisti, & ei substituisti in ea parte, in qua parte potest, vt liberè legitimū habeat locū, non ā substitutio. & istud non solum habet locum in hæreditate relicta sed in legato & fidei commisso. Viuia.
k *Cum autem.*] sup. Interpretatus est conditionem non existere quæ exti tit, hic econtra tacitam intelligi interpretatur.
l *Substituit.* per fidei commissum. sed an idem in matre? quod videtur, vt argu. ∫. proxi. respon.
m *Liberorum.* si enim dixit de filijs, tunc id quod dixit, seruandū est. dummodo nō sit contra ius.
n *Intelligentem.*] s. Papinianum.
o *Naturales.*] s. tantum, & nō legitimos. in his enim addit Iustinianus.
p *Filios.*] idem enim in omni posteritate, ut ∫. de fideicom. cū acutissimi. in extraneis uero cōtra, licet in primo casu huius legis idē ius sit in extraneis, quod in suis.
q *Statuimus.*] sup. de natur. lib. l. humanitatis. & auth. ibi signata. vn̄ apparet legē istā esse Iustiniani, licet quidā aliter habeant. Vel dic, φ de fcda lege illius titulj sit hic mentio.

5† & intelligendum.

6† Et sic nepotes si super sunt, faciūt euanescere substitutionē, & ncor. gl. in verbo, si absq; liberis decederet, post medi. in præsentia, ext. de prob.

So-

a *Sobole.*] Non ergo naturalis soboles excludit substitutum, nisi id voluerit testator. uel in dignitate non erat positus: vel soboles erat libertina testatori forte uel rogato, vt ff. ad Trebell. l. ex facto. §. si quis rogatus. 1. secundum Azo. Alij dicunt naturalem excludere substitutum, vt d. l. ex facto. in d. §. & l. hęredibus. §. fi. de leg. 2. l. cum pater. §. volo. & l. Lucius, 2. §. fin. quę sunt contra. & hic subaudies maximè. vel refert an princeps subintelligat: quia testator dicit in institutione, te instituo, & si decesseris, hæreditatem restituas tali, quo casu tex. intelligit si decesseris sine liberis. & tunc obtinet quod dicit hic, an testator expressit, & tunc naturalis excludit substitutū. Vel refert si naturalis de naturali: quo casu excluditur substitutus vel de legitimo: quo casu per naturalem non excluditur substitutus, ut ar. s. de natu. li. l. fi. & facit ad hoc quod notatur ff. de leg. 2. l. antepenul. §. fin.

b *Sancitum est.* a Papiano.

c *Naturales.*] scilicet tantum.

d *Extendatur.*] scilicet a nobis.

S*I quis heredem.*] CASVS. Testamentū fecisti, hæredē instituisti sub tali cōditione, si consul. &c. vel filiā si nupsisset. quā dr̄ impleta cōdō, quęrit? Resp. quod non refert impleatur testatore viuo, vel tēpore mortis, vel post eius mortem, ad hoc ut valeat institutio. & ista sunt vera non solū in hęreditate relicta, sed in legatis & fideicōmis. & libertatibus. sed distingue, an fuerit cōditio casualis, aut potestatiua. Si casualis, ante mortē testatoris impleri potest: si potestatiua, aut est in dādo aut in faciendo. si in dando, mortuo testatore, necesse est eā adimpleri. si in faciēdo, & facile est eam adimpleri, vt dare. s. solum morte testatoris necesse est adimpleri. & no. quod sufficit aliquid fieri, licet hoc factum non duret. Viuianus.

1 † transmittere.

vel neptes, pronepotes vel proneptes morientis trāsmittere,[1] † & non aliter substitutione locum accipiente, nisi ipsi liberi sine iusta sobole [a] decesserint: vt quod inter iustos liberos sancitum est, [b] hoc & in naturales [c] filios extendatur. [d] Quæ omnia & in legatis, & fideicōmissis specialib. locum habere sancimus. Dat. 11. Calend. Aug. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. Coss. 530.

Sufficit conditionem casualem vel potestatiuam non facilem impleri viuo testatore, vt hæreditas legatum vel fideicōmissum postea debeatur. h. d. Salic. vel sic: Sufficit conditionem casualem vel mixtam, semel impletā fuisse, etiam testatore uiuente: licet implementum non durauerit. h. d. Alex.

Idem A. Ioanni PP.

LEX VII.

SI quis hæredem scripserit sub tali cōditione (Si ille Cōsul factus fuerit, vel Prætor) vel ita filiam suam instituerit hæredem, (Si nupta fuerit) viuo autem testatore vel ille Cōsul processerit, vel Prætor fuerit factus, vel filia eius nupta fuerit, vel adhuc viuo testatore Cōsulatum quidem, uel Præturā ille deposuerit.[2] † filia autē eius a marito [3] † diuerterit: omni veterum dubitatione explosa, sancimus, quandocunque impleta fuerit conditio, siue viuo eo, siue mortis tpe, siue post mortem, conditionē videri esse cōpletam. [e] ¶ Quod & in legatis, & fideicōmissis & libertatibus obtinendū esse censemus: ne dū nimia utimur circa huiusmo di sensus subtilitate, iudicia testantiū defraudentur. Dat. 9. Cal. Aug. Constantinopo. post Consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

2 † Illi deposuerint.
3 † al. filia autē eius diuerterit.

Accidentia deficientia non vitiant testamentum. h. dicit secundum Iaco. But. vel sic: Licet testator omiserit exprimere conditiones, quas pollicitus fuit dicere, non vitiatur testamentum: sed postea in quacunque parte testamenti adiectæ dispositionem reddunt conditionalem. hoc dicit Salic. vel sic. Institutio facta sub cōditione vel modo vel demonstratione inferius exprimendis a testatore, nō vitiatur: licet postea non exprimātur. Si vero exprimatur conditio etiam in fine testamenti, reddit institutionem conditionalē, sicut si a principio fuisset apposita. h. d. Alex.

Idem A. Ioanni PP.

LEX VIII.

SI testamentum ita scriptum inueniatur (ille hæres esto secundum conditiones infra scriptas (siquidem nihil est adiectum, neque aliqua conditio in testamento posita est. superuacuam esse conditionem pollicitationē sancimus, & testamētum purum [f] habere institutionem. Et argumento vtimur, quod Papinianus [g] respondit. Vicos reipublicæ relictos qui proprios fines habebant, nō ideo eo fideicommisso minus deberi, quod testator fines eorum, & certaminis formam, quod [4] † celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturū promisit, ac postea morte præ

4 † al. quē.

e *Completam.*] hic dic, quod si conditio est casualis etiam ante mortem potest impleri, & etiam ignorante eo, cui proficit eam impleri. si autem non est casualis, siquidem est in dando, tunc mortuo demum testatore impletur & a sciente, si autem in facto, si quidem tale est, quod facile fieri potest, vt ascendere Capitolium: tunc idem sicut in dando dixi: si vero non facile, ut si Titius erit Consul, vel nupserit illi: tunc etiam viuo testatore, vt dixi in casuali etiam ab ignorante. & probantur hæc hic. & ff. de condi. & demon. l. 2. & l. hęc conditio. 1. in prin. & l. si iam, & l. Publius & l. multum interest. & l. cōditionum. & de hær. inst. l. si quis institu. tur. Item no. hic, quod sufficit factum, licet non duret factum, ut ff. loc. l. maritus. Sed ar. contra. ff. de in rē verso. l. si pro patre. §. versum.

S*I testamentū.* CASVS. Testamentū fecisti, hęredem instituisti: & adiecisti. sit ille hæres secundum conditiones, scilicet eodē testamento scriptas & scribendas. si nulla fuerit subscriptio, an valeat testm̄ & hæredis institutio quęritur? Resp. quod sic, & cōditio reiecta & vacua est intelligenda, exemplo eius qui rei pu. certos vicos reliquit, & dixit se velle alia scriptura fines declarare & quoties vel quō debeāt in eis exerceri: nec fecit morte præuentus. quærit an valeat relictū? Resp. quod sic. & quod sequitur, referat ad primū casum. Si aūt aliqua cōditio apposita fuit in aliqua parte testamēti, ad illā referēda est institutio: & erit cōditionalis. Viuianus.

f *Param.*] imo videtur non valere, ut ff. de hære. insti. l. quoties. §. tantundē. Sol. ibi sententia Marcelli dā, & mala, ut in e. ti. l. 2. Vel dic secun dum Io. ibi loquitur cū testor destinauerat, & in animo habuerat inserere cōditionē, sed præuentus morte non interuit. hic autem non: licet esset pollicitus se inserturum. Vel aliter, hic dixit. hæres esto secundum conditionē, &c. ibi hæres erit secundum conditionem &c. Vel ibi non est hæres, ut voluit testōr, s. sub conditione, sed pure ut hic. Vel dic, ibi habuit in animo perficere testamentum & morte præuentus est, & sic ex imperfecto testamento nihil debetur, ut ff. de testa. l. ex ea scriptura. in princ. hic compleuit, &c.

Hęres esto secundum ęditiones infrascrip tas: si non scribat, an testamen valeat.

g *Papinianus.*] respondit, sic ff. de leg. 2. l. cum pater. §. fi.

¶ Cer-

¶ *Certaminis.*] aliàs certam in his, & aliàs certaminis.
a *Non fecit.*] idest non declarauit fines vel formam certaminis.
b *Copulasset.*] quæ enim incontinenti fiunt, videntur inesse, vt ff. si cer. pet. l. lecta. & ff. de cond. & demonst. l. non ad ea. & de verb. obliga. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. & ar. ff. de hære insti. l. asse. & de condi. inst. l. institutio.

1† propo-suit.

CVm quidam. CASVS. Quidam testamentũ fecit, vxorẽ ex vna parte, & eum qui in ventre erat ex alia hæredẽ instituit & adiecit, si posthumus natus nõ erit, Vitalis sit heres i ea parte, quæ ad posthumũ peruentura erat natus est posthumus uinus, & impubes decessit, an mater ad partẽ suã vocetur, an substitut⁹, quæritur? De hoc dubitat Papinianus, licens voluntatis esse quæstionẽ. opinabatur autem testatorẽ voluisse posthumo nato & impubere mortuo, matrẽ vocari substituto exclufo. & pro ea allegat. Imperator distinctionẽ: aut editus est partus, aut non. si editus, aut viua matre decessit, aut matre premortua. Primo casu, admittitur mater, nec habet locum substitutio. In secundo casu est locus substitutioni. Si autem editus nõ est, vel editus præmortua tamẽ matre, ex verbis testamenti locum habebit substitutio, & vocabit Vitalis. Vio.

2† supra.

c *Opinabatur.* no autem pro certo dicebat. vnde in fine corrigit in eo. s. q̃ dubitabat, quoniam dubitandum non erat.
d *Eundẽ.* quia expressam pupillarem non fecit, sed tacitã. Item quia partem ei reliquit ut subijcit.

3† al. ideo.

e *Sue.*] s. testatoris.
f *Dereliquit.*] scilicet testator.
g *Multò magis.* idest non minus.

4† relinquit.

h *Luctuosam.*] sic insti. ad Tertul. in prin. & inf. de his qui ante aper. tab. l. prima. in fine.

Substitutio tacita an admittatur contra matrẽ.

i *Prior.*] priusquam partus. Sic ergo not. q̃ tacita substitutio contra matrem non admittitur. sed hoc dicunt esse verum cũ & ipsa sit instituta: non aliter. nos idẽ semper, vt j. titu. 1. l. precib. nisi in breuiloqua duob. impuberis facta. sic, & vos inuicem substituo. nam quatuor substitutiones vsit, ut ff. de vulg. subst. l. Lucius. Sed nunquid tacita vulgaris, quæ intelligitur in expressa pupillari, vt ff. eod. l. iam hoc iure. & l. quãuis excludit matrẽ? Resp. sic, quia tractatur de successione viri, non hæreditate filij, sed mariti: cum filius non fuerit hæres: ideo ex vulgari tacita, quę inerat vel expressa, admittitur substitutus: sed non tenetur. &c.

uentus non fecit.[a]

¶ Sin autem cõditiones quasdam in quauis parte testamẽti posuit,[1] † tunc videri ab initio cõditionalem esse institutionem: & sic omnia cõpleri tanquam si testator ipsas institutiones eisdem conditionibus copulasset,[b] quæ infra[2] † conscriptæ sunt. Da. 6. Cal. Augu. Constantinop. post Consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

Tacita pupillaris nõ admittitur cõtra matrem, dum viuit; sed si mater ante mortẽ impuberis exit de medio, admittitur substitutus. h. d. secũdũ cõmunẽ opinionẽ glossatorum & doctorum Alex. concor. Bal. & Salic.

Idem A. Ioanni PP.

LEX IX.

CVm quidam prægnantem habens coniugem, scripsit hæredem ipsam quidem suam vxorem ex parte, ventrem vero ex alia parte, & adiecit: si non posthumus natus fuerit, alium sibi hæredem esse: posthumus autem natus impubes decessit: dubitabatur quid iuris sit: tam Vlpiano, quã Papiniano viris disertissimis voluntatis esse quęstionẽ scribentibus, cũ opinabatur[c] Papinianus eũdem[3] †[d] testatorem voluisse posthumo nato & impubere defuncto, matrem magis ad eius venire successionẽ, quã substitutum. Si enim suæ[e] substantiæ partem vxori dereliquit:[f] 4† multo magis[g] & luctuosam[h] hæreditatem ad matrem venire curauit.

¶ Nos itaque in hac specie Papiniani dubitationem resecãtes, substitutionem quidem in huiusmodi casu, vbi posthumus natus adhuc impubes viua matre decesserit, respuendam esse censemus,

¶ Tunc aũt tantummodo[5] † substitutionem admittimus, cum posthumus minimè editus fuerit, vel post eius partum mater prior[i] decesserit. Dat. 3. Calend. August. Constantinop. post Consulatum Lampadij, & Orestis VV. CC. 531.

TITVLVS XXVI.

De impuberum, & alijs substitutionibus.[6] †

Portiones aßignatæ in institutione videntur repetitæ in substitutione reciproca. h. d. Bald. vel sic: Portiones in institutione adiectæ intelligũtur in substitutione breuiloqua tacitè repetitæ, h. dicit Salic. vel sic: Partes adiectæ in institutione repetitæ censentur in substitutione. h. d. Alexand.

Imp. M.[7] † Aelius Anto. A. Secundo.

LEX PRIMA.

CVm hæredes ex disparibus partibus[k] instituti, & inuicem substituti sunt, nec in substitutione facta est vllarum[l] partium mẽtio; verum est non alias partes testatorem substitutioni tacitæ inseruisse, quam quæ manifestè in institutione expressæ sunt.[m] Da. Claro 2. & Seuero Coss. 127.

Substitutio breuiloqua seu reciproca facta personis impubibus, non continet pupillarẽ in persona impuberis: sed in persona omnium cõtinet vulgarem tantum, quæ poterit omnibus fieri. h. d. Alex.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Frontinæ, al. Firminæ.

LEX II.

HAereditatem quidẽ defuncti intestati filij de-

DE IMPVBERVM & alijs substitutionibus.

Idest dicere, de pupillari substitutione, & alijs quæ sunt alijs. sunt enim multæ. ut dicetur infra eod. precibus.

CVm hæredes. CASVS. Testamentum fecisti, tres hæredes ex partibus dispatibus instituisti, puta vnum ex sex vncijs, alium ex duab. tertium ex quatuor, & eos adinuicẽ substituisti hoc modo, vos inuicem substituo, substitutus in sex partẽ suam repudiauit. ad illam vocabũtur cohæredes: alij iure substi. sed ꝓ quibus partibus quæstio est. s. an pro æqualibus. an pro hæreditarijs? Rñ. q̃ pro hæreditarijs, s. institutus in quatuor vncijs, vocetur in quatuor. alius ad duas. præsumimus enim testatorem tacite hoc voluisse, vt eædem partes, quæ erãt expressæ in institutione, intelligantur repetitæ in substitutione. Viuia.
k *Ex disparibus.* partibus, puta 1 unus ex sex, alius ex quatuor, alius ex duabus vncijs.
l *Vllarum.*] si enim facta esset mẽtio partium in substitutione, seruaretur hoc quod 2 dictũm esset.
m *Expressa sunt.*] vt si non sit hæres, qui fuit institutus ex sex, quatuor accrescẽt habenti, quatuor, duæ habenti duas, 3 ut hic, & Insti. eod. §. si ex disparib. & ff. eo. l. qui libertis. in fi. & l. sed si plures. & l. cohæredi. §. 1. Sic ergo prima voluntas trahit ad se ultimam, ut ff. de lega. primo. l. si tui-

5† oĩno.

6† Reiectis inepta substitutionũ diuisione & arbore, sic ex legibus Romanis diuido: substitutionũ alia simplex, alia dup. l. 1. eo. Alcia. vulgaris, s. directa, sicut vulgaris actio dr̃ directa, l. 46. c. Alia pupillaris, alia quasi pupillaris seu Iustiniana l. humanitatis. j. eo. Alia cõis, siue generalis, q̃ diuidit i simplicem & reciprocã, siue inuicẽ factã l. iam hoc iure. l. Lucius. ff. eo. Alia militaris, alia fideicõmissaria, sed hęc postrema abusiue appellatur substitutio. Anton. Cont.

7† al. Titi⁹ & recte, ut sit D. Pius, a quo Iustinia. recitat id cõstituit, q̃ hac lege sancitur §. & si ex dispatib. Instit. de vulga. subst.

1 istam casus politionem sequitur Iac. & est de mente omniũ scriben.

2 Ista glo. est de mente omniũ scriben.

3 Idem, si institutus i quatuor moriatur. P. & est de mẽte aliorum.

1 Idē Bar. Bal. Paul. Ale. & Ia. mihi & tibi.§.fin. Item hoc verum t nominibus appellatiuis positis in substitutione, secus si proprijs, vt ff. ad Trebell. l. nonnunquam, & l. quoties. Item secus si quandam partem quantitatis iussit eos dare, vt ff. ad Trebell. l. quoties. & de reb. du. l. is qui ducenta, §. fin.

autem actionem habuit contra matrem, eam contra substitutum exercere potest Viuia.

h *Voluisti.*] per vnde legitimi, vt ff. vnde legitimi, l. secunda, vt ff. & l. 3.

i *Ipsum.*] vbi ff. de inoff. testam. l. si maritus.

H *Aereditatem.*] CASVS. Fecisti testamentū, duos hæredes pubertem & impuberem instituisti, & eos inuicem substituisti; impubes hæreditatē adijt, & in pupillari ætate decessit, vult mater ad partem suam admitti ab intestato, vult & substitutus, quis eorum admitti debeat, quæritur? Resp. q. mater. videretur tamē contra, quod si solus institutus esset impubes, & aliquis ei substitutus in duob. casib. admittitur substitutio, scilicet si hæres non esset, vel esset, & in pupillari ætate decessit, sed hoc nō habet locum hic, quia cum pubes sibi est substitutus, & ecōuerso, nō pōt esset substitutio, nisi in vno casu, s. si hæres non erit, ergo ecōuerso si impubes non hæres erit, ergo ex quo adijt, hæres est: nec habet locum substitutio. Viu.

2 † Non quidem met. sed cōmodi.

a *Tibi.*] s. matri.

b *Pubertatis.*] i. a tempore pupillaris ætatis 1 vsque ad legitimam ætatem.

2 Ista glo. est de mente Alex. & Ias.

c *Tempora.*] s. futura.

d *Conditionis.* vel quia puberes, vel quia nō erant in potestate.

e *Duntaxat.*] id est tantummodo.

f *Et ratio.*] i. æqualitatis. 3 sic infra de pro xi. sacr. scri. l. in sacris lib. 12. vbi dicit, æqualitatem litigatoribus volo seruari.

3 Ista non est de mente Bar. Ba. Ale. & Ias.

g *Constituit.* vt ff. eo. l. iam. aliàs, nam hoc iure, §. 2. & ad idem sup. de testam. in l. in testamento. &. inf. e. l. quamuis, in fine.

H *Aeres.*] CASVS. Mater testamentū fecit, & hæredē filiam instituit: filia nō vult succedere ex testamento, sed ab intestato per bon. poss. vnde legitimi, an locum habeat substitutio, quæritur? Resp. q. sic. & si substitutus hæres apprehēdat successionem, filia possessorio hæredi atis petitionem intende re nō potuit si quam

2 † al. decest.

latam tibi, [a] dubitari non oportet. substitutio enim testamento patris facta ad pubertatis [b] tempora [c] porrigi non potest, quia ipso, & alijs non eiusdem conditionis [d] hæredib. institutis, & inuicē substitutis, propter eorum personam quib. in vnum casum dūtaxat [e] substitui potest, etiam in filio idem debere seruari, & ratio [f] suadet, & diuus Marcus pater [1] † constituit. & PP. 6. Cal. Aug. Chilone & Libone Coss. 205.

Verba, si hæres non erit, intelliguntur, s. ex testō: & ideo substitutio vulgaris causam intestati excludit. h. d. Bald. Vel sic. Repudiante instituto, fit locus vulgariter substitutio, & contra eum adeuntē competunt actiones hæreditatis. h. d. Sal. Vel sic. Hæc verba, si hæres nō erit, apposita in substitutione vulgari, intelliguntur, s. ex testamento, ideo si institutus repudiat ex testamento, facit locum substituto, nec potest institutus succedere ab intestato, si quid tamen sibi debebatur à defuncto, illud totum a substituto petere potest. h. d. Alex.

Imp. Alexander A. Achillæ.

LEX III.

Hæres instituta matris testamento, si successionem ex testamento omisisti, & ab intestato bonorum poss. ssionis ius habere voluisti, [h] substituto locum quin feceris, in dubium non venit. Proinde si substitutus hæreditatem amplexus est, actionibus, quæ tibi [2] † aduersus matrem competebāt, ipsum [i] conuenire, non successionem ab intestato potes vendicare. [k] PP. x1. Cal. Septemb. Maximo 2. & Aeliano Coss. 224.

Natura copulæ est restringere copulata ad uniformem interpretationem iuris, non ad difformem. h. d. Bal. Vel sic: Verbum commune pariter relatū ad duo, debet operari pariter in vtroq;. h. d. secundum Iac. Butr. Vel sic, Vulgaris facta filio impuberi comprehendit pupillarem ex interpretata mente facta simul duobus inæqualibus, in neutro pupillarem continet. h. d. Vel sic: Vulgaris expressa facta simul filio impuberi & alteri, cui non poterat fieri pupillaris substitutio, non continet tacitā pupillarem in persona impuberis ob euitandam inæqualitatem. h. d. Alex.

Idem A. Firmiano.

LEX IIII.

Qvamuis placuerit [3] † [l] substitutionem impuberi, [m] qui in potestate testatoris fuerit, à parente factam ita, (Si hæres non erit) [n] porrigi ad eum casum, quo postea quam hæres extitit, impubes decessit, [o] si modo non contrariam defuncti voluntatē extitisse probetur: cum tamen proponas ita substitutionem factam esse, (Si mihi Firmianus filius & Aelia vxor mea (quod abominor) hęredes non erunt, in locum eorum Publius Firmianus hæres esto:) manifestum est in eum [p] casum factā substitutionē, quo vtroq; hæredū substitui potuit. PP. 4. Cal. Iul. Fusco 2. & Dextro Coss. 226.

Per aditionem hæreditatis extinguitur vulgaris substitutio. h. d. Sal. & Alex.

Impp. Diocl. & Max. AA. Hadrianæ, al. Hadriano.

LEX V.

Post aditam [q] hæreditatem directæ [r] substitu-

k *Vendicare.*] huic enim locus non est: nisi prius testamentaria 4 omnis deficiat, vt ff. de reg. iuris. l. quādiu, & de acquir. hær. l. quamdiu.

4 Placet Bart. Pau. Ale. & Ias.

Q *Vamuis.*] CASVS. Testamentum fecisti, vxorem & filiū tuū impuberem hęredes instituisti: Firmiū nō eis substituisti. adijt impubes hæreditatem, & in pupillari ætate decessit, an ad partem suam substitutus, vel aliquis veniens ab intestato debeat admitti? Resp. quod licet aliàs vbi impubes est institutus, & solus; & ei aliquis substituitur vulgariter, locum habet substitutio tacita pupillaris, hic gratia vitandæ inæqualitatis locum non habebit. Viuia.

l *Placuerit.*] sapientibus.

m *Impuberi.*] si solus fuerit institutus.

3 † Di Mar col. iā hoc ff. e. i vulgarē extēdi ad pupillarem.

n *Non erit.*] ille. s. hæres fit.

o *Decessit.*] regulariter. 5 vt hic, & ff. e. l. iam hoc iure, §. 2. Sed fallit in duob. casibus, 6 vt in ea. l. iā hoc iure. §. 1. in fi. & l. cum ex filio, §. filiom.

5 Placet supradicta. scrib.

6 Et bene Pau. Alex. & Ias.

p *In eum.*] s. vulgarem, 7 infra eo. cum quidam, & sup. e. l. 3. Sed arg. contra, ff. de condit. & demonstr. l. falsa, §. fin. vbi pluralis sermo pro singulari accipitur. sed talis 8 illa regula hoc casu quando cum alio instituit.

7 Placet Bald. Pau. Ale. & Ias.

8 Displicet Bart. Pau. & Ias. & hic fit resolutio eiusdem naturæ & positionis, q̄ est pluralitas, fm eosdem.

P *Ost aditam.*] CASVS. Testamentū fecisti, & hæredē instituisti, & vulgariter subst. hoc modo, si ille hæres non erit & c. adita hæreditate ab instituto cessat substitutio. nō est sic in pupillari substitutione, quia licet impubes adeat & decedat in pupillari ætate, locū habet substitutio. Viuia.

q *Post aditam.* ab instituto.

r *Directa.*] id est vulgares, 9 vt hic, & ff. de leg. 1. l. si legata. sed etiam in impuberib. & idem

9 Placet Bar. Bald. Pau. Alex. & Ias.

1 Concor. B.P. Alex. & Ias.
2 Sequuntur prædi. scriben.
3 Verf. est sub §. hæc omnia.
4 Idē Bar. Pau. Alex. & Ias.
5 Et bene ſm prædi. ctos scrib.
6 Verſ. eſt ſub §. in dum.

idem dici debet, 1 licet remaneat tacita pupillaris, vt ſup. l. prox. in princ. Illud tamen verū eſt, quòd impuberib. etiā directè poteſt ſubſtitui 2 poſt aditam hęreditatem, quod in alijs fieri non poteſt, vt ſup. de inoffi. teſtam. l. ex tribus. a *Solent.*] imo contra, in Auth. de hæred. & Falc. §. ſi vero inſtituto. 3. collat. 3. Sol. hæc corrigitur, 3 vel ibi ex vi legis nō ſubſtitutionis admittitur. 4 Item quid ſi minor adijt. & reſtitutus eſt? Reſpon. 5 ſubſtitutio locum habet, vt ff. de minor. l. & ſi ſine, § ſed quod Papinianus, & ff. eo. l. 2. §. ergo. 6

tiones non impuberibus filijs factæ, expirare ſolent. a P P. 10. Cal. Iun. ipſis 4 & 3. AA. Coss. 293.

Inter inſtitutos, qui ad inuicem ſunt ſubſtituti, habet locum ēt ius accreſcend. h. d. Alex. concor Bal. & Sal.

Ijdē AA. & CC. Quintiano.

LEX VI.

TEſtamento iure facto, multis inſtitutis hęredibus, & inuicem ſubſtitutis adeuntibus ſuam portionem etiam inuitis, cohæredem repudiantium accreſcit b portio. Sine die & Conſule.

Per ſubſtitutionem pupillarem ſucceditur pupillo ex teſtamento, & veniente ab inteſtato repelluntur. h. d. Alex. concor. Bal. & Sal.

Ijdem AA. & CC. Feliciano.

LEX VII.

SI teſtō iure 7 † facto, intra pupillarem ætatem & in ſua d poteſtate conſtitutæ filiæ, ſi intra pubertatem deceſſerit, directis verbis pater ſubſtituit, hæredē te factum d ex teſtamento poſt euentum conditionis, inteſtati ſucceſſionem e excluſiſſe conſtat. S. Cale. Ian. Sirmij, AA Coss. 293.

Subſtitutus vulgariter, per aditionem hæredis inſtituti excluditur, nec admittitur ex tacita pupillari. ſi mater pupilli erat in medio, ille vero, qui fuit expreſſè pupillariter ſubſtitutus, per aditionē hereditatis non excluditur, ſed matre excluſa admittitur ad hæreditatem pupilli in pupillari ætate decedentis idem, ſi ſit compendioſè ſubſtitutus, & pupillus deceſſit in pupillari ætate. ſi vero deceſſit poſtea, non admittitur ſubſtitutus ex pupillari ad hęreditatem pupilli, ſed ex fideicommiſſaria ad bona tātum teſtatoris ſibi reſtituenda per matrē, quę fuit hæres ab inteſtato filij h. d. Alex.

Ijdem AA. & CC. Patronæ, al. Patrono.

LEX VIII.

PRecibus f tuis manifeſtius exprimere debueras, g maritus quondā tuus miles defunctus, quem h teſtō facto hæredem cōem filium veſtrum inſtituiſſe proponis, i & ſecundum hæredem k 1 † ſcripſiſſe, vtrumne in primū l caſum, an in ſecūdum filio ſuo, quem habuit in prāte mortis tpe ſi intra decimumquartum ſuę ętatis annum, m aut n poſtea deceſſerit, ſubſtituerit. Nam non eſt incerti iuris, quòd ſi quidem in patris 3 † multis poſitus poteſtate, n primo tantū caſu p habuit ſubſtitutum, & patri hæres extitit: q eo defuncto r ad te s omnimodo t 4 † eius pertineat ſucceſſio. Si verò ſubſtitutus & 5 † & in ſecundū caſum u

T Eſtamento. CASVS. Si teſtamētum feciſti, & plures hęredes inſtituiſti, & adinuicem ſubſtituiſti, vnus eorum portionem ſuam repudiauerat, ad eā vocabuntur ſubſtituti. Niuia. b *Accreſcit.*] vt ſupra quādo non per partes, l. 1. & de ſucc. edic. l. 1. & ff. de ſuis & legit. hęred. l. ſi ex pluribus. & etiam in uitis, ut hic dicit. ſi & ſuam partem velint, vt & inſ. de iure deliberan. l. quidam, in fine. & de caduc. tol. len. l. 1. §. his ita. & ff. de acq. hær. l. 1. & 2. & l. cū hēditate, 7 & de legat. 2. l. nemi nē. Sed nunquid hoc caſu poterit admitti ſubſtitutus? Reſpondeo ſic, ut ff. de acq. hæredit. l. ſi quis hæres inſtitutus.

7 Ibi ſolū tractat de iure accreſcendi, hic de iure accreſcēdi vnito cum iure ſubſtiōnis. Bar tol. Bald. Pau. Alex. & Ias.
1 † al. iure, deeſt Cō

SI teſtamento. CASVS. Teſtamētum feciſti, filiam tuam impuberem inſtituiſti, & ei pupillariter ſubſtituiſti hoc modo, filiam meam inſtituto hęredem, & ſi hæres non erit, vel erit & deceſſerit in pupillari ætate, Titium ei ſubſtituo, ſi hęres ſit quia hæreditatem adeat intra autē tempora deceſſerit pupillaria, an vocetur ſubſtitutus, an veniens ab inteſtato, quæritur? Reſpon. q ſubſtitutus excludit venientem ab inteſtato. Viuia.

c *Factum.*] ſ. patris.
d *Et in ſua.*] ſ. ſubſtitutum pupillariter.
e *Succeſſionem.*] id eſt venientes ab inteſtato excluſiſti, cū hæres ſis ex teſtamento, vt 8 vt ff. de acquirenda hæredit. l. tertia.

8 Iſta gloſ eſt de mēte Bar. Bal. Pau. Alex. & Ias.

PRecibus.] CASVS. Teſtamentum feciſti, hæredem filium tuum impuberem inſtituiſti, & ei ſubſtituiſti Titium filium in pupillari ætate, adita tamen hæreditate a filio deceſſit, mater admitti ad hæreditatem vult, & ſubſtitutus, quis cui præferri debeat, quærit mulier a principe? Dicit Imperator, o mulier manifeſtius debueras mihi precibus tuis ſignificaſſe, qualiter facta fuiſſet ſubſtitutio, an pupillaris, an vulgaris, an compendioſa. Si vulgaris,

vt quia ſic dixit teſtator, filium meum hęredē inſtituo, & ſi hæres non erit, ſubſtituo Titium. quo caſu ſi filius tuus adiuit hæreditatem, euaneſcit ſubſtitutio, & ad eius hæreditatem admitteris. ſi pupillaris, hoc modo, ſi hæres non erit, vel erit, & in pupillari ętate deceſſerit, vocabitur ſubſtitutus, & tu excluderis. Si cōpendioſa, ſic, filium hæredem inſtituo, & quandocunque deceſſerit, ſiue in pupillari ætate ſiue poſt, Titium ſubſtituo. quo caſu ſi intra pubertatē deceſſerit, admittit ſubſtitutus ſi hēditatē adire voluerit. alioquin admitteris tu mulier. Si poſt tempora pubertatis deceſſit, admitteris ab inteſtato ad hęreditatem, ſed eam ſubſtituto ex cauſa fideicom. reſtitues. Viu.
f *Precibus tui.*] ô mater.
g *Debueras.*] benignè reſpondet, vt ſup. de tranſa. l. vt reſpō ſum. & repetit quæſtionē Imperator, alias non benignè, vt ff. de re. ſtam. l. Domitius. 9 per Bar.
h *Quem.*] ſ. maritū. 2 † ſecūdos
i *Proponis.*] ſ. tu ô hęredes, & mater. recte.
k *Hæredem.*] ſ. ſubſtitutum, nec aperit qua ſplicet. A lem vulgarem, vel pu lex & Iaſ pillarem, vel compē- 3 † omnino dioſam. exprimere. 3 † al. patrum &c. tris.
l *Primum.*] id eſt vul 5 † & deeſt garem fecit ſecundū Dic. hæredem.
m *Annum.*] accipe deceſſerit, & eſt pupillaris.
n *An poſtea.*] ſ. quādocunque. & hæc eſt fideicommiſſaria, to vel compendioſa. Et quia ſubla verè diſtinguēdi ſuerunt ſinguli caſus, cū in vnoquoque caſu propria & diſtincta habeatur ratio, vt ecce, nam &c.
o *Poteſtate.*] maximè ſcilicet.
p *Tantum caſu.*] id eſt in vulgarem, 11 vt ſi hęres non erit filius, Titius ſit hæres.
q *Extitit.*] ſic; extirpauit ſubſtitutio, 12 vt ſupra eod. l. poſt aditam.

6 Et ibi per Bar.
10 Iſta dictum Alex. & Iaſ.
11 Idem Bal. Sal. & Iaſ. & eſt de mente aliorum.
12 Et habuit adito, & quia ſubla ra fuit ſubſtitutas per dationē ſubſtitionis vulgaris. Iaſ.
13 Placet Bar. Sa. Alc. & Iaſ. cet Fulg.
14 Ide pre dic. ſcrib.
15 Imo tertiū caſū vocat cōpendioſam Ia. in præſup.
16 Iſta ſolutio quaus placeat B, diſplicet tū Bal. Sa. Pau. Aret. Ale. & Iaſ.

r *Defuncto.*] filio ſcilicet.
ſ *Adte.*] ſcilicet matrem.
t *Omnimodo.*] imò ex tacita pupillari videtur vulgariter ſubſtitutus admitti, vt ff. eod. l. iam in hoc iure, §. primo. & ſupra eod. l. quamuis quæ eſt contra. Solu ſpeciale 13 hic in matre, ut contra eam tacita pupillaris non admittatur. Sed an poteſt admitti probatio in contrarium, ſcilicet, quòd defunctus voluit per tacitam excludere matrem? Reſpond. ſic, 14 ſup. de teſtam. mil. l. in teſtamento, 1. in fi. & ff. eod. l. iam hoc, in fine.
u *Et in ſecundum caſum.*] Secundum caſum appellat pupillarem & compendioſam: 15 quia vtraque locum habes, ſi pupillus ſit hæres, & poſtea deſinat, 16 & ideo hunc

hunc casum secũdum diuidit in expressam pupillarem quæ sic fit. Si filius meus erit 1 hæres, & in pupillari ætate decesserit, ille sit hæres. Et compendiosa sic: quoquo tempore filius meus decedat, ille sit hæres & sic directis verbis. 2 & sic rogo vt hæreditas ad Titium perueniat. & subaudi, id est non vsque, &c. quia hoc est exemplum compendiosæ.

a *Expressa.*] scilicet pupillaris.

b *Compendiosa*] idem in pupillo his uerbis quandocunque decesserit, ipse fil. hæres. Et dic compendiosa: in qua tacita inest pupillaris & fideicommissaria.

c *Certam.*] maximè. nam idem si vsq; ad 25. an. ut l. centurio. ff. eodem. Vel dic ętatem, scilicet 3. annorum.

d *Siquidem.*] ad utrũque se refert, ad pupilarem & compendiosam.

1 Ista vera non sunt necessitate pupillaris substitutionis. P. & Alex. hic.
2 Et bene P. & Alex.
1† al. compendio.
3 Sequunt. Bart. B. P. Ale. & Ia.
2† al. deest
4 Placet Cy. & Ba. licet displiceat Bald. Fulg. Ale. & Ias.

vel expressa, [a] vel compendiosa, [1†] [b] non vsque ad certam [c] ætatem facta reperiatur: si quidẽ [d] intra pubertatem decesserit, [e] eos habeat hæredes, [f] quos pater ei constituit, [g] e si adieris [h] hæreditatem. Sin vero [i] †post [i] pubertatem. [k] tunc [2] †eius te successionẽ obtinente, veluti ex causa fideicommissi [l] bona, quæ cum moreretur, [m] patris eius fuerint, a te [n] peti possunt. [o] S. 5. Idus Apr. AA. Consulib. 293.

Parentibus vtriusque sexus permittitur filiis mente captis saltem in legitima institutis substituere directo, ad similitudinem pupillaris: cum illi per se non possint testari, sicut nec pupillus, & finitur substitutio cum peruenerint ad sanam mentem: nõ tamẽ debent substituere extraneum, si tales mente capti haberent filios: sed alterũ de filiis, vel si non haberent filios, sed fratres, alterum de ipsis. h. d. Alex.

e *Decesserit.*] scilicet filius.

f *Hæredes.*] scilicet directo: siue pupillaris, siue compendiosa sit.

g *Constituit.*] id est substituit.

h *Adieris.*] alias etiam ad matrem venirent, vt & in superiori casu. quia si substitutus non adierit, institutus transmittit hæreditatem ad suos hæredes.

i *Si vero post.*] scilicet decessit filius. hoc referas 3 ad compendiosam tantum nam si tantum vulgariter vel pupillariter substituisset, & fuisset hæres, licet decederet pubes factus iam, ut hic decessit, mater haberet totum, & nihil redderet.

k *Pubertatem.*] si decessit filius.

l *Fideicommissi.*] secus dicerem, si mater non esset in medio. 4 idest, si non superesset. nam tunc facta compendiosa à milite, intelligerem eam substitutionem esse directam omni tempore tam post pubertatem, quam ante, cum videam militem post pubertatem posse facere directam substitutionem, vt supra de testa. milit. l. in testamento. 1. in fi. & ff. de mili. testa. l. milites etiam in his. Sic & alias fauetur matri: quia tacita pupillaris contra matrem non admittitur etiam iure fideicommissi: licet alios venientes ab intestato repellat dicta substitutio tacita, vt supra titu. 1. l. fin. sed ibi fuit vulgaris expressa, hic compendiosa: & ideo hæc non est bona similitudo. 5. Py. tamen dixit 6 quòd miles puberi directe substituere non potest. sed per fideicommissum. vbi ergo puberi 7 substituit miles compendiose: scilicet sic: quandocunque decesserit ille sit hæres ei: non attenditur sit mater vel non: quia semper valet iure directo. at ubi fit ita compendiosa impuberi a milite satis habet lex quod vsque ad pubertatem valeat iure directo, postea per fideicommissum propter matrem, vt hac l. dicitur. & hic est casus huius legis. 7 Dicitur ergo compendiosa: quia sub compendio verborum continetur pupillaris, si impubes decedat, si autem postea e verba directa trahuntur ad fideicommissum: 9 & sic duas continet, 10 & fit directis verbis. 11 & pupillo tantum. Vt sic pupillaris alia expressa, alia tacita, & continetur compendiosa: ut hic dicitur. Sed in pagano dic, si paganus ita substituat, si filius meus quandocunque decesserit, Titius sit hæres substitutus, capiet bona iure directo, si decedat in pupillari ætate, & mater omnino repellitur: si autem decedat postea, nihil habebit substitutus. 12 & sic nihil differt paganus a milite, ut ff. eodem l. in pupillari. & l. centurio. & l. uerbis. & hic mater admittitur: & quia ut diro libet ab intestato: nec ex fideicommisso bona restituit, vt ex d. c. postea prædicta l. centurio patet per contrarium sensum: quia ita ut oblique dicit in milite? secus ergo in pagano. Sed si ita substituat: si filius meus quandocunque decedat, substituo sibi illum, hanc semper reputo 13 fideicommissariam, quia verbum substituo, aptatur ad fideicommissariam, vt supra titu. 1. l. generaliter. §. si. & est alia quam compendiosa. 14 & quia talis interpretatio omni tẽpore rem valere suadet, ut ff. de rebus dubijs. quoties 2. sed superiori casu verba directa hoc interpretari non permittunt: & hic semper mater admittitur, & restituit, ut ff. de vulg. substit. l. cohæredi. §. cum filiæ. Si vero ita substituat: si filius quandocunque decesserit sine liberis, ille sit hæres, uel illum substituo, hanc semper interpretor fideicommissariam; 15 quia talibus uerbis non directa, sed fideicommissaria cõsueuit de iure & de facto fieri. 16 nam si directa, non ualet post pubertatem. ergo nec ante. Item una est, sed non est directa. ergo fideicommissaria pro tempore toto. & quia illud verbum, sine liberis, innuit quod etiã in pupillari ætate substituit per fideicommissum: quia tũc liberos habere non potest. & verba directa trahuntur ad fideicommissum, ut ff. ad Treb. l. Scæuola. hoc casu sicut superiori, admittitur mater: sed restituit detracta quarta, ut d. l. cohæredi §. cum filiæ. Si vero sic dati: si filius meus decesserit in pupillari ætate, vel postea sine liberis illum substituo. duæ sunt substitutiones: 17 pupillaris expressa, & fideicommissaria propter distinctionem & alternationem tẽporum ad quę singula, verbum substituo adaptatur diuersis modis. Acc.

5 Et bene Bal. Paul. Ale. & Ia.
6 Et male Cy. & ceteri.
7 Placet Cyn. Pet. Bar. Ba. & incidit cũ prima, displicet tñ [I]ul. & Ias.
8 Dic quod ista l. concord. cum alijs legibus cõtrarijs secundũ scrib. n
9 Nihil est sm Barto. & alios.
10 Imo potest continere quinque, secundũ mẽtem scrib.
11 Imò & uerbis cõmunib. & obliquis. c. Raynaldus. de testa. extra. Bal. & Sa. Ale. & Ias.
12 Placet B. B. Paul. Ale. & Ia.
13 Imo in contra pupillarem ętatem valebit ut directo: Ale. & Ia.
14 Displicet Bald. Pau. Alex. & Ias.
15 Immo erit directa intra pubertatẽ Dy. & B. in l. centurio ff. eod. & P. Ale. & Ias. hic.
16 Nihil est Alexã. & Ias.
17 Idem Bar. Ba. Io. Alexan. & Ias. hic & in d. l. centurio. ff. e.

m *Moreretur.*] scilicet pater miles.

n *A te.*] matre.

o *Peti possunt.*] alias peti possunt, & alias petere possunt, qui dicunt & idem est sensus, quasi dicat substituti petent a matre secũdum Io. 18 retenta quarta per Trebellianum. Tu dic imo non retenta 19. si miles erat ut infra ad l. Fal. l. in testamento. & supra de test. mili. l. in testamento. 2. & ff. ad Trebel. l. 1. §. si is qui. ver. denique. Aliud si fuisset veteranus vel paganus, ut ff. ad leg. Falci. l. ad veterani. Nec obst. quod dicitur ff. ad Trebel. l. 1. §. fin. in fin. & l. 2. quia quantum ad alia commoda locum habet Trebellianum in testamento militis. non item quantum ad hoc: iura tamen sepulchrorum remanent. 20 vt ff. ad Trebel. l. quia per inde. Item bona filij quæ aliunde habuit, 21 vt hic, in fin. ibi bona, &c. & d. l. centurio. & de test. mili. l. miles ita, §. exhæredato. Item in Falcidia iure naturæ debita non potuit grauari filius: 22 ut sup. de inoffi. testa. l. quoniam in prioribus. quam habet mater. Item notant hic quidam ut est bona se. Ir. quod tacita substitutio contra matrem admittitur hic fa uore militis, quod nihil est. 23 imo non: ut supra in primo casu huius legis. & supra de testa. mili. l. in testamento 1. & quod hic dicit, loquitur in compendiosa, quæ sub compendio verborum continet expressam pupillarem, licet non specificatam, & fideicommissariam si decedat pubes. & idẽ in breuiloqua, quæ etiam contra matrem admittitur, ut ff. eod. l. Lucius. quia ex significatione illorum verborum, vos inuicem substituo, quatuor substitutiones breuiter declarãtur, scilicet duæ pupillares, & duæ vulgares, & omnes expressæ, sed tacita pupillaris, quæ continetur in vulgari, non declaratur ex significatione verborum, sed ex interpretatione legis colligitur, & ideo contra matrem non admittitur, 24 Vel ideo sic dicitur breuiloqua, quia non est uerisimile, quod testator uxorem suam, hoc est matrem impuberis, voluerit præferre alij filio suo, secus ergo in extraneo vulgariter substituto. Vltimo distingue, ut inst. de pupil. substi. §. qua ratione diximus.

18 Et male B. P. Al. & Ias.
19 Et bene Bart. & alij.
20 Sequitur istam utilitatem B. & alij.
21 Ista utilitas non [est] singularis
22 Singularis est secundũ An. gelum.
23 Et bene B. & alij.
24 Hucusque sequitur. B. Bal. Pau. Alex. & Ias.

ADDITIO. Videas etiam pulchram glos. quæ est in verbo, si absque liberis moreretur. in c. Raynutius. extra de test. & glossam in verbo, absque deductione. in secunda eius parte, vsque ad finem. in c. si pater de testa. li. 6. & Io. And. in nouel. sua, quæ ibi examinat intellectum præsentis legis, de quo latius per Bar. in l. centurio. ff. eo.

HVmanitatis.] CASVS. An pater filio, uel filiæ, nepoti, vel nepti, uel sic deinceps mente captæ, substituere quemlibet indifferenter possit: hoc est, si moriatur mente capta,

capta, quæritur? Respon. aut mente captus hæredem habet ex se, aut non. Si vnum vel plures habeat, tunc vel omnes vel certos habet necesse substituere. Si non, sed fratrem habet: cum substituere &c. alioquin quem vult ei substituere potest. ita tamen quod euanescat substitutio statim, ex quo resipue. it, & hoc ad modum pupillaris, vt sicut nulli querelę locus est i debito bonorum subsidio. si pupillo in eo substituatur, ita nec in hac exēplari substitutione. Viuianus.

a *Parentibus.* masculis 1 & feminis, vt j eadem. l. ibi, qui vel quæ, &c.

b *Nepotem.*] filio suo mortuo.

c *Legitima.* ad min⁹.

ADDITIO. Dic qđ imo sufficit quod aliquid etiam si sit minus Bar. in l. ex facto ff. eod. Salic. Alexan. & Ias. hic.

d *Substituere.*] in illa legitima.

e *Pupillaris.* vt enim in bonorum debito subsidio substituitur pupillo, sic huic, 2 vt sup. de inoff. test. l. ex trib. nec potest conqueri, cum magis sit ei consultū, quam sit grauatis. nam ipsi tunc sibi testari non possunt, vt inst. eo. §. 1. In multis tamē hęc a pupillari differt, ut quilibet per hanc legem videre potest.

f *Oriatur.*] nam cura eo furiosi diceret inofficiosum nomine furiosi, cum in legitima sit grauatus, sed non potest hoc dicere, vt hic.

g *Resipuerint.* i. facti fuerint sanæ mentis.

h *Cesset.*] vel si filius ei filio 3 nascatur, ut ff. eo. l. ex facto. in prin. Accur.

i *Vel.*] pro sed.

k *Certos.*] Mirabile videtur q̄ ponit de uno uel de certis. qa secundum hoc quidam ex filijs furiosi videntur a sua successione contra pietatē repelli rursus substitutionem esse nullā, dici non potest: quia huius legis authoritate firmatur, vt inst. de exher. lib. in prin. Sed respondeo hoc esse verum, cum pater quosdam substituit, & alios exhæredat hi postea per querelam rescindent testamentum. Si vero ab initio prætereantur, nulla erit substitutio, 4 sicut si ipse furiosus factus sanæ mentis fecisset testamentum, & præterisset unum de filijs.

1 Placet B. B. Alex. & Ias.

2 Necest opus impetratione fienda a principe: licet secus esset d iure ffo: fi. Bart. B. P. Ale. & Ias.

2† al. desunt.

2 † al. filij.

3 † Sed si filij vel alij &c.

4† al. alij.

3 Placet B. B. Paul. Ale. & Ia. si tamē ei non super uiuat pater testār. Bal. & Ia.

4 Placet B. in l. ex facto. in 9. col ff. eter & ibi Angel. & Ale. & hic Ias. licet disoli ceat hi P. Cyn. & P.

C*Vm quidam.*] CASVS. Testamentum fecisti: duos impuberes filios instituisti, & eis Titium substituisti his verbis: Si vterque intra tempus pubertatis decesserit, sit hæres Titius. decessit alter. quis ad suam partem, an substitutus, an cohæres vocetur, quæritur? Resp. quod non habet locum substitutio: nisi vterque in pupillari ætate decesserit: quo casu vocabitur institutus, & non substitutus. Viuianus.

Imp. Iustini. A. Mennę, PP.
LEX IX.

HVmanitatis intuitu parentibus[a] indulgemus, vt si filium, nepotem,[b] vel pronepotem cuiuscunq; sexus habeant, nec alia proles descēdentium eis sit, iste tamē filius, vel filia, nepos vel neptis, pronepos vel pronēptis, mente captus, vel mente capta perpetuo sit: vel si duo, vel plures isti fuerint, nullus vero eorū sapiat; liceat ijsdem parentib. legitima[c] portione ei, vel eis relicta quos voluerint, his substituere,[d] vt occasione huiusmodi substitutionis ad exemplum pupillaris[e] querela nulla contra testamentum eorum oriatur.[f]

¶ Ita tamen vt si postea resipuerit, vel 1† resipuerint,[g] talis substitutio cesset.[h]

¶Vel[i] si filia 2† aut alij 3† descēdētes ex hmōi mente capta psona, sapiētes sint: nō liceat parenti qui, vel q̄ testat, alios quam ex descēdētibus, vnū, vel certos,[k] vel oēs substituere. ¶Sin vero etiā 4† liberi testatori vel testatrici sint sapiētes ex ijs vero personis, quæ mēte captæ sunt, nullus descendat: ad fratres eorū vnū, vel certos, vel omnes eandem fieri substitutionem oportet. Dat. 3. Id. Decemb. Cōstātino. D. N. Iustiniano A. PP. 2. Cos. 528.

Substitutus pupillariter duobus impuberib. cum expressione nominis collectiui, scilicet, si ambo, seu vterque decesserit in pupillari ætatē, non admittitur, si vnus primò decesserit in pupillari ętate, altero superstite: nisi etiā alter, & sic vterque in pupillari ętate decedat. Alexan. post Bal. & Sal.

Idem A Ioanni PP.
LEX X.

CVm quidā duobus impuberibus filijs suis hæredibus institutis adiecit, si vterq; impubes decesserit, illum[l] sibi 5† hæredem esse. 6† dubitabatur apud antiquos legū authores, vtrumne tūc voluerit substitutū admitti, dū vterque filius eius in prima ætate decesserit: an, alterutro decedente, illico substitutū in eius partē succedere. Et placuit Sabino substitutionē tunc locū habere, cum vterque[m] decesserit. cogitas se enim patrē primo 7† filio decedente, fratrē suū in eius portionem succedere.[n]

¶ Nos eiusdē Sabini veriorem sententiā existimantes, non aliter substitutionē admittendam esse censemus, nisi vterque eorum in prima ætate decesserit. Dat. 6. Calen. Aug. Constantinop. post Consulatum Lampadij, & Orestis VV. CC. 531.

Substitutus proprio nomine, cum hæredibus institutis per verba distributiua. Quisquis mihi hæres erit, admittitur pro virili: & pater adiectus vna cum filiis. ad unam virilem tantum. h. d. Sal. vel sic: Si cum plurib. institutis tertius substituatur cū additione nominis distributiui, admittetur quilibet pro virili. Vbi autē testator dixit, Titius cū filiis suis, & Sēpronius hæredes sunto: Titium vna cū filiis in semissem, Sēproniū in alium semissem instituisse videtur. h. d. Alex.

l *Illum.*] puta Titiū.

m *Cum vterque.*] ut ar sup. eod. l. quāuis. in fi. & ff. ad Treb. l. Seius. 5 Secus contra ff. de iniust. test. l. penul. 6 ubi etiā uno decedēte vocatur substitutus. Sol. 7 ibi nominatim facta fuit substitutio singulis, hic oibus simul. Vel hi: speciale 8 in filijs: secus i extraneis, ut ibi. Et hoc secundo modo poterit solui aliud contra. ff. ad Trebel. l. hæredes mei. §. cū ita. imo nō. Vel ibi quia 9 decessit fideicōmissarius cōditionalis ante cōditionis euentum, vt inf. de cadu. tol. §. in nouissimo. hæc solutio nulla est, quia in l. cōtraria non decessit fide: cōmissarius, i. ille, cui debebatur fideicommissum, sed ille, qui debebat. Vel hic 10 deficit conditio in persona primi morientis, qui decessit pubes: ibi extitit in persona secundi, qui decessit sine liberis. Vel ibi in fideicommissaria, 11 hic in directa substitutione. nec est contra. ff. de cond. & demonst. falsa. §. fi.

ADDITIO. Hanc q̄stionē an requiratur q̄ conditio substitutionis exista, in persona utriusque, pulchre tractat & distinguit Barto. in l. hæredes mei. §. cum ita. in glo. alleg. Et quantū ad casum istius præsentis legis sic distinguas breuiter: quia aut superest aliquis de liberis, qui ex pręsumpta volūtate defuncti substitutos excludat: tunc substitutus excluditur: ita loquitur hæc lex. Si vero ille qui superest non sit talis, sed forte est in eodem vel pari gradu cum substituto, tunc substitutus admittitur: ita loquitur d. §. cum ita & hoc in casu, ut dixi præsentis legis, quæ loquitur in pupillari substitutione.

n *Succedere.*] ut ff. eo. l. qui duos. & l. si pater impuberes. & l. vel singulis. & instit. eod. §. ut singulis. & ff. ad Trebel. l. cum qui.

5 Illa lex nihil facit ad propositum Ias.

6 Parum facit ad cōtrariū. Ia.

7 Idē B. Sa lic. & Ias.

5† suum.

6† al. du bium.

8 Ista non est de mēte scriben.

9 Displicet cōmuniter scriben. hic.

7† al. decess

10 Sequitur B. P. & Sal. & Ias.

11 Ista vera est in fe: Ias. sed displicet omnibus.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XI.

SI quis duob. hæredibus institutis, [a] filio suo impuberi eos vnà cum alio tertio substituerit, & verba testamenti ita composuerit: (Quisquis mihi hæres erit, & Titius filio meo hæres esto [b]) ſm ꝙ apud Vlpianū inuenimus, mortuo impubere filio, quærebatur, quomō ad substitutionem vocentur tres substituti: vtrumne duo priores, qui & patri hæredes fuerant scripti, in dimidiam vocentur, tertius in reliquā dimidiam, an tres substituti vnusquisque ex triente, ad substitutionem vocentur? Alia applicata dubitatione, si quis hæredem ita scripserit (Titius vna cū filijs [c] suis, 1 † & Sempronius hæredes mihi sunto) & in præsenti. n. specie quærebatur, secundū Vlpianum, volūtas testātis, vtrumne Titium vna cū filijs suis in dimidiam vocet, & Sēproniū in aliā dimidiam, an oēs in virilem portionem. ¶ Nobis autem in prima qdem specie videtur tres substitutos, vnumquemque in trientem [d] vocari: in secunda autem specie (cum & natura pater, & filius eadē esse [e] persona penè intelligantur (dimidiatam quidem partem Titio cum filijs [f] suis, alteram autem partem Sempronio assignari. Dat. 6. Calend. August. Constantinop. post Cōsulatum Lampadij, & Orestis VV. CC. 531.

TITVLVS XXVII.

De necessarijs seruis hæredibus instituendis, vel substituendis.

Institutio de seruo non specialiter pignorato facta ab oīno non existente soluendo, facit eū liberū & hæredem necessariū ēt in præiudiciū creditoris. Sal. uel sic: Ille qui non est soluendo, pōt vnū ex seruis suis instituere, & eum sibi necessarium hæredē, & liberum, fallit nisi illum seruum specialiter creditoribus obligasset. Alexand.

Imp. Pertinax A. Lucretio. [a]

LEX PRIMA.

IS, qui [g] soluendo non est, hæredem necessariū [h] etiam in fraudem [i] † creditorum relinquere potest: sed si pignori [i] datus fuisti, [k]

SI quis.] CASVS. Testamentum fecisti Titium & Seium vna cum filio tuo impubere hæredes instituisti, & eos & Caium filio tuo substituisti his verbis, Quisquis mihi hæres erit, & Caius filio meo hæres esto: si decedat impubes intra tempora pubertatis, qualiter partis suæ inter substitutos fiat distributio, quærit vtrū scilicet Titius, & Seius in vnā dimidiā, & Caius ad aliam vocetur, an vnusquisq; in trientem vocabit. Si autem ita dixit, Titius vna cū filijs suis, & Sēpronius hæres esto, an Titius in vnā dimidiam cum filijs suis, & Sempronius in aliam vocetur: an vnusquisque in virilem, vt quot sint portiones, quæritur? Respon. ꝙ vna dimidia dabitur Titio cum filijs suis, qui cum eo vna persona censentur, alia Sempronio. Viuianus.

a *Institutis.*] præter filium impuberem, quem etiā instituit. Et nota ꝙ duas præmittit quæstiones, postea per ordinem soluit.

b *Hæres esto.*] Non ex hoc, quòd dicit filio meo, ꝙ pupillaris fuit substitutio, non fuit substitutio, non autem dixit mihi.

c *Cum filijs.*] secus si dixisset 1 cum hæredibus, secundū quosdam, vel statim diceā.

d *In trientem.*] vt ff. de lega. 2. antepen. §. Lucius Titius testamento. 2 Sed arg. 3 ff. eo. l. qui liberis, 4 §. fi. & l. si pater. j. vbi dicit hæredes i vnā dimidiam, & extraneum in aliam dimidiam vocari. Sol. hic corrigit. 3 Vel hoc in paternis bonis, & illud in bonis filij, vt illa l. si pater. videtur distinguere. Vel melius 4 hic habent trientes in substitutione: quia & trientes habent in institutione, vt indicat hæc litera. Instituit enim filium, & duos alios separatim quemque instituendo, 5 secus si ita instituisset illos duos, & filium: quia tunc haberent dimidiam institutionis iure tantum, & aliam filius, vt ff. de hæred. insti. l. Titius fundi, & l. liber homo. §. Titius. & sic iure institutionis haberent dimidiam tantum, & ita loquitur lex contraria. Nec obstat huic solutioni. ff. eodem, l. quis cum plures. vbi dicit extraneum habere virilem substitutionis: quia loquitur, 6 quando hæredes separati fuerunt in institutione, sicut & in nostra lege euenit. nam & hic habet virilem. Item contra, huic respon. ff. de vsufruct. accrescen. l. si quis Titio, in 1. respon. Sed expone 7 ibi, Titio, & hæredibus suis scilicet Titij legatarij, non suis scilicet testatoris.

e *Esse.*] Vnde quod vnus dicit, 8 & alter videtur dicere, vt Instit. de inut. stipu. §. ei verò qui. & vbi est vnus, & alter videtur esse, vt infra de agric. & censi. l. cum scimus. §. fi. lib. 11. & idem in hærede, & in testatore, vt in Authen. de iureiu. à mo. præs. §. j. collat. 5. Accur.

f *Filijs.*] immo Titius tertiam, & filij tertiam debent habere, vt ff. de vsufr. accresc. l. si quis Titio. 2. respon. quæ est contra. 9 Solu. verbum eadem hic positum, tollit contrarium: contingit enim, & facit, quod quasi idem sit cum filijs, vt arg. j. de cad. tollen. §. sin autem ex his. & ff. de lega. j. l. plane. 2. respon. & ideo una portio omnibus assignatur, vt hic: hoc non valet, 10 quia & si non ponatur verbum eadem, idē est, vt ff. de hær. inst. lege, Titius fundi, & lege, liber homo. §. Titius. & lege, interdum. 1. responso. Tu dic, 11 ibi dicit cum hæredibus. s. defuncti, non sui. s. legatarij. sic ergo duo ibi adiecti debent habere viriles, & hæredes defuncti aliā, quam inter se diuident 12 pro hæreditaria portione, vt ff. eod. l. qui cum plures. Vel ibi dixit hæredibus, hic filijs, quod non placet 13 per Authen. de iureiuran. a mu. circa princip. collatione quinta. Vel refert, quando vnus miscetur cum alijs an ponātur aliorum propria nomina, ꝗ denotant singulos, an appellatiua, quæ generaliter omnes, non singulariter, singulos demonstrent. In primo iunguntur omnes nominatim in viriles partes eius partis, ꝗ eis datur: puta Titius, Meuius, & Sempronius hæredes, Caius hæres esto. In secundo, omnes, qui appellatiuo nomine continentur, coniunguntur, vt ibi fit de hæredibus. Sed alius, cuius nomen proprium positum est, vt est ibi, Titius habet virilem de iure communi, vt ibi, sed excipitur in patre, vt hic, qui nihil habet, nisi in parte filiorum.

1 † Dua. s nis deest.
1 Idem est si dixisset. Sa. & Ale.
2 l. proximè præce.
2 Dic, ꝙ ille §. est de directo & illam legē sic non cōcordat. Ale. & Ia.
4 Ista sol. reprobat, ẽm Bart. Pau. Ale. & Ias.
4 Ista sol. est de directo, s l. priam. & to dic melius, ꝙ in l. in §. al lega. non fuit apposita dictio quisquis distributiua hic autem fuit apposita. Alex. & Ias.
5 Placet S. & Alexā. quo ad hoc.
6 Imo solute vt ibi per gl. in verbo, hæreditarias placet hic Ale. & Ia. in eius secunda solutione.
7 Displicet B. B. P. Ale. & Ia.
8 ibi nō fuit posita dictio, q. s. quis, hic sic: secundū eosdē.
8 Hoc verū quo ad ea, q sunt iuris, secꝰ facti. Ia.
9 Placet B.
10 Et bene B. Pau. Ale. & Ia.
11 Sequitur f. dicti Scrib. hic
12 Illud nō tendit ad solutionem prij, sed ad declarationē qōnis sequen. j. illi, vel refert, &c. Bar. Alex.
13 Et bene B. Pau. Ale. & Ia.
2 † Ludo.
3 † Alias fraude.

D E N E C E S S A R I I S S E R V I S hæredibus instituendis.

Quia quædam specialia in seruis institutis seruantur: ideo de his specialiter dicit.

IS, qui.] CASVS. An debitor, qui soluendo non est seruum sibi necessarium hæredem instituere possit, quæritur? Respond. ꝙ nisi fuit alicui specialiter creditori pignori obligatus, quo casu in eadem causa maneat, nec à debitore luatur, nec erit hæres, nec liber.

g *Is, qui.*] s. debitor multorum.

h *Necessarium.*] s. vnum tantum, nisi in casu, vbi etiam cum alio, vt ff. de hær. inst. l. ei qui. Quid autem si plures nominet? si quidem ordine, tūc primus, vt ff. qui, & à quibus. l. si quis habens. & de hæred. instit. qui non soluendo. si simul, tunc neuter, vt ff. de hæred. instituend. qui soluendo.

i *Pignori.*] s. specialiter secus si generaliter, vt infra de seruo pign. dat. ma. l. ab eo. & ff. in quibus cau. pign. taci. contrah. l. est differentia.

K *Fuisti.*] tu serue.

a *Permansisti.*] secus enim, si ipse seruus offerat pecuniam, vt ff. de hær. instit. l. pignori.

† Du. ne.

C*Vm serui.*] CASVS. Si hęredē seruum tuum appellando instituisti hoc modo, ille libertus meus sit mihi hæres, an sit liber, & institutio valeat, quæritur? Respon. q sic. legatū autem non valet, vt si dixisset testator, illis libertis meis relinquo decem, non valet legatum, si sint serui, vt s. de testam. milit. l. testamento militis. & l. ex his.

b *Appellatione.*] imò etiam simpliciter, vt infra eod. l. pen. Sed contra, supra de hęr. institu. l. cum proponas, sed ibi communis, hic proprius instituentis. Item hic sciēs, ibi errans, vt ff. de mili. testam. l. neque. §. ‖ seruum.

* In nōnullis exemp. hæc l. præcedit l. e. is qui.

c *Scripti essetis.*] à domino vestro.

d *Quod in legato.*] i. dicere, si lego, secundū hūc modo his verbis, lego tali liberto meo decem, non erit per hoc liber.

e *Habet.*] vt s. de testa. milit. l. ex his.

S*I tutor*] CASVS. Tutor si ancillā pupilli contubernio sibi adiunxit, & hæredem instituit: an præiudicetur pupillo, quo minus sibi auferatur dominiū ancillæ? Respo. q nō. sed si ea adiret hęreditatem, eam acqrit domino iussu suo.

f *Instituit.*] eam ancillam.

g *Potuit.*] sic ff. pro empt. l. qui fundum. §. si tutor, & ff. d fur. l. interdum. 2. §. fin.

h *Aditione.*] scilicet ancillæ tuæ, iussu pupilli.

i *Successio.*] tutoris.

C*Vm quidā.*] CASVS. Testamētū fecisti, pupillū filiū tuū instituisti: seruo tuo directis verbis libertatem dedisti: in secūdo gradu eundē filio tuo impuberi nulla facta mētione libertatis substituisti, an filio tuo impuberi ex sub stitutione sit hęres necessarius, cui in eodē gradu non est libertas relicta, &

& in eadem cā permansisti,[a] nec † ab eo qdē debitore, q soluendo nō fuit, liber & hæres necessarius existere potuisti. PP. 11. Cal. April. Falcone, & Claro Coss. 198.

In institutione, qui scienter enunciatiuè dicit seruū suū esse liberū, videtur ei libertatē relinquere, fauore libertatis, & institutionis, quæ est caput & fundamentum testamenti: secus igitur in legato. h. d. Alexan.

Imp. Antoninus A. Aufidio, & alijs.

LEX II.

C*Vm* [a] serui constituti sub appellatione [b] liberorū hēdes scripti [c] essetis; ea scriptura benigna interptatione perinde habēda est, ac si liberis, & hæredes instituti fuissetis: qd in legato [d] locum non habet. [e] Accepta 7. Cal. Mart. Prisco, & Apollinari Coss. 170.

Tutor non pōt seruum pupilli sui facere sibi necessariū hæredē, si tamen ipsum instituit, remanet seruus: et iussu pupilli pōt adire, & sibi hæreditatē acquirere. h. d. Ale.

Imp. Diocl & Maximian. AA. & CC. Feli.

LEX III.

S*I tutor ancillā tuā cōtubernio suo coniunxit, ac post hēdē eā instituit,* [f] neq; dñium ex hmōi facto tibi auferri potuit: [g] & vt eius aditione [h] iussu tuo tibi p hāc successio [i] qratur, iure cōcessam habes facultatem. S. 16. Cal. Ian. Sirmij, AA. Coss. 193.

Licet seruus pupillo substitutus à gradu institutorū adeuntiū sit consecutus directā libertatem, tamen postea ex substitutione pupillari efficitur pupillo hęres necessarius. h. d. Alex. post Salic.

Imp. Iustinia. A. Iuliano PP.

LEX IIII.

C*Vm qdā suū pupillū* [k] hæredē instituit, & seruo directis verbis libertatem reliquit, & in secūdo gradu,

in quo pupillarē substitutio nē faciebat, ipsum seruū sine libertate [l] pupillo suo substituit: qrebat inter prudētes, si ex hmōi substitutione hæres necessari[us] pupillo existeret? Causa. n. altercationis ex vetere regula orta est, qua oib. placuerat, hūc seruū necessariū hēdē dño fieri, cui [2] † in eodē gradu, & hæreditas, & libertas relinquebat. In præsenti aūt nō in vnū tā libertas, q substitutio cōgregata ē, sed i aliū [m] & aliū gradū. ¶ Nobis itaq; eandem altercationē decidentibus, mirabile, visum est, si quis [3] † putet ex hmōi scrupulositate impediri testatoris volūtatem, [4] † maximè dñi, & existimet nō fieri seruū hēdē necessarium: sed ei licentiā præstet, & libertatem consequi, & hæreditatem respuere, & domini voluntati reclamare. Qui si hoc facere [5] † tentauerit, ēt puniendus est. Sit itaq; & viuo pupillo liber, quia testator hoc voluit: & mortuo pupillo necessarius hæres, qa & hoc [n] voluit testator. Dat. Calendis Decemb. Constantinop. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. 530.

Institutio facta de seruo proprio, tacitè eidē tribuit libertatē, sicut tacita tutoris factio de eo, nec reuocatur p simplex legatū de eo postea factū. h. d. Sal. vel sic: Tacita libertas, uel expressa, prævalet legato. h. d. secundū Iac. But. Vel sic: Si seruus fuerit hæres institutus in totū, uel in partem, vel tutor datus, erit hæres, ac tutor: & vtroq; casu erit liber: licet de libertate nulla fuerit facta mētio in testamēto: nec reuocatur libertas per simplex legatum de eo postea factum. h. d. prima pars vsq; ad §. sed cum veteres. Alexand.

Idem A. Ioanni PP.

LEX V.

Q*Vidam* [*] cum testamen-

hæreditas: huic autem ex testamento paterno vr relicta libertas, ex Pupillarē hæreditas? Dicit ergo Imperator, q viuo filio sit liber, qa hoc voluit testator: eo mortuo, fit ei hæres necessarius, quia hoc voluit testator.

k *Pupillum.*] qui & filius erat in potestate.

2 † Cum.

l *Sine libertate.*] id est non facta mentione libertatis.

m *Alium*] ex paterno enim testamento vr q sit consecutus libertatem: ex pupillari hæreditatem. Nam & in fideicommissaria hæreditatis restitutione video interesse, an ab eodem gradu relinquatur libertas, & fideicommissaria hēditas seruo: an à diuersis, vt ff. ad Trebell. l. si res. §. si seruus. & dicit ad l. istā. ff. de vulg. & pupill. substi. l. sed & si plures. §. quos.

3 † Et si gradem.

4 † &.

n *Quia & hoc.*] i. q esset necessarius hæres mortuo pupillo.

5 † Differenti.

Q*Vidam.*] CASVS. Si testm fecisti, & duos hæredes instituisti: vnum ex vna dimidia, scilicet liberum: seruum vero ex alia, nulla facta mentione libertatis: & cum postea Titio legasti, vel ante, & postea eum hæredem instituisti: an valeat institutio, vel legatum, & an isti Titio acquiratur? olim erat altercatio, cuius erat materia dubitationis, quod seruus erat sine libertate institutus ne autē dubitationi remaneat locus: dicit Imperator, quòd seruus hæres institutus, nulla facta mentione libertatis, præsumitur liber, cum ex ipsa datione tutelæ testator voluisse eum liberum esse, præsumatur. & hoc in prima. An autem si seruus in testamento fuerit pro parte, institutus, in codicillisque fuerit ei libertas relicta, valeat institutio, & fit liber, & hæres? Respon. q hæres est, & liber: ex quo enim hæres est institutus, nec

* Ex 51. decisionib.

nec in testamento, nec in codicillis est libertas relicta, præsumitur tamen liber, ergo, & hic. secus in legato sine libertate relicto seruo, non eo ipso quod tibi legatum relictum est, efficitur liber, cum hæredi nulla pateat facultas auferendi legatum, & hoc in secunda. Si autẽ seruũ legasti in priori testamento, & filium tuum impuberem instituisti, & ei seruũ sine libertate substituisti, quæritur an valeat substitutio, & per seruum hæreditas mortuo pupillo intra pubertatis tempora legatario quæratur, aut an serui persona valeat, vt sibi acquirat, an vero valeat quod sine libertate facta est? Respõ. quod legatum est in suspenso, quia si mortuus fuerit impubes, locum habet substitutio, & erit seruus liber & hæres, nec legatario acquirit, si impubes ad pubertatem peruenerit, euanescit substitutio, & transit seruus in dominium legatarij. si enim in suspenso esset libertas si facta fuisset substitutio cum libertate, ita & cum sine adiectione libertatis facta est, vt adueniente conditione sit hæres & liber, & seruus substitutus.

1† Al. reliquendum est nobis aũt al. relinquendũ esse nobis autem.

2† Et.

a *Duobus*. idest libero & seruo, vt subijcit.

b *Vnum*. scilicet liberum.

c *Instituit*. quasi dicat legauit eundem vel antequam instituerετur, uel post.

d *Libertate*. idest sine mentione facta libertatis. Nã si cum libertate instituisset, siue antequam legaret, non reuocaretur per legatum, siue postquam legauit, sicque re uocauit legatum, vt ff. de liber. & posthu. l. si ita regula: nec esset aliqua dubitatio.

e *Hæredis*. scilicet extranei.

f *Sine libertate*. dic vt supra.

g *Imposuisse*. no. ex ipsa datio tutelæ est

* Vt natura nihil frustra facit, ita homines sobrij & sani, qui naturã quasi ducẽ sequũtur, nihil vnquã frustra facere existimandi sunt. Gothof.

tum conderet, duobus [a] hæredibus scriptis, vnum [b] quidem ex parte instituit, [c] seruum aũt suum, cuius & nomen addidit, ex reliqua parte sine libertate [d] scripsit hæredem, & postea eundem seruum alij legauit, vel post institutionem hæredis [e] seruum per legatũ alij assignauit, & tunc hæredẽ eum sine libertate [f] instituit. Dubitabatur si huiusmodi legatum vel institutio aliquas vires posset habere, & cui acquirantur legatũ, vel institutio. Dubitationis aũt materia erat, quod adhuc seruum suum constitutum, hæredem sine libertate scripserat, & tãta inter veteres exorta est cõtentio, vt vix possibile sit videri eadem decidere. Sed antiquitatem quidẽ hæc altercantem relinquẽdo, [1] † nobis alius modus huius decisionis inuẽtus est, quia semper vestigia voluntatis sequimur testatorum.

¶ Cum igitur inuenimus nostro iure hoc esse inductum, vt si quis seruum suum tutorem filijs suis reliquerit sine libertate, ex ipsa tutelæ datione præsumatur etiam libertatem ei fauore pupillorũ imposuisse, [g] quare non hoc ẽt [2] † in hæreditate & humanius, & fauore libertatis inducimus, vt si quis seruum suum scripserit hęredem sine libertate, omnino ciuis Romanus efficiatur, quo inducto, [h] neque acquisitio, neque tam effusus veterũ, atque inextricabilis tractatus locum habeat? Neque n. ferendum est supponere [i] quosdam [k] esse ita supinos, [l] vt eundem seruũ & hæredẽ instituãt sine libertate, & iterum alij per legatũ eundẽ* seruũ assignẽt. [m]

Vtiliter datum, ex inutili confirmatione non vitiatur, hoc dicit Iaco. Butriga: secundum Bald. Vel sic: Simplex hęredis institutio facta de seruo in testamento, non vitiatur, licet postea libertas relinquatur in codicillis, in quibus dari non potest hęreditas, & hoc ideo, quia per simplicem institutionem factam in testamento, intelligitur relicta libertas, h. d. secunda pars vsq; ad §. illo Alex.

¶ Sed cum veteres & aliam proposuerunt ambiguitatem dicentes, si quis seruum suũ in testamento quidem hæredem ex parte sine libertate scripserit, in codicillis autem libertatem ei reliquerit: si possit institutio valere, & ille tam hæres, quam liber fieri, ne videatur per codicillos hæreditas confirmari, in quibus hæreditas dari [n] secundum veteres regulas non potest.

¶ Nos itaque [3] † in tali dispositione, licet in codicillis fuerit scripta, [o] & libertatem & hæreditatem simul seruis per nostram liberalitatem, & benignam interpretationem, indulgemus, vt gratulentur, cum non serui remaneant, sed & liberi & hęredes efficiantur, cum tanta [p] in eos nostri numinis beneuolentia effusa [q] est, vt & si libertas eis neque testamento, neque codicillis data sit, tamen hæreditate seruis relicta, [r] quasi iniunctam esse libertatem [s] videri possit. [4] †

Aliquid debetur ex vrbanitate, quod non debetur obligationis necessitate. h. d. Ba. Vel sic: Licet legatum factũ seruo proprio sine libertate non valeat de rigore iuris: nec vlla actio pro illo competat, impius tamen & ingratus est hæres, qui illud soluere negat h. d. vsq; ad §. quæ iuris. Ale.

¶ Illo videlicet obseruando vt si legatum vel fideicommissum eis sine libertate relinquatur, maneant [t] in seruitute, non tamen ita impij hęredes existant, vt liberalitatẽ testatoris, & seruiles labores debita remuneratione defraudare conentur, & [5] † non derelictum, licet adhuc

liber, ut hic, & infra de fideicom. libe. l. & non adscripta, & ff. de fideicomm. lib. l. generaliter, §. si quis tutorem, & insti. qui testa. da. tut. pos. in princ. Item non obst. huic l. Insti. de hære. instit. §. seruus autem a domino, quia ibi alienauit in uita, hic in morte instituit, & postea legauit Sed si primo instituit, & postea legauit, nonne uidebitur destitisse a prima volũtate, vt ff. de vulg. substitu. l. si quis cum quem? Respond non est ita, ut ff. de lib. posth. l. si ita. §. regula, & de lega. secũdo l. si idem nisi in casu, vt ff. de leg. prima leg. seruum, §. si idem.

Seruus ex datione tutelę liber fit.

h *Inducto*. i. ita tali quæstione expedita, scilicet quod debebat esse liber & hæres.

i *Supponere*. i. significare.

3† Al. deest.

k *Quosdam*. testantes.

l *Supinos*. certè imò is, de quo supra dictum est. ita fuit supinus, sed dicit hic sine libertate, idest vt nolit eum consequi libertatem, & vt non præsumatur ei dedisse libertatem.

m *Assignent*. testantes.

n *Dari*. directè, sed per obliquum potest vt infra de codicil. leg. hæreditatem. & ff. ad Treb. l. Scæuola.

4† Al. deest.

o *Scripta*. scilicet libertas.

p *Cum tanta*. argu. a maiori q. d. cum instituit eum hæredem, & nihil dixit de liberta, erit hæres & liber, multo magis quando dixit cum libertate, quamuis non in testamento, sed in codicillis.

Argumentum a maiori est ualidum.

q *Effusa est*. vt sit pra eod. in prima parte legis.

r *Relicta*. vt nihil libertate, sit dictum.

s *Libertatem*. i. nulla mentione de libertate facta.

t *Maneant*. vt ff. de adimen. lega. l. & si transferam. & infra de fideicom. l. ex fidei-

5† Vt.

seruis constitutis, donent.[a]

Secundus gradus inducit suspensionem in primo, & videtur ordo conuersus, sed nō est propter libertatem. h.d. Bal. Vel sic; hæc est vltima pars, quæ hoc intendit; Si seruus à primo gradu legatus, est, & postea pupillariter substituatur, pendet legatum ex euentu pupillaris conditionis, quia si conditio eueniat, erit liber & legatum deficiet, aliàs autem valebit legatum. h.d. vsque ad fin. Alex.

¶ Quæ iuris nostri definitio [b] etiam ad aliam speciem dubitatam benignè extendatur. Si quis enim testamento [1] † principali seruum suum cuidam legauerit, [c] in pupillari autem substitutione eundem seruum filio suo sine libertate substituerit, quærebatur, siue vtilis esset talis substitutio, & per seruum legatum substitutio post mortem pupilli legatario acquiratur, siue inutilis esset huiusmodi substitutio, quia sine libertate in seruum proprium [2] † facta est. Melius itaque nobis vr, legatario eū[d] non statim acquiri sancire, sed expectandum esse substōnis euentum.[e] & si quidem pupillo mortuo, locus fuerit substitutioni, & liber & hæres efficiatur. sin autem substō minimè locum habuerit, forsitan pupillo iam pubertatem perueniente, tunc ad legatarij [3] † dominiū transeat. Quemadmodum enim veteres, si cum libertate substitutio fuisset, hoc inducebant,[f] quatenus [g] in suspenso fiat libertas, & statu liber [4] † intelligatur: ita & ex nostra interpretatione, & sine adiectione libertatis in substitutione, & liber, & hæres pupillo existat. Dat. 2. Calend. Maij. Cōstāt. post Cōsulatū Lāp. & Orestis VV.CC. 531.

Si seruo purè instituto à domino relinquatur libertas sub conditione, quæ non existat, si quidem erit potestatiua, non erit hæres, nec liber. Si autem casualis vel mixta & per eum non stat quominus existat, erit liber, & non hæres, si hæreditas est soluendo, sed si non est soluendo, erit hæres, & liber, hoc dicit, ista lex singularis, Ale.

Idem A. Ioanni PP.

LEX VI.

Decisione[h] * nostra, quā fecimus, sancientes eū, à domino suo sine libertate hæres instituitur, videri libertatem accepisse, in propria firmitate durante, si quis seruū suum purè quidem hæredem instituerit, libertatem autem sub conditione ei donauerit, si quidem conditio talis sit, quæ in potestate serui posita est, ille autem eam neglexit, minimeque compleuerit, & libertate eum & hæreditate sua culpa [i] defraudari. Sin autem casualis conditio est, & ex fortunæ insidijs defecerit: tunc humanitatis intuitu libertatem quidem ei omnimodo competere: [k] hæreditatem aūt (si quidem soluendo sit) ad alios venire, quos leges vocant, [5] † si non aliquis [6] † fuisset substitutus.[7] † Sin aūt soluendo non sit, [l] vt necessarius hæres institutus simul & libertatem, & hæreditatē obtineat. Tunc. n. secundum definitionem tam veteris, quam nostræ decisionis, & liber & hæres necessarius existat.* D. 2. Cal. Augusti, Cōstant. post Consulat. Lampadij & Orestis VV.CC. 531.

TITVLVS XXVIII.

De liberis præteritis, vel exhæredatis.

Exhæredatio ab omnibus gradibus facta expresse vel tacitè, facit valere gradus, qui alias ratione præteritionis vitiarentur, & in dubio intelligitur facta ex omnibus gradibus, si est facta post omnes gradus, nisi de contraria ratione appareat. hoc dicit Alex. post Bal. & Sal.

---

de commisso, & ff. fa. ercisc. l. ex parte, §. seruo, & de mand. test. l. qui poterunt. & ff. de leg. 3. l. si legatarius, §. 1. & insti. de l. §. an seruo.

a *Donent.* quod certè si fecerint, idest non dederint legatum à testatore. opinionem suam aggrauant: huius tamen relicti nulla petitio est sic supra de relig. l. milis, & sic non est contra infra de leg. seruis. Alij dicunt, quod non valet legatum, vt ibi nisi sit modicum, ut hic. Alij dicunt, quod nullum valet nisi ad alimenta relictum, vt ff. de ali. lega. l. seruos, & tunc officio iudicis petitur, sed certe ibi alieni, non hæredis serui erant, vt ff. de libe. cau. l. seruus In nostro ergo casu nec in alimenta valebit. & quod hic dicit, ad exhortationem, non coactionem dicit, vt primo dixit. Quid ergo si seruum sub cōditione liberum esse iussit, & ei legatum dedit? Si quidem conditionē exituram certum est, tenet legatum, si vero incertum est, legatum est in suspenso. si vero libertas ꝓpter conditionē est inutiliter data, nec tenet legatum, ut ff. de man. test. l. si quis ita sit legatus, & leg. Stichus. Item cōtra. ff. de man. testa. l. diuus Pius. in eo quod hic remanet seruus, tamen habet præcisè legatum. sed ibi videtur repetita conditio libertatis sic ff. de condit. institut. l. cum seruus.

b *Definitio.* ut intelligatur liber ex substitutione, licet aliquid non sit dictum de libertate.

c *Legauerit.* & filium suum pupillum hæredem instituerit.

d *Eum.* scilicet seruum.

e *Euentum.* hoc ideo, quia incertum est, an cōditio libertati apposita existat alioquin si certum esset eam exituram, ab initio inutile esset legatum serui, ut ff. de legat. 1. l. post mortem, §. fin. & de ma. test. l. si peculium prælegatum, §. si seruus, in legato tū relicto ab extraneo ipsi seruo, cui à dño relicta est libertas, nulla fit suspēsio, vt ff. de le. 1. l. si post mortem. 1. resp. Azo. & facit ff. de fideicom. lib. l. si seruus, & ff. de vulg. substitu. l. si quis in prin. & de le. 2. ff. si fundum, 1. §. cum statu.

f *Inducebant.* & non aliter, nec obst. ff. de ma. test. l. diuus Pius quia ibi per priuilegium fuit indultū. Vel ut ius, alius est ibi casus.

g *Quatenus.* prout.

Decisione. CASVS. Si seruū tuum pure instituisti, & sub conditione ei libertatem reliquisti, quam implere potuit & noluit, puta si daret 5. an fiat hæres, & liber, quæritur? Respon. quod non. si autem conditio fuerit casualis puta si nauis venerit ex Asia, sub qua fuit libertas sibi relicta, hoc retento, quod fuerit hæres institutus, aut hæreditas est soluendo, aut non. Primo casu erit liber, & veniet hæreditas ad proximum defuncti, nisi facta fuit substitutio, quo casu erit liber seruus, & hæres necessarius.

h *Decisione.* ut supra, l. proxi. §. cum igitur.

i *Culpa.* vt & alias. inf. de ma. test. l. fin. §. si vero quidem.

k *Competere.* sed qua voluntate? dic ex institutione.

l *Soluendo Non sit:* sic ff. de mino. & si fine. §. sed quod Papinianus.

Legatum seruo proprio factū sine libertate, an valeat.

1† Im.

2† Propria

3† Al. legatarium

4† Al. Nec statim liber.

* Ex decisionibus.

5† Vocabant.

6† Al. qs.

7† Institutus.

* Vi. Cuiac. 17. obs. vlt.

DE LIBERIS Præteritis, &c.

Quia in testamentis exhæredantur & prætereuntur liberi, ideo dicit de hoc.

Cum

Cum post.] CASVS. Si testamentum fecisti, & hæredes instituisti, & eis inuicem substituisti, filium exhæredasti & adiecisti, ab omnibus gradibus institutionis siue substitutionis filium meum exhæredo: an valeat testamentum, quæritur? Respond. quod sic. Sin autem hoc expressisti, alio autem modo, quod semper præsumitur: hoc admittitur probatio in consequentia, si taceat, vt ff. eo. l. 3. in §. appareat autem te hoc voluisse, valebit testamentũ. vnde si tu omnes instituisti, & eos ad inuicem substituisti, & filium exhæredasti, ab vtroque gradu iudicabitur exhæredatus, quia idem sunt institutio & substitutio; & est ratio, qa magis exhæredatur à gradu institutionis: ergo ab vtroque.

Imp. Antoninus A. Fauiano, al. Fauio.

LEX PRIMA.

Cum post omnes hæredum gradus [a] exhæredatio scribitur, si adijciat testator, ab omnibus se gradibus exhæredare: nõ dubitatur iuri satisfactum esse. Et ideo etiam si id [b] non adijciatur, apparaet tñ eum id [1] † eo consilio [c] scripsisse, * vt ab oĩbus exhæredaret: rectè factum testamentum videtur. ¶ Proinde [d] cum paterfamilias filijs institutis [e] & inuicem substitutis, [f] filium exhæredauerit, [g] intelligendus est exhæredationẽ ab vtroque [h] gradu fecisse, Nam cum ijdẽ hæredes instituti [i] sunt, nulla [k] ratio reddi potest, quare videatur in posteriore tantũ casu exhæredare voluisse. PP. 6. Calen. Iul. Chilone & Libone Coss. 205.

Nepos, qui post mortẽ patris incipit tenere primum locum in suitate, si reperitur præteritus, testamentũ rumpit. Alexand.

Imp. Alex. A. Hæraclidæ.

a *Gradus.*] primus grad[9] dicitur institutorum, secũdus, substitutorum, & sic de singulis, vt instit. de vulg. substit. in principio.

b *Sed.*] idest si non expressit testator velle ab omnibus gradibus exhæredare.

c *Consilio.*] idest animo, quod præsumitur, nisi dicat se ab vno exhæredare, vt ff. eo. tit. l. 3. §. fi. & l. subijcies statim.

d *Proinde.*] quod dixit in genere, dicit in specie.

e *Institutis.*] hic est primus gradus.

f *Substitutis.*] hic est secundus.

g *Exhæredauerit.*] & sic post omnes gradus.

h *Ab vtroque.*] scilicet institutionis & substitutionis.

i *Instituti.*] sunt scilicet, & qui substituti.

k *Nulla.*] videtur ergo ab omnibus exhæredasse, nec probatio in contrarium admittitur, vt ff. de verborum oblig. l. a Titio. in fine. 1 Et nota quod exhæredatio quandoque fit ante omnes gradus, & tunc ab omnibus videtur exhæredasse, vt ff. eodem, l. 3. §. ante hæredis quandoque post, & tunc idem vt hic. quandoque inter gradus, vt inter institutum & substitutum, & tunc idem, vt ff. eodem, l. 3. §. sed etiam inter. Sed ibi subaudiunt quidam, nisi testator dicat, quod vel a primo tantum gradu exhæredet, vel à secundo, quia tunc ille gradus a quo exhæredat, valeat, alius non, à quo non exhæredat: & sic intelligunt ff. eodem. l. tertia, §. finali. & de iniust. testa. l. tertia, §. fina. Sed nos dicimus secundum Azo. & B. quod sic dicere non potest: quia sic à persona certa exhæredasset, scilicet instituti vel substituti, quod non valet, vt ff. eodem, l. 3. §. nisi forte. Sed tu dic à persona non potest, à gradu vno toto potest, vt no. ff. eod. l. 3. §. filius. quandoque fit inter gradum, vt inter vnum institutum & alium: vel inter vnum substitutum & alium, & tunc ab eo gradu toto valet, vt ff. eodem, l. tertia, §. filius. in alio non valet. Et sic euenit mirabile, quod incipit valere testamentum quandoque ab institutione, quandoque à substitutione, vt ff. de iniust. testam. l. pen. & sic intelligo. ff. eodem, l. 3. §. fina. de institutio. testan en. l. tertia, §. fina. A re autem certa non valet exhæredatio, licet valeat institutio, vt ff. eodem, leg. cum quidam. & supra de hæred. instituend. leg. quoties.

† Cum. * No. in testamentis oĩno sequẽdam volũtatem testatoris.

1 Tu dicas sm cõiter Doct. hic, q imò admittit probatio in contrarium, vt argu. l. 1. de test. mili. in testamento. 1.

Si auus.] CASVS. Si auus tuus patrem tuum & nouercam ex æquis portionibus hæredes instituit, nec te nominatim exhæredauit, sed inter cæteros, dicendo: cæteros liberos meos, exhæredo. an patre tuo mortuo, auo tuo viuo, beneficio legis Velleianæ, in locum patris tui succedens, rumpere possis testamentum, quæritur? Respon. quod sic, & tota eius hæreditas ad te pertinebit, sed non beneficio legis Velleiæ, sed huius cõstitutionis, vt instit. de exhære. lib. §. j. & §. posthumorum. in fi. vel sic. ponens eũ nec inter cæteros exhæredatum, sed præteritum. tunc forte beneficio legis Velleię tibi succurretur. & hoc videtur hæc lex innuere.

LEX II.

Si auus tuus, qui patrem tuum, & nouercam [l] æquis portionibus [m] hæredes instituit, cum te [n] quoque haberet in potestate, testamento nominatim non exhæredauit: mortuo patre tuo, viuo [o] auo, sine [p] impedimento legis Velleiæ succedendo in patris tui locum, rupisti aui testamentum, & ad te hæreditas eius tota pertinuit. PP. 6. Idib. Apri. Fusco 2. & Dextero Coss. 226.

Interpretatio nõ dẽt fieri ad literã, sed ad sensum: quia sensus verbis prævalet. Bald. Vel sic: Qui alienus à substãtia testatoris esse præcipitur, exhęredari dicitur. h. d. Vel sic. Vbi mens est certa, non curatur interpretatio à mente aliena: h. d. Salic. Vel sic: Ad exhæredationẽ inducendam, sufficiũt quæcumque verba, ꝑ quę cõstat, ꝙ testator voluit filiũ à sua hęreditate esse alienum. h. d. Alex.

Imp. Iustinianus A. Ioanni [2] † PP.

LEX III.

Si quis filium [q] proprium

l *Nouercam.*] scilicet patris tui vxorem.

m *Portionibus.*] idest quemlibet in dimidiam.

n *Cum te.*] nepotem.

o *Viuo auo.*] quid autem, si post mortem aui decessit pater? Respon. [3] non rumpitur testamentum, vt ff. de liber. & posthu. l. si quis posthumus. §. j. & supra de inoff. testam. l. si quis filium.

p *Sine impedimento.*] idest lege Velleia cõcedente secundum quosdam. Melius [3] ergo dixisset cum auxilio legis Velleiæ. Nam non tantum non impedit, sed etiam suas vites sibi ex toto porrigit, vt sui patris locum obtineat, & aui testamentum expugnet, vt ff. de iniust. test. l. posthumorum & instit. de exhær. lib. §. posthumorum. Sed illud forte ideo dixit, quia certus modus instituendi, vel exhæredandi, per legem Velleiam est introductus. Vnde non videbatur debere habere beneficium legis Velleiæ: cum ita non esset institutus, vt ff. de liber & posthum. l. Gallus. in princip. vel aliter beneficium legis Velleiæ in his locum habet ex verbis legis Velleiæ, qui nascuntur mortuo patre, & viuo auo, sed ex interpretatione legis Velleiæ habet [4] & ille, qui natus est viuo patre & auo, vt d. l. Gallus. §. nunc de lege. Tu dic verius, ideo nepotem istum videri repellendum per legem Velleiam, quia exhæredatus erat inter cæteros, [5] vt innuit hæc litera. quod sufficiebat per antiqua iura, & per legem Velleiam. & sic per eam valet exhæredatio, & impeditur. Sed hodie exhæredandi sunt nominatim omnes, vt hic, & instit. de exhæred. liber. §. posthumorum. in fi. §. ibi. ne ergo &c. inf. eod. l. fina. in princip. ibi & inter nepotes &c. & §. sancimus. & sic hic habetur mentio noui iuris.

Si quis.] CASVS. Si pater in testamento dixerit, filium meum volo esse alienum a substantia mea, an exhæredatus intelligatur, an præteritus verbis his? Respõ. quod exhæredatus cum enim sensus testantis appareat, verborum interpretatio requirenda non est.

q *Filium.*] alio instituto hærede.

1 Idẽ B. B. P. & Ang.

2 † al. Iuliano.

3 Istam sequũtur B. & B. oẽs vltramontani: licet oẽs sint in se vere. Ba. reprobat tñ per Pet. & Ias. hic, quia tex. debet Aprie intelligi. nã lex Velleia prouidet, ne testamenta rumpant. in l. Gallus §. ille casus. ver. posteriore ff. cod.

4 Imò ex verbis secundi capitis legis Velleię, vt per Ias. in præludijs. §. nunc de lege. hic alleg.

5 Istam sequũt Ang. hic. & qñ dicat fieri inter liberos. vide gl. in §. 1. institu. de exhær. li.

a *Exhæredauit.*] & alium filium, vel extraneum hæredem instituit.

b *Intelligitur.*] nam præterire, id est nullam de eo facere mentionem, vt institu. de hære. quæ ab inte. §. ead. sed his verbis &c. vt ff. de hær. insti. l. his verbis. Accursius.

ponas hæredem institutum legatis pluribus oneratum, maxime cum hodie per constitutionem Iustiniani aucta quarta sit: quandoque in trientem, quandoque in semissem. Videns igitur Iustinianus quod introducentes huiusmodi differentias, potius naturam accusarent, quam iura

1 Ista gl. reprobat, quia dicitur præteritus: nisi instituatur vel exhæredetur. Bar. Ang. & Ias.

2 Ponit rationē dubitādi. Alex.

3 Et canō Marciō. 1. quæstio. 1.

c *Sensus.*] i. mens.

d *Interpretatio.*] id est verus sensus, a qua non præteritionem, sed exheredationem designat.

e *Sensu.*] vt ff. de adim. leg. l. 3. §. conditio. & 38. distinc. c. sedulo. 3 Sed argumen. contra ff. de vsufruc. leg. l. si alij. in fi. & de re iud. in summa, in princip.

M*Aximum*] CASVS. In hac l. sex vitia recitātur, quæ ex ipsa recipiunt emendationem: quæ secundū antiqua iura circa successionē, exhæredationem, & præteritionem liberorum fieri consueuerūt. Primum, cum filij tam masculi quam fœminæ sine delectu ab intestato succederent circa dispositionem testamentariam inæqualia iura receperunt, sed quæ vel qualia, nec hæc lex, nec alia recitat expresse. Secundum, quod filij nominatim exhæredabātur, & filiæ inter cæteros. Tertium, quod circa exhæredationē nepotum ex filijs iura prætoria, & ciuilia varie statuerunt. Quartum, si filius in potestate constitutus foret præteritus, ipso iure de iure ciuili paternū euertebat testamentum, vel de iure prætorio per bonorum poss. & filia vero præterita, per ius accrescendi non insolidum, sed pro dimidia illud [illegible] suppositamen legatis præstandis ab instituto hærede [illegible], vsque ad dodrantem sui semissis, admittebat autem tamen [illegible] lidum de iure prætorio ad patris successionem per bono. poss. hoc tamen beneficio per constitutionem diui Antonini [illegible] iterum redacto. & ex hoc emergebat quin [illegible] filia præterita, [illegible] paternam non [illegible] indignationem, magis [illegible] quam exhæredata: quod fuit consecutum ex culpa, [illegible]

ita exhæredauerit[a] (ille filius meus alienus meæ substantiæ fiat) talis filius ex huiusmodi verborum cōceptione non præteritus, sed exhæredatus intelligitur.[b] Cūm enim manifestissimus est sensus[c] testatoris, verborū interpretatio[d] nusquam tantū valeat, vt melior sensu[e] existat. D. 10. Cal. Mar. Cōstātinop. post Consulatū Lāpadij, & Orestis VV. CC. 531.

Hæc lex est obscura, & hoc intendit: Sublatis aliquibus vitiis antiquis, hodie idē statuitur in filiis maribus quod in fœminis: & contra tam in successionibus ex testamento quam ab intestato, & in iure dicendi nullū, vel contra tabulandi, ac ēt in modo exhæredandi: quod obtinet ēt in nepotib. & in iā natis vel nascituris. Sal. Vel sic: Fœminæ exequantur masculis, & nepotes filiis, & posthumi iā natis: vt eodem modo sint instituēdi oēs: & codē modo debeāt exhæredari: & si præterantur, eadem habent remedia [illegible] licet de media iuris prudentia, masculi essēt melioris cōditionis quā fœminæ in pluribus. Primo quia licet ab intestato essent pares, si tamē fiebat testamētū, plus erat relinquendū masculo quā fœminæ pro sua legitima, et si exhæredabātur, debebāt masculi exhæredari nominatim: fœminæ aūt poterant exhæredari inter cæteros. Si verò præteribantur, instituto extraneo, poterat masculus totum testamentū impugnare, & tā de iure ciuili quam per bonorum possessionem de iure prætorio, et tota hæreditatem consequi: [illegible] vero non impugnabat testamentum, nisi pro dimidia per ius accrescendi, & de illa dimidia cogi poterat ēt ad solutionem legatorum, vsque ad dodrantem illius dimidiæ: & sic remanebat sibi tantum vncia cum dimidia totius hæreditatis, quæ dicitur sescunx: & erat deterioris cōditionis, quam si fuisset exhæredata: quo casu habuisset querelam in toto, nisi ei fuisset relicta quarta pars totius. & similiter nascituri erant alterius conditionis, quam iam nati, in modo exhæredationis, sed hodie idem ius seruatur in omnibus, & dēnt exhæredari nominatim nepotes, et posthumi, sicut filii iam nati. h. d. Ale.

Idem A. Ioanni PP.

LEX IIII.

MAximum vitiū antiquæ subtilitatis præsenti lege corrigimus, quæ putauit alia esse iura obseruanda in successione parentum, si ex testamento veniant, in masculis, &[f] † alia in fœminis.[f] cum ab intestato[g] simile ius vtrique sexui seruauerint. Et alijs[h] verbis exhæredari filium debere sanxerunt, alijs filiam: & inter nepotes[i] exhæredandos alia[k] iura ciuilia, alia prætoria introduxerunt. & si præteritus fuerat filius, vel ipso iure testamentū euertebat, vel contra tabulas bonorum possessionem in totum accipiebat. Filia autē præterita[l] ius accrescēdi[m] ex iure vetere accipiebat,[n] vt eodem momento, & testamentū patris quodammodo ex parte iure accrescendi[o] euerteret, & ipsa[p] quasi scripta legatis[q] supponeretur: ex prætore[r]

statuerent, sanciuit tam ex testamento, quàm ab intestato, filium & filiam pariter debere vocari. & hoc ad primum. & similib. verbis pariter exhæredari. & hoc ad secundum. & hoc in vtroque casu, tam ad nepotes quam ad nepotes ex filijs extenditur. & hoc ad tertium. Itē filiæ præteritæ vt filij cōtra tabulas habeant bonorum possessionem, si ipsæ fuerint emancipatæ, vel in sacris positæ ipso iure vt sui euertant testamētum, & hoc ad quartum & ad quintum. In vltima parte dicit, quod tam circa exhæredationem posthumarum filiarum & amitarū differentia fuit, puta quod si posthuma exhæredaretur, aliquid ei relinquebat, quod in iam nata nō fuit necesse. & hoc totum tenditur ad statum masculorum liberum hæredum.

f *In fœminis.*] primum vitium.

g *Ab intestato.*] ratio quare sit vitium.

h *Et alijs.*] Secundum vitium: quia filij nominatim, filiæ inter cæteros.

i *Nepotes.*] tertium vitium.

k *Alia.*] idest alia. Vide [illegible]

l *Præterita.*] quartum vitium. Vel dic quod exemplificat primum.

m *Accrescendi.*] i. accrescebat sine dubitatione [illegible] quod ab intestato erat habitura, & vsque ad dodrantem eius semissis poterat grauari legatis, vt [illegible] ibi, cum erint &c.

n *Accipiebat.*] non autem poterat dicere nullum, vt insti. de exhæred. libe. in princ.

o *Accrescendi.*] accrescebat [illegible] accedebat ei, & decrescebat [illegible]

p *Et ipsa.*] s. filia præterita.

q *Legatis.*] ab intestato relictis, ad instar filij qui petit contra tabulas.

r *Ex prætore.*] idest ex iure prætorio.

† Al. deest.

Hæc

a *Habebat*. ſcilicet filia.
b *Coarctabat*. ſ. in bonorum poſſeſſione petenda, inquantum iure ciuili prius petebat. ſcilicet ſemiſſem petat per bonorum poſſeſſionem, & præſtet legata vſque ad dodrantem eius ſemiſſis, vt erat de iure primo ciuili, quam conſtitutionem Antonini non habemus.

r *Accommodare.* Prius ergo æs soluit alienum quam legata, vt hic. & ff. de re. iu. l. non dẽt actom. § in re obscu. & ff. de coll. bon. l. cũ emancipati. §. 1. & de sep. l. quotiẽs, & de inof. test. l. Papin. § 4. & inf. de bo. auth. iudi. pos. l. 1. & ff. q i fran. cre. l. q aũt, §. penul. sed ar. 5, ff. de trãsa. l. cum hi, §. plane, de alim. vbi plus fauetur alimẽtis in testõ constitutis, quã inter viuos, sed ibi plus fauetur 5 quo ad transigendum, hic quo ad excipiendũ. Itẽ 5 5. de hęr. act. l. fina. vbi dr hæredes conueniri à creditoribus non legatarios, sed ibi 6 qñ soluendo est hæreditas, hic non. Item hic alia actione qñ non faciunt inuentarium, tenentur legatarij, qua defunctus tenebatur, illa enim soli hæredes conueniuntur, ut ibi.
s *Sin vero hæredes.* qualiter creditores aduersus legatarios ueniant, dixit, nunc qualiter primi creditores veniant aduersus posteriores & ad hoc ff. de cond. inde. tutores.
t *Hypothecariã.* qñ res datæ sunt in solutum.
u *Per conditionem.* qñ vẽditæ sũt, & æstimatio data. Et intellige qñ apud emptorẽ esse desierunt, alias, cũ posset agi hypothecaria 5 emptorẽ nõ daret 5dictio ex lege 5 creditorem ad id, quod est solutũ, fm. Ir. vbar. ff. de 5dĩ. ex lege, l. 1. Sed hic uñ uelle, et si extẽt, non teneri 7 emptorẽ & ẽ ad hoc 5. de quadr. psc. l. bñ a Zenone. Itẽ est arg. 5, ff. q in frau. cred. l. pupillus, in 1. Sol. 8 hic pro rebus obligatis agit prior, vel ibi 9 non extorsit, hic 1 c.
x *Dictum est.* sup. proxi §. & ad idẽ ff. de relig. l. at si quis, §. 1.
y *Emptores.* apud quos desierunt esse.
z *Prouisum est.* supra prox. §. & hic dicit, ad idem infra qua po. in pig. ha. l. 1.

1 Placet B. B. P. Alex. & Ias.
2 Idem B. & Pau.
3 Præter illud de signo crucis quod si omittatur non viciat inuẽtarium, B. Ale. & Ias. licet 5 Sal.
4 & istud beneficiũ iã erat de iure ãtiquo scdm Ale. & Ias.
Legata soluuntur post solutionẽ æris alieni.
* Iste text. est sing. & non reperitur alibi scdm Franci de Are. in l. 2. in princ. ff. si cer. pet.
5 Ibi in trãsigẽdo, hic in exigendo, in quo magis fauetur creditoribus B. P. & Ale.
6 Placet B. P. & Ale.
1 † in solidũ.
2 † al. decẽ
7 Et bñ B. P. Al. & Ias. & sic cer 5 rõ Arnetii secundum eosdem.
8 Placet B. P. & Alex.
9 Et est vera in se secundum scrib.

Insti-

est, vel ad posteriores creditores, vel ad legatarios peruenientibus, & suũ ius persequentibus.

Expensa funeris, testamenti & inuentarii, & aliarum causarum necessarium facta per hæredem, qui facit inuentariũ ante oĩa deducatur de hæreditate, & quod heredi debetur à defuncto, consequi pōt hæres: concurrendo cum aliis creditoribus. h. d. vsque §. licentia. Alexan.

¶ In cōputatione [1] † autem patrimonij damus ei licentiam excipere [2] † & retinere quicquid in funus [a] expendit, vel in testamenti insinuationẽ, [b] vel inuentarij confectionem, vel in alias necessarias causas hereditatis approbauerit [c] sese persoluisse.

¶ Si verò & ipse aliquas cōtra defunctũ habebat actiones, non eæ confundantur, [d] sed similem [3] † cum alijs creditorib. per oĩa habeat fortunam: tēporũ tñ prærogatiua inter creditores seruanda. [e]

Creditores et legatarii probare possunt maiorẽ esse substantiam quã in inuentario sit descripta: ad quod etiã de domo hæredis probatio sumi pōt: & si heredes dolum fecerint: in duplũ refundent. h. d. vsque ad §. donec. Alex.

¶ Licentia danda creditoribus, (seu legatarijs, vel fideicōmissarijs (si maiorem putauerint esse substantiam à defuncto [4] † derelictam, quam hæres in inuentario scripsit) qb. voluerint legitimis modis, quod superfluum est approbare: vel per tormenta* forsitan [f] seruorum hæreditariorum secundũ anteriorẽ nostram legẽ, [g] quæ de questione seruorũ loquitur, vel per sacramentum illius, [h] si alię ꝓbationes defecerint, vt vndiq; veritate exquisita, neque lucrum, neq; damnum aliqđ hæres ex hmôi sentiat hæreditate: illo, videlicet, obseruando, vt si ex hæreditate aliquid hæredes surripuerint, [i] vel celauerint, vel amouendum [k] curauerint, postquam fuerint conuicti, in duplum hoc restituere, vel hæreditatis quãtitati cōputare compellantur. [l]

Intra tempus datũ ad confectionem inuentarii, nō pōt hæres à creditorib. vel legatariis conueniri, & ideo interim tempus agendi creditoribus, non currit. h. d. vsque ad §. sin vero postquam. Alex.

¶ Donec tamen inuẽtarium cōscribitur, vel si res præsto sint, intra tres menses, vel si absfuerint, intra annale spatium secundum anteriorẽ [m] distinctionem, nulla erit licentia neque creditoribus, neque legatarijs, vel fideicommissarijs eos vel inquietare, vel ad iudicium uocare, vel res hæreditarias quasi ex hypothecarum auctoritate vindicare: sed sit hoc spatium ipso iure pro deliberatione hęredibus

a *In funus.*] quæ expensa omne æs alienum excedit, vt infra de relig. l. penult. & ad legem Falcidiam l. 1. §. penult. & Instit. ad legem Falcid. §. j.

b *Insinuationem.*] in qua expenditur coram magistro census, vt sup. de test. l. consulta.

c *Approbauerit*] testibus, vel suo forsitan sacramento, 1 vt ff. de re mil. l. non oĩs. §. à barbaris. & de legi tut. legitimos. 2 & arg. sup. de fin. instru. l. finali.

d *Confundantur.*] q̃tum ad effectum, 3 nisi sint tales, quæ & morte pereant, quia non erant transiturę ad hæredes, vt ff. de hære. ven. l. 2. in fi. & ad hoc ĩ. ad l. Falci. l. in imponenda. Sed quid si defunctus Titio tenebatur de euictione in duplum, & hunc Titium re euicta fecit hæredem, nunquid ç creditores hæres computabit duplum? 4 Argu. ꝙ non, vt ad legem Falc. l. cum emptor. Sed forte ibi non fecerat inuẽtarium, vnde hic totum duplũ reputabitur, vt hic dicit. Itẽ quid si defunctus vẽdidit fundum filij sui? Puto filium facientem inuẽtarium catenus tñ pati exceptionem, quatenus hẽt ex hæreditate vltra debitũ bonorum subsidiũ, 5 vt ff. de fun. do. l. dotale. l. j. §. si hærede vxore. & ff. de leg. 2. l. Imperator. §. fin. & sup. de rei ven. l. cum à matre, & hic subijcit in fi. §. proxi. vbi dicit, nullum damnum, &c. Sed si habet debitum bonorũ subsidium, tñ in nullo patitur exceptionem, cum sine vllo grauamine illud habere debeat, vt ĩ. de inoffi. testa. l. qm in prioribus. Item quid si est extraneus hæres? Rñ. secus, vt dicas eũ pati pro quarta parte exceptionẽ, quia licet tunc habeat quartã iure institutionis tñ, tñ patitur exceptionem pro ea quarta. Quarta .n. debita iure institutionis, bene vr posse dari cum onere, vt ff. ad Trebel. l. Lucius. §. maritus. & ad leg. Falc. l. si debitor. Sed arg. ç ff. de leg. 2. l. cum pater, §. Titio. Sed si vltra quartam quid habeat pro toto eo, quod quasi hæres habeat, patitur exceptionem 6 vbi vero nunc fecit inuentarium, idem dico. s. vt insolidum repellatur, ēt si solam quartam habet. Sed si vltra, patitur in re vendita exceptionem, pro ea parte pro qua hæres est, vt puta est hæres pro dimidia parte hæreditatis, ēt si illa dimidia non valeat, nisi vnum denarium, tñ in dimidia patitur exceptionem. Et hæc omnia, quæ dicta sunt in filio, hñt locum vbi est soluendo hæreditas, tunc enim sine onere dẽt quartam iure naturæ habere, si vero non est soluendo hæreditas, non est locus debito bonorum subsidio, vt ff. de inoffic. testam. l. Papinianus. §. quarta, & ff. de collat. bon. cum l. emancipati. §. illud. Sed arg. ç ff. de ioff. test. l. Papin. §. si qs impubes, ergo in eo casu si fecit inuentarium, demum totum vendicat, si non fecit, nihil petet, vt in auth. de hær. & Falc. §. si vero non fecit. collat. 1. Sed quid si statutum erat in ciuitate, vt nemo veniret ç instrũm à se factum, vel hæres eius, & testator obligauit fundum eius, quem postea fecit hæredẽ, qui adiens fecit inuentarium, nunquid poterit à creditore vendicare? Videtur, quod sic, vt hic dr. & inf. eod. l. proxi.

e *Seruanda.*] quo ad hypothecariã, vt ĩ. qui po. in pig. hab. l. si fundũ, sed agentes personali, nō sortiũtur prærogatiuã ex tpe. vt ff. d priuileg. creditor. l. priuileg. & de re in. l. iudicat. nisi in casib. vt ff. de re iud. inter eos. & ff. quod cum eo qui in alie. po. l. 2.

f *Forsitan.*] facti notat varietatem.

g *Legem.*] quæ est de aura. cal. l. 1. Vel dic, vt ĩ. de q̃stione l. de tormentis. & l. fi. Ac.

h *Illius.*] s. hæredis, de sua ergo conscientia satisfacere tenetur, quod est notandum, vt infr. de bon. auth. iud. possi l. fin. in fi. & de iu. do. impe. l. fin. in fi. & ff. de eden. l. prætor. §. sed si inscio. & infra de pœna iud. qui male iud. auth. nouo iure. & sup. de si instrum. l. fin. & de ijs, qui ad eccl. confu. l. fi. §. sic vbi. Itẽ ad hoc sup. de reb. cre. & iureiu. in bonæ fidei. & ff. de leg. 1. l. ab omnibus. Accursius.

i *Surripuerint.*] vel celauerint.

K *Amouendum.*] ad quod facit ff. de acquir. hæred. l. si seruum. §. amouisse. vsque ad §. hæc verba. & §. prætor. & ff. hæred. vsque in finem legis. Accur.

l *Compellantur.*] Sed nunquid erit inuentarium in quo apparet omnes res hæreditarias esse non scriptas? Item pone, qđ idem hæres quasdam res quas credebat hæreditarias scribi fecit in inuentario, nũc comperto errorem vellet eas abstrahere, vel nollet teneri amplius propter istas res, quasi non videatur locupletior.

m *Anteriorem.*] quam hæres, supra eadem, l. §. sin autem dubius, & §. sequenti.

1 Ista glo. est singularis, & nō reperitur alibi sm Raph. Fulgos ad hoc, qđ hęres p suũ solũ iuram probet expensas necessariar, licet Cyn. ç. qđ procedit in expensis paruis. S. Ale. & Ias.

3 Melius allegasset textu. in l. fi. ĩ. de in. do. impetran.

3 Isti solu. & seq. sequuntur hic Cyn. B. B. Alex. & Ias.

1 † al. computationẽ

2 † accipere.

3 † al. deest

4 Hoc verum si res est euicta ante hęreditatis aditionẽ secus si post Bar. Ang. S. & Alex.

5 Idẽ B. B. S. & Alex.

4 † al. relictĩ.

Quarta iure institutionis debita, an possit dari cum onere.

6 Sequtur Pa. & Sal.

*Citantur hęc verba in Nou. 1. alias ĩ dubio presumitur ꝓ inuẽtario nisi cōtrariũ ꝓbetur. Vide Alciat. 3. ꝓsum. 20.

r *Generando.*] sic nec in qualibet legali dilatione, vt ff. de iud. l. 2. in fi. & ff. vt in poss. leg. l. is cui, §. cessatum, & de iti in actuq; priuato l. j. §. si quis propter. & ff. de verb. obl. l. si pupillus. Et sic no. q non videtur negligere, vel moram facere, qui petere non potest, vt j. de ann. except. l. j. in fi. & de verb. obli. l. si pupillus.

ADDITIO. Aduertas hic q licet hęredes non possint conueniri donec inuentarium conscribitur, vt hic, ipsi tñ hęredes interea poterunt debitores hæreditarios conuenire sm Ba. & cõiter Doctores hic, non obstat tit. ff. qd quisq; iuris, quia ille titulus habet locum qñ alicui conceditur priuilegiũ ad sui postulationem: cuiusmodi non est priuilegium istius.

b *Post quam adierint.*] s. extranei.

c *Sese.*] i. sui.

d *A nobis tempus.*] s. tres menses, qñ sunt res præsentes vel anni, qñ absentes.

e *Omnimodo.*] certe non sunt ex eo hæredes, imò quia adierunt: refertur ergo ad id quod sequitur & debitis &c.

f *Censuerunt.*] s. istã legem, & etiam ad solida legata tenebũtur hodie, vt i auth. de hære. & Falc. §. si vero non fecerit. col. j. Et no. hic, q q legem spernit, non debet eius auxilio vti, vt ff. de min. l. auxilium. in fine. & j. de executio. rei iudi. l. j. & sup. de episcopali audien. l. 3. & sup. de transf. l. si qs maior. & in authent. de raptor. mul. §. sancimus. coll. 4. & in authen: vt liceat ma. & auiæ. quia vero ita. collat. 8.

Legis auxilio caret, q illam peccat.

g *Quam.*] s. deliberationem.

h *Formidine.*] vt dixi sup. ead. l. §. 1.

i *Accipere.*] vt liceat

k *Contemptores.*] sic supra de testa. l. testamenta.

l *Nouem mensibus.*] Sed nunquid lex ista derogat superiori cũ antiquioribus, quæ loquitur de anno, hic de nouem mẽsibus? Respon. vt j. ea. l. §. si dices.

m *Et non sæpius.*] sufficit & semel, sic sup. si sæpius in integ. l. j. & infra de pœn. l. omnes quos. & ff. de leg. 3. l. fideicom. §. si quis decem. Sed argumen. cõtra. ff. eo. vt leg. vel fideicom. non. ca. l. 1. §. si cui. Item contra. ff. eo. l. 3. vbi pluries datur ius deliberandi. Solut. hic corrigit, pluries ei dantur, vel intra annum, vel nouem menses non autem, quod excedat.

Ius deliberandi an possit pluries dari.

concessum, nullo. s. ex hoc interuallo creditorib. hæreditarijs circa temporalem præscriptionem præiudicio generando.[a]

Qui inuentariũ solenniter non facit, creditorib. insolidũ tenetur, & Falcidiam nõ detrahit h. d. vsque ad §. & hæc quidem. Alexand.

¶ Sin verò postquam adierint,[b] vel sese[c] immiscuerint, præsentes vel absentes inuentarium facere distulerint, & datum iam à nobis[d] tempus ad inuentarij confectionẽ effluxerit, tunc ex eo ipso q inuẽtarium secundũ formã præsentis cõstitutionis nõ fecerint, & hęredes eẽ oĩmodo[e] intelligãtur: & debitis hæreditarijs insolidum teneantur. Nec legis nostræ beneficio perfruantur, quam cõtẽnendã esse censuerunt.[f]

Tẽpus ad deliberandum, quod hodie nõ est necessariũ volentib. solenniter cõficere inuentariũ, est tẽpus anni, quãdo impetratur a principe sed quãdo impetratur à iudice, est tẽpus nouẽ mensium: nec sæpius conceditur. Alex.

¶ Et hæc quidem de ijs sancimus, qui deliberationem nullam petendam esse[1] † curauerint: quam[g] putamus quidem penitus post hãc legem esse superuacuam, & debere ei derogari: Cum .n. liceat eis & adire hæreditatem, & sine damno ab ea discedere ex præsentis legis auctoritate: quis locus deliberationi relinquitur?

¶ Sed quia quidam vel vana formidine: pro deliberando nobis supplicandum necessarium esse existimant, quatenus eis liceat, annale tempus tergiuersari, & hæreditatem inspicere, & alias contra eam machinationes excogitare, & eandem deliberationem flebilibus assertionibus repetita prece sæpius accipere:[i] ne quis nos putauerit antiquitatis penitus esse contemptores,[k] indulgemus quidem eis petere deliberationem, vel à nobis iudicibus: non tamen amplius ab Imperiali quidem culmine vno anno, à nostris vero iudicibus nouem mensibus:[l] vt neque ex Imperiali largitate aliud tẽpus eis indulgeatur: sed & si fuerit datum, pro nihilo habeatur. Semel .n. & non sæpius[m] * eã peti concedimus.

†1 al. decet

Dictio sæpius, verificatur in bino actu. & de hac dictione vide Alex. in l. sæpe constitutũ. ff. de re iud.

Qui petit tẽpus ad deliberãdũ, licet inuẽtariũ fecerit, & hæreditatẽ adierit, vel intra dictũ tẽpus non repudiauerit (quæ pro aditione habetur) tenetur creditorib. hæreditariis in solidũ: & vtitur Falcidia sicut olim. Si verò inuẽtariũ non cõfecit, sed solum tẽpus ad deliberandum petierit, nõ repudiauerit: (qđ p aditione habetur) tenetur creditorib. insolidũ, & Falcidiam perdit: sinautẽ repudiauerit, tunc tenetur res hæreditarias restituere. h. d. vsque ad §. notissimum. Alex.

¶ Sinautem[n] hoc aliquis fecerit, & inuentarium conscripserit (necesse[o] est .n. oĩmodo deliberantem inuentarium cum oĩ subtilitate facere[p]) non liceat ei post tẽpus præstitutum[q] (si non recusauerit[r] hæreditatem, sed adire maluerit) nostræ legis vti beneficio,[s] sed insolidum secundum antiqua iura omnibus creditoribus teneatur. Cum enim gemini tramites inuenti sint, vnus quidem ex anterioribus, qui deliberationem dedit; alter au-

n *Sinautẽ hoc aliquis fecerit.*] i. petierit tẽpus ad liberandum, & ei est datum.

o *Necesse enim est.*] interpositio est.

p *Facere.*] si velit vti beneficio legis Falc.

q *Præstitutum.*] ad deliberandum.

r *Recusauerit.*] hoc est nouum per legẽ istam, vt petens tempus ad deliberandũ, nisi repudiat, adijsse tacitè videatur: vt hic, & in multis locis in hoc §. aliud olim, vt sup. eo. l. cum antiquioribus. & ff. de acquirenda hæredita. l. quamdiu instititus. in fi. vbi dicitur, q si non adiuit, repudiasse videtur, quæ sunt contra, hic corriguntur. Nec potest dici, q hic fecerit inuentarium. ibi, (scilicet in contrarijs) non quia idem est, qđ hic dicit, & si non fecit inuentarium, vt inf. proxi. §. Tertij dicunt habere locum hoc quando fuit adiectum in concessione iuris deliberandi: vt hic dicit. Sed prima verior est, vt hæc corrigat alias leges.

Deliberãdi tempus petens, an tacite videatur adire.

s *Vt beneficio.*] quia perinde est, ac si spõte ab initio adijsset, vt ff. ad Trebel. l. sed si alio. §. primo. & infra ad legem Falc. authen. sed cum testator. Sed cum supe rius datus sit annus pro reb. absentib. ad inuentarium, nonne post nouem menses deliberationis inuentariũ facere potest, & consequi beneficium huius legis, licet videatur sibi præiudicasset, quia non repudiauit? Rñ. potest illi dari annũ ad inuentarium, quando nõ petijt tempus ad deliberãdum, sed cum petijt, non videtur vltra nouem menses extendi, vt supra §. sinautem hoc. Alij dicũt post tempus deliberationis finitum, integrũ tempus dari ad inuentarium, quod nõ placet,

Ded

tem rudis, & nouus à nostro numine repertus, per quem adeuntes sine damno cōseruātur: electionē ei damus vel nostrā constitutionem eligere, & beneficium eius sentire, vel si eam aspernandam existimauerit, & ad deliberationis auxilium conuolauerit, eius effectum habere, & si nō intra datum tempus recusauerit hæreditatem, omnibus in solidum debitis hæreditarijs teneatur, & nō secundum modum patrimonij, sed etiam si exiguus sit census hæreditatis tamen, tamen quasi hæredem eum in totum obligari, & sibi imputet, qui [1]† pro nouo beneficio vetus elegerit grauamen: & ideo ad ipsam deliberationis dationem, & diuinum rescriptum super hac promulgatum hoc adijci volumus, vt sciant omnes quod omnimodo post petitam deliberationem[a] si adierint, vel pro hærede gesserint, vel nō recusauerint hæreditatem, oībus solidum hæreditarijs oneribus teneantur.

¶ Si quis autē temerario proposito deliberationem quidem petierit, inuentarium autem minimè conscripserit, & vel adierit hæreditatē, vel minimè eam repudiauerit, nō solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio minimè vtatur, q[*] si post deliberationem [2]† recusauerit,[b] inuētario minimè conscripto, tūc res hęreditarias [3]† creditoribus, vel ijs, qui ad hæreditatem vocantur,[c] legib. reddere compelletur, quantitate earum sacramenta[d] accipientium manifestanda, cum taxatione tū à iudice statuēda.

Per hanc constitutionem est derogatum tribus constitutionibus, de quibus, est facta mentio in principio huius legis, quarum summa ad hāc redacta est, & miles propter simplicitatem militarem non conseruās solemnitatem huius legis, nihilominus non tenetur creditoribus hæreditariis vltra vires hæreditarias. Alex.

¶ Notissimum[e] autem est hac constitutione, quæ omnes casus continet, nostris constōnibus iam pro eisdem capitulis promulgatis esse derogatum, quarum alteram etiam Gordianę constitutionis sensus continebatur. Cum enim ampliore tractatu habito, melior exitus inuentus sit, & tribus constitutionibus in vnū cōgregatis, [4]† vnus appareat & in milites, & in alios omnes iuris probabilis articulus ea propter ex anterioribus[f] inquietari nostro subiectos Imperio non patimur, scilicet ut milites[*] & si propter simplicitatem præsentis legis subtilitatem nō seruauerint,[g] in tantum tamen teneantur, quantum in hęreditate inuenerint.

¶ Quam (patres conscripti) in huiusmodi casib. in posterū obtinere sancimus. Da. 5. Calen. Decemb. Constantinop. post Consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

TITVLVS XXXI.

De repudianda, & abstinenda hæreditate.

Suus à paterna hæreditate abstentus præsumitur per actum contrarium abstentionem reuocare, & velle adire, nisi probet contrarium, h. d. Sal. Vel sic. Filius qui abstinet ab hereditate paterna, licet postea hæreditaria bona teneat ex aliqua alia iusta causa: non tamen efficitur, h. d. Alexan.

Imp. Antoninus A. Mutatio. [5]†

LEX PRIMA.

SI paterna hæreditate te abstinuisse[h] constiterit, & non vt hæredem in domo, sed vt inquilinum, vel

a *Post petitam deliberationem*. i. postea quam tempus datum est ad deliberandum non autem finitum.

b *Recusauerit*. scilicet hæreditatem.

c *Vocantur*. vt hæredes.

d *Sacramento*. in litem si non restituat, omnes res, quas constat cum habuisse: quia in hypothecaria, vel petitione hæreditatis iuratur in litem: cum altera arbitraria altera bonæ fidei sit, vt ff. de in litem iurand. l. in actionibus. Breuiter ergo collige, q a hæres aut neutrum fecit, i. neq; deliberauit, neque inuentarium fecit, sed sponte adijt, & tunc seruatur, q dr sup. eadem, l. §. cum igitur. Si verò fecit inuentariū, & non deliberauit, vtroque commodo gaudet, & Falcidia, & creditoribus vltra vires hęreditarias nō tenebitur, vt supra eadem, l. §. & si præfatam. Si autem petijt deliberationem, nec fecit inuentariū, neutrum commodū habet, vt hic, §. si quis autem temerario. Si verò petijt deliberationem, & fecit inuentarium, in solidum tenetur creditoribus sed lege Falcidia vtetur, vt supra proximo §. sin autem hoc. Sed hodie omni sublato circuitu, si non fiat inuentarium omnibus creditoribus, in solidum tenetur, & legata præstantur, licet trāscendant substantiam defuncti, vt in authentica de hæredibus, & Falcidia, §. hinc autem nobis, collatio prima secus per leges veteres, vt ff. ad Trebellianum, leg. prima, §. h. qui quadringenta. In quarta tamen iure naturæ puto, quòd non præiudicat sibi filius quo ad legata licet non faciat inuentarium.

e *Notissimum*. & tribus scilicet duobus primis, & Gordianū tertium vt sup. eo. l. s. in prin.

f *Anterioribus*. constitutionibus.

g *Non seruauerint*. tenet ergo Gordiana constitutio, & tempore huius legis, licet per auth. videat correcta, vt in auth. de hære. & Fal. §. fi. col. 1. Sed an derogatū est per legē Iustiniani illi legi, cū in antiquiorib. sup. eo. ī eo qđ ibi dicit de anno dādo ad deliberandū, hic autem ad nouem menses, nā & eius fecit mentionē sup. ea. l. in p. i. Rñ. non cū illa loquitur, cum non fuit tēps petitū ad deliberandū, hæc aūt q̄ñ fuit petitū, sđ certe imò loqt ibi, qñ fuit petitu. Dic ergo, q ei derogatur in aliquo, ñ aūt totū abrogatur. In eo. n. q in principio ponit de eo, qui meruit deliberationē ab hoīe, vt intra annum transmittat, derogatur, vt minus tēpus qñq; detur, vt ī. eo. §. sed quia quidā, in alio vero qui non desijt, sed à lege habet, nihil est innouatum, sed arctatur primus magis, q scds, quia primus si non adeat, hoc ipso, q nō recusat, vr adire, vt sup. §. sinautem hoc in scđo ā. ut ibi, Itē quòd non sit correcta, est arg. inf. de cad tol. §. in nouissimo. nam ibi confirmat ea, quæ dicta sūt de deliberantibus.

DE REPVDIANda hæredit. &c.

Dixit de acquirenda, nunc econtra de repudianda, & dic, repudiare est extraneorum, abstinere suorum, vt instit. de hæredum qua. & diff. §. extraneis.

SI paterna. CASVS. Pater tuus testā fecit hæredem instituit, mortuo eo in domo pr̄ina stetisti an tibi præiudicasti quo magis hrs videaris, & à creditorib. us hēditarijs cōueniaris, q̄rit? Rñ. q non, si pbes non eo animo in ea stetisse, vt velles esse heres sed stetistī tanquam inquilinus, vel conductor.

h *Abstinuisse*. ergo erat suus.

Iulem in lit præstat I hypothecaria & in petitione hæreditatis.

c† quod.

* Reputat Raph. Ful. istum textū. n. ad hoc q hæres petens tēpor deliberādi intra illud habet penes se res hæreditarias.

2† hæreditarijs.

3† hæreditarijs.

Deliberādi tempus quantum esse deat.

4† Promulgatis.

* Milites Videntur tū reuocati ad eandem subtilitatem, ad quam Pagani per No. 1. Cōn.

5† al. Militiano, al. Mutiano.

a *Liquido.*] quod non oportet probari, sc. primum fuit probatum, scilicet quod abstinuerat.

b *Probatum.* à te. Nam cum sis filius talia faciendo videris velle esse hæres, nisi contrarium probes per protestationem, vel alio modo, vt hic, & ff. eo. l. pro hærede. in principio, & l. Iulia. alias, si pupillus, §. seruum & supra de nat. lib. l. 3. quod de subcunia. secus in emancipato, vt sup. titulo 1. l. 1. Item nota, quod si quid surripiat suus hæres de hæreditate si nō abstinuit abstinere non potest, sed si abstinuerit, non ideo obligetur, vt ff. eo. l. si seruum quis §. prætor in extraneo secus est, vt ff. eo. l. si quis extraneus, in princip.

c *Conueniri.* s. à fisco, vt sup. vnde leg. & cornati, l. non hoc.

d *Procurator* qui est iudex inter fiscum & priuatum.

SI paterna. CASVS. Testm̄ fecisti. hæredem instituisti hærede abstinente creditores bona distraxerūt, hēs fundū quē ex bonis illis emit, posteriores creditores volunt eum conuenire, tanquam successorē sui patris. an sint audiendi. quæritur? Resp. quòd nō.

e *Abstinuisti.* dicendo, nolo esse hæres.

f *A creditoribus.* scilicet prioribus.

g *Bona fide.* secus si mala, vt ff. eodem l. si is q. bonis, & de aut. tut. l. pupillus, §. pupillus. Itē secus si oīa bona, ut d. l. si is qui.

h *Conueniris.* actione hypothecaria, vt inf. si antiq. cre. l. 1. & arg. ff. de lega. 2. l. fine. §. quatuor. Sed quid si nō abstinuerit sed immiscuit, & à creditoribus emit? Et idē. Nam tanquam hæres non tenetur hypothecaria, quia ius succedendi non habuit, ut ff. de diuer. & temp. præscr. l. an vitium, §. ex facto. Itē tanquam simplex possessor non, quia emit à primo creditore, vt inf de distr. pig. l. 3 & inf. si antiqui cre. l. 1. & 2. in fi. nā contingit q̄nq; quod licet aliqs sit hæres, si tn̄ nō possideat tanquā hæres, non cōuenitur ut hēs, vt ff. ad leg. Fal. l. 3. Sed ego dicō, quia tenetur hypothecaria, & suæ rei emptio non valuit, vt ff. de cōtrah. emp. l. suæ rei, & facit, ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. l. sicut, §. illud, & ff. de pign. act. l. debitor & dic ut ibi.

custodē, vel ex alia iusta ratione habitasse liquido [a] fuerit probatum, [b] ex persona patris cōueniri [c] te procurator [d] meus prohibebit. PP. Id. Iul. Messala, & Sabino Coss.

Suus non præsumitur abstentionem reuocare, quando reperitur, ex causa noua possidere, hoc dicit. vel sic: Possidens vt emptor, non obligatur vt hæres, h. d. Sal. vel sic: Qui post abstentionem res paternas bona fide emit, non videtur abstentionem reuocasse: secus, si mala fide emit, h. d. Alex.

Idem A. Seuero. [1] †

LEX II.

SI paterna hæreditate te abstinuisti [e] non ideo quòd à creditoribus [f] fundos comparasti (si modo id bona [g] fide fecisti) a posterioribus, qui sub eisdē obligationibus pecuniam patri crediderunt, iure cōueniris. [h] S. PP. 5. Cal. Iu. Læto. i. & Cereali Coss. 216.

Inutilis transactio non habet in se pactum, h. d. Baldus. Vel sic: Confessio erronea ex causa transactionis putatiuæ non præiudicat. h. d. Sal. Vel sic: Inutilis transactio facta super hæreditate quam quis petendo adiuit, nō habet vim repudiationis, cum fieri non possit de hæreditate semel acquisita, nec vim pacti gratuiti, quia non censetur velle donare, qui transigit, sed solum à lite recede: ideo ea non obstante potest transigēs litem prosequi, h. d. Alex.

1 al. Streuo.

Emere rē meā non possum.

SVus. CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti, filium præterijsti vel exhæredasti, filius testamentū arguit de falso, tandem remisit instituto, ut daret ei decem quod non admisit, vel tacuit institutus, an sibi præiudicauit is qui remisit quo minus agere possit exceptione tamen non obstante, quæritur? Rñ. quòd non præiudicauit tum quia hæreditatem semel quæsitam per agnitionē mouendo querelam falsi, respuere non potest, tum quia transactio nulla fuit quæ nullo dato, vel retento facta fuit, cum nulla procedat sine aliquo dato, &c. vt supra de transact. l. transactio.

Impp. Dioclet. & Maxim. AA. & CC. Theodotiano, al. Theodobano.

LEX III.

SVus [*] hæres exceptione pacti, [i] qui testamentum iniustum asseuerans [k] postea [l] nihil se de paterna successione petiturum, non ex causa donationis, [m] sed transigendi animo in iure professus est: cum respuere quæsitam [n] nequiret [o] hæreditatem, & transactio nullo dato, vel retento, seu promisso minimè procedat, [p] submoueri non potest. [q] Sine die, & Coss.

Semel hæres per repudiationem non desinit esse hæres: sed confessus in iudicio, pro iudicato habetur, h. d. B. vel sic: Semel hæres repudiando nō desinit, & econtra. Et confessio facta ad proprium commodum, nihil operatur, secundum Iac. Butr. Vel sic: Confessio in his, quæ solo animo & verbo non possunt induci, nihil operatur, hoc dicit Sal. Vel sic, inutilis repudiatio non habet vim utilis confessionis in præiudicium repudiantis qui primò adiuerat h. d. & casum vide per Cy. & melius per Bal. Alex.

Ijdem AA. & CC. Modestino militi.

LEX IIII.

SIcut maior vigintiquinque ann. antequam adeat delatam repudians successionem, post quærere non

i *Pacti.* idest, transactionis.

k *Asseuerans.* ideoq; immiscuisse. credit vtar. ff. de bo. poss. l. cū q dā. nam agebat petitione hæreditatis, cū exciperet institutus se scriptū, hic filius replicabat & dicebat, quod erat iniustū testm̄.

l *Postea.*] processu temporis.

m *Donationis.* quia cū nesciret an sibi ius agēdi cōpeteret, donare nō proposuit, sed trāsigere, puta si dixerit remitto tibi si mihi 10. des quod nō amisisti, vel tacuisti. Vñ mihi non præiudicio. Accur.

n *Quæsitam.* s. sic per agnitionē, secus si ipso iure tm̄, vt quia est suus filius, & non agnouit adhuc, nā dimittere pōt, vt Insti. de hæ. qua. & dif. §. sui aūt, & §. sed his, & ff. eo. l. ei qui se.

o *Nequiret.* tria allegabat pro se institutus, s. donationē, transactionē, & repudiationem, quæ non valuit.

p *Procedat.* vt sup. de transa. l. trāsactio.

q *Non potest.* vi transactionis, vt quia nō valuit, vt transactio. Itē nec vt pacti gratuiti. quia noluit, licet potuerit quo ad aduersarium. non quo ad alios, cū agnouerit, vt s. de pa. l. postquā, & de in integr. rest. min. intra. Vel dic, nō summouetur ab alijs, sed ab eo quod fuit conuentus sic, vt ff. de pac. l. si vnus. §. & in summa. Vel verius hic errādo remisit, credēs transactionē tenere, hoc nō placet, vt ff. de cond. inde. l. eleganter, in prin. quod non tenebat, tum quia nihil dabatur tum quia ab hæreditate separari nō poterat. Vel dic, non pōt summoueri quin sit hæres, sed à rebus hæreditarijs summouetur quas possidet, ut ff. de mi. l. si. fine, §. sed quod Papinianus, & facit ff. de success. edi. l. 1. §. decretalis, & ff. eo. l. impuberibus, & inf. l. prox.

* Suus pp l. 38. sup. & transa. l. 1. sup. de repos. l. a filius sup. de pet. hæred.

SIcut maior. CASVS. Maior 25. ann. delatam sibi hæreditatem priusquam adeat, repudiare pōt, nec de cætero eā repudiare potest. Si autem in iure est confessus se hæredē non esse, an sibi præiudicet confessio, quæritur? Respon. quòd non, & quòd alias dicitur quod confessus pro iudicato habetur non habet locum in repudiatione, sed cum quis confitetur in iudicio se certam quantitatem debere.

a *Non potest.*] vt supra de rep.bo. poss.l.2. nisi in casu,vt infra eodem,l.fi.& in alio,vt ff.ad Trebellianum,l. nam quod §.1.

b *Retinet.*]vt sup.eo.l.proxi.

c *Repudiantis hæreditatem.*] Sed nonne valet repudiatio in iudicio,cum aliud de hæreditate aduersa, vt remoueatur pacti exceptione. Azo respondet.sic puto, ar. supra de pact.l. post quam. Sed tamen nõ definit esse hæres in præiudicium aliorũ, creditorum.

1† Confessi.

d *Pertinet.*]vt ff.de confess.l.2. Et no.q̃ dicit certum,vt ff.de confess. l. certum in prin. Sed certe neq; ad quantitatẽ solam vt d.l.certum, & est ratio, quare repudiatio non valet in iure, quia,quę valet extra ius,valet in iure, & quæ non valet extra ius,nec in iure valet. Sed confessio in iudicio facta tenet,extra ius facta,non tenet. Item est alia melior, quia confessus fit ꝓ se alias, nec illa tenet,vt ff.de interrog. actio. de ætate. §. 1. Sed repudiatio ꝓ se fit. Vnde non dẽt tenere,cũ ideo fiat, vt creditorib.nõ teneatur. Item est ꝯ hanc l.ff.de interrog. act.l. si filius,vbi ꝯfitẽdo se hæredem fit hrs, licet repudiauerit prius Sol.ibi nõ fit hrs,sed quãtũ ad aduersariũ pro hærede replicat, non quantum ad alios,vt in eo.tit.l. fi.

P *Vpillorum.*] CASVS. Si defertur hæreditas pupillis ille hr̃ditatẽ sine auctoritate tutorum repudiare non possunt & ꝗ repudiauerint, nihil nocet eis.

2† Alias si quis filius al. si quis suus hrs.

3 † Permissum.

4 † Alterent.

e *Pupillorum repudiatio.*] expressa, tacitè enim potest,vt impediendo aditionẽ, vt ff.de cond. & dem.l. cũ pupillus. 1 rñ. & ecõtra nõ põt adire, licet lucrosa sit,vt In sti.de auth.tu.§.neq. autem. & facit supr. de auth.præst.l.2.

f *Eis.*] pupillis.

5 † Referetur. al. seruetur.

g *Nocet.*] nam tutores,vel ipsi facti maiores, poterunt petere hanc hæreditatem, nisi essent in repudiatione.

potest: [a] ita quęsitam renunciando nihil agit,sed ius* ꝙ habuit,retinet,[b]nec quod cõfessos in iure pro iudicatis haberi placuit,ad vocem repudiantis[c]hęreditatem deberi[1] †confitentẽ pertinet.[d]S.5. Cal.Ianu.Sirmij,AA.Cos.

Pupillus hæreditatem ẽt dãnosam repudiare non potest. h.d.uel sic.Pupullus sine tutore non põt hæreditatẽ repudiare.h.d.Sal. & Alex.

Ijdẽ AA.&CC.Claudianę.

LEX V.

PVpillorum [e] repudiatio delatæ hæreditatis sine tutore auctore facta l, nihil eis [f] nocet.[g] S.2.Cal. Ianuar. Sirmij,AA. Cos.

Suus abstentionẽ non reuocat. vbi res sunt alienatæ nisi beneficio minoris ętatis. autem non sunt alienatæ,reuocare potest vsque ad trienniũ,quod minori currit post 29.annum.h.d.Sal. & Ale.

Imper. Iustianus A. Ioanni præfecto prætorio.

LEX VI.

SI quis suus [2] † recusauerit paternam [h] hæreditatẽ,deinde maluerit eam adire, cum fuerat indistinctè ei remissum,[3]† donec res paternæ in eodẽ statu permanent, [4]† hoc facere, & post multũ temporis licebat ei ad eandem hęreditatem redire,hoc corrigentes,sancimus, si quidem res iam venditæ sunt,vt nullus aditus ei ad hæreditatem reseruetur, [i] [5]† quòd & antiquitas obseruatur. Sin autẽ res alienatæ non sunt,si quidẽ maior annis [k]constitutus est,& tp̃a [l] restõnis nulla ei super sunt, intra trium annorum spatiũ tm̃ modo hmõi ei detur licẽtia. [m] Sin autẽ vel minor est, vel in vtili tp̃e constitutus,[n]tunc post impletum [6]† quadriennium (quòd spatium pro vtili anno,qui restitutionibus dabatur, præstitum est) aliud triennium ei indulgeri,intra quòd potest, reb. in suo statu manentib. adire hæreditatem,& suam abdicationem[o] reuocare.quo tp̃e transacto, nullus aditus penitus ad paternam hæreditatem ei reseruetur: [p] [7]† nisi forte adhuc, eo in minore ætate constituto, res venditæ sint. Tunc etenim per integrum restitutionem non denegatur ei adire hæreditatem,& res recuperare,[q] & creditorib.paternis satisfacere. D. 15.Cal. Nouemb.Constantino. post Consul.Lampadij, & Orestis. VV. CC. anno secundo. 521.

TITVLVS XXXII.

Quemadmodum testamẽta aperiantur, inspiciantur, & describantur.

Testamentũ petitur aperiri per officiũ iudicis.Ale.

Imp. Alex. A. Proculæ. [8]†

LEX PRIMA.

VT testamentum, quod dicis [r] factdm,proferatur,&publice recitetur,cõpetens iudex iubebit. [s] PP. 2.Cal. April. Maximo 2. & Aeliano Coss. 214.

h *Paternam*] q̃d in materna: Respon. vsque ad annum admittitur post repudiationem, vt ff. ad Tertul.l.filij,& sup. de iu.& fac. igno. l. 2.Item quid in emãcipato? Resp vt ff.de coll.bon l. nonnunquam Accur.

i *Reseruetur.*] hic 6† Al.cõpletum. continua, quod est in fine,nisi forte,&c. Item contra ad sequens responsum, sup.de iu & fac.ign. l.2.& 3. Sol.ut vbi. Vel hic non habebat substitutum vel coniunctum, legitimus enim intra hoc spatium obstare non vr vt ff.vnde legit.l.2. & de success. edicto l.2.§.quib. Item ad hoc ff.ad Trebell. l. nam ꝙ §. 1. & §. fin. vt omis.hære.l.2.Ac.

7† Seruetur.

k *Annis.*] 25.

l *Tempora.*] s.29.

m *Licentia.*] ad idẽ, ꝙ vbi res alienatæ non sunt,ꝙ admittatur.ff. de iu. delib.l. si quis.

n *Constitutus.*]tp̃e repudiationis, & hoc est minor, ꝙ post 25. ann.iure ipso subuenitur,nõ per restitutionem,vt sup. de in integ. resti.l.ea quæ.

o *Abdicationem.*]id est repudiationem.

p *Reseruetur.*]dixit reb.in suo statu durãtib. eum admitti, & non aliter, nisi, &c. vel continua,vt modo dixi.

q *Recuperare.*] imò vr,quod non, vt ff. de minoribus,l.quod si minor.§. Scæuola,in versi.si vero,quæ est contra.Solu. hic certũ,it vel ibi habuit substitutum, hic nõ. Vel solue vt ibi.

8† Proculo.PP.

QVEMADMOdum testamenta aperiantur,inspiciantur, & describantur.

S *i quis.*] CASVS. Si testator filium suum fecit hæredem instituit, licebat filio hæreditatem repudiare, & postea ad eam redire quandocunque cum hr̃ditariæ alienatæ non essent,quod in parte corrigit Imperator dicens,refert,ac fuerit maior, vel minor,& vt si maior, & hæreditas alienata sit,ad eam redire non põt,si minor,restituebatur, & creditorib.hæreditarijs tenebat,si non est alienata,& est maior,vsq; ad trienniũ redire non põt,quo elapso non audiet,si est minor, post quadriennium,intra ꝙ ad hæreditatem,quam repudiauit,redire potest, quo elapso,non audietur, & ita cum erit 29. ann.currit sibi illud triennium. Viuian.

V *T testamentum.*] CASVS. Testamentum fecisti,& hæredem instituisti,& testamentum clausisti,& obseruasti, hæres ignorans ex quota parte sit institutus, vult, vt testamentum proferatur,& aperiatur,& recitetur,an sit audiendus,quæritur? Respon.quòd sic,& hoc iubebit competens iudex. Viuia.

r *Dicis.*]loquitur legatario. Accur.

s *Iubebit.*] per hoc interdictum, siue edictũ; siue titulum quando

quando non negat se habere, aliàs locum habet interdictum de tabulis exhibendis, vt ff. eod. l. vlt. Et ratio, quia non aliter veritas, &c. vt ff. eo. l. 1. & de transf. de his, & habet locum hæc lex legatarijs petentibus, vel similibus, qui volunt scire, an possint petere, & quantum hæres quidem habet rei vendicationem, vt ff. eo. l. nisi.

T *Estamenti.*] CASVS. Paterfa. cum filio suo existēs in peregrinatione, testm̄ fecit adhibitis septem testib. quo solenniter cōpleto, illud clausit, & cōsignauit, & præcepit hæredi vt perferret in patriā suā. si vult hæres ut testm̄ aperiatur, & recitetur, adire dēt rectorem prouinciæ, qui conuocatis corā eo testibus non præsentibus qui signauerunt, faciet aperiri, & recitari, quo facto ab eisdem rursus debet obsignari.

a *Potes.*] & debes.

b *Vt testibus.*] scribis in testamēto. Vel dic in ipsa conditione potest resolui sine testibus.

c *Pro tribunali.*] sedentem.

d *Per libellum.*] s. per alium, quem rector delegauit, tunc enim rector sed ei p libellum, i. per delegatū. Vel dic, q̄ iste potest adire per libellū .i. per procuratorē.

e *Honestos.*] sic ff. eo. l. si quis ex signatoribus, & ff. de poss. l. r. §. si pecunia in seculo. & §. sed & si res. Itē nunquid illi adsint, q̄ sigillauerūt? Rñ. vtique, si fieri potest oēs, vt test, vt ff. e. l. cum ab initio. & alij quandoq; vt ff. eo. l. sed & si qs. & mittatur ad testes testamēti absētes, vt recognoscant, vt d. l. sed & si quis.

f *Viros.*] qui nō sunt de testib. testamēti.

g *Obsignentur.*] quid si testes non adsunt, quia mortui sunt? Resp. non poterit aliquid probari per testamentum: nec enim est publica scriptura. Sed argum. contra, ff. eo. l. tabularum. in princ. Il autem insinuetur, poterit ammodo probari, secundum legem, ut supra de testam. l. consulta. & l. testamenta. & l. publicari. & ad hac l. omnium.

1 † Deferantur.

2 † Per libellū, id ē requisitam sm̄ G. Bandrā in l. nec quicq̄ §. vbi decretum. ff. offi. procon. & leg.

* Hinc illud Augū. Pi. 21. Tādiu, inquit, cōtra dicitur de hēditate mortuorū quādiu testm̄ profeatur in publicū, & cū testamentū fuerit prolatū in publicū. tabulęque aperiantur, & recitētur. Iudex intus audit, aduocati silēt persof. nā silentij p faciūt, vniuersus popul' suspāsus est, ut legātur verba mortui Goth.

Testamenta debent aperiri, secundum consuetudinē loci, vbi fit apertio, & absentibus testibus, fit coram viris honestis. h.d. Ale. concor. Bar. & Sal.

Impp. Valerian. & Galien. AA. Alc. al. Aristoteli.

LEX II.

TEsti tabulas ad hoc tibi à patre datas, vt in patria proferantur, [1] † affirmans, potes [a] illud perferre, [2] † vt secundum leges, moresq; locorum insinuatur, ita scilicet, vt testibus [b] non præsentibus, adire prius, vel pro tribunali, [c] vel per libellū [d] * rectorem prouinciæ procures, ac, permittente eo, honestos [e] viros [f] adesse facias, quibus præsentib. * aperiantur, & ab his rursum obsignētur. [g] PP. 12. Cal. Ianua. Maximo 2. & Glabrione Coss. 257.

Qui petit aperiri testamentum, debet iurare de calumnia, asserendo putare sua interesse, & non omnes partes testamenti debent aperiri, ut in tex. declaratur, nec datur copia diei, & consulis, & idem est in codicillis, quod in testamento. h. d. cum l. seq. Alex.

Impp Diocle. & Maxi. AA. Arist. LEX III.

EIus, [h] * quod ad cām nouissimi patris vestri iudicij pertinent, de calūnia tibi iuranti, præter partē, quā aperiri defunctus vetuit, [i] vel ad ignominiā [k] alicuius pertinere dr̄, inspiciendi, ac describendi, præter diem, [l] & Consulem, * rector prouinciæ facultatē fieri iubebit. D. 6. Cal. Maij, CC. Cos.

* Scilicet testi verba fuerūt & protoris interdicto de tabulis exhibēdis ordinarij auxilij polh. Cuia. hic.

E *Ius.*] CASVS. Si aliquis testamentum fecit, & istud clausit, & consignauit, si hæres vult, vt illud aperiatur & recitetur, & describatur, an totum debeat aperiri quęritur? Resp. quod non, sed excepta illa parte, quam testator vetuit aperiri, & in qua scriptus est dies, & consul, & illa, quę ad ignominiam alicuius pertinet, & hoc præstito sacramento ab hærede, quod non animo calumniandi petit, illā in extra aperiri. & hoc iubebit rector prouinciæ.

i *Eius.*] scriptū.

h *Vetuit.*] vsque ad decenniū, vel expressè, vel tacitè, vt ff. licitatiōe. e. l. pupillares. Item nec viuo testatore, vt ff. e. l. §. si dubitet.

k *Ad ignominiam.*] vt quia legauit filio, quem ex moecha habebat, nec uidetur legatum sic relictum ad ignominiam valere, cum nec institutio, vt ff. de hær. inst. l. quoties. §. si quis nomen, & de leg. 1. l. turpia.

l *Diem.*] ne detur materia falsum fabricandi, ut ff. eod. l. 2. §. diem, & de eden. l. 1. §. editiones, secus in rationib. vt ff. e. tit. de eden. l. 1. §. rōnes. Et not. q̄ licet sit dominus, qui agit hoc interdicto, vel alio pro exhibendo testamento, exhibet tñ sine die, nam hic agebat filius, qui hr̄s præsumitur, secus si agat rei vēdicatione. Sed P. dixit domino indistinctè, exhibendum cū die, & hic dicebat filios non esse hēdes, sed legatarios.

* In testā ergo apponi solebat dies & cōsul. sed licet nō apponat, nō putat eo confirmari. Cōt. ex vetere Modesti. fragmēto.

Eodem modo publicantur, & aperiuntur codicilli, quo & testamentum. hoc dicit Bal. & Sal.

Imppp. Gr. Valent. & Theo. AAA. ad Hisperiob. [3] † PP.

LEX IIII.

COdicillos, seu scripturam, quolibet tenore formatā, ea oportebit obseruatione [m] in publicum proferri, qua testamēta pandunt. D. 3. Cal. Aug. Mediol. Auzonio, & Olybrio Cos. 379.

C *Odicillos.*] CASVS. An eadē solennitate debeant codicilli aperiri, qua & testamenta, quæritur? Resp. quòd sic.

m *Codicillos, seu scripturam.*] pertinētem ad testamētum, vt ff. eo. l. 2. §. ad causam.

n *Obseruatione.*] vt detur. & demonstretur, præter eā partē, quā testator vetuit, vt supra l. proxi.

3 † Duar. Hesperiū, aliàs Tyberium.

TITVLVS XXXIII.

De edicto diui. Adriani tollendo, & quemadmodū scriptus hęres in poss. mittatur.

DE EDICTO diui. Adr. &c.

Adita [1] hæreditate testō delata, quod fit animo, vt Institu. de hęr. qual. & differ. §. fi. petit scripturā mitti in possessioné, quod olim per edictum, hodie per hūc titulū fit.

1 Ista continuatio est de mēte Bar.

In adipiscenda possessione institutus præfertur substituto vulgari. h.d. Alex. concor. Bal. & Sal.

Imp. Seu. & Ant. AA. Lutillo. LEX PRIMA.

CVm inter institutum, & substitutū controuersia moueatur, [o] cum, qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet. [p] Dat. 12. Cal. Decembr. Dextro, & Prisco Cos. 199.

C *Vm.*] CASVS. Decessit pr̄s testm̄ secus secū fecit, hēdē instituit, & sibi substituit, vult institutus mitti in bono. poss. defuncti, vult & substitutus. q̄ ę præferatur, q̄rit? Rñ. q̄ institutus, vel pone substitutus in poss. &c. & cōtradicat instituto.

o *Moueatur.*] pro se habebat substitutus, [2] quia institutus sub conditione habet bon. poss. sm̄ tab. vt ff. de secun. tab. l. 2. §. si sub condōne at substitus est sub cōditione institutus. Item facit pro eo, quia oīs substitutus institutus, vt ff. ad leg. Falc. l. in rōne. j. §. pen. Item fortè, [3] quia dicebat substitutus, filium testatoris a primo gradu præteritum, & ideo nullum gradum esse ruptum, & a secundo exhęredatum, ut ff. de lib. & posth. l. & si pepercerit. §. fi. Vel dicebat substitutus se institutus, vel aliud hmōi.

p *Oportet.*] idem in bonorum possessione secundum tab. ut ff. de bon. poss. secundum tab. l. 2. §. defertur. idem de ipsa [4] proprietate hæreditatis, ut ff. de acq. hæred. l. 3. & l. quam diu institutus. in prin. & ff. qui satisda. cog. l. inter omnes idem in legato, ut ff. de leg. 2. l. si quis seruum. §. certum. Quandoque tamen vterque admittitur, simul institutus, & substitutus, ut Inst. de vulg. subst it. §. fi. & ff. de hær. insti. l. si patri. & l. seq. Item, quod hic dicit, est uerum, [5] nisi aliud obijciatur ei instituto, puta aliud testamentum posterius. vel aliquid tale, vt infra cod. l. fi. §. fin autem.

2 Non tenetur secūdum Bar. Bal. & Ias.

3 Non placet Bar. iō dic, q̄ contrarium loquitur, qn̄ vitiū præteritionis erat euidens: hic qn̄ non erat euidēs Bar. & est de mēte P.

4 Sequitur eam Bart.

5 Idē Sal.

Quamuis.]

Qvamuis.] CASVS. Paterfam. fecit testamentum, hæredem instituit, petit mitti in bon. possess. obijcit ei aduersarius, se esse filium & præteritum, & vel quod testamentum sit falsum, vel inofficiosum, vel quod testator seruus fuerit, an ob hoc impediatur scriptus, quo minus in possess. bon. defuncti mittatur, quæritur? Resp. quod non.

a Quamuis.] quinque dicit, ad quorũ quodlibet refertur vltimus versus, tamen scriptus &c. Sed circa oẽs articulos quæro, quid filio in possessione constituto: an debet institutus mitti, & ille exire, videtur, quod & sic, vt hic, & ff. quorum leg. l. 1. § rediguntur. Econtra, quod non, quia dolo facit &c. vt ff. de doli except. l. dolo. Dic ergo distinguendum, aut causa, quam filius obijcit, exigit altiorem inquisitionem, & tunc scriptus mittitur, aut statim vult probare eam filius, & tunc non, ut ff. ad exhib. l. 3. § ibidem, & ad Trebel. ille à quo, § si de testamẽto, & ff. vt in poss. leg. l. si is à quo, in prin. & de Carb. edict. l. 5. § causæ. Supple ergo, mitti solet, &c. nisi incontinenti probet filius causam aliquam de his. Sic generaliter dictum restringendum est, ut ff. de pe. hær. l. & non tantum, § quod si pro emptore, & est maxima ratio, quia & si aliud posterius profertur testamentum, ille scriptus, qui petit se mitti in possessionem, non possidebit. Idem ergo & hic, cum reus potiora iura velit ostendere statim, vt si dicat se præscripsisse, hoc enim ei permittitur allegare, vt infra eo. l. fi. in fi.

1 † Eutacho.

2 Idẽ gl. sequuntur scribentes hic.

Vitium testamenti inuisibile non impedit hæredem mitti in possessionem. h. dicit Alex. Sal. addit, nisi de vitio doceatur incontinenti.

Imp. Alexan. A. Eutacto.[1] †

LEX II.

QVamuis [a] quis [b] se filium defuncti præteritũ esse alleget, aut falsum [c] vel inofficiosum [d] testamentum, seu alio vitio [e] subiectum, vel seruus [f] defunctus esse dicatur: tamen scriptus hæres in possessionem mitti solet. [g] PP. 6. Calend. Nouemb. Maximo 2. & Aeliano Coss. 224.

Edictum diui Hadriani cũ sua vicesima & eius ambagibus, est sublatum: & scriptus hęres ex sola inspectione testamenti carentis omni vitio visibili, mittendus est in possessionem rerũ, quæ tẽpore mortis per defunctum tenebantur: si non apparet legitimus contradictor. Si autem apparet, mittitur causa cognita, si allegationes illius contradictoris non sunt legitima: secus autem, si sunt legitimę, vt quia ostendat se habere potiora iura, vel præscripsisse bona, in quorum possessionem hæres mitti se postulat. h. d. Alex.

Imp. Iustinianus A. Iuliano PP.

LEX III.

EDicto diui Hadriani, quod sub occasione vicesimæ [h] * partis hæreditatis introductum est, cum multis ambagibus, & difficultatibus, [i] & indiscretis narrationibus penitus quiescente, [k] quia & vicesima [l] hæreditatis ex nostra recessit republica, [m] antiquatis nihilominus & alijs omnibus, quæ circa repletionem, vel interpretationem eiusdem edicti promulgata sunt, sancimus, vt si quis ex asse vel ex parte [n] institutus, competenti [o] iudici testamentũ ostenderit non cancellatum, neque abolitũ, neque ex quacunque suæ formæ parte vitiatum, [p] * sed

b Quis.] contradicens instituto.

c Aut falsum.] præfertur ergo possessorium crimini falsi. Sed videtur, licet de falso excipiendo dicatur simul cũ principali cognosci, siue in modũ accusationis, & tunc põni criminis cognitionẽ, vt ĩ. de ord. iud. l. pen. & si. qua sunt ꝯ. Solu. 2 illud cũ petitorio agitur, hic cũ possessorio, vel solue ut ibi.

3 Idẽ B. Bal. & Ia.

d Inofficiosum.] imò videtur primo de querela cognosci in modum exceptionis, cum filius possideat, ut ff. de inoff. test. l. Papi. § si filius, quæ est contra. Sol. 3 ibi hæres petitorio agebat, hic possessorio, vel solue ut ibi.

3 Hæc vera secũdũ Bald. & alios.

e Vitio.] s. inuisibili, de visibili dices inf. l. fin. hic ergo vel ruptum vel irritum dicebatur.

f Seruus.] cum tempore mortis pro libero habebatur, ut insti. de testa. § testes, & ff. de Carb. edi. l. 1. § sed & si quis non tñ. Sed contra, ĩ. de pet. hær. l. lib. Sol. 4 ibi petitorio, idest petitione hæreditatis agebatur, hic possessorio, vel ibi viuo testatore mota fuerat quæstio libertatis, hic non. Item ad idem contra inf. de ord. cog. l. si res, sed ibi dicebatur seruus, qui conueniebatur, hic alius, s. defunctus.

4 Hæc vera Bart. & alij.

g Mitti solet.] adeo ut appellari non possit, ne hoc fiat, ut infra quorum app. non recipi. l. quisquis.

EDicto.] CASVS. Olim si paterfa. decesserit, & hæredem scripserit, dabatur hæredi scripto ex edicto diui Hadriani aditus adipiscendi bon. posse. defuncti intra annum, quo elapso, vlterius non admittebatur, & hoc cũ diminutione vicesimæ partis applicandæ fisco. quod immutat Imperator per hanc constitutionem, statuit ergo ut si scriptus hæres insolidum, vel ex parte competenti iudici testamentum, in quo est scriptus, ostenderit, neque cancellatũ, neque abolitum, neque in aliqua parte sui vitiatum, & septem testium sigillis sigillatum, mittatur in poss. omnium bonorum, quæ habuit defunctus tpe mortis suæ, non autem in illis bonis hęreditatis, quæ aliquis legitimo modo possidet: & hoc si nullus fuerit contradictor, & hoc in prima parte. Si aliquis extiterit contradictor qui potiora iura habuit, ille mittitur, siue fuerit petitor, qui mitti desiderat, siue possessor qui detinet, & cõtradicit alium non esse mittẽdum. In tertia parte dicit, quod non solum vsque ad annũ possit petere mitti, sicut olim, sed post annũ quñcunque, nec aliud tpis obijcietur obstaculũ nisi quod consueuit obijci pet. hæred. vel rei vend. s. triẽnium, vel 10. vel 20. vel 30. Et debet sic formari libellus: Peto dñe iudex me mitti in poss. bonorum defuncti, quod tẽpore mortis suæ habuit: quia sum scriptus hæres in testamento non cancellato, &c. & hoc per cõditionẽ ex lege ista.

* De lege vicesima hæreditatum, vide Alexã. di. spun. li. 4. cap. 4.

h Vicesimæ.] dabatur enim missus in possessionem fisco vicesimam partem hæreditatis. Item dabatur intra annum tantum, quod patet per id, quod dicit, angustijs, vt inf. in § finautem, versi. nullis.

* Concor. gl. e. in ca. cũ ad eõ. circa fi. contra de rescri. & gl. in c. nonnulli. § sũt & alij. in Verbo fine spẽli mandato eod. tit.

i Difficultatibus.] quas non habemus.

k Quiescente.] in eo, quod maledicebat. Sed quid si aliquis hodie peteret possessionem ex edicto isto? Resp. 4 potest per constitutionem istam.

ADDITIO. Istud dictum glo. reprobatur per Bart. ideo dic, quod condictio ex lege, habet locum quando est contradictor, aliàs non, sed officium iudicis authoritate huius l. secundum Iac. Bue. Bar. Bal. Sal. & Alex.

5 Hoc est falsum secundum Bar. Bald. Ang. & P.

l Et Vicesima.] portio.

m Republica.] idest desinit esse in vsu nostro tempore.

6 Alio adeunte sm B. & Pan.

n Ex parte.] l. quota, secus ergo, si ex re certa, quia tunc loco 6 legatarij habetur, vt supra de hæred. institu. l. quoties, nisi 7 non sit alius, ut ff. de hære. instit. l. ex facto. 2. § 2. & l. 1. § si ex fundo & tunc idem, ac si in totum sit hæres. Itẽ quid dices in fideicommissario vniuersali? Respon. non habere eum huiusmodi legis beneficium. Item quid de substituto pupillari, vel vulgari? Resp. vt colligitur ĩ. l. 1.

7 Sequit eam Bart.

8 Hoc intellige, qñ apparet legitimus ꝯdictor, cuius per se poenam subest illi iudici qui pronunciat, aliàs non, sm Bal. Ang. & Pan.

o Competenti.] qui habet merum imperium vel mixtum, nõ delegatus, vel magistratus municipalis, ut ff. de iurisd. omn. iud. l. iubere, & ad municip. l. ex quo. Item ideo dicit competenti, quia iudex loci vbi sunt res, mittet, non alius ut supra ubi de hære. agitur. l. 1. sed pronunciat alius de mittendo, & destinat literas suas ad iudicem illi loci, ubi sunt successiones, ut ff. de bon. autho. iud. poss. l. cum unus. § pen. & de re iud. l. a diuo Pio, in princ. & supra de iudic. l. properandum, § sin autem reus.

p Vitiatum.] vitia alia visibilia, & illa impediunt mittendum,

dum, vt alia inuisibilia, & illa non, vt sup. l. prox. Sed quid si vitium sit in prætatione tantum visibile, vel inuisibile, non in illis locis, in quibus consistat tota vis? 1 certè puto non nocere, vt extra de fide instru. cap. ex literis, & sup. de transa. l. si ex falsis, & sup. de testa. l. si vnus. Accur.

1 Glos. sequitur B. B. Ang. S. & Paul.

a *Prima figura.*] i. prima continentia, vt ex quo prima vice scriptum fuit, nihil sit detractũ, additum vel mutatum secũdũ quosdã, & bene. sed Io. dicit prima figura. i. prima facie, vel prima fronte: sic. n. sæpe loquimur, licet prima litterarum figura sit in aliquo mutata: dũ tñ bene correcta, vt aliæ literæ non sit dissimilis, sed eiusdem notarij omnibus videatur.

quòd in prima figura [a] sine omni vituperatione appareat, & depositionibus [b] testium legitimi numeri vallatum sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerũt, [c] non autem legitimo [d] modo ab alio detinentur, & eam [e] testificatione publicatum [f] personarum accipiat.

¶ Si autem aliquis [g] † contradictor [g] extiterit, tunc in iudicio competenti causæ in possessionem [h] missionis & subsecutæ cõtradictionis vẽtilentur, & ei possessio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit: siue qui missus [i] est, siue qui antea detinens contradicendum putauit: nullis angustijs [k] temporum huiusmodi missione coarctanda: sed siue tardius, siue pmaturè [l]

1 † Al. qui.

b *Depositionibus.* sigillorum & subscriptionum cuiuslibet testis, non dico facti, quia in hoc possessorio iudicio non est necesse eos iurare. 2 Sed aliter ponitur depositio, sup. de testa. l. hac consultissima, §. fin. & l. fi. Item per hoc, q dicit depositionibus, videtur, quod loquatur hæc lex tantum in testõ in scriptis, quod concedo. 3 Quid ergo in nuncupatiuo? Respond. habet interdictum quorum bonorum, ff. quo bo. l. 1. sed per officium iudicis ex hac l. forte iuuabitur, sic testamentum nuncupatiuum fit in scriptis redactum, secundum B. sed Alex. dicit etiam in nuncupatiuo in scriptis redacto, 4 rectè loqui legem istam, cum tantæ fides illi hodie scripturæ habeatur, sicut solemni testõ cũ sigillis, & idem Alex. dicit, ut in non solenni testõ habeat locum hæc lex. quando hr̃ pro solenni, vt sup. de testa. l. hac consultissima, §. pen. & l. fi. Sed quid si nuncupatiuum, non sit in scriptis redactum? Resp. 5 poterit scriptus hæres mitti in possessionem rei, ita ut solennis numerus testium ante competentem iudicem testationes deponat, & in scriptis redigantur, & secundum talem scripturam poterit scriptus mitti in possessionem, arg. pro his supra de testa. l. hac consultissima, in fi. & l. fi.

2 Et bene Bar. & Al.

3 Idẽ Bar. & alij.

4 Manu publica B. Sal. & Al.

5 Sequunt eam Bart. Al. & alij, & reputat ualde singula. sm Ang.

ADDITIO. Modum procedendi & adipiscendæ possessionis hæreditatis poterit hic diligens lector intueri in breuiario. Ioan. Fab.

c *Fuerunt.*] non ergo in alijs rebus, quæ apud eum erant, sed dñs non erat secũdum quosdam. Sed Al. dicit etiam earum, quarum possessionem tantum habuit, quia dñs præsumitur possessor secundum eum, ut supra de prob. l. 2. Tu dic, 6 siue possessionem, siue detentationem habuerit defunctus, idem quod alias, sed alia ratione, quia & sic fit in pet. hære. ut ff. de pet. hær. l. & non tantum in prin. Sed arg. contra inf. ad leg. Fal. l. in testamento militis.

6 Idem B. Bal. Ioan. Fal. & Ia.

ADDITIO. Tu dic, quod ibi loquitur quo ad detractionem falcidiæ hic quo ad missionem in possessionem. Salic.

d *Legitimo.*] .s. titulo quem probet instrumento, vel testibus ille, qui possidet, alias præsumitur pro possessore possidere, ut ff. de pet. hær. l. pro hærede, & sic auocabitur ab eo possessio per hanc legem secundum Azo. Sed Al. dicit etiã si titulum habeat, auocari ab eo possessionem, vt arg. sup. l. proxi. nisi habeat titulum similem titulo petentis, ut quia aliud sm testamentum solenne habeat, & hoc patet ĩ. vbi dr̃, qui potiora ex legitimis modis &c. hoc est si posterius testamentum sine vituperatione appareat, & pro eo. sup. l. proxi. sed secundum hoc vr̃ nimia iniuria affici titulo possidens, si ei sic auferatur possessio. Sed non est, quia ita demũ fit in eam rem missio, si tempore mortis detinebatur à defuncto, Quod ergo hic dicit, non autem, &c. vt quia se heredem dicit, & secundum profert testamẽtum sollenne, & hoc secundum Alex & hæc verior. Vel dic secundum Azo. non autem &c. vt quia à defuncto, vel eo viuente emit possessor ab aliquo, vel alio titulo habuit, quod & probet, ut in prin. dixi, licet tempore mortis teneretur à defuncto. si autem quia defuncto successerat, teneat, cum non proferat secundum testamentum solenne, auocaretur ab eo possessio. Item an fideicommissarius vtilis est legitimus contradictor, si possidet? Quidam dicunt, quòd non, quia nullum ius habet, nisi primo fiat ei restitutio, saltem verbo, ut ff. ad Treb. l. restituta. Sed dic contra. 7 non est opus restitutione, cum habeat eam, alioquin verbis non rebus lex imponeretur, quod esse non debet, vt inf. cõia de leg. l. 2. & pro hoc. ff. ad Treb. l. pe. & ff. pro legato. l. pen. & ff. de exce. rei iud. l. 1. §. fi. de excep. doli. l. dolo. Item cui damus actionem, multo magis exceptionem, ut ff. de superfi. l. 1. §. quod autem ait. Sed argu. cõ ff. ad Treb. l. filiam fratribus. 8 item quæro, quare lex ista à Iustiniano fuit facta, cum sufficiat quorum bonorum interdictum ad huiusmodi possessionem? Respon. secundum Alexã. Hæc lex est generalis in omni successore: at interdictum directum tantum in eo, qui de iure prætorio succedit. Item interdictum est annale, hęc perpetua. Sed certè & illud potest dici perpetuum cum rei persecutionem contineat, vt ff. de act. & oblig. l. in honorarij. Item illud non datur nisi aduersus eum, qui possidet p hærede, vel pro possessore, ut inf. quorum bono. l. 2. & l. fi. & ff. quorum bon. l. 1. hæc autem lex datur aduersus omnes possessores etiam titulo, secundum Ale. Item differt, quia hæc l. obtinet possessionem, etiam si non doceat se hæredẽ, vel bon. possessorem: dum tamen testm̃, in quo scriptus est, appareat prima facie non vitiatum. At interdictum datur, nisi ei successorem iure prætorio probet. 9 nec vtile, nisi se probet hæredem iure ciuili, ut infra quorum bonor. l. 1. Item per hanc non fit possessor, sed ponitur in possessione, sed per interdictum efficitur possessor, quæ differentia non placet, 10 Imò vtraque via fit possessor. Item à petitione hæreditatis differt hæc constõ, quia in hac non veniunt nisi corporalia, ut ar. ff. quorum bon. l. 2. at in peti. hær. omnia veniunt, ut ff. de pet. hær. l. item videndum, §. fi. & l. seq. Item per illa omnis causa accipit finem per hanc missionẽ non. Triplici ergo iure munitus est hæres, per missionem in possessionem ex hoc titulo. Item per interdictum quorum bon. Item per petitionem hæreditatis, & nullum est superuacuum, & dictum est. Accur.

7 Et bene B. B. Paul. Ang. Sali. & Ias.

8 Dic, q ibi fideic. non possidebãt, hic secus sm B. B. P. & Ias.

9 Licet sũmatim Bart. & sic requiritur dispositio testium P.

10 Sequũt eam usque ad fi. Bar. & Sal.

e *Eam.*] possessionem.

f *Publicatum.*] scilicet executorum & tabellionis.

g *Contradictor.*] qui etiam dicit se hæredem & insolidum, vel cum legitimus sit dicit testamentum uituperatum. non autem talis contradictor, ut in l. 4. huius tituli, nisi incontinenti possis probare.

h *In possessionem.*] hoc facit pro eo, ut causa sit in libello inserenda, ut arg. ff. ad l. Iuliam de adul. l. denunciasse. §. quid ergo & dixi supra de eden. l. edita Accur.

i *Missus est.*] idest mitti desiderat. Vel dic propriè, 11 vt sup. proxi. & quod dicit possessio, idest proprietas. Et quod subijcit contradicendum, dic, quòd post sententiam in hoc possessorio latam contradicebat uerbis, & dolebat de ea sententia, non tamen potest resistere re, uel de iure, nec etiã appellare, ut infra quorum app. non reci. l. quisquis. Sed quid si talia testamẽta à duobus proferantur, & eodem die & tempore facta videantur: & unum dicit Titium insolidũ institutum, alterum Sempronium insolidum, an admittetur ũterque, uel neuter. Respond. quæstio est sabbatina, scilicet Pilei, & quòd vterque sit admittendus, est argumentum, ff. donat. inter uir. & uxo. l. cum hic status, §. si ambo. & ff. de hono. pos. secundum tabu. l. qui ex liberis, in princ. & l. 1. §. sed si in duobus, & de rebus dub. l. qui duos. & infr. de fideicommissa. liber. l. cum inter. & de leg. 2. l. si quis Titio, §. 1 Sed argu. contra. 12 quòd neuter. ff. ad Trebel. l. cum & de rei vend. l. Pomponius. §. fin. ff. de usufr. l. adhuc, §. si uero simul & de fundo instru. & instru. leg. l. quæsitum, §. si quis, & de testa. tut. l. duo sunt Titij.

11 Vtraq; est de mente B. Paul. & Iac.

Quæstio sabbatina

12 Hęc est cõis, & vera conclusio, q nemo erit hæres sm Ia.

k *Nullis angustijs.*] scilicet antiquis & solitis, scilicet anni quod nocebat scripto secundum edictum.

l *Siue præmature.*] idest, intra annum.

a *Arbitrium.*] idest, potestas huius legis.
b *Vel missio.*] idest missionis postulatio.
c *Siue enim.*] exponit, quod dixerat.
d *Fuerit missus*] idest, postulatur mitti.
e *Dominio.*] scilicet in vsucapione.
f *Praestare.*] aliis quando est heres testamentarius.
g *Excludere.*] ergo potest excludi petitor 10. vel 20. annis.
h *Ex vna parte.*] i. odio tm, vt est in praescriptione 30. ann. quae tm odio non petentium est inuenta, nec exigit poss. [illegible] bona fides, ut inf. de an na. excep. l. fi. & inf. de praescri. 30. ann. si quis emptionis idem in vsucapione, quae tamen fauore possidentis videtur inducta.
i *Ex vtroque.*] i. fauore & odio, ut est in praescriptione 10. vel 20. an. quae odio non petentis & fauore possidentis est inuenta, & exigit bonam fidem possessoris, ut Instit. de vsu. in prin.
k *Principalem.*] i. petitionem haereditatis sic ergo 10. an. tollit petitio haereditatis. Sed contra supra de pe. hae. l. haereditatis, vbi dicit 30. ann. durare. Sol. 1 ibi de directa, hic de vtili, im est eadem modo 2 ibi loquitur, cum se fm cum datur contra eum qui possidet pro haerede vel pro possessore. hic autem contra eum, qui titulo possidet, vnde cum suos terminos excedat ex ceditur a non suis terminis, sui termini sunt, vt contra eum, qui pro haerede vel pro possessore possidet, tm detur, ut ff. de pe. haere. l. pro haerede. secundum B. sed falli. ff. pro leg. l. 4. & l. fi. vbi contra eum, qui non habet titulum, non durat petitio haereditatis, nisi 10. an. sed ibi iustus error loco tituli est. Vel dic secundum Io. 3 quod loquitur hic de rei vendicatione, cum dicit principalem causam, &c.

1 † Possessionis.
2 † Du. de. est.

1 Satis placet Bar. & est eadem cum fm cum Bar. Paul. & Ias.
2 Ista nimis restringit textum, & secundum Pa. & Ias.

2 Reprobatur, dicit tñ Ias.
3 haec est tutior, & est solum modo ad primum contrarium.
4 Ista cotinuatione, sequit C. Ba. & Ia.

aliquis missus est, legis tantummodo arbitrium [a] requirat, & cum, vnde vel missio, [b] vel contradictio exoritur. Siue [c] enim post annale tempus, siue post maioris aeui curricula aliquis fuerit [d] missus, (si tamen ex legitime formato testamento missio procedat,) nullum ei temporis obstaculum obijciatur, nisi tantum temporis effluxerit, quod possit vel possessori [1] † plenissime securitatem & [2] † super dominio [e] praestare, [f] vel ipsi, qui missus est, oem intentionem excludere. [g] Si enim vel ex vna parte, [h] vel ex vtroque [i] latere temporis prolixitas occurrerit, manifestissimum est non solum missionem, sed et ipsam principalem [k] causam esse sopitam. D. 12. Cal. Apri. Constantino. post Consula. Lampadij, & Orestis VV. CC. 531.

TITVLVS XXXIIII.

Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit.

Compellens aliquem testari punitur criminaliter, & venienti ab intestato, qui defunctum testari prohibuit, haereditas aufertur velut indigno: & institutio facta a testatore, qui ad hoc blando sermone inductus est, non censetur viciosa. h. d. titulus. Alexan.

Imp. Alexander A. Seuerae.

LEX PRIMA.

Ciuili [l] disceptationi crimen [m] adiungitur, si testator non sua sponte testamentum fecit, sed compulsus ab eo, qui heres est institutus vel a quolibet alio, [3] † quos noluerit, [n] scripsit [o] heredes. S. 15. Cal. Ianuar. Alex. A. & Coss. 223.

Priuatur successione, qui impedit aliquem quo minus testetur. h. d. Sal.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. Nicagorae.

LEX II.

Eos, [p] qui ne [4] † testamentum ordinaretur, [q] impedimento suisse monstrantur, velut indignas personas a successionis compendio remoueri, [r] celeberrimi iuris est. PP. Cal. Ian. Diocle. 2 & Aristobulo Coss. 285.

Institutio facta blando sermone non est viciosa. h. d. Salic.

Ijdem AA. & CC. Eutychidi.

LEX III.

Iudicium vxoris postremum in se prouocare maritali [s] sermone non est criminosum. D. 5. Cal. Ianu. CC. Coss.

spon. quod sic, & quod dicit, noluerit, s. testator. aliis est voluerit. scilicet qui compulit.
l *Ciuili.*] i. petitione haereditatis, quae cum sit a senatoribus inducta, ut ff. de pe. haer. l. item veniunt. §. cum praedixisset ergo ciuilis, vt institu. de perpe. & temp. act. in princ.
m *Crimen.*] scilicet extraordinarium.
n *Noluerit.*] aliis voluerit.
o *Scripsit.*] an isti sint heredes, dic vt 3. l. proxi. in glo.
E *Os.*] CASVS. Filius matri testari volenti impedimentum praestitit, quia coram testib. ei interdixit, ne testm faceret, 3 † quos libet alios nec fecit, an admittendus sit ad successionem, quaeritur? Resp. quod non, quasi indignus.
p *Eos.*] legitimos.
q *Ordinaretur.*] vel totum, vel in parte.
r *Remoueri.*] vt ff. de his, qui vt indig. l. cum qui. §. fi. & ff. eo. l. 1. in prin. & l. 2. in princip... & supra de inoff. test. l. testamenti. & in authen. vt cum de ap. cog. §. cãs. coll. 8. 4 † Vt ne. Item tenetur lasso in duplum, cui legandum vel relinquendu erat vt in authen. vt nulli iud. §. & hoc peruenit. col. 9. Sed quid si quis te compulerit, vt me instituas, in haereditate habel o ratio qñ. sabbatina esse posset, nam in alienum lucrum conuerti alienum metum non oportet, ut ff. quod me. cau. l. si cum exceptione. §. Pedius puto tamen nocere haeredi instituto, secundum H. vt ff. quod me cau. l. metum. au. praesente. §. sed licet, & ff. eo. l. 1. § 1. in fi.

ADDITIO. Aduertas gl. quod super rubr. ff. eo. tenet contrarium, quod tenet ibi Dynus, quia quando dolus alicuius est immediata causa acquisitionis meae, debet mihi nocere. vt in dolo procuratoris qui nocet domino, ut l. si procurator. ff. de doli excep. & de vi & vi ar. l. prima. §. si quis tamen. & §. filius. Item videtur casus expressus supra eod. l. prima. & hoc sequuntur hic Pe. & Cyn. nec obst. l. metum. in §. sed licet. ff. quod metus cau. quia ibi metus alterius non fuit causa proxima acquisitionis, sed labor meus, de quo vide latius per Bartol. in rub. ff eod.

I *Vdicium.*] CASVS. Si vxor tua quo magis bona sua mortis suae tempore tibi reliquisset, blanditus fueris, an quasi indignus repelleris, quaeritur? Resp. quod non, videtur quod sic, quia forte alij bona sua reliquisset, & ita videtur impedita testari. contrarium tamen est verum.
s *Maritali.*] i. blando mariti sermone, ut ff. eo l. fi. Sed ar. contra. ff. de inoffi. test. l. non est. & de don. inter vir. & vxo. l. 1. in fi & l. 2. & 3. in prin. & sup. de statu. & imagi. l. 1. & ff. de haer. insti. l. captatorias.

SI QVIS ALIQVEM TESTARI PROHIBUERIT, vel coegerit.

Qualiter 4 repellantur heres propter vituperationem testamenti a possessione dixit: nunc qualiter a tota haereditate propter aliud vitium a iud.

C *Iuili.*] CASVS. Aliquem compulisti, vt te haeredem institueret, & instituit, qui te non instituisset, si liberi arbitrij fuisset, petis haereditatem a possidente per haereditatis petitionem: obijcit tibi aduersarius quod testamentum non valuit, quia testatorem compulisti vt te haeredem institueret; an sis repellendus, quaeritur? Re-

DE IIS, QVIBVS VT INDIGNIS HAEREDITATES auferuntur, &c.

Vnam causam dixit superius titulo, quare ut indignus repellitur, nunc generaliter.

TITVLVS XXXV.

De ijs, quib. vt indignis hæreditates auferuntur, & ad Senatusconsultum Syllanianum.

Hæres, qui non vindicauit necem defuncti, conuictus de negligentia, tenetur restituere hæreditatem fisco vna cum fructibus integris sicut malæ fidei possessor. Et tenetur etiam à die litis motæ aduersus semissas pecuniarum redactarum ex venditione rerum hæreditariarum. h. d. Alex.

Impp. Seuerus * & Anto. AA. Celeri.

LEX PRIMA.

Hæredes, quos necem testatoris indultam [a] omisisse constiterit, fructus integros cogantur reddere.[b] Neque enim bonæ fidei possessores ante controuersiam illatam videntur fuisse, qui debitum officium [c] pietatis sciens [d] omiserunt.

¶ Ex hæreditate aũt rerum distractarum, vel à debitoribus acceptæ pecuniæ post motam [e] litem bonorum, vsuras inserant, quod in fructibus [f] quoque locum habere,* quos in prædijs hæreditarijs inuentos, aut exinde perceptos vendiderint, proculdubio est. Vsuras autem semisses [g] dependere satis est. D. 15. Cal. April. Chilone & Libone Coss. 205.

Fructum defuncti maioris non retractatur ex persona hæredis minoris. Et si tutor in accusatione falsi testamenti succubuit, pupillum hæreditatem perdere facit, & applicari fisco: & tutor eo casu tenebitur ad satisfactionem damni actione tutelæ, et de calumnia punietur. h. d. Alex.

Ijdm AA. Vero.

LEX II.

Polla [h] quidem liberam habuit administrãdi patrimonij sui potestatem,[i] 1 † nec idcirco, quòd pupillus illi hæres [k] extitit, ea, quæ ab ipsa finita sunt, reuocari in disceptationem oportet.

Hæredis.] CASVS. Si testator interfectus te hæredem instituit, nec interfectorem accusasti, quod facere debuisti, fructus, quos ex hæreditate percepisti, fisco tanquã indignus reddere compelleris. Si autẽ res hæreditarias distraxisti: earum pretium cum vsuris, & pecunias à debitorib. hæreditarijs exactas inferre debes, & hoc in secunda. Si autem fructus in prædijs hæreditarijs inuenisti, vel inde percepisti, & eos distraxisti, vsuras dependere debes sed quas, quæritur? Resp. quòd semisses, quæ æquiparãtur sorti intra duos annos, puta 10 in ann.

Hæres qualiter vlcisci debeat mortem defuncti.

a *Indultam.*] vlcisci enim debet ab hæredib. accusando homicidiam, vt supra de p̃ci. Impera. offi. l. prima, non sua authoritate occidẽdo, & hæc accusatio fit coram alio iudice, non corã procuratore Cæsaris, sed lata sententia q̃ratur de bonis corã procuratore Cæsaris vt supra vbi causæ fiscal. l. 1.

*Hanc Seueri epistolam ad Celerem vocat Vlpianus l. item veniunt. §. petiti. ff. de pet. hære. Cont.

b *Reddere.*] fisco scilicet nã quod aufertur indigno, &c. vt de inoffi. test. l. Papinianus. §. meminisse, & ff. de his qui. ut indig. l. Claudius. in fi. & ad Sylla. l. cum fisco. Excipe 1 tñ duos casus. Primus sup. de hær. insti. l. si pater & l. nec apud. Secundus 2 de leg. l. pe. Sed per quantum tempus expectantur heredes ad vlciscendum? Respon. tps est a iudice statuendum, vt & alias, vt in auth. de hær. & fal. §. illud, col. 4. vel si non sit statutum, & transierit tempus intra quod facere 3 potuit, punitur, vt ff. de verbo. ob. l. si ita stipulatus essem abs te domum, & intra quinquennium accusari possunt extranei hæredes de his, non vltra, sed non extranei, etiam perpetuo, ut ff. ad Syll. l. in cognitione.

1 Propriũ no dñr exceptiones, sed regulæ de parte. Bar. & Pa.

2 Sequuntur hãc gl. Bar. B. P. Ang. Alc. & Sal.

3 Glo. hĩ loquit in genere, nõ tñ quoad hũc text. Bar. Sal. & Alex.

c *Officium.*] id est, vindictam sui prædecessoris.

ADDITIO. Dic secundum Bal. hic, quod ille, qui omittit officium, non debet fructus lucrari. Et est apertè contra clericos, qui non deseruiunt in diuinis, vt tanquam indigni teneantur ad restitutionem omnium fructuum.

d *Scientes.*] id est scientia inducit malam fidem, vt hic, & infra de agr. & censi. quemadmodum. in fi. lib. 11. secus ergo si sunt bona fide possessa, quia tunc inquantum locupletiores sunt, tenentur, vt ff. de pe. hær. l. item veniunt. §. cum prædiximus, & quia in facto errauerunt, 5 vt ff. de his, qui. ut indig. l. hæredem.

4 Vtili, nõ directa. Fulg.

5 Ista destruit tex. secundum scrib. hic.

6 Ista cõiter tenetur sm cosdẽ.

e *Post motam litem.*] immo post quamlibet moram: sic enim fit in pe. hær. vt ff. de pet. hær. l. item veniunt. §. petitiam, & hic agit fiscus pet. hære. 4 Sed respondeo, hic subaudiri maxime. 5 Vel dic hoc speciale. Vel verius refert 6 an alienet res necessarias hæreditati, vt tunc ex tempore moræ veniant vsuræ pretij accepti, an vtiles, & tunc ex tempore litis contestatæ tantum. iste enim est malæ fidei possessor, & in malæ fidei possessore sic distinguitur, vt ff. de pe. hæred. l. item veniunt. §. pe. & l. si possessor. 1. §. quod sit post.

f *In fructibus.*] id est pretio fructuũ, & sic in quolibet, qui petitione hæreditatis tenetur, vt sup. de pet. hær. l. 1. & ad hoc ff. de his, quib. ut ind. l. cum qui. & ff. de vsu. l. cum quidam. §. in tacito.

* V. Cuiac. 11. obs. 27. & ad l. 5. inf. de pœ. fiscali.

g *Semisses.*] l. 10 de 20. solidis in anno, vt supra de vsu. l. eos, & tales dicuntur fiscales, ut ff. de vsu. l. cum quidam. §. si debitores, & infra de vsu. fisca. l. si. l. 1.

Polla.] CASVS. istius legis ponitur in glo. sed clarius dic sic: Quidã testã fecit, puta. Titius, & Pollam & fratrẽ suũ impuberem, & duos extraneos heredes instituit. Polla volens repellere extraneos, & succedere ab intestato cum fratre suo, incœpit accusare testamentum de falso. tandem transegit aliquo dato ab extraneis, & de portione sua. decessit Polla, pupillus ei successit, vult tutor dicere falsum nomine pupilli tã pro portione Pollæ, de qua erat transactũ, quã pro portione pupilli, an pro vtraque possit, quæritur? Respon. pro prima omnino non potest, pro secunda põt sed sciat tutor si accusauerit, & succubuerit, quia non probauerit, quod aufertur a pupillo illa portio, quam habiturus erat ex testamento propter calumniosam accusationem institutam ab eo, & damnum, quod propter hoc pupillo contingit, restituet ei iudicio tutelæ. Item de calumnia damnabitur, si condemnatus fuerit, vt ff. eod. tutorem. Viuia.

h *Polla.*] Polla fuit instituta cum fratre suo impubere & cum duob. extraneis. Polla quidem dicit testã falsum, quia volebat repellere extraneos: tandem transegit cum eis de sua portione defuncto Polla, pupillus frater eius ei succedit nunc vult tutor pupilli dicere falsum testamentum, tam pro parte Pollæ, quam pro parte pupilli pro prima. s. pro parte Pollæ non potest, pro secunda sic, sed videat, quid agat, quia si non probauerit, aufertur hæreditas pupillo, & tenetur tutor ei reddere de bursa sua per actionem tutelæ.

1 † Facultatem.

i *Potestatem.*] vt & supra mandati l. in re mandata.

k *Illi hæres*] per quod volebat et Pollæ portionem reuocare, sed non potest, non. n. ex persona hæredis conditio obligationis mutatur, vt hic, in ff. de verb. obl. l. a. circa princ. Et est hic arg. 7 contra abbatem, qui volebat in ecclesia, quam patronus fundator ei contulerat. habere tale ius ac si ipse fundasset, & quale habebat in cæteris suis ecclesijs. Et est simile ff. de iur. fis. l. fiscus, & supra de non nu. pec. l. si intra & ff. de iud. l. hæres absens, in prin. & ff. qui. ex cau. in poss. ea. l. apud Iulianum. Sed arg. contra, infra de præscri. 30. an. l. sicut. §. sed pupillari.

7 Displicet qa est 7 tex. formalem, in c. r. de iure pat. in 6. P. Sal. & Ias.

ADDI-

ADDITIO. Soluas. hic loquitur de iure iam firmato in præteritum. ibi loquitur de præscriptione firmanda in futurum ex negligentia hæredis non petentis, ideo inspicitur eius conditio.

a *Pupilli nomine.*] immo vr, quòd tuo possis nomine, non alterius accusare, vt inf. qui accusa. non poss. l. 2. quę est contra. Sol. hic ciuiliter, ibi criminaliter, hoc non placet, quia inf. dicit de calũnia, &c. Dic ergo, 1 hic nomine pupilli, idest, propter pupillum, & ad eius vtilitatem, sed nomine tuo accusas. Accur.

* Polla in hypothesi transegit de testaméto nõdũ suspecto. vi. Hoto. 22. Illustr. vi. & mẽ Cuiac. 8. obse. 21. 1 Sequitur eam. Bal.

b *Transactum est.*] Pro portione sua cũ cohæredibus, s. quæ transactio valet, vt supra de transactio. l. transigere.

c *Non obtinueris.* idest succubueris, nam oportet sententiam proferre, ut infra eo. l. alia.

d *Saluam facturum.*] per actionem tutelæ, ut supra de administ. tut. l. non est.

e *Pupillo.*] vt indigno, cum eius nomine appareat calũniosam accusatiõné institutam, vt infra eo. l. alia. & infra ad leg. Cornel. de fals. l. qui falsas. Sed sibi legata tutor non perdit, q. necessitate officij fecit, ut ff. de ijs, quib. vt indig. l. tutorē, in princ. Sed certe imò vr, q eius ętati parcatur, ut non perdat, licet calumniosam accusationem instituit tutor, ut ff. de his q. bus vt indig. l. post legatum, §. ætati, quæ est contra? Respõ. duas habet vias, vel pati amissum, & agere contra tutorem, vt hic, vel petere restitutionem in integr. vt sibi non noceat accusatio, vt arg. supra si tut. vel cur. inter. l. fi. vel aliter loquitur ibi, qñ tutor non est soluendo: alias obtinet, quod hic dicit, ut argum. infra vnde vi. l. meminerint, & supra de iud. l. properandum, in fin. l. Vel tertio 2 potest esse, q est soluendo, nec tamen tenetur tutelæ quia suadente matre, & agnatis pupilli accessit ad dictam, accusationem, ut ff. de his quibus vt indig. l. tutorem, in princ. & hoc casu loquitur. §. ætati. Vel quarto potest esse, q perditis instrumentis, & mortuis testib. obtinere non potuit contra tutorem, vnde à principe petat restitui, vt d. §. ætati. Item no. q caute hic dicit partem pupilli amitti tantum. An autem & partem Pollæ amittet? Respon. 3 hic innuit eam non amitti, ut argu. ff. de his qui ut indig. l. post legatum, §. qui accusauit, & de uul. subst. l. ex facto, §. Iulian. Et est ratio, 4 quia pro parte Pollæ non potuit dicere falsum, ut in prin. huius legis dicit. Sed arg. contra. ff. de bon. lib. l. qui in seruitute, & ff. de his qui ut indig. l. post legatum, §. si pater, & §. si filius, & §. ætati, in fi. & de fideic. lib. l. si filius, §. 1. Itē not. q hic dicit falsum, secus si quis dicat non iure factũ: quia non perdit, licet succũbat, ut ff. de his quib. vt indig. l. post legatum, §. 1.

2 Ista glo. est ualde signãda, & menti tenẽda, sm Bal. & est singu. sm Pau. & Ia. 3 Sequitur eam Ia. & est de mẽte B. B. & Paul. 4 Idẽ Bal.

f *Calumnia.*] si sit euidens, non alias, ut ff. de his quibus ut indig. l. tutorem, & infra qui accus. non poss. l. 2.

g *Pupilli nomine.*] idest ad eius commodum, uel incommodum, ut supra dixi.

h *Retractas.*] i. iterum tractas. i. ponis in dubio: nec enim potes retractare pro parte Pollæ, ut supra ea. l. in princ.

Sed si pupilli [a] nomine falsũ dicere vis testamentum, de quo per Pollam * transactũ [b] est, potest experiri; dum memineris, si in causa non obtinueris, [c] & portionem, quã ex eo testaméto pupillus habet, te ei saluam [d] facturum (quam adimi pupil [e] necesse erit, secundũ iuris formã) & de calumnia [f] tua præsidẽ deliberaturũ, quamuis pupilli [g] nomine agere videaris, cum retractas [h] ea, quæ finita sunt per cohæredẽ PP. 7. Cal. Maj, Antonino A. 3. & Gæta 3. Coss. 209.

Si ante habitã quæstionẽ de seruis sub morte defuncti occisi à familia, tabulæ testamẽti apertæ, & recitatæ sũt: (subaudi, & hereditas adita sit) illa aufertur hæredibus, vt indignis, nisi sint pupilli. h. d. Alex. post. Bal. & Sal.

Imp. Alex. A. Antiochiano.

LEX III.

SI ea quæstio infertur filijs [i] eius, quam consobrinam tuã dicis, q tabulæ testamenti patris eorum, quia familia interfectus dicebatᵘ, prius, quàm quæstio de seruis haberetur, [k] apertæ, & recitatæ [l] sunt: propter amplissimi ordinis consultum hæreditas a fisco vindicatur: & ideo agi causa apud procuratorem meum debet: qa non eo tempore pupilli fuerunt. [m] PP. 2. non. Ap. Alexandro A. Coss. 223.

Hereditas in codicillis directo adimi non potest: sed si in eis hæredes reputãtur indigni, aufertur eis hæreditas & applicatur fisco, & libertates in codicillis dari possunt. h. d. Alex.

Idem A. Philomiso.

LEX IIII.

HAereditas in testamento data, p epistolã, vel codicillos adimi [n] verbis 1 † directis non potuit: quia tamen testatrix voluntatẽ suã non mereri * vnum ex hæredibus suis declarauit: meritò eius portio, non iure ad alium [o] translata, fisco vendicata [p] est. Libertates autẽ in eadẽ epistola datæ peti poterunt. [q] PP. 2. Cal. Decem. Maxi. 2. & Aelian. Coss. 224.

1 † al. desunt.

* Istũ tex. reputant singul. q etiam non expressa causa ingratitudinis hæres efficit indignus, si testator dicat eũ suã hæreditatẽ nõ mereri.

SI ea.] CASVS. Aliquis interfectus fuit à familia sua, vel ab aliquo extraneo, filios consobrinæ tuæ, qui dicũtur tibi propiores consobrini tui, hęredes instituit, antequã interfectorem accusarent, vel seruos torquerent, fecerunt tabulas testamenti aperiri, recitari, & publicari, & hæreditatem ex eo testaméto adierũt, an ab eis, vt ab indignis auferenda sit hæreditas, quæritur? Respon. q sic, ex senatusc. Sylla. & de hoc cognoscet procu. principis.

i *Filijs.*] qui sunt tui propiores sobrini, ut Instit. de gradib. §. 5.

k *Haberetur.*] in domo, non dico in iudicio.

ADDITIO. Tu dicas immo in iudicio, cũ debeat esse publica quæstio, vt l. 1. in prin. ff. ad Syllan. ita tenet Bar. hic, reprobando hãc glosellã.

l *Et recitatæ.*] & adita est hæreditas, alioqui non ei aufertur, ut ab indigno, ut ff. ad Syllan. l. si quis in graui. §. non tantum & l. necessario, §. nõ alias, & l. pp veneni. Sed alij dicunt aperturã sufficere. quod non placet. ob aperturam tamen solam statuitur in eum pœna cẽtum aureorum, ut ff. ad Sylla. l. lege Cornelia, §. fi.

m *Fuerunt.*] tunc. n. non noceret eis, vt j. cod. l. minoribus, & supra in qui. cau. in integ. rest. l. 1.

HAereditas] CASVS. Testa m̃ fecisti, me hæredẽ instituisti, postea in codicillis hæreditatem ademisti, an sit a me auferenda hæreditas, quæritur? Respon. q non. Si autem, uel per epistolã, uel in codicillis dixisti te nolle me hæredem esse, quia tibi exstiteram ingratus, an sit auferenda portio mihi relicta, quæritur? Respon. q sic, & est fisco applicanda: an autem libertates dandæ a me possint peti, quæritur? Resp. q sic, sed non aperte à quo, tu dic a fisco.

n *Adimi.*] scilicet directo, nec dari, sed per fideicommissum sic, ut infra titu. 1. l. 3. & Instit. de codicil. §. codicillis autem. Nec obst. ff. de condit. instit. l. pen. §. fi. quia ibi unum cogitauit.

o *Ad alium.*] scilicet quia ille indignus, cui fuerat relicta, iam alienauerat. Vel dic, q testator alij non capaci reliquit, per quod priori videtur adimi, licet secundus non habeat, ut ff. de leg. 1. planè. i. in princip. Vel dic, q ad nullum alium transtulerit, & q non iure translata, quia nullo modo translata, sed simpliciter instituto ablata.

p *Vendicata est.*] quia indignus est, qui non habet supremã voluntatem, ut ff. de his quibus ut indig. l. cum quidam.

q *Peti poterunt.*] a fisco, ut ff. de iure fisci. l. dicitur. & ad hoc infra de fideicomm. l. & in epistola. Item ad id, quod dicit fisco uendicata, est contra ff. de adim. leg. l. ex parte. ubi remanet ei. Sed hic expresiè ademit, ibi tacite, persequendo inimicitias, & aliud testamentum inchoando. Est 5 enim ademptio expressa, ut cum dicitur, nolo sibi legatum esse deberi, uel cum facit aliud testamentum perfectum, in quo sa, saltem non legatei. Tacita, cum dicit, nolo testamentum meum ua gere. 5 Vel dic, inimicitias esse inter se, & cum, cui relinquit, uel secundum cępit facere, & non fecit: nam non ideo

5 Immo expressæ uerbis generalibus Ful. & Almuta.

mutauit primum his tribus casibus: quia potest esse, quòd secundo loco vult esse hunc hæredem. Vel recest damnosa, vnde magis vult habere eum, quia inimici sunt, vt sic grauetur, vel quod ibi dicit non denegari actionem instituto: verum est contra extraneum, sed aduersus fiscum denegabuntur: ... legatum ideo non habeat, quia est hæres, 1 vt ibi dicit, sed prima est tutior. Item contra, vt ff. si tabul. test. nul. extra. l. 1. §. pen. vbi dicit deferri venientibus ab intestato, cum mutauit voluntatem cancellando, vel aliquo alio modo. Solu. distingue, 2 verum ille, qui extitit indignus, sit in proximior i gradu testatori, & tunc applicatur fisco, vt hic: an in remotiori, & tunc non, vt ibi. Vel i 3 omnes 3 instituti erant indigni, & circa omnes mutauit voluntatem: vnde nullus eorum institutorum admittitur ex eo testamento: sic locus est ab intestato, hic circa vnum tantum mutauit, unde alij remanent hæredes: si ergo portio deficiens deferretur ab intestato, inueniretur idem testatus, & intestatus decessisse, quod esse non debet: remanet ergo hæres, sed eius partem accipiet fiscus, ut hic. Item contra, supra de testamen. l. hac consultissima, §. penult. in princip. Solut. ut ibi. 4 Et ut plenè scias, cui detur portio alicui ablata: dic, cum institutus hæres capere non potest, aut propter delictum testatoris, aut propter suum, aut ideo quia alias deficit testam. Primo casu non fit fisco statim locus, quia quidam cognati ei præferuntur, vt sup. de secund. nup. l. 1. §. præterea, & §. omnium, & de nat. lib. l. & de incest. & inut. nupt. l. si quis incest. In secūdo statim locus fisco, vt ff. de his quibus ut indig. l. Claudius, §. 1. & l. mulierem, & ff. de leg. 3. l. si deportati vel in totum, vel in partem, si pars tantum deferebatur delinquenti, ut si quis aliquem testari prohib. l. 1. respon. & l. 2. §. fratris, & hic. Excipitur tamen in casu, at ff. de his, quæ pro non scrip. hab. l. 3. & supra de sec. nup. l. 1. §. his etiam. In tertio casu, si quidem deficiat testamentum propter errorem testatoris, locus est cognatis, vt sup. de hære. inst. nec apud. & l. si pater. Nec ob. ff. de iur. fisc. aufertur, quia ibi non extabant cognati. Si autem deficiat, quia testator non obseruauit solennitatem testamenti: succedunt ij, qui veniunt ab intestato, vel qui alias in alio testamento solenni erant instituti, ut Instit. de hær. quæ ab intesta. defer. in princ. & ff. de adi. leg. l. ex parte. idem & si ademit in codicillis, ut hic in princip. dicit, sed hoc fallit in casu ratione cursus temporis, ut supra de testam. l. sancimus. Si verò solennia seruauit: sed unum, uel omnes dixit non mereri voluntatem suam, locus est fisco, ut sic præsumam hæredem suo delicto non succedere, ut hic in fin. Si autem tabulas incidit: tunc distinguam, aut quia uoluit intestatus decedere, & sic loquitur, ff. si tabu. testa. nul. extab. l. una, § penul. & de his quæ in testa. delen. l. si. & tunc non præstarentur legata, aut hæredes reputauit indignos: & tunc est locus fisco, ut ff. de his, quæ in testa. delen. l. prox. idem & si dubitetur, ut ibidem not. In hoc tamen casu. & in superiori, forte non tollitur ipso iure testamentum, ut not. sup. de testa. l. nostram, & hoc cum testator alias poterat facere testamentum. alias si inter nullos poterat testari propter conditionem suæ ætatis, ut quia pupillus, uel furiosus cognati tamen succedunt, nisi impediantur propter delictum suum: tunc n. fisco saluantur bona, ut ff. de suis, & legit. l. 1. primo respō.

1 Hæc ratio nō est bona Alex. ideo dic, quod hic ademit expresse, eū reputando indignum. Bar. Paul. Sal. Alex. & Ias.

2 Duæ successiones.

3 Hæc non est bona. Bar. Paul. Sal. & Al.

3 † Al. desunt.

3 Trussa est. B. Pau. Sal. & Al.

4 Dic, quod ibi testator nō reputauit hæredes institutos indignos. hic vero sic. Bart. Sal. & Ias.

Qui expensas funeris non facit, vt testator iussit, non propterea remouetur, vt indignus. hoc dicit Bald. Salic. & Alex.

Idem A. Tyranno.

LEX V.

NOn oportet, vt indignis hæredibus,[1]† successionem auferri, prætextu, quod in sepultura supremis iudicijs, vel voluntatibus [2]† defunctorum obtemperatū non fuisset. [a] PP. 7. Idus Mart. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Crimen inultæ necis non obiicitur minoribus, se maioribus, & appellationē interpositam ab aduersario minor habet persequi pietatis officio, sed necessitate non tenetur, maior vero sic. h. dicit Salic. & Alex.

& §. planè, & de testamen. l. eius. § primo, vsque in finem l. & facit ad hanc legem, ff. de his quibus vt indign. l. inimicitiæ, & ff. de legat. 3. l. cum quis, §. Seiam, & de doli exceptio. l. apud, §. præterea, & de adimen. legat. l. diui, & de donan. l. quidam in iure.

Idem A. Venusto, & Clementino.

LEX VI.

MInoribus vigintiquinque annis hæredibus nō obesse crimē inultæ mortis placuit. Cùm vos [b] auiē etiam accusationem pertulisse, [c] & quosdam ex reis punitos proponatis: licet is, qui mandasse cædem dicitur, prouocauerit, vereri non debetis, ne quam hæreditatis paternæ quæstionē à fisco meo patiamini. Conuenit [d] enim pietati vestræ respondere [e] causam [3]† appellationis reddenti. Quòd si maioris ætatis fuissetis, etiam ex necessitate prouocationis certamē implere deberetis, [f] vt possetis adire hæreditatem. PP. 1. 5. Calend. Iul. Alexand. A. 3 & Dione Coss. 230.

NOn oportet. CASVS. Testamentum fecisti, & hæredem me instituisti, & præcepisti, ut facerem sepulchrum marmoreum: non obtemperaui. an à me auferenda sit hæreditas, quæritur? Respon. quod non, sed quod hoc facere compellendus sū ex voluntate legitima.

a *Fuisset.*] si fuit minus legitima voluntas, planum est, vt ff. de condit. inst. l. quidam. & de leg. 1. l. servo alieno, §. fi. & arg. ff. de verbo. sign. l. cū in testamento. idem & si fuit legitima, vt ff. de relig. & sump. fun. l. militis, & ff. de relig. l. si quis, §. idē, causam. in fine §. In hoc casu tamen, cum est legitima, si sint plures hæredes, vnus alterū familiæ erciscūdæ iudicio ad faciendum compellet, ut ff. fam. ercisc. his communiter. Sed si unus tantum, cogetur auctoritate pontificali, ut ff. de pet. hær. l. hæreditas, in fin. & ff. de ann. leg. l. Quintus. Item contra hanc l. infra de fideicom. l. fin. in fin. sed ibi præcepit testator, addens ut si non faceret præceptum, amitteret relictum, quod hic non adiecit. secūdum Ioan. Alij, quod hæc corrigitur per illam, quod non placet: sed per auth. ibi positam uidetur hæc corrigi: Vel hic non fuit pecuniarium præceptum.

3 † al. & causam.

MInoribus.] CASVS. Aliquis interfectus à familia, uel ab extraneo minorem 26. ann. hæredem instituit: interfectorem testatoris, minor non accusauit: an sibi præiudicauit, quo magis ei auferenda sit hæreditas, quæritur? Respon. quod non. Si autem accusauit, & obtinuit, interfector autem appellauit: minor autem causam appellationis exercere noluit, an sit sibi præiudicium, quo magis sibi auferatur hæreditas, quæritur? Respon. quod non: si autem maior fuisset, causam appellationis ad finem perducere haberet necesse: alio quin auferenda esset ei hæreditas. Viui.

b *Vos.*] scilicet minores.

c *Pertulisse.*] non tantum instituisse, sed ad finem duxisse, licet ad hoc non adstringeremini, cum sitis minores, ut in princ. huius legis, & supra eod. l. si ea quæstio, in fin. & sup. in qui. cau. in integ. rest. non est nec. l. 1.

d *Conuenit.*] idest conueniens est: non tamen necesse, nec ex necessitate ad causam appellationis prosequendam estis adstricti.

e *Respondere.*] & agere. Et no. hic, quòd qui appellat causam appellationis debet adijcere, & ff. de appell. l. Scio, in fin. & extra de appell. l. ut debitus honor. quod non placet per eandem l. Scio, & dicta decretalis de interlocutoria dicit. Sed quid si eo tempore, quo adierunt, minores fuerūt, nunc cum conueniuntur ex appellatione sunt maiores, uel statim post aditionem facti sunt maiores: nunquid tenebūtur accusare? Respon. non. quasi initium sit spectandum, ut ff. de mino. l. 3. §. Scio. & ideo non amittunt beneficium, quod debet eis esse perpetuum, ut in authen. const. quæ de de dign. §. illud quoque, colla. 6.

f *Implere deberetis.*] huic est contra ff. ad Syllan. propter veneni. §. fin. Solut. ibi propter inopiam excusantur. sic ff. mand. l. si procuratorem, §. si ignorantes.

ADDI-

ADDITIO. Tu dicas cum Barto. hic quandoque ille, qui accusauit, obtinuit: & reus, qui succubuit, appellauit: & tunc tenetur appellationem prosequi, nisi sit minor: vt hic. quandoque ille, qui accusauit, succubuit, & tunc non tenetur appellare, nec appellationem prosequi, & ita loquitur l. cõtrariis. ratio est: q͂a sententia præsumitur iusta. arg. eius quod notatur in l. Herẽnius, §. Caia. ff. de euictionibus.

S *I ideo.*] CASVS. Interfectus aliq͂s hæredẽ te instituit, mortẽ testatoris nõ vindicasti, q͂a interfectorem nõ inuenisti, an tibi quò magis auferatur hæreditas, p iudicasti, quæritur? Respon. q͂ non. Vin.

a *Est desiderata.*] i. cum desiderio vitæ. Et nota, quod nõ imputatur, si facit, q͂d potest, vt sup. de inoffic. testam. l. cõtra.

A *Lia causa.*] CASVS. Si testãm, in quo erat tibi legatum relictum, de falso accusasti, & succubuisti, vel obtinuisti: à perceptione illius es excludendus: diuersa tamẽ est causa illius, qui accusationem de falso instituit & succubuit: & illius, qui instituit, nec ad finem perduxit, sed destitit, quia in partem primi succedit fiscus: in partem secundi nõ succedit, sed integra suæ partis sibi reseruatur persecutio.

b *Accusatione.*] contra hæredes.

c *Meruit.*] idem est si pro se: quia cũ sit falsum, non debẽtur ex eo legata, vt ĩ. de fideicõ. l. si veritas.

d *Non perdat.*] sic distinguit. ff. de inoff. test. l. Papinianus, §. meminisse. & ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. accusasse. & l. in seruitutem, §. 2. & ĩ. de fals. l. qui falsas. & accipiẽs relictum non ageret, de inoff. testa. sed de falso vel irrito sic, vt ff. de inoff. testa. l. si pars. & de ijs, quib. vt indig. l. post legatum, in princ. Sed videtur non amittere relictum, licet perdat. ff. de leg. 2. l. Lucius, 2. §. Sempronia, quæ est contra. Sol. ibi egit contra eum, qui prohibuit se institui, non contra testamentum: hic contra testamentum. Item contra, ff. de ijs, quibus vt indig. l. post legatum, §. 1. sed illam intellige secundum hanc, vt causam peregerit.

Qui non est in culpa, non debet esse in pœna. h. d. Bal. Vel sic: Si occisores non reperiuntur, non punitur hæres si eos nõ accusat. h. d. Alex.

Idem A. Vitaliæ.

LEX VII.

SI ideo vltio necis testatoris non est desiderata, [a] quia cędis auctores reperiri non potuerint: obesse hæredi qui, ex [1] † quo nulla eorum culpa detegitur, non oportet. PP. Idib. Mart. Lupo & Maximo Coss. 233.

Delictũ persistentia purgatur per desistentiam: & non dicitur perfectum, nisi per perseuerantiam. h. d. Vel sic: Accusans testamentum de falso, ita demum perdit, quod in eo relictũ est, si perseuerauit in accusatione vsq; ad sententiam definitiuam, & succubuit: secus, si ante sententiam destitit. Alex.

Imp. Gordianus A. Tatiæ, al. Titiæ.

LEX VIII.

ALia causa est eius, qui falsi instituta accusatione [b] ad finẽ vsque, q͂d insimulabat, perduxit & contrariam sententiam meruit [c] alia eius, qui inchoatam accusationẽ nõ pertulit: cũ in illius quidem partem succedat fiscus: hic aũt, qui contrariã iudicis sñiam non sustinuit, suæ partis nõ perdat [d] pſecutionẽ. PP. 15. Cal. Feb. Gor. A. & Auiola. Cos. 240.

Si occisores ignorentur, potest hæreditas adiri impune: & cum postea ad notitiã deuenerint, debent hæredes accusare, si nolũt hæreditate priuari Alex. post Bal. et Sal.

Impp. Diocl. & Maxim. AA. & CC. Aelianæ.

LEX IX.

CVm fratrẽ tuũ veneno [e] peremptũ esse asseueres, vt effectus successionis eius tibi nõ auferatur, mortẽ eius vicisci te necesse est. Licet. n. hæreditatẽ eorum, qui clãdestinis insidijs perimuntur, [f] ij, qui iure vocantur, adire non vetantur: [g] tñ si interitum non fuerint vlti, successionem obtinere [h] nõ possunt. PP. Tyberiano, & Dione Coss. 291.

Hæredi scripto à legitimo prçuento non aufertur hæreditas à fisco, si mora vel culpa nõ possit ei imputari. Sali. Vel sic: Non imputatur hæredi, si non vindicat, si ab alio fuit præuentus, antequã esset in mora. h. d. Alex.

Ijdem AA. & CC. Syluanę.

LEX X.

SOrorem fratris necẽ iure licito vindicantem, euincere ab vxore rectè scripta successionem non conuenit. [i] secũdũ q͂ si fiduciam innocẽtiæ geris, [k] & neque

e *Veneno.*] clam, non per vim, vt ff. ad Syllan. l. 1. §. planè si venenum. Azo.

f *Perimuntur.*] non à familia. Azo.

g *Non vetantur.*] antequam vindicem. Distingue [1] ergo, cum testator est occisus. si quidem à familia: vindicare debet hæres necem defuncti, priusquam adeat hæreditatem, vt sup. eod. l. si ea quæstio. Si ab alio, si quidem clam, statim adire potest: & post vindicare. Si palam, primo dẽt vindicare, vt hic, & ff. ad Syllan. l. propter veneni, & l. 1. §. occisorum. Sed Azo. [2] nõ distinguit clam vel palam, cũ ab extraneo: quia statim adit, sed postea accusat. Vel dic primo casu, quando à familia, haberi q͂stionem de familia, antequam adeat: licet accusatio deferatur, vt d. l. si ea quæstio. ĩ. e. & ff. ad Syllan. l. 3. §. non tantum, & l. necessarios, §. 1. Idẽ no. [3] hic, quod senatusc. Sylla. imponit pęnam seruis, qui dominum non iuuerũt cum possent. Lex autem Cornelia, quæ illud secuta est, dat præmium necem accusantibus quinque aureorum liberis, seruis libertatem, [4] vt ff. ad Sylla. l. lex Cornelia, & sup. de precib. Imperat. offer. l. 1. & ĩ. quib. ex cau. ser. pro præ. lib. ac. l. prima, & ff. qui sine ma. ad lib. perue. l. 1. Ad senatusconsultũ. Syllanianũ dat actionem emptori, qui emit seruũ, qui postea vindicauit necem defuncti, & sic peruenit ad libertatem, licet ad repetendum precium, vt ff. ad Syllania. l. si quis in graui, §. si ex stipulatu. & l. si seruus à testatore, & l. pro domino. & ĩ. quib. ex cau. serui pro præ. liber. ac. l. secunda.

1 Istã glo. sequuntur Bar. Bald. Pau. & Salic.

2 Ista opinio est cõtra textũ in l. minoribus, ĩ. eo. sm scrib.

3 Idem Bal. Salic. & Ias.

4 Glos. sequũtur P. Sal. Alex. & Ias.

c † in.

h *Obtinere.*] id est retinere.

S *Ororem.*] CASVS. Maritus interfectus vxorem suam instituit: soror accusauit interfectorem, & obtinuit, vult soror auocare hæreditatem ab vxore, quia mortem mariti non vindicauit: an possit, quæritur? Respon. quod si vxor in mortem mariti machinata non fuerit, & se dignam probauerit: non audietur soror aduersus eam, licet vtiliter fecerit, quod fratrem suum vindicauerit.

i *Non conuenit.*] ita tamen si vxor non fuit in mora. argu. ff. ad Tertull. l. 2. §. si mater non petierit, & §. confestim. & ff. de iu. fis. l. edicto, §. cum autem. Item alia ratione: quia non ei sorori, sed fisco applicaretur, vt ff. ad Syllan. l. si sequens, in princ. & ff. de iure fis. l. Lucius, & sup. cod. l. 1. & l. hæreditas.

k *Genis.*] vxor.

k *Admissus est.* ab hærede, quia putabat legatarius huius timore ductos super legatis transigere. Accur.

l *Accusator.* s. fictitiam, ut hæres dicit.

m *Iubebit.* scilicet hære dis.

n *Interposita.* a legatarijs.

o *Cautione.* sed nonne superuacua est, cum committi non possit, falsis accusatoribus non obtinentibus. Respon. hoc non potest probare legatarius, aliàs non præstaretur cautio, ut ff. si cui plus quam per legem Falc. hæc autem, Accursius.

p *Restituturum.* s. legatarium.

q *Quamuis alias.* idest alij. Vel dic propriè, & dic cautioni, s. illi quanto plus cœperit, quam per legem Falcidiam licuerit reddi, ut ff. si cui plus quam per legem Falc. leg. in prin.

in princ. Sunt ergo diuersæ cautiones. Vna, euicta hæreditate, legata reddi. Alia quanto plus ceperit, vt ff. qui satisda. cog. l. de dic. §. item. De prima habes tantum de petitio. hæred. l. diuus in fina. & l. sequenti. & sup. de petit. hæred. l. si circa princ. & præstatur demum mota controuersia, vt ff. ad leg. Fal. l. dolo. Sed aliquando soluuntur sine controuersia mota nomine hæreditatis, licet de legatis sit controuersia, vt hic dicitur.

Legatum rei alienæ scienter factum valet, sed ignoranter factum non valet, nisi sit factum coniunctæ personæ, vel vxori seu alii, cui est verisimile testatorem voluisse legare, etiam si sciuisset alienã rẽ esse. h.d. Ale.

Idem A. Ingenuæ.

LEX X.

CVm[a] alienam rem quis reliquerit, si quidem sciens, tam ex legato, quam ex fideicommisso ab eo, qui legatum, seu fideicommissum meruit, peti potest.[b] Quod si suam esse putauit: non aliter valet relictum, nisi proximæ personæ, vel vxori,[c] vel alij tali personæ datum sit, cui legaturus esset etiam si sciisset rem alienam esse. PP. 5. Cal. Feb. Albino, & Maximo Coss. 228.

Si legatum factum pro dote, detur filiæ in dotem ab ipsomet patre viuente, non potest amplius, eo mortuo, peti. Alexa. post Bal. & Sal.

Idem A. Albino.

LEX XI.

FIlia legatorum non hẽt actionem, si ea, quæ ei in testã reliquit, viuus[d] 1 † pater postea in dotem dederit. PP. 5. Non. Mar. Pompeiano, & Pelligno, Coss. 232.

Hæres, qui partem hæreditatis, in qua fuit institutus repudiauit, totum prælegatum consequitur. hoc dicit Alex.

CVm rem alienam.] CASVS. Rem alienam nec tuam, nec hæredis, mihi legasti, an ualeat legatum, quæritur? Distinguitur, aut sciuisti alienam, aut ignorasti: primo casu valet, & petere possũ, secundo casu non, nisi coniunctæ personæ id legasti.

a Cum rem alienam.] id est non suam, vel hæredis, ut ff. de leg. 1. l. vnum ex familia. §. si rem. Item secus uidetur de iure canonum, vt extr. de test. c. filius. & 12. q. 5. si episcopus. quæ sunt cõtra. Sed quid si testator rem tibi cum alio communẽ faciens communem, vel rem alienam in qua habet aliquod ius, alicui legat? Respond. quod tantum iuris habebit legatarius, quantum testator in eo habebat, vt ff. de leg. 1. l. serui electione §. si. & l. si dominus. §. si.

Legatum rei alienæ an valeat de iure canonico.

b Peti potest.] vt hæres iusto pretio redimat, & præstet: Vel si nõ potest, det æstimationem, ut Instit. eod. §. non solum. & ff. de leg. 3. l. non dubium. §. si. Accu.

1† al. deest.

c Vel vxori.] vt ff. de auro & argento lega. l. Quintus. 1. §. fi. & inf. de fideicomm. l. prædia obligata. & æstimat iudex, quæ coniuncta sit, vt infra de fideic. l. voluntatis. Sed hoc fallit in libertate relicta seruo, quẽ testator credit suum, nam indistincte debetur ei, vt ff. ad Treb. l. quidam. §. si quis filium. & de fideicommiss. l. Paulus respõdet, sed in ea est speciale. Item si vni filiorum prælegat pater rem, quam credit suam, non vr valere, licet filius sit persona coniuncta, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. cuiusdam. quæ est contra. Solutio ibi ideo, ne crescat inuidia inter fratres, vt arg. j. de bon. quæ lib. l. cum oportet. 1. respon. Vel verius dic, qđ ibi tenet legatum, sed non tenetur de euictione re euicta nec hic dicitur, qđ de euictione hæredes teneantur, si huiusmodi personis legata euincãtur sed certæ imo videtur, euictione agi ex testamento ac si nunquam sit data, vt ff. de leg. 2. non quicunque 1. respon. §. 1. & l. si domus. §. primo, sed ubi emit a certo hominis credebatur, & ab eo emit agros, vt daret, non tenetur, si incerto tunc tenetur, ut in dictis legib. Item quid si testator rem alienam possidebat,

Libertate relicta seruo quẽ testator credit suum, indistictã debet ei.

quam suam putabat, & extraneo eam legauit. Resp. tenetur hæres tradere, vt ff. de euict. l. si is qui.

FIlia.] CASVS. Filiæ tuæ centum legasti, deinde ei in dotem centum dedisti, an centum ex causa legati petere possit, quæritur? Resp. quod non.

d Viuus.] siue erat species, siue quantitas, in hoc tamẽ differt, quia ubi quantitas, duplicabitur filiæ, si partem huius fuisse voluntatis probet, quod non sic facile est in specie legata, ut ff. de iure do. cum pater. & de leg. primo plane. j. §. Sed quid econtra, si primo dedit in dotem postea legauit; Respõ. item uidetur, ut duplicare uoluerit, vt arg. ff. de lega. secundo. l. cum quidã vxori. & l. cum pater. §. pater filiæ. & de leg. j. l. huiusmodi §. cum pater, & ad leg. Falc. cũ quo §. fi. Sed arg. contra ff. de iure dot. cum pater. sed ibi promiserat tantum, & non dedit, alioqui esset, quod dixi, vt vtrunque deberetur, & facit ad legem ff. de leg. 2. Lucius. j. §. impuberem.

Imp. Gordianus A. Mutiano, alias Mano.

LEX XII.

CVm responso[e] viri prudentissimi Papiniani, quòd precibus insertum est, præceptionis legatum, & 2† omissa parte hæreditatis, vẽdicari 3† posse declaretur, intelligis desiderio tuo iuxta iuris formam esse consultũ. Verba vero respõsi hæc sunt: Filiæ mater prædium ita legauit: Præcipito, 4† sumito extra partem hæreditatis. Cum hæreditati matris filia renunciasset:[f] nihilominus eam recte legatum vendicare visum est. PP. constitutio 5. Id. Iul. Sabino 2. & Venusto Coss.

2† Etiam.

3† Vindicare.

4† al. præcipito.

Res propria nemini potest legari. h.d. Sal.

Imp. Diocl. & Maximia.

LEX XIII.

PRoprias tuas res 5† legari, vel fideicommitti tibi non potuisse,[g] certũ est. PP. 15. Cal. Maij, Maximo 2. & Aquilino. Coss. 286.

5† Tibi.

Non monumentum, sed ius inferendi mortuum, potest legari. h.d. Sal. Vel sic: Res religiosæ relinqui non possunt, sed ius quod quis habet in eis. h.d. Alex.

CVm responso.] CASVS. Materfamilias filiam, & alium hæredes instituit, & filiæ ante partem fundum legauit. vult partem hæreditatis repudiare, & legatum petere, an possit, quæritur. Respond. quod sic, & hoc per Papi. responsionem.

e Cum responso.] Cuius mentem habes ff. de leg. primo. l. filio. & idem dicitur l. seq. & l. qui filiabus. §. fi. & de leg. 2. l. miles. §. pro parte.

f Renunciasset.] per quod uidebatur portioni prędij, quam saltem iure habebat hæreditario, renunciare. Item contra ff. de excep. do. l. si. §. fi. vbi filia non potest hẽre prælegata, si hæreditatem dimittit. Solu. ibi tam hæreditatem, quam legatũ habet sub conditione, si debitum remittat vnde nec legatũ habet nisi remittat, ut ff. de leg. 1. l. sed non aliis.

PRoprias.] CASVS. Si res tua tibi legetur, an valeat legatum, quæritur? Respon. quod non.

g Non potuisse.] quod enim tuum est, amplius tuum fieri non potest, vt in Instit. eod. §. sed & si rem. Item hoc, cum pure legatur. secus si sub conditione, ut ff. de leg. primo, l. cætera. §. 1. Item intelligi, nisi testator aliquid iuris in illis rebus habuit, vt quia tibi obligatæ, vt ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. si Titius. & l. si domus. §. fin. & l. fin. sic & l. senatus & l. si tibi homo. §. fin. & de leg. 2. l. Mæuius. §. penult. Quod autem si tempore testamenti, & legatarij, & tempore mortis testatoris est aliena? Videtur valere. vt ff. de reg. Cato. l. j. in fin. Vel dic secundum Ioan. quod

Legari nõque potest alicui res sua.

ex quo ibi conditione fuit legata, ut d. l. cætera.

M *Onumenta.*] CASVS. Monumenta mihi legasti: an valeat legatum, quæritur? Respon. quod non, secus si ius inferendi mortuorum.

a *Monumenta.*] id est sepulchra, vt probatur sup. de relig. l. sepulchrum. Sed nunquid si monumentū, id est sepulchrū, vel legauerit, vel vendiderit, ius inferendi concedere videtur, quod sic, ut arg. ff. de cōtrahen. emp. l. qui tabernas. & de leg. 2. l. Mæuiæ §. pe. & de leg. primo, apud Iulianum. §. si Titius. & l. si tibi homo. §. fina. & l. b domus. §. fi. & de liber. lega. l. j. & l. non solum §. 1.

1 † Titiano

S *I vniuersæ.*] CASVS. Debiti fiscali vel priuato obligatus, prædium mihi legasti, an valeat legatū, quæritur: Resp. quod non, si bona hereditaria & debita tātum concurrant, sed si deducto ære alieno aliquid residui fuerit, illud cedet in legatum, nec impediuntur libertates relictæ, salua tamen ratione legi. Falc. alioquin præstari legata pecuniaria non debent.

2 † Arentin.

q *Nihil.*] vt ff. ad Trebell. l. 1. §. is qui. & inf. ad leg. Falcid. l. successores.

3 † Quādo.
4 † Vel.

c *Libertates.*] scilicet directæ: nam fideicommissaria ex solo euentu impediretur, vt infra qui manon pos. l. 1. secus si debitor contēdat pignora sibi legata a creditore, ut ff. de lega. 3. l. si mulier. §. fina.

d *Quin.*] pro sed. alias qn̄ pro quia.

e *Etiam legata.*] hoc ad pecuniaria referas legata, sed libertates non minuuntur per Falcidiam, ut ff. de inofficioso testamento. Papinianus §. quarta.

C *Reditor.*] CASVS. Prædium mihi obligasti, illud idem mihi legasti: an debito soluto illud recuperare possit hæres quæritur? Respond. quod non.

Iidem AA. Tiriano.[1] †

LEX XIIII.

MOnumenta[a] quidē legari non posse, manifestum est, ius autem mortuū inferendi legare nemo prohibet. PP. 2. Cal. Sept. Maximo 2. & Aquino Coss. 286.

Nemo relinquit, quod non habet. h. d. Bal. Vel sic: Non valent legata, si æs alienum absorbet totam hæreditatē, sed si aliquid superest, valet vsque ad illud, salua Falcidia. h. d. Alex.

Iidem AA. Terentio.[2] † & alijs.

LEX XV.

SI vniuersę facultates, quas pater vester reliquit debito fiscali aut priuato absummetur, nihil[b] ex ijs, quæ testamento eius adscripta sunt, valere potest.

¶ Quod si deducto debito, relicti, bonis superfluū est, libertates[c] impediri, iuris ratio non permittit, quin[d] 3 † etiam legata[e] nec non 4 † fideicommissa salua lege Falcidia præstanda sunt. PP. 3. Cal. Octob. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

Si debitor legat creditori rem pignoratam, non tenetur creditor restituere eā hæredi, etiam oblato, vel soluto pretio. h. d. Alex.

Iidem AA. & CC. Syllæ.

LEX XVI.

CReditor si a debitore suo rem, quā pignoris nomine susceperat, legatam sibi contendit, etiam debito ab hæredib. eius oblato, quo minus[f] restituat, defendi potest. § 18. Calen. Febr. Sirmij CC. Coss.

Sicut legata fieri possunt ita & adimi. h. d. Alex. concor. Bal. & Sal.

Iidem AA & CC. Eutychiano, alias, Gentiliano.

LEX XVII.

DAtum legatum adimi[g] tam pure, quam sub conditione, non libertis tm̄, sed etiam ingenuis placuit. Dat. 3. Non. Mar. CC. Coss.

Ille, cui legatur nomen debitoris, habet vtilem actionem suo nomine, non autem directam, nisi sit mandata, vel cessa. h. d. Alex.

Iidem AA. & CC. Iustino. aliàs, Iustiniano:

LEX XVIII.

EX legato nominis, actionibus ab ijs, qui successerunt non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non potest, vtilibus[h] autem suo nomine experietur. Dat. 6. Idus Decemb. CC. Coss.

Breuitas temporis, quo matrimonium durauit, non impedit ab altero coniugum alteri posse legari. h. d. Salic. & Alex.

Iidem AA. & CC. Niconi.

LEX XIX.

NOn tantum duorū[5] † mensium, sed etiam minoris temporis maritus vxoris testamento scriptus succedit, nec legata, vel fideicommissa, seu donatione[i] tēporis huius angustia[k] capi prohibet. D. 5. Id. Decembr. Nicomediæ, CC. Coss.

f *Quo minus.*] id est, non: hoc enim necesse est fieri, s. debitori offerri, vt ff. de leg. secundo, creditorem. Sed quid e contra, si creditor debitori legat pignus? Valet remissio pignoris, licet debitor per hoc grauari non possit: vt ff. de leg. 3. l. si mulier. §. fi.

D *Atum.*] CASVS. Liberto tuo legatum reliquisti, an ci adimere possis, quęritur? Rn̄. quod sic, siue pure dicendo nolo, quod habeat legatum, siue sub conditione, si nauis venerit ex Asia. idem in ingenuis est. Viuian.

g *Adimi.*] & si quidem adimatur in eodem testamento videtur nec fuisse datum. si quidem in alio, & solenni, ipso iure admittitur. & si in minus solenni voluntate ipso iure debetur, sed obstat exceptio, vt ff. de adi. leg. l. 3. §. fina. Si autem fiat ademptio per inductionem, si quidem fiat ante cōsummationem testamenti, ipso iure adimitur alioquin per exceptionē, vt ff. de leg. j. si ita sit adscriptum, & de ijs quæ in testa. delent. l. j. §. sed si leui. & l. sed cō sulto. & l. proxi.

Legatum qualiter adimatur.

E *X legato.*] CASVS. Actionē, quam habes contra debitorem tuū mihi legasti. an cum eam ab hærede tuo non habeam adhuc cessam, intentare possim, quæritur? Resp. quod directā nō, sed vtilem meo nomine.

h *Vtilibus.*] aliàs vtilius. Sed quid differt vtilis a directa? Quidam dicunt, q̄ nihil, vt ff. de nego. gest. actio. Alij quod vtilis est datiua, directa datiua. Tertij, quod ex contractu, ex quo fit cessio, nascitur vtilis. Quod non placet, quia si cedo tibi actionem furti ex hoc contractu nascitur actio vtilis furti, quod est falsum, ut ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. Vel dic, directa ex verbis & ex mente legis? vtilis ex mente tātum, ut in summa de actio. & ff. de nego. gest. l. actio. Et nota hic sex casus in quibus datur vtilis actio solo contractu sine cessione, vt hic, & supra de actio. & oblig. l. nominib. & quando fis. vel prin. l. in solutum & de hæred. vendi. l. emptor. & l. postquam. & ff. de pig. l. cum conuenit. & inf. de donat. l. 1. Accur.

Actio vtilis & directa differunt. 5 † al. dtū. Eo dē prisco sermone vtitur & 1. Co Th. de decurio. Ideo Cuia. 18. obs. 9. putat hę verba desumpta fuisse ex aliqua lege prisca forte Iulia & Papia. ne aliter ius habe rēt capiēdi solidi nouinupti inter se, ḡ j. ætatem essent habendi liberos, quā si vel duum mēsiū spatio vna fuissent, noui calo ris coercēdi cā que statuētes sit cilē oia suo nouo con iugi elargiuntur. Goth.

N *On tantum.*] CASVS. vxorem duxisti, intra duos menses decessit. & te hæredem instituit: & multa legata reliquit, an ob hoc minus teneat, quod tam paruo tempore cum ea fuisti, quæritur: Respondetur quod non.

i *Donationes.*] s. causa mortis.

k *Angustia.*] quia modicum tempus est, quod eam accepit, & est arg. ff. de leg. 1. l. si mihi & tibi. §. j.

Vxor.]

VXor.] CASVS. Vxor patrui tui in fundo tuo habebat vsusfructus proprietatem, illum mihi legauit: an valeat legatum, quæritur? Respon. quod non.

a Res tuas.] quo ad proprietatem, vel vsumfructum.

b Non potuit.] sed nonne potuit rem alienam legare? Respon. vtique, sed cum non sit sua, ius quod habet, tantum legare videtur: vt ff. de contrahenda emptione, l. qui tabernas. & de legatis secundo, l. Maximus, §. penult. at hic post mortem nullum ius remanebit, quare legatum nō tenet, vt ff. de legat. primo, l. si domus, §. fin. sic ergo quod voluit (scilicet vsumfructū) non potuit, & quod potuit (scilicet proprietatem) nō dixit. sicque neutrum valet: vt ff. de reb. dub. l. in ambiguo. quod est verum, nisi postea sit nacta proprietatem: vt ff. de leg. 1. l. quod in rerum natura. §. 1.

IN legatis. CASVS Si testamentum fecisti, & aliquid mihi legasti: nō refert per præceptionem, vel sinendi modum illud mihi reliqueris. quia valet legatū, vel dic an obliquis casibus seu verbis.

c Nihil.] potest intelligi, vt dicat non referre inter quatuor genera legatorum, quæ sunt Instit. eod. §. primo. sed hoc nō placet, cum Iustinianus de nouo hoc fecit: vel quòd non refert directis aut obliquis verbis, vel casib. legetur. vt sup. de testa. l. quoniam, & qui admit. ad bon poss. l. fin. nisi in appellatiuis erraret: vt ff. de leg. 1. l. 4.

d Casus.] potest esse nominatiui & accusatiui.

IN annalibus.] CASVS. Aliquod annuum mihi & hæredi meo reliquisti: an debeatur legatum, s. singulis annis: an primis hæredib. tantum, vel hæredum hæredibus, quæritur? Respō deo quod hæredibus hæredum, & eisdem dabitur eis petitio & exactio.

e In annalibus.] puta decem annua.

f Voluit.] secus si hoc non dixit: vt ff. de verborum obligat. l. Stichum, §. 1.

* Pars l. quoniam, supra de test. Cont.

* Hæc est pars l quoniam, sup. de testam.

1 † Actionem.

2 † al. conseruari.

Si quis legat rem, in qua vsumfructū habet: illud ius tantum, quod habet, legaße videtur, licet morte finitam sit. h.d. secundum glo. Alex.

Ijdem AA. Eutychiano.

LEX XX.

VXor patrui tui si testata decesserit, res tuas [a] tantum vsumfructū earū habeas, legare nō potuit. [b] Dat. 7. Calend. Ianuar. CC. Coss.

Verborum solennitas non curatur etiam in legatis h.d. Salic. vel sic: Non refert per quæ verba loquatur testator, dummodo eius intentio comprebendatur. h.d. Alex.

Imppp. Constantinus, Constantius & Constans AAA. ad populum.

LEX XXI.

IN legatis, * vel fideicommissis necessaria non sit verborum obseruantia: ita vt nihil [c] prorsus intersit, quis talem voluntatem verborū casus [d] exceperit, aut quis loquendi vsus effuderit. Dat. Calen. Febr. Serdicæ * Constantino 2. & Constante Coss. 339.

Appellatione hæredis veniunt hæredes in infinitum. Alex. concor. Bald. & Sal.

Imp. Iustinianus A. Mennæ PP.

LEX XXII.

IN annalibus [e] legatis, vel fideicommissis, quæ testator non solū certæ personæ, sed & eius hæredibus præstari voluit, [f] eorum exactionem 1 † omnibus hæredibus & eorum hæredem hæredibus seruari [g] 2 † pro voluntate testatoris præcidimus. Dat. 3. Id. Decemb. Constantinopol. DN. Iustiniano A. PP. 3. Coss.

Si vni legatur totum, alteri posteà pars eiusdem totius, censetur illa pars de toto adempta, h.d. vsque ad §. sed & aliam. Alex.

g Seruari.] etiam in infinitum: ut ff. de iure immun. l. 4. & de verb. sign. l. hæredis. secus in vsuf. vsu legato tibi & hæredibus. nam de primis intelligitur ut sup. de vsufru. l. antiquitas, ne inutilis esset proprietas. vt ff. de cōd. & demōst. l. Titio centum, §. Titio 2.

Idem A. Iuliano PP.

LEX XXIII.

CVm quæstio * talis de significatione verborū animos 3 † veterum 4 † mouit, si quis cuidam agrum Cornelianū, puta vel alium quempiam 5 † insolidum legauerit, deinde alij partem [h] eius dimidiam: quantā portionem primus, quantam secundus legatarius consequitur: simili dubitatione, & in hæreditate, & in fideicommissis habita. Cumque computationes multæ introducebantur, & multis ratiocinationib. dignæ: nos huiusmodi computationes, quasi superfluas & contrarias voluntati testatoris omnes esse sopiendas cēsemus. Cum enim manifestum est eum, qui ab initio duodecim vncias [i] rei cuidam reliquit, alij autem posteà sex, [k] recessisse quidem à priore voluntate, voluisse autem minui eam sex vncijs, cum alij eas obtulit: & præsens casus exitum apertissimum inueniet. Si quis itaq; vel agrū, vel hæreditatem reliquerit, primo quidem in totum, secundo autē in partem dimidiam: vtrūque in sex vncias esse vel dnm rei legatæ, vel hæredem. Et si tota re primo relicta, tertiā partem secundo reliquerit, secundum prædictū modum octo quidem vncias vel agri, vel hæreditatis apud primū remanere: tertiam autem partem, vel quatuor vncias ad secundum migrare. [l] Et sic in omnibus statuendum est, id est, in hæreditatibus, vel legatis, vel fideicommissis. vestigia

CVm quæstio. CASVS. Testamentum fecisti, fundum Cornelianū mihi legasti, deinde Titio eius medietatē qualiter faciēda esset distributio, apud antiquos dubitabatur. Dicit Imperator, quod ego in medium Titius in alterum vocabitur. Idem est si ego in totam hæreditatem, & ex causa legati. Titus percipere debuit medietatem: quia ego in sex vncias vocabor: ille in sex. Si autem testator mihi fundum reliquit, vel aliam rem legauit. & postea iterato mihi eundem fundum legauit, vel aliam rē mihi prius legatam: & sic tertio eundem fundum Titio reliquit semel facta eius mentione: qualiter facienda esset distributio, quærebatur? Respondetur siue coniunctim, siue separatim esse: legatus fuerit, ego in dimidia vocabor. & Titius in alia: nisi testator partes specialiter expresserit. quo casu seruabitur eius voluntas.

h Partem.] quod potest facere, & etiam totam, si vult, vt sup. eo. l. datum.

i Duodecim vncias.] idest, totam rem.

k Sex.] idest dimidiam.

l Migrare.] imò videtur res transire ad dipondium in nostro casu: ut ff. ad Trebellianum. l. Marcellus, in prin. & l. qui quadringenta. & de hæredib. instituen. l. interdum, §. sed si excessit, & l. si ita scriptum. §. quidam, & de liber. & posthum. l. si ita, in princi. Ad hoc dico, quod hic corrigit. Vel ulterius distingue. verum certum sit testatorē excedere assem voluisse, an noluisse, an dubitatur. Primo casu loquitur dicta lex interdum. voluit enim ad dipondium transire, & ex eo diuidi hæreditatem suam, quod

* Ex quinquaginta decisionibus. Cont.

3 † al. deest

4 † al. veteres.

5 † al. quendam.

Asse toto distributo an sit necesse adpondium transire.

quod potuit, vt Institut. de hæred. inst. §. hæreditas. Secundo, scilicet si noluit expresse excedere assem, locum habet, quod hic dicitur: vt tantum videatur minuisse primo, quantum contulit secundo, si secundo contulit minus asse: vt ff. de leg. 1. l. si pluribus. si verò contulit primo minus asse, & secundo assem, tanto plus habet secundus tacite, quantum apparet amplius ei datum: ut dictis legibus ad Trebellia. nam in eis plus secundo dederat, & eadem distributio fiet in vacāte portione vt Instit. de hæred inst. §. videamus, & d. l. Marcellus, ad Trebell. nā in eis plus secundo dederat. Et est ratio huiusmodi diuersitatis: quia vbi legat mihi 12. tibi sex, intelligitur legasse sex de 12. & ita minuisse primum legatum & non videatur diuisisse rem in 18. vncias. at vbi mihi primo legat sex, postea tibi 12. non potest dici, quòd legauit tibi 12. de sex: quia est impossibile, vt plus videat ademisse primo, quā dedisse. Et his duobus vltimis casibus quando expresse, & quando tacitè voluit excedere: ut ibi, primo casu, &c. & ibi, si verò, &c. patet de functum voluisse excedere assem, quātum ad numerum vnciarum: quia 12. & sex non inueniuntur sub asse. sed non quo ad quantitatem. vbi autem noluit excedere assē, & mihi plus quam tibi reliquit, vel legauit vncias, tamē plus habeo quandoque, uel ex voluntate expressa: uel ex præsumpta: ut d. l. sal. de lib. & posthum. l. si ita. Tertio casu, scilicet, cum dubitatur, voluit vel non excedere assem: præsumo quod noluerit excedere per l. istam. & argu. ff. de hæred. insti. qui non militabat, §. fin. Azo. Item & ubi constitit noluisse excedere velle assem, si primo assem, secundo assem dedit per legatum: uocatur uterque in medietatem, nisi constet testatorem voluisse primo adimere: & tunc secundus haberet totum: uel nisi utrumque eorum uoluit testator solidum legatum accipere, tunc unus haberet rem, alius precium: ut ff. de lega. primo, l. si pluribus. Item quid si primo assem, secundo semissem, tertio sextantem reliquit. nunquid tertius diminuet de asse, vel de semisse, an de vtroque? Tu dic, quòd de vtroque diminuit proportionabiliter: ut ff. de lega. primo, si quis testamento, §. 1. quod probabilius est.

a *Non absimilem.*] imò similem.

b *Coniunctim.*] .s. alijs legatis non interpositis: sed coniunctim dixit, uel bis uel ter: nullo alio legato interposito.

1† al. alia.

2† Dubitatur.

enim volūtatis testatoris nō aliter nisi per huiusmodi viā æstimanda sunt.

Plures noīationes de eodē vniformiter factę, non faciunt ipsum ad maiorē portionem vocari. h. d. Alex.

¶ Sed & aliam disceptationē iuris antiqui non absimilē [a] constitutam decidere nobis humanum esse apparuit. Agitabatur enim si quis egrū Cornelianum, vel fortè aliū, vel quandam rem cuidam legauerit, & posteà iterum, vel sæpius ei eandem rem per legatū, vel fideicommissum dederit, post talia 1† autem verba testamenti Sempronio eūdem agrum, vel aliam rem legauerit, vt sæpius quidē fuisset Titij mentio, semel autē Sempronij: quid statuendū est? & quid iuris sit, 2† si coniunctim, [b] aut separatim eis relinquatur, siue in legato hoc consistat, siue in hæreditate? Huiusmodi igitur decidentes antiquam controuersiam, sancimus, cuicunq; sit hæreditas vel ager in memoratis casibus siue coniunctim, siue soli, [c] siue sæpius [d] eidem relictus: [e] æqua lance, & hæreditatem, & agrum, & aliam quamcumque rem diuidi, & ad dimidiam partem vnum quemque vocari: [f] nisi specialiter expresserit, & dixerit testator, tantas quidem partes velle vnum, tantas [g] autem alterum habere. In omnibus etenim testatoris voluntatem, quæ legitima est, dominari censemus. D. 15. Cal. Decemb. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. 530.

A substituto exhæredati non potest legari, vel fideicommitti, etiam si exhæredato pater aliquid legauerit. h. d. Sal. vel sic: A substituto impuberis exhęredati, nō potest legatum, vel fideicommissum relinqui: etiam si impuberi aliquid relictum sit. h. d. Alex.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XXIIII.

CVm quidam suū filium familias impuberē exhæredatum fecit, alijs hæredibus scriptis, eidem autem pupillo alium substitutū reliquit, [h] maximam scilicet, ostendens ad filium 3† suum affectionem, [i] cui nihil quidem emolumenti reliquit, sed post exhæredationis iniuriā etiam substitutionē 4† ei [k] addidit, & à substituto [l] legatum [m] reliquit: quærebatur, si huiusmodi legatum, vel fideicommissum posset valere?

¶ Sed & si legatū eidē exhæredato filio pr̄ reliquerit, & substituerit ei exhæredato facto aliquē extraneum: iterum certabatur, si saltem per eundem modum fideicommissum posset relinquere?

¶ Cum igit̄ antiquitas qui-

c *Siue soli.*] idest, separatim.

d *Sæpius.*] idest, quater vel pluries.

e *Relictus.*] siue cuilibet semel.

f *Vocari.*] ff. de leg. 1. l. planè, 1. §. 1. & de leg. 3. l. Meuius, §. cum. & de vsufru. acc. l. si tibi proprietas. verborum enim multiplicatio nō necessaria, nihil prodest: vt ff de auro & arg. leg. l. pediculis, §. Labeo Sed contra. ff. de stipul. ser. l. 4. vbi seruus stipulatur omnibus dominis, & Titio specialiter. nam plus ei acquirit, quasi bis nominato. Solut. hic corrigit. Alij distinguūt hic, an propriū nomen vnius expressum est, cui semel tantum est legatum: an appellatiuum. primo casu habet virilē portionem, vt arg. ff. de stip. seru. l. si communis seruus, vlt. Quæ non valet. quia expresse in lege cōtraria fuit expressum proprium nomen. Alij dicūt illa in contractibus, hæc in vltima voluntate. Vel ibi nominatus bis, non habet plus ideo, quòd pluries fuerit nominatus, sed quia sic voluit seruus, qui stipulabatur, qui vni ex dominis in plus potuit prouidere: vt ff. de stipul. seruo. l. seruus communis. 2. §. licet, sic & hic haberet plus, si testator vellet: vt hic subijcit, & ff. de legat. 1. l. legata inutiliter, §. si. & hæc verior. Item contra. ff. de pec. leg. l. dominus seruum, §. dominus seruum. vbi semel dimidiam seruus cuidā legauit. secundo aliā dimidiam eidem & alij: sed ibi manifesta est voluntas, quod voluerit vnum tres partes habere. quia ibi vtrique assignauit suam portionem.

Seruus cōmunis stipulatus omnibus dominis, & Titio specialiter an illi plus acquirat.

3† al. ad secūdum filium, uel aduersus filium corā prætor.

4† Substitutum.

g *Tantas.*] idest tot.

CVm quidam. CASVS. Filium tuum impuberem exhæredasti, extraneum instituisti. impuberi in bonis maternis Titium substituisti, & a substituto legatum mihi reliquisti: an ualeat legatum, quæritur? Item si filio exhæredato legatum reliquisti, similiter est quæstio, an ualeat legatum apud antiquos erat de hoc altercatio. Dicit Imperator, quod non valet: nec debet substitutus prægrauari: nec in legato etiam relicto pupillo dando a substituto substitutum grauare potuit. Viuian.

h *Reliquit.*] pupillarem. quod potest in bonis, que aliunde habuit: ut ex hæreditatibus propinquorum: ut Inst. de pupil. subst. §. non solum.

i *Affectionem*] per antiphrasim, idest, per contrarium.

K *Ei.*] scilicet pupillo.

l *A substituto.*] relinquere, scilicet substituto tantum.

m *Legatum.*] dandum.

Voluit.

a *Voluit.*] s. testator. sed ipse filius exhæredatus potest grauari, si ei sit aliquid relictum, alias non, vt ff. de vulg. substi. l. cohæredi. §. cum filiæ. ibi neque fideicommisso. & infra de fideicom. l. quidam. licet ab eo substitutio non posset, vt hic, & etiam prisco iure, ut ff. ad leg. Falcid. l. qui fundū. §. qui filios.

gatum? apud iurisperitos erat quæstio, quia esset temporale, & sic irritandum, Statuit Imperator, quod huiusmodi legatum valeat ad similitudinem contractus temporalis & donationes, ita tamen vt legatarius caueat hæredi de eo restituendo, elapso tempore, non deteriore facto.

1† Legari- Ibi, nec huic contrarium, &c. & de mil. testa. l. miles ita. §. si miles. & de leg. 3. l. fi. in prin. & est hic speciale. alias enim sicut supra legatario possū relinquere. ita & ab hærede eius, vt ff. de leg. 3. l. 5. §. si quis.

2† al. deest

SI legatarius.] CASVS. Testamentum fecisti, & hæredem instituisti, & mihi aliquid legasti, & testamentum celaui, quo magis hæredem hæreditate defraudarem, an eo testamentum legatū mihi petere possim, quæritur? Respond. quod non, sed remanebit apud hęredem, quasi pro non scripto: ad exemplum eius, cui erat legatū relictum, si tutelam alicuius pupilli administrare, quia nō administrauit, auferetur ab eo, & pupillo assignabitur.

b *Iacturam.*] idem in hærede videtur: vt ff. de ijs quę in testa. delen. l. 1. §. hæreditas & infra de fideicomm. authent. hoc amplius. Sed argumen. contra. supra eod. l. si in fraudem.

c *Aufertur.*] vt & ff. de iure pat. l. si quis tutor. & ff. de excus. tuto. l. legatarius & l. tutor. & ff. de ijs quib. vt indig. l. post legatum. §. amittere. & de leg. 1. etiam si pactis. & supra de cond. ob cau. l. si militem. sed hic fallit in milite, ut sup. eod. l. ab administratione. Item fallit, quando alias legatarius erat, vt arg. ff. de excus. tut. l. sed hęc. & l. Nesennius. & ff. de testa. tut. l. qui tutelā. Item fallit quādo nō paratus est subire, sed non idoneus inuenitur, puta quia minor, vt ff. de leg. 2. l. cum filius. §. non iure quæ omnia contraria, specialia sunt.

3† al. deest

4† al. deest

Legatum relictū tutori qnq; debetur eidē, licet tutelā non gerat.

ILlud.] CASVS. Funum Titio legasti in decem annos, vel vsque ad 10. annos: an valeat le-

dem hoc diuersè tractare maluerit, 1† nobis aūt hmōi iurgia superuacua esse videantur, sancimus, nullo legato, nullo fideicommisso huiusmodi substitutum, qui exhæredato pupillo datus est, prægrauari, nec si ipsam rem, quam pupillo legauit, à substituto eius, vel legare, 2† vel fideicommittere voluit. a D. 2. Cal. Maij Constantinop. post Consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

Legatarius celans testamentum, priuatur legato, & remanet hæredi scripto. h. d. Vel sic: Illud quod aufertur ab indigno propter casum concernentem fauorem certę personæ, debetur illi, & non non fisco. h. d. Sal. Vel sic: Legatarius qui surripit testamentum, cadit a legato tanquam indignus. Et quando indignitas alicuius respicit fauorem certę personę, illud, quod sibi aufertur, applicatur illi personæ. h. d. Alex.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XXV.

SI legatarius, vel fideicōmissarius 3† celauerit testam., & postea hoc in lucem emerserit, an posset legatum sibi relictum is, qui celauerit, ex eo testamento vendicare, dubitabatur, quod omnimodo inhibendum esse cēsemus, vt nō accipiat fructū suæ calliditatis qui voluit hæredem hæreditate sua 4† defraudare, sed hmōi legatū illi quidē auferatur, maneat autem quasi pro non scripto apud hæredē, vt qui alij nocēdum esse existimauit, ipse suam sentiat iacturā, b quēadmodum si legatarius, cui propter tutelam gerendam aliquid relictū sit, non subierit tutelam rei quidem legatum auferetur, c pupillo aūt

assignatur, cui ille vtilis esse noluit. D. Cal. Noue. Constant. post Consula. Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

Valet relictum factum ad tempus certum, vel incertum, quo finito, ad hæredem reuertitur, & ei de re restituenda, finito tempore, caueri debet. Ale. & licitum est arguere de contractibus ad vltimas voluntates. h. d. Sal.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XXVI.

ILlud, quod de legatis, vel fideicommissis temporalibus, d vtpote irritis, a legū conditorib. definitū est, emēdare prospeximus: sancientes ēt talem legatorū, vel fideicommissorum speciē valere, & firmitatem habere. Cum. n. iam constitutum sit, fieri posse tēporales donationes, e & contractibus, f consequens est etiam legata, vel fideicōmissa, quæ ad tempus relicta sunt, ad eandē similitudinē confirmari: g post cōpletum, videlicet tempus ad hæredem ijsdem legatis, vel fideicommissis remeantibus: h necessitatē habente legatario, vel fideicōmissario, cautionē in personam hæredis exponere, vt ei post transactum tempus res, nō culpa eius deterior facta, restituatur. i Da. 15. Cal. Nodem. 5† Constantinop. post Consulatū Lāpadij, & Orestis VV.

TITVLVS XXXVIII.

De verborum & rerum significatione.

Legatum fundi instructi non continentur venalia, neque casu translata, sed quæ quæ ex proposito testatoris ibi sunt parata gratia ipsius testatoris, uel ipsius prædii. h. d. cum l. seq. Bal.

d *Temporalibus.*] lego tibi fundum illū, vt vsq; ad decem annos teneas. Accur.

e *Donationis.*] vt infra de donatio. quæ sub mo. l. 1. 2. & 3.

f *Et contractus.*] vt loco tibi vsque ad decem annos? vel vendo tibi fundum, ut reddas mihi post decem annos, & ego tibi pretium.

g *Confirmari.*] potest enim legatum tempore finiri. & sic est contra. ff. de actio & oblig. l. obligationum fere, §. placet. Sol. ibi quantitas annua, vsque ad decem annos fuit legata, quæ etiam post tempus debetur, licet exceptione finito tempore repellatur, vt ibi dicit, hic tempus species fuit legatario data, vt post tēpus redderetur. Vel dic hic idem, quod ibi. Nam & post decem annos poterit hęres conueniri, vt adhuc patiatur legatarium habere, sed vtetur exceptione, ut ibi. Item nota hic, quod ex voluntate defuncti, certo tempore finitur legatum. & sic est contra ff. de leg. 2. l. nemo potest. Sol. vt vsque ad certum tempus gaudeat quis beneficio defuncti, testator statuere potest ut hic, sed quod legatarius si cessat legatum petere, repellatur, nisi tempore in lege statuto, nō potest facere testator; vt ibi.

Legatum certo tempore finiri potest.

5† al. De-

h *Remeantibus.*] ipso iure ex voluntate defuncti.

i *Restituatur.*] sic ff. vsufructu. quemadmodum caueat. l. prima.

DE VERBORVM, & rerum significatione.

Quia in testamentis quędam vocabula obscura & res inueniuntur, ideo dicit de verborum & rerum significa. sed generalius dicit. ff. eod. titu.

Lredijs..

PRædijs.] CASVS. Fundum mihi legasti, in quo erat vinum & oleum, an ista cedant legato, quæritur? Distinguitur, aut erant in eo reposita, vt eis vtereris, cum eo uenisses: aut vt venderentur primo casu cedent legato, secundo non. Idem est si aliquid in eo prædio deposueris ad tempus propter incursum hostium, quòd legato non cedet.

a *Ex fructibus.*] s. illorum p. prædiorum:

b *In eodem*]& ex eodem quod facit dubitationem.

c *Fuit.*] hoc tamen quandoque non consideratur, ut arg. contra, ff de re eo. l. 1. §. si de functus.

d *Ea,*] vt arma.

e *Tutelæ.*] i. defensionis. & sic ad tempus: vt ff. de leg. 3. l. si fundus & l. si ita legatum. & arg. ff. de pig. l. debitor.

f *Prædium.*] in quo prædio erat fortis domus.

g *Illic.*] scilicet in illo fundo.

h *Legato.*] cur aliud si domus instructa legatur, vbi indistinctè non continetur vinū vt ff. de fun. instr. l. si ita § domo. Io. Sed respondetur, quia ex ipso fundo colligitur vinum. vndè quandoque cum eo legari videtur, vt hic dicit, sed non cum domo. Vel dic illam intelliga secundum istam: vt si habeat gratia domus, cedat legato: vt & in eod. titul. l. quæsitum. §. sed si fundus. & §. Neratius.

Domo instructa legata, an contineat vinum.

FVndo.] CASVS. Fundum, vt erat instructus mihi legasti, quæ legato cedant, quæritur? Respondetur, quod non solum serui, quos ibi colendi causa habuisti, sed omnia quibus instructus est fundus, non quæ ad tempus propter hostium incursum ibi reposuisti. item alia, quæ erant ibi gratia conseruandorum fructuum, puta corbes, æramina, & similia. Item pecora stercorandi fundi causa.

vel sic. Legato fundi instructi non cedunt ea, quæ ibi sunt ad tempus, sed ea tantum quæ ibi sunt causa perpetui vsus. h. d. Sal.

Imp. Antoninus A. Antipatræ.

LEX PRIMA.

PRædijs instructis legatis, quamuis ex fructibus [a] vinum, & oleum in eodem [b] fundo habuit, tamen si id venale fuit, [c] item ea, [d] quæ ad tempus propter incursionem latronum tutelę [e] causa in prædium [f] translata sunt, legato non cedere, iuris auctoribus placuit.

¶ Vinum vero quod in apothecis fuit, si ideo illic [g] habuit, vt cum in prædium venisset, materfamilias eo vteretur, legato [h] cedere, ignorare non debes. PP. 6. Id. Augusti. Antonino A. 4. & Balbino Coss. 214.

In legato fundi instructi veniunt instrumenta tam fundi quam patrisfamilias. h. d. Salic.

Impp. Diocl. & Maxim. AA. & CC. Rufin.

LEX II.

FVndo, sicut instructus est, legata, siue per fideicommissum relicto vicillū [i] quidem, hominesque, [k] & omnia, quæ vel ipse paterfamilias, cum ibi ageret, [l] vel vt fundus esset instructus, [m] non temporis [n] causa in eo habuit, relicta esse, iuris auctoritate definitum est. ea etiam, quę tam fructuum colligendorum, quam seruandorum, [o] item pecora stercorandi, vel pascendi [p] causa ibi constituta, vt de his fructibus capiantur, vel vt fundus sit instructior: [1] † fideicommisso cedere certi iuris est. Dat. Non. Octob. Sirmij AA. Coss.

Cautionis verbo simplex cautio significatur. Bal. Vel sic. Verbum, cautio, simpliciter prolatum a testatore, vel à lege ciuili, intelligitur de nuda promissione, nisi aliud sit dictum. h. d. no. Sali.

Imp. Iustinianus A. Iuliano, PP.

LEX III.

SAncimus cautionis [q] nomine, vel ἀσφαλείας, non esse fideiussoris [2] † dationem interpretandam, nisi hoc specialiter, vel in Græcis, vel in Latinis verbis scriptum fuerit. nisi enim, vel generaliter de satisdatione, [r] vel fideiussione specialiter sit noiatū, cautionem [3] † vel ἀσφαλείαν, minimè fideiussionem, sed nudam [s] promissionem [*] significari. [4] † Dat Calend. Mart. Constantinop. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. 530.

Disiunctiua apposita inter personas, ponitur pro coniuncta, secus, si inter res. idē in contractib. h. d. Bald. Vel sic: Disiunctiua posita inter personas honoratas, vel grauatas fauore pupillorum, tā in vltima voluntate quam in contractibus, accipitur pro coniunctiua; non, si inter res sit apppojita. h. d. Sal.

sui paterfamilias. vt liberos, vinum, & frumētum causa sui, & familię. alijs autem casibus continentur ea tantum, quæ ibi sunt, vt ager colatur, vt boues, aratrum, ligones, falces messoriæ, putatorię, & similia. & probatur hæc differentia hic, & ff. de fund. instruc. l. si cui, & l. quæsitum. §. sed si fundus. secundum Acc. Vel aliter idem, si dicat fundū instructū, vel fundū cum instrumento, vel fundū & instrumenti, nam in quolibet casu continetur instrumentum fundi & instr̄m patrisfamilias, ut hic dicit. Sed in hoc casu est differentia, quia ex hac scriptura fundus cū instrumento, alienato fundo, si moriatur testator, nihil erit legatum. sed in alijs duobus casibus remanet legatum instrumenti, s. patrisfamilias, nam fundi instrumentum sequitur alienationē fundi, vt d. l. si cui. Tertij dicunt, siue dicat fundū instructū, vel sicut instructus est, vel fundum & instrumētum, etiam patris familias instr̄m continetur, non solum fundi, vt d. l. quæsitum. §. sed si fundus. & §§. sequentibus & hic. an fundum cum instrumento: quo casu solum instrumentum fundi continetur legato. & hoc placet adiecta etiam illa differentia, quæ fit in d. l. si cui.

n *Temporis causa.*] vt vt fit supra.

o *Seruandorum.*] arcæ & similia, ut ff. locati. sed addes. §. illud.

p *Pascendi.*] ff. de ser. rust. præd. l. pecoris.

SAncimus.] CASVS. Testamentum fecisti. me heredem instituisti. Titio fundum sub conditione legasti, & mihi præcepisti, vt ei cautionem Præstarem de legato pstando cōditione existente, quid nomine cautionis intelligatur, puta nuda promissio uel fideiussoria, quæritur? Resp. nuda promissio. uel dic exemplum sup. tit. 1. l. vlt. in fi.

Fudo simpliciter vō dito, an veniant instrumēta.

1 † D. instructus.

2 † al. fideiussionis.

3 † D. cautionem. al. cautelam.

* Concor. gl. sup. verbo, cautione, i c. quia frontem ext. de appel.

4 † Significare.

Fundū instructum, fundū cū instr̄o, fundum & instrumentū legare dat seruus.

i *Villicum.*] seruum.

k *Hominesq.*] seruos.

l *Ageret.*] vt liberos, in quibus solatiabatur, cum ibi erat.

m *Instructus.*] vt instrumenta fundi. Et nota quod refert vtrum dicat testator, lego prædium instructum, an fundum cum instrumento, siue fundum & instrumentum. primo casu continentur non solum ea, quæ sunt ibi gratia fundi colendi, sed etiam instrumentum, quæ habet causa

q *Cautionis.*] si testator præcepit caueri. idem si lex.

r *De satisdatione.*] quæ fit cum fideiussor accepit ut ff. qui satisd. cogan. l. 1.

s *Nudam.*] à pignore vel fideiussore, non à stipulatione. Sed econtra. ff. mand. l. si mandato. Titij. §. fi. Solut. ibi est idonea. Item contra. ff. de colla. bon. l. 1. cadem. Solut. cautio est genus, vt ff. de reg. iur. l. plus cautionis. Sed in vltima

r Concor. glos. super uerbo, sufficienti. in c. ex transmissa. de testi. spo.

vltima voluntate pro nuda ponitur: vt hic, & eodem modo respon. sup. de procur. l. 1. quæ est contra.

CVm quidam.] CASVS. Cum sit disiunctio, refert an fiat personarum, aut rerum. Si personarum, veluti si sic dicat testator: illum aut illum hæredem instituo. illi, aut illi do, lego. apud antiquos dubitabatur, an valeat legatum, vel institutio? quidam dicebant in institutione unum vocari ex institutione, alium ex substitutione. i legatis posteriorem, tanquam ex recentiori voluntate admitti ad legatum. Dicit ergo Imperator, quòd si nunc taliter fiat institutio, qđ debet accipi aut, pro &. Idem est cum dicitur, illi aut illi libertatem relinquo, illum, aut illum filio meo impuberi tutorem do. & hoc in prima. Si autem sit disiunctio rerũ, ut Titio illam aut illam rem do lego. habent locum, quæ in veteri iure sancita sunt, s. quòd hæredis sit electio, quam illarũ dare velit. & sic aut sumitur propriè. & hoc in secunda. hoc locum habebit in cõtractibus. & hoc in tertia.

a Cum quidam. circa quatuor tractat hæc lex. institutionem, legatum, libertatem & tutelam.

b Lucra.] quantum ad hæreditatem, uel legatum, uel libertatem.

c Vel munera.] ad tutelam.

d Ordinem.] ut prior nominatus, prius admittatur.

e Alij.] s. Iurisconsulti dicebant.

f Posteriorem.] vt inf. de fideicom. l. [illegible]

g Forum.] antiquorum sapientum.

h Iuris.] scilicet antiqui.

i Retulerunt.] super pulatiuo, a hoc.

k Aut clam. aut, pro &, i. materialiter hic ponitur.

l Apertissimè.] ut ar. guments. quod vi, aut clam, l. is qui in putcum, §. hoc interdictum. & in alijs casibus. ut ff. de uerb. significat. l. sæpe. & fa...

m Posita est. ut si p... mo incepit ... prohibet ... pe...

1† Munia.

2† al. & cõi Retulerunt.

* Vide Alciat. 9. parerg. 18. & Cuiac. ad l. 17. ff. de pact. l. Concor. ca. in cali... re, in fine e conced... fine. 2. & gl. ... circa ... molin. in ... c. 2. de re... stip.

Idem A. Ioanni PP.

LEX IIII.

CVm quidã [a] sic vel institutionem, vel legatum, vel fideicõmissum, vel libertatem, vel tutelam scripsisset. Ille, aut ille mihi hæres esto, vel illi aut illi do lego, vel dari volo, vel illum aut illũ liberũ, aut tutorẽ esse volo, vel iubeo. dubitatur vtrũne inutilis sit huiusmodi institutio, & legatum, & fideicommissum, & libertas, & tutoris datio: an occupantis melior conditio sit, an ambo in huiusmodi lucra, [b] vel [c] munera [1]† vocentur: & an secundũ aliquẽ ordinẽ [d] admittantur: an vterque omnimodo: cum alij [e] in institutionibus primũ quasi institutũ admitti, secundũ quasi substitutũ: alij in fideicommissis posteriorẽ [f] solũ accepturũ fideicommissum existimauerint, quasi recentiore volũtate testatoris vtẽtem. Et si quis eorum [g] altercationes sigillatim exponere maluerit, nihil prohibet non leue libri volumẽ extẽdere, vt sic explicari possit tãta auctorum varietas: cũ non solũ iuris [h] auctores, sed etiã ipsæ principales constitutiones quas ipsi auctores retulerunt, [2][i] inter se variasse videntur.

¶ Melius itaq; nobis visum est, omni hmõi verbositate explosa, coniunctionem, autem, pro &, accipi: vt videatur [2]† copulatiuo modo esse prolata, & magis sit * ... ita vt & primã personam inducat, & secundam non repellat.

¶ Quemadmodum, n (verbi gratia) in interdicto, Quod vi aut clam, [k] aut copulatiuo, & apertissimẽ [l] posita [m] est: ita & in omnibus huiusmodi casibus, siue institutionum, siue legatorum, siue fideicommissorum, vel libertatum, seu tutelarum hoc est intelligendum, vt ambo veniãt æqua lance ad hæreditatẽ: ambo legata similiter accipiãt, fideicõmissũ in vtrũque diuidatũ: libertas [n] vtrũque capiat, tutoris ambo fungantur officio, vt sic nemo defraudetũ a cõmodo testatoris, & [3]† sic maior prouidẽtia pupillis [o] inferatur, ne, dum dubitatur, [p] apud quem debeat esse tutela, in medio [q] res pupillorum depereant.

¶ Sed hæc quidẽ sancimus, cũ in personas [r] huiusmodi proferatur scriptura. Sin autẽ vna quidẽ est persona, res aũt ita derelictæ sunt. Illam aut illã rem illi do lego, vel per fideicommissum relinquo; tunc secundũ veteres regulas: & antiquas definitiones, vetustatis iura maneant incorrupta, [s] nulla innouatione eis ex hac constitutione introducẽda. Qđ etiã in contractibus [t] locũ habere censemus. Da. prid. Cal. Maij, Cõstantinop. post Consulatum Lãpadij & Orestis VV. CC.

Quando verbum familiæ sonat in personis, intelligitur de propinquis, secundum ordinem proximitatis, & de quibusdam assutis in subsidiũ vocandis. Sed quando nomẽ familiæ sonat pro rebus, intelligitur pro substantia bonorum. h. d. Bald. vel sic: Relictum familiæ debetur gradatim personis appellatione familiæ contentis, & in hac lege descriptis. Sin autem fiat de familia, intelligitur de rebus. Salic.

Idem A. Ioanni PP.

LEX V.

SVggestioni Illyricianæ a ... vocationis ... dentes, decernimus, familiæ nomen ...

n Libertas.] idest vterque capiat libertatem.

o Pupillis.] s. in tutela accipiendo hanc disiunctiuam aut. seu vel, pro coniunctiua.

p Dubitatur.] idest in quæstione.

q In medio.] idest de medio tempore.

r In personas.] immo quandoque cõtra, vt ff. de leg. 2. l. cũ pater §. pen. Sol. ibi ẽm ordinem scripturæ intelligitur substitutio facta, vt ibi dicit.

s Incorrupta.] vt hæres habeat electionẽ, vt ff. de iure do. l. plerisque. & Inst. de act. §. huic autem, & ff. de contrah. empt. l. si in emptione, §. penu. & l. si ita, & j. de cond. inde. l. si ita quis. Sed certe imò in reb. ponitur, quandoque, aut pro &, vt ff. de auro & arg. leg. l. Quintus. j. in fi. sed ibi speciale. Itẽ cõtra, in l. si quis ita legauerit. quæ est in contitu. sed & ibi speciale, vel est ibi seu, in qua est aliud, quàm illa aut.

t In contractibus.] s. quod dictũ est in alternatione rerum legatarum, ut in prædictis legib. cõtinetur. Sed certè & in alternatione personarum quandoque ponitur. est idẽ, qđ s. vt aut, & pro (&) accipiatur. vt si vendo rem meã tibi, aut illi, cũ ambo scientes sitis, vt hic. Nec obstat ff. de cõtrah. emp. l. fundum. quia ibi non vtrique vendebat, sed uni: qa sibi & alteri volebat emere, qđ alteri non potest. hic autẽ quãdo cũ vtroque cõtrahit. Itẽ nec ob. ff. de uer. obl. l. eum qui. §. qui sibi. quia & ibi cum vno tm contrahit, & alter ponitur ad solutionem tantum.

3† Duat.

Aut pro & quandoque ponitur.

SVggestioni.] CASVS. Testamentũ fecisti, hæredem instituisti, familiæ tuæ decẽ legasti: quid familiæ nomine contineatur, quæritur? respõ. q non solum superiores, & inferiores, & collaterales, sed liberti & patroni, cuius & gener. Idem est si testator mihi fundũ l. ... & ne alienarem prohibuit: quod si facerem, eundẽ fundum familiæ legauit, an accipiat ... quum ... si ... [illegible]

ſtantia, vt cum dicitur familiæ erciſ. l. hæreditatis diuidendæ, & hoc in tertia & vltima parte. Viuia.

a *Per ſuum elogium.*] primum exemplum.

b *Nulla ſpeciali.*] nam tunc ſecus eſſet. ff. de leg. 2. l. om̃a, §. fi.

c *Deficientibus.*] ſcilicet propinquis.

d *Hi.*] ſcilicet filij.

e *Eos.*] .ſ. nurum, & generum.

f *Poſt eos.*] ſcilicet generum & nurum. Et nota primò vocari liberos. Secundò parẽtes. Tertiò collaterales. Quartò generum & nurum. Quintò libertos, vt hic, & ff. de legat. ſecundo, l. peto, §. fratre, & l. cum pater, §. penult. & ad Trebellian. hæredes, §. fin.

g *Prohibuerit.*] quod fit quandoque: vt ſupra, de reb. alien. nõ alie. l. fin. & infra, de fideiſcom. l. volũtas, & ſup. de condi. ob cau. da. l. ea.

h *Pro ſubſtantia.*] ut in familiæ erciſcũdæ iudicio. & alias habet ſignificationes, ut ff. de uerborum ſignific. l. pronunciatio, §. familiæ.

1 † Et hoc.

2 † Poſſint.

talem hr̃e vigorẽ, parentes, & liberos, omnesq; propinquos, & ſubſtantiam, libertos, etiã & patronos, necnon ſeruos per hanc appellationem ſignificari. Et ſi quis per ſuum [a] elogiũ fideicommiſſum familiæ ſuæ reliquerit, nulla [b] ſpeciali adiectione ſuper quibuſdam certis perſonis facta: non ſolũ propinquos, ſed & his deficiẽtib. [c] generum, & nurum. Eos 1 † enim nobis humanũ eſſe vĩ ad fideicommiſſum vocari: ita videlicet, ſi matrimoniũ morte filij, vel filiæ fuerit diſſolutum. Nullo etenim modo poſſunt 2 † gener vel nurus filijs viuentib. ad tale fideicõmiſſum vocari, cũ hi [d] pculdubio eos [e] antecedant, & hoc videlicet gradatim fieri, ut poſt eos [f] liberti veniant. Hoc eodẽ valente, & ſi quis rem immobilẽ cuidã legauerit, vel fideicommiſerit, eamq; alienare 3 † prohibuerit [g] adijciẽs, ut 4 † ſi hoc fideicõmiſſarius præterierit, familiæ ſuæ res acquiratur. In alijs autem caſibus nomẽ familiæ pro ſubſtãtia [h] oportet intelligi; quia & ſervi & aliæ res in patrimonio vniuſcuiuſque 5 † eſſe putantur. Dat. 15. Cal. Nouemb Conſtantinop. poſt Conſulatum Lampadij, & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo. 532.

3 † Alienari.

4 † Quod.

TITVLVS XXXIX.

Si omiſſa ſit cauſa, teſtamenti.

6 † del. itae.

* Obserua in ea mora etiam necessaria interpellationē l. mora. ff. de vsu Cont.

h *Si voluntate domini.*] id est, haeredis.

i *Est morata.*] i. stetit, vt libera ex voluntate domini, quia manumisit, vel dixit, vade, ita, vt libera, vt ff. de acq. poss. l. qui absenti. in prin.

k *Serui sunt.*] sed matri traduntur ad manumittendum, vt ff. eo. l. sed si praegnans. & l. cum vero. §. apparet.

l *Sunt.*] contra. supra de iure emphy. l. 2. & 3. & infra de contrah.

Iure isto minor viginti annis non poterat in testamento relinquere libertatem. Sal.

Idem A. Dionysio.

LEX V.

MInor annis [a] lege definitis, nec per fideicõmissum [b] libertatem supremis suis [1]† elogijs relinquere potest, nisi ijs, quorum causam [c. 2]† probare potest.

Potest per fideicommissum seruo alieno libertas relinqui: & licet dominus nolit vendere, legatũ non abrũpitur, sed differtur in crastinum, donec forte mutauerit propositũ voluntatis. h.d. B. Vel sic: Licet dominus ancillæ nolit eã vendere, non deficit legatum libertatis ab hærede quandocũque postea prestandę h.d. Sal.

Idẽ A. Maximo. al. Maximę.

LEX VI.

DEberi etiam alienæ [d] ancillæ fideicommissariã libertatem placuit: nec deficit hoc debitũ, si interim dña (si mõ nihil ex iudicio eius, [e] qui, q̃ve reliquit libertatẽ, [3]† pceperit [f]) noluit vẽdere: qa possit tpe procedende, [g] vbicũq; occasio redimendæ ancillę fuerit, prestari libertas.

Manumissus ex fideicõmisso, libertus efficitur manumittentis, h.d. Sal.

Idem A. Nicomedi.

LEX VII.

HI quibus per fideicommissum libertas supremis iudicijs relinquitur, eorum liberti [4]† efficiuntur, à quibus manumittuntur. [h] Prop. Calen. April. Fosc. & Dextr. Coss. 226.

Libertas peti potest, etiã si cohæredes, in cuius placito, vel volũtate est apposita, hereditatẽ nõ adeat: dũmodo iuste non contradicat. h.d. Sal.

Idem A. Eutycheti.

LEX VIII.

CVm proponas [i] fideicõmissariam libertatem ita tibi datam, si vxori testatoris placuisset: licet ea non adeũte hr̃ditatẽ, pertinere cępe rit ad filiũ solida hr̃ditas: nõ refragãte [k] tamẽ vxore testatoris potes petere libertatem.

Seruus tutor datus uidetur in testamẽto per fideicommissum liber esse iussus, si testator eius conditionem non ignorauit. h.d. Sal.

Impp. Valerian. & Galien. AA Daphnidi. [5]†

LEX IX.

ET si nõ adscripta libertate testator seruum suum tutorẽ filijs suis dederit, receptũ est [*] tamen & libertatis, & pupillorum fauore vt pes. fideicommissum manu-

---

contrah. stip. l. magnam. vbi sufficit diem venire, multo magis in libertate.

MInor annis.] CASVS. Quidam minor xx. ann. seruo suo per fideicommiss. libertatem relinquere volebat: an possit quæritur. & respondetur, quòd non, nisi causam coram iudice probet, s. iustam, p p quã velit seruum esse liberum.

a *Minor annis.*] alias xx. alias lege definitis.

b *Nec per fideicommissum.*] nedũ directe, vt hic, & ff. de manu. test. l. nec militi. & supra de testam. mili. l. si Rufinus, & hoc in suis: secus in alienis vt ff. de manumiss. vin. l. si quis rogatus. in prin. hodie tamen hæc lex corrigitur, vt in auth. vt spon. lar. §. 1. colla. 9.

1† In quibusdã lib. legitur iudicijs: in aliis deest vtrunque.

2† Probati.

c *Causam.*] quæ causæ enumerantur. Institu. qui. ex cau. manu. non licet §. eadem.

DIberi.] CASVS. Testamentũ fecisti, hæredẽ instituisti, eũ de ancilla aliena manumittenda rogasti: redimere debet hæres, si põt & manumittere: si nõ potest, quia dñs vendere nõ vult: nec cõpelli põt ad vendendum, cum nihil ex testõ percepit: an intercidat legatũ libertatis? Dicitur, quòd non, quia procedente tẽpore, si obtulerit se facultas redimendi, redimere poterit & manumittere, & ita no. quod differtur, non aufertur.

3† Peperit.

d *Aliena.*] & hostiũ seruo & etiam libero homini; quandoque vt ff. eod. l. generaliter. §. hostium seruo. & §. si homini.

e *Eius.*] scilicet testatoris.

f *Perceperit.*] nã tunc cogetur ad vendendum. vt ff. ad leg. Falcid. l. sed & si non seruus. nisi haberet auxilium minoris ætatis, vt ff. de mini. l. si minor annis seruum. Et no. deberi relictum licet voluntati non pareatur quia per eum non remanet. vt ff. de leg. 3. pater. §. Tusculanus. & de leg. 1. si fundum per fideicommissum. §. Iulianus.

g *Tempore procedente.*] quod differtur, non aufertur, vt inst. de sing. re. per fideicom. re. § libertas. Item no. quod dicit etiam alienæ. vt ff. eod. l. alienæ. Et distingue, quia aut rogatur hæres manumittere seruum, aut legatarius primo casu aut seruum testatoris, aut hæredis, aut legatarij, vel alterius extranei. si testatoris, cogitur eum manumittere: quod si latitat, fit Orcinus libertus per senatusconsultum Rubrianum, vt ff. eod. l. cum vero. §. subuentum si hæredis, & tunc non tenetur manumittere. si vero latitat, eripitur seruus ex fideicommiss. in libertatem, & amittit hæres ius patronatus ex Viciano senatusconsul. vt ff. eodem, l. si cum. §. si quis seruum. & l. non tantum. §. sed & Artificuliano. Si legatarij. Aut is agnouit legatum, & cogitur præstare hæredi ad manumittendum. Aut non agnouit, & tunc non cogitur, vt ex hac l. habetur. Si extranei, cogitur manumittere si potest iusto pretio emere, vt ff. eod. l. alieno. §. si is cuius. Si vero legatarius est rogatus manumittere seruum, aut talis est seruus, qui non potest ad libertatem peruenire, quo casu etiam legatum est inutile. Aut potest, & tunc subdiuiditur, quia si legatarius agnouit legatum: cogitur manumittere etiam longè maioris pretij seruum, nisi beneficio ætatis restituatur ad omittendum legatum: si non agnouit, non cogitur manumittere, & hoc si seruus sit ipsius legatarij, quod si extranei: si potest emere pro tãto, quantum est legatum, cogitur manumittere: aliàs non. vt ff. eod. l. generaliter. §. si quis alienum. & ff. de minori l. minor 25. an. seruum. sed in detrahẽdi Falcidia est sciẽdum, quòd si ea deducta posset emere seruum, deducit eam hæres, alias non, vt ff. e. l. si legatario.

4† sunt.

HI quibus.] CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti de danda libertate Sticho: eum rogasti: manumisit: cuius erit libertus, quæritur. Resp. quòd hæredis.

h *Manumittuntur.*] vt Institu. de sing. re. per fideicommiss. re. §. penult. & hoc quo ad hoc, vt eos nõ vocet inius. Item quo ad cõtra tabulas, sed non vt in seruitutem ex ingratitudine reuocet. Item nec operas poterit impendere, nisi sit filius patroni, qui manumittit, vt ff. de bo lib. qui ex causa & supra de con tra tabulas l. patroni. & supra de lib. & eo. libe. l. prima. Et sic distingue hic, cuius sint liberti, vt & diximus supra in l. proxima. per l. ff. de action. emp. l. Titius. & de fideicom. libe. l. generaliter.

5† Daphidi. l. Dauno. l. Papho. al. Daphn.

*Vi. Cui. 18. obs. 5.

CVm proponas.] CASVS. Testamentum fecisti, vxorem tuam in vna dimidia, filium ex alia hæredes instituisti, Sticho fideicommiss. libertatem reliquisti, si vxori tuæ placuisset: vxore partem eius repudiante, & insolidum ad filium perueniente, an seruo debeatur libertas? Respond. quod si vxor non contradicit, libertatem petere potest.

i *Cum proponas.*] vxor fuit scripta hęres cum filio.

K *Non refragante.*] idem si contradiceret. nec enim potest, vt ff. eod. l. Lucius. quæ est contra. sed hic subaudi maxime. & hoc nisi iustam causam habeat refragandi. vt ff. de manu. testam. l. seruos. & de leg. 2. l. cum quidam. & l. cum pater. §. rogo.

ET si non.] CASVS. Testamentum fecisti, filio tuo impuberi seruum tuum nulla facta mentione libertatis tutorem dedisti, an per hoc fiat liber. Respon. quod sic, & libertatis fauore & pupilli videtur per cohæredem pupilli, vel si exhæredauit pupillum, per hęredem patris videtur.

videtur recepisse, & hoc in prima. Idem est si seruum alienū filio tutorem dedisti sciens eius conditionem, nisi te contrarium voluisse apparuerit, & hoc in secunda.

a *Videatur.* adscripta, i. non praestita libertate, vt & sup. de necess. seru. l. quidam, §. 1. sed certe immo videtur directa, vt instit. qui test. am. da. tu. pos. §. 1. quae est contra. Sol. ibi in testamento, hic in codicillis. Vel haec corrigitur per illā. Vel hic liberum credidit. Vel hic putauit alienum. Vel hic diligebat haeredem in tantum, vt sit verisimile, quod velit eius esse libertum, & magis quam Orcinum. ADDITIO. Prima solutio communiter solet approbari, vt dicit Christopho. Porcus in d. §. 1. instit. qui testa. da. tu. pos. ratio est, quia quid facilius directo disponitur in testamento, quam in alia voluntate vltima, vt l. haereditatem, & l. nō idcirco, sup. de codicillis.*

*Haec conciliatio diuinatoria, caeterae autē friuolae uidentur Cōcio, qui interpretare per fideicommissū. § facit manumissum uideri non aūt directis uerbis, sed tū p hmōi manumissionem directam libertatem accepisse cum à testatore intelligatur manumissus. Vel Iustinianum maluisse sequi Pauli sniam, qui hoc casu directam ait competere in l. quo, §. 1. de testa. ubi scribit adita haereditate libertatē cōpetere, arg. l. 3. sup. de test. & l. quidā ff. de necessar. haere. insti. sed quia ita soluit cum Accur. ut dse. hanc corrigi per illā. Cont.

1 † Prouides in omnibus.

b *Sciens.* secus si ignorans, vt ff. eod. l. generaliter. §. si quis tutorem.

c *Datā.* vt ff. de test. tut. l. si haereditas, §. fin. & sup. de test. tut. l. si pupillorum.

Fideicommissaria. CASVS. Reliquit Sticho Titius fideicommissariam libertatem, cum filius perueniret ad 25. annum, decessit prius, quam ad eam aetatem perueniret, nunquid interdicit libertas? Dicitur, quod non, sed eo tēpore perueniret ad libertatem, quo si viueret, peruenisset filius ad praedictam aetatem.

d *Tēpore quippe, &c.* vt ff. de manumiss. testa. l. si ita scriptum, & sup. de vsufruct. l. ambiguitatem, & ff. de leg. 1. si cui legetur. Sed contra sup. de manumiss. l. cum testator, & de nup. l. sancimus, si qui. Sol. vt dixi sup. quando dies leg. ced. l. ex his. Item uidetur quod statim praestanda sit, vt ff. eodem l. fina. quae est contra. Solu. ibi non intelligitur repetita conditio a substituto, quae uitiaret, & ideo purum est ex tunc.

Si seruus. CASVS. Seruo tuo in testamento fideicommissariam libertatem reliquisti, qualiter ad libertatem perueniet, quaeritur? Respondetur quod per beneficium manumissionis, vnde si haeres tuus libertatem imponere contradicit, compellet eum praeses, & si latitet, per senatusconsultum ad libertatem perueniret, decreto, vel sententia praetoris interposita.

e *Manumissione.* vel eo, quod pro manumissione habeatur, ut supra eo. l. si uoluntate.

f *Accepisti.* s. spe, non re.

g *Interposito.* i. denunciatione, vel lata sententia.

misisse eum videatur. a

¶ Et si non suum proprium, sed alienum seruum, conditionem eius sciens, b tutorem adscripserit, aeque fideicommissariam libertatem datam c (nisi aliud euidenter defunctum sensisse appareat) prudentibus placuit.

Libertas non perit, licet moriatur ille in cuius persona tempus certum praestandae libertatis erat appositum, sed cum tempus aduenerit, debetur, h. d. Sal.

Iidem AA. Mercuriali.

LEX X.

Fideicommissaria quidem libertas ita tibi relicta, cū testatoris filius ad annum vicesimumquintum peruenerit non intercidit, licet haeredem intra praestitutam aetatem decessisse proponas tēpore quippe, d quo si viueret, praefinitē aetatem impleturus foret, spē libertatis non intercidere, vetus placitum est.

Fideicommissaria libertas est praestanda, non autem cōpetit ipso iure, & si latitat, qui praestare debet, seruo subuenitur à iure, h. d.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. Flauiano.

LEX XI.

Si seruus fuisti, ac tibi per fideicommissum libertas relicta fuit: peruides, 1 † sine manumissione e te ad libertatem peruenire non potuisse: quapropter si verbis precarijs constitutus libertatem accepisti, f adire praesidem prouinciae te oportet, vt, causa cognita, si tibi deberi libertatē perspexerit, ad manumittendum eum, qui debet vrgeat, vel si latitet, contra latitantem, interposito g decreto, tibi prospiciat. h

Verbum, commendo, non inducit dispositionē, sed quādam congratulationem. h. d. Bald. Vel sic: Per verbum, commendo, non grauatur haeres de manumittēdo, h. d. Sa.

Iidem AA. & CC. Hyrenio.

LEX XII.

Ex verbo, commendo i testamento, vel codicillis k non videri l fideicommissariā libertatem relictam esse, auctoritate iuris declaratur.

Agnoscens legatum tenetur parere iudicio defuncti. Bal. Vel sic. Alienae ancillae fideicommissaria libertas relinqui, & tenetur haeres eam redimere, si sibi relictum agnouit. Salic.

Iidem AA & CC. Pythagor.

LEX XIII.

Si te donatam ante matrimonium vxori suae, postea ei m legato relicto, testamento manumitti seu codicillis, seu verbis precarijs à successoribus voluit, n eam eos o ad redemptionē, & manumissionem, quā eam, p quę in capiendis relictis, defuncti consensit iudicio, teneri tibique fideicōmissariā deberi libertatem, non ambigitur. q

In ventre existenti directo, & per fideicommissum potest libertas relinqui, & si plures nascantur, sunt liberi, hoc dicit Salic.

h *Prospiciat.* ut ff. de iudi. l. qui se, & hęc per senatusconsulta quatuor, scilicet Rubrianum, & Trasilianum, & Damasianum, & Artificulianum, quae quando locum habent, habes ff. de fideic. lib. l. te cum uero, §. subuenitum, & l. cum quasi. §. si plures, & l. non tantum, §. senatus, & §. Artificuliano. est & Vincianum, quod in seruo defuncti locum non habet, sed haeredis, vt in eod. titul. nō tantum, §. sed si non haereditarium, & in §. si quis.

Senatusconsulta quatuor seruis pro libertate consequenda.

Ex verbo. CASVS. Testamentum fecisti, haeredem instituisti, & dixisti, haeres commendo tibi hunc seruum, numquid per haec uerba uidetur ei libertas fideicommissaria relicta? Resp. quod nō.

i *Commendo.* id est, laudo, ut hic, & supra famil. erciscund. l. quoties, in fin. & ff. manda. l. si vero non re. §. cum quidam. & de leg. 3. l. fideicommissa. §. si ita quis. Alias dicitur, conueniendo, idest, pono, ut ff. de uerborum significat. l. commendare, & ff. de positi. l. Lucius, 1.

k *Codicillis.* ut certo, uel apposito.

l *Non videri.* ut ff. eodem. Tais ancilla. §. Lucius.

Commēdo quique denotio significat.

Si te donatam. CASVS. Sponsus tuus ancillam legato postea uxori tuę relicto haeredem tuū in testamento de ea manumittenda rogasti, percepit legatum, an compellendus sit haeres eam redimere, & manumittere, & haec sit compellenda uendere, & manumissioni consentire, quaeritur? Respond. quod sic.

m *Ei.* scilicet uxori.

n *Voluit* testator.

o *Eos.* successores.

p *Eam.* uxorem.

q *Non ambigitur.* qui enim aliquid percipit cogitur manumittere, uel uendere. ut manumissio fiat, ut ff. codem, l. generaliter, §. si quis alienum, & facit ff. eodem, l. alieno, §. finali.

Cum inter. CASVS. Seruo meo nato iam certum est, quod relinqui potest per fidei. com miss. libertas, an autem nasci uro, inter ueteres erat quæstio, quam decidit Imperator, dicens, quod non solum directa, sed fideicommiss. libertas ei relinqui potest, non solum masculo, sed fœminæ: nec obest si tempore, quo editus fuerit partus mater fuerit ancilla, & hoc in prima. Si uero testator sic dixit, qui nascetur ex tali ancilla, fiat liber, si plures ediderit, an omnes erunt liberi, quæritur? & respon. quod sic, in ambiguis enim, &c. & hoc in secunda.

a *Portaretur.* de infante nato non est dubium, ut ff. de manu. l. iuris ratio.

b *Fauore.* Alia legata posthumo alieno non relinquebantur, instit. de bonorum possessio. in principio.

c *Solem respiciat.* sic ergo nascitur ingenuus, nam ingenuus is est, &c. ut instit. de ingenuis in principio. Sed uidetur hoc falsum, cum fideicommissaria libertas relinquitur, nam hæredis libertus erit ut supra eodem, hi quibus quæ est contra. Sed dic, quod hic fuit relicta fideicommissaria libertas posthumo, ibi nato. Vel refertur tantum ad casum ubi directa data fuit, nam utrumque posuit supra. Fit ergo differentia inter fideicommissariam libertatem, & directam, licet quo ad alia non sit differentia, ut supra communia de leg. l. penultima. Item opponitur hic, conceptus habetur pro nato, sed natus manumissus esset libertus, ergo & hic. Sed dic ... uerum, cum de commodis eius quæritur, ut ff. de statu ho. leg. ...

† Ex ... de ...

† Quæ d... huc in ... se habea...

[1] Libe...

Imp. Iustin. A. Iuliano PP.
LEX XIIII.

Cum* inter veteres dubitabatur, si fideicōmissariam libertatē possibile esset relinqui seruo, qui adhuc in ventre portaretur,[a] homo fieri speratur, nos vetus iurgium decidētes, libertatis fauore [b] censemus, & fideicōmissariam nec non directam libertatem suam firmitatem habere siue in masculo, siue in fœmina, qui,[1] † quæue adhuc in ventre vehitur, vt cū libertate solem respiciat,[c] etsi [d] mater sua adhuc in seruitute cōstitutā eū vel eā ediderit. ¶ Sin autē plures creati, vel creatæ sint, siue vnius fecit mentionem, siue pluraliter nūcupauit, nihilominus omnes [e] ad libertatem à primis veniant cunabulis: cū in ambiguis sensib. melius sit (& maximè [f] in libertate) fauore eius humaniorem amplecti sententiam. Dat. Calend. Octob. Lampadio, & Oreste VV.CC. Coss. 530.

Factum iudicis supplet factum hominis ad damnū, & non ad commodum contumacis, h.d. Bal. Vel sic. Post moram in manumittēdo seruus per iudicem ad libertatē est deducendus, h.d. Sal.

Idem A. Iuliano PP.
LEX XV.

Ancillam, siue seruum, cum fideicommissaria libertas ei relicta sit, sancimus, si mora libertatis à debitore [g] facta fuerit, sententia præsidis eripi in libertatem, & nullo facto, aut volūtate ab hærede expectanda,[h] sed talem habere eos libertatem, quasi ab ipso testatore directis verbis fuerint liberi tatem consecuti, cum satis impium atque absurdum sit, hæredes testatoris differre voluntatem, maxime cum ad libertatem respiciat.

Si libertas fideicommissaria est relicta vni ex liberis ancillæ, quem hæres elegerit, illo moriente nulla facta electione omnes ad libertatem perducuntur, h.d. Sal.

Idem A. Iuliano PP.
LEX XVI.

Si quis in testamento suo rogauerit suum hæredem ex liberis ancillæ suæ, quam nominauerit,[i] vnum, quem elegerit, ad libertatē perducere, & cum ancilla vnū vel plures enixa est, hæres neq; dū superest,[k] in libertatē[2] † perducendus est, ab hac luce fuerit subtractus,[l] dubitabatur ab antiquis vtrumne omnes, an quidam, an nemo ex his ad libertatem perueniat. sed veteris quidem iuris alternatio multa sane super huiusmodi casib. resonuit; nos autem hæredis coercentes malignitatem, si nō voluntatem testatoris adimpleuerit, & mox cum potuerit, non eligeret vnum ex liberis ancillæ, & eum libertate donauerit, sancimus compelli [m] nō solū eū, sed etiā hæredes, vel successores eius, omnes ancillæ liberos in libertatem perducere, neq; enim hoc contrarium est sententiæ testatoris. Cum[3] † enim omnimodo quendam ex his liberum esse disposuerit, & non ad certum corpus, sed ad omnes respexerit, si non pateatur eius voluntati, sine dubio ex sentētia [n] testatoris oēs ad libertatē perueniunt.

& infra qui bon. ced. poss. l. fin. & de pac. l. maiorem. & de reb. dub. l. quoties, 2.

Ancillam. CASVS. Ancillæ tuæ in testamento fideicommiss. libertatem reliquisti, hæres erat ia mora manumittendi eam, an manumissione hæredis non interueniente vel uoluntate eius, possit peruenire ad libertatē, quæritur? Respon. quòd sic, ex sententia præsidis, & perinde erit libera ac si directa ei data esset libertas.

g *A debitore.* id est ab eo, qui eam debet.

h *Expectanda.* ad hoc, ut manumittatur, erit n. liber & sine hæredis manumissione, interpellari tamen debet hæres, ut ff. eod. l. cum uero subuentum.

Si quis. CASVS. Testa fecisti, hæredē instituisti, & eū rogasti de manumittendo unum ex filijs Arethusæ, quem eligeret, eo dū uixit nullū ad libertatem perducente, uel eo deliberante, quē manumitteret, uita functus est an oēs, an quidā, an nullus ad libertatem perueniat possit, a. oib. al. apud antiquos erat q. cedendus filio. Ad quod respondet Imperator, dicens, quod non solū hæres si potuit, & noluit, propter contumaciam suam si superstes est, sed hæres eius compelletur omnes manumittere, nec uoluntati testatoris derogabitur per hoc, quæ uoluisset omnes manumitti, quia seruū certum non respexit, sed ad omnes. unde ob hæredis malitiam omnes ad libertatem perducentur, & hoc in prima. In secunda, quòd hæc eadem uera sunt in legatario rogato de manumittendo unum ex ijs, quem eligeret, & si aliqui pati se dispendium conquesti fuerint, sibi & non huic l. quæ prædictam pœnam imponit, imputent.

i *Quem nominauerit.* Arethusam puta.

k *Superest.* id est dū uiuit.

l *Subtractus.* scilicet hæres.

† Producendus, in...

[3] † Deest in omnibus.

m *Compelli.* aufertur ergo sibi electio propter contumaciam, ut ff. de solu. l. 1. & inst. de solu. l. 1. & ff. de serui. l. sicut & facit sup. eo. l. cum inter.

n *Ex sententia.* quæ ad oēs porrecta est quodammodo.

a *Instantia.*] idest, contumacia.

C*Vm quidam.*] CASVS. Titius fecit testamentum, hæredem instituit, & mihi Seium legauit, & rogauit per fideicommissum, vt eum manumitteret; hæres noluit eum mihi dare, sed in iudicio eum petij & obtinui: & iudex eum non in seruum, sed in eius æstimationem mihi condemnauit: an intercidat libertas? vel ab hærede danda an à me legatario? & si ab hærede, an æstimationem, quam recepi, possit totam, vel partem, vel nihil retinere? Inter antiquos erat quæstio, & ad hanc non videtur respondere: sed sic dicit, quod miratur, quod iudex tulit talem sententiam condemnando in serui æstimationem, & non in seruum. vnde si talis quæstio de cætero emerserit, nullus iudex sit ita stultus quod sic definiat, sed legatarijs seruus restituatur, quod si petitus non detur, tunc intra duos menses à tempore litis contestatæ super petitione serui eripiatur in libertatem, & hæres legatario condemnetur in expensis quas fecit in litem, scilicet in quadruplum. & ipsi legatario integrum ius patronatus seruetur.

b *Seruum.*] in seruum enim debet facere condemnationem, cum est manumittendus, secus si non est manumittendus quandoque, vt ff. de leg. i. si domus. in §. qui confitetur. & §. seq.

c *Vitium.*] scilicet iudicis.

d *Putamus.*] ex tempore huius legis.

e *Condemnationem.*] Quid enim si proferat? huic enim quæstioni non respondet. Sed respon. Idem esse, quod esse cum alicui relinquitur pecunia, vt alienum seruum emat, vt scilicet eum emat, & manumittat, vt ff. eodem l. generaliter. §. si quis tutorem alienum. Vel dic, quod hæres conueniatur à seruo, vt manumittat: quia legatum resedit penes eum cum onere suo, vt supra de cad. tollen. §. pro secundo, nec legatarius tenetur restituere pecuniam: quia hæres

¶ Similemque esse definitionem censemus, & si non ab hærede, sed a legatario, vel fideicommissario testator rogauerit libertatem imponi. sic etenim iusto timore hæredes, & legatarij, vel fideicommissarij perterriti, & voluntatem testatoris adimplere procurent, & sibi non ex omnium libertate quandam afferri patiantur iacturam.

¶ Quod si reclamauerint sibi tale dispendium imputent, non ex nostra lege, sed ex sua lugentes instantia [a] Dat. 15. Cal. Decemb. Constantinop. Lamp. & Orest. Coss. 530.

Fatuus est ille iudex, qui cum res petitur, in æstimatione condemnat, si res præstari pot. & debet. Vel sic. Sententia dēt esse conformis libello, aliàs est iniusta. h. d. & ad hoc sem per allegatur. Bal. Vel sic: vbi seruus legatur manumittendus, & hæres patitur secum litem contestari, transacto spatio duorum mensium, liber efficitur, iure patronatus legatario seruato. h. d. Sal.

Idem A. Iuliano PP.

LEX XVII.

CVm quidam seruum suum ita legauerit, vel legatarius libertatē ei imponat, & hæres ad huiusmodi legatum improbe versatus seruum dare legatario dedignatus est, vt etiam lite pulsetur, & iudex non in ipsum seruum, sed in æstimationem litis condemnationem proferat: veteres iuris interpretes dubitabant, ne quod obstaculū libertati ex hac causa procedat.

¶ Et si placuerit eandem deberi libertatem, à quo danda sit, vtrum ne ab hærede, an a legatario.

¶ Et si hæres imponat libertatem, an legatarius, quod ex pecuniaria condemnatione accepit, firmiter detineat, siue in totum, siue ex parte, siue etiam nihil.

¶ Talem itaq; altercationē resecantes, miramur, quare iudex, qui præpositus est in prædicta causa non omnimodo condemnationem in seruum, [b] sed in æstimationem eius fecerit: cum ipsius vitium, [c] etiam huiusmodi præbuit 1 † altercationis occasionem.

¶ Vnde si talis quæstio emerserit, nullum quidem iudicē ita esse stultum putamus, [d] vt huiusmodi proferat condemnationem, [e] sed si legatarius immineat, quatenus ei seruus restituatur, & post litem contestatam duorum mēsium * spatium effluxerit, censemus illico ad libertatem eripi seruum, & illum quidem liberum esse: hæredem autē pro sua indeuotione in omnes expēsas, quas legatarius in lite fecit, in quadruplū [f] ei condemnari: iure patronatus integro legatario 2 † seruando.

TITVLVS V.

De dedititia 3 † libertate tollenda.

Dedititij libertini erant, qui per manumissionē minorē libertatē cōsequebātur, quia liberi efficiebantur, sed toto tpe vitæ suæ seruire tenebantur. Hanc conditionē libertinorum tollit lex ista, & vult, quòd eo modo sint liberti, quo simpliciter manumissi, & ab eis non differant. h. d. Sal.

Idem A. Iuliano PP.

LEX VNICA.

DEditītia * conditio nullo modo in posterum nostram rempublicam molestare concedatur, sed sit penitus deleta: quia nec in vsu esse reperimus, sed vanum [g] nomen huiusmodi

sua contumacia sentit hoc damnum. argum. sup. l. proxi. in fi. & ff. de tabu. exhib. l. locum. §. condemnatio. Vel dic tertio, quod sic, & tunc idem videtur, quod est hic. scilicet vt in libertatem eripiatur elapsis duobus mensibus à tempore litis contestatæ. Quid ergo si ante. im hæres seruum vendat? Respon. erit in potestate serui, cuius libertus esse velit, emptoris vel rogatoris, vt ff. eod. l. generaliter. §. fi. & de actio. emp. l. Titius. nec restituitur pretium, vt modo dixi.

f *Quadruplum.*] quod est speciale: alias autem in simplum, vt supra de iud. l. properandum. §. sin autem alterutra.

DE DEDITITIA libert. tollen.

Quia manumissionibus (de quib. explicuimus) serui fiunt liberti: & libertorum olim triplex fuerat cōditio, Dedititia, Latina, ciuisq; Romana. ponit primo de dedititia conditione, & subijcit postea de Latina: quę quia sublatę sunt, ponit de eis tollendis non seruādis. hodie enim sola ciuitas Romana sibi locum vendicat. Azo. Dedititij erant, qui sine conditione se tradebant Romanis, & quamdiu viuebāt, serui erant: post mortem verò in libertatem eripiebantur, vt Instit. de lib. §. libertinorum. & de succ. lib. §. fi. Quare ergo non dicebantur serui? Resp. quia successorem habebant, & omnino libertatem sperabant. Vel verius liberi erant, sed seruire tenebantur: sicut alias, inf. communia de ma. l. prima. §. sin autem proprietarius.

D*Edititia.*] CASVS. Olim erat quoddam genus hominum, qui liberti Dedititij dicebantur qui viuebant serui, sed moriebantur vt liberi. Hodie dicit Imperator, quod huiusmodi hominum conditio à Romana repub. penitus tollatur, ita quod nec nomen remaneat.

g *Vanum.*] nil enim significat Dedititia libertas, sicut nec chimera.

1 † De altercationi.

2 † conseruando.

3 † libertinitate.

* Vi. Cuia. cap. 13. de præscrip.

* Vide Epi co Vlp. tit. 1. & Theo. ad tit. de liber. instit.

a *Veritatem.*] sic sup. commu. de leg. l. 2. in fine. & sup. ad Orphe. l. si qua.

b *Legibus.*] non opus est verbis, quorum nullus sequitur esse ctus.

DE LATINA LIBERTATE, &c.

Et hęc Latina libertas tollitur. Et dicunt Latini, qui toto tpe vitæ suæ erant liberi, sed in morte eripiebãtur in seruitutẽ, & sic non habebãt hęredẽ, vt Insti. de succ. libe. §. fi. Et no. q in hac l. sũt xij. casus, vel xiij. in quib. olim fiebant Latini, hodie vero p l. istã fiũt ciues Romani, & verè liberi, in oib. autem exceptis trib. seruatur iuspatronatus illæsum. Accur.

3† Deest in aliquibus hęc subscriptio.

2† Liberti nitate.

CVm dedititia.] CASVS. In princip. huius legis dicit Imperator, q ex quo dedititia sublata est libertas, quare etiã non Latina libertas tollitur? Nunquid Latini liberti dicebantur illi, qui dum viuebant erant liberi, in morte tamen eripiebantur in seruitutẽ, nec hẽbant hæredẽ? Et no. q in hac lege 13. sunt casus, in quib. olim aliqui fiebant Latini, hodie ciues efficiuntur Romani. primus incipit ibi, Sancimus &c. Dicit ergo, quod sicut antiqua Latinitas sublata est, quia eius remanet imago. Dicit ergo: olim Romani subiugantes sibi aliquam prouinciã trãsmittebant homines illius prouinciæ in aliam prouinciam: & dicebantur Latini, i. Romani, & nõ erant simpliciter liberti, nec erant liberi. vnde sicut illa transmissio iam sublata est, quia aliquando bella cum indigenis habebant, sic non sunt hodie huiusmodi Latini, sed cum varijs modis introducta erat Latinorum conditio, & difficultates exortæ tam ex lege, quam ex senatusconsult. dicit Imperator, quod vult resecare & Latinam libertatem tollere, & certos modos eligere, in quib. olim competebat Latinæ libertas non perfecta. quis enim eodem tempore dicet concurrere libertatem & seruitutem? & hoc in prima.

* al. Satura. Et est genus lancis, in qua varia ciborum genera reponũtur. Isid. li. 5. Etymol. significat igitur sensum per multas appẽdices varios huius libertatis modos esse factos. Vi. Test. Satyra. Cõtius.

3 † Sic Dua. al. in colonis, & rectè vt ẽ: legit Acc. al. legitur

4 † Du. ei9.

5 † relinq.

libertatis circunducitur. Nos enim, qui veritatem[a] colimus, ea tantummo volumus in nostris esse legib.[b] quæ re ipsa obtinet.[1]† Da. Lamp. & Oreste Coss.

TITVLVS VI.

De Latina [2]† libertate tollenda: & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa.

Primò exorditur, secundò statuit, secunda ibi, Sancimus.

Imp. Iustinia. A. Ioanni PP.

LEX VNICA.

CVm Dedititij liberti iã sublati sint:[c] ea propter[d] imperfecta Latinorum libertas incertis vestigijs titubat,[e] & quasi per[*] satyram[f] inducta adhuc remanet, & non inutilis quidem pars eius deminuitur: quod etiam ex ipsa rationabile est, hoc in ius perfectum deduci tur. Cùm enim Latini liberti ad similitudinẽ[g] antiquæ Latinitatis, quę [3]† i colonis[h] missa est, videntur esse introducti, ex qua nihil aliud reipublicæ, nisi bellum accessit ciuile: satis absurdum est ipsa origine[i] rei sublata,[4]† eiusdem imaginem[k] [5]† derelinqui. Cum igitur[l] multis modis & penè innumerabilibus Latinorum introducta est cõditio, & leges diuersæ, & senatusconsulta[m] introducta sunt, & ex his difficultates maximè emergebant, tam ex lege Iunia, quam ex Largiano senatusconsulto, necnon ex edicto diui Traiani, quorum quidem plenæ fuerant nostræ leges, non autem in rebus eorũ fuerat experimẽtum: studiosissimum nobis visum est, hæc quidem omnia & Latinã libertatem resecare: certos autem modos eligere, ex quibus antea quidẽ Latina competebat libertas, in præsenti autem Romana defertur conditio: vt his pręsenti lege enumeratis, & ciuib. Romanis nascentibus, cęteri omnes modi, per quos Latinorum nomen inducebatur, penitus conquiescant, & non Latinos pariant, sed pro nullis habeantur. Qui[*] enim patiatur talem esse libertatem ex qua[6]† ipso tpe mortis in eandem personam, simul & libertas, & seruitus cõcurrant:[n] & qui quasi liber moratus est, eripiatur non solum in mortem, sed etiam in seruitutem.

Per scripturam, seu epistolam à quinque testibus subscriptam, & ab ipso patrono scriptam, vel subscriptam, consequi potest seruus etiam absens libertatem à domino, quasi ex vltima voluntate. h. d. usque ad §. sed & si quis. Salic.

c *Sublati sunt.*] vt sup. l. proxima.

d *Ea propter.*] id est, propter hoc.

e *Titubat.*] id est, dubitat, vel dubitabilis est propter incertas vias eius.

f *Per satyram.*] idest, per varietatem nimiam, siue diuersitatem introductam, vt in decre. distinctio. 2. capit. satyra. multæ enim leges & variæ de ea tractabant, sicut & infra dicit. Vel dic per simile dici satyram: quia vt satyricis ludentes imponunt laruam, idest, barbam, vt etiam iuuenis videatur senex, qui non est: sic & hic dicebantur liberi, non tamen erant, cum moriebantur serui.

Satyra qualiter accipiat.

g *Ad similitudinem antiquæ.*] olim enim Romani subiugantes aliquam prouinciam, homines eius ad aliam dirigebant prouinciam, & vocabantur Latini, idest Romani, nõ tamen erant: sic & hi liberti vocabantur liberi, non tamen erant. vnde & sicut illa missio est sublata, eo quòd quandoque vel contra rempublicam insultabant, & non fit hodie hæc transmissio: sic nec sunt huiusmodi Latini. Acc.

h *In colonis.*] id est, in villis, vel in terris. propria enim dicitur colonia terra ad colendum destinata, vt ff. ad municip. l. eius qui. §. primo, sed hic pro tota vna prouincia ponitur.

i *Origine.*] i. transmissione.

k *Imaginem.*] idest latinitatem ad eius similitudinem inductam, & sume hic argument. quod ex ll. correctis nõ debeant sumi argumenta in causis argum. supra de Iustin. cod. cõfir. l. vnica. Item argum. cessante causa, cessat etiam effectus: cessante principali, cessat & accessorium, vt ff. de regul. iur. l. cum principalis.

l *Cum igitur.*] quia quod est vtile, recipimus, & quod est inutile despicimus: ergo videamus quid sit vtile, & quid inutile.

m *Senatusconsulta.*] de quibus habes Institu. de lib. §. libertinorum.

n *Concurrant.*] vt Institu. de succ. libe. §. fin.

Sancimus.] CASVS. Titius vult seruo suo absenti per epistolam dare libertatem: an possit quæritur? Respond. quod sic, adhibitis quinque testibus eidem epistolæ subscribentibus, & siue per se scribentem, siue per tabellionem data fuisset in codicillis, erit liber, non Latinus Romanus: patrono viuente ei libertate plena competente. hoc dicit, vsque ad §. sed & si quis. in quo figura casum hoc modo. Si quis inter præsentes seruo suo voluerit libertatem donare, potest, adhibitis quinque testibus, & sic extra iudicium, & siue coram iudice inter acta & tabulario hoc fuerit protestatus, siue testes in iudicio: iudice tamen non authorante, sed testes audiente protestati fuerint, quòd talis seruum talem manumisit eis præsentibus, & scriptura inde facta fuerit, & subscriptio tam manumittentis quam testium secuta: talis erit liber, non Latinus, vt olim, sed ciuis efficietur Romanus,

1 Tñ benè ex eorũ rõne gl. in c. nouit. de iudi.

* Saluia. 5. ad eccle. Iugo latinitatis ad dicuntur, quos subiubent sub libertorum quidẽ titulo agere viuentes, sed nolũt quidquam hęre morientes, negato his vltimæ voluntatis arbitrio, & q̃ superstites habẽt morientes donare nõ possunt. His cõtrij erant manumissi denariales, & chartularij. Vi. Cuia. 4. obser. 5. Goth.

6 † in ipso.

Sa-

¶ Sancimus [a] itaque, si quis per epistolam [b] seruum suũ [c] in libertatem perducere maluerit, licere ei hoc facere, quinq; testibus adhibitis, qui post eius literas, siue in subscriptione positas, siue per totum textum effusas, suas literas supponentes, fidem perpetuam possint chartulę præbere, & si hoc fecerit, siue per se scribendo, siue per tabularium: libertas seruo competat, quasi ex imitatione codicilli delata: ita tamen, [d] vt ipso 1† patrono viuente, & libertatem, & ciuitatem Romanam habeat.

Etiam inter amicos seruo præsenti, potest libertas in præsentia quinque testium dari, tũ in iudicio apud acta, quã extra, dummodo fiat scriptura. h.d. vsque ad §. sed scimus. Salic.

¶ Sed & quis inter amicos libertatem dare seruo [e] suo maluerit, licebit ei similiter, [f] quinque testibus adhibitis, suam explanare voluntatem, & quòd liberum eũ esse voluerit, dicere, & hoc siue inter acta fuerit testificatus, [g] siue testiũ voces [h] arrestationem sunt amplexę, & literas tam publicarũ personarum, quàm testium habeant: [i] similimodo serui ad ciuitatẽ Romanã perducantur, quasi ex codicillis similiter libertatem accipientes.

Seruus languidus a domino de domo eiectus, & nemini in curam datus, consequitur hodie libertatem, nullo iure patronatus domino reseruato. h.d. vsque ad §. similiq; modo. Salic.

¶ Sed scimus hoc etiam esse in antiqua latinitate ex edicto diui Claudij introductũ, quod si quis seruum suum ægritudine periclitantem [k] a suo domo publice eiecerit, neque ipse eum procurans, neque alij eũ commendans, cum erat ei libera facultas, si nõ ipse ad eius curam sufficere, in xenonem eum mittere, vel quo poterat mõ eũ adiuuare, huiusmodi seruus in libertate Latina antea morabatur, & quẽ ille morientẽ 2† antea dereliqt, eius bona iterũ, cũ moreref, accipiebat.

¶ Talis itaque seruus libertate necessaria, domino et nolente, 3† re ipsa donatus, fiat illico ciuis Romanus, nec aditus in iura patronatus quõdã domino reseruetur. Quẽ enim a sua domo, suaque familia publicè [l] repulit, neque alij commendans, neque eũ in venerabilẽ xenonem mittens, neque consueta ei præbens salaria, maneat ab eo, eiusque substantia penitus segregatus, tam in omni tempore vitæ 4† liberti, [m] quam cum moriatur, [n] necnon post quã iã in fata sua concesserit. 5†

Ancilla uẽdita sub pacto, ne prostituatur, prostituta libera efficitur. & idẽ si vẽdẽs sibi reseruauit manus iniectionẽ, & ipse postea eã prostituit, nec aliquod ius patronatus ei seruatur. h.d. vsque ad §. sed & qui domini. Sal.

¶ Similique modo si quis ancillam suã sub hac conditione alienauerit, ne prostituatur, nouus autẽ dominus impia mercatione eam prostituendam esse tentauerit, [o] 6† vel si pristinus dominus iniectionẽ [p] manus in tali alienatione sibi reseruauerit, 7† & cum ad eum fuerit reuersa, ipse ancillã prostituerit: illico in libertatem Romanã eripiatur, & qui eã prostituerit, ab omni iure patronatus repellatur. Qui enim ita demum degener, & impius cõstitutus est, vt talem exerceat mercationem, quomodo dignus est, vel ancillam, vel libertam eam habere?

Serui pileati cadauer domini antecedentes, vel in lecto cadaueris stantes, liberi efficiuntur. h.d. vsque ad §. illo proculdubio. Sal.

a Sancimus.] hic incipiunt 12. vel 13. casus.

b Per epistolam.] s. vltimæ voluntatis, secundum Irn. Tu dic inter vluos habitæ, vt in fin. §. & inter absentes, consequitur tamen libertatem quasi ex vltima voluntate, vt subijcit, quod potest prodesse patrono ad hoc, vt non videatur concedere peculium, vt infra de pec. eius qui me. lib. l. 1. Sed quid si non cum hac solẽnitate, vt testiũ, & literarum publicarum, item subscriptionis patroni & testiũ, vel ipsius patroni, sed duo tantum testes interfuerunt? R. consequitur libertatem, sed non quasi ex vltima voluntate.

c Seruum suum.] absentem scilicet.

d Ita tamen.] hoc subiunxit, quia qui in codicillis manumittitur, non nisi mortuo testatore libertatem consequitur: hic autem statim consequitur, vt dicit, & hic est primus modus antiquę latinitatis in plenam libertatẽ deductus.

e Seruo.] præsenti: nam superiori casu dixit, quando absentis quod placet, quia de epistola dixit.

f Similiter.] i. sicut in superiori casu.

g Testificatus.] i. præsente iudice, & tabellione data libertate, & quinque testibus interuenientibus, & subscriptione manumittentis & testium.

h Testium voces.] id est, quia quinque testes in iudicio testificãtur, qualiter seruum suum manumisit præsentibus eis, scriptura inde facta, & subscriptio tam patroni, quam testium est secuta, præsumitur enim sic fuisse, vt ff. de don. l. ex hac. in superiori ergo §. & in isto quatuor casus collige, quibus debetur libertas, vt ex codi illis, vt [illegible] maiores in isto. Primus qñ inter absentes. Item inter præsentes extra iudicium. Item in iudicio, & coram iudice, & alijs [illegible] inter acta. Itẽ coram iudice, sed nõ in forma iudicij. Alij dñt esse tres tantum & sic sequitur quintus, vel quartus modus infra proxi. §.

i Habeant.] s. testium voces.

Sed scimus.] CASVS. Si aliquis seruũ suum ęgrotantem dereliquerit, & extra domũ eiecerit publicè, nec alij eum commendauerit, vel ad hospitale miserit, fiet iste talis seruus ciuis Romanus, non Latinus, vt olim nullo modo adhuc superstiti domino iure patronatus reseruato, vel spe in bonis eius relicta succedendi ipso morienti.

k Periclitantem.] idẽ si nõ sit infirmus, secundum quosdã, vt in Authen. de nup. §. si vero ab initio, & §. & multo potius, coll. 4. qđ non placet, & d. Auth. in languente, dicit, sicut hæc & alia, infra de infan. l. 2. & facit sup. de bo. li. l. vlt. §. his videlicet. Dic ergo, si suus est seruus, est nullius, donec vel se occupet, vel ab alio occupetur, vt ff. pro derelic. l. fin. & de stip. ser. l. qđ seruus. Nec ob. qđ dr. ff. de publ. iud. l. sciendũ. quia vere non ideo, quod est absolutum, est liber, sed quia abiectus potest esse liber.

l Publicè.] vt notum sit publice.

m Vita liberti.] quantũ ad ius patronatus.

n Cum moriatur.] quãtum ad occupandum bona iure peculij.

Similiq; modo.] CASVS. Si aliquis ancillã suam hac conditione vendiderit, ne prostituatur, & si prostituta fuerit, in libertatem eripiatur, vel si prostituta fuerit, liceret ei manus iniicere & emptor eã prostituerat vel venditor in eam manus iniijciẽs similiter prostituerit: fiet libera: in vtroq; casu prostituenti iure patronatus sublato.

o Tentauerit.] erit quidem libera, vt subijcit, vt ff. qui sine manu. ad liber. perue. l. si qs ea obligatum, in fin. & supra de man. ita venditæ ne prostituatur l. 5.

p Iniectionem.] in hac pacti-

1† & ipso.

2† moriendũ al. moriendo forte legẽdũ est, & moriẽbundũ.

3† à domino etiam & nolẽte.

4† parte iure liberti.

5† cum is fuerit fato suo cõcessus, in oĩb.

6† putauerit.

7† seruauerit, nominibus.

prostitutione specialiter hic seruatur, vt si manus iniectio fuerit apposita sine commemoratione libertatis, teneat, alioquin potior erit libertatis conditio, quam manus iniectionis vtroque apposito, vno a primo venditore, alio a secundo, ut ff. de ser. expor. l. si Titius seruum. §. pen. & §. fin. & notant hic quidam duos casus de 13. alij vnum dicunt. Accur.

Sed & qui CASVS. Si serui alicuius voluntate ipsius, vel hæredis eius pileati ante cesserint domini defuncti cadauer, statim fiant ciues Romani, ne populus credens eos liberos esse deciperetur, si secus fieret, patronatus iure patronis seruato.

a *Sed & qui.*] s. serui.
b *Pileati.*] i. pileos ferentes in capite, vt liberti, nec enim serui deferebant. vt per hoc fieret honor mortuo.
c *Ventilare.*] thure, sm Irn. Vel dic funibus, quia funib. portabantur, qui trahi poterãt huc, & illuc.
d *Hæredis.*] accõmodata post aditã hæreditatẽ, ut supra de ma. test. l. directis. nisi postea adeat. qñ obstabat ei factũ suũ, vt ff. de pig. act. l. rẽ alienã & int. de pig. da. ma. l. si creditorib. & ff. quo. leg. l. 1. §. quod ait prætor. sed nõ adita nõ erant liberi, vt supra de cad. toll. §. in nouissimo. & de manu. testam. l. libertas.
e *Illico.*] i. adita hæreditate, vt dixit.
f *Ne quis.*] testator, vel hæres. & dic ne quis. i. non aliquis.
g *Humanum.*] idest valde liberalem.
h *Romani.*] No. quòd tacere in aliorũ deceptionem est nocere. vt s. ad Vell. l. si fine.

Illo proculdubio.] CASVS. Dr in hoc §. quòd si aliqs in testõ, vel inter viuos seruũ manumisit, & adiecit, q velit eũ fore Latinũ, talis adiectio abijciat, & fiat ci. Ro.
i *Ciuis Romanus.*] Nota non vitiari vtile per inutile, vt ff. de arbit. l. Pedius. Sed arg. contra ff. de reg. iur. l. actus.

Sed & si.] CASVS. Si aliqs a testõ suo hæde extraneo instituto libertatem seruo reliquerit directam sub condõne, si nauis ex Asia venerit, & pendente ea hæres eum manumiserit, Latinus non fiat vt olim, sed ciuis Rom. & si conditio defecerit, fiat libertus manumittentis. Si vero extiterit, liberorum & agnatorum in eo reseruato iure patronatus, & dicatur libertus Orcinus. Viuia.
k *Libertatem.*] directam, sm Io. vt in fi. huius §. patet.
l *Imposuerit.*] huic est cõtra. ff. ad Treb. l. si cui durè 2. resp. vbi dicit, contra defuncti voluntatẽ interim non præstandã libertatẽ. Sed expone ibi. i. contra defuncti voluntatẽ esset, si cogeretur hæres, sponte aũt potest, ut hic.
m *Cognatis.*] quib. & agnati continentur, succedunt. n. vsq; ad quartũ gradũ, ut Instit. de succ. lib. §. multis. nec est cõtra, supra de in ius voc. l. venia. quia ibi dicit transire ad extraneos hæredes qdã iura patronatus, q sũt in nõ faciẽdo, vt dũ non vocãdo i ius, vel non testificãdo, hic ãt de succedẽdo [illegible] trãsire.

* Funus. Huius moris perferẽdorũ lectorũ in funere meminit Cic. li. 2. de legi. Et lege q. scripsit Halicarnassẽus lib. 4. Antiq Ro. disputãs de veterũ institutis circa seruos. Ad morẽ autẽ ventilandi pertinet, quòd de Dione scriptũ est Pertinaci mortuo, & in lectulo in foro collocato, adhibitũ fuisse puerũ, qui pennis pauonis muscas abigeret.

1 † libertate.

2 † quem voluerit, al. quod voluerint.

3 † & ciuis

4 † huiusmodi.

Sed & qui [a] domini funus * pileati [b] antecedunt, vel in ipso lectulo stantes cadauer ventilare [c] videntur, si hoc ex voluntate fiat, vel testatoris, vel hæredis, [d] fiant illico [e] ciues Romani.

Et ne quis [f] vna liberalitate [1] iactare se concedatur, vt populus quidem eum quasi humanũ [g] respiciat, multos pileatos in funus procedentes aspiciens omnibus autem deceptis, maneant illi in pristina seruitute publico testimonio fraudati, fiant itaque & hi ciues Romani, [h] iure tamen patronatus patronis integro reseruato.

Non attenditur voluntas manumittentis in ea parte, qua dicit se velle illum latinum libertum esse. h. d. vsque ad §. sed & si sub conditione. Salic.

Illo proculdubio obseruando, vt si quis sine testamento, siue vindicta quendam manumiserit, licet hoc dixerit, vel scripserit, q voluerit [2] † eum esse Latinum, superuacua adiectio latinitatis aboleat, & ita fiat ciuis Romanus, [i] ne modi, qui ab antiqua obseruatione in ciuitatẽ Romanam homines perducebant, per priuatorum voluntates deminui videantur.

Si hæres manumittit seruum pendente conditione libertatis sibi relictæ, tenet libertas, sed cuius sit libertus, demonstrabit cõditionis euentus. h. d. vsq; ad §. illud Sal.

Sed & si sub cõditione quidem libertatem [k] seruo suo reliquerit, & adhuc pendente conditione extraneus hæres libertatẽ ei imposuerit: nõ vt antea Latinus, sed ciuis [3] † fiat Romanus. Et si quidẽ conditio defecerit, [4] † ipsius hæredis, qui libertatem ei imposuerit, [l] maneat libertus.

Sin autem fuerit adimpleta [5] † conditio, ne eripiatur liberis forsitan, & cognatis [m] ius patronatus, Orcinus [6] † libertus videatur: & ad eum iura patronatus perueniant, cui leges concedunt.

Si pretium recipit dominus vt seruus in libertate moretur, vel eum manumittat: hodie libertus Latinus non erit, sed simplex libertus. h. d. vsque ad §. sed et si quis. Sal.

Illud etiam satis acerbum nobis visum est, quod putabat antiquitas, si in liberali iudicio superatus fuerat seruus a domino, deinde serui pretium ab aliquo ei solutum [n] est, in latinitate eum remorari, quemadmodũ. n. rõnabile est, & pretio eum perfrui, & mortis liberti tẽpore denuo eum in seruitutem deducere, cum non sint ambo casus sibi consentanei. Et in præsenti igitur casu libertas Romana ei accedat iure patronatus minime [o] ei subnixo: quia ipse quodammodo sibi libertus inuenitur.

Si dominus iungat ancillam liberto, libera efficitur. h. d, Sal.

Sed & si quis homini libero suam ancillam in matrimonium collocauerit, & dotem pro ea conscripserit (quod solitum est in liberis personis solũ * procedere) ancilla non Latina, sed quidẽ ciuis efficietur Romana. Si enim hoc, quod frequentissimè in ciues Romanas, & maxime in nobiles personas fieri solet, i. dotalis instrumenti conscriptio, [p] & in hac persona adhibita est, necessarium est consentaneum effectum huius scripturæ obseruari.

Illud etiam. CASVS. Si seruus à domino ex possessione libertatis in seruitutẽ petat, siue seruus in libertatẽ ex possessione seruitutis proclamauerit, & succubuerit, & aliquis pro seruo decem dederit, vt remaneat liber, olim erat Latinus hodie fiat ci. Ro. nullo iure patronatus domino seruato. Viu.
n *Solutum est.*] spõte accipienti, at si accepisset a seruo, non cogeretur stare pacto, vt supra de transa. l. interpositas.
o *Minime.*] vt & supra de ope. li. l. qui nummis. Sed 9 sup. de bo. lib. l. 1. 2. rñ. vbi dicit eũ hñe contra tabulas. Sed ibi a seruo accepit pecuniã, hic ab extraneo, vñ secus est, vt ff. de bon. lib. l. etiam. §. si quis nũmos. & de suis, & legiti. l. intestato. §. 1. Item no. hoc uerbum consuetum. Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur, maiestas & amor sceptri grauitate relicta, &c.

Sed & si quis.] CASVS. Si quis ancillã suam alicui libero credenti eam liberam collocauerit in matrimonio, & dotalia conscribat instrumenta: olim fiebant Latini, hodie ciues Romani. Viuianus.
p *Conscriptio.*] arg. quòd ipso facto aliqd declarat, ut sup. de test. l. nõ codicillũ. & ff. de repud. l. fi. & infr. de pat. põt. l. 1.

5 † impleta.

6 † al. Orchinus.

* Dos non cõstitui potest, nisi liberis personis. & concor. c. illud cũ glos. super verbo, donatione extra de præsump.

Aa

IN AVTHENTICA, De nupt. § si vero ab initio. & §. ascriptio. collat. 4. cõst. 1.

Si quis recipit ancillã in matrimonium vt liberã, vel econtra mulier recipit seruũ vt liberũ domino sciente & patiente, liber efficitur, & tenet matrimonium, quod non procedit in ascriptitio, h. d. Secundum canones distinguitur an sciatur inter coniuges, & tũc tenet matrimoniũ: an nesciatur, & tunc non tenet. 29. q. 2. c. si quis libe. Sal.

AD [a] hoc qui suam ancillam credenti [a] tradidit in matrimonium tam quam liberam, siue confecerit dotalia instrumenta, siue non, aut sciens eam duci tacuit [b] ex studio: dominium eius amittit, eaque ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de seruo.

¶ Si verò nec domini voluntas, nec taciturnitas studiosa interueniat, & quis credidit liberę se iũgi personæ, illa verò famula existere declaretur: ipso iure mr̃imoniũ [c] nõ tenet. ¶ Ascriptitio aũt alieno nubere liberam non licet, ignorante, vel sciente, nec cõsentiẽte domino: imò datur licentia domino per se vel p præsidem abstrahere ascriptitium suum, & plagis mediocribus eum castigare.

Finis Authenticæ.

Affirmans apud acta seruum suum esse eius filium, facit eum liberum, & non Latinum, licet eum non faciat sibi filium. h. d. vsque ad §. ille autem. Sal.

e *Eius.*] scilicet testatoris.

f *Perceperit.*] nã tunc cogetur ad vendendum. vt ff. ad leg. Fal. eod. l. sed & si non seruus. nisi haberet auxilium minoris ætatis, vt ff. de min. l. si minor annis seruum. Et no. deberi relictum licet voluntati non pareatur quia per eum non remanet. vt ff. de leg. 3. pater. §. Titius. lanus. & de leg. 1. si fundum per fideicommissum. §. Iulianus.

g *Tempore procedente.*] quod differtur, non aufertur, vt inst. de sing. re. per fideicom. re. § libertas. Item no. quod dicit etiam alienæ. vt ff. eod. l. alienæ. Et distingue, quia aut rogatur hæres manumittere seruum, aut legatarius primo casu aut seruum testatoris, aut hæredis, aut legatarij, vel alterius extranei. si testatoris, cogitur eum manumittere: quod si latitat, fit Orcinus libertus per senatusconsultum Rubrianum. vt ff. eod. l. cum vero. §. subuentum si hæredis, & tunc non tenetur manumittere. si vero latitat, eripitur seruus ex fideicommiss. in libertatem, & amittit hæres ius patronatus ex Viciano senatusconsul. vt ff. eodem. l. si eum. §. si quis seruum. & l. non tantum. §. sed & Artificuliano. Si legatarij. Aut is agnouit legatum, & cogitur præstare hæredi ad manumittendum. Aut non agnouit, & tunc non cogitur, vt ex hac l. habetur. Si extranei, cogitur manumittere si potest iusto pretio emere, vt ff. eod. l. alieno. §. si is cuius. Si vero legatarius est rogatus manumittere seruum, aut talis est seruus, qui non potest ad libertatem peruenire, quo casu etiam legatum est inutile. Aut potest, & tunc subdiuiditur, quia si legatarius agnouit legatum: cogitur manumittere etiam longe maioris pretij, seruum, nisi beneficio ætatis restituatur ad omittendum legatum: si non agnouit, non cogitur manumittere, & hoc si seruus sit ipsius legatarij, quod si extranei: si potest emere pro tãto, quantum est legatum, cogitur manumittere: aliàs non. vt ff. eod. l. generaliter. §. si quis alienum. & ff. de minori l. minor 25. annis seruum. sed in detrahendi Falcidia est sciẽdum, quòd si ea deducta posset emere seruum, deducit eam hæres, aliàs non, vt ff. e. l. si legatario.

Iure isto minor viginti annis non poterat in testamento relinquere libertatem. Sal.

Idem A. Dionysio.

LEX V.

MInor annis [a] lege definitis, nec per fideicõmissum [b] libertatem supremis suis [1] † elogijs relinquere potest, nisi ijs, quorum causam [c] [2] † probare potest.

Potest per fideicommissum seruo alieno libertas relinqui: & licet dominus nolit vendere, legatũ non abrũpitur, sed differtur in crastinum, donec forte mutauerit propositũ voluntatis. h. d. B. Vel sic: Licet dominus ancillæ nolit eã vendere, non deficit legatum libertatis ab hærede quandocũque postea prestandę h. d. Sal.

Idẽ A. Maximo. al. Maximę.

LEX VI.

DEberi etiam alienæ [d] ancillæ fideicommissariã libertatem placuit: nec deficit hoc debitũ, si interim dña (si mõ nihil ex iudicio eius, [e] qui, q̃ve reliquit libertatẽ, [3] † pceperit [f]) noluit vẽdere: q a possit tpe procedende, [g] vbicũq; occasio redimendæ ancillę fuerit, prestari libertas.

Manumissus ex fideicõmisso, libertus efficitur manumittentis. h. d. Sal.

Idem A. Nicomedi.

LEX VII.

HI quibus per fideicommissum libertas supremis iudicijs relinquitur, eorum liberti [4] † efficiuntur, à quibus manumittuntur. [h] Prop. Calen. April. Fosc. & Dextr. Coss. 226.

4† sunt.

Libertas peti potest, etiã si cohæredes, in cuius placito, vel volũtate est apposita, hereditatẽ nõ adeat: dũmodo ipse non contradicat. h. d. Sal.

Idem A. Eutycheti.

LEX VIII.

CVm proponas [i] fideicõmissariam libertatem ita tibi datam, si vxori testatoris placuisset licet ea non adeũte hr̃ditatẽ, pertinere cœperit ad filiũ solida hr̃ditas: nõ refragãte [k] tamẽ vxore testatoris potes petere libertatem.

Seruus tutor datus videtur in testamẽto per fideicommissum liber esse iussus, si testator eius conditionem non ignorauit. h. d. Sal.

Impp. Valerian. & Galien. AA Daphnidi, [5] †

5† Daphnidi. Dauno. al. Papho. al. Daphn.

LEX IX.

ET si nõ adscripta libertate testator seruum suum tutorẽ filijs suis dederit, receptũ est [*] tamen & libertatis, & pupillorum fauore vt pes fideicommissum manu

H *I quibus.*] CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti de danda libertate Sticho: eum rogasti ut manumissi: cuius erit libertus, quæritur. Resp. quòd hæredis.

h *Manumittuntur.*] vt Institu. de sing. re. per fideicommiss. re. §. penult. & hoc quo ad hoc, vt eos nõ vocet in ius. Item quo ad cõtra tabulas, sed non vt in seruitutem ex ingratitudine reuocet. Item nec operas poterit impendere, nisi sit filius patroni, qui manumittit, vt ff. de bo. lib. qui ex causa & supra de cõtra tabulas l. patroni. & supra de lib. & eo. libe. l. prima. Et sic distingue, hic, cuius sint liberti, vt & diximus supra in l. proxima. per l. ff. de action. emp. l. Titius. & de fideicom. libe. l. generaliter.

*VI. Cuiac. 18. obs. 5.

C *Vm proponas.*] CASVS. Testamentum fecisti, vxorem tuam in vna dimidia, filium ex alia hæredes instituisti, Sticho fideicommiss. libertatem reliquisti, si vxori tuæ placuisset: vxore partem eius repudiante, & in solidum ad filium peruenienre, an seruo debeatur libertas? Respond. quod si vxor non contradicit, libertatem petere potest.

i *Cum proponas.*] vxor fuit scripta hęres cum filio.

k *Non refragante.*] idem si eo. tradiceret. nec enim potest, vt ff. eod. l. Lucius. quæ est contra. sed hic subaudi maxime, & hoc nisi iustam causam habeat refragandi. vt ff. de manu. testam. l. seruos. & de leg. 2. l. cum quidam. & l. cum pater. §. togo.

E *T si non.*] CASVS. Testamentum fecisti, filio tuo impuberi seruum tuum nulla facta mentione libertatis tutorem dedisti, an per hoc fiat liber. Respon. quod sic, & libertatis fauore & pupilli videtur per cohæredem pupilli, vel si exhæredauit pupillum, per hæredem patris videtur.

videtur recepisse, & hoc in prima. Idem est si seruum alienū filio tutorem dedisti sciens eius conditionem, nisi te contrarium voluisse appareret, & hoc in secunda.

a *Videatur*. adscripta, i. non præstita libertate, vt & sup. de necess. seru. l. quidam, §. 1. sed certe immo videtur directa, vt instit. qui testam. da. tu. pos. §. 1. quæ est contra. Sol. ibi in testamento, hic in codicillis. Vel hæc corrigitur per illā. Vel hic liberum credidit. Vel hic putauit alienum. Vel hic diligebat hæredem in tantum, vt sit verisimile, quod velit eius esse libertum, & magis quam Orcinum.

ADDITIO. Prima solutio communiter solet approbari, vt dicit Christopho. Porcus in d. §. 1. institut. qui testa. da. tut. pos. ratio est, quia quid facilius directo disponitur in testamento, quam in alia voluntate vltima, vt l. hæreditatem, & l. nō ideisco, sup. de codicillis.*

*Hæc conciliatio diui natoria, cæteræ autē friuolæ uidentur Cōtio, qui interpretare per fideicommissū. gratiæ manumissum uideri non autdirectis uerbis, sed tū per hmōi manumissionem directam libertatem accepisse cum à testatore intelligatur manumissus. Vel Iustinianum maluisse se qui Pauli sniam, qui hoc casu directam ait competere in l. quo, §. 1. de testa. ubi scribit adita hæreditaté liber taté cōpetere, arg. l. 3. sup. de tes. & l. quidā ff. necessar. hærc. insti. sed qui ita soluit cum Accur. uf dře. hanc corrigi per illā. Cont. 1 † Prouides in omnibus.

b *Sciens*. secus si ignorans, vt ff. cod. l. generaliter. §. si quis tutorem.

c *Datā*. vt ff. de test. tut. l. si hæreditas, §. fin. & sup. de test. tut. l. si pupillorum.

F*ideicommissaria*. CASVS. Reliquit Sticho Titius fideicommissariam libertatem, cum filius perueniret ad 25. annum, decessit prius, quam ad eam ætatem perueniret, nunquid interdicit libertas? Dicitur, quod non, sed eo tēpore perueniret ad libertatem, quo si viueret, peruenisset filius ad prædictam ætatem.

d *Tēpore quippe, &c.* vt ff. de manumiss. testa. l. si ita scriptum. & sup. de vsufruct. l. ambiguitatem, & ff. de leg. 1. si cui legetur. Sed contra sup. de manumiss. l. cum testator, & de nup. l. sancimus, si qui. Sol. vt dixi sup. quando dies leg. ced. l. ex his, Item uidetur quod statim præstanda sit, vt ff. eodem l. fina. quæ est contra. Solu. ibi non intelligitur repetita conditio a substituto, quæ uitiaret, & ideo purum est ex tunc.

S*I seruus*. CASVS. Seruo tuo in testamento fideicommissariam libertatem reliquisti, qualiter ad libertatem perueniet, quæritur? Respondetur quod per beneficium manumissionis, vnde si hæres tuus libertatem imponere contradicit, compellet eum præses, & si latitet, per senatusconsultum ad libertatem perueniret, decreto, vel sententia prætoris interposita.

e *Manumissione*. vel eo, quod pro manumissione habetur, ut supra cod. l. si uoluntate.

f *Accepisti*. i. spe, non re.

g *Interposito*. i. denunciatione, vel lata sententia.

misisse eum videatur. a

¶ Et si non suum proprium, sed alienum seruum, conditionem eius sciens, b tutorem adscripserit, æque fideicommissariam libertatem datam c (nisi aliud euidenter defunctum sensisse appareat) prudentibus placuit.

Libertas non perit, licet moriatur ille in cuius persona tempus certum præstandæ libertatis erat appositum, sed cum tempus aduenerit, debetur, h. d. Sal.

Ijdem AA. Mercuriali.

LEX X.

Fideicommissaria quidem libertas ita tibi relicta, cū testatoris filius ad annum vicesimumquintum peruenerit non intercidit, licet hæredem intra præstitutam ætatem decessisse proponas tēpore quippe, d quo si viueret, præfinitē ætatem impleturus foret, spē libertatis non intercidere, vetus placitum est.

Fideicommissaria libertas est præstanda, non autem cōpetit ipso iure, & si latitat, qui præstare debet, seruo subuenitur à iure, h. d.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. Flauiano.

LEX XI.

SI seruus fuisti, ac tibi per fideicommissum libertas relicta fuit: peruides, 1 † fine manumissione e te ad libertatem peruenire non potuisse: quapropter si verbis precarijs constitutus libertatem accepisti, f adire præsidem prouinciæ te oportet, vt, causa cognita, si tibi deberi libertatē perspexerit, ad manumittendum eum, qui debet vrgeat, vel si latitet, contra latitantem, interposito g decreto, tibi prospiciat. h

Verbum, commendo, non inducit dispositionē, sed quādam congratulationem. h. d. Bald. Vel sic: Per verbum, commendo, non grauatur hæres de manumittēdo, h. d: Sa.

Ijdem AA. & CC. Hyrenio.

LEX XII.

EX verbo, commendo i testamento, vel codicillis k non videri l fideicommissariā libertatem relictam esse, auctoritate iuris declaratur.

Agnoscens legatum tenetur parere iudicio defuncti. Bal. Vel sic. Alienæ ancillæ fideicommissaria libertas relinqui, & tenetur hæres eam redimere, si sibi relictum agnouit. Salic.

Ijdem AA. & CC. Pythagor.

LEX XIII.

SI te donatam ante matrimonium vxori suæ, postea ei m legato relicto, testamento manumitti seu codicillis, seu verbis precarijs à successoribus voluit, n eam eos o ad redemptionē, & manumissionem, quā eam, p quę in capiendis relictis, defuncti consensit iudicio, teneri tibique fideicōmissariā deberi libertatem, non ambigitur. q

In ventre existenti directo, & per fideicommissum potest libertas relinqui, & si plures nascantur, sunt liberi, hoc dicit Salic.

h *Prospiciat*. ut ff. de iudi. l. qui se, & hoc per senatusconsulta quatuor, scilicet Rubrianum, & Trasfitianum, & Damasianum, & Artificulianum, quæ quando locum habent, habes ff. de fideic. lib. l. te cum uero, §. subuentum, & l. eum quasi. §. si plures, & l. non tantum, §. senatus, & §. Artificuliano. et & Vincianum, quod in seruo defuncti locum non habet, sed hæredis, vt in cod. titul. nō tantum, §. sed si non hæreditarium, & in §. si quis.

Senatusconsulta quatuor seruis auxilitur pro libertate consequenda.

E*X verbo*. CASVS. Testamentum fecisti, hęredem instituisti, & dixisti, hæres commendo tibi hunc seruum, num quid per hæc uerba uidetur ei libertas fideicommissaria relicta? Resp. quod nō.

i *Commendo*. id est, laudo, ut hic, & supra famil. erciscund. l. quoties, in fin. & ff. manda. l. si vero non re. §. cum quidam. & de leg. 3. l. fideicommissa. §. si ita quis. Alias dicitur, commendo, id est, pono, ut ff. de uerborum signific. l. commendare, & ff. de positi. l. Lucius, 1.

k *Codicillis*. ut certo, uel apposito.

l *Non videri*. ut ff. eodem. Titius ancilla. Commēdo §. Lucius.

Commēdo quique denotat.

S*I te donatam*. CASVS. Sponsa & illam dedit ante legato postea uxori tuę relicto hæredem tuū in testamento de ea manumittenda rogasti, percepit legatum, an compellendus sit hæres ea redimere, & manumittere, & hæc sit compellenda uendere, & manumissioni consentire, quæritur? Respond. quod sic.

m *Ei*. scilicet uxori.

n *Voluit* testator.

o *Eos*. successores.

p *Eam*. uxorem.

q *Non ambigitur*. qui enim aliquid percipit cogitur manumittere, uel uendere. ut manumissio fiat, ut ff. eodem, l. generaliter, §. si quis alienum, & facit ff. eodem, l. alieno, §. finali.

CVm inter. CASVS. Seruo meo nato iam certum est, quod relinqui potest per fidei [illegible] miss. libertas, an autem nasci [illegible], inter ueteres erat quæstio, quam decidit Imperator, dicens, quod non solum directa, sed fideicommiss. libertas [illegible] relinqui potest, non solum masculo, sed fœminæ: nec obest si tempore, quo [illegible] fuerit par[illegible] mater fuerit ancilla, & hic in prima. Si uero testator sic [illegible], qui nascetur ex tali ancilla, fiat liber, si plures ediderit, an omnes erunt liberi, quæritur? & respon. quod sic, in ambiguis enim, &c. & hoc [illegible].

a *Portaretur.* de infante nato non est dubium, ut ff. de manu. l. [illegible] ratio.

b *Fauore.* Alia legata posthumo alieno non relinquebantur. institut. de bonorum possessio. in principio.

c *Solem respiciat.* sic ergo nas[illegible] ut ingenuus, nam ingenuus [illegible] est, &c. ut institut. de ingenuis in principio. Sed uidetur hoc falsum, cum fideicommissaria libertas relinquitur, nam hæredis libertus erit ut supra eodem, hi quibus quæ est contra. Sed dic, quod hic fuit relicta fideicommissaria libertas posthumo, ibi nato. Vel refertur tantum ad casum ubi directa data fuit, nam utrumque posuit supra. Fit ergo differentia inter fideicommissariam libertatem, & directam, licet quo ad alia non sit differentia, ut supra communia de leg. l. penultima. Item opponitur hic, conceptus habetur pro nato, sed natus manumissus esset libertus, ergo & hic. Sed dic [illegible] uerum, cum [illegible] commodis eius [illegible] de sta[illegible] legem [illegible] ute[illegible]

[illegible] quam[illegible] argu[illegible] leg. [illegible] do.

[illegible] l. cum ex pluribus. & ff. de [illegible], & [illegible]

f [illegible] l. finali, & argumen. [illegible] in ambiguo

† Ex so. de [illegible] omid.

† Quod [illegible] hic [illegible] habea[illegible]

Imp. Iustin. A. Iuliano PP.

LEX XIIII.

CVm* inter veteres dubitabatur, si fideicõmissariam libertatẽ possibile esset relinqui seruo, qui adhuc in ventre portaretur,[a] homo fieri speratur, nos vetus iurgium decidẽtes, libertatis fauore [b] censemus, & fideicõmissariam nec non directam libertatem suam firmitatem habere siue in masculo, siue in fœmina, qui,[1] † quæue adhuc in ventre vehitur, vt cũ libertate solem respiciat,[c] etsi [d] mater sua adhuc in seruitute cõstituta eũ vel eã ediderit. ¶ Sin autẽ plures creati, vel creatæ sint, siue vnius fecit mentionem, siue pluraliter nũcupauit, nihilominus omnes [e] ad libertatem à primis veniant cunabulis: cũ in ambiguis sensib. melius sit (& maximè [f] in libertate) fauore eius humaniorem amplecti sententiam. Dat. Calend. Octob. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. 530.

Factum iudicis supplet factum hominis ad damnũ, & non ad commodum contumacis, h. d. Bal. Vel sic: Post moram in manumittẽdo seruus per iudicem ad libertatẽ est deducendus, h. d. Sal.

Idem A. Iuliano PP.

LEX XV.

ANcillam, siue seruum, cum fideicommissaria libertas ei relicta sit, sancimus, si mora libertatis à debitore [g] facta fuerit, sententia præsidis eripi in libertatem, & nullo facto, aut volũtate ab hærede expectanda,[h] sed talem habere eos libertatem, quasi ab ipso testatore directis verbis fuerint libertatem consecuti, cum satis impium atque absurdum sit, hæredes testatoris differre voluntatem, maxime cum ad libertatem respiciat.

Si libertas fideicommissaria est relicta vni ex liberis ancillę, quem hæres elegerit, illo moriente nulla facta electione omnes ad libertatem perducuntur, h. d. Sal.

Idem A. Iuliano PP.

LEX XVI.

SI quis in testamento suo rogauerit suum hæredem ex liberis ancillæ suæ, quam nominauerit,[i] vnum, quem elegerit, ad libertatẽ perducere, & cum ancilla vnũ vel plures enixa est, hæres neq; dũ superest,[k] in libertatẽ [2] † perducendus est, ab hac luce fuerit subtractus,[l] dubitabatur ab antiquis vtrumne omnes, an quidam, an nemo ex his ad libertatem perueniat. sed veteris quidem iuris alternatio multa sane super huiusmodi casib. resonuit; nos autem hęredis coercentes malignitatem, si nõ voluntatem testatoris adimpleuerit, & mox cum potuerit, non eligeret vnum ex liberis ancillæ, & eum libertate donauerit, sancimus compelli [m] nõ solũ eũ, sed etiã hæredes, vel successores eius, omnes ancillæ liberos in libertatem perducere, neq; enim hoc contrarium est sententiæ testatoris. Cum [3] † enim omnimodo quendam ex his liberum esse disposuerit, & non ad certum corpus, sed ad omnes respexerit, si non pateatur eius voluntati, sine dubio ex sentẽtia [n] testatoris oẽs ad libertatẽ perueniunt.

& infra qui bon. ced. poss. l. fin. & de pac. l. maiorem. & de reb. dub. l. quoties, 2.

ANcillam. CASVS. Ancillæ tuæ in testamento fideicommiss. libertatem reliquisti, hæres erat in mora manumittendi eam, an manumissione hæredis non interueniente vel uoluntate eius, possit peruenire ad libertatẽ, quæritur? Respon. quòd sic, ex sententia præsidis, & perinde erit libera ac si directa ei data esset libertas.

g *A debitore.* id est ab eo, qui eam debet.

h *Expectanda.* ad hoc, ut manumittatur. erit. n. liber & sine hęredis manumissione, interpellari tamen debet hęres, ut ff. eod. l. cum uero subuentum.

SI quis. CASVS. Testin fecisti, hæredẽ instituisti, & eũ rogasti de manumittendo unum ex filijs Arethusę, quem eligeret, eo dũ uixit nullũ ad libertatem perducente, uel eo deliberante, quẽ manumitteret, uita functus est an oẽs, an quidã, an nullus ad libertatem peruenire possit, apud antiquos erat q̃stio. Ad q̃ respondet Imperator, dicens, quod non solũ hæres si potuit, & noluit, propter contumaciam suam si superstes est, sed hæres eius compelletur omnes manumittere, nec uoluntati testatoris derogabitur per hoc, quia uoluisset omnes manumitti, quia seruũ certum non respexit, sed ad omnes. unde ob hæredis malitiam omnes ad libertatem perducentur, & hoc in prima. In secunda, quòd hæc eadem uera sunt in legatario rogato de manumittendo unum ex ijs, quem eligeret, & si aliqui pati se dispendium conquesti fuerint, sibi & non huic l. quæ prædictam pœnam imponit, imputent.

i *Quam nominauerit.* Arethusam puta.

k *Superest.* id est dũ uiuit.

l *Subtractus.* scilicet hæres.

m *Compelli.* aufertur ergo sibi electio propter contumaciam, ut [illegible] de solu. l. [illegible] & inf. de solu. l. [illegible] & ff. de serui. l. sicut. & facit sup. eo. l. cum inter.

n *Ex sententia.* quæ ad oẽs porrecta est quodammodo.

2 † Producendus. al. procedendus.

3 † Deest in omnibus.

Instantia

a *Instantia.*] idest, contumacia.

C*um quidam.*] CASVS. Titius fecit testamentum, hæredem instituit, & mihi Seium legauit, & rogauit per fideicommissum, vt eum manumitteret; hæres noluit eum mihi dare, sed in iudicio eum petij & obtinui: & iudex eum non in seruum, sed in eius æstimationem mihi condemnauit: an intercidat libertas? vel ab hærede danda an à me legatario? & si ab hærede, an æstimationem, quam recepi, possit totam, vel partem, vel nihil retinere? Inter antiquos erat quęstio, & ad hæc non videtur respondere: sed sic dicit, quod miratur, quod iudex tulit talem sententiam condemnando in serui æstimationem, & non in seruum. vnde si talis quęstio de cætero emerserit, nullus iudex sit ita stultus quod sic definiat, sed legatarijs seruus restituat, quod si petitus non detur, tūc intra duos menses à tempore litis contesta. super petitione serui eripiat in libertatem, & hæres legatario condemnetur in expēsis quas fecit in litem, scilicet in quadruplum, & ipsi legatario integrum ius patronatus seruetur.

b *Seruum.*] in seruum enim debet facere condemnationem, cum est manumittendus, secus si non est manumittendus quādoque, vt ff. de leg. 1. si domus. in §. qui cōfitetur. & §. seq.

c *Vitium.*] scilicet iudicis.

d *Putamus.*] ex tempore hujus legis.

e *Condemnationem.*] Quid enim si proferat? huic enim quæstioni non respondet. Sed respon. Idem esse, quod esse cum alicui reliquitur pecunia, vt alienum seruum emat, vt scilicet eum emat, & manumittat, vt ff. eodem l. generaliter. §. si qs tutorem alienum. Vel dic, quod hæres conueniatur à seruo, vt manumittat: quia legatum resedit penes eum cum onere suo, vt supra de cad. tollen. §. pro secundo, nec legatarius tenetur restituere pecuniam; quia hæres sua contumacia sensit hoc damnum. argum. sup. l. proxi. in fi. & ff. de tabu. exhib. l. locum. §. condemnatio. Vel dic tertio, quod sic, & tunc idem videtur, quod est hic. scilicet vt in libertatem eripiatur elapsis duobus mensibus a tempore litis contestatæ. Quid ergo si interim hæres seruum vendat? Respon. erit in potestate tertij, cuius libertus esse velit, cum pro isto interrogat [illegible], vt ff. eod. l. generaliter. §. f. & de actio. emp. l. Titius. nec restituitur pretium, vt modo [illegible]

f *Quadruplum.*] quod est [illegible] aliàs autem in simplum, vt supra de iud. l. properandum. §. sin autem alterutra.

¶ Similemque esse definitionem cēsemus, & si non ab hęrede, sed a legatario, vel fideicommissario testator rogauerit libertatem imponi. sic etenim iusto timore hæredes, & legatarij, vel fideicommissarij perterriti, & voluntatem testatoris adimplere procurent, & sibi non ex omnium libertate quandam afferri patiantur iacturam.

¶ Quod si reclamauerint sibi tale dispendium imputēt, non ex nostra lege, sed ex sua lugentes instantia [a] Dat. 15. Cal. Decemb. Constantinop. Lamp. & Orest. Coss. 530.

Fatuus est ille iudex, qui cū res petitur, in æstimatione cōdemnat, si res præstari pōt & debet. Vel sic. Sententia dēt esse conformis libello, aliàs est iniusta. h.d. & ad hoc semper allegatur. Bal. Vel sic: vbi seruus legatur manumittendus, & hæres patitur secum litem contestari, transacto spatio duorum mensium, liber efficitur, iure patronatus legatario seruato. h.d. Sal.

Idem A. Iuliano PP.

LEX XVII.

CVm quidā seruum suū ita legauerit, vel legatarius libertatē ei imponat, & hęres ad huiusmodi legatum improbe versatus seruum dare legatario dedignatus est, vt etiam lite pulsetur, & iudex non in ipsum seruum, sed in æstimationem litis condemnationem proferat: veteres iuris interpretes dubitabant, ne quod obstaculū libertati ex hac causa procedat.

¶ Et si placuerit eandem deberi libertatem, à quo danda sit, vtrum ne ab hærede, an a legatario.

¶ Et si hæres imponat libertatem, an legatarius, quod ex pecuniaria condemnatione accepit, firmiter detineat, siue in totum, siue ex parte, siue etiam nihil.

¶ Talem itaq; altercationē resecantes, miramur, quare iudex, qui præpositus est in prædicta causa non omnimodo condemnationem in seruum, [b] sed in æstimationem eius fecerit: cum ipsius vitium, [c] etiam huiusmodi præbuit [1] † altercationis occasionem.

¶ Vnde si talis quæstio emerserit, nullum quidem iudicē ita esse stultum putamus, [d] vt huiusmodi proferat condemnationem, [e] sed si legatarius immineat, quatenus ei seruus restituatur, & post litem contestatam duorum mēsium * spatium effluxerit, censemus illico ad libertatem eripi seruum, & illum quidem liberum esse: hæredem autē pro sua indeuotione in omnes expēsas, quas legatarius in lite fecit, in quadruplū [f] ei condemnari: iure patronatus integro legatario [2] † seruando.

1 † De altercationi.

2 † conseruando.

TITVLVS V.

De dedititia [3] † libertate tollenda.

3 † libertinitate.

DE DEDITITIA libert. tollen.

Quia manumissionib. (de quib. explicuimus) serui fiunt liberti: & libertorum olim triplex fuerat cōditio, Dedititia, Latina, ciuisq; Romana: ponit primo de dedititia conditione, & subijcit postea de Latina: quę quia similare sunt, ponit de eis tollendis, non seruādis. hodie enim sola ciuitas Romana sibi locum vendicat. Azo. Dedititij erant, qui sine conditione se tradebant Romanis, & quamdiu viuebāt, serui erant: post mortem verò in libertatem eripiebantur, vt Instit. de lib. §. libertinorum. & de succ. lib. §. fi. Quare ergo liberti non dicebantur serui? Resp. quia successorem habebant, & omnino libertatem sperabant. Vel verius liberi erant, sed seruire tenebantur: sicut alias, insf. communia de ma. l. prima. §. sin autem proprietatius.

† Vi. Cuia. cap. 13. de præscrip.

Dedititij libertini erant, qui per manumissionē minorē libertatē cōsequebātur, quia liberi efficiebantur, sed toto tpe vitæ suæ seruire tenebantur. Hanc conditionē libertinorum tollit lex ista, & vult, quòd eo modo sint liberti, quo simpliciter manumissi, & ab eis non differant. h.d. Sal.

D*edititia.*] CASVS. Olim erat quoddam genus hominum, qui liberti Dedititij dicebantur qui viuebant serui, sed moriebantur, vt liberi. Hodie dicit Imperator, quod huiusmodi hominum conditio à Romana repub. penitus tollatur, ita quod nec nomen remaneat.

Idem, A. Iuliano PP.

LEX VNICA.

DEdititia * conditio nullo modo in posterum nostram rempublicam molestare concedatur, sed sit penitus deleta: quia nec in vsu esse reperimus, sed vanum [g] nomen huiusmodi

* Vide Epito Vlp. tit. 1. & Theo. ad tit. de liber. instit.

g *Vanum.*] nil enim significat Dedititia libertas, sicut nec chimera.

a *Veritatem.*] sic sup. commu. de leg. l. a. in fine. & sup. ad Orsftc. l. si qua.
b *Legibus.*] non opus est verbis, quorum nullus sequitur effectus.

DE LATINA LIBERTATE, &c.

Et hęc Latina libertas tollitur. Et dicunt Latini, qui toto tpe vitæ suæ erant liberti, sed in morte eripiebantur in seruitutē, & sic non habebāt hęredē, vt Insti. de succ. libe. §. fi. Et no. q̄ in hac l. sūt xij. casus, vel xiij. in quib. olim fiebant Latini, hodie vero p l. istā fiūt ciues Romani, & verè liberi, in oib. autem exceptis trib. seruatur ius patronatus illæsum. Accur.

3† Deest in aliquibus hęc subscriptio.

2† Libertinitate.

libertatis circunducitur. Nos enim, qui veritatem[a] colimus, ea tantummo volumus in nostris esse legib.[b] quæ re ipsa obtinet.[1]† Da. Lamp. & Oreste Coss.

TITVLVS VI.

De Latina [2]† libertate tollenda: & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa.

Primò exorditur, secundò statuit, secunda ibi, Sancimus.

Imp. Iustinia. A. Ioanni PP.

LEX VNICA.

CVm Dedititij liberti iā sublati sint:[c] ea propter[d] imperfecta Latinorum libertas incertis vestigijs titubat,[e] & quasi per[*] satyram[f] inducta adhuc remanet, & non inutilis quidem pars eius deminuitur: quod etiam ex ipsa rationabile est, hoc in ius perfectum deducitur. Cùm enim Latini liberti ad similitudinē[g] antiquæ Latinitatis, quę[3]† i colonis[h] missa est, videntur esse introducti, ex qua nihil aliud reipublicæ, nisi bellum accessit ciuile: satis absurdum est ipsa origine[i] rei sublata,[4]† eiusdem imaginem[k] [5]† derelinqui. Cum igitur[l] multis modis & penè innumerabilibus Latinorum introducta est cōditio, & leges diuersæ, & senatusconsulta[m] introducta sunt, & ex his difficultates maximè emergebant, tam ex lege Iunia, quam ex Largiano senatusconsulto, necnon ex edicto diui Traiani, quorum quidem plenæ fuerant nostræ leges, non autem in rebus eorū fuerat experimētum: studiosissimum nobis visum est, hæc quidem omnia & Latinā libertatem resecare: certos autem modos eligere, ex quibus antea quidē Latina competebat libertas, in præsenti autem Romana defertur conditio: vt his prę senti lege enumeratis, & ciuib. Romanis nascentibus, cęteri omnes modi, per quos Latinorum nomen inducebatur, penitus conquiescant, & non Latinos pariant, sed pro nullis habeantur. Qui[*] enim patiatur talem esse libertatem ex qua[6]† ipso tpe mortis in eandem personam, simul & libertas, & seruitus cō currant:[n] & qui quasi liber moratus est, eripiatur non solum in mortem, sed etiam in seruitutem.

Per scripturam, seu epistolam à quinque testibus subscriptam, & ab ipso patrono scriptam, vel subscriptam, consequi potest seruus etiam absens libertatem à domino, quasi ex vltima voluntate. h. d. vsque ad §. sed & si quis. Salic.

CVm dedititia.] CASVS. In princip. huius legis dicit Imperator, q̄ ex quo dedititia sublata est libertas, quare etiā non Latina libertas tollitur? Nunquid Latini liberti dicebantur illi, qui dum viuebant erant liberi, in morte tamen eripiebantur in seruitutē, nec hēbant hæredē? Et no. q̄ in hac lege 13. sunt casus, in quib. olim aliqui fiebant Latini, hodie ciues efficiuntur Romani. primus incipit ibi, Sancimus &c. Dicit ergo, quod sicut antiquã Latinitas sublata est, quia eius remanet imago. Dicit ergo: olim Romani subiugantes sibi aliquam prouinciā trāsmittebant homines illius prouinciæ in aliam prouinciam: & dicebantur Latini, i. Romani, & nō erant simpliciter liberti, nec erant liberi vnde sicut illa transmissio iam sublata est, quia aliquando bella cum indigenis habebant, sic non fiunt hodie huiusmodi Latini, sed cum varijs modis introducta erat Latinorum conditio, & difficultates exortæ tam ex lege, quam ex senatusconsult. dicit Imperator, quòd vult resecare & Latinam libertatem tollere, & certos modos eligere, in quib. olim competebat Latinas libertas non perfecta. quis enim eodem tempore dicet concurrere libertatem & seruitutem? & hoc in prima.

* al. Saturra. Et est genus lancis, in qua varia ciborum genera reponūtur. Isid. li. 5. Etymol. significat igitur sensim per multas appēdices varios huius libertatis modos esse factos. Vi. Fest. Satyra. Cōtius.

3 † Sic Dua. al. in colonis, & rectè vt ex legit Acc. al. legitur

4† Du. ei⁹.

5† relinq.

c *Sublati sunt.*] vt sup. l. proxima.
d *Ea propter.*] id est, propter hoc.
e *Titubat.*] id est, dubitat, vel dubitabilis est propter incertas vias eius.
f *Per satyram.*] idest, per varietatem nimiam, siue diuersitatem introductam, vt in decre. distinctio. a. capit. satyra. multæ enim leges & variæ de ea tractabant, sicut & infra dicit. Vel dic per simile dici satyram: quia vt satyrici ludentes imponunt laruam, idest, barbam, vt etiam iuuenis videatur senex, qui non est: sic & hic dicebantur liberi, non tamen erant, cum moriebantur serui.

Satyra qualiter accipiat.

g *Ad similitudinem antiquæ.*] olim enim Romani subiugantes aliquam prouinciam, homines eius ad aliam dirigebant prouinciam, & vocabantur Latini, idest Romani, nō tamen erant: sic & hi liberti vocabantur liberi, non tamen erant. vnde & sicut illa missio est sublata, eo quòd quandoque vel contra rempublicam insultabant, & non fit hodie hæc transmissio: sic nec fiunt huiusmodi Latini. Acc.
h *In colonis.*] id est, in villis, vel in terris. propriè enim dicitur colonia terra ad colendum destinata, vt ff. ad munic. l. eius qui. §. primo, sed hic pro tota vna prouincia ponitur.
i *Origine.*] i. transmissione.
k *Imaginem.*] idest latinitatem ad eius similitudinem inductam, & sume hic argument. quod ex ll. correctis nō debeant sumi argumenta: in causis argum. supra de Iustin. cod. cōfir. l. vnica. Item argum. cessante causa, cessat etiam effectus: cessante principali, cessat & accessorium, vt ff. de regul. iur. l. cum principalis.
l *Cum igitur.*] quia quod est vtile, recipimus, & quod est inutile despicimus: ergo videamus quid sit vtile, & quid inutile.
m *Senatusconsulta.*] de quibus habes Institu. de lib. §. libertinorum.
n *Concurrant.*] vt Institu. de succ. libe. §. fin.

Sancimus.] CASVS. Titius vult seruo suo absenti per epistolam dare libertatem: an possit quæritur? Respond. quod sic, adhibitis quinque testibus eidem epistolæ subscribentibus, & siue per se scribentem, siue per tabellionem data fuisset in codicillis, erit liber, non Latinus Romanus: patrono viuente ei libertate plena competente. hoc dicit, vsque ad §. sed & si quis. in quo figura casum hoc modo. Si quis inter præsentes seruo suo voluerit libertatem donare, potest, adhibitis quinque testibus, & sic extra iudicium, & siue coram iudice inter acta & tabulario hoc fuerit protestatus, siue testes in iudicio: iudice tamen non authorante, sed testes audiente protestati fuerint, quòd talis seruum talem manumisit eis præsentibus, & scriptura inde facta fuerit, & subscriptio tam manumittentis quam testium secuta: talis erit liber, non Latinus, vt olim, sed ciuis efficietur Romanus,

1 Tā bene ex eorū rōne gl. in c. nouit. de iudi.

* Saluia. 5. ad eccle. Iugo latinitatis ad dicuntur, quos sāt bent sub libertorum quidē titulo agere viuentes, sed nolāt quidquam hēre morientes, negato his vltimæ voluntatis arbitrio, & q̄ superstites habēt morientes donare nō possunt. His 5rij erant manumissi denariales & chartularij. Vi. Cu. 14. 4. obser. 5. Goth.

6 † in ipso.

San-

¶ Sancimus [a] itaque, si quis per epistolam [b] seruum suũ [c] in libertatem perducere maluerit, licere ei hoc facere, quinq; testibus adhibitis, qui post eius literas, siue in subscriptione positas, siue per totum textum effusas, suas literas supponentes, fidem perpetuam possint chartulę præbere, & si hoc fecerit, siue per se scribendo, siue per tabularium: libertas seruo competat, quasi ex imitatione codicilli delata: ita tamen, [d] vt ipso [1]† patrono viuente, & libertatem, & ciuitatem Romanam habeat.

Etiam inter amicos seruo præsenti, potest libertas in præsentia quinque testium dari, tũ in iudicio apud acta, quã extra, dummodo fiat scriptura. h.d. vsque ad §. sed scimus. Salic.

¶ Sed & quis inter amicos libertatem dare seruo [e] suo maluerit, licebit ei similiter, [f] quinque testibus adhibitis, suam explanare voluntatem, & quòd liberum eũ esse voluerit, dicere, & hoc siue inter acta fuerit testificatus, [g] siue testiũ voces [h] arrestationem sunt amplexę, & literas tam publicarũ personarum, quàm testium habeant: [i] simili modo serui ad ciuitatẽ Romanã perducantur, quasi ex codicillis similiter libertatem accipientes.

Seruus languidus a domino de domo eiectus, & nemini in curam datus, consequitur hodie libertatem, nullo iure patronatus domino reseruato. h.d. vsque ad §. similiq; modo. Salic.

¶ Sed scimus hoc etiam esse in antiqua latinitate ex edicto diui Claudij introductũ, quod si quis seruum suum ægritudine periclitantem [k] a suo domo publice eiecerit, neque ipse eum procurans, neque alij eũ commendans, cum erat ei libera facultas, si nõ ipse ad eius curam sufficere, in xenonem eum mittere, vel quo poterat mõ eũ adiuuare, huiusmodi seruus in libertate Latina antea morabatur, & quẽ ille morientẽ [2]† antea dereliqit, eius bona iterũ, cũ moreretur, accipiebat.

¶ Talis itaque seruus libertate necessaria, domino et nolente, [3]† re ipsa donatus, fiat illico ciuis Romanus, nec aditus in iura patronatus quõdã domino reseruetur. Quẽ enim a sua domo, suaque familia publicè [l] repulit, neque alij commendans, neque eũ in venerabilẽ xenonem mittens, neque consueta ei præbens salaria, maneat ab eo, eiusque substantia penitus segregatus, tam in omni tempore vitæ [4]† liberti, [m] quam cum moriatur, [n] necnon post quã iã in fata sua concesserit. [5]†

Ancilla uẽdita sub pacto, ne prostituatur, prostituta libera efficitur. & idẽ si vẽdẽs sibi reseruauit manus iniectionẽ, & ipse postea eã prostituit, nec aliquod ius patronatus ei seruatur. h.d. vsque ad §. sed & qui domini. Sal.

¶ Similique modo si quis ancillam suã sub hac conditione alienauerit, ne prostituatur, nouus autẽ dominus impia mercatione eam prostituendam esse tentauerit, [o] [6]† vel si pristinus dominus iniectionẽ [p] manus in tali alienatione sibi reseruauerit, [7]† & cum ad eum fuerit reuersa, ipse ancillã prostituerit: illico in libertatem Romanã eripiatur, & qui eã prostituerit, ab omni iure patronatus repellatur. Qui enim ita demum degener, & impius cõstitutus est, vt talem exerceat mercationem, quomodo dignus est, vel ancillam, vel libertam eam habere?

Serui pileati cadauer domini antecedentes, vel in lecto cadaueris stantes, liberi efficiuntur. h.d. vsque ad §. illo proculdubio. Sal.

a *Sancimus.*] hic incipiunt 12. vel 13. casus.

b *Per epistolam.*] s. vltimæ voluntatis, secundum Irn. Tu dic inter viuos habitæ, vt in fin. §. & inter absentes, consequitur tamen libertatem quasi ex vltima voluntate, vt subijcit, quod potest prodesse patrono ad hoc, vt non videatur concedere peculium, vt infra de pec. eius qui mc. lib. l. 1. Sed quid si non cum hac solẽnitate, vt testiũ, & literarum publicarum, item subscriptionis patroni & testiũ, vel ipsius patroni. sed duo tantum testes interfuerunt? Rñ. consequitur libertatem, sed non quasi ex vltima voluntate.

c *Seruum suum.*] absentem scilicet.

d *Ita tamen.*] hoc subiunxit, quia qui in codicillis manumittitur, non nisi mortuo testatore libertatem consequitur: hic autem statim consequitur, vt dicit, & hic est primus modus antiquę latinitatis in plenam libertatẽ deductus.

e *Seruo.*] præsenti: nam superiori casu dixit, quando absentis quod placet, quia de epistola dixit.

f *Similiter.*] i. sicut in superiori casu.

g *Testificatus.*] i. pręsente iudice, & tabellione data libertate, & quinque testibus interuenientibus, & subscriptione manumittẽtis & testium.

h *Testium voces.*] id est, quia quinque testes in iudicio testificãtur, quod talis iste seruum suum manumisit præsentibus eis, scriptura inde facta, & subscriptio tam patroni, quam testium est secuta. præsumitur enim sic fuisse, vt ff. de dona. l. ex hac. in superiori ergo §. & in isto quatuor casus collige, quibus debetur libertas, vt ex codicillis, [illegible] in isto. Primus qui inter absentes. Item inter præsentes extra iudicium. Item in iudicio & coram iudice, & aliis tãquã inter acta. Item coram iudice, sed nõ in forma iudicij. Alij dñt esse tres tantum & sic sequitur quintus, vel quartus modus infra proxi. §.

i *Habeant.*] s. testium voces.

Sed scimus.] CASVS. Si aliquis seruũ suum ęgrotantem dereliquerit, & extra domũ eiecerit publicẽ, nec alij eum commendauerit, vel ad hospitale miserit: fiet iste talis seruus ciuis Romanus, non Latinus, vt olim nullo modo adhuc superstiti domino iure patronatus reseruato, vel spe in bonis eius relicta succedendi ipso morienti.

k *Periclitantem.*] idẽ si nõ sit infirmus, secundum quosdã, vt in Authen. de nup. §. si vero ab initio, & §. & multo potius, coll. 4. quod non placet, & d. Auth. in languente, dicit, sicut hæc & alia, infra de infan. l. 1. & facit sup. de bo. li. l. vlt. §. his videlicet. Dic ergo, si suus est seruus, est nullius, donec vel se occupet, vel ab alio occupetur, vt ff. pro de relic. l. fin. & de stip. ser. l. quod seruus. Nec obstat quod dr. ff. de publ. iud. l. sciendũ. quia vere non ideo, quod est absolutum, est liber, sed quia abiectus potest esse liber.

l *Publicè.*] vt notum sit publice.

m *Vitæ liberti.*] quantũ ad ius patronatus.

n *Cum moriatur.*] quantum ad occupandum bona iure peculij.

Similiq; modo.] CASVS. Si aliquis ancillam suam hac conditione vendiderit, ne prostituatur, & si prostituta fuerit, in libertatem eripiatur, vel si prostituta fuerit, liceret ei manus iniicere & emptor eã prostituerat vel venditor in eam manus iniiciẽs similiter prostituerit. Fet libera [illegible] prostituta [illegible] patronatus [illegible].

o *Tentauerit.*] [illegible] libera, vt subijcit, vt ff. qui [illegible] ad liber. per [illegible] obligatum. in fin. & supra [illegible] man. ita verè prostituta [illegible].

p *Iniectionem.*] in hac [illegible]

1† & ipso.
2† moriendũ al. moriendo ferte legẽdũ est, & moribundũ.
3† a domino etiam & nolẽte.
4† parte iure liberti.
5† cum iã fuerit fato suo cõcessus, in oĩb.
6† prostitue sit.
7† seruauerit, nominibus.

constitutione specialiter hic seruatur, vt si manus iniectio fuerit apposita sine commemoratione libertatis, teneat, alioquin potior erit libertatis conditio, quam manus iniectionis vtroque apposito, vno a primo venditore, alio a secundo, ut ff. de ser. expor. l. si Titius seruum. §. pen. & §. fin. & notant hic quidam duos casus de l. 3. alij vnum dicunt. Accur.

& si conditio defecerit, fiat libertus manumittentis. Si vero extiterit, liberorum & agnatorum in eo reseruato iure patronatus, & dicatur libertus Orcinus. Viuia.

k *Libertatem.*] directam, sm Io. vt in fi. huius §. patet.

l *Imposuerit.*] huic est cōtra. ff. ad Treb. si cui durē 2. resp. vbi dicit, contra defuncti voluntaté interim non præstandā libertaté. Sed expone ibi i. contra defuncti voluntaté esset, si cogeretur hæres, sponte aūt potest, ut hic.

m *Cognatis.*] quib. & agnati continentur, succedunt. n. vsq; ad quartū gradū, ut Instit. de succ. lib. §. multis. nec est cōtra, supra de in ius voc. l. venia. quia ibi dicit transire ad extraneos hǣdes qdā iura patronatus, q̄ sūt in nō faciēdo, vt de non vocādo i ius, vel non testificādo, hic ā t de succedēdo ñ trāsire.

Sed & qui [a] domini funus [*] pileati [b] antecedunt, vel in ipso lectulo stantes cadauer vētilare [c] videntur, si hoc ex voluntate fiat, vel testatoris, vel hæredis, [d] fiant illico [e] ciues Romani.

Et ne quis [f] vna liberalitate [1] iactare se concedatur, vt populus quidem eum quasi humanū [g] respiciat, multos'pileatos in funus procedentes aspiciens omnibus autem deceptis, maneant illi in pristina seruitute publico testimonio fraudati, fiant itaque & hi ciues Romani, [h] iure tamen patronatus patronis integro reseruato.

Non attenditur voluntas manumittentis in ea parte, qua dicit se velle illum latinum libertum esse. h. d. vsque ad §. sed & si sub conditione. Salic.

Illo proculdubio obseruando, vt si quis sine testamento, siue vindicta quendam manumiserit, licet hoc dixerit, vel scripserit, q̄ voluerit [2] † eum esse Latinum, superuacua adiectio latinitatis aboleat, & ita fiat ciuis Romanus, [i] ne modi, qui ab antiqua obseruatione in ciuitatē Romanam homines perducebant, per priuatorum voluntates deminui videantur.

Si hæres manumittit seruum pendente conditione libertatis sibi relictæ, tenet libertas, sed cuius sit libertus, demonstrabit cōditionis euentus. h. d. vsq; ad §. illud Sal.

Sed & si sub cōditione quidem libertatem [k] seruo suo reliquerit, & adhuc pendente conditiones extraneus hæres libertatē ei imposuerit: nō vt antea Latinus, sed ciuis [3] † fiat Romanus. Et si quidē conditio defecerit, [4] † ipsius hæredis, qui libertatem ei imposuerit, [l] maneat libertus.

Sin autem fuerit adimpleta [5] † conditio, ne eripiatur liberis forsitan, & cognatis [m] ius patronatus, Orcinus [6] † libertus videatur: & ad eum iura patronatus perueniant, cui leges concedunt.

Si pretium recipit dominus vt seruus in libertate moretur, vel eum manumittat: hodie libertus Latinus non erit, sed simplex libertus. h. d. vsque ad §. sed et si quis. Sal.

Illud etiam satis acerbum nobis visum est, quod putabat antiquitas, si in liberali iudicio superatus fuerat seruus a domino, deinde serui pretium ab aliquo ei solutum [n] est, in latinitate eum remorari, quemadmodū. n. rōnabile est. & pretio eum perfrui, & mortis liberti tēpore denuo eum in seruitutem deducere, cum non sint ambo casus sibi consentanei. Et in præsenti igitur casu libertas Romana ei accedat iure patronatus minime [o] ei subnixo: quia ipse quodammodo sibi libertus inuenitur.

Si dominus iungat ancillam liberto, libera efficitur. h. d, Sal.

Sed & si quis homini libero suam ancillam in matrimonium collocauerit, & dotem pro ea conscripserit (quod solitum est in liberis personis solū [*] procedere) ancilla non Latina, sed quidē ciuis efficietur Romana. Si enim hoc, quod frequentissimè in ciues Romanas, & maxime in nobiles personas fieri solet, i. dotalis instrumenti conscriptio, [p] & in hac persona adhibita est, necessarium est consentaneum effectum huius scripturæ obseruari.

[*] Funus. Huius mo ris perferē dorū lectorū in funere meminit. Cic. li. 2. de legi. Et lege q̄s scripsit Halicarnassęus. lib. 4. Antiq. Ro. disputans de veterū institutis circa seruos. Ad morē autē ventilandi pertinet, quòd de Dione scriptū est Pertinaci mortuo, & in lectulo in foro collocato, adhibitū fuisse puerū, qui pennis pauonis muscas abigeret.

Sed & qui CASVS. Si serui alicuius voluntate ipsius, vel hæredis eius pileati ante cesserint domini defuncti cadauer, statī fiant ciues Romani, ne populus credens eos libertos esse decipiatur, si secus fieret, patronatus iure patronis seruato.

a *Sed & qui.*] s. serui.

b *Pileati.*] i. pileos ferentes in capite, vt liberti, nec enim serui deferebant vt per hoc fieret honor mortuo.

c *Ventilare.*] thure, sm Ian. Vel dic funibus, quia funib. portabantur, qui trahi poterāt huc, & illuc.

d *Hæredis.*] accōmodata post aditā hǣditatē, ut supra de ma. test. l. directis. nisi postea adeat. qñ obstabat ei factū suū, vt ff. de pig. act. l. rē aliená & int. de pig. da. ma. l. si creditorib. & ff. quo. leg. l. 1. §. quod ait pror. sed nō adita nō erant liberi, vt supra de cad. toll. §. in nouissimo. & de manu. testam. l. libertas.

e *Illico.*] i. adita hæreditate, vt dixit.

f *Ne quis.*] testator, vel hæres. & dic ne quis. i. non aliquis.

g *Humanum.*] idest valde liberalem.

h *Romani.*] No. quòd tacere in aliorū deceptionem est nocere. vt s̄. ad Vell. l. si fine.

Illo proculdubio.] CASVS. Dī in hoc §. quòd si aliqs in testō, vel inter viuos seruū manumisit, & adiecit, q̄ velit eū fore Latinū, talis adiectio abijciat, & fiat ci. Ro.

i *Ciuis Romanus.*] Nota non vitiari vtile per inutile, vt ff. de arbit. l. Pedius. Sed arg. contra. ff. de reg. iur. l. actus.

Sed & si.] CASVS. Si aliqs in testō suo hǣde extraneo instituto libertatem seruo reliquerit directam sub condōne, si nauis ex Asia venerit, & pendente ea hæres eum manumiserit, Latinus non fiat vt olim, sed ciuis Rom.

1 † iactare.

2 † quem voluerit, al. quod voluerint.

3 † & ciuis

4 † huiusmodi.

Illud etiam. CASVS. Si seruus à domino ex possessione libertatis in seruitutē petat, siue seruus in libertatē ex possessione seruitutis proclamauerit, & succubuerit, & aliquis pro seruo decem dederit, vt remaneat liber, olim erat Latinus hodie fiat ci. Ro. nullo iure patronat⁹ domino seruato. Viu.

n *Solutum est.*] spōte accipienti, at si accepisset a seruo, non cogeretur stare pacto, vt supra de transa. l. interpositas.

o *Minime.*] vt & supra de ope. li. l. qui nummis. Sed ꝯ sup. de bo. lib. l. 1. a. rñ. vbi dicit eū hr̄e contra tabulas. Sed ibi a seruo accepit pecuniā, hic ab extraneo, vñ secus est, vt ff. de bon. lib. l. etiam. §. si quis nūmos. & de suis, & legiti. l. intestato. §. 1. Item no. hoc uerbum consuetum. Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur, maiestas & amor sceptri grauitate relicta, &c.

Sed & si quis.] CASVS. Si quis ancillā suam alicui libero credenti eam liberam collocauerit in matrimonio, & dotalia conscribat instrumenta: olim fiebant Latini, hodie ciues Romani. Viuianus.

5 † impleta.

6 † al. Orchinus.

[*] Dos non cōstitui potest, nisi liberis personis. & concor. c. illud cū glos. super verbo, donatione extra de præsump.

p *Conscriptio.*] arg. quòd ipso facto aliqd declarat, ut sup. de test. l. nō codicillū. & ff. de repud. l. 6. & infr. de pat. pōt. l. 1.

Aa

IN AVTHENTICA, De nupt. § si vero ab initio. & §. ascriptio. collat. 4. cōst. 1.

Si quis recipit ancillā in matrimonium vt liberā, vel econtra mulier recipit seruū vt liberū domino sciente & patiente, liber efficitur, & tenet matrimonium, quod non procedit in ascriptitio, h.d. Secundum canones distinguitur an sciatur inter coniuges, & tūc tenet matrimoniū: an nesciatur, & tunc non tenet. 29. q. 2. c. si quis libe. Sal.

AD [a] hoc qui suam ancillam credenti [a] tradidit in matrimonium tam quam liberam, siue confecerit dotalia instrumenta, siue non, aut sciens eam duci tacuit [b] ex studio: dominium eius amittit, eaque ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de seruo.

¶ Si verò nec domini voluntas, nec taciturnitas studiosa interueniat, & quis credidit liberę se iūgi personæ, illa verò famula existere declaret: ipso iure mřimoniū [c] nō tenet. ¶ Ascriptitio aūt alieno nubere liberam non licet, ignorante, vel sciente, nec cōsentiēte domino: imò datur licentia domino per se vel ꝑ præsidem abstrahere ascriptitium suum, & plagis mediocribus eum castigare.

Finis Authenticæ.

Affirmans apud acta seruum suum esse eius filium, facit eum liberum, & non Latinum, licet eum non faciat sibi filium. h.d. vsque ad §. ille autem. Sal.

¶ Similique modo si dominus inter acta quendam seruum filium suum nominauerit, voci eius quantum ad liberam conditionem credendum est. si enim ipse tali affectione fuerit accensus, vt etiā filium suum seruum nominare [d] nō [1] † indignetur, & hoc non secreto, neq; inter solos amicos, sed etiam actis interuenientibus, & quasi in iudicij figura [e] nominauerit, qūo pōt eum seruū iterum saltē morientē habere; sed perducatur & ipse in ciuitatem Romanam, uera libertate & nō falso sermone domini sui sustentatus.

Si dominus instrumenta seruitutis tradat seruo, uel corrumpat in præsentia quinque testium, seruus liber efficitur, iure patronatus domino illæso seruato, h.d. vsque ad §. his tantummodo. Salic.

¶ [2] † Ille etiam nouissimus antiquæ Latinitatis modus in ciuitatē Romanā translatus eligendus est, si quis instrumenta ex quibus seruus ostēdebatur, vel dederit seruo, vel corruperit. Sed ne furandi occasio seruis forsitan [f] detur, & sua malignitate in libertatem perueniāt, talis modus certa & indubitata probatione manifestetur, vt testibus præsentibus non minus quinque [g] dominus instrumenta vel det famulo suo, vel deleat, aut alio modo corrumpat. Ex eo igitur modo ciuitatem Romanam ei competere censemus, saluo iure patronatus, tam in hac specie, quam in cæteris: nisi vbi specialiter hoc patronis denegauimus. [h]

Hic cassat omnes alias leges de Latina libertate loquētes, & subiungit, quòd lex habeat locum in libertis futuris, non autem præsentib. vel iam mortuis, h. d. vsque ad finem, Sal.

¶ His tantummodo casibus ex omni iure Làtinitatis antiquæ electis, cęteri omnes modi, qui in libris prudētiū vel constitutionib. enumerati sunt, penitus cōquiescant, [i] nec Latini ab eis procedant, sed maneant (vt dictum est) serui in sua conditione, nec tali remedio abuti concedantur, & [3] † ne in posterum aliquid ius Latinæ libertatis nostris legib. incurrat, lex Iunia taceat, Largiano Senatuscōsulto [k] cessante sileat edictū diui Traiani, [l] quod ex ea sequebatur, & si qua alia lex, vel Senatusconsultum,

a Ad hoc. Credenti. idest ei, qui credebat dño tradēti, & volenti eam liberam, vt in corp. cō tinetur. Acc.

b Tacuit. sic ergo tacere in alicuius deceptionem nocet, vt & supra ad Velleian. l. si fine, §. 1. & supra in hac l. §. sed & qui domini.

c Matrimonium non tenet. Sed secundum canones distinguit, an sciatur inter coniuges, & sic tenet matrimonium, vel non, & tunc non tenet, vt 29. quæst. 2. ca. si quis liber.

Similiq;. CASVS. Si quis coram iudice seruum suum filiū vocabat, quantum ad causam liberalem, licet non quo ad ius filiationis olim erat Latinus hodie ciuis Rom. Viui.

Novell. 24. §. si vero ab initio, & §. ascriptitio.

d Nominare. & sic sola nominatio facit eum liberum secundum Azo. quòd non credo, nisi adoptauit eum, vel adoptare incępit, vel fortè nisi ea volūtate vocauit, vt vellet eum liberum effici.

e Iudicij figura. not. figura iudicij. Et sic no. licet quod ago, nō valet vt ago, valet tamen, vt valere potest, idest licet ꝑ hoc non efficiatur filius, fit tamen liber, vt Instit. de adopt. §. fina. Sed argu. contra, ff. de cōst. pec. l. 1. §. 2.

Ille autem. CASVS. Si aliquis seruo suo instrumenta emptionalia, quæ in emptione serui confecta erant, tradiderit, vel corruperit, adhibitis quinque testibus: talia enim instrumenta seruo dari nō possunt, nisi testibus quinq; adhibitis, ne seruo furandi detur occasio, tunc non fiet Latinus vt olim, sed ciuis Roma. Viuianus.

f Forsitan detur. Nota non dari occasionem delinquendi, u. supra de indict. vid. l. 2. & ff. nau. cau. l. 1. §. maxima. & in proœ. Digest. §. illud.

1 † Dedignetur: Libertatis conditio est deterior, q̄ alterius rei.

g Non minus quinque. est ergo deterior liberta.is conditio, quam alterius rei, cū alias duo sufficerent testes, ut ff. de probat. l. si chirographum. & est ratio, cū sint familiares, & qa res est eis maxima, facilè subtraherentur, ut argu. supra de fideicommissa. l. fina. Alij dicunt aliā i præsumi debitorem liberatum eo ipso, quod est apud se instrumētum, ut d. l. si chirographum. & de pact. l. Labeo. quod non placet. nisi probetur redditum, vt ff. de solut. l. pecunię, & l. seq. est tamen magna præsumptio pro debitore.

Chirographum si hēat debitor, an pręsumat ob id liberatus.

h Denegauimus. supra eod. §. sed scimus. & §. similique modo, & §. illud.

2 † Dn. Ille autem nouissi.

His tantummodo.] CASVS. His 13. modis electis cæteri aboleantur: nec Latini dicantur, sed serui maneant, & lex Iunia Norbana, & senatusconsul. conquiescat, nec de cætero locum habeat, & licet antiquitus libertorum triplex fuisset conditio, quidam enim plenam, quidam pleniorem, quidam semiplenam accipiebat libertatem, & ciues fiebant Romani. Constitutio autem ista ad futuros libertos pertineat: & si aliqua bona libertorum ante legem istam occupata sunt, eis nō præiudicetur. Viuianus.

i Conquiescant. non tamen tollit modos manumittendi, ut supra de ijs, qui in ecclesia. l. fi. & instit. de liber. § multis.

k Senatusconsulto. quo cautum est, vt liberi manumissoris non nominatum exhæredati, extraneis hæredibus eorum in bonis Latinorū præponerentur, ut Insti. de succ. lib. §. fin.

Senatuscōsultū Largianum.

l Traiani. quod edictum faciebat uiuum ciuem

Edictum diui Traiani.

3 † Sed no.

ciuem Romanum, Latinum autem morientem, si inuito & ignorante patrono ad ciuitatem ire beneficio principis volebat, vt insti. de succes. lib. §. fin.

a *Ad eam partem.*] Not. scripturam pro parte tenere, pro parte non, vt in auth. vt cum de app. cog. §. fin autem, colla 8. & dixi sup. de transac. l. si ex falsis.

DE COMMVNI seruo manumisso.

Dixi de proprijs seruis, nunc de communibus.

IN *communes seruos.* Primo altercationes antiquorum recitat. Secundo illas decidit, & noua dubia remouet. Secunda ibi. His itaque.

CASVS. Olim si aliquis habebat seruū communē cum aliquo, & alter seruo volebat libertatem imponere, inter veteres erat quæstio, an non nolenti manumittere pars volentis accresceat necne. & hoc maximè in milite dubitabat, propter hoc duplex circa materiam istam fiebat constitutio. Prima si miles seruum cū priuato haberet communem & ei libertatem voluit imponere, hæres suus compellebatur partē socij emere, alter autem generaliter compellebat socium suum partem suam vēdere, licet ex substantia socij nihil lucri ad eum perueniret, pretio arbitrio prætoris constituto. & hæc sunt, quæ à pluribus Iurisconsul. relata sunt, nullo habito delectu priuati & militis, vt si quis cum vno vel cum pluribus seruum communem habeat, & inter viuos, & in vltima voluntate ei velit libertatem imponere, hoc ei licet, & alius vel alij socij partem suā compellentur vendere, qualemcumque habeant, siue tertiā, siue dimidiam, siue quartam ipsi uel hæredibus eius, si hoc

vel etiam constitutio loquitur de Latinis, ea inefficax (quantum ad eam partem) remaneat, & triplex antea via libertatis, quæ multiplices introducebat ambages, vno directo tramite discat ambulare.

¶ Quod si aliqua lex vel constitutio libertatis faciat mentionem, non autem Latinitatis, ea pro ciuitate Romana loqui intelligatur.

¶ Sed si quidam liberti iam mortui sunt, & bona eorum quasi Latinorum ijs, quorū intererat, aggregata sunt, vel adhuc viuunt, nihil ex hac lege innouetur, sed maneat apud eos iure antiquo firmiter detenta & vindicanda.

¶ In futuris autē libertis præsens constitutio locum sibi vendicet. D. Calē. Nouemb. Constantin. post Consulatū Lampad. & Orest. 4. Coss.

TITVLVS VII.

De communi seruo manumisso.

Olim si socius legabat libertatem communi seruo, si erat miles eius hæres compellebatur illum emere, & libertatem dare: quod non erat in priuato, & ex aduerso socius compellebatur vendere ne libertas deficeret: & si non conueniebant de pretio, iudex illud arbitrabatur. Hodie vero siue sit miles priuatus qui vel inter viuos vel in vltima voluntate seruum communē vellet manumittere, compellitur socius siue sit vnus, siue plures, illum ei vel eius hæredi vendere: nec pro pretio ad iudicem recurritur, quia lege ista taxatur, in versic. nec autem quantitas. & si pretiū oblatum non recipiat, sufficit in æde sacra deponi, vt hic in versi. si autem socius, & peculium serui inter socios pro rata dominij debet diuidi, & si seruus ratiociniis erat suppositus, tenetur prius reddere rationes intra tempus à iudice prætaxandum. b. d. vsque ad versi. sin autem unus ex sociis. Sal.

Imper. Iustinianus A. Iuliano PP.

LEX PRIMA.

IN communes seruos, eorumque libertates, & quādo cuidam domino pars libertatem imponentis accrescit, necne, & maxime inter milites, qui huiusmodi imponunt libertates, ambiguitas multa exorta est apud veteres iuris auctores, & inuenta est constitutio apud Martianum in constitutionibus diui Seueri, per quam idem Imperator disposuit necessitatem imponi hæredibus militis comparare † partem socij, & seruum libertate donare.

¶ Sed & alia constitutio diuorum Seueri, & Antonini principum recepta est, ex qua generaliter necessitas imponebatur socio partem suā † socio vendere, quatenus libertas seruo imponatur. licet nihil lucri ex substantia socij morientis alij socio accedat, pretio, videlicet arbitrio prætoris constituendo, secundum ea, quæ & Vlpianus lib. 6. fideicommissorum, & Paulus lib. 3. fideicommissorum refert, vbi & hoc relatum est, quod & Sextus * Ælius iuris antiqui conditor definiuit, socium per prætorem compelli suam partem vendere, quatenus liber seruus efficiatur, quod & Marcellus apud Iulianum in eius Digestis notat, hocque Marcellum cum Iulianum notaret, retulisse palam est.

¶ His itaque apud veteres iuris auctores inuentis, decidentes tales altercationes, generaliter sancimus, vt nulla inducatur differentia militis, seu priuati in seruis communibus, sed in oībus communibus famulis, siue inter viuos, siue in vltima dispositione libertatem quis legitimam imponere communi seruo voluerit, hoc faciat, necessitatem habente socio vendere partem suam, quantam in seruo possidet, siue

moriēs dixit, scilicet quod vult eum esse liberum, & emi à socijs, ita videlicet, vt qui aliorum partem cōparauit, si adhuc superstes est, cōpellatur libertatem imponere, & hæres eius, si iam cessit in fata. Si vero socius vel socij pretium recipere noluerint, consignetur, & in æde sacra deponatur, seruus plenam consequatur libertatem: sibi imputent socij, qui lucrari pretium distulerint: ita vt peculium inter eos socios diuidatur pro ea parte, qua quisque in eo habet dominium, & licet libertatem seruo imponenti seruo concedere peculium ei iure patronatus pro suo ordine reseruato, hoc dicit vsque ad §. sin autem seruus. Viuianus.

b *Sed & alia constitutio.* prima constitutio compellit hæredem emere, hæc secunda socium vendere, & vtrumque speciale: sed hæc secunda generaliter quēlibet socium, sed prima tantum militis hæredem.

c *Licet nihil.* immò contra ar. sup. de fideicom. lib. l. deberi, sed ibi totius erat alienus.

d *Notaret.* idest reprehenderet.

e *His itaque.* scilicet relictis ambiguitatibus.

f *Seruis cōmunibus.* s. manumittendis.

i *Famulis.* i. seruis.

h *Necessitatem.* not. quē cogi vendere, vt & not. sup. de iure delibe. l. nec emere. Sed an prius detur libertas, quam pretiū soluatur? Respond. immo prius soluetur pretium, vt hic innuit, & ff. de actione empt. l. Iulianus, §. offerri.

Vno

* In cōmu. ex se decis. contr. cum vlti. instit. de dona.

1 † Partem

2 † Socio suo vendere.

* Cæcilius in manuscr. al. Celius. Vide Cuiac. 7. obseru. 35. vbi de varijs appellationibus iurisconsulto umtractat.

dimidiam, siue tertiam, siue quantamcumque.

¶ Et si plures sint socii, vno[a] ex his libertatem imponere cupiente, alios oẽs necessitatem hr̃e partes suas, quas in seruo possident, vẽdere ipsi, qui libertatem seruo imponere desiderat, vel hæredi eius licet [1] † ipse cõis seruus hæres institutus sit [2] † & hoc moriturus[b] dixerit: ita tamen vt oĩmodo ipse, qui partes alias cõparauerit, vel hęredes eius libertatem imponant.

¶ Sin aũt socius, vel socii recusauerint pretiũ accipere, licentiã ei damus offerre hoc per publicas personas, & sigillo impresso in [3] † ędẽ sacrã[c] deponere: & sic hr̃e facultatẽ seruũ libertate donare, & eũ hr̃e plenissimã libertatẽ, & ciuitate Romana perfrui, & nullũ timere ex sociis. sibimet. n. imputent,[d] si cum liceret eis lucrari pretiũ, hoc accipere distulerunt.

¶ Sed ne circa peculium serui aliqua fiat dubitatio, peculium eius [4] † in omnes socios peruenire iubemus ex partibus, pro quibus quisque[e] dominium serui possidet.

¶ Licentia concedenda ei, q libertatẽ moriens imponit, & eis peculium, quod ei attingit, liberto procedere.[f]

¶ Iura aũt patronatus procul dubio pro suo ordine ad eũ venire, qui libertatẽ donauit.

¶ Sin aũt seruus rõciniijs suppositus est, ne rõcinia pereãt, vel libertas impediatur præsidẽ prouinciæ, vel cõpetentẽ iudicẽ tp̃s statuere oportet, intra quod debeat (ratiociniijs antea factis, & debitis, quæ ex his apparuerint, redditis) ita ad libertatẽ venire.

¶ Ne autem quãtitas,[g] serui lis pretij fit incerta, sed manifesta, sancimus serui pretium siue ancillæ, si nulla arte sunt imbuti, [5] † viginti solidis taxari, ijs videlicet qui vsque ad decimum annum suæ venerint ætatis, in decem tantummodo [6] † solidis [7] † ponendis.

¶ Sin aũt aliqua arte prædi ti sunt, exceptis notarijs, & me dicis, vsq. ad triginta solidos pretiũ eorum redigi, siue in masculis, siue in fęminis.

¶ Sin aũt notarius sit, vel medicus, siue masculus, siue fęmina: notarius[h] quidẽ vsq; ad quinquaginta, medicus autẽ vsq. ad sexaginta taxetur.

¶ Sin vero eunuchi sint serui communes, maiores decem annis: si quidẽ sine arte sint, in quinquaginta solidos cõputentur; si autem artifices, vsque ad septuaginta.

¶ Minores etenim decem annis eunuchos nõ amplius triginta [8] † solidis æstimari volumus,[i] & eorum partem cõpetentem socij accipient, & libertatẽ eis per cõpetẽtes iudices imponere cõpellentur.

Vbi vnus ex sociis primo petiit seruum manumitti, postea alius idẽ postulat, potior est primus, sed vbi omnes cõcurrunt a principio, vel ex post facto, omnes cõpellũtur sine pretio, & tunc omnibus seruetur ius patronatus illæsum. h. d. vsque ad §. ius autem accrescendi. Sal.

¶ Sin autem vno ex socijs libertatem siue imponere, siue relinquere[k] seruo cupiente, & pretiũ dãte, alter, vel alteri [9] † ex his ipsi se velle dixerint libertatẽ imponere, & pretiũ dare: melior quidẽ causa erit eius, qui primus ad hanc rationem pietatis peruenit. Si tamen sub obtentu libertatis[l] & ipsi ad hoc prosiluerint, tunc iudicem competentem omnes compellere sine pretio [10] † ei libertatem imponere, peculio quidem in omnes secundum partem dominij distribuendo.

¶ Iura aũt patronatus s̃m sui naturam omnibus, qui libertatem imposuerint, ęqua iter habentib.

Vbi vnus ex dominis communi seruo libertatem legabat partem suam amittebat, & socio accrescebat, quod hodie est correctum per hanc legem, & libertas competit eo modo, quo supra, vt insti. de dona. §. fi. Sal.

¶ Ius [11] † autem accrescendi, quod antiqua iura in communibus seruis manumittendis introducebant, nullius esse momenti, nec in posterum frequentari penitus concedimus. Dat. Cal. Apr. Lampad. & Oreste 4. Coss. 539.

---

a *Vnus ex his.*] nõ ergo status iudicio maioris partis, vt ff. de ser. rust. pd. l. p fundũ.
b *Ibi hoc moriturus.*] s. quod vult esse eum liberum, & etiam a socijs, si. n. hoc non dixit, vñ instituendo seruum cõem vo. ipse hæreditatem suis socijs per eandem personam acquiri, vt & in legato dicit, vt ff. pro soc. l. verum. §. ser. no communi. & ff. ad l. Fal. Plautius.
c *In eadem sacram.*] vel ibi vbi competẽs iudex disposuerit, vt ĩ. de vsur. l. acceptam.
d *Imputent.*] quid si aliquis eorũ erat minor vigintiquinque an. idem dicam: arg. ff. de fideicõ. li. l. cum quasi. §. si plures. arg. cõtra sup. de admin. tu. l. lex quæ tutores. hoc secundum H. & hæc eadem in adscriptitio plurium intellige, vt arg. inf. de agric. & censi. l. ne diu tius. lib. 11.
e *Pro quibus quisque.*] quandoque pro virilib. vt ff. de stip. seruo l. 1. §. seruus. Quandoque in totum apud alterum, vt si solus concesserit, vt ff. de pec. l. quis ergo.
f *Concedere.*] quod semper ei cõceditur, cum inter viuos manumittit, vt infra de peculio eius, qui libertatem meruit. l. vnica. Accur.
Sin autem seruus.] CASVS. seruus suppositus ẽ ratiocinijs: ne rationes pereant, vel libertates impediantur, præses tempus statuet, intra q̃ rationes & reliqua, si qua emerserint, reddatur, & sic ad libertatem perueniet. consequenter in versi. ne autem. dicitur qualiter facienda est æstimatio serui. & per se patet. Si vero vnus dixit insolidum se velle libertatem imponere, & pretium dare, & alius postea veniat idem offerens, prior potior erit habendus. Si vero vnus pro parte velit libertatem imponere, & alius sequens similiter, nullo hinc inde refuso pretio, omnes libertatem imponere compellantur. & peculium p parte dimidia inter eos distribuatur iure patronatus æqualiter omnibus reseruato, iure autem accrescendi, qd ab antiquis erat inductum, plenius euacuato, nec in posterum frequentari concedatur. Vi.
g *Ne autem quantitas.*] ad hoc sup. cõ. de le. l. fi. circa princ.
h *Notarius.*] i. scriptor.
i *Volumus.*] quæ æstimatio est supra communia. de lega. l. si duobus.
k *Sin autem relinquere.*] s. insolidum, & in hoc differt ab vltimo casu huius legis.
l *Sub obtentu libertatis.*] non mouetur iõ ad hoc quòd alius idem vult facere. nã & si alius nollet, iste ad hoc veniret, & sic cõtemplatione libertatis tantum, non astutia facit hoc. Vel dic cum vterque vult insolidum, & totum manumittere, & alteri pretiũ offerre, potior est is, qui primo venit. Sed si is, qui secundo venit, velit suam solam partem serui manumittere, tunc vterque compellatur suam partem manumittere. & ad hanc legẽ facit inst. de dona. §. fi.

Cum

---

1 † Et ipse Du. al. iã fit, qui &.
2 † Si hoc.
3 † Aede sacra.
4 † Ad omnes socios pertinere.
5 † In viginti solidos.
6 † Solidos, inmanuscri.
7 † Comparandis.
8 † Solido.
9 † Ex ipsis se velle.
10 † Et libertatem.
11 † Etiam in omnib.

CVm apud.] CASVS. Olim inter veteres conuenit, vt seruus communis apud vnumquemque dñorum partium esset alienus, partim proprius. & si vnus dñorum partem, quã habebat in seruo legauerit ipsi seruo, dicendo sic: lego te tibi. inter eos quæstio erat, quem sensum haberent verba illa. Distinguit ergo Imperator, quòd testator aut putauit posse illũ fieri liberũ pro parte, aut contemplatione socij, vt sua pars socio acquireretur, ꝙ nolebat eum ad hæreditatem peruenire, dicit ꝙ sic sunt verba testamenti interpretanda, vt pro parte fiat liber necessitate imponenda socio de vendenda parte sua hæreditatis diuidẽdæ per legem prox. & si pretium recipere noluerit, cõsigneatur, & periculo suo deponat: cum in ambiguis benignior sententia sit proferenda.

a *Et ipse legato.*] nã seruo communi potest legari, & acquiritur socio tunc legatum, vt hic, & ff. pro socio. l. verum. §. seruo cõmuni. sed proprio non, vt supr. de le. l. seruus.

b *Ex parte seruum.*] hic fatuus erat error, quia non potest pro parte esse liber & ꝑ parte seruus, vt ff. de li. cau. l. duobus. & de excep. rei uen. l. iudicare. & de leg. 2. l. cũ filius.

c *In sua parte donare.*] Potest ergo sibi legari ipsemet. & sic est contra. ff. de hær. instit. l. sed & si sub conditione §. fi. Sol. ibi erat hæres institutus seruus, vnde nec dicitur a seipso sibi legari. hic autem hæredes sunt filij. a quibus inuenitur sibi legatus.

d *Fiat itaque.*] futurum itaque tempus significat præsito. s. pretio vel oblato, vt dixi supra l. 1. §. necessitatem. & hic subijcit: & sic non erit pro parte liber, sed totus simul.

e *Humaniorem.*] vt & supra de fideicõ. liber. l. cum inter veteres. in fine.

1 † Et ipsi.

2 † Extollit.

3 † Cũ igitur nos sẽsum, in omnibus.

4 † Ex sua parte. al. in suam partem.

Legari sibi an possit quis a seipso.

Qui legat seruo communi seipsum, videtur ei legare libertatem. Item quando verba possunt dupliciter intelligi, debent interpretari in humaniorem partẽ. Bal. Vel sic: Si alter ex dominis partem, quam habet in seruo, ipsi legauit, dicitur ex benigna interpretatione libertatem relinquere, & sic habent locũ, quæ dicta sunt in præcedenti. h. d. Salic.

Idem A. Iuliano P.P.

LEX II.

CVm apud omnes iurisperitos hoc placitũ est, vt seruus communis apud vnumquemque dominũ partim sit proprius, partim alienus, vt ex hac causa possit & ipse legato [a] honorari, & ipse legari, huiusmodi incidit quæstio. Duo vel plures domini communem seruum habebant, sed vnus [1]† ex his ipsi seruo suam partem, quam in eo habebat, legauit. Et semel accepta dubitationis occasione, hoc vetustas in magnum [2]† extulit certamen. [3]† Nos igitur sensum huius legati crebra indagatione aggredientes, duplicem eum esse opinamur. Aut. n. putauit testator liberum fieri posse ex parte seruum, [b] qui huiusmodi legatum ei reliquit, aut si hoc minimè cogitauit, affectu socij fecit, vt ei acquiratur: hæredes autẽ suos eundẽ seruũ possidẽre minime voluit, vt sit manifestũ a suo patrimonio penitus esse eum alienatum. ¶ In tali itaque comparatione, nos, qui fautores libertatis sumus, sic ambiguam testatoris interpretamur voluntatem, tanquam si voluerit eum libertate [4]† in sua parte donare [c]. Et cum iam de communibus seruis manumittendis statuimus, quod in huiusmodi casibus fieri oporteat, ex illius sanctionis tenore & huiusmodi species sit definita. ¶ Fiat itaque [d] liber ex parte quidem testatoris, secundum eius voluntatem: ex altera autem parte, ex nostra definitione [5]† pretio (secundum prædictæ constitutionis tenorem) vel socio vel socijs ab hærede præstando, vel si accipere noluerint, tam [6]† eam [7]† offerendo, quam consignando, & periculo eorum deponendo, cum satis abundeque imperiale est, humaniorem [e] sententiam pro durioribus sequi.

TITVLVS VIII.

De seruo pignori dato manumisso.

Maritus est dominus rei dotalis. ad hoc allegatur. Bal. Vel sic: Maritus dotis dominus, seruũ dotalem manumittit, sed non inuita vxore, cui specialiter pignori dedit. Sal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Proculo.

LEX PRIMA.

LIcet dotale [f] mancipium vir, qui soluẽdo est, possit manumittere, [g] tamen si te [h] pignori [8]† quoque datum [i] mulieri apparuerit, inuita ea non posse libertatem assequi, [k] non ambigitur.

Quod specialiter declaratur, validius operatur, quam quod in genere prædicatur. h. d. Bal. Vel sic: Tacita bonorum obligatio etiam fisci, non impedit libertatem serui, nisi fraus & euentus interuenerit. h. d. Salic.

Ijdem AA. [9]† Abascanto.

LEX II.

LIbertas à debitore fisci seruo data, qui pignori non est ex conuentione speciali, sed tantum priuilegio fisci obligatus, [l] non aliter infirmatur, quam si hoc fraudis consilio effectum [m] detegatur.

Etiam expressa generalis obligatio bonorum non impedit seruum manumitti: sed specialis eiusdem serui. h. d. Sal. & Bal.

DE SERVO PIGNORI DATO MANUMISSO.

Superiori titulo videtur communio impedire manumissionẽ, hoc pignoratio, & ideo de hoc post illum ponit.

LIcet.] CASVS. Certũ est, quod maritus seruum dotalem, si soluendo est, manumittere potest, sed si mulieri sit specialiter obligatus, an eum manumittere possit, quæritur? Dicitur, quod non, ea inuita. Viuia.

f *Dotale.*] quod datum est inæstimatũ, vt & supra de rei vxo. actio. §. & cum lex.

g *Manumittere.*] vt & sup. de iure dot. l. & si dotis, & ff. de manu. l. seruum dotalẽ. ex quibus collige, quòd uir dominus est rei dotalis. quod verum est. Sed argu. contra. supra de iu. do. l. in rebus. vbi de hoc dices. nam alias non posset manumittere, nisi esset dominus, vt infr. tit. 1. l. si non proprietatem, nec ei pignorari res sua, vt ff. de pig. act. l. si rem alienam. quod hic permittitur.

h *Site.*] seruum dotalem.

i *Datum.*] specialiter & expresse, vt infra eo. l. 3.

k *Assequi.*] nisi forte seruus pecuniam soluat, vt ff. de hære. inst. l. pignori.

LIbertas. CASVS. Si cum fisco contraxisti, omnia bona tua tacite sunt obligata propter priuilegium suum, si ergo seruum tuum ei specialiter non obligatum manumisisti, an reuocetur libertas, quæritur? Dicitur, quod non nisi fraudis consilium habueris.

l *Obligatus.*] nã contrahentis cum fisco bona oĩa tacite obligantur, vt inf. in q. b. cau. pig. ta. ꝯh. l. 2.

m *Effectum.*] & cũ effectu,

5 † Pretiũ.

6 † Deest, in omnib.

7 † Deest, in omnib.

8 † Esse datum.

9 † Abascanto.

effectu, & non currit decennium, vt ff. qui, & à quib. l. si cũ fideicommissa, §. Aristo.

A *Beo.* CASVS. Si generaliter omnia bona tua mihi obligasti, an seruum tuum possis manumittere, quæritur? Respon. quod sic. & hoc in prima, secus si seruus fuisset obligatus, & hoc in secunda.

a *Certum est*. vt ff. qui sine man. ad lib. pertin. l. si quis obligatum, & hoc nisi in fraudem creditorum, vt supra l. prox.

b *Iure*. vt ff. de ma. l. seruis, & qui, & à q. bus seruum, & supra de necess. seru. l. 1. & hoc nisi ipse seruus se luat, & soluat, vt dixi supra eo. l. 1. similis est differentia. vt hic, & ff. in quibus caus. pig. tac. cõtrah. l. est differẽtia, & infra de pign. l. 2. & ff. de fur. l. si is qui rem.

S *I vt proponis*. CASVS. Si debitor seruũ, quem pignori obligauit, consentiẽte creditore manumiserit, an teneat manumissio, quæritur? Dicitur, quòd sic.

c *Creditore*. etiam minore 20. ann. vt ff. de manu. vind. si pater, §. fin. & ff. qui, & à quib. man. l. qui in fraudem, §. si.

S *I creditorib*. CASVS. Si in fraudẽ creditorum seruum tuum manumisisti, & postea eis satisfecisti, si postea vis reuocare libertatem, quia dicis te in fraudem creditorum manumisisse, an sis audiendus quæritur? Dr, quod non, quia propriam turpitudinem allegas: nec si in fata concessisti, audiendi erunt hæredes tui.

d *Nõ debet*. No. nõ audiri quẽ allegantẽ turpitudinem suam. Item non licet venire contra suum, vel prædecessoris sui factum, licet illud non tenuerit de iure, & est sic supra de transact. l. trãsactione, 2. & infra de reuoc. do. l. cum confitearis, ff. qui. & à q. l. pignori. & infra de reuoc. iis. quæ in frau. cred. l. filios, & ff. de euic. l. vendicantem & de leg. 2. l. qui solidum, §. etiã respub. & infra de lib. cau. l. si ab eo & de legat. 1. l. si seruus plurium, §. 1. nõ potest uenire contra factum suum, ut supra

1 † Antonino.

2 † Dux & alia exẽpl. Sabiniano.

3 † Atticiano.

4 † alias Auctor.

Iidem AA. Antonio. 1 †

LEX III.

A Beo, qui bona sua pignori obligauit, quæ habet, quæque habiturus esset, posse seruis libertaté dari, certum est. a ¶ Non idem iuris est in ijs seruis, qui pignoris iure b specialiter traditi, vel obligati sunt.

Consentiente creditore, debitor iure manumittit seruum, quẽ specialiter pignori dedit. h. d. Sal. & Bald.

Imp. Alexãder A. Sabino. 2 †

LEX IIII.

SI (vt proponis) cõsentiente creditore, c cui pignoris iure cum alijs mancipijs obligatus fuisti, à debitore manumissus es, potuisti ad libertatem peruenire. PP. 6. Idus Maij. Alex. A. Coss.

Ad rescindendũ aliquod factum, nõ potest quis suam, vel quasi suam turpitudinẽ allegare, h. d. Bald. Vel sic: Satisfactio creditorum confirmat libertates manumissorum, nec fauis propria à debitore allegata, ei patrocinatur hoc dicit Sal.

Idem A. Ex tritatiano. 3 †

LEX V.

SI creditoribus satisfactũ fuerit, ancillæ, quæ pignori obligatæ à debitore manumissæ erant, liberæ fiunt, nã ipso manumissor, si fraudem se fecisse creditoribus, vt reuocet libertates, audeat dicere: audiri non debet, d nec hæredes eius.

Serui empti à tutore de pecunia pupilli, intelligũtur ei specialiter obligata: & ideo non possunt à tutore manumitti. hoc dicit Sal. & Bal.

Idem A. Auctioni. 4 †

LEX VI.

SI tutor tuus de pecunia tua seruos emptos manumisit, quoniã hmõi serui, sicut cæteræ res pupillaribus pecunijs emptę iure pignoris ex cõstitutione * diuorum parentum meorum obligati sunt, e fauore pupillorum liberi facti non sunt.

Res dotalis est in dominio, & administratione mariti. Item res empta ex pecunia dotali, quia dotalis propriè est mariti, efficitur ipsius mariti iure dominij. hoc dicit, vel sic. Serui dotales, siue empti de pecunia dotali possunt à marito iure manumitti, h. d. Sal.

Imp. Gordianus A. Iuliæ. 5 †

LEX VII.

SIue cũ nupsisses mãcipia in dotem dedisti, siue post datã dotem de pecunia dotis maritus tuus, quædam comparauit, f iustis rationibus 6 † domina eorũ 7 † ad eum peruenerũt, ideoq; frustra qõnẽ super statu manumissorum conaris īferre, qui eius facti, qui comparauit; vel in dotẽ accepit, ab eo iure potuerunt manumitti. g

TITVLVS IX.

De seruis reipublicæ manumittendis.

Seruus ciuitatis potest manumitti ab ordine, decreto præsidis interueniente, nec fuga vicarii est iusta causa ipsum reuocandi in seruitutem, hoc dicit Sal.

Imp. Gordian⁹ A. Epigono.

LEX PRIMA.

SI ita, vt lege municipali, constitutionibusque principum comprehenditur, cum seruus publicus esses, ab ordine (consentiente etiam præside prouinciæ) manumissus es, b non ex eo, quod is, 8 † quem dederas vicarium, in fugam se conuertit, iugo seruitutis, quod manumissione euasisti, iterato cogeris succedere.

pra de rei vend. l. cum à matre, & ff. de adoptio. l. post mortem, & de seru. rust. præd. l. per fundum.

S *I tutor*. CASVS. Si tutor emit seruum de pecunia pupilli, postea vult eum manumittere, an possit, quæritur? Dicitur, quòd non fauore pupilli, quia huiusmodi res pecunia pupilli comparatæ, sunt pupillo obligatæ.

e *Sunt*. nõ ergo sunt fui, licet sua, idest pupilli pecunia empti, sed & si velit eos etiã suos habere ratificando emptionem bene potest, & tunc habebit vtilem in rem pupillis, vt supra arbit. tute. l. curator, & ff. quãdo ex facto tu. l. 2. Item no. hic magis priuilegiatum pupillũ muliere, & fisco, vt hic, & supra eod. l. 1. & l. ab eo.

S *Iue*. CASVS. Mulier aliqua dedit mihi seruum in dotem, vel ex pecunia dotis seruum emit, an possim eum manumittere, quæritur? Dicitur, quod sic, vnde seruo manumisso mulier super ista mouebat quæstionem status.

f *Comparauit*. vt & supra de iure dot. l. ex pecunia.

g *Manumitti*. vt & supra eod. l. 1.

DE SERVIS reipublicæ manumittendis.

De seruis singulorum dictum est, nunc autem tractat de seruis vniuersitatis cuiusque, idest Reipub. Romanorum, uel cuiuslibet ciuitatis, Ac.

S *I ita*. CASVS. Consiliarij ciuitatis Bonon. consentiẽte potestate manumiserunt seruum reipubl. seruus ille vicarium suum pro se dederat, qui aufugit, an ideo reuocabitur iste in seruitutem, quæritur? Respond. quod non. Viuianus.

h *Manumissus es*. sic ergo potest dari libertas, ut & ff. de offic. prætor. l. Barbarius, & de manu. quæ seruis ad vniuer. perti. impo. l. 1. & 2. idem in seruis ecclesiarum per simile arg. infra de prædi. decur. lib. 10. l. finali, & infra de decur. l. 2. eodem, libro.

* De quo suos habere ratifica fit etiã mẽtio in l. 3. Digest. De requis eos, qui sub tu.

5 † Iidem A. Iulianæ.

6 † Iuris in omnibus.

7 † earum.

8 † ideo, unde ut.

Si de-

SI decretum. CASVS. Si à consilio Bononien. ciuitatis auctoritate potestate interueniente seruus ciuitatis manumissus vxorem duxerit, & ex ea filium susceperit, an sit libera, & in potestate patris, quæritur? Dicitur, quòd sic. Viuianus.

a *Comprobauit*. vt & supra l. prox.

b *Potestate* ex liberto etiã ingenuus est, vt supra de suis, & legit. lib. l. filium.

TItulis. CASVS. Quo casu seruus priuati manumissus reuocatur in seruitutem, eodem modo, & seruus vniuersitatis. Si consules ciuitatis Bononien. consentiẽte potestate, dato seruo vicario, vt statutũ est tam in Italia, quã in prouincia, seruum reipub. manumiserit, & manumissus officium tabellionis administrauerit, vt prifeci: an propter hoc videatur libertas reuocari? dicitur, quòd non, nec filijs nocet, quo minus possint fieri decuriones.

c *Titulis*. s. venditione, vel dotis donatione, vel simili, uel reuocatione ex ingratitudine, vt ff. de libe. cau. l. si vsusfructus.

d *Quibus* i. quo, vt supra de in ius voc. l. fin. & facit infra de inge. manu. l. sciẽtis.

e *Vestibulici*. alias vectiuilici. hic Vestibulicus tulit legem de huiusmodi seruis manumittendis.

f *Cuius*. scilicet legis Vectibulici.

g *Iterum*. consule.

h *Ad prouincias*. ut nõ solum in Italicis seruis, sed et in prouincialib. locũ habeat.

i *Tabulariam*. quod officiũ omnib. seruis interdicitur, ut inf. de tabul. l. generaliter, lib. 10. ideo aũt, uidebatur obesse sibi, quia fuerat seruus publicus, ut ff. de adopt. l. nõ aliter, & sic ex eo natus, deberet censeri spurius, ut pote sine patre de iure ciuili, vt ff. de reg. iur. l. seruitutem, tamen aliud est, quia dicitur seruus, non quod sit seruus, quia tabellio seruus esse non potest, infra de tab. l. generali, lib. 10. sed quia fuit reipublicæ. Item & aliud uidebatur ei abesse, quia gesserat actum publicum. s. tabularium, & actum reipub. nemo libertus gerere compellitur, ut infra ne quis liber inuitus, l. 1. & 2. lib. 11. & infra de lib. cau. l. liberos.

k *Ex liberis*. ideo dicit ex liberis, vt dicunt: quia si seruus esset, licet mater esset libera, & pater seruus fisci, filius sequeretur conditionem patris, & pro eis, infra ne de stat. defunc. l. si pater, idemque dicunt in filio Gynæciarij. Sed Ioannes, contra, non enim patris conditionem in seruitute sequitur, vt supra de rei uend. l. partum, sed in curiali conditione, & in honoribus vt inf. de decu. l. exeplo. & l. eos, & l. nullus, lib. 10. Dic ergo ideo dici ex liberis, quia si patrem habuisset seruum, esset spurius, & ideo non uocaretur ad decurionatum, uel ad aliam dignitatem, donec esset legitimus competitor, ut ff. de decu. l. generaliter, §. spurius & supra de suis, & legit. lib. l. ex libera.

Manumissus solenniter à ciuitate potest matrimoniũ cõtrahere, & nati ex eo sunt liberi, & in potestate patris, hoc dicit Sal.

Idem A. Hadrianæ.[1] †

LEX II.

SI decretum ordinis auctoritas rectoris prouinciæ comprobauit,[a] quo is libertatem acceperat, cui postea fueras (vt proponis) mrimonio copulata: natá ex hmõi matrimonio, & ciuẽ Romanã esse, & in patris ptãte,[b] nõ est opinionis incertæ.

Sine causa iusta libertus etiã municipium non reuocatur in seruitutem, & non est iusta cã tabellionat⁹ officiũ, licet tabellio seruus publicus appelletur. Et natus ex matrimonio cõtracto cũ liberto, nascitur ingenuus, & ideo ad decurionatum aspirare non prohibetur. Sal.

Impp. Dioclet. & Maxi. AA. & CC. Philadelpho.

LEX III.

TItulis[c] non præcedentibus,[2] † quibus[d] dominia seruorum, quæri solent, municipum libertus seruus non efficitur.

¶ Si itaque sm legem[3] † Vectibulici,[e] cuius[f] legis[4] † potestatem, senatuscõsulto Iubentio[5] † Celso iterum,[g] & Neratio Marcello[*] consulibus facto, ad prouincias[h] porrectã cõstitit) manumissus ciuitatem Romanam cõsecutus est: post verò, vt libertus tabulariam[i] administrando, libertatẽ, quã fueras consecutus, nõ admisisti, nec actus tuus filio[6] † ex liberis[k] ingenuo suscepto, quominus decurio esse possit, obfuit.

TITVLVS X.

De ijs, qui à non dominis manumissi sunt.

Scienter manumittens seruum alienum vt proprium, tenetur domino hoc eligenti ad pretium. d. Sal.

Imp. Anton. A. Cornelio.[7] †

LEX PRIMA.

EVm, qui seruos alienos, ac si suos manumittit,[l] vt pretium eorũ dominis, si hoc elegerint, dependat,[8] † vel quanti[m] sua interest, sæpè rescriptum est, teneri. PP. Cal. Mart. Antonino Aug. & Balbino Coss. 214.

Si procurator emit sibi seruos ante quam tradat domino, potest manumittere illos, hoc dicit, Sal.

Imp. Alexan. A. Mercuriali.

LEX II.

FElicissima, quam, mandante te, seruũ emisse dicis,[n] si dñium serui, quẽ manumisit, nondũ ad te trãstulerat,[o] frustra petis vt denegata libertate ei, quẽ manumissũ dicis, possessio tibi tradatur.

Non venditione hæreditatis, sed traditione rerum trãsfertur dominium, hoc dicit Sal. & Bald.

DE IIS, QVIA non dominis, &c.

EVm, qui seruos. CASVS. Si seruum tuum quasi proprium manumisit: an ad æstimationem serui tibi teneat, quæritur? Dicitur, quòd sic, uel ad id, quod tua interfuit cum nõ manumitti.

l *Manumittit*. sciẽs: alias cum nullum pretium habeat, non teneretur.

m *Quanti*. subaudi, uel quanti, si non est in litera, &c. uel in fine supple, uel ipsum seruum: & secundum hoc pretium, & interesse est idẽ. Sed qua actione hæc æstimatio petitur? Respon. præscriptis uerbis, uel in factum, uel utili negotiorum gestorum, habendo ratum, licet non suo nomine gestum: & licet res extet, quod est speciale fauore libertatis, scilicet, quòd possit habere ratum negotiũ non suo nomine gestum, & re nondum perempta uel usucapta, alias secus, vt supra de rei uend. l. mater. & de rebus alie. non alienand. l. 1. Itẽ hac l. manumitto alienum: sed duabus sequentibus manumitto debitum alteri.

FElicissima. CASVS. Mandaui cuidam mulieri, ut seruum suum mihi emeret, & suo nomine emit, & antequam eum mihi traderet, manumisit, si petam eum mihi reddi libertate reuocata, an sim audiendus, quæritur? Dicitur, quod non. Viuianus.

n *Dicis*. suo nomine: quia si tuo nomine emisset, in tuo dominio esset, & ideo ei libertatem dare non potuisset.

o *Transtulerat*. Puta, quia non ipsa hoc gessit, nec uenditor. Et dic plenius: aut vterque gessit, aut nullus, aut alter, si alter, vel uterque, statim acquiritur domino, & sic loquitur ff. de acquir. rer. domin. leg. procurator, & de donat. quod mihi, & de acquirend. possess. l. prima, §. hæc quæ de seruis, & § sequen. si neuter, non statim, nisi ea res tradatur domino, ut ff. de acquirend. rerum domin. l. res ex mandato, & hoc secundum Barto. Bald. & Ioan. nec placet distinctio H. dicentis aliud in procuratore speciali, aliud in generali: nam confundit eum, ff. de administ. tut. l. si duo. sed est pro eo. ff. de minor. l. aliud, §. si talis, & de procur. l. Pomponius.

1 † alias Adrianæ.

2 † Titulo non præcedente.

3 † Vectilibici, al. Vectulibici. Cont.

4 † Deest in omnibus, ut ostendit Accur.

5 † Viuentio.

* Is Marcellũ æquè iurisconsultum fratrẽ habuit, l. 12. ff. de instruct.

* Liberum hominẽ tabularij vicẽ posse gerere, salua libertate, confirmat.

Liuius 41. vbi censores signatis libellis publicis, clauso tabulario, & dimissis seruis publicis, negarunt, se q. d. quã negocij gesturos, sed ea in actis eos interuenisse, Capitolinus indicat in Gothofred.

6 † alias, ex liberto ingenuo facte.

7 † Corneliano.

8 † deest in omnibus

Bal.

QVi tibi. CASVS. Si hæreditatem mihi vendidisti, & antequam traderes seruum hæredita. manumisisti, an teneat manumissio, quæritur? Dicitur, quod sic, quia ante traditionem erat dominus adhuc. Viu.

a *Præstitit.* vt & ff. de manumis. leg. cum qui. sed actione ex empto tenetur, vt supra. de hæredi. vendit. l. qui tibi. & de actio. emp. l. si ancillam.

SI non. CASVS. Si ancillã meam ad tempus concessi tibi non animo in te proprietatẽ trãsferendi, & eam manumiseris, an teneat manumissio, quæritur? Dicit, quod non, nec mihi præiudicasti, nemo enim. &c. Viu.

b *Si non proprietatem.* Not. vt supra de vsufru. leg. vsufructu, & supra de manumis. testa. l. seruo. & ff. pro donato l. fi. Sed contra, ff. qui & à qui. l. competit, vbi valet manumissio facta ab eo qui postea apparuit seruus. Sed dic, ibi apparuit scilicet ex superuenien te causa, liber tamen erat tempore manumissionis.

SI tradita. CASVS. Si mulier aliqua seruum tibi dederit an eum manumittere possit, uel si de facto manumiserit, teneat manumissio, quæritur? Dicitur, quod non Viuianus.

c *Si tradita.* secus si non tradita, ut supra eo. l. qui tibi.

SI pater. CASVS. Si pater tuus te minore 20. ann. consentiente seruum tuũ manumisit, tibi non præiudicauit, vnde nõ tenuit manumissio. Viui.

d *Minoribus.* secus si esset maior, sic econtra pater per filium, vt inf. communia de ma. l. prima. §. finali. sunt enim vna persona, vt instit. de inutil. stipula. §. ei vero qui. alias non potest quis alium manumittere, ut sup. de manumi. vindi. l. nec mulierem.

e *Viginti annis.* vt inst. titu. 1. l. si minor 20. au. lex Ælia Sentia contradicit, vt insti. q. manu. non pos. hodie autem correctum est per authen. vt in auth. vt spons. larg. collatio. §. circa princ. quia dicitur, quod maior 14. ann. potest facere testamentum, ergo & manumittere.

f *Potuit.* Hoc cum seruus erat minoris, si alterius, licet sit ei obligatus, potest consentire manumissioni, vt ff. de manu. vin. l. si pater. §. si.

Idem A.[1]† Pompeio.

1 † Alias Põpeiano.

LEX III.

QVi tibi hæreditatẽ vendidit, antequam res hæreditarias traderet, dominus earum perseuerauit: & ideo manumittendo libertatem seruo hęreditario præstitit.[a] PP. 6. Cal. August. Agri & Clem. Coss. 231.

Habens precarium vsum non adipiscitur dominium: & ideo rem alienare, vel statum mutare non potest. h. d. notabiliter Bald. Vel sic: Tenens seruum precario, non manumittit. Sal.

Impp. Valerian. & Galie. AA. Zoilo.

LEX IIII.

SI non proprietatem[b] donaueras, sed ministerium ancillæ dederas: libertatem mancipio dando, ea quæ precarium vsum habebat, dominio tuo nihil pręiudicauit. Nemo enim alienum seruũ, quamuis vt proprium manumittat, ad libertatem perducere potest.

Donator post traditionẽ desinit esse dominus, & administrator. h. d. Bald. Vel sic: Donatori post traditionem interdicitur manumis. h. d. Sal.

Impp. Dioclet. & Maxi. AA. & CC. Marcellinæ.

LEX V.

SI tradita[c] sunt ex donatione mancipia, ius manumittendi donatrix non habuit.

Pater non potest supplere defectum filii, qui in ætate minori reperitur. h. d. notabiliter Bald. vel sic: Filius qui per se non potest manumittere, nec patri potest cõsentire. hoc dicit Sal.

Ijdem AA. & CC.[2]† Milio, & aliis.

2 † Moid.

LEX VI.

SI pater seruum vestrum, licet vobis minoribus[d] viginti annis[e] consentientibus manumisit, ei libertatẽ præstare non potuit.[f]

Decretũ obreptitium non valet, & si princeps fallitur impetrãs punitur: sed si actus gestus tẽporis diuturnitate firmetur, tã ciuilis, quã criminalis pœna suum tãs eua nescit. h. d. Bar. Vel sic: Libertas præstita seruo alieno cũ iudicis, vel principis decreto, nõ præiudicat domino vero, & qui principẽ fefellit, punitur pena hic statuta, et cessant ista, si seruus ille sibi libertatẽ pręscripserit. h. d. Sa.

Imp. Constan. A. ad Bassum

LEX VII.

SI* à non dñis libertas detur mancipio alieno, si quidẽ ab iis iudicib. impetrabitur, quibus dãdi ius est: sine vlla trepidatione pœnæ[g] facilis dissolutio est.

* Ex lib. 4. titu. 9. l. 1. C. Th.

¶ Si vero iubẽtibus[h] nobis, quicquam lege actũ esse doceatur, & non dominus, vt alienum mancipium manumitteretur, petisse[3]† probetur; tunc eodem, qui in conspectu nostro libertatẽ monstrabitur[4]† a non domino cõsecutus, ei protinus, ad cuius proprietatẽ pertinet, restituto, is qui mancipium alienũ fallendo principis conscientiã manumisit, mãcipia duo cogatur domino eius date, eiusdẽ sexus, ætatis, atque artis, cuius constiterit esse manumissum, & alia tria[i] 5† fisco eadem ratione similia.

¶ Quæ mulcta nõ semp imponitur, sed potius cõquiescit, si forte manumissus inferentem sibi qõnẽ status, obiecta legitima præscriptione[k] po-

SI à non dominis. CASVS. Si aliquis seruum alienũ manumiserit, aut in presentia iudicis simplicis, habentis tamẽ ius dãdi libertatem, aut principis. p̃ti no casu reuocabitur libertas, & sine pœna, secundo casu restituto dño suo duo mãcipia eiusdem artis dabit domino, & tria fisco, & hoc in prima, & secunda parte. Si vero 20. an. tacuit, ita q̃ nemo status moueat quæstionem. & ille prædicta præscriptione se tueri possit, à prædicta pœna erit immunis, qui manumisit, & sibi imputet dominus, quod tanto tempore tacuerit & hoc in tertia.

g *Pœna.* nominaliter ponitur. nullam enim patitur pęnam qui manumisit. nam authoritas iudicis excusat, vt ff. de ijs qui no. infa. l. furti, §. 2. Item libertas valet, vt hic innuit. uel uerius nõ valet. ut sup. eo. l. si non proprietatẽ, alij ponunt aduerbialiter. & iõ dicit plenè, quia cũ opponitur præscriptio 20. ann. non est facilis dissolutio libertatis & secundum primum modum potest legi intra & supra.

h *Iubentibus.* idest consentientibus, & authorizantibus.

i *Et alia tria.* sic ergo in qui uuplum & sic est contra insti. de action. §. omnes; sed diuersis præstatur hæc: pœna fisco, & domino serui.

k *Præscriptio.* scilicet 20. ann. ut infra de longi tempo. præscri. quæ pro liber. l. secunda. Et nota q̃ qui præiudicat sibi, per negligentiam in uno: in alio similiter sibi præiudicat. sic ff. vi bono. rapto. l. 3. & de admini. tuto. l. si papillus. & supra ad leg. Falc. authen. sed cũ testator. §. item si hæres q̃dã. arg. contra ff. de alie. iu. mu. causa facta,

3 † Deest C. Th. sed hoc verbo sublato legẽdũ pactio an esset & non dominum.

4 † Deest C. Th. Actio q̃nque datur in quintuplum.

5 † Deest C. Th. sed malè vt credo.

Negligentia nocẽs alicui in vno, nocet ei in alio.

Item si res in princ. Sed ibi alienatio tenuit à principio: hic tenuit manumissio. Item no-simile econtra, quia si duo habeo auxilia, & in vno sum diligens, & sic in eo mihi non præiudico, imò mihi prouidi, quod in alio videor mihi prouidere, vt supra de in officio. testamen. leg. contra maiores. & ff. de condi. cau. da. l. si extraneus.

QVI MANVMITtere non possunt: & ne in fraudem creditorum, &c.

1 † Deest C. Th. & in omnibus?

CErtum.] CASVS. Si in testamento tuo Sticho directam libertatem in creditorũ fraudem, reliquisti non alias reuocabitur, nisi consilium & euentus, scilicet quod re ipsa sint fraudati, sequatur, & hoc in prima. Si vero te ab aliquo hærede instituto, & à te fideicom. relicto præstando Titio, an Titius inter creditores computetur, si tu minus idoneus seruos manumittas, quæritur? Dicitur, quod sic. & hoc in secunda. Viuia.

Libertates in fraudẽ creditorũ concessæ, an sint reuocandæ.

a *In fraudem.* vt insti. qui ma. non poss. §. in fraudem.

b *Sequatur.* Sunt ergo duo necessaria in directis, scilicet consilium & euentus. vt hic. Sed in fideicommissarijs sufficit solus euẽtus, vt hic, & inf. eo. l. fi. & ff. de fideic. li. l. ergo. §. si in fraudem. sic in datis inter viuos, duo exiguntur, ff. quę in fran. cred. l. si quis cum haberet, & insti. qui ma. non poss. §. præualuisse.

*De ea Vide Vlp. in Epito. ti. j.

c *Fideicommissum.* Non quod manumittens reliquerit, sed alius ab eo, vt apparet per l. illam infra de bon. auth. iud. pos. l. in prima, & ff. ad legem. Falc. l. in ratione. §. quod vulgo. Item hoc cum est purum, secus si conditionale, vt ff. qui & a qui. l. qui in fraudem, & ff. de ac. & obli. l. is cui.

SErnos. CASVS. Anietuus ordinarius princip. isvicarij suum manumittere possit, quæritur? Dicitur, quod non.

2 † Nataliano, in alijs & Du.

d *Seruos.* arg. contra ff. qui & a quibus. l. compotit.

ADDITIO. Glo. soluit ibi duob. modis, dic vt in. ca.

fuerit excludere: cum sibi amissi mancipij damna debeat imputare[1] † is, qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmauit. PP. Id. Iulij Constantinop. A. 5. & Licinio Cæs. Coss. 323.

TITVLVS XI.

Qui manumittere non possunt: & ne in fraudem creditorum manumittatur.

Fraudis nomine continetur consilium, & euentus. h. d. Bar. Vel sic: vt libertates directæ reuocentur tanquã in fraudem creditorum datæ, duo requiruntur, scilicet fraudis consilium, & euentus: & creditor intelligitur, etiam, cui ex vltima voluntate ad libertatem præstandam debetur. Sal.

Imp. Alex. A. Antiocho.

LEX PRIMA.

CErtũ ius est, non alias directas libertates per legem Aeliam * Sentiam, quæ sunt in fraudem [a] creditorem manumissorum datæ reuocari, nisi & cõsilium fraudis, hoc est animus manumittentis, & euentus dãni suum recipere volentium sequatur.[b] Inter creditores autem etiam eos numerandos esse, quibus fideicommissum [c] debetur, olim placuit. PP. 5. Id. Nouemb. Maci. & 5. & Aelia. Coss. 224.

Seruus etiam per interpositam personam. seruum peculiarem non manumittit. h. d. Salic.

Idem A.[2] † Natalio.

LEX II.

SEruos [d] meos nec per interpositam [e] personã ad libertatem perducere homines peculij sui posse, mandatis principum comprehenditur.

Quod fit in spectaculo, & populi tumultu, pro infecto debet haberi. h. d. Bart. Vel sic: Ad exclamationem populi facta manumissio non tenet. h. d. Sal.

Idem A. Iustinæ.

LEX III.

DIuo Marco auctore amplissimus ordo cẽsuit, ne quis ĩ spectaculo,[f] quod edatur, actorem suum, alienumve [g] seruum manumitteret, & si factum esset, pro infecto haberetur.*

Minor annis viginti non potest tradere seruũ ad manumittendum. hoc dicit Sal. Hodie hoc est correctũ, quãdo manumittit in vltima voluntate. nam sufficit ętas legitima ad testandum, vt in auth. hic posita. Bal.

Idem A. Fęlicissimo.

LEX IIII.

SI minor annis viginti [h] ad libertatem præstandã homines [i] tradidit, senatus consulto, quod gestum est, irritum constituitur.[k]

IN AVTHENT.

¶ Vt sponsa largi. §. & hoc quoque colla. 9. consti. 2.

SEd hodie, ex quo testari possunt, & libertates possũt relinquere,[l] antiqua lege cessante.

Non dicitur fraudatus ille, qui pretium recepit. h. d. Bal. Vel sic: In fraudem fisci non potest libertas præstari, nec dicitur fraudare, vbi pretium fuit solutum redemptori manumittenti. hoc dicit Sal.

e *Non per interpositam.* Non solum per se, sed nec per interpositam personam.

DIuo Marco. CASVS. Dum potestas pulsat ad harengam, & populo congregato, coram populo, quis velis seruum suum scilicet actorem manumittere, vel alterius officij seruum, libertas data non tenet, & hoc senatores censuerunt diuo Marco authore. videtur manifeste talis coactus manumisisse, quod esse non debet, vt ff. qui & a quibus. leg. si priuatus.

f *Spectaculo.* i. sub aspectu populi, vel ad exclamationem populi, quia videt coactus manumittere, vt ff. qui & à quibus, l. si priuatus, & arg. infra de pœnis, l. occisionum.

g *Alienum ve.* i. alium ab actore.

SI minor annis viginti. CASVS. Minor 20. anno. seruum suum ad manu. tradidit, non tenebit manumissio.

h *Si minor annis viginti.* concor. supra ti. 1. l. si pater.

i *Homines.* scilicet vicarios.

k *Constituitur.* vt ff. de mino. l. verum. §. §. quod si minor. & de verb. obl. l. 1. si minor. & de seruis expor. l. 4. Sed contra, ff. de manu vind. l. illud, §. primo. Solu. ibi fuit seruus datus minori hac lege, vt manumittat: hic à minore datus abij. Item contra ff. de manumis. leg. 4. §. nec interest. Sol. ibi fuit lex à minore apposita, vt manumitteretur, sed ab ipso seruo, qui hoc pepigit cum emptore, vt manumittat eum.

*Idem Adriano placuit, nãq; istrogante populo, vt quendam manumittere, per tabellã rhedit, a se id pati non debere vt alienũ seruũ liberaret, vel vt dñm cogeret manumittere. Idque Dio scribit in Adriano. Suetonius refert Accium coactũ fuisse ĩ spectaculo Comedũ manumittere. vide Pet. Fab. apud Cuiac. 2. obs. 22. Goth. Nouell. 22 y. §. & hoc quoq;

SEd hodie. CASVS. ista authen. extenditur tantum ad seruos, qui testamento manumittuntur, & est clara. Viu.

l *Relinquere.* hoc aptatur ad illam solam libertatem, quæ in testamẽto, datur, vt in corpore huius authent. dicitur, & verbum, relinquere, innuit, ut ff. de tab. exhi. l. j. §. fin. ergo nec hodie manumittit minor 20. an. inter viuos, nisi causa cognita, quia nec lex Iustiniani permittit minori 17. an. nisi in testamento, vt insti. qui manumit. non poss. §. fi. & eadem lege.

Si in fraudem.] CASVS. Libertas in fraudem eorum, quæ fisco debentur, data, non valet. Si vero debitori fiscali aliquis pecuniam pro seruo subministrauit: & sic manumissus est: non reuocabitur libertas: cum nihil de bonis debitoris per hoc fuit diminutum.

a *Non valet.* vt ff. de iure fis. l. in fraudem §. a debitore nisi præscriptione decem annorum defendatur: vt ff. qui & a quib. l. si cum fideicommiss. §. Aristo.

q *Patrem.*] vt cum esset seruus, & pater tuus erat, scilicet naturalis.

c *Emptori.*] supposito a te, qui emerat a fisci debitore.

d *Defuisse.*] cu pretium succedat loco rei: vt ff. de peti. hæred. l. si rem.

1 † Et sic fit.

* Cassiodorus in formulis quæ dabatur PP. scribit prefectū prætorio potuisse verbo sñiam dicere. Cōtius. Item Lenca in declamatio. Iudex qui tulit de reo tabellam reuocare nō potest. Apuleius. l. Florid. Tabella semel lecta nec augeri litera vna, nec minui potest. Gotho.

4 Istā glo. sequitur Ba. & Sal.

5 Non requirens causæ cognitionē, qa si requireret, nō posset ferri p alios. Ba.

6 Idest, illiterati ex mēte Bar. Ange. & Sali.

7 Et bene Bar. Ang. & Salic.

8 Imò fine fortè. Bar. & Ange.

HAc lege.] CASVS. Iudex in causa, de qua cognouit, non præcipitanter, sed cum deliberatione debet pronunciare, & sententiam in scriptis redigere, & per se partibus recitare: excepto præfecto prætorio, & alijs illustrib. qui per officialem suam recitare possunt: an autem sententiam, quam tulit possit iudex corrigere, vel mutare? Dicitur quod non.

f *Cognoscendi.*] vt supra de aduo. diuer. iudi. l. sancimus. 1.

g *Pronunciandi.*] vt ff. de iud. l. de qua re.

h *Non subitas.*] argum. contra ff. de dam. infec. l. 2. Solut. ibi speciale.

ADDITIO. Tu dic, quod nec ibi sententia datur subito: sed acceleratur cognitio causæ.

i *Deliberatione.*] etiam cum sapientibus: vt supra de leg.

o *Exceptis.*] hæc exceptio non fit a proximè dicto, sed superiori.

p *Illustribus.*] dignitate non administratione.

q *Recitare.*] alij ergo non: licet: vt inf. lege pxi. in princip.

STatutis.] CASVS. In scriptis debet iudex ferre sententiam, & hoc in prima. alioquin nec valet: nec necesse erit appellare, & hoc in secunda. Viuian.

r *Proferāt.*] per se, nō per aliū nisi esset interlocutoria: vt hic, & sup. l. proxi. in princi. & de arb. l. diem. in prin. & l. 7 nō distinguemus. 5. φ ll hoc modo. Et ex hoc dñt quidam, φ laici 6 non pñt esse prætes: quod falsum dico, 7 tum quia possunt delegare cās ciuiles; tum quia criminales possunt definire dicēdo, condēno uel absoluo. & φ hoc in Authen. de iudi. §. 1. col. 6. & s. de iud. l. pe. tū q a forte 8 est de maioribus pp q8 recitabit p aliū; vt s. l. pxi. sic hodie senatus.

a *Mereatur.*] & per hoc etiam effectu carebit: vt argum. supra de fer. l. a nullo. quod autem dicit in scriptis dandam, fallit in tribus casibus. & ideo sequitur Authen. nisi breues, &c.

b *Requiratur.*] vt infra quando prouoc. non est necess. per totum titu. Accur.

c *Nisi breues.*] alias est in textu breuiores. Quae sunt breues? Respo. secundum Azo. vsq; ad 50. aureos olim, vt sup. de defen. ciui. l. 1 hodie ad trecentos aureos, vt in Authē: de defen. ciui. §. & iudicare, colla. 3. Vel secundum H. 1 est in arbitrio iudicis. Vel vsque ad decem libras auri, vt in Authen. de appell. coll. 4. §. illud. Vel vsque ad duos aureos, vt ff. de dolo lē. si oleum. §. fin. cum l. sequen. Vel vsque ad quinque, vt ff. de bon. dam. l. 6. Vel usq; ad decē, vt ff. si cui plus quam per l. Falc. l. 3. §. quamuis.

1 Idem B. Bal. Cy. P. Ang. & S.

d *Vilium.*] personarum, vel rerum, vel causarum, vt hic, & inf. de priuile. scho. lib. 12. l. quoties. §. sed si talis. & extra de testa. c. coram. & haec est pars 1 Auth. de man. princip. §. si tibi. collat. 3.

* Nota.
e *Et nisi episcopus.*] §. si tib. et haec pars est in Authen. vt clerici apud prop. episc. collat. 6. Est tertius casus, cū praeses conuenitur finito officio suo, vt reddat rationem administrationis. i Authen. vt iudic. sine quoquo suffra. §. necessitatem, colla. 2.

Annuel. 83. §it.

DE SENTENTIIS 2 & interloc. om. iudi. &c.

2 Scilicet definitiuis secundū Odof.

Dicit qualiter nulla fit sententia ratione vitij in ipsa sententia cōmissi. Nunc qualiter 3 nō est ite. quae patet infra per totum soli totum. Vel sic: Qualiter sententia sit nulla ratione vitij in ipsa recitatione commissi. aliud est. Nūc generaliter videndum qualiter & quot modis sententia possit dici nulla. Accu.

3 Vt quia propter alia vitia, 3 ... latus ... ordo iudiciorū ... secundum Odof.

¶ Huic adiicimus sanctioni, vt sententia, quae dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem sententiae habere mereatur, [a] nec ad rescissionum perperam decretorum, appellationis solennitas requiratur. [b] Dat. 3. Non. Decemb. Tribus, Gratiano A. 4. & Equitio Coss. 374.

IN AUTHEN. de man. prin. §. si tibi. coll. 3. constit. 4. & coll. 6. const. 9. vt clerici apud. §. 1.

In breuibus causis non requiritur scriptura: hoc dicit. et dicuntur causae breues solum illae, quę consueuerunt ventilari solum inter homines paruae conditionis. Bald. Vel sic: In causis breuibus scriptura non requiritur. h. d. Salicetus.

Nisi breues [c] * sint lites, & maximè viliū [d] personarum, vel causarū (tunc enim sine scriptis, & sine aliqua expensa cognoscere praesidem oportet) & nisi [e] episcopus cognoscat inter suos subditos.

TITVLVS XLV.

De sententiis & interlocutionibus omnium iudicum.

Sententia omisso procuratore lata contra dominū, qui in iudicio non fuit, ipso iure non valet. h. d. Bald. Vel sic: Sententia, in qua nō condemnatur procurator, sed dominus, qui iudicio non interfuit, est ipso iure nulla. Bert. Vel sic: Sententia dominum qui numquam fuit in iudicio, condemnans, & procuratorem qui litem fuit agitans omittens, est ipso iure nulla. Salicetus. Vel sic: Sententia lata contra dominum absentem, qui numquā fuit in iudicio, omisso procuratore, qui totam causam agitauit, est ipso iure nulla, ideo iterato est pronunciandum. hoc dicit secundum Paulum de Castro.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Quintiliano.

LEX PRIMA.

Non videtur * nobis rationem habere sententia decessoris tui, qui cum cognouisset inter petitorem, & procuratorem, non procuratorem, [f] sed ipsam dominam litis condemnauit, cuius persona in iudicio nō fuit. [g] Potes [h] igitur, vt re integra, de causa cognoscere. Dat. 4. Calend. Iun. An. A. 3. & Geta Coss. 209.

Existens in possessione libertatis potest esse iudex delegatus: nec vitiatur iudicium, licet post ea status seruilis detegatur. hoc dicit, secundum. Bald. Vel sic: Communis error excusat. Vel sic: Casus superueniens in persona iudicis sententiam non extinguit. Barto. Haec lex habet duas lecturas, & prima est magis dubitabilis, & notabilior quam secunda, secundum quam summatim hoc dicit. Detectio seruitutis in iudice delegato, non vitiat latam sententiam ab eo tempore quo communiter liber reputabatur. hoc dicit. Salicetus.

Non videtur.] CASVS. Mulier in causa, quam Titius habebat aduersus eam, ordinauit procuratorem, iudex tulit sententiam non in personam procuratoris, sed mulieris, cum ipsa non fuerit in iudicio, an teneat sententia, quaeritur? Dicitur, quod non.

f *Procuratorem.*] rei conuenti.

g *Non fuit.*] Nunquam, secundum omnes: si autem fuisset in principio, & lis fuisset contestata, esset ipsa condemnanda, & non procurator, qui adest tempore latae sententiae scilicet secundum Azo. ut hic, & pro eo. ff de his, qui notan. infa. l. furti. §. 2. & ita inspiciebat tantum cum quo esset facta contestatio. Sed Bul. & Io. 4 Ista cōdicunt, quod siue ab initio procurator litem exercuit, siue lite contestata faciat ad eum transitum, ipse procurator est cōdemnandus, & pro eis ff. de nego. gest. l. liberto. §. fin. & de procur. l. licet, §. si plures, 5 & sup. de procur. l. nihil. Hoc tamen fallit in casu, vt infra de iniurijs l. fin. nec obstat isti dicta l. furti. quia ibi subauditur maximè. Item nec ista, quia vel sic fuerat de facto hic, quod domina numquam in iudicio fuit, & sic subauditur, maximè. Vel hic dic subaudiri aliquando, vt hoc ipso, quod aliquando, id est in quacumque parte iudicij defuerit domina, ordinatus ab ea debuerit condemnari, & sic est pro Bul. & Ioan. Vel dic tertio in iudicio, id est sententia, sed secundum consuetudinem vtrumque. 6 condemnatur, vt omnium ferè tenetur opinio. defensor vero sine mandato solus condemnatur, ut dicta l. liberto.

4 Ista ter approbatur. Fin. B. & dicit Angel. quod ipsa veritas.

5 N. facit. Salic.

* Concor. c. querelā. extr. de elec. & cape in glo. extr. de proc.

6 Hāc gl. sequuntur B. & Ang.

ADDITIO. In tutore autem breuiter concludit Barto. hic, quod si verba sententiae referuntur in pupillum licet iudicium agitetur per ipsum tutorem, quod valet, pro quo allegat l. cum §. si actori. ff. de constit. pec. melior est textu. secundum Bal. hic, in l. si ideo. §. 1. ff. de euictio.

h *Potes.*] tu successor, vt infra de accusat. l. si accusatoribus, & supra tit. primo, l. si praeses. Accursius.

Si. ex.

Si arbiter. CASVS. Iudex delegatus, qui liber credebatur, de causa quadam cognouit, & pronunciauit: posteà apparuit, quod erat seruus: an retractanda sit sententia, quæritur? Dicitur quòd non.

Vt si primo pronunciet, deinde sententiam scribat, vel primo iuretur de calumnia, deinde fiat litis contestatio, & sic non obstat, inf. de appel. l. 2. cum ibi sit peruersus ordo causæ unius ad aliam. hic autem eiusdem causæ ordo peruertitur, vel etiam omittitur, Accur.

a Si arbiter. i. iudex delegatus.

b In libertate. id est possessione libertatis, siue tanquam liber.

c Depulsus. id est, inuentus seruus, & à domino vindicatus, vt ff. de offic. præto. l. Barbarius, & supra de test. l. 1. Vel dic de nouo factus est seruus ex ingratitudine, vel venditus ad pretium participandum, vt ff. qui & à qui. l. competat.

Præses. Absolutionem. vel æquipolens, 1 vt ff. de arbi. quid tamen, §. 1. & ff. de re iud. in summa. in prin. Sed in causa appellationis sufficit dicere bene appellatum, vel malè, vt videatur prima sententia cõfirmari, vel infirmari. vt infra de app. eos, in fine primi responsi, sed certè ibi videtur condemnare, vel absoluere illum, quem prior iudex damnauerat, vel absoluerat.

1 Hæc gl. vsque ad fin. sequuntur. Bar. Bal. & Ang.

e Non haberi. vt ff. de re iudi. l. 1. & ff. famil. ercis. l. in hoc iudicio. Accur.

Prolatam. CASVS. In causa, de qua cognoscere debebat iudex primo pronunciauit, & posteà lite contestata fecit partes iurare de causa, an valeat sententia, quæritur? Dicitur, quòd non, quasi contra formam iudiciorum prolata.

f Solitum iudiciorum ordinem. vt si non dedit in scriptis, vel si stando, vel si in turpi loco, vel si nõ cognouit de causa secundũ Ioan. Vel dic, quod non condẽnauit procuratorẽ quando debuit, sed dominum, vt supra eo. l. 1. secundum Azo. quæ exempla non placẽt: quia tunc non ordo est peruersus, sed solennitas est omissa. 2 Dic ergo quòd ordo iudiciorum est, vt offeratur libellus, lis contestetur, iuretur de calumnia. depositiones testium conscribantur & publicentur. Sententia scribatur, & à iudice proferatur, qui ordo si peruertitur, non valet sententia,

2 Et Bene Bar. Bald. Ang. Sal.

Imp. Antoninus A. Sextilio.

LEX II.

Si arbiter [a] datus a magistratibus cũ sententiam dixit, in libertate [b] morabatur: quamuis postea in seruitutem depulsus [c] sit, sententia tamen ab eo dicta habet rei iudicatæ auctoritatem.

Sentẽtia, quæ non continet condemnationẽ rei vel absolutionem, non habetur pro definitiua, h. d. Bal. vel sic: Sententia non continens condemnationem vel absolutionem rei, vel equipollens, est ipso iure nulla. h. d. B. & Sal.

Imp. Alexander A. Vectio.

LEX III.

Præses prouiciæ nõ ignorat definitiuam sententiã quæ condẽnationẽ, vel absolutionẽ [d] non continet, pro iusta non haberi. [e] Cal. Octo. Max. 2. & Æl. Coss. 224.

Vbi omittitur ordo substãtialis & necessarius, vel præposteratur, non valet sententia ipso iure. Bald. vel sic: Sẽtentia lata contra ordinem iudiciorũ est nulla, h. d. Bar. & Pau. de Cast. vel sic. Peruersio ordinis iudiciarii ipso iure vitiat senentiam.

Ijdem A. Seuero.

LEX IIII.

Prolatam à pręside sñiam contra solitum [f] iudiciorum ordinẽ, auctoritatem rei iudicatę non obtinere, certũ est. PP. 15. Cal. Ian. Alex. A. & Dio. Coss. 230.

Valet sententia lata sub modo, nisi per appellationem rescindatur, h. d. Bar. & Bal. Vel sic; Hæc lex habet duas lecturas, vnã quod loquatur in duabus instantiis, aliam, quo in vna. secundum primã lecturam summatur sic. Fideiussores per fiscũ exacti possunt petere coram eorum iudice, vt fiscus compellatur pignora principalis debitoris eis pro sua indemnitate tradere, h. d. & hæc lectura est uera, Sal. vel sic. Si sñia lata est sub modo valet, & seruandus, si non est appellatum, h. d. secundum Pau. de Cast.

Imper. Phili. A. & Phili. Cæs. Mont.

LEX V.

Cvm eorum, [g] qui principaliter fisco tenebantur bona [h] ea lege fideiussoribus procurator [i] tradi iusserit, vt ipsi indẽnitatẽ fisco pstarẽt, [k] nec à sñia eius intercesserit prouocatio, [l] consequẽs est datæ formæ [m] obtemperari.

Sñia lata in loco secreto, nõ in publico, nõ valet. Pet. & Cy. secundũ Bald. vel sic. Sñia, quæ nõ est lata in loco maiorũ, nec præsentib. officialib. est ipso iure nulla, B. vel sic; Locus incognitus reddit sñiam nullam, h. d. Iac. But. vel sit; Sententia lata ab ordinario alibi, quã in loco maiorum, non valet, Sal.

Imppp. Carus, Carinus & Numerianus AAA. Zoilo.

LEX VI.

Cvm sentẽtiam præsidis irritam esse dicis, quòd non publice, [n] sed in secreto [o] loco, officio P [p] † eius non præsente, sñiam suã dixit: nullũ tibi ex ijs, quæ ab eo decreta sunt, præiudicium generãdum esse constat. PP. 5. Cal. Decemb. AA. Coss. 254.

Præses concordiã suadẽdo nõ uidetur uelle actionẽ tollere nec põt, h. d. Bal. uel sic, uerba iudicis prolata, causę cognitione nõ præcedente, nõ habẽt uim sentẽtię. h. d. Bar. uel sic. Iudex suadendo concordiam non fert sententiã, nec actio-

Cvm eorum. CASVS. Fiscus habebat quosdã principaliter sibi obligatos, & quosdã fideiussorio vel mandatario nomine. fiscus cõuenit fideiussores, q petierũt sibi cedi actiões aduersus principalẽ, & pignora sibi tradi: si fiscus desiderabat sibi satisfieri ab eis: procurator fisci, qui cognouit inter fiscũ & priuatum, pronunciauit act. cedẽdam, & pignora tradẽda, an valeat sententia, quæritur? Dicitur, q sic, si a sententia non fuit appellatum.

g Cum eorum. scilicet debitorum.

h Bona. tacitè obligata, vt inf. qb. cau. pign. ta. contrah. l. 1. & 2.

i Procurator scilicet Cæsaris, qui cognoscit inter fiscũ & priuatum, vt sup. si aduersus fiscum.

k Præstarent. qd facere potuit, vt inf. l. 2. tit. 1. l. 2. & debuit, vt ff. de iure fisci. l. in fraudem §. qui pro alio. & infra de fideiuss. l. 2. erat aũt dubitatio, q a videbat sñia lata sub conditione à procuratore Cæsaris, s. si indemnitas fisco præstetur, sed nõ fuit conditio, imò modus, vel causa finalis, sed si esset conditio, lata teneret, vt ff. quando ap. sit. l. 1. §. biduum, & secundum hoc duo dixit, vel iudicauit, 3 scilicet fideiussores soluere, & bona rei eis dari à procuratore fisci, vel eis præstantibus indẽnitatem fisco.

3 Oẽs lecturæ sunt ueræ & congruunt literæ sm B. B. & Ang.

l Prouocatio. per fideiussores.

m Formæ. s. sñiæ.

Cvm sententia. CASVS. An sñia lata in coquina, uel in lupanari ualeat, quæritur? Dr, quòd non.

n Publicè. idest in loco publico.

o In secreto. i. ubi nõ consueuerunt sententiæ dari, saluo honore maiorum, 4 ut ff. de iusti & iu. l. pen. vel turpi, siue non idoneo, ut ff. de arbi. l. si cum dies, §. pen.

4 Et bene B. B. Cyn. P. Ang. & Sal.

p Officio. idest officialibus non præsentibus, sed hic subaudi

Et recte, subaudi maxime, nam si in publico idoneoque loco dixit, valere dico, licet non fuerit præsens officium, licet quidam exigant vtrumque. Et ad hoc quod de officio dicit, est 15. q. 7. episcopus nullus. vnde iudices appellationem huius terræ possunt dare ad domum suam in aliquo loco publico, vel honesto. Accursius.

1 non est necesse ui- si in nota- rio causa, qui acta cō scribat: l. ꝑ cipimus, inf. de appel. nisi cō suetudo aliud desi deret secū dum Bart. hic.

Ex stipulatione. CASVS. Frater tuus decem tibi promisit per stipulationem: cum non solueret, vocasti eum ad ius, & volebas eum conuenire. suasit tibi, vt fratrem tuum non conuenires, sed cum eo transigeres vel iniurias tibi intulit, nisi transigeres. An talia verba iudicis tibi præiudicent, quo minus act. tibi competentem possis intentare, quæritur? Dicitur, quòd non. sunt curanda talia verba iudicis. nec omnis vox iudicis est sententia, sed talis, quæ in se contineat condemnationem, vel absolutionem. Viuianus.

a. *Actione*. scilicet consanguineo contra consanguineum, Accur.

b *Certo iure*. scilicet acceptilatione, vel solutione, vel similibus modis, vt Insti. quibus mod. tol. ob. in principio. Accursius.

1 actionis tuam.

c. *Finibus*. condemnatione, vel absolutione, 2 vt supra eodem l. 3. & inf. eod. l. post sententiam.

2 Idē Sal. & Io. Fab.

d *Potuit*. vt obstet exceptio rei iudicatæ quasi ex iudicis sententia, ut inf. comminationes vel epistolas, l. interlocutio præsidis.

Libera. CASVS. Ancillā mihi vēdidisti, & tradidisti, quia eras debitor meus in decem ex causa mutui, eam in solutionem mihi dedisti, prouocauit in libertatem, & pronūciata est libera, qualiter mihi succurratur, quæritur. Respō. quod sententia ꝑ appellationem non suspensa nō rescindetur, sed in primo casu si tibi denunciaui, cum in libertatem proclamauit, agam ex empto ad interesse in secundo casu, agam ad debitum, act. pristina. Viuia.

e *Libera*. scilicet pronunciata quod est infra, & sunt ablatiui absoluti.

f *Denunciatione*. quæ est necessaria, ut de eius euictione agi possit, ut s. de euic. l. emptor.

g *Empti*. i. ex empto, nomine euictionis, quia satis euincitur, quæ in libertatem eripitur, ut inf. de euic. l. si statu.

h *Reddendum*. quod erat in specie.

nē tollit, h. d. Sal. *Vel sic. Verba iudicis suadētis, vel pronūciantis partes debere inuicem concordare, non habent vim sententiæ definitiuæ, quia nō definiunt cām, sed dimittunt eam in secreto, Pau. de Cast.*

Impp. Diocle. & Maximian. AA. & CC. Isidoræ.

LEX VII.

Ex stipulatione parta actione,[a] paciscī proximis personis suadēdo præses prouinciæ, verborū obligationē, quā certo iure[b] tolli tantū licet, extinguere nō pōt: nec vox oīs iudicis iudicati cōtinet auctoritatē, cū ꝑtātem sniæ certis finibus[c] cōcludi, sæpe cōstitutū sit. Quapropter si nihil cā cognita sm iuris rōnē tuā pnūciatū est,[1] † vox paciscī suadētis ꝑsidis actionē perimere (si quā habuisti) minimè potuit.[d]

Regressus mihi competens cōtra auctorē meū re euicta, non reddit sniam nullam. hoc primo, sed agitur actione ex empto, si fuit empta, sed si ī solutū data sit, agitur ueteri actione, h. d. Bald. uel sic. Sententia, per quam res euincitur, non rescinditur, nisi appellatione, sed ei, qui perdit, contra suū auctorem succuritur, h. d. Ba. uel sic. Regressus, quē habet sn̄iatus de euictione, agit diuersimodè, quia utili ex empto si pro pecunia res fuit tradita, uel primitiua, si species fuit in solutum data, h. d. Sal. uel sic: Sententia, per quā res euincitur, non rescinditur,

i *Non prohiberis*. s. actione antiqua, quæ adhuc superest, quia nihil videtur solutum esse, sed certè imò vā emptio in solutum datio, & sic vtili exempto noīe euictionis agi, vt ff. de pig. act. l. eleganter. circa princ. & inf. de euic. l. si prædium. quæ sunt contra. Sol. hic, eo pacto recepit, vt ita demum recederet à priore obligatione si res in solutū data liberè fieret eius, ibi nō. arg. ff. de sol. l. si qs alia. Vel ueriꝰ, distingue, an species pro specie in solutū detur, vt hic, an etiā res pro pecunia, vt in contrarijs.

3 Licet ista solutio diminet, tñ vera, & nō secundū B.

4 Hæc sol. se, licet cōtineat diuinationem secundum B. & Cyn.

5 Ista est verissima secundū oēs doct.

nisi per appellationē, licet auctor non fuerit ad eam citatus, tamen contra eum succurritur ad interesse si sibi fuit lis denunciata, h. d. secundum Pau. de Cast.

Idē AA. & CC.[2] † Licinio.

LEX VIII.

Libera[e] quidē[3] † Theodora, quam ex emptionis cā vel in solutum creditori tradi tā proponis, pronūciata, citra prouocationis auxilium sententia rescindi nō potest. Verum si mota quæstione, præmissa denunciatione[f] ei qui auctor huiusmodi mulieris fuit, iudicatum processit quā tī tua interest, empti,[g] & si emisti, vel ob debitum reddendū,[h] si in solutū data est, repetere non prohiberis.[i]

Snīa definitiua non pōt retractari, secus in interlocutoria. Bar. uel sic: Definitiua sētentia contraria super eodem, ab codē, uel à successore lata, ipso iure nō tenet, hoc primo. Quod semel decisum est ī possessorio, non præiudicat proprietati. hoc secundu. Interlocutoria potest per contrariam interlocutoriam reuocari, & corrigi, & mutari, h. d. Bald. Vel sic. Sententia definitiua super negotio semel deciso, nō ualet, nec lata in possessorio, preiudicat in petitorio, & interlocutoria nō definit, iō ī cōtrario imperio reauditur. Sal.

Iidem AA. & CC.[4] † Dōno.

LEX IX.

Post sententiam[k] quā

Post. CASVS. In causa, qua habebam cum Titio, iudex mihi condemnauit Titiū, in 100. vult postea mutare sententiā, quæritur an possit, vel ipse uel successores? Rñ. ꝙ nō. Sed vr̄, ꝙ possit, quia cū pro me iudex pronūciat ī causa possessionis, posteà in causa proprietatis pro aduersario: per consequens auocabit à me possessionem, & sic per posteriorem sententiam uidetur mutare primā. Sed non est uerum, quia cum pronunciat super ꝓprietate, pronunciat in alia. Vel dic, ꝙ diuersæ sunt causæ, causa ꝓprietatis, & possessionis. Item non obstat, ꝙ iudex potest mutare sententiā interlocutoriam, quia per talem sententiam causa non definitur. Vel pone casum aliter. vt in glo.

2 † Licinio.

3 † Theodora.

k *Post sententiam*. tria dicit hac l. Primum, ꝙ si iudex tulit sniam, & trāsiuit in rē iudicatā, ita ꝙ appellari nō potest, statuta uel iudicata postea sup eadē qōne ab eodē, vel ab eius successore, nō ualent, ut inf. sniam rescin. nō posse. l. j. & uñ prouo nō est nec. l. 1. Secundo obijcitur, imò vr̄ ualere secundo statuta, etiā ab eodem, ut si primo de possessione, & postea de proprietate inter eosdē bene dici de eadem iudicauit, cui respondet hoc modo, 6 & quæ iam decisa est, sed in hoc casu non est de eadem, nec decisa est quæstio proprietatis, licet sit decisa causa possessionis, ut infra si a non compe. iudi. l. si de proprietate. Tertio, adhuc opponis primo dicto de sententijs interlocutorijs, quæ mutantur, & sic ultimo statuta ualent, ut ff. de re iudic. l. quod iussit, & ff. de arbitr. l. dicere. Cui respondet, 7 quòd illæ non decidunt causam vllam, quia mutari possunt, sed primum dictum dicit de causis decisis per sententiam definitiuam. Plerumque autem ideo dicit, quia quando quæ definiuit, ut in causa momentaneæ possessionis, secun-

Iste text. reputatur sing. scdm Bar. hic ad hoc, ꝙ sicut emptor dēt denunciare uenditori litē esse motā, ita ille, qui recipit rē in solutū, tenetur denunciare tradenti.

4 † Donatio.

6 Sequitur eam Sal.

7 Idē Sal.

a Et male secundum quosdam, quia illa est diuinatiua secundum Bart. Bal. & Ang.

* Isto tex. reputatur valde sig. per Bald. hic.

a Ista est no. gl. sui Sal hi, 9 ponit exempla sententiae interlocutoriae.

2 † Titiano,

3 Idē Ba. & Pau.

r quae non mutatur per appellationem, vt insi. si de momenta. poss. fuerit app. l. 1.

a *Finibus certis.*] & absolutione, vel condemnatione, vt supra eodem. lege in stipulatione. Vel dic certis, quia iam appellari non potest.

b *De quaestione.*] id est, de possessione.

c *Statuta.*] neutraliter, & dicas statuta. s. per sententiam secundum: est autem, statuta nominatiui plura lis. & incipe hic constructum.

d *Auctoritatem.*] nā de alia nō ita. nam, & cæt.

e *Pronunciata.*] primo.

f *Proprietati.*] id est sententia secundo lata de proprietate.

g *Interlocutiones.*] 2 v. l. de iudicijs dādo vel de testib. producendis, vel pp iusiurandum repellendis. Item vt ad aliā prouinciam pro testib. recipiendis mittat.

h *Plerunque.*] dicit propter iudicem momentaneę possessionis. vt ar. infra vnde vi. l. momentaneæ & supra qui leg. pers. sta. in iud hab. l. momentaneæ, vt modo dixi. Vel aliter, quia illam sententiam dico definitiuam: pone exemplum in interlocutoria, quando quæritur possit esse testis, uel non; vel sit in possessione libertatis, vel non.

ADDITIO. Bar. hic intellige hūc tex. in interlocutoria, per quam tota causa deciditur: quia illa nō potest reuocari, sicut nec ipsa definitiua: exemplum in sententia iudicis, per quam obsoluit aliquem ab abseruatione iudicij, vel pronunciat non esse procedendum, vel se non esse iudicem, istam non potest reuocare, quia perimit causam principalem: sed si perimeret quandam causam incidentem, seu emergentem, optimè posset reuocare, qa adhuc durat iudicis officium in illa causa. vt l. dicere. ff. de arbit. & de pretor. stipul. l. 1.

finibus certis [a] concluditur, ab eo, qui pronunciauerat, vel eius successione, de quæstione, [b] quę iam decisa est, statuta [c] rei iudicatæ nō obtinent auctoritatem: [d] * nam nec de possessione pronunciata [e] proprietati [f] vllum præiudicium afferunt, nec causam vllam interlocutiones [g] plerunque [h] permittunt, S. Non. Apri. CC. Coss.

Qui non potest statuere, non potest relegare. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Menodoro.

LEX X.

NVlli, qui statuendi nō habet [i], facultatē, [k] interdicere patria cuiquā permittitur. [l] 3. Non.

Iussus de iurando non definit causam. h. b. Bal. uel sic: Sententia, quæ non condemnat, vel absoluit, uel ęquipollens, uim definitiuæ non habet. Sal. uel sic. Delatio iuramenti non habet uim definitiuæ. Vel sic. Delatio, uel iussus iurisiurādi uim definitiuę non hēt, nisi ulterius procedat definiendo, ratio, quia nō cōtinet condēnationē uel absolutionē, licet contineat quoddam pręambulum. Bal.

Ijdē AA. & CC. Lucianō. [3] †

LEX XI.

CVm iudex in definitiua sententia iusiurandū solūmodo præstari præcipiat, non tamen addat, [m] quid ex recusatione, vel præstatione sacramēti fieri oporteat, huiusmodi sententiam nullam vim obtinere, palam est. [n]

Sententia potest proferri Gracè & Latinè dicit glo. Gracè inter Gracos, Latinè inter Latinos. h d. Bald. vel sic: Ex Greco inter Graecos, & ex Latino inter Latinos potest ferri sententia. h. d. secundum Salic.

Impp. Arca. & Honor. AA. Iuliano procon. Asiæ. [2] †

LEX XII.

IVdices tā * Latina, [o] quā Græca lingua sententias proferre pñt. Dat. 5. Id. Ian. Cæs. [3] † & Amico Coss. 397.

Nō exemplis, sed legibus est iudicandum. h. d. secundum Bar. Bald. & Salic.

Imp. Iustinianus A. Demosthen PP.

LEX XIII.

NEmo iudex, * vel arbiter existimet, neq; consultationes, [p] quas nō rite iudicatas esse putauerit, sequēdum, [q] & multo magis [r] sententias [s] eminentissimorum præfectorum, vel aliorū procerū. (Non enim si quid non bene dirimat, hoc & in aliorum iudicum vitium extēdi oportet, cū nō exemplis, sed legibus [t] iudicandum sit) neque si cognitionales [u] sint amplissimæ præfecturæ, vel alicui [x] maximi * magistrat[x] * prolatæ sniæ: sed oēs iudices nostros veritatē, & legū & iustitiæ sequi vestigia sancimus. Dat. 3. Cal. Nouemb.

NVlli.] CASVS. Si magistratus, vel quis alius interdixerit tibi, ne amplius stares in patria tua, an valeat talis sententia, quęritur? Dicitur, quod non, cum nō habeat potestatem statuendi hic. Viuia.

i *Non habet.*] ordinariam, cum de imperio sit, vt ff. de offic. præsid. l. illicitas. §. qui vniuersas vnde delegati non potest, vt ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. l. 1.

k *Facultatem.*] sicut pedanei iudicis.

l *Permittitur.*] n que enim huiusmodi pœnæ imponuntur, vt ff. de interdict. & releg. l. relegatorum §. constitutum.

CVm iudex.] CASVS. Iudex in causa, quam habebam cum Titio, pronunciauit alterum nostrum debere iurare, nec sic dixit, absoluo te, sic iurauerit, vel cōdemno te si Titius iurauerit, an valeat sententia, quæritur? Dī q nō.

m *Addat.*] scilicet p. ius.

n *Palam est.*] hoc sm leges veteres, in quibus primo debebat ferri sententia, & postea præstari iusiurandum: hic autem iuserat primo præstari sacrām. & sic debet esse postea iudicare: & hoc præsentis' sm ius antiquū non pis, & nō valet, vt supra de reb. futuri, qa cred. l. gñaliter, in fi. futurū nō j. resp. & sic hæc cordisponit, tignur p l. gñaliter. vt l. Titia Vel dic, q statim, i cū testō. & post fieri potest. ff. de le. 2. vt hic, nō multo post B. B & Sa. vt ibi. Itē iuuat, cū * cōtraria si detulisset iudex sic, vt l. decre defero tibi iusm, & ta ff. & re. si iuraueris, dabo sniam, vel absol. fi. ū. q semp te sniam, vel absoluā. q valet & sic est con tra, ff qn app. sit l. 1. Sed §. l. iduū. Sed dic sm 1o. q non debet ferri sub conditione, vt ibi dicit, sextranea. s. si nauis ex Asia venerit, vel simili, pōt tamen ferri sub ea, q ex his pēdet, quæ in iudicio sunt.

o *IVdices Latina.*] inter Latinos, hæc Græca inter Græcos vt intelligātur, vt ff. de instit. actio. sed & si pupillus. §. proferri bere. Accurr. *

NEmo.] CASVS. An iudex, secūdum quod alius iudicauit in consimili casu, sententiam proferre debeat, sequendo talem sententiā, * quæritur? Respon. q non, etiam si esset lata a præfecto prætorio, vel ab alio magistratu, sed sm quod sibi videtur, sequendo leges, & iustitiā, iudicare debet.

p *Consultationes.*] id est responsa ad consultationes, data et à principe, qua sunt extra corpus iuris, vt hic, & supra de leg. & constit. l. 2.

q *Sequendum.*] neq; alias iuuandi.

r *Multo magis.*] scilicet quam a principe darentur. Accur.

s *Sententias.*] id est responsiones ad consultationes datas à præfectis.

t *Sed legibus.*] nota, vt in fine huius legis, & infra de accusatio. l. singuli, & ff. de offic. præsid. l. sed licet. & supra si cōtra ius, vel vtil. publ. l. fi. in fine. Sed arg. contra ff. de postulan. l. 1. §. casum. ibi, nunquid ergo, & magistratus.

u *Cognitionales.*] id est definitiuæ sententiæ, cognitionaliter causa examinata, vt addat prædictis.

x *Magistratus.*] nisi sint principis, vt ff. de leg. & constit. l. fin. in princip. quæ est cōtraria nisi tot sint sententiæ vt consuetudinem inducant, & tunc magis dicor sequi consuetudinem, quam sententiam, secundum Ioan. vt ff. de leg. & senatusconsul. l. si de interpretatione, & l. nam Imperator. Accur.

2 † Africa.

4 Falsum est, quia verbum condēno' pis. cū testō. cautionis. decreto. Latinam linguā tegit. hic agit & iudicibus datis. Illic sic ibi agit de ptoribus, aut alijs magistratibus creandis.

3 † Itaque datæ hæc subscriptio Casario, & Attico Coss.

* Cōcord. cū hac l. extra de cōstit. in gl. super verbo, suo sensu.

* No. hāc l. ad hoc, aresta supremæ curiæ non habet vim necessarij præiudicij. Forcatulus l sphe legali, putat etiā inter Latinas natio. Notat. n. Rogua Græca satisfa militaris fuit, ponuleas tertias Græcis verbis latas fuisse. l. 17. ff. ex quibus cau. l. 13. ff. 2 iure iur. & l. 2. ff. de pen. & Gallis.

CVm Papinianus.] CASVS. Si scholaris Bononien. conueniat ciuem Bononien coram potestate, & vel scholarem reconuenire, an possit allegare priuilegium, ite sub magistratuto recóueni, quæritur? Respon. quòd non, sed sub eo iudice, sub quo conuenit, sub eodem debet reconueniri.

Secundum iura Codicis fit iudex cōpetens per reconuentionem, qui non erat, & cessat exceptio incompetentiæ iudicis. h. d. Bald. Et finis istius legis est canonizatus. 3. q. 8. cuius in agendo. Vel sic. In causa reconuentionis habet locum exceptio iudicis incompetentis. Bald. vel sic. Actor potest nedum de eodem negocio, sed etiam diuerso reconueniri coram eodem iudice, non obstante, quòd aliàs non esset eius competens iudex. Salic. vel sic Si reus conuenit actorem, non potest actor opponere exceptionem iudicis incompetentis, quia postquam elegit iudicem pro se cōtra reum, debet etiam recipere contra se, & pro reo in vim etiam reconuentionis. h. d. Pau. de Castr.

Idem A. Demostheni PP.

LEX XIIII.

CVm Papinianus* sūmi ingenij vir in quæstionibus[a] suis ritè disposuerit, nō solum iudicem de absolutione[b] rei iudicare, sed & ipsum actorem,[1] † si è contrario obnoxius fuerit inuentus cō demnare,[c] huiusmodi sententiā nō solū roborandā,[d] sed ēt augendā[e] esse sancimus, vt liceat iudici, vel contra actorē[2] † ferre sñiam, & aliquid eū daturū, vel facturum pronunciare,[f] nulla ei opponenda exceptionè, quòd non cōpetens iudex agentis esse cognoscatur.[g] Cuius enim in agendo obseruat arbitrium, eum habere, & contra se iudicem in eodem negocio[h] non dedignetur.* Dat. 15. Calen, Decemb. Lampad. & Orest. VV. CC. Coss. 530.

IN AVTH. de executorib. §. fi. collat. vij. const. vij.*

Is, qui reconuenire vult, nō potest, nisi coram eodem iudice, & statim, non postea. Si igitur vult coram alio agere, expectet terminum litis primæ, nisi iudex sit recusatus, vt suspectus, & tunc fiet reconuentio corā subrogato. h. d. Bal. vel sic. Cotram eodē iudice ordinario, vel delegato debet necessario fieri reconuentio, & ante litē contestatā, vel statim postea, & iudicis recusatio permittitur, propter quam ordinarius associatur, vel alius delegatur. h. d. Salic.

ET consequenter[i] * ego ab aliquo conuentus, si vicissim ipsum pulsare velim: statim quidem hoc non licet, nisi apud eundē* iudicē,[k] qui, si displiceat,[l] intra viginti dies[m] recusari pōt,[n] aliusq; mereri, apud quē rursus vtrūq; negociū[o] vētilet. Alioquin[p] lite cōtra me motā, prius vētilata, & terminata, tūc demū & ego admittar.

a In quaestionibus.] idest in libro quæstionum, quem non habemus.

b Absolutione.] vel condemnatione.

c Condemnare.] licet non erat iudex actoris, & hoc si reconueniat reus actorem, non aliter, 1 vt ff. de edil. edict. l. ędiles. j. §. item sciendum.

d Roborandam.] dādo ei authoritatem.

e Augendam.] sed in quo auget? Resp. qa Papinianus permittebat reconuętionem ex eadem causa tantum, vt tutelæ, vel negociorum gestorum. Sed Iustinianus hic, etiā ex alia permittit. Item & in hoc, cū dicit, nulla, &c. Item in eo, quod rationem reddit, cuius enim, &c. argu. Instit. de ijs, qui manu. non poss. §. j.

f Pronunciare.] primitus satisfacto, & respondendo ei, qui prius appellauit, vt supra de po. l. pe. §. j.

g Cognoscatur.] fit enim illud, ex quo actor agit coram eo, etiam iure veteri, ut hic, & ff. de iudi. l. 2. §. sed etsi agant, & l. qui non cogitur. & ff. de iur. om. iud. l. si idem & ff. de procu. l. sed & hæ. §. nō solū, & ff. eū qui app. ī prouin. defen. l. 1. & 2. & arg. supra de rei vend. l. ordinarij, & supra de iu. l. nulli. Sed vr̄ hæc l. nō hēe locum, cum ipso iure fiat compensatio, quando hincinde debetur, ut Inst. de act. §. in bonæ fidei. Sed dic, 2 quòd non erat hic l. quidem. Item quia forte species ab altera parte petebatur, ubi compensatio locum non habet, ut supra de compen. l. fi. & ff. de pign. actio. l. si conuenerit. 2 in prin.

h In eodem negocio.] maxime nā idē & si de alio reconueniat reus actorē, ut dixi. Vel dic 3 verius, idem negocium dici, quia idē actor, reus, & iudex, licet sit alia res. & sic Instit. de actio. §. si minus. Alij dīt, 4 ꝙ hæc lex ēt per Iustinianum non permittit reconuentionem, nisi in eodem negocio. Sed auth. & consequenter, permittit in alio, & sic nō adijcit dicto Papiniani ſm eos: nisi in eo, quod dicit nulla, &c. & in eo, quòd reddit rōnē, cuius. n. &c. Itē no. quòd hęc l. dabat potestatem reo conueniendi actorem sub eodem iudice, sed si coram alijs uolebat, poterat. Auth. vero imponit necessitatē, vt donec ipsa causa pendet, nunquam sub alio possit. & ideo lege auth. & cōsequenter, &c. quæ est de execu. & de his, qui cōue. & recōue. §. fi. coll 7.

1 Et bene Bar.

* Concor. cum hac l. cap. cuius in agendo 3. q. 8.

1 † aucto- rem.

2 † aucto- rem.

2 Idem Bar. Sali. & Odof.

3 Ambæ sunt verę secundum Salic. & Ang.

4 Et male Bart. Bal. & Salic.

ET consequenter.] CASVS. Hæc auth. dicit idem, quod lex C. sed addit. Pone ergo sic. Titius conuenit me apud iudicem, volo eum reconuenire coram alio iudice, an possim eum recusare? Resp. quòd possum, & debeo aliū petere iudicem nobis dari. Si vero in principio causæ nihil dixit Titius, tunc debeo expectare, quod sententia detur, & causa terminata potero reconuenire Titium coram alio iudice.

i Et consequenter.] i. conuenienter additur in hac auth. ego conuentus, &c.

k Eundem iudicem.] sed q d si præiudicia li velim eū recōueni re, de qua non potest aliàs cognoscere, qa pedane* sit, ut su. de peda. iu. l. 3. in fi. Rñ. cognoscet & hic rōne cōuētionis, ut su. de iud. l. quoties. Idē vr̄, si de criminali velim recōuenire eadē rōne. Itē quid si recōuētus nūc vult iterū recōuenire primū cōuētū de alio, quā primo, vel quā reiecrā prū diceret? Vr̄, ꝙ ñ possit, cū aliud sit cōuenire, & aliud recōuenire, sicut aliud deferre iusiu, & aliud referre: cum deferēs primo iuret de calūnia, vt ff. de iureiur. l. iusiurandū. & ad §. qui iusiurandum.

l Displiceat.] sed cui? Al. dicit ēt reconuento, vt ꝙ nō pōt petere, p alium possit, ut ar. ff. q̄ res pig. ob. poss. Aristo. & su. de tēp. ī int. rest. l. petēdæ & de acq. hær. l. cū hrditate. Tu dic, 5 conuento, & non reconuento, cū ipse elegerit, ut sup. in l. cū Papin. & su. de si. cñ te. auth. offerat. & in pr. de iu. l. a prissimis. Sed Al. dicebat hāc l. cū Papinianus. loqui in codē negocio.

m Intra viginti dies.] aliàs triginta, hoc per auth. offeratur.

n Recusari potest.] loquitur ergo in delegato. Sed quid de ordinario? 6 Resp. idē, quòd habeat locū hæc auth. nam in corp. dicit tale quid factura apud gloriosissimum iudicem, licet non recusetur ordinarius, sed alius ei associetur, ut in Auth. vt diff. iu. §. si uero contigerit, coll. 9. Sed M. inducebat hoc pro se, vt ordinarius recusetur.

o Negocium.] sed quomodo hæc causa tractabitur? Respon. in proponendo, & allegando, & iudicando eadem, vel alia sententia seruabit ordinem, ut qui primo appellauit, præcedat in talibus, vt ff. de iud. l. qui prior. Accur.

p Alioquin.] i. si nolim eū reconuenire ab initio, vel parū post, 7 nā quæ incontinenti fiunt, inesse videntur, ut supra de pact. l. petens & l. lecta. ff. si cer. pet. & sic nō qñcunque ante sñiam, poterit reconuenire, ut hic, & in corp. in fi. vbi dicitur ex, arg. supra de compen. l. fi. Sed quidam dicunt 8 quandocunque ante sñiam posse fieri reconuentionem & exponunt hic alioquin, i. si nolim coram eodem, sed coram alio: vel alioquin, idest si displicuerit. Sed prima probatur etiam iure canonum: vt extra de mu. pe. cap. ex liberis. cum.

* Est arg. in c. significasti, cum gl. fi. extra de elect.

* Nou. ꝗ §. fin.

5 Et bene Bart. Bal. & Sal.

* Concor. glo. in c. extra de mut. petit.

6 Sequuntur eam Bar. Ang. & Salic.

7 Idē Bar. & Sal.

8 Et bene ſm Bart. & declarando tamē: vt hic pet.

Tertij

Tertij distinguunt inter delegatum & ordinarium, vt corã delegato incontinenti, sed coram ordinario quandocunque. Sed quando dicitur fieri incontinenti? Respond. ante apertos testes, vt dicimus in denũciatione euictionis. ff. de euict. l. si rem quam mihi. §. fin. vel statim post litem cõtestatam. quodam spatio interueniente ad arbitriũ iudicis, 1 qui arbitretur ante confessiones factas vel productiones testiũm, ut ff. de solu. ratum. Accur.

1 Idem Bal. & Sa.

Coniunctio copulatiua nõ debet poni inter ea, circa quę non potest vniformiter disponere. Bal. vel sic: Quãdo duo vocabula veniunt ad determinationem eiusdem verbi, debent intelligi, vt vniformiter operentur. h. d. Bart. Hæc lex in se est valde obscura, & habet varios intellectus. & h. d. secundum vnã lecturam. Quando vna determinatio respicit plura determinabilia, debet ea pariter determinare, etiam si subest ratio in contrariũ. Secundum aliã lecturam dicit totum contrarium. Quod quando subest ratio in contrarium, non determinat pariter, sed secundum quód congruit determinabilibus, quia textus est aliquãtulum obscurus. hoc dicit secundum Paul. de Cast.

Idem A. [1]† Iuliano PP.

LEX XV.

CVm solitum est in sententijs [a] iudicum sic interlocutionem proferri, vt non liceat partibus ante definitiuam sententiam ad appellationis vel recusationis venire auxilium, quidam putabant * non licere ante litem contestatam nec iudicem recusare, quemadmodum nec ab eo appellare. [b] cum enim simul vtrumque vocabulum ponitur tam appellationis quàm recusationis, prouocatio autem ante litem contestatam non potest porrigi, putabant, quòd nec recusare quidem iudicẽ cuiquam [2]† concedatur ante litem contestatam, quòd minimè vetitum est. [c] Caueant, itaque iudices huiusmodi sermonem simul & sine certa distinctione [d] proferre.

CVm solitũ.] CASVS. Potestas Bonon. delegauit te iudicem ad aliquam causam: & ita dixit, nullus recuset talem iudicem ante sententiam, vel ab eius sententia appellet: an possit talis iudex recusari, quęritur? Respond. quod sic, ante lit. contest. & appellabitur postquam tulerit sententiam.

a In sententijs.] scilicet interlocutorijs. vel delegatiuis, vt q. a. iudices ordinarij delegãt causam cognoscendam appellatione remota, & recusatione ante sententiã.

b Appellare.] ante vel post litem contestatam ante definitiuam sententiam, vt infra quorum appel. nõ reci. l. ante. & de appel. l. eos qui. §. super his. & supra de epi. aud. l. 2.

1† Ioãni.

c Vetitum est.] immo permissum est recusare, scilicet delegatum, sicut hic erat, vt sup. de iud. l. apertissimi. & de iurisdict. om. iud. l. nemo.

d Sine certa distinctione, &c.] debet enim uerbum appellationis post sententiã 2 accõmodari, & ante non, quia & sine tali prohibitione nõ potest appellari ante. recusatio uero bene potest fieri ante. & per delegantem remoueri. Sed & si simul ponatur, tenet positio, secundum Ioan. 3 scilicet ut recusationem prohibuerit ante sententiam quandocunque. & sic ante litem contestat. ut hic. secundum alios in nullo tempore tenet. & hic, secundum Ioan. subaudi, uetitum est, scilicet aliàs, sed iure canonico etiam appellari potest ante sententiam: ideo utroque remoto, potest causa committi, & remota appellatione tantum, etiam recusatio remoueri uidetur, 4 ut ext. de app. c. super eo uero. Sed ar. contra inf. ne liceat in una eademque causa ter. pro. l. 1. in fin. ubi innuitur, quòd non tollitur recusatio, licet remota appellatione sit causa cõmissa: sed ibi per legem tollitur appellatio. Sed qui iudices sunt isti, qui sic committũt, cum nulli permittatur nisi principi, ut ff. a quibus app. non licet. l. 1. in fin. quæ est contra. Respond. 5 hoc uerum est post sententiam, ut ibi. sed hic ante, ut dixi.

* Et male ui. Cuiac. 9. obs. 23

2 Imò intelligitur ut iudices remoueãt appellationẽ ante sententiã, sm Bart. & Sal.

3 Sequuntur Bart. B. & Ang.

4 Nihil ẽ sm Bart. B. & Sal.

5 Verũ est & mentũ retinẽda, sm B. & A. hic.

DE SENTENTIA, QVAE SINE CERTA quantitate profertur.

Specialiter dicit qualiter sententia non valet ratione incertitudinis.

TITVLVS XLVI.

De sententia quæ sine certa quantitate [3]† profertur.

Valet sententia de futuro, si dependeat à iure, quod est de præsenti. h. d. secundum vltimam lecturam hic positam in gl. quæ est vera secũdum Bar. & eã approbat & confirmat Paul. de Cast. vel sic: Hęc lex habet quinque lecturas in glossa: & quinta communiter approbatur, vt dubitabilior & literæ conuenientior, & secundũ illã. h. d. Sententia lata super futuro depẽdente à præsente, valet. Sal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. [4]† Aelianæ.

LEX PRIMA.

CVm iudicem [e] quo ad pecunia condemnationis soluta fuisset, de [5]† pendendis [f] vsuris legem dixisse actione in factum ex quadam sententia in qua damnatus fueras mihi in tantum. negabas iudicatum, iudex iudicauit iudicatum, & quantum sortis & usurarum nomine deberetur, sua sententia declarauit. Sed contra ff. de re. iud. l. post rem. ubi dicit nil quæri post sententiam. Sed dic quod ibi nemo contradicebat sententiæ, & dic quo ad pecuniam, &c. i. pro quo tempore debuisset condemnatio solui. Vel quinto dicas iudicem principalis causæ iudicasse de usuris futuri temporis donec solueretur sors. Et secundum hunc casum est contra ff. de usuris l. 1. §. 1. sed ibi dices quod ibi iudicis officio debebantur, hic per stipulationem. Vel hic in sentẽtia præcepit, ibi aliter in quadam interlocutoria. Item similiter contra hunc positioni ff. de iudi. l. nõ quemadmodum. Sed respond. illud tenere cum unum debitum est de futuro, hic autem cum plura menstrua, uel annua: unde bene fieri potest de talibus condemnatio, ut cogat omni mense repetere, uel super iure meo protestari. argumen. supra de præscrip. triginta ann. l. secunda, in fine. & argumen. ff. ad legẽ Aquil. in l. 1.

CVm.] CASVS. Petij a te centum, succubuisti, appellasti, iudex appellationis confirmauit primam sententiam, & præcepit vt præstares vsuras donec solueres 100. aureo. valeat sententia, cum certa quantitas vsurarum in sententia non sit comprehensa, quæritur? Respõ. quod tenet, alijs modis ponit vt in gl.

e Cum iudicem.] petebam a te centum, & condemnatus mihi fuisti, conuenit inter nos de præstãdis mihi certis usuris singulis mensibus, quibus ista centum retineres donec mihi solueres, stipulatusq; sum à te, stetisti per 10. menses, nec soluisti, egi apud aliũ iudicem cõtra te super usuris: hic cõdemnauit te super usuris præteriti tẽporis præstãdis, & hoc fuit iuris formam: nam de futuris nõ potuit, quia tractus futuri temporis nõ spectat ad iudicẽ, ut ff. de usu. l. 1. §. 1. Vel dic, quod debitor damnatus, frustratorie appellauit, quo casu currũt vsuræ medij temporis, vt ff. de usuris. l. tutor, in princ. & de re iud. l. fi. & de app. l. negotiorũ. Et nõ ob. inf. de vsu. rei iud. l. 3. quia illud obtinet, quia nõ currũt usuræ per 4. menses postquam sententia transiuit in rem iudicatã. Vel dic tertio, creditorem uictum appellasse, quo casu currunt similiter, cũ nihil noui sit faciendum, ut ff. nihil no. l. 1. & pendente primo iudicio currebant, ut sup. de iud. l. 1. & secũdum hos duos casus dic iudicem. s. appellationis. Vel quarto sec. aliquos, s. Bul. & Hu. & Vu. quod petebam a te 10. pro sorte, & 5. pro usuris

2† Cuidã.

3†. prolata est.

4† Aeliano.

5† Deest, de in manusc. Tene hanc lecturam.

f Dependendis.] idest de soluendis.

Quæ-

QVamquam. a CASVS. Debebas fisco 10. fideiussi pro te, conuenit me procurator fisci, dicens me promisisse seruare fiscū indemnē, procurator Cęsaris, qui cognoscit inter fiscum & priuatum, condemnauit me vt præstarem indemnitatem fisco. an sententia teneat, quæritur? Dicitur ꝙ sic, licet in ea non sit certa quātitas comprehensa.

a *Iussit.*] quod solū petebatur, ut pronūcietur indemnitatē præstandam, cū reus negaret se hoc promisisse, nec petebat actor iudicio pendēte certificari quantū esset damnū, sed solū pronunciari an ei esset promissa indēnitas, ut supra tit. 1. l. cum eorum. Sic ergo distingue, aut petitur certum, & tunc debet dari certa sententia, vt tñ sufficiat aliqua parte actorū contineri, ut infra l. prox. aut incertū, sed agitur hic vt iudex certificet, puta peto interesse, & iudicio pendente probo quātum sit, & tūc idem, in quantum tamē est possibile; vt institu. de act. §. curare. quęque enim non est possibile, vt in causa noxali, vel in alternatiuis, vel quādo in genere debetur, vt inst. de offi. iud. in princ. Item in iudicijs vniuersalibus pronunciatur incertum, ut hæreditas scilicet restituatur, ut ff. de re iud. l. ait prætor. §. 1. & si pars hęred. pe. l. 1. in fi. Itē in alio casu. ut ff. de rei vendi. l. quæ de tota. §. fin. Item in alio casu, vt insti. de act. §. si quis agēs. Sed quæro quo modo fuit curator iudex in causa sua, vt sup. ne quis in causa sua. &c. Resp. dic. sententia curatoris reipublicæ, i. pro nomine, s. reipublicæ data, & quod dicit in fin. iussi, scilicet procurator Cæsaris qui competēs iudex est, ut supra si aduer. fis. l. 2. Vel dic quod aliud est procurator reipublicæ, & aliud curator, curator enim est, quales sunt in hac ciuitate procuratores communis, qui pronunciant inter priuatos & rempublicam huius ciuitatis, & de tali republica dicit hæc lex. argu. ff. de publ. l. sed & hi. §. præterea. Vel dic sol. huius quæstionis, ut l. 1. lib. 11. de admi. re. publica.

Sententia an debeat semp esse certa.

Procurator & curator reipublicæ differunt.

profitearis, non contra iuris formam sententiam datam, palam est.

Sententia lata super libello non continente certā quātitatem, non opponente reo contra libellū, valida est de iure, dummodo contineat aliquod factum, quod in executione sententiæ poßit postea declarari. h. d. notabiliter secundū Bald. vel sic: Vbi petitur incertū, valet sententia incerta. Bart. vel sic: Si petitio & prosecutio est incerta, potest incerta ferri sentētia. h. d. Vel sententia qua pronūciatur indemnitatē esse præstandam, valet. Salic.

Imp. Alexander A. Marcellino.

LEX II.

QVanquā pecuniæ quantitas sententia curatoris reipublicæ non continetur, sententia tamē eius rata est, quoniam indemnitatem reipublicæ præstari iussit. [a]

Sentētia & mens iudicātis talis esse præsumitur, qualis & quāta ex allegatis & probatis cōcipitur. h. d. notabiliter secundū Bal. vel sic: Sententia quæ nō cōtinet certum per se, vel per relationē ad aliud, est ipso iure nulla. Bart. vel sic: Sententia non certa de se, nec per relationē ad acta, non valet. Salic. Vel sic: Quando petita est certa quātitas, nō valet sententia, nisi cōtineat certam quantitatem per se, vel per relationem ad acta. Paul. de Cast.

Imp. Gordian. A. Aemilio.

LEX III.

HAec sententia, omnem debiti quantitatē vsuris competentibus solue, [b] iudicati actionē præstare [1] † non pōt, cum apud iudices ita demū sine certa quantitate facta condemnatio, auctoritate rei iudicatę censeatur, si parte aliqua actorū [c] certa sit quantitas comprehensa. [d]

Licet causa dotis sit priuilegiata, intelligitur si cōstat de dote, aliàs debet reus absolui. h. d. notabiliter secūdū Bal. vel sic: Sententia nulla rōne incertitudinis, nō impedit aliā ferri sententiā. Bar. vel sic: Vbi sententia incerta est ipso iure nulla, non prohibetur iudex aliam certā proferre, etiam contrariam primæ. h. d. notabiliter. Sal.

Idem Augustus Saturninæ.

LEX IIII.

HAec sententia, Quæ bona fide accepisti, solue, [e] cum incertū esset quid accepisset, quantumque ab eo peteretur, præsertim cum ipse qui extra ordinem [f] iudicabat, interlocutus sit dotem datam, quæ repeteretur, non liquidam esse, iudicari auctoritate non nititur. Cum igitur [g] is qui postea iudicabat, [h] contra certam sententiam protulerit, neque à statutis prouocaueris, ipsa [i] tuo facto confirmasti [k] iudicatum.

HAec sententia.] CASVS. Petebam a te 100. iudex condemnauit te hoc modo, pronuncio vt soluas quicquid debueris, cum vsuris, non descendendo ad certam quantitatem, nunquid valet sententia? Dicitur quod non.

b *Solue.*] quid ergo si certa quantitas in actis contineatur: & sic pronunciauit, ut hic facit? Respond. non valet, vt ff. de arbit. l. quid tamen. §. Pomponius. licet hæc lex videatur velle contra, sed eam sic dicas intelligi, quod quantitatem certam, vel speciem, uel quod tantundem ualeat, comprehendat: vt quia dicat, condemno in omne quod petitum est, ut ff. de re iudica. l. ait prætor. §. primo, & l. in summa. Accursius.

c *Actorum.*] acta appellantur attestationes uel confessiones factæ rei solutio. Accursius.

d *Comprehensa.*] vel si non est possibile, vel si hoc non petitur, ut diximus sup. l. proxi.

1 † Alias parere.

HAec sententia. CASVS. Mulier soluto matrimonio propter consanguinitatem, vel quia habebat alium virū, vel uir aliā uxorem, repetebat dotem à viro; iudex pronunciauit sic, condemno te maritum ut restituas quod accepisti nomine dotis, an valeat sententia, quæritur? Dicitur quod non: vnde si alius iudex cognouit, & maritum ad certā quantitatem condemnauit, valet sententia, retractata prima, nisi fuerit ab ea appellatum.

e *Solue.*] quædam mulier repetebat dotem à marito suo, cum esset incertum quantum ille accepisset, quod etiam ipse iudex interloquendo dixit, non quidem valuit sententia sic prolata, solue quod accepisti. nil enim certum continet.

ADDITIO.

Aduertas, quòd Bar. hic intelligit hanc l. quando sententia fuit omnino incerta. Nam pronunciauit iudex, quod bona fide accepisti, solue. si enim pronunciasset hoc modo, condemno te ad restitutionem dotis, & constat eam te habuisse, licet non declaretur quantitas, uel qualis esset dos, ualeret sententia, sicut in petitione hæreditatis.

f *Extra ordinem.*] idest extra antiquam solemnitatem, ut Instit. de interdic. §. fin.

g *Cum igitur.*] bene infert, prima nulla, ergo ista ualida: nam si prima esset ualida, ergo secunda nulla, ut sup. tit. 1. l. post sententiam.

h *Iudicabat.*] ex appellatione, uel dic a capite: nam cum prima nulla fuit, non fuit necesse appellari.

i *Ipsa.*] scilicet tu.

k *Confirmasti.*] videris enim consentire, cum statuto tempore non appellasti, ut supra de postul. l. 1.

Ex quasi contractu 34
In lucro 38
Totale. 23
In damno.
Particulare. 24
Ex quasi delicto. 32
Ex cõtractu 33
Commodi 37
Certum. 21
Mutationis fori. 30
Honoris 36
Extra rẽ. 35
Infra rem 25
22
Cõmune 16
Mutationis personę 29
Singulare 17
Solius Affectionis 19
Actionis amissę 26
Conuentu. 20
Affectionis 18
Circa damnu. et expẽsa 27
Valoris. 46
42
Vltionis. 9
41
Pudoris. 45
10
Meroris. 44
In ciuilibus cõsistens 7
In criminalib. 8
14
Iudiciale. 15
43
Petibile 4
Proprie 13
40
Publicum 5
Priuatum 6
Petibile. 12
Interesse. 1
Non petibile. 39
Nõ petibile. 3
Inestimabile 2
Estimabile 11
RBOR SVPER INTERESS

commune dicitur, quod omnes canonicos ecclesiæ tangit. Si omnium præbendæ minuantur, eorum communiter interest: si præbenda vnius, specialiter. capit. cum omnes, & cap. cum accessissent, de constit. Innoc. in c. cum ecclesiasticæ, de except.

17 Singulare interesse est, secundum gl. si tua intersit propter affectum. verum enimuero, quia aliud est interesse affectionis solius, aliud est interesse singulare, vt latè declaro in repet. ideo Bart. sic definit. Et singulariter æstimatum, quod non admitto, vt dico in repet. Igitur ego sic definio. Interesse singulare est æstimatio vtilitatis singularis propter factum iniustum, vel cessationem iniustam prouenicns, vt commodaui codicem meum, quem habeo, & apostillis, & remissionibus, & scriptis refertum: si non reddas, non solum ad pretium commune teneris, videlicet ad tres libras Turonen. sed etiam ad meam singularem vtilitatem. Alia exempla tradit Specul. in tit. de interesse. §. viso. & ego ipse in glo. 1. Quærit aliquis, vsque ad quam summam possit peti. & tex. hoc dicit, vsque ad duplum, in casibus habentibus certis positis in repet. in glo. in verbo, dupli. in incertis damnum re vera datum reddi debet, ut hic, versic. in alijs. Qui sunt illi casus certi. Bart. hic dicit eos, qui habent certam quantitatem, vel naturam, respectu sui, vel adiuncti, ut si promittis mihi decem, respectu sui est certum. l. certum. ff. si cert. pet. vel ratione adiuncti, vt vendis mihi domum pro centum, respectu illius adiuncti pretij, dicitur cõtractus certus, secundum Bart. Fateor tamen, indigere declaratione regia in hoc regno, vel parlamẽtorum, ut dico in repet. Ego, salua correctione melius sentientis, intelligo casus habere certam quantitatem, siue sint certi numero, siue pondere, & mensura, de quibus in 1. Instit. quibus mod. contrah. obl. Siue sit quantitas continua, vt fundus decem argentorum, siue discreta, ut decem, quia certum est. Naturam verò intelligo certam, in rebus animatis, quibus a Deo indita est, certa natura per quam animal dignoscitur, & nobis est certa sua natura: vt bos, mulus, & cætera hoc genus animalia. Nam Deus indidit boui certam naturam, per quam a iumento differt: & certa est nobis sua natura, videlicet, quod est bos, non equus, vel aliud animal, vt etiam licet videre per Aristot. in libro de natura animalium. Ideo si promitto decem, casus certus est quantitate: si hominem, equum, bouemve debeas: & non tradas tempore præstituto, casus certus est natura: si promittas facere domum, casus est incertus, cum facta sint incerta, l. vbi autem, §. qui id quod. ff. de verbor. obligat. fusius deduco in repet. in glos. in verbo, quantitatem.

18 Interesse affectionis est, quod ex speciali affectu procedit, vt si seruum meum filium naturalem quis occiderit: ego ex affectione æstimo multo. Hæc affectio non auget condemnationem: sed quanti omnibus valet, inspicitur. l. si seruum. ff. ad leg. Aquil. l. fin. de oper. seru.

19 Notandum est, ꝙ duplex est affectio: vna, quæ est iuncta cum vtilitate, & hæc est æstimabilis commodo pecuniario. & ista bene consideratur, & auget condemnationem. l. videamus. §. 1. ff. de in lit. iur. vt in libro, cui multa ad scripsi: si aliquis eum retineat, nolens restituere: ex illa affectione iuncta cum vtilitate, iurabitur in litem, & duplum consequi potero, per hanc legem, ut dixi in gl. 1. an in iuramento in litem procedat hæc lex? Dicitur quod sic, licet collega contra, cuius fundamentis ibidem respon. Alia est affectio sola, quæ pecunia non æstimatur: & hæc non auget cõdemnationem. l. libertus qui soluendo, ff. de bo. libert. l. cũ seruus manda. Bal. in addit. ad Specu. in tit. de fructibus, & interesse l. 1. §. sed si rem. ff. si quis in fraud. patr. alia uide in d. gl. 1. tam in contractibus bonæ fidei, quam stricti iuris.

20 Conuentum est pretium conuentum, secundum gl. hic, quæ reprehenditur per Doct. ut plenè dico in repet. in glos. 1. ego igitur sic definio: interesse conuentum, est pecunia conuentione partium promissa, in defectum primæ conuentionis non completæ. Vnde si uendas mihi domum centum aureis, & si non tradas, promittis decem: si tradas, non potest agi ad decem promissa: quia conuentio est completa, secus si non tradideris, l. 1. argu. a contrario. ff. de act. emp. Ex hoc interesse debetur totum, etiam ultra duplum. §. alteri. Inst. de inu. stip. Bar. & communiter Docto. hic, quod fallit in octo casibus, quos pono in repet. in glo. dupli. ubi figo regulam cum ampliationibus, & limitationibus. Item quando interesse conuentum, seu pœna adijcitur, species debetur. l. Lucius. ff. de act. emp. Idem si facto. l. 2. §. item si in facto. ff. de uerb. oblig. secus si adijciatur dationi quantitatis, quia tunc in fraudem usurarum præsumitur apposita. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. cap. dilecti. de arbit. quod ampliatur in nouem casibus. & limitatur in septem, traditis in repe. in glo. 1. & an pœna conuẽtionalis possit excedere quadruplum, usque in gl. proferuntur. vbi trado regulam, quod sic, cum limitationibus. ibi licet videre.

21 Diuiditur hoc conuentum, in certum, & in incertum. Certum est, quando apparet quid, quale, quantumve sit, vt quando promissum est. Si non tradideris rem venditã, promittis decem. l. si. ff. de præt. stip. l. certum ff. si cert. pet.

22 Incertum est, quod per se non est liquidum, quid, quale, quantumve sit. l. vbi. ff. de verb. obl. l. 3. §. fin. de eo quod certo loco, & quomodo possit certum fieri, respondeo, officio iudicis taxantis in casibus incertis. Iacob. in l. fin. ff. si quis in ius voc. non ier. & in alijs casibus quos pono in repet. in glos. subtilitatem. vbi fusius trado practicam probandi interesse, vltra Doc.

23 Certum producit totale, & particulare interesse. Totale est, quod in totum debetur, vt si rem venditã non tradideris, ad totum, id, quod interest teneris. l. 1. ff. de actio. emp. & ibi Salicet. l. 2. §. fin. qui satisdare cogantur, vel totale debetur in casibus incertis: nam iudex in eis sine deminutione per suam subtilitatem reddi iubebit. vt hic, in versic. in alijs autem.

24 Particulare interesse debetur, si quis tradiderit rem, & non cauerit de euictione, & emptor alteri velit vẽdere, sed non potest tanti quanti si fuisset cautum, emptor aget non ad totũ, sed ad particulare interesse, quod patitur. l. ex emp. §. si. ff. de act. emp. & ibi Bar. & alij. l. si fundus loc.

25 Intra rem, seu circa rem, vel intrinsecum interesse, oritur ex communi. Extra rem, seu extrinsecum est illud, quod ex ipsa re prouenit, ut fructus, partus, & similia. Nouiter ego sic definio. Interesse circa rem, est æstimatio vtilitatis non habitæ culpa alterius, circa rem consistentis. Sic fere definit tex. in l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. & in hoc comprehenditur valor aureorum, vel augmentum, siue deminutio, l. cum quid. & l. vinum, ff. si certũ petatur. & hoc totum debetur, etiam vltra duplum. ut si mutuaueris mihi vinum reddendum in festo Paschatis, quod non reddis: valuit in mense Iulio, uel Augusto decem libras: teneris quanti plurimi valuit a tempore moræ. dict. l. vinum. & d. §. cum per venditorem, vide in glos. dupli. vbi formo regulam cum limitationibus, sequẽs doctrinam Bar. communem, respondensque fundamentis volentium singularem prosequi opinionem, & præcipue collegæ do. Alciat. & istud producit generationem.

26 Nam quoddã est actionis amissæ, quod competit, quando actio est amissa: tunc agam contra illum, si suo facto amissa sit, ad id, quod interest actionem non esse amissam. l. si eum §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.

27 Aliud est circa damna, & expensas. vt si damna vel expensas tua causa passus sim, contra te ad id agam. l. sancimus. C. de iudi. Clemen. prima. de rescr. Alber. in l. & si post tres. ff. si quis cautio.

28 Interesse iuris interitus: ut si dum iniuriarum contra te agerem, quidam me detinuit & impediuit, ne actionem illam prosequerer. & sic anno fuit amissa. l. si non conuitij. C. de iniur. agam ad id, quod interest, ratione iuris interitus. l. 1. & ibi Bal. ff. si ex noxali causa agatur.

29 Mutationis personæ est, ut si alienasti in potentiorem rem, quam a te petere volebam, potero contra te experiri actione in factum, quanti mea interest, ob personæ mutationem. l. 1. ff. de alienat. iudi. mutan. causa fac. plenius dico in repet. in glos. 1.

30 Mutationis fori interesse petitur, quando alienatur in clericum vel scholarem, res, quam petere volebam: & sic mutatur forus: agam ad id, quod interest ratione mutationis fori. l. si fideiussor. ff. qui satisd. cogan. & an cessiones scholaribus, uel clericis factæ valeant, dico in repet. in glos. 1. tam per Regis ordinationes, quam per iura.

31 Ex delicto aliud interesse prouenit. ut si furto instrumenta mea, per quæ debitum poteram probare, subtraxeris: propter quod quia debitum probare non possum, teneris ad interesse ex tuo delicto proueniens, l. Iulianus. ff. de act. empt. cap. si quis. 12. quæst. 3. & in delictis interesse etiam non excedit duplum. ut hoc tex. in uersic. & omnibus & dixi ibi in glo. licet collega teneat contra. cui respon. in glo. casibus: communem sustinendo.

32 Ex quasi delicto interesse, dicitur damnum ex quasi delicto alterius culpa proueniens, vt si officialis, seu alius sine causa.

cauſa me excommunicauerit. ideo durante excommunicatione non potui agere iure prohibente cap. intelleximus. vbi Pan. Alex. & de iud. quamobrem perdidi actionem, agam contra excommunicantem ad id, quod intereſt, ex ſuo proueniens quaſi delicto l. ex maleficijs. ff. de actio. & obligat. Card. in c. ſacro, verſ. quæro, an alio modo. de ſen. excomm.

33 Ex contractu, dicitur damnum emergens, ſeu lucrum ceſſans, ratione contractus proueniens, patet in l. 1. ff. de act. empt. dico plenius in repet.

34 Ex quaſi contractu, ut ſi quidam ſit electus prælatus, tenebitur ſoluere expenſas in proſecutione electionis factas, ex quodam quaſi contractu. c. vt præteritæ, de elect. Spec. in tit. de fruct. & intereſſe §. ii. ver. in ſumma. & ver. ex prædictis. & fuſius dico in repet. hic tantum declaro terminos obſcuros, propter iuuenes.

35 Extrinſecus, ſiue extra rem, eſt quod rei occaſione prouenit ſecundum Bar. hic. Vel æſtimatio damni emergentis, ſeu lucri ceſſantis, extra rem prouenientis, vt quia non tradidiſti fœnum tempore præſtituto, quamobrem equi mei fame perempti ſunt, extra rem eſt: & ſic non debetur regulariter l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. emp. Fallit in caſibus traditis in rep. in glo. dupli.

36 Et hoc gignit honoris intereſſe, quod competit, quando de honore agitur, qui eſt lucro pecuniario præferendus. l. Iulianus. §. ſed ſi varia ſi quis omiſ. cau. teſta. & poteſt agi non ſolum iniuriarum pro honore. Bald. in l. obſeruare. §. antequam. ff. de offi. procon. ſed & officium iudicis implorari. Ioan. Fab. in §. aliam, Inſt. de bon. poſſ. cum diſtinctione tamen, quam feci in repet. ubi plenius vide in gloſ. 1. & intellectum nouum ad l. iniuriarum. §. ſi quis in honoribus. ff. de iniur.

37 Intereſſe commodi eſt, quando de commodo agitur, vt hic, & hoc quandoque intra rem eſt, aliquando extra, vt potes cogitare.

38 Commodi intereſſe, aut conſiſtit in lucro, aut in damno. In lucro, quando debitor non ſoluit mercatori in nundinis Lugduni, ob id mercator ceſſauit lucrari, aget ad id intereſſe, quod in lucro conſiſtit. Et regulariter hoc lucrū ceſſans petitur. Fallit in multis caſibus traditis in repet. ad hanc l. gloſ. vlt. & Pet. de Ferra. in forma lib. el. in act. reali. in gl. & in Florenis. In damno conſiſtit, quando aliquis paſſus eſt damnum. no. in l. cum venditorem. C. de act. emp.

39 Aeſtimabile non petibile eſt iuſta alicuius vtilitas æſtimabilis, non petibilis, habita, vel non habita, ſine alicuius facto iniuſto, vel ceſſatione iniuſta. Bart. hic Primo dicitur iuſta, quia iniuſta non attenditur l. itaque. ff. de furt. Item dicitur æſtimabilis, ad differentiam inæſtimabilis, non petibilis, ad differentiam petibilis. poſtea dicitur habita, ut omnes caſus comprehendat, in quibus quis habet, quod ſua habere intereſt, & tamen non agit, vt ſi rem meam perdideam, intereſt, & tamen illud intereſſe non poſſum petere, licet poſſit æſtimari valor rei. l. nemo rem ſuam ff. de verb. obli. l. ſua rei, de contrah. emp. non habita, vt ſi ſartor, vel alius artifex veniat ad habitandum in proxima officina ſimilis artificis, illius intereſt, quia non tantum lucrabitur, tamen illud intereſſe non petet. l. liberto. negotiatori. ff. de oper. liber. vel ſic poteſt breuius definiri. Et eſt vtilitas, quæ æſtimari, ſed peti non poteſt. Plenius dico in repet. in glo. 1.

40 Hoc non petibile diuiditur, quia quoddam eſt, quo mediante nil petimus: aliud, quo mediante petimus. Primum eſt, quia mea intereſt non habere domum delectabilem, vel pulchram hoſpitam, omnibus propitiam, propter magnum numerum eam viſitantium: & amicorum concurſum. Id tamen intereſſe non peto, licet poſſet æſtimari, argu. non per gloſ. in verbo, vel officiendi, verſ. vel tertio dic. in l. 1. ff. de ſeru. vrb. præd. Alia exempla vide in tex in l. qua actione §. ſi in colluctatione. ff. ad l. Aquil. vide alia in d. glo. 1.

41 Et iſtud aliquando eſt ex cauſa probabili, ſed non honeſta, ut in fure, a quo ſubtrahitur res furtiua: nam licet ſua intereſt, quia ad reſtitutionem tenetur, tamen nō agit, quia cauſa eſt inhoneſta, & iniuſta, quia ex improbitate ſua actionem conſequi non debet. l. itaque fullo. verſic. ſed furti l. cū qui. §. is autem, in fi. illo tit. Limita, vt in repet.

42 Ex cauſa honeſta, ſed non probabili, eſt, vt ſi emi librū & antequam ſit mihi traditus, fur eum accipit, licet mea intereſt. & ex cauſa honeſta, tamen furti non agam, quia cauſa non eſt probabilis, id eſt a iure approbata, vt ante traditionem dominium habeam. l. traditionibus. C. de pact. glo. in l. manifeſtiſſimi, de fur. per d. l. cum qui, in princ.

43 Quo mediante petimus, eſt vt ſi quis agat actione populari, quia tua intereſt, illud tamen non petit. ſed eo mediante ad pœnam, ſeu vindictam agit. gl. rub. ff. de popul. actio. per totum. l. ſi vero. §. hæc autem. ff. de iis, qui deie. Iaſ. in l. eum qui. §. in popularibus, de iureiu. Idem ſi appello, quia mea intereſt, id tamen non peto, ſed eo mediante, ſententiā reſcindi, & male iudicatum pronunciari. l. eos. la premiere §. quapropter in fi. C. de appell. l. in ratione 1. in §. Imperator. ff. ad leg. Falcid. & illud eſt ex cauſa honeſta, & probabili, ut ſi res mea ſit a me furata, mea intereſt, & cauſa eſt tum honeſta, tum probabilis. Ideo furti agam. l. 1. & l. ſi is cui. ff. de furt. cuius intellectum in repet. trado nouum, & vide ibi.

44 Item eſt intereſſe mœroris, quia non tradidiſti fœnum tempore præſtituto, equi mei mortui ſunt, magnum habui mœrorem. Illud tamen non peto, ſed quantum tunc valuit. Bal. in l. cum venditorem. C. de actio. emp.

45 Pudoris intereſſe eſt, ſi ruſticus, vel alius vendiderit mihi vinum optimum Montiſpeſſulani, vel Perdices tradendas tempore conuiuij, & non tradidit, magno affectus ſum pudore. cum parum valeat conuiuium ſine bono vino, tamen non petam illum pudorem, ſed quantum valuit vinū id temporis, videlicet conuiuij. Doct. in l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem, ff. de actio empt.

46 Valoris eſt, vt ſi non tradas rem venditam, teneris ad id, quod intereſt, id eſt, quantum valet, & quandoque in plus. l. 1. ff. de act. empt. Alia multa tetigi in repe. quæ hic non tranſcribo, ſed volens plene hanc materiam attingere, perlegat eam, benique conſulat, ac Deum oret, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

SPES MEA CHRISTVS.

DE SENTENTIIS. QVAE PRO EO, quod interest, proferuntur.

Quia incerta sæpe fertur sententia super interesse, cū nō sit iudici certum in quantū possit, vel deat extendi interesse, vt pote cū et hodie multi dubitent, ideo cōpetēter post titulū præcedentem de hoc dicit.

*Vide Alciat. Donell. hic, Hotoma. 2. obseru. 10. & 11. Forcatulū Necio. 37.

TITVLVS XLVII.

De sententijs,* quæ pro eo, quod interest, proferuntur.

Ista lex est de difficilioribus totius Codicis, & h.d. Prolixitates antiquæ circa interesse cessant per hanc legem, & in casib. certis venit totum, quod interest, & habetur ratio lucri, & damni. h.d. secundum Bald. Vel sic; Interesse singulare æstimandum tam in lucro, quā in damno in casib. certis, nō excedit duplū precii conuenti, vel communis. In casibus autem incertis non excedit quantitatē ex legitimis probationib. per iudicem declarandam, cum pœnæ legales, & arbitrariæ sunt limitatæ, ne vitientur infinitate. h.d.

Imp. Iustinia. A. Ioanni PP.

LEX VNICA.

CVm pro eo,[a] qd̄ interest,[b] dubitationes antiquę in infinitū productæ[c] sint, melius[d] nobis visum est, huiusmodi † prolixitatem (prout possibile[e] est) in angustū coarctare.[f] ¶ Sancimus itaq; in omnibus casib.[g] qui certam habent quantitatē,[h] vel naturam,[i] veluti in venditionibus,[k] & locationibus,[l] & omnib. contractibus,[m] hoc quod interest,[n] dupli[o] quātitatem minimè excedere.

CVm pro eo. CASVS. Si Titius teneatur mihi ex aliquo contractu, aut ille consistit in dando, aut in tradendo, puta ex venditione ad tradendam rē vel ex locatione: aut faciēdo. Primo casu si nō fecit, q conuenit. i. si nō dedit, vel tradidit, tenebit mihi ad interesse, verbi gratia, puta interesse, seu pretium conuentū fuit 10. rei cōe pretium fuit 30. interesse meū singulare nō excedet duplum cōis interesse, & ita nō excedet 40. Scdo casu cū cōsistit in faciendo, puta quia debebat mihi facere domū, iste cōtractus dr̄ incertus, vbi factum qd̄ est in obligatione, incertū est, vt ff. de uerb. obl. l. ut non. §. id quod. An hoc casu, si Titius nō fecit qd̄ conuenit, possum petere totū singulare interesse, et si excedat duplū communis interesse? Resp. quod totum damnum, quod in re habuissem, resarciet, & lucrum, quod percipere potuissem, si domus facta fuisset, dum tñ probem. nec. n. simplici dicto meo crederetur, & si docerem q si domus facta fuisset, Rex Franciæ hospitatus fuisset in ea, uel Comitatū, uel dimidium regni sui mihi dedisset, non sum audiendus, sed debet iudex moderari interesse, non æstimando in infinitum, quia idem dicitur in pœna, ut conuentionalis præstetur, sicut partibus contrahentibus placuit, puta promisisti pœnam mihi centum, si non traderes. Digestum. Si vero pœna legalis petatur, puta conuenio te actione furti, in hoc casu conueniam te ad pœnam quadrupli, ſm quod lege statuitur. Et no. quod triplex dicitur interesse, conuentionale, commune, & singulare, de singulari loquitur hæc lex. conuenit, & præstatur conuen. similiter & singulare, si cut hæc lege comprehensum est. & est interesse singulare rei precium, uel est damnum emergens, & lucrum cessans, eo, quod non fit, quod fieri conuenit, uel sic dic casum. Cū agitur ad interesse singulare, refert, an agat ex certo contractu, an incerto? Primo casu non debet id interesse excedere duplum interesse communis. In secundo casu debet præstari quantum id sit, ita ut non extendatur in infinitum. sicut enim pœna conuentionalis certo fine concludit, similiter & legalis, nec ultra eas aliquid peti potest, sic & interesse singulare, certo termino debet concludi. & hæc sunt obseruanda tam in lucro, quam in damno, quia in lucro, quod petatur, versatur interesse.

a *Cum pro eo.* Ad euidentiam no. q triplex est precium rei siue interesse, qd̄ idē est dicere, 1 s. conuentionale de quo conuenit inter contrahentes, vt si tibi uendidi pro 10. Stichū. Item pretiū cōe, vt si forte idem Stichus cōi æstimatione valet 15. Item singulare, ut si tua interest pp affectionē 25. quia qnque fuerat tuus, & habes hoc, ff. de act. emp. l. 1. in prin. Dicit ergo hic, q singulare interesse, non excedit duplum interesse cōis: & sic in prædicto casu vsq; ad 30. potest ascēdere, non vltra, Tantus vero sic, & hoc est uerū in omnibus casibus, qui certam quātitatem, vel naturam hñt. Si autem incerti sunt, tunc totum singulare petitur, etiā si duplum communis excedat, dummodo plene probetur, nō autem simplici dicto petentis creditur, quantū sit. Et competenter prædicta statuuntur, cum & pœnæ legales, & conuentionales certis metis finiantur, prædicta autem considerantur non solum in damno, verum etiam in lucro.

1 Falsum est ſm Bal. hic.

b *Quod interest.* id est, super interesse.

c *Productæ sint.* sed quæ? Resp. an circa rem, vel ēt extra rem, vel in dāno tantū, vel ēt in lucro, quas tñ non hēmus.

d *Melius.* i. bonum

e *Possibile est.* q a plene diffiniri nō pōt, vt ff. de reg. iu. l. oīs definitio. nec mirū cū ei dari. vt ff. de reg. iur. l. quatenus. Dicere tñ potes, 2 q interesse est singulare rei preciū, ſm quosdā. Vel dic, interesse 3 est damnū emergens, & lucrū cessans ex eo, q aliqd fieri cessat.

2 Displicet B.B. & Sa. 3 Ista etiā nō placet Bar. & uid. de hoc per eūdem in 3. col. hic.

f *Coarctare.* vt antiqua quātitas cesset, 1 † & huiusmodi. ut int. ead. l. in fine. quem si hic iunge.

g *In omnib. casib.* Sed nōne meli9 dixisset, in oib. contractib. vt postea dicit in emptione & locatione? Resp. non, 4 quia & in maleficijs, & quasi, l. cu hēt Sed nec in obligationib. bñ dixisset, quia ēt officio iudicis sfulatur, vt in arbitrariis actionib.

4 Idē B.B. & Sal.

h *Quantitatem.* ut si debes mihi ex uenditione decem cados olei.

ADDITIO. Tu dic etiam idem in alijs rebus certis, secundum Bal. & est de mente Bar. & Sal.

i *Vel naturam.* ut si certam speciem, ut Stichum mihi debeas ex uenditione. Est ergo sensus, id est, quoties quod debetur, certum est quantitate, uel specie, ut ff. si cert. petat. l. certum. 5 Vel dic, quantitatem comprehendere utrumque ut ff. de legat. 3. l. quisquis. & de uerbo. oblig. l. cum stipulamur. Et naturam certam, ut si debet hominē, uel equum in genere.

5 Hoc non placet Bal. hic.

k *Venditionibus.* ut ff. de actio. emp. l. 1.

l *Locationibus.* ut ff. loc. l. si fundus, in fi.

m *Contractibus.* similibus alioquin contra est, quod sequitur, in alijs autem, & c. Sed qui sunt hi? Respon. illi. in quibus dicit lex, singulare interesse uenire, & certitudinem continent, secundum quosdam. Sed certe immo, & si hoc non dicat uenire singulare interesse, si modo incertitudinem continent illi casus, ut hæc lex dicit aperte, ut sunt omnes bonæ fidei, & quidam etiam stricti iuris, ut in arbitrarijs, in quibus iuratur in litē, ut ff. de in lit. iu. l. in actionibus. nam in his singulare interesse uenit, ut ff. de in lit. iu. l. 1. in fi. & l. 2. & ff. man. l. cum seruus. Item in maleficijs qui busdam, & interdictis, ut ff. de vi & ui arm. l. 1. &. interdictum 1. & statu possid. l. si duo. in fi. & alias ubicunque lex diceret certam rem debere tradi ex contractu, uel delicto, secus si diceret dari. quia tunc aliquod interesse non petitur, sed res omnino debet fieri stipulantis, ut ff. de uerb. obl. l. ubi autem non apparet. § si. nisi in contractibus innominatis, vbi debet res dari, ut ff. rer. per mu. l. 1. §. fin. & tamen interesse uenit, ut supra de rer. permut. l. rebus.

n *Quod interest.* s. singulariter.

o *Dupli.* scilicet interesse, seu pretij conuenti, secundum P. sed secundum B. idest, communis. Tu dic, 6 nec vnum, nec aliud, quod plus est, excedit ultra duplum, cum quandoque commune, fit plusquam conuentum, quandoque contra, quandoque etiam conuentum, nullum, & c. quia ex facto, uel contractu non uenit. Et no. triplex interesse, ut supra diximus, scilicet conuentum, commune, & singulare. Primum semper uenit, cum dicit prætor, pacta conuenta seruabo. Item secundum semper uenit in maleficijs. 7 ut consideretur etiam extra rem ut ff. ad leg. Aquiliam, leg. si seruum, & leg. inde Neratius & leg. sequenti & ff. de furt. inficiando, §. primo, & de condict. furt. leg. tertia, & in contractibus, & quasi, ut ff. ad legem Falcidiam pretia.

6 Idē Bar. Bal. & Sa. hic.

7 Nisi in casu le. Titius. ff. co. ſm Bar.

In quo communi venit damnum, non lucrum, vt ff. de dã. i. fec. l. Proculus. & de actio. empt. l. si sterilis. §. cum per venditorem. & de peric. & comm. rei vend. l. fi. nisi in casibus, quos iam notaui. Vel dic, hodie semper venire lucrum in communi interesse, cum & in singulari veniat, vt infra §. & hoc. Sic et hic autem interesse venit in his casibus, etiam quod l. Item in eo, quod dicit singulare non excedere cõe, vel conuentum vltra duplum, est cõtra ff. de actio. emp. l. ratio, alias datio. §. si per venditorẽ? Resp. B. ibi agit, quãti plurimi interfuit dumtaxat modo vsq; ad duplum. Item ei. Item est contra ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. si vero sciens. & §. item qui furem. Cui respondebat B. & M. quod illa dicit de interesse extra rem, hic circa rem, quod non placet. cũ

In alijs [a] autem casibus, qui incerti esse videnẽ, iudices, qui causas dirimendas suscipiunt, [b] per suam subtilitatem [c] * requirere, vt hoc, qđ reuera inducitur damnũ, [d] hoc reddatur, & non quibusdam [e] machinationibus, & immodicis peruersionibus, in circuitus inextricabiles redigatur, necdum in infinitũ cõputatio reducitur, ꝑ sua impossibilitate [f] cadat, cum sciamus [g] esse naturæ [h] congruum eas tãtummodo pęnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, [i] vel a legibus [k] certo fine conclusæ statuũtur. ¶ Sed hoc [l] non solũ in dãno: sed etiã in lucro nostra amplectitur cõstitutio, quia & ex eo [m] veteres [n] id, quod interest, statuerũt. Et sit omnibus, ſm quod dictũ est, finis antiquę prolixitatis huius cõstitutionis restitutio. Dat. Calend. Septembr. Constantinopo. post Cõsul. Lampa. & Orest. VV.CC. Cos. 530.

magis interesse, quod est circa rem, deberet excedere duplum, quam illud, quod extra rẽ. Tu dic, quod nullo modo sunt cõtra, quia duæ dictæ leges dicunt de cõi interesse, quod quantumcumque est, totum petitur, hic de singulari, & dictum commune, si petatur, quia res non traditur, non consideratur extra rem, vt ff. de actio. empt. leg. si sterilis. §. cum per venditorem. Si autẽ, quia male traditur, vel quia ipse venditor postea eam euincat, vel alius, uel quia postea in ea deliquit, totum petitur, & extra rẽ, vt d. l. de action. em. l. Iulianus. & l. tenetur, §. sed si uas, & ff. loc. l. sed addes. §. 1. & l. si fundus, §. fi. & §. 1. & supra de rei uend. l. quoties, & ff. de euict. l. venditor. Nec obstat in eod. titu. l. cum fundus, vti optimus. quia ſm P. loquitur, cum emptoris minus intererat, quam esset duplum pretij conuenti. Vel verius aliud, cum agitur de euictione actione ex stipulatu, quia tunc habetur respectus ad pretium conuentum, ut id debeat duplari, an actione ex empto, vt tunc consideret, quod interest tempore euictionis. Item nec ob. ff. de actio. emp. l. Titius, in fi. & l. seq. quia lex sequens corrigit illas. Alij distinguunt, 1 an singulare interesse promittatur ex certa scientia, & tunc quantumcunque sit petitur, vt in cõtrarijs, §. si per venditorem, & §. si vero, an non. & tunc non vltra duplum, ut hic arg. ff. si quis caut. l. sed & si qs, §. si quod nihil ad rem. cum hic agamus, quando sine speciali pacto debetur. Alij dicunt, quod non excedit duplũ. nisi post contractum res cœperit esse pluris, ut d. l. ratio. alias datio, §. fi.

a *In alijs autem casibus*. qui incerti, ut si ibi contineatur factum uel non factum, qui incerti sunt, ff. de uerb. obliga. l. ubi autem non §. id quod. & de reg. iur. l. qui non facit. in quibus agitur ad factum, uel interesse, ut ff. de re iudic. l. si quis ab eo. §. fi. & ff. de uerb. oblig. l. quoties quis alium, & est actoris electio agat præcise ad factum, uel ad interesse, vt ff. de oper. no. nunc. l. stipulatio. §. 1. & §. sine autem, in fi. §. & ff. de procur. l. sed & hæ, in fine. Sed fallit in casu procuratoris rei, ut in eo. tit. l. non cogendum. & hoc ibi factum est in obligatione, si autem tradit, non est electio actoris, sed rei, cum rem præstando liberetur ab interesse singulari, uel communi. Hoc tamen casu, cum tradi est in obligatione, dicunt quidam, si agitur principaliter ad interesse, totum veniat etiam ultra duplum. Si autem ad rem, tunc non ultra duplum, quod non placet. Item ubi est dandum in obligatione, tunc præcise ad dationem agitur, nisi in contractibus innominatis, ut supra diximus.

b *Suscipiunt*. per delegationem, uel ordinarie.

c *Subtilitatem*. & bene, nam aliud considerat in seruo, & aliud in libero.

c *Subtilitatem*. per probationem testium, uel instrumentorum, & hoc in contractibus, & etiam in delictis, vt ff. de in lit. iur. leg. 1. & ff. de eden. l. argentarius, & de regu. iur. l. quatenus. & Institu. de offic. iudic. §. fina. & ff. ad Aquil. pro inde. 1. & leg. si seruum. Sed hoc fallit, quando ratione delicti aduersarij mei, vt infra vnde in l. si quando. & ff. quod vi, aut clam. l. semper, §. in hoc interdicto. Item ratione contumaciæ aduersarij mei. s. in casibus illis iuratur in litem. Sed qualiter etiam de facto probabitur singulare interesse per testes? Respond. deponent duo testes, quod tantum cuiuslibet regulariter interesset, si quis haberet rem notam, nõ autem dicit, quod tantum sua interesset. Item nec est cõmune interesse, sed singulare omnium, qui haberent sic rẽ notam, non simpliciter omnium, quia tunc esset commune interesse.

d *Damnum*. & ita sine omni diminutione hoc præstatur, etiam si duplum cõmunis dicatur excedere, sed statim dicit infra cõtra. Sed dic, quod allegabat vana ꝑ interesse habendo, s. si habuisset equum, vicisset hostes, & si habuisset librum, fuisset factus sapiens, & rexisset, & multa lucratus fuisset, & quæ attendenda nõ sunt. Sed quare in incertis petitur totum, in certis non? Resp. 2 quia in certis facilius potest apparere cõmune interesse, & sic facilius, quod est eius duplum, at in illis non sic facile. Vel ideo, 3 quia facilius est alicui facere, quod conuenit, quam dare, cum difficulter quis de patrimonio det, ut ff. de probat. l. cum de indebito. & ideo mitius punitur in certis, scilicet ut ultra duplũ non excedat.

e *Non ex quibusdam*. hoc referunt quidam ad primum casum, tu referas ad secundum. * & dic, quod uana dicebat, ut modo diximus.

f *Impossibilitate*. quæ enim immensa sunt, cadunt, ut in Authent. ut deter. sit nucle. §. 1. collat. 1. & sic nota de infinitate vitanda, ut supra de sacrosanct. eccles. l. finali. Vel dic cadat, quia cum transiret ad infinitum, esset incertum, & sic sententia dari non posset, quæ debet certa dari, ut supra titu. 1. l. 4.

g *Cum sciamus*. potest hoc referri ad primum casum, sancimus, &c. hoc modo, merito non permittimus ultra duplũ quia eas pœnas, idest interesse. Vel sic merito nõ vltra duplũ permittimus, quia aliæ pœnæ legales, & conuentionales mitigantur. Potest etiam ad secundum casum referri hoc modo, merito mitigo, de non uana iudicantur, nam & pœnæ legales, & conuentionales mitigantur.

h *Naturæ*. idest, naturali ratione.

i *Proferuntur*. ex conuentione promittentium. Sed vsque ad quam summam poterunt peti pęnæ conuentionales, uel legales? Respond. quidam usque ad duplum, argum. huius legis. & ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. idem Iulianus. Alij vsque ad quadruplum, argumen. de sponsal. leg. mulier, in fine. & ff. de euictio. leg. si dictum. & Institut. de action. §. omnes. Tertij distinguunt, an scienter promissa sit pœna vltra duplum, an ignoranter, ut ff. si quis caut. l. sed & si quis, §. finali. Quarta est sententia nostra, ut distinguamus legalem pœnam, ut furti, quæ quadruplum non excedit, a cõuentionali, quæ si opponatur per hæc uerba, quadruplum, & quintuplum, & tunc idem, ut Instit. de act. §. omnes. Alias si certa summa, valet in infinitum, ut institu. de inut. stipulatio. §. alteri. & ff. de verb. obligatio. leg. stipulatio ista, §. alteri quibus dicitur inspici, quæ sit quantitas. Nam hæc dictio, quæ, non quantitatis, uel qualitatis, sed substantiæ est designatiua, & si est competens moderamen, quantum placet contrahentibus.

k *A legibus*. ut furti, & similes, quarum legalium nulla excedit quadruplum, ut modo dixi.

l *Et hoc*. s. hæc constitutio.

m *Ex eo*. scilicet lucro.

n *Veteres*. scilicet in specialibus casibus, ut ff. de eo, quod certo loco. leg. 2, §. fina. & locati, l. si in lege. §. colonus, & ff.

* Concordat glo. in l. si filij super verbo, cũ interesse & moderati. circa fide foro comp.

1 Omissis fol. gl. sol ne ſm Salic. quod ibi plus interrat pp factum emptoris, quia rem meliorẽ fecerat sumptu suo, iõ noluit lex, quod cõe interesse duplum non egrediet, ne alieno facto nimis uenditor grauaretur.

2 Placet Bar. Sal. & est demente Bal.

3 Displicet Bart. Bal. & Sal.

† Et bñ, quia cum i. casu fit de iure taxatũ, non potest dici machinatio. P. Rebuff.

* Imò ultra p §. alteri, ut fallit in 5. casib. traditis p Rebuf.

& ff. rem rat. hab. l. si commissa. & ff. ne quid in lo. publ. l. 2. §. merito. & supra arbit. tute. l. quicquid. Sed regulariter contra erat, quia lucrum non veniebat, ut ff. de dam. infec. l. Proculus. & ff. de peric. & commo. rei vend. l. pen. & ff. de actio. empt. l. si sterilis. §. cum per venditorem. Sed etiam hæc lex vult, quòd hodie fit generale, ut in interesse veniat etiam lucrum. Accurs.

ab eo, à quo non potuit, non valet sententia, & non est necesse appellari & ad hoc supra de pedan. iudic. l. prima, sed & inter milites potest, ut supra de iudic. l. certi. Accursius.

d *Ciuilibus.*] id est ciuilis iudex recognoscere debuit.

* Concor. cū legib. huius tit. ca. 1. cum gl. 2. extra de sent. & re iud.

TITVLVS XLVIII.

Si à non competenti * iudice iudicatum esse dicatur.

SI A NON COMpetenti iudice iudicatum esse dicatur.

Non solū prædictis modis est snia nulla, sed & si à non cōpetenti, &c. Et continua sic sm Azo. Quibus modis inefficax, vel nulla dicatur sententia à non competenti iudice lata, supra dictum est: sequitur ut videamus de ea, quæ nulla est, quia à non cōpetenti iudice est prolata.

Sententia a non suo iudice lata, est ipso iure nulla. h. d. Bal. vel sic. Delegatus ad certam rem de alia non pronunciat, quæ illi nō accedat, & pronunciando nihil agit. h. d. Sal.

Imp. Alexan. A. Sabiniano. [1] †

1 † Sabino

LEX PRIMA.

IVdex ad certam rem datus, [a] si de alijs pronunciauit, quam quod ad eam rem [2] † pertinet, nihil egit. [b] 3. Non. Maxim. 2. & Aelio Coss. 244.

2 † Specie.

Sententia delegati ab incompetenti delegante, non valet, etiam si delegatus sit magister militum. Salic. vel sic. Magister militum non potest pronunciare contra non militem, si non habet commissionem ab eo, sub cuius iurisdictione ille est. h. d. secundum Pau. de Cast.

Imp. Gordia. A. Liciniæ. [3] †

LEX II.

SI militaris [c] * iudex super ea causa, [4] † de qua ciuilibus [d] actionibus disceptandum fuit, non datus a quo dari poterat, cognouit, etiam remota appellatione, id quod ab eo statutū est firmitatem iudicati non habet.

I *Vdex.*] CASVS. Delegatus iudex in causa, qua petebatur fundus Sempronianus, si pronunciauit de Seiano, an valeat, quæritur? Dicitur, quòd non. Viuianus.

a *Datus.*] verbi gratia: Datus ad decem, & pronunciat super viginti.

b *Nihil egit.* nisi post litem contestatam aliquid in ea re contingat, ut ff. de ædil. edic. l. ædiles 1. §. itē sciendum. vel nisi incidēs fuerit quęstio, ut supra de ord. iudic. l. prima, & supra ubi, & apud quem. l. fin. in fi. Vel nisi ex consequentia, ut de expensis, vel fructibus, ut supra de re iudic. l. Paulus. nam ea videntur delegata, sine quib. commissum exequi non potest, ut ff. de procur. l. ad rem. & l. ad legatum. Vel nisi conuentus reconueniat conuenientem, ut supra de senten. & interloc. l. cum Papinianus. & authent. & consequenter. Vel nisi vtriusque partis consensu prorogetur iurisdictio de re ad rem, ut ff. de iudi. l. de qua re. §. 1. Vel de quantitate ad quantitatem. ut infra de appellationibus. l. fin. §. In prędictis autem uidetur cognitio ad delegatum pertinere, nam de delegato loquitur hęc lex. Accursius.

3 † Liciniæ, al. Liciniæ.

* Concor. cū hac gl. Cod. ad nām, de cōsuet. & c. at si clerici, de iudic.

4 † Eam causam.

S *I militaris.*] CASVS. Magister militum cognouit de causa, de qua debuit cognoscere iudex ciuilis, puta iudicauit inter priuatos, & delegatus fuit ab eo, qui non potuit eum delegare, nunquid valet sententia? Dicitur, quod non, nec necesse est ab ea appellare.

c *Si militaris.*] Magister militum cognouit de causa, de qua debebat cognoscere iudex ciuilis, & fuit delegatus

Delegatus ad causam proprietatis non potest cognoscere de causa possessionis, super qua non fuit delegatus. h. d. Bal. vel sic. Delegatio in petitorio non extenditur ad possessorium. Et pone casum, ut in fi. gl. tertiæ h. d. Salic. vel sic. Sententia lata super possessione non facit præiudiciū in causa proprietatis, ideo, ea non obstante, potest ferri cōtraria sentētia in cā proprietatis. h. d. Pau. de Cast.

Impp. Diocle. & Maxi. AA. & CC. Philetæ.

LEX III.

SI de proprietate datus [e] iudex aduersus te nihil super hac statuit: rector [f] prouinciæ aditus hanc cām cognoscere, suaq; decidere sententia curabit, cum & si quid de possessione pronunciatum probetur, hoc causæ proprietatis minime noceat. [g] S. Non. Nouemb. * Herc. & Cęs. Cos. 307.

Et in publicis, & priuatis causis sententia a non suo iudice lata non valet. h. d. Sal.

Imppp. Gratia. Valentinia. & Theodos. AAA. ad Pontium Vicarium. [5] †

LEX IIII.

ET in priuatorū [h] [6] † causis huiusmodi forma seruetur, ne quemquam litigatorum sententia non a suo iudice dicta constringat. [i] Dat. 10. Cal. Octob. * Rom. Ausonio, & Olyb. Cos. 379.

S *I de proprietate.*] CASVS. Si iudex datus, ut cognosceret de appellatione, pronunciauit super possessione, non valet sententia.

e *Si de proprietate datus.*] à præside.

f *Rector.*] delegatus.

g *Noceat.*] ut sup. de sent. l. post sententiā: Sed an lata in possessione valeat snia? Resp. sic secundum Pau. & Ioa. sic supra de iudic. l. nulli. Alij contra. Tu dic, si ita erat incidens, quod de proprietate nō poterat pronunciare, nisi de possessiōe diceretur, dicam eam tenere, ut in uti possidetis interdicto. ut Instit. de interdic. §. cōmodum. alioquin non, puta si cum agebatur de recuperanda, vel adipiscenda possessione. ipse fuit delegatus super quæstione proprietatis tantum ut hic fuit.

h E *T in priuatorum.*] non solum in fiscalibus.

i *Constringat.*] ut ff. de iurisdi. omn. iud. l. fi. & de iudi. l. 2. & supra quando. tu. post. l. neq. & supra de iur. om. iu. l. 3. & infra de excep. l. n. Ergo si quis excōicet, & postea appellet, non ut si proponatur debitor, et tuus iudex dic, qui iudicauit, extinguit iudicatū, & ille non est excōicatus, ut ff. ad Tur pill. l. 2. n. Nec obst. q dicūt quidam decretistæ, q snia excōicationis trahit secū executionem, quasi non possit iam appellari, quia & sententia ultimi supplicij trahit secum executionem, & statim serui fiunt, & ciuitatem perdunt, ut ff. de pęn. l. quod ad statum. & l. in seruorum. §. qui ex causa. & l. qui vltio. ubi de hoc, & tamen potest appellari, ut ff. de pęn. l. 2. §. si.

* Pro Herculio hic intellige Maximianū A. ita nuncupatum. Pro Cæsare, accipe Maximianum Galerium, qui cum Constantio Chloro fuit designatus Cęsar, quę sit supleda, est hęc ul. sera ptio hoc mō, Herc. V. & Cæsar 2. Cos.

5 † In cod. Th. addit, post alia. 6 † al. inci. pit. Nō tā tum in i. uilib. sed. & in priuatorū.

* Ex lib. 4. tit. 4. l. 1. C. Th. & concor. ad nost., extra de re iud. c. & capit. at si clerici, de iudic.

ADDITIO. Aduerta quod ista gl. loquens de excommunicato, dicit contra casum c. pastoralis. § 1. ext. de appel. Nec ob. sm Bar. hic, quod gl. dicit de sententia vltimi supplicij, quæ trahit secum executionem, sicut sententia excommunicationis, quia natura earum est diuersa: nam sententia excōicationis non est perfecta, sed dicitur conditionalis, seu medicinalis, donec quis purget contumaciam suam, vel emendet offensam, ut in c. cum medicinalis. de senten. com. lib. 6. Sed sententia ultimi supplicij est perpetua, & mortalis, ideo facilius permittitur appellatio. Videas latius de isto per Abb. in dic. pastoralis §. 1.

DE POENA IVDICIS, QVI MALE IVdicauit, vel eius, qui iudicem, &c.

Est etiam nulla sententia, si iudex corrumpitur: vnde dicit, quæ sit pœna corrupti iudicis, vel corrumpentis.

TITVLVS XLIX.

De pœna iudicis, qui male iudicauit, vel eius, qui iudicem, vel aduersarium corrumpere curauit.

Qui diffidentia iustę sniç in pecuniæ corruptelam prorumpit, litem perdit, siue priuata sit lis, siue publica, siue fiscalis. Bal. uel sic: Qui diffidentia iuris sui incorruptelā prorumpit, litem perdit. h. d. Sal. vel sic. Actor, qui per pecuniam corrumpit iudicē, vel procuratorē, seu aduocatum rei, perdit actionem, & sic causam, vnde reus debet absolui, etiam si actionem, vel ius habeat. Pau. de Cast.

Imperator Antonius Aug. ad Gaudium.[1] †

LEX PRIMA.

CONstiterit in quacunq; causa, siue priuata, siue publica,[a] siue fiscali, vt cuicunq; data fuerit pecunia, vel iudici, vel aduersario,[b] amittat[c] actionem is, qui diffidentia[d] iustæ sententiæ in pecuniæ corruptelam,[2] † spem negotij reposuerit. Da. 14. Calen. Ianuar. Duobus Aspris Coss.

IN AVTH. vt litigantes in exordio litis iurent. §. si quis autem ex litigatoribus, collat. 9. constit. 5.

Si corrumpens iudicē aliquo dato, vel promisso seipsū defert, et probat, veniam meretur, et iudex in causa ciuili tripli pęna punitur, in criminali oib. bonis confiscatis in exiliū datur. Et vbi deferēs nō probat, si delatus iurauerit se nō recepisse, liberatur, et deferēs, in æstimatione litis punitur, et nihilominus p si vera poterit de corruptela doceri. Et si delatus per iuramentum se purgare recusans vit, punitur, ac si contra eum probatum fuerit. h. d, Sal.

NOuo iure,* qui dicit se dedisse alicui, vel promisisse, & personam declarauerit, & hoc probauerit, veniam meretur.[e]

¶ Sed qui accepit,[f] vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit, dati triplum, promissi duplum a Comite priuatarum rerum exigatur, dignitate, seu cingulo amisso.

¶ Si vero criminalis causa fuerit, confiscatis[g] omnibus bonis in exilium mittatur.

¶ Sed si datum, vel promissum probare litigator nequiuerit, persona, quę dicitur suscepisse, iuret, quod neq; per se, neque per aliam personā accepit, aut promissionem habuit, & sic libera sit.

¶ Sed litigator, qui ostendere non potuit,[h] in causa pecuniaria æstimationem litis a comite rerum priuatarum exigatur, lite sustinente proprium euentū: In criminali, bonis omnibus confiscatis, causis apud competentē iudicem legitimè terminādis.

¶ Sed si persona a litigatore manifestata prædictum iusiurandum refutauerit,[i] memoratis subiaceat pœnis.

¶ Sed si quis litigantium iurauerit se non dedisse, vel promisisse, si intra decem menses post sententiam memoratam ostendatur dedisse,[k] vel promisisse, memoratis pœnis dantes, & accipientes subiacebunt.

Iudex corruptus famā perdit, & damna reficit. h. d. secundum Bal. & Sal. vel sic. Iudex, qui corruptus prece, vel precio dedit sententiam efficitur infamis, & tenetur parti, quam lesit, in æstimationem litis, hoc dicit, secundum Pau. de Cast.

COnstit t.] CASVS. Qui iudicem, uel aduersariū, idest procuratorem, uel aduocatum aduersarij per pecuniā corrumpit, cadit ab actione, quia talis uidetur de suo iure diffidere.

a Publica.] alicuius ciuitatis, ut supra de sacrosan. eccles. l. fi. Vel dic, id est, criminali. Accur. Flor.

b Aduersario.] id est procuratori, uel aduocato aduersarij, secundum antiquos: nā principali aduersario licet dare, vt supra de transact. l. fratris. nisi in casu, quādo per calumniam ageret actor, ut ff. de condi. inde. l. in summa. Item in criminali distinguitur, ut supra de transact. l. transigere. si accusatus dat accusatori, siue econtra, quod raro accidit, tunc cōdemnatur reus, si in cōfessione perfistat, ut ff. de quæst. l. 1. §. diuus & §. si quis ultro. Posset etiā intelligi lex ista, cū in pecuniaria causa do pecuniā aduersario principali, vt nō desistat a lite, sed vt patiatur cōtra se ferri sententiam.

1 † Cassiū, rect. ,ui p. stat ex Vlpian. in l. 1. §. fi. Dig. de calumnia vbi, ac et in l. 2. §. vl. ff. de cōd. ob tur. ca. huius constitutionis meminit.

2 † corruptelas.

c Amittat.] scilicet actor. Sed quid in reo? Dicunt quidam nō habere locum legem istam. Tu dic idem in reo, cum eadem sit ratio, equitatis, ut s. amittat ius defendendi, & sic causam amittat. Dic secundū B. ipso iure, quando est iudici data, ut in fra quan. prouo. non est necess. l. venales. sed per auth. meretur veniam, ut in auth. nouo iure, infra eod. Si autem procuratori, tunc valet nihilominus (ma) sed reus, cuius procurator est corruptus, habet doli exceptionē. ut ff. de doli excep. l. si procurator. & de iure fi. l. i. Actor vero agit antiqua actione. & si excipiat, replicabitur de dolo, ut ff. de do. l. cum a te. & sic verbum an... imitat, semel positum diuersimodè accipitur. Datur etiam contra corrumpentem actio de dolo ad impensas, nisi reus paratus sit subire iudicium, sub hac exceptione, si est collusium, ut ff. de dolo, l. & eleganter §. pen. Posset etiam dici, quod quando precium interuenit super ipso iure, non teneat: aliud si preces, ut ff. ad Treb. l. seruo inuito. §. cum prætor. Punitur et aliter hodie corrumpēs, ut in auth. nouo iure. hic posita, quia hic lege.

d Diffidentia.] sic & supra de postul. prouidendum.

* Nouel. 124. §. si quis autē.

NOuo iure.] CASVS. Hęc auth. statuit alias pęnas in iudice, q accepit pecuniā, quia si ego vere ro me dedisse pecuniā, nō punior, sed iudex in triplū eius, qd accepit. si aliquid ergo promissum fuerit, i duplū reddet, & priuabitur ptāte iudicādi, si cā erit pecuniaria, si criminalis. oia bona iudicis cōfiscā tur, & relegabitur. Si vero pbatū nō fuerit se accepisse, & iurauerit, liberatur. Si n iurat, punitur, ac si accepisset. & ego punior, qa soluo in Comiti priuatarū rerū, quātum erat in lite. Si vero causa est criminalis, bona mea confiscabuntur, si iuraui me non dedisse, sed non solū ego, sed iudex punitur, sicut supra dictum est.

e Meretur.] Nō parcitur sponte confitēti. sic inf. de iis, qui se de. l. j. lib. 10. & ff. de iu. fis. l. edicto. & ff. de alien. iud. mut. cau. fac. l. 3. §. fi.

f Accepit.] re ipsa.

g Confiscatis.] cōtra, in auth. vt nulli iud. §. fi. collat. 9. Sol. hoc speciale, ut i crimine leçç maiest. idē dī & in incestu, ut s. de incest. nup. auth. incestas.

h Non potuit.] Nō quē calumniari hoc ipso, q non probat cōtrariū, ar. ff. de adu. diu. iud. l. 1. Sed ar. cōtra. ff. ad Turp. l. j. §. 1. Sed ibi erat plena. q ex sola suspitione poterat accusare, vt maritus, ut ff ad l. Iul. d adul. l. quis. 2.

h Non potuit.] etiam est iuratum.

i Refutauerit.] sic supra de fi. instit. l. fi.

k Dedisse.] ergo hic permittit argui periurium contra regulam.

lam supra de rebus credit. l. prima. sed hoc, quia delatum fuit a iudice. & speciale est hic, ut & alias, ut ff. de iureiuran. l. admonendi. & hæc auth. est in Auth. litig. in §. si quis autem, collat. 9.

a De eo qui pretio. Superior lex de corrumpente, hæc de iudice corrupto dicit.

b Aut gratia. primo non valet ipso iure, ut infra quando prouoc. non est necess. l. venales. secundo valet, sed emendatur, ut ff. ad Trebell. l. seruo inuitum. §. cum prætor. Ac iudex infa cuetur.

1 † Existimationis talis.

c Æstimationis. id est non solum debet ei condemnari in æstimatione sumptuum, vel dispendij, quod ipse fecit in litem, sed & in æstimationem litis. Vel dic, qd patitur dispendium æstimationis, i. est, quia efficitur infamis. sequens non mutatur.

P. c. Pretium.

d Discriminis. i. dest periculi, & hoc per actionem in factum, vt instit. de obligat. quæ ex quasi malef. nascun. in princip. tenetur etiam lege Iulia repetund. ut ff. ad legem Iuliam repet. l. 3. & 4. quæ extraordinarie punit, ut in eodem titul. lex Iulia. §. hodie. Item crimine concussionis, ut ff. de concuss. leg. fina. Item & crimine falsi, quod pœnam deportationis, uel ultimi supplicii continet. ut ff. ad legem Corneliam de falsis l. prima, §. & qui iudicem. Item & edicto de calumnia, ut ff. de calum. l. 1. & 3. §. illud. An autem ille, qui dedit, repetere potest, habes ff. de cō dic. ob turpem causam, l. 2. in fin. & hoc cum dolo. si autem sine dolo, hoc est per imprudentiam, tunc tenetur actione in factum, in quantum bono iudici uidetur, ut ff. de uarijs cognitio. lege si iudex, siue paterfamilias, siue filiusfamilias erat iudex, ut ff. de iu. l. si filiusfa. &c.

2 † Reuocare.

Imp. Constā. A. ad Felicem.

LEX II.

DE eo, qui pretio [a] deprauatus, aut [b] gratia perperā iudicauerit, ei vindicta, quem læserit, non solum [1] † æstimationis [c] dispēdij, sed etiam litis discriminis [d] præbeatur. Dat. 8. Cal. Nouēb. Constantinop. A. 5. & Licinio CC. Coss. 312.

TITVLVS L.

Sententiam rescindi non posse.

Nemo potest suā, vel antecessoris sui sententiā reuocare: & si reuocat, non est appellare necesse. Bald. vel sic; Sententia, per quæ rescinditur propria, vel prædecessoris, est ipso iure nulla h. d. Bal. Vel sic: Reuocatio propriæ, vel sui prædecessoris sētentia, est ipso iure nulla, nec appellatio est necessaria h. d. Sal. Vel sic: Sententia diffinitiua valida non potest proprio motu iudicis reuocari. h. d Pau. de Cast. Sed remedijs proditis à iure sic, quæ ponuntur in glo.

Imp. Gordianus A. Secūdo.

LEX PRIMA.

NEque suam, neque decessoris sui sentētiam, quenquam [e] posse retractare, [2] † in dubium non venit; nec necess. esse ab huiusmodi decreto [f] interponere prouocationem, explorati iuris est. PP. Cal. Mar.

Exceptio peremptoria si non admittitur, sententia nō rescinditur, nisi restitutionis vel appellationis remedio. Bald. Vel sic. Exceptio perēptoria potest opponi ante sententiam, non postea, nisi ope restitutionis in integrum ratione ætatis. h. d. Sal. Vel sic: Exceptio peremptoria potest opponi, & probari vsque ad sententiam deffinitiuam, postea non nisi lata sit contra minorem, vel aliū, qui mereatur restitutionem in integrū, quia tūc competit restitutio contra sententiam, qua obtēta, poterit opponi. h. d. secundum Pa. de Ca.

Impp. Dioclet. & Maxi. AA. & CC. Alexandro. [3] †

LEX II.

PEremptorias exceptiones omissas initio agente, quā sniа ferat, [h] opponi posse, * perpetuum edictum [i] manifestè declarat. Quod si aliter actū fuerit, ī integrū restitutio permittitur. [k] Nam iudicatum contra maiores annis vigintiquinq; non oppositæ præscriptionis velamēto citra remedium appellationis rescindi non potest. Dat. 7. Cal. Ian. Nic. CC. Coss.

Rescripta post sententiam impetrata; ad rescissionem sententiæ non valent. hoc dicit. Bar. Vel sic. Non debet admitti rescriptum, per quod retractatur iam decisum. h. d. Vel sic. Virtute rescripti principis non retractatur sētentia legitimè lata. Pau. de Castr.

e Quenquam. ordinarium etiam, neque delegatum, nisi hoc fiat per in integrum restitutionem, ut ff. de minor. l. minor. cauit. a. §. fin. Item per supplicationem, ut supra de precibus imperat. offer. l. si quis aduersus. & in auth. quæ supplicatio. Item quando prima ipso iure est nulla, ut supra quo. mo. & quan. iudic. l. si præses. Item per appellationem, ut ff. ad Turpill. l. 1. §. fin. Item propter falsa instrumenta, ut infra si ex fal. instrumen. l. 1. Item propter falsos testes, secundum nos etiam, si nō sint corrupti pecunia, sed pretio P. contra. Item propter corruptos pecunia, ut ff. de re iud. l. diuus Adrianus. Item & in alijs casibus, in quibus licet opponere peremptorias post sententiam, ut infra leg. proxi. Item propter præuaricationem aduocati, ut supra de aduoc. diuer. iud. l. 1. Item hoc in deffinitiuis. Interlocutoria potest indistinctè, ut ff. de arbi. l. diem. §. fin. & ff. de re iudi. l. quod iussit, & ibi notaui & facit supra de senten. l. post sententiam.

3 Dic illā regulā utitur multiplici causa, ut per Alec. de Imo. in l. quod iussit, hinc ad leg. ...

3 Alexandro.

* Concor. Ioannes. ... um gl. ... verbo, huiusmodi exceptio. ... de ... in ... tra.

f Decreto. i. reuocationis.

g PEremptorias CASVS. Tenebar tibi in decem, fecisti mihi pactum de non petendo, conuenisti me, nec exceptionem pacti opposui, & succubui, an post sententiam possum eam opponere? Dic, quod non, nisi fuerim in integrum restituus, si sum maior, uel alias non appello. aliter. n. sub prætextu exceptionis non opposita nō retractatur sententia.

g Initio. i. ante litem contestatam.

h Ferat. sēn per emptoriæ, & quando dilatoriæ opponantur, est supra de proba. leg. exceptionem, ut licet tamen hic, qd postquam sunt dicta testium, ata. id est publicata dicta testium, opponi non potest, nisi debeat per confessionem, vel instrumenta probari. Alij dicunt nullo modo, & pro ei. ff. de iud. l. sed & si susceperit, in princi. & infra ad leg. Iul. de adult. l. quamuis indubitati.

i Edictum.] quod non habemus.

k Permittitur.] minoribus non maioribus. & hoc subijcit, nā. &c. sed in casibus opponitur peremptoria etiam post sententiam, quos no. supra de iur. & fac. ignoran. l. prima.

SENTENTIAM RESCINDI NON POSSE.

Non seruatis ijs, quæ necessaria in sententia, non valet, vt sup. eis seruatis, valet adeo, vt retractari non possit, nisi solitis modis.

NEque.] CASVS. An iudex sententiam suam retractare possit quæritur? Dicitur, quod non, nec eius successor: si secundo feratur, sententia non tenebit, nec ab eo necesse est appellare.

IMpetrata.] CASVS. Sententia lata inter actorem, & reum, si aliter impetrare voluerit, ut sententia rescindatur, an sit audiendus, quæritur? Dicitur, quod non, quia nec rescriptum, puta priuilegium

gium conceditur; nec concessum habebit effectum.

a *Impetrata rescripta*. vt sententia retractetur: nisi diceret non obstante sententia, vt argum. supra de test. aut. hoc inter liberos. & facit supra de transact. lege. causas. & sup. de erro. aduo. l. sententijs.

restitui? Et poterit dici probabiliter illos fructus lite iam mortua perceptos nequaquam restituendos.

e *Conuentionem*. i. libellum iudicialem, non dicit, quod ex tunc teneatur ad fructus, sed ex lite contestata, ut infra subijcit, & ex eo, &c.

DE FRVCTIbus, & litium expensis.

Quia in sententia facienda est mentio fructuum & sumptuum, ideo de his dicit.

HOc fructuum.] CASVS. Rem meā bona fide possedisti, & fructus percepisti, & sumptus in ea fecisti: si conueniam te rei vendi. ꝓ parte quid nomine fructuum contineatur lite contest. quaeritur? R nd. quod id, quod supetest deductis expensis. Vlt.

E *Hoc fructuum*. respōdet tacitæ obiectioni q. d. malæ fidei possessor tenetur de fructibus. sed intellige de ductis expensis, quia nullus casus, &c. vt hic, & ff. fami. ercisc. l. fundus qui. & solut. ma. l. fructus.

c *Quod superest*. q fiunt quaerendorum, &c. t vt ff. de pe. hęre. l. si a patre. §. fi. & ar. sup. de pe. hæred. l. restituenda. Et distingue hic, vt sup. de rei uē. l. certū. melius in l. ex diuerso. ff. de rei uēd.

LItigator. CASVS. Egi contra te rei vendi. & est sententia lata; non vis rem restituere. ad quid mihi tenearis, quęrit? Respō. ꝙ non solum ad rem, & ad fructus extantes, sed ad eos, quos percipere potuit ex tempore, quo res fuit deducta in iudicium per litem cōtesta. quæ dicta sūt vera, etiam in hærede mala fide possidente.

d *Litigator*. qui iam victus post conuentionem iudicialē rei incumbit alienę, non solum tenetur ad restitutionem rei, pro qua sunt quattuor auxilia, ut sup. de rei uē dica. l. a possidentib. & ad fructus perceptos extantes, aut ēt nō extantes, sed etiā ad eos, quos actor percipere potuisset ex tempore, quo res fuit deducta in iudicium per contestationem, ut hic. Vnde quaeritur, si lis triennio mortua fuerit, & postea adhuc actor anno, uel biennio cacuerit, an illius anni uel bienni debeant fructus.

1 † Cōcor. c. super literis cū gl. super verbo, literas dedisti m?. in ver. itē non val. t. extra de rescript.

2 † lidit.

b Concor. glo. super verb. fructuū, in c. grauis. extra de resti. spol.

3 † Alex.

Litigator victus, qui rem nō restituit, qualiter cōueniatur, & ad quid teneatur.

Imper. Constantinus A. ad Proculum.

LEX III.

IMpetrata [a] † rescripta [a] non placet admitti, si decisæ semel causę fuerint iudiciali sententia, quam prouocatio nulla suspēdit, sed eos, qui talia rescripta meruerūt, etiam limine iudiciorum repelli. Dat 6. Cal. Ian. Const. & Licinio AA. CC. Coss. 312.

TITVLVS LI.

De fructibus, & [2] † litium expensis.

Fructus debentur, deductis sumptibus Vel sic. Verba iudicis debent ad intellectū legū referri. vel sic. Quod iudex loquitur, ciuiliter loquitur. Bal. Vel sic. Condemnatus ad fructus, deducit sūptus Sal. Vel sic: Fructus intelliguntur deductis impensis factis gratia ipsorum quaerendorum & conseruandorum. h. d. Pau. de Cast.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. [3] † Alex.

LEX PRIMA.

HOc fructuum [b] nomine cōtinetur, quod, iustis [c] sumptibus deductis, superest 3. No. April. CC. Coss.

Post litem contestatam possessor tenetur de fructib. perceptis, & percipiēdis, & idem in herede eius. h. d. Bal. Vel sic: Factus malæ fidei possessor, per litem contestatam tenetur de perceptis, & de percipiendis, & vitium eius transit in hæredem. vel sic. Possessor conuentus reali, tenetur post litem contestatam de perceptis & percipiendis, quod obtinet etiam in eius hærede, h. d. secū. Sal.

Impp. Valens & Valentinia. AA. Olybrio PP.

LEX II.

LItigator [d] 4 † victus, qui post conuentionē [e] rei incumbit alienæ, non in sola rei redhibitione [f] teneatur: nec tantum fructuum [g] pręstationē eorū, quos ipse percepit, agnoscat, sed ēt eos quos percipere potuisset, [h] non quos eum redegisse constat, [i] exoluat ex eo tpe, ex quo res in iudiciū deducta, scientiā malæ fi. possessoris accepit. [k] ¶ Hæredis quoque succedētis [l] in vitium par habenda fortuna est. Dat. 7. Calend. Maii Treuer. Valen. N. P. & Vict. Coss. 369.

Post definitiuam sententiā nō est de expēsis tractandū, nisi iudex hoc in sñia reseruauit. h. d. Bar. Vel sic. Lata sententia, expirat officiū, & ideo fructus vel sumptus venire nō possunt, nisi in sententia sit expressum, nec potest a principe contrariū impetrari. h. d. Bal. Vel sic. Post sententiam diffinitiuā de sūptib. litis non debet retractari, nisi iudex sibi sententiā reseruauerit. h. Vel sic. Finita causa per sñiam definitiuā, vel per transactionem si non est facta mentio de expensis, non possunt peti, quia veniunt officio iudicis mercenario, quod non durat lite finita, nec possunt in iudicium principaliter deduci, sed si eorum facta mentio sit, quia fuisset facta condēnatio, vel fuisset reseruatum ius agēdi victori, bene possunt peti expensæ, licet non fuerint taxatę in sñia, quia taxabuntur in executione. h. d. tex. cū glo. secundum Pau. de Cast.

f *Redhibitione*. idest, redditione rei.

g *Fructuum*. extantium.

h *Potuisset*. actor, ut ff. de rei vēd. l. si nauis. §. fi.

i *Constat*. s. tantum.

k *Accepit*. Not. quod post litem contestatam efficitur aliquis malæ fidei possessor quo ad hoc, vt teneatur de fructib. perceptis & percipiendis, vt hic, & sup. de rei vend. l. certi: excepto tamen tempore quadrimestri, quo non veniunt percipiendi nisi ante litem incęptā fuerit in mora, ut ff. de usur. le. in fideicommis. bonæ fidei tamē quo ad impiendā vsucapionem permanet, ut ff. pro emp. l. 2. §. fi. Itē quo ad hoc, ut non teneatur de fatalitate, alias facilitate, vt ff. de petit. hære. l. illud. & ff. de rei uend. l. item si uerberatum. §. fin. & l. seq. Item quo ad hoc, ut faciat fructus suos, & vt acquirat ex operis serui, ut ff. de vsufr. l. qui scit. §. fin. nullo uero modo vt possidere quo ad effectum usucapionis, ut ff. de rei uendica. l. si post acceptum. Item quantum ad præscriptionē longi tpis cōplendam, ut supra de rei uen. l. more.

ADDITIO, aduertas ꝙ hoc, quod ista glo. dicit, de tempore quadrimestri, non habet locum in casu præsentis l. quæ loquitur in reali actione, tunc enim habet tempus iudicis officio, ut instit. de offic. iudi. §. 1. & not. infra tit. 2. l. fin. Et ideo, intelligas glo. ibi, excepto tamē tēpore, i., eo tempore, quod ei datur officio iudicis post sententiam. ita declarat Bart. hic.

l *Succedentis*. interpretatiue; licet bonā fide habeat, eo ipso, ꝙ defunctus habuit malam, ut hic, & ff. de diuer. & tēp. prescrip. l. cum hæres. & sup. commm. de usuc. l. fi. Et no. ff. de publi. in rem actio. l. si ego. §. partus Sed quidam dicunt, succedit, cum ipse similiter malam fidem habet. & facit supra de acquir. possil. vitio.

4 † Ex lib. 4. tit. 16. l. 2. C. Th. Litis cōtestatione atque efficietur malæ fidei possessor quo ad omnia.

tia. & l. nemo. & sup. de peti. haered. l. 1. & de condi. ex l. mala. & de rei ven. l. si fundum.

Terminato.] Primò dictũ ponit. secũdo excipit. tertio dictum probat. secũda ibi, Nisi iudex. tertia ibi, Post absolutũ Sal. CASVS. Petij à te decẽ & obtinui: quia iudex te condẽnauit, nihil exprimẽdo de expensis in sententia: an eas petere possim, quęritur? Respon. ꝙ non, etiã per principem: iudex tamen incõtinẽti quãdo sententiam dixit, s. toto eo die potuit te mihi in expensis condemnasse.

1 † Ex lib. 4. tit. 16. l. 1. C. Th.

a Transactoque.] scilicet per diffinitiuã sententiam.

b Praestetur.] vt ff. de re iudica. l. iudex. & l. cũ quaerebatur. & supra depositi. l. 4. & infra quando prouo. nõ est neces. l. fi. officio tamẽ petuntur, vt ibi, secundũ quosdam. Vel hic est terminatum: quia non est appellatum: vel si est, confirmata est.

c Cominus.] i. toto eo die: 1 vt ff. de re iud. l. Paulus.

1 Inepta est isthęc expositio, ideo dic rectius cominus .i. in praesentia & conspectu.

d Pronunciatione.] quando. s. scit, quot sunt reddendae. & sic taxat.

e Competere.] quod est, vbi nõ taxat quãtitatem, forte quia ignorat, & iõ dicit: Ego pronuncio, ꝙ oes sũptus, quos ille iurauerit se fecisse, tu restituas vel similia, puta dicit: Ego pronuncio te posse repetere sumptus, quos fecisti. si enim ita dixerit in sententia, etiã post plures dies poterit taxare. & cõdemnare in expẽsis. arg. ff. de sol. l. Modestinus. vt valeat haec sententia licet incerta: quia iudex aliter certificare non põt, & coram executore fiet certum.

2 † Valẽtiniani, & Marciani AA. constitu. Nouel. Martiani.

3 † Ex nouel. Martia. Nemi. exhib. de prouin. ad Comitatũ Expensarũ reseruatio qualiter fiat.

4 † Haec l. noster correcta per Nou. Iustinia. 112.

f Consurgere.] vt sup. de re. cre. l. si quis iusiurandum. & ff. de re iud. l. si se. §. ait pretor. & infra tit. 1. l. 2. Sed contra ff. de cõpen. l. quod in diẽ. §. si rationem. sed hic nõ conceditur actio proueniens ex materia primae litis: illi aũt concedit actio, quae diffinitiuae causae non attinet. Acc.

Impp. Honor. & Theo. AA. Asclepiodoto PP.

LEX III.

Terminato,[1]† transacto que[a] negotio, post hac nulla actio, neque ex rescripto super sumptuum petitione praestetur,[b] nisi iudex, qui de principali negotio sententiam promulgauit, cominus[c] partibus constitutis, iuridica pronunciatione,[d] significauerit victori causae restitui dere expensas, aut sup his querelã iure cõpetere.[e] ¶ Post absolutum enim dimissumque iudicium nefas est litem alienam consurgere[f] ex litis primae materia. Dat. 3. Cal. Apr. Constanti. Asclep. & Mario. Cos. 423.

Contra actorem non prosequentem vel defendentem litem vel perdentem, profertur sñia ob calumniam damnorum, & expensarum. h.d. Bal. vel sic. Calumnia actoris in criminali punitur poena simili: in ciuili vero expensis litis, et aliis dispẽdiis condemnatur. h.d. Sal.

Imppp. Valentinia.[2]† Theodo. & Arcad. AAA. edictum ad populum.

LEX IIII.

Non[3]† ignoret is,[g] cuius ex interpellatione aliquis[h] secundum datam formam[i] in longinqua protractus fuerit examina, ꝙ si culpa[k] sua fuerit dilata cognitio,[l] vel minimè actioni[m] suae affuerit, delata[n] nõ probauerit, pro calumnia[o] quidem poenam[p] luat legibus constitutam, pro pecuniaria vero causa post sumptus,[4]† considerata quantitate[q] postulatorum, vel medij itineris interuallo, condemnationẽ pro aestimatione iudicis sustinebit.[r] D. 5. Id. Octob. Constãti. Valen. A. 7. & Auieno. Coss. 450.

Hẽt duas lecturas, et secũdum primã hoc intendit: Priuilegiũ concessum super litis expensis in totũ vel in parte nõ agnoscendis, extẽditur ad aduersariũ propter aequalitatem seruandã in iudiciis secundum secundam lecturã: h.d. Victus victori condẽnatur in expensis, quas fecit, nõ in iis quę ex priuilegio remittũt. Bart. vel sic. In iudiciis debet esse aequalitas, & ideo rescriptum ad vnum litigatorum porrigitur ad alium. h.d. secundum Iac. B.

Imperator Zeno.[5]†

LEX V.

Constitutio praecipit, vt quiuis iudex in sententia sua iubeat victũ factos in iudicio sumptus praestare. Habet & pñtẽ iudex transcendẽdi sumptũ ad decimã vsq; partẽ eorum, quę impẽsa sunt, si eum ad hoc partis eius, quae sumptũ profudit, impudẽtia permoueri: ita vt ea, quae impẽsas excedũt, ad fiscales rõnes pertineat, nisi fortè iudex detrimentũ partis victricis sarcire volẽs, partẽ aliquã horum ei adsignet. Neq; tñ actor atq; reus in expensas condẽnantur, cum iudex vtriq. cõpetens est: verum ẽt cum non est iudex actoris cõpetens, qui tñ ex re conuẽtione victus sit, nec cũ iudicem recusare possit, siue à Deo praesides, siue dati à principe arbitri, iudices fuerint. Nam & hi suos executores & cõpulsores habent. Quod si iudex hoc nõ fecerit, ipse parti victrici damnum illud compensare cogitur. Si quis vero conuentus bona fide soluerit, aut actor lite destiterit, aut etiã iudex inueniat eum non calumniatorem, sed de re dubia litigantem, hic euitabit impensarum condemnationem. Manifestum est autem, quod in iudicibus pedaneis praeses, seu magistratus est, qui debet eis assignare officialem, seu apparitorem hęc tractantem, seu dirigentem. Dat. 7. Calend. April. post Consulatum Longini.

NOn ignoret.] CASVS. Habebam litem contra Titium in ciuitate Bonon. impetraui rescriptũ ꝙ ipse rñderet mihi Cremonae, quia ibi petij iudicem Titius multa expẽdit in itinere, i. aduocatis nec ego causam meã prosequor, & si causa est criminalis subibo poenam talionis, si pecuniaria, eõdem labor in expensis. Viuia.

g Non ignoret is.] scilicet actor.

h Aliquis.] s. reus.

i Formam.] i. rescriptũ a principe datũ, qd hodie fieri non det &c. vt sup. de di. la. auth. quod fieri.

5 † Cuiac. hanc l. restituit 12. obser. 21. sumpta est ex 3. Eccl. 7. c. 70. interpretatio Leuncl.

k Si culpa.] quod est eo ipso, ꝙ nõ procedit, cum dilationem habere non debet, vt sup. de dilatio. l. si quando.

l Cognitio.] fuit ergo lis contestata. sed nõ procedit vltra.

m Actioni.] alias actioni. & alias accusationi, & alias executioni.

n Delata.] repete minime.

o Pro calumnia.] praesumpta eo ipso, quod non probat, licet quidam contra, ut diximus supra de aduoc. diuer. iud. l. 1.

p Poenam.] si talis causa sit, quae calumniae vindictam exposcat, veluti criminalis: vbi est poena similitudo supplicij, vt infra de accu. l. fi. vel si contra clericum, vt sup. de episc. & cler. omnes qui. in fin. & hęc venit ad bursam fiscalem.

q Quantitate postulatorum.] i. eorum, quę petuntur. Et sic not. ꝙ secundum quantitatem petitam fiunt sumptus, ut insti. de action. tripli. Vel dic postulatorum, id est aduocatorum.

r Sustinebit.] in praedicti. l. vt hic, & su. de iud. l. properandum. §. & si quidem. & ff. de iudi. l. eum quem. sed hodie ubi viderit iudex neutrũ debere subdi onere expensarum: hoc ipsum sua sententia declaret,

a Res iudicatæ.] Pone, petebam 10. ex causa mutui. 10. ex causa legati & 10. ex alia. iudex tulit de 25. & omisit 5. non debet retractari. hoc verum est, nisi singulas partes non expressit in sententia.

b Litium finis.] quod esset iniquum, vt hic, & supra de transac. l. fratris. & accipe hic, nisi fuisset error expressus in sententia, vt ff. quæ sen. sine appel. l. 1. §. 1. & sup. dixi de errore calculi. l. 1. An autem & tunc valeat in ea quantitate, vsque ad quam nõ est erratum, quæritur? quod videtur, vt arg. j. de do. l. sancimus. in princ.

Si pecuniam.] CASVS. Pecuniam meam surripuisti, eam petij, in ea pœna mihi condemnatus es, si a sententia nõ appellasti, habere necesse stare iudicatis.

c Mala ratione.] puta vi.

d Iussi sitis.] per definitiuam sententiam.

e Prouocaueritis.] illico, vt & supra quomodo, & quando iudex. l. ab eo. & ad hoc supra eo. l. j. in princ.

f Inferre.] tam pœnæ quam rei furtiuæ. Accur.

Sub specie.] CASVS. Debeo 10. tibi, fecisti mihi pactũ de nõ petẽdo, & inde factum fuit instrumentum, si post rem iudicatã ipsum proferam, an rescindatur sententia, quæritur? Dicitur quod non.

g Sub specie nouorum.] idest allegatorum nouiter, vel inuentorum vbicunque, vel apud eundem, vel alium.

h Repertorum.] arg. sup. de transact. l. sub prætextu. 1.

i Restaurari.] cõtra specialem in causa fisci. ff. de re iud. l. Imperatores.

k Graue est.] & ideo nõ cõceditur, vt hic, & supr. de transac. l. sub prætextu. j. Hoc tamen fallit in causa publica, quæ reuocatur vsq; ad triennium, & etiam postea si præuaricatio arguatur, vt ff. eo. l. Imperatores, & infr. pe sent. aduersus fiscum. l. 1. lib. 10. Idem potest dici in ecclesia, vt in authen. de non alien. aut permu. rebus eccle. § alt. & ff. finimus. collat. 2. & in pupillari causa, vt j. de iure reipu. lib. 10. ... publicam. Idem dicetur etiam priuata causa retractari: vt ff. de in integr. rest. l. admonendi, quæ est contra. Sol.: ibi sub conditione fuit iudicatum, si iurauerit, antequam impleretur cõditionem retractaret, vt ibi, hic autem pure. & dic, vt ibi. Acc.

* Dic. q ibi fuit error expressus, hic uero nõ. Bart. & Sal.

1 † Aperto.

* Aptata fuit hæc subscripto q̃ sic habebat. D. 8. Idus Mar. sed falsa videtur, quia Gor. imperatorem ii fuerunt Cæsaris designati.

2 Idẽ Bar. Bal. & Sa.

3 Ista sol. nõ est vera Par. nã diuina secũdũ Bal.

Idem A. Pacatiano.

LEX II.

Res iudicatæ [a] si sub prætextu cõputationis instaurentur, nullus erit litiũ [b] finis. PP. Prid. No. Lęt. & Cere. Coss. 216.

Etiamsi sententia contineat pœnam, standum est ei, nisi appelletur. Bar. vel sic: Potest quis ad rem, & pœnã eodem libello conuenire, & valet sententia. h. d. Bal. vel sic: Sententiæ condemnatoriæ rei & pœnæ est parendum, si non est appellatum. h. d. Sal.

Idem A. Demetrio, & alijs.

LEX III.

Si pecuniam, quam mala ratione [c] intercepisse vos apparuerit, iussi sitis [d] inferre cum pœna, &, [1] † comperto præcepto præsidis, nõ prouocaueritis, [e] vniuersam quantitatem debetis inferre. [f]

Propter instrumenta de nouo reperta, nõ retractatur sententia tam lata. h. d. Bal. Sal. & Pau. de Cast.

Imp. Gordian. A. Antonino.

LEX IIII.

Sub specie nouorum [g] instrumentorum postea repertorum [h] res iudicatas restaurari, [i] exemplo graue est. [k] S. Prid. Id. Febr. Sim. CC. Coss.

Qui petit dilationem ad soluendum, sententiæ consentire videtur, & ideo appellare non potest, & si appellauit, videtur renunciare. h. d. Bald. vel sic. Qui petit dilationem ad soluendum, dicitur sententiam approbare, & appellationi renunciare. h. d. no secundum Bar. & Sal.

Impp. Diocl. & Maxi. AA. & CC. Valentino.

LEX V.

Ad solutionem dilationem petẽtem, * acquieuisse [l] sententiæ manifeste probatur, sicut eum qui quolibet modo sentẽtiæ acquieuerit. [m] Nec enim instaurari finita rerum iudicatarum patitur auctoritas.

Gesta publica perpetuam fidem habent in eadem instãtia, & in alia. Bald. vel sic. Acta publica faciunt fidem etiã mortuo iudice secundũ Bar. vel sic. Mortuo iudice, non pereunt acta publicã firmitatem habentia. Salic. vel sic. Acta iudicii semel publicata faciunt perpetuam fidem etiam mortuo, vel remoto iudice, qui de causa cognouit & publicauit, secundum Pau. de Cast.

Impp. Honor. & Theo. AA. Iuliano Procõsuli Africæ.

LEX VI.

Gesta, [n] * quæ sunt trãslata in publica monumenta, * habere volumus perpetuam firmitatem. [o] neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. [p] D. 3. Cal. Sept. [2] † Ro. Const. & Const. Coss. 414.

TITVLVS LIII.

De executione rei iudicatæ.

Exceptio nullitatis potest opponi in executione. h. d.

A Dsolutionem.] CASVS. Iudex condemnauit aliquem in certa summa, nec appellauit, sed ad satisfaciendum iudici dilationem petijt. an le ... itari possit, quæritur? Dicitur, quod nõ, quia videtur sententiæ acquieuisse.

l Acquieuisse.] secus si appellauerit, vel appellare potuerit.

m Acquieuerit.] expressim, vel taciturnitate 10. dierum & sic no. ex hac l. mirabilem præsumptionem. sic & ff. de pac. l. tale. §. qui prouocauit. & ad Mac. l. sed Iulianus §. fi. & infr. de iu. do. imp. l. 2. & supr. quod me. cau. l. secunda.

Gesta.] CASVS. Coram iudice dato ad causam, factæ sunt cõfessiones, attestationes receptæ, in publicam scripturã sunt redactæ, illo iudice mortuo, an possint illa gesta valere, quæritur? Dicitur, quod sic.

n Gesta.] idest acta apud delegatum, vel idest cõfessione partium & dicta testiũ trãslata &c. scilicet cum sint in actis redacta a tabellione coram iudice, vt faciunt quotidie. Vel gesta. i. acta illa in scriptis translata, facta. s. publicatione coram eo, apud quẽ fit publicandi facultas ar. sup. de testam. l. publicati. Et sit ita, si vna partium altera pnte, vel nõ, coram tabellione, qui attestationes scriptis iudicem ordinatium adeas, qui tabellionem interrogabit, si ita est, vt scripsit, vt cũ viderit, ita iubebit eum gesta inscriptis testibus appositis redigere, sicq; habebunt perpetuam firmitatem: aliter non cogitur quis credere gestis, secundum Io. imo etiam sine testibus ad hoc vocatis, cum semper ibi plures adsint, vt j. de donat. l. in donationibus. Vel tertio dic, facta publicatione in eadem instantia coram eodem iudice, uel successore, vt in princ.

o Firmitatem.] etiam si illa instãtia pereat, an autem inter alios? dic, vt dixi sup. de edend. l. is apud.

p Fide.] idest acta publicata non pereunt morte iudicis, imò & non publicata in eadem instantia, successor in eis del eat procedere, vt ff. de iudi. l. mortuo. & supr. de iud. prope. audum, § illo.

DE EXECVTIONE REI IVDICATAE.

Quia parum est sententiam ferri, nisi & lata mandaretur executioni, ideo de hoc ponit.

* Iste textus reputatur sing. secũdum Iud. Ro. in cõ ijs suis. consi. 9.

* Ex li. 16. tit. 4. l. 45. C. Th.

* Sic depositiões testium redactę i publicum instrumẽtũ habẽt perpetuam firmitatẽ, ve in c. significauit cũ gl. a. extr. de testib.

2 † Sic C. Th. al. sic legitur Sept. Constan. Cos.

Nimis.]

N*imis*. CASVS. Debebas mihi 10. iedex lite non cõtesta. vel attestatio nib. non au litis, nullo ordine iudiciorũ seruato, præcepit, vt pignora tua caperẽtur, & distraherentur, an recte fecerit quæritur? Dicitur, quòd non, sed primo intentanda erat actio, & lis super ea contestanda.

a *Rem iudicatam.*] ideoque reuocanda sunt, vt ff. de re iud. l. si cũ nulla. Acc.

1 † Perperam.

b *Ordine.*] iudiciorum, i. vt actionem dirigas, & sententia detur, ut hic. & infr. eo. l. si. & sup. de sen. l. prolatã. & de pact. l. si pacto quo pœnã. in fin.

S*I causam.*] CASVS. Petij à te 10. & obtinui, non appellasti vel in eã appellationis succubuisti, nec soluisti iudicatũ, an executioni mandari debeat, quæritur? Dicitur, quod sic per captionem, & distractionem pignorũ, nisi id, quod debebatur ex causa iudicati, in aliam obligationẽ esset trãsfusum per nouationem. Viu.

c *Nouasti.*] licet stipulatus es, & pignora acceperis, non tamen nouandi animo, vt ff. de re iud. l. si se. §. si ex conuentione.

d *Ad emolumentum.*] idest ad effectum.

e *Iubebit.* ut sup. de transf. l. si ex causa. & arg. ff. de preca. l. habet, §. cum quis. & sup. de iure delib. l. scimus. §. si vero post quam.

2 † al. Imp. Antoninus A. Maximo, & rectius, vt subscriptiones duarum sequentium legum ostendunt.

f *Experire.*] ut ff. de mino. l. minor 25. an cui.

O*Rdo.*] CASVS. Petij a te decẽ, & obtinui. pignora capta sunt & subhastata, sed fraude tua vel potentia, non est inuentus emptor, dabuntur mihi pignora in solutum, vt pro solido debito his cõtentus sim, licet minus valeant.

g *Ordo rei.*] Egi ad 100. & vici, & pignora capta sunt, & subhastata, sed nõ inuenitur emptor ꝓpter

Bart. vel sic. Executio ante sententiam non facienda. h. d. vel sic. Iuris ordine prætermisso, non valet executio. Sal. Vel sic. Ab executione non est inchoandum, sed primo debet de causa cognosci, & per definitiuam sententiam terminari. h. d. Pau. de Cast.

Impp. Seuerus. & Antoninus A A. Iustino.

LEX PRIMA.

NImis [1] † propere iudex pignora Marcellæ capi ac distrahi iussit ante rem iudicatam. [a] Prius est ergo, vt seruato ordine, [b] actionẽ aduersus eam dirigas, & causa cognita sententiam accipias. PP. 3. Cal. Feb. Albi. & Aemyl. Coss. 207.

Sententia habet paratam executionem, nisi sit nouata. h. d. Bart. vel sic. Exceptiones, & iura post sententiam superuenientia possunt postea opponi. h. d. secundum Batr. vel sic. Stipulatio nouans sententiam, illam tollit, & eius executionem impedit, & ex stipulatione quæ nouauit, lex agere permittit. h. d. Sal. vel sic. Sententia tunc habet executionem paratam, quando non fuit per stipulationẽ nouata, alias non petitur executio sententiæ, quæ sublata est per nouationem, sed agitur ex stipulatione nouante ordinaria via. Paul. de Cast.

Ijdem A A. Agrippæ. [2] †

LEX II.

SI causam iudicati non nouasti, [c] rem iudicatã præses prouinciæ etiam pignoribus captis ac distractis, ad emolumentum [d] perduci iubebit. [e] Quod si nouata causa est: ex stipulatu tibi actio competit, & iudice accepto secundum formam experire. [f]

Creditor in subsidium ad mittitur ad accipiendum in solutum pignora capta pro sentẽtia exequenda. h. d. Sal. vel sic. Non admittitur creditor ad emptionem pignorum, quę distrahuntur causa executionis rei iudicatæ, nisi in subsidium cũ alius nõ reperitur, uel minus offert. h. d. secundum Iac. Bat. vel sic. Si emptor pignorum non reperitur, creditor in solutum adiudicatur. h. d. vel sic. Si pignora capta in causam iudicati non reperiunt emptorem, factis subhastationib. dantur creditori in solutum. Pau. de Cast.

Ijdem A A. Agrippæ.

LEX III.

ORdo rei [g] gestæ, & moræ solutionis, quę intercessit, constantius [h] desiderat remedium. Si itaq. præsidẽ prouinciæ, qui rem iudicatam exequi debet, adieris, & allegaueri res soli, quę pignori [3] † datæ sunt, diu subhastatas [i] ex compacto [k] siue ambitione diuersæ partis emptorem non inuenire potuisse, in possessionem earũ [l] te mittet, [m] vt vel hoc remedio res tamdiu protracta ad effectum perducatur. Dat. Calend. Iul. 4 † Messala Coss. 215.

Publica stipendia non vẽduntur, nec in solutum adiudicantur, nisi in subsidium h. d. cum glo. Bal. & Sal.

Ijdem A A. Marcello militi.

LEX IIII.

STipendia [n] retineri propterea, quod condemnatus es, non patietur præses prouinciæ: [o] cum [p] rem iudicatam possit alijs rationibus exequi. [q] PP. 3. Non. Iu. Sab. 2. & Anul. Coss.

Nomen debitoris potest capi pignori in causam iudicati, secundum Bal vel sic, Ad nomen debitoris peruenitur in subsidium ex causa iudicati. h. d. Sal.

Imp. Gord. A. Amando. [5] †

LEX V.

ETiam nomẽ debitoris [r] in causa iudicati capi

fraudem victi interuenientẽ, dabunt ergo mihi in solutum, vt tñ habeã necesse pro toto debito esse contentus, licet minus valeãt, vt hic, & ff. de re iud. l. a diuo. §. si pignora, secus in conuentionali, vt j. de iur. do. imp. l. fin. §. sed si quidem. Põt tñ & aliter intelligi dictus §. si pignora.

h *Constantius.*] q̃. si per pignorum retẽtionẽ, vel vẽditionẽ.

i *Subhastatas.* i. p̃conizatas. sic & sup. si aduer. fiscũ. l. edicto.

K *Ex compacto.*] id est ex contractu malitiose habito.

l *Earum.*] rerum. vt habes de hoc titulũ specialem, si in causa iudicati pignora capta sunt.

m *Mittet.*] vt fiat loco secundi decreti.

S*Tipendia.*] CASVS. Miles mihi dẽt 10. ea petij, & cõdẽnatus est, nec soluit iudicatũ, an stipẽdia sua pignori sit capienda, quęritur? Dicitur, quod non. si alias habeat res ĩ q. b. possit fieri iudicati executio.

3 † Capta.

4 † Du. Messal. & Sab. i. Cos. sed falsa est subscriptio. Nam si Cos. fuere Antonino solo imperãte, & post Getę fratris cædẽ. sed falsa potius ẽ subscriptio, in qua nõ ijdẽ,) sent. Ant.) erit legendũ, vt supra l. 2. & ita ẽt in l. seq.

n *Stipendia.* scilicet militum idem in stipendis clericorum videtur.

o *Prouincia.* similiter nec priuata pactione possunt obligari talia stipendia: vt inf. quæ res pign. ob. possunt, l. spem.

p *Cum.* idest quãdo.

q *Exequi.* si ergo aliter non potest, & hæc capientur, 1 vt hic & ff. de re iud. l. commodis. quæ ponitur ut contraria.

1 Simile in ca. 2. cũ glos. super ver. reditib. extra de fideius.

E*Tiam.* CASVS. Hoc ordine sententia mandãda est executioni, ut primo capiantur mobilia, his nõ inuentis, pueniãt ad immobilia, deinde ad nomina: vt ff. de re iu. l. a diuo. Si ergo a te decẽ petuntur & condemnatus fueris, nec sit in q̃d iudicari possit fieri executio debitore excepto, in debitorem suum facienda est executio.

5 † al. Iã ẽ A. q vide tur rectius Nam Vlp. in l. a Diuo Pio. §. sic quoq;. de re iud. Antonino videt hãc constõnẽ tribuere.

r *Nomen debitoris.*] confessi demum, vt ff. de re iu. l. a diuo. §. sic quoq; iudices vt tñ primo ad mobilia,

bilia, secundo ad immobilia, postea ad nomina accedatur: vt ff. de re iud. l. a diuo, §. in uend. & inf. de prætorio pi. l. 1. & facit sup. qñ fisc uel priua. debi. sui de. exi. posl. l. 1. 2. & 3.

SI *vt proponis*. CASVS. Sententia lata inter actoré, & reú, & reo condemnato misit iudex executorem, qui exequetetur sñiam, an executor cognoscendo possit minuere quátitatem in sñia comprehẽsam, quæritur? Dr, q̃ non, nec ualet eius sententia.

Executio quo ordine fiet in bonis. Iudices aliqui possũt sñiam suá interptari. 3 † al. Extricata & præsente coss. ut in aliq. bus ucter. exemp. qđ erit recti. a. in legẽ hác tribuas. Antonino.

a *Executor*. loquitur de executore, i. nuncio, q. cognoscere nõ potest, nisi in causis vilioribus ex necessitate sibi facta commissione, ut ff. de iudi. l. si. Vel dic, q̃ loquitur in delegato ad exequendũ, & tũc ex ipse, nisi sit præses, uel procurator Cæsaris, qui possunt interpretari suam sñiam ĩ latam in melius, ut ff. de app. l. ab executore. & sup. si cõtra ius uel vtili. publ. l. & si cognitio, quæ est contra. Vel solue, ut ibi.

b *Nequaquam potest*. tum quia contra primam, ut inf. quando prouo. non est necesse. i. tum quia ad hoc datus non erat, ab ea tamẽ appellatur, sm H. ut inf. quorum ap. non re. ab executione. vnde videtur tenere, alioqui quod nullum esset, quomodo rumpi posset, ut ff. de iniusto rup. test. l. nã & si. & arg. ff. rem ra. ha. l. 3. §. si. & ff. de adi. le. l. seruus. quod non placet & in d. l. ab executione. excedebat modũ in exequendo hic autẽ nõ super principali cognoscendo.

* Concor. gl. in gl. su. p qõnum. su. p uerbo executorẽ circa prin. de offi. deleg. & c. de cętero: de sent. & re. iud.

SI *longis*. CASVS. Petẽ nam a te seruum, & obtinui, te existente in mora restituendi, decessit seruus, an ad æstimationem eius mihi tenearis, quæritur. Dicitur quod sic.

c *Restitutio*. quan. iudex post sententiam iussit fieri, scilicet seruos, & animalia. Accur.

d *Restituenda*. sic ergo duplicem effectum trahit secum hæc mora, scilicet de interitu, & accessione, ut hic, & ff. de le. primo. l. cum res. §. final. & ff. de petit. hæred. illud. & ff. de rei uendicatio. Iulianus primo.

a † Remota.

posse, ignotum non est. PP. 3. Id. Octo.[1] † Atti. & Pretex. Coss. 243.

Pronunciatio executoris nõ infirmat sententiam. hoc dicit secundum Bar. Vel sic: Merus executor de viribus causæ non cognoscit, nec pronunciat, nec pronunciatum valet. hoc dicit, & habet plures lecturas. Sal. vel sic. Merus executor non potest assumere partes iudicis, & de iustitia sententiæ cognoscere, vel pronunciare. h. d. secundum Paul. de Castr.

Imp. Philippus A. & C. Titiano.

LEX VI.

SI (vt proponis) rerum iudicatarum executor [a] datus partes sibi iudicis vindicauit, & contra ea, quæ pridẽ pro partibus tuis fuerunt statuta, aliqud pronũciandum putauit, sententia ab eo dicta vim rei iudicatæ obtinere nequaquam [b] potest.*

Interitus, & naturalis accessio rei veniunt in moram iudicii. h. d. secundum Bald. vel sic. Mortua specie debita, fit executio in æstimatione. h. d. Bar. vel sic. Condẽnatus, si moram committat, tenetur de interitu, & accessionibus. hoc dicit Salic. vel sic: Condemnatus, qui in soluendo moram commisit, tenetur de interitu rei, & etiam de accessionibus, idest fructibus, & reditibus rei, in qua est facta condemnatio. hoc dicit secundum Paulum de Castr.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. Theodoro.

LEX VII.

SI longis, apertisq; frustrationibus partis aduersę restitutio [c] [a] † remorata est: et seruis rebus humanis exemptis, à frustratore æstimatioeorum restituenda [d] est. Animalia quoq; cum fętibus tibi intercessu præsidis repræsentabuntur.

Executor est, qui rem dispositam mandat effectui. h. d. Bal. vel sic. Merus executor est, qui nullo discusso solum habet exequi: vt sunt apparitores, & nuncii communes. h. d. secundum Sali. Vel sic: Executor est ille, qui sententiam ritè latam ad effectum perducit. Pau. de Castr.

Iidem AA. & CC. Nicomacho.[3] †

LEX VIII.

EXecutorem* eum solum esse manifestum est, qui post sententiam inter partes, audita omni & discussa lite, prolatã, rei iudicatæ vigorẽ ad effectum videtur adducere.[e] Sine die, & Cos.

Conuicto debitore, & condemnato pignora capiuntur & distrahuntur, debito tamẽ tẽpore. h. d. Bal. Vel sic: Post lapsum temporis, quod datur iudicatis, debent capi pignora, & distrahi. Bar. Vel sic: Contra debitorem conuictũ, & condemnatum fit executio captis, & distractis pignoribus intra tempora à iure statuta. Sal. Vel sic. Tunc est petenda executio, quãdo reus confessus est, uel si negauit, cum est conuictus, & condẽnatus, & quando transactũ est tempus à iure præfixũ ad soluendum iudicatum. h. d. secundum Pau. de Cast.

Iidem AA. & CC. Glyconi.

LEX IX.

EOs, quos debitores tuos esse contendis, apud rectorem conueni prouinciæ, qui siue debitũ confessi, siue negantes & conuicti fuerint condemnati, [f] nec intra statutum & spatium solutioni

EXecutorem. CASVS. Quis dicatur executor, quæritur? Resp. quod ille, qui lite discussa, & sententia lata, ad finem producit id quod iudicatum est.

e *Adducere*. ita hoc titulo accipitur. alias dicitur nuncius, qui citat, ut Insti. de act. §. tripli. & sup. eo. l. si ut proponis. Idem vocatur apparitor, ut sup. de iudiciis, l. apertissimi. Idẽque dicitur causam præparans, ut in authen. de iud. §. audiẽo coll. 6. Idemque officialis, ut in authẽ. de defen. ciui. §. ex prouinciali. collat. 3. Idẽque dicitur catholicianus, ut inf. de bo. proscrip. l. pen.

EOs. CASVS. Si debitor meus cõfiteatur, uel neget se mihi teneri, & conuictus condemnetur, si intra quatuor menses non soluat quod iudicatum, est pignora capiẽtur, & distrahentur.

f *Condemnati*. hoc determinat utrũque præcedentiũ sm nos. s. confessi. & negantes conuicti. nam etiam in confessum dicimus sententia. ut ff. de cu. custo. reo. l. si confes. sus. Alij referunt tantum ad negantes. nã in confessum dicunt non dari sentẽtiam: ut dices infra de confes. l. 1. & facit sup. de act. & obl. l. negantes & de prohib. sequest. pe. l. 1.

3 † Agrippinæ.

* Concor. in ca. super qõnum. in uer. executorem. in prin. de offi. deleg. Sñia an detur in confessum.

g *Statutum spacium*. qđ est quatuor mensium regulariter, ut inf. ti. 1. l. 3. qñque tamen arctari iudex pdictum spaciũ, qñq; prorogat pro causæ qualitate, u. quantitate, uel personarum. obsequio, uel contumacia, sed perraro intra statutum tempus sententiam exequuntur, ueluti si alimenta constituuntur, uel minor 25. annorum sit ueniatur, ut ff. de re iud. l. 2. & si alias fieret abbreuiatio, quia non iusta causa abbreuiaret iudex, supplet lex usque ad quadrimestre tempus, ut ff. de re iudica. l. 4. §. si quis. Sed & de soluendo plerumque præcipit, ut soluat, ut ex tempore præcepti currant usura centesimæ. captio ergo fit post quatuor menses. Sed uenditio quãdo fit:? Respond. & hæc fit tunc statim, sicut & olim.

Sñia intra qđ tẽpus dõt executioni mãdari, & an per iudicẽ possit tps abbreuiari, uel prorogari.

satisfecerint: cum latæ sententiæ pignoribus etiam captis, ac distractis secundũ ea, quæ sæpe constituta sunt, meruerint executionem, iuris formam tibi custodiet. S. Non. Nouembr. CC. Coss. 529.

TITVLVS LIIII.

De vsuris rei iudicatæ.

Mora solutionis post sententiam, & quadrimestre tempus parit effectum vsuræ centesimæ. hoc dicit Bald. vel sic: Non obtemperans sententiæ post tempus quadrimestre, tenetur ad vsuras centesimas. h. d. Sal. vel sic: Pignora capta per executorẽ sententiæ, vendi debent non solum pro sorte, sed etiam pro vsuris centesimis, quæ cucurrerunt, lapso tempore dato iudicatis. hoc dicit secundum Paulum de Cast.

Imp. Antoninus A. procuratoribus [1] † hæreditatum.

LEX PRIMA.

IS qui bona [a] secundum dictam [b] sententiam [2] † prosequitur: eas quoq; rationes habiturus est, vt qui post legitimum tempus placitis nõ obtemperauerit, vsuram [c] centesimam [d] temporis, quod postea fluxerit, [e] soluat.

Non appellanti, a die sententiæ currit tempus quadrimestre, appellanti vero a die confirmationis sententiæ, & postea currunt vsuræ centesimæ, omni alia vsura cessante. hoc dicit Sal.

Imp. Iustin. A. Menę PP.

LEX II.

EOs, * qui cõdemnati solutionem pecuniarum, quas dependere iussi sunt, vltra quatuor menses * a die cõdemnationis, vel si prouocatio fuerit [3] † porrecta, [f] a die cõfirmationis suię cõnumerãdos [g] distulerint, cẽtesimas vsuras exigi præcipimus: nec priscis * legibus [h] quæ duas centesimas eis inferebãt, nec nostra sanctione, [i] quæ [4] † dimidiã cẽtesimæ statuit, locum in eorum persona habẽtib. D 7. Id. Apr. Constantinop. Decio Coss.

Cẽtesima vsura currit pro sorte, nõ pro vsura primũ contractus, & si fuerit in condemnatione deducta. h. d. Bal. vel sic: Quadrimestri tẽpore elapso currunt vsuræ legitimæ sortis tantum, & non vsurarũ, & dilatio, quæ datur reo, prodest fideiussori. Ba. vel sic: Vsura centesima debetur ex priore vsu a, licet in condemnatione cũ sorte sit deducta. h. d. vsq. ad §. & cũ antiquitas.

Idem A. Ioanni PP.

LEX III.

SAncimus, [5] † vt si quis cõdemnatus fuerit post datas a nobis [k] quadrimestres inducias, * centesimas quidem vsuras secundum naturam iudicati eum compelli soluere, sed tãtummodo sortis, & non vsurarum, quæ ex pristino contractu in condemnationem [l] deductæ sunt. Cum enim [m] iam constituimus [n] vsurarum

olim post duos menses, vt ff. de re iud. l. debitoribus, §. fin. quod satis dici potest, cum pignus venditur ex definitiua sententia... si venditur ex interlocutoria, forte expectatur per annum, vt sup. de præscrip. 30. ann. l. si quis emptionis, §. si vel per biennium, & vt in conuentionali pignore, vt in ita de iure do. impetr. ... Vel forte definitum est tempus in sententia constitutum, ... in fra de bo. auth. iu. ... l. fi. Vel forte iudex definit, arg. ff. de iure delib. l. 1. §. fi. & hoc in simplici actione personali, nã in reali statim fit executio, si statim restituere possit res, alioquin dat tẽpus ad restitutionem ... tũ de præstãda æstimatione, si res nõ restituatur, vt inst. de offi. iudi. §. & si in rẽ actũ sit. Nec obstat ff. de vsu. l. in si lei. cõmissi, quia ibi agebatur actione ex testamento, & sic personali, non rei vendicatione. Itẽ nec quod metus cau. l. si cũ ex. §. quod si homin. quia ibi agebatur actione, quod metus causa quæ personalis est. vt instit. de actio. §. præterea quædam.

[...] Notorium ... le pign. post ... mi... ex ... mora debitoris per creditorẽ ... re fert Alex. in d. l. debitorib. §. fina.

DE VSVRIS rei iudicatæ.

Quia primo uenit terminus soluendi ex sententia, quã soluat, ideo de pena imponenda moroso dicit.

[1] † alias heredum, al. hæreditatũ fisci.

[2] † Persequitur.

IS qui. CASVS. Petii a te decem, & obtinui, si intra quatuor menses nõ soluas, quod iudicatum est, elapso tempore quadrimestri, teneberis mihi ad vsuras centesimas, & hoc præcipiet sententiæ executor.

a *Bona.* i. debitoris condemnati.

b *Secundum d.* Tam. ... per prolatam a iudice, in personali tantum actione locum habet. Accu.

c *Vsuram.* supra de vsu. l. ...

d *Centesimam.* quæ in quibusdam alijs casibus præstanda est, vt ... sup. de vsu. l. eos, §. super. Accu.

e *Fluxerit* nõ interim, vt sup. de vsu. l. in bonæ fidei Accu.

EOs. CASVS. Reo condemnato, nec intra quatuor menses soluente condemnationem a tempore latæ sententiæ, si non fuerit appellatum, vel si fuerit, a tempore cõfirmationis sententiæ primę connumerando, ex tunc centesima præstabit vsuras, illis legibus cessantibus, quæ duas centesimas soluere præcipiebant, & illis, quæ dimidiam, locum non habentibus.

f *Porrecta.* repete vltra quatuor menses connumerandos ex die confirmationis. Azo. Possit etiam legi. vt non fiat repetitio secundum H. Et nota, quod per hanc l. corrigitur ff. de re iud. l. debitoribus. Item hoc habet locum, si non frustratorie appelletur: vt ff. de vsu. l. tutor.

ADDITIO. Aduertas, quod Bart. hic, & in l. fi. sup. tit. proxi. reprehendit hanc glo. in eo, quod dicit l. debitoribus. in fi. ff. de re iud. corrigi per hanc leg. vnde dicit quoddam esse tẽpus, quod datur cõdemnatis ad soluendũ, & de isto loqtur hæc l. quoddam uero est datum ad uendendũ pignora capta post primam dilationẽ, & de illo loquitur d. l. creditoribus.

g *Connumerandos.* ff. eod. l. in fideicommissi. Contra nota. sed aliud est lucra non capere, & damna sentire. sup. titul. de codicil. l. ult.

h *Legibus.* quas non habemus. Accur.

i *Sanctione.* nec hãc habemus.

SAncimus. Primo dictum ponit. secundo illud probat per quatuor rationes. tertio tollit rationem, quæ in contrarium faciebat. secunda ibi. Cũ enim. tertia ibi. Et ideo.

CASVS. Reo cõdẽnato, nec condemnationẽ intra quatuor menses soluente, ad usuras cẽtesimas (sicut superioribus legibus dictum est) tenebitur. Sed an ad cẽtesimas usuras, vel sortis deducat, quæritur? Rñd. quod sortis tantum. & hoc probat tribus rationib. sicut patet in litera. & hoc in prima. Illud autem quadrimestre tempus non solũ dabitur reo cõdemnato, sed eius fideiussori, & duorũ mensiũ spatium detur reo, sicut olim, quia in persona fideiussorum erat delegatũ, quia licebat uictori incõtinenti exigere à fideiussoribus: & ipsi conuenire poterant reum statim non expectato tempore quadrimestri: quod erat iniquum, quia sic in nullo erat succursum reo, sed fraus legi, quæ tantum post quadrimestre tempus concessit, fiebat, & hoc in secunda.

k *A nobis.* vt sup. l. prox.

l *In condemnationem deducta.* de hoc bñ poterit dubitari, quia vsuræ, quæ deducta erant in condẽnatio. non sunt vsuræ, sed sicut sors probantur, vt ff. pro soc. l. socium qui.

m *Cum enim.* prima ratio quattuor rõnes ponit de hoc.

n *Constituimus.* ut supra de usu. l. ut nullo modo. Sed contra

* Vide do. Alc. si pe. rer. 1. c. 32.

† Glo. 2. § c. preterea de æta. & qualit. allegat hanc l. quod quatuor menses dicũtur breue tempus. & c. quærenti. de of. dele.

[3] † Obligata.

† Quas hodie habemus, in C. Theo li. 4. tit. 17. li. 1.

[4] † Dimidium.

[5] † Deest Dua.

† Quæ nũquã in Frãcorum regno usitata fuerũt.

vsuras penitus esse delẽdas: nullum casum reliquimus, ex quohmõi machinatio possit induci. Si.n.[a] sine emẽdatione [b] relinquatur, aliquid absurdum atq; inelegans necesse est euenire cum:[c] 1† vsuræ vtiliter ex contractib. descendentes, plerumq; minores [d] 2† centesimæ ex nr̃a lege factæ sunt, & necesse est minorib. vsuris grauiores [e] supponi. Si.n.[f] ex iudicati actione centesimæ omnimõ currunt vsuræ, ex cõtractib. autem hoc raro cõtingit, in capitulis [g] lege nostra tantummodo exceptis, hmõi iniquitatem [h] ipsa rerum necessitas [i] introducebat.

¶ Et ideo pro remedio cãm corrigentes, sancimus, sortis tantummodo [k] vsuras vsque ad centesimam currentes, ex iudicati actione profligari, non autem vsurarum quantascunque vsuras. Si enim [l] nouat iudicati actione prior contractus, necesse est vsurarum quidem, quæ anterioris cõtractus sunt, cursum post sententiam inhiberi. [m] alias aũt vsuras ex iudicati actione tantummodo sortis [n] procedere; & nõ ideo quòd forsitã 3† consummata [o] est quãtitas sortis & vsurarũ, totius summæ vsuras postea colligi, sed sortis tantummodo.

Tempus quadrimestre, quod datur reis principalib. datur & eorum fideiussorib. h.d. vsque ad finem. Sal. vel sic: Quadrimestre tempus non solum datur condemnato, sed etiam fideiussori de iudicato soluendo, cõtra quem potest fieri executio, alias se quereretur quod nec condemnato daretur si possit fieri executio contra fideiussorem ante lapsum quadrimestris tẽporis. nam et ipse posset quod soluit recuperare a condẽnato, & sic sibi nihil proficeret legalis dilatio. Pau. de Cast.

¶ Et cũ antiquitas pessimo exẽplo reis quidẽ cõdẽnatis laxamẽtũ duorũ mensium [*] præstabat, fideiussores autẽ eorũ eodẽ vti beneficio non concedebat, vt liceret victorib. (relictis pp legem condemnatis psonas) a fideiussoribus eorum, vel mandatoribus statim pecunias, vel res in condẽnatione positas exigere: hmõi acerbitatẽ [p] resecantes, sancimus, quadrimestres inducias, quas dedimus condemnatis, etiam ad fideiussores [q] eorum & mãdatores extendi, ne legi fiat derogatum. Cũ.n. interuentor soluere compellebatur, & ipse reũ coercebat ad inuitam solutionem, [r] nullum condemnatus habebat 4† sensum [s] nostræ humanitatis: quia per mediũ fideiussorem statim pecunias persoluere [t] compellebatur. [u]

TITVLVS LV.

Si plures vna sententia condemnati sunt.

Pluralis locutio diuidit condẽnatos in partes uiriles. Bal. Vel sic: Plures simpliciter condemnari, intelliguntur in partes æquales, nisi aliud sit expressum. hoc dicit totus iste titulus secundum

tra.ff.de vsur.l.cum quidã.§.in tacito. Sed ibi dr̃ emolumẽtum vsuræ, i.emolumentũ, qđ est vsura, vt sup.de vsu.l.vlt.

a *Si enim.*] secunda ratio.

b *Sine emendatione.*] hic innititur, quòd olim in casu isto daretur vsura centesima etiam prioris vsuræ.

c *Cum.*] i.quia

d *Minores centesima.*] i.minores centesima vsura: vel quam sit centesima vsura. imo rectè lege.

e *Grauiores supponi.*] q.d. cum minores vsuræ descendant ex cõtractibus, & fiant maiores post quadrimestre tempus, absurdũ esset, si reus tãtas vsuras daret, & de sorte.ff.de vsura.

f *Si enim.*] tertia rõ, s.ipsã necessitas.

g *In capitulis.*] s.in traiectitia pecunia, vt habes hanc cõstitutionẽ sup.de vsu.l.eos.§.super vsurarũ verò quantitate.

h *Iniquitatem.*] si staretur vsura vsuræ.

i *Necessitas.*] quia necessitate impediti sæpe ad tempus soluere non poterant.

k *Sortis tantummodo.*] non ergo pœnæ deductæ in condemnationẽ, vt inf. de vsur. fisca.l.1.li.10.& sup. de mag.con.l.fin.

l *Si enim nouatur.*] quarta ratio. Sic ergo pp nouationem primæ actionis, quæ fit per sententiam, non currũt vsuræ, secundum quosdam, & pro eis.ff. de nou. l.aliam. Nos contradicimus.n. non fieri nouationem primæ actionis per sententiam, imo remanere, vt ff.d pig.l.Græce.§.etiam. & de fideiuss.l. Græce §.1.& §.an ergo.& ff.de iud. l.argentarium.§.nomine. Item dr̃ sacramento res nouari. & tamen durat actio prima: vt ff.de iureiur. l. qui iurasse. §.fi.& l.eum qui.r.rũ. Nouari ergo dicit, ideo, quia cessant currere minores post sñiam; & quia maiores vsuræ præstantur post quatuor menses. Item quia lex ex humanitate dat eis prædictam dilationem in sorte, vt ff. de compen.l.si cum militi.§.1. Item quia quædam noua forma veteri datur actioni: perpetuatur.n.in 40.annis, & fit transitoria. Item quia iniquum esset, vt ei proficeret sententia, contra quem lata est, vt ff. de ex.re iud.l.euidenter. verè tamen adhuc durat actio prima.

ADDITIO. Tu dicas secundum Dy. in l.aliã.ff. de noua. quẽ in hoc sequitur Bart. hic, q̃ nouatio assumitur tribus modis. Vno modo ut fit primæ actionis in secundã transfusio, de ista loquitur.ff.de noua.l.1. Secundo modo accipitur nouatio, hoc est nouæ qualitatis additio: & ista fit per litis contestationem, vt d.l.aliam. Fit enim actio prima perpetua, & transitoria in heredes, si non erit nouata. Tertio modo accipitur nouatio, hoc est nouæ formæ adiectio: & ista fit p sententiam. Nã adijcitur noua actio per sententiam. Itẽ impedit primas vsuras p centesimas: non tñ q̃ prima actio tollatur. ita loquitur hic.

m *Inhiberi.*] secus in fructib. perceptis intra illos quatuor menses, in pcipiendis autem distinguitur, vt ff. de vsur.l. in fideicõmissi. q̃ est cõtra.

n *Sortis.*] q.d. quia extinguit minor, suscitatur maior. at vsura vsuræ extinguit: nec ergo suscitatur, cũ tal.

o *Consummata.*] i.in vnam summam coacernata.

p *Acerbitatem.*] hæc acerbitas qñq; tolleratur, vbicunque psonalis est exceptio quæ reo competit, vt ff.de exceptio.l.exceptiones.2.& ff. pro socio.l.verũ.2.rñ. & ff de re iud.l.& si fideiussor.& ff.de pactis.l. nisi hoc actum est. & ff. quarum rerum actio non da.l.4.§.exceptiones.

q *Fideiussores.*] quæ etiam possent appellare a sñia in principalẽ reum lata, ut ff. de app.l.a sententia.

r *Solutionem.*] vt ff.de procu.l.antepen.

s *Sensum.*] i.nullam vtilitatem ex sensu nostræ legis superioris habebat. Accur.

t *Persoluere.*] vel dic fideiussorem damnatum vna cum reo, vel loquitur, cũ habeo ego fideiussorem promptũ, & paratũ pecuniam, reus non: pōt mandari vt ff.de re iud.l.debi dari executoribus. alias non vr̃ executioni posse habere locum, fideiusso quod hic dicitur. Vel res, reo cõmelius condemnato demnato reo, fit executio in fideiussoribus. argu. sup. ubi de crimi. agi opor. auth. qua in prouincia ibi, nam & de rebus &c.

u *Compellebatur.*] & per mediam personã inquietabatur: vt ff. de libe. lega. l. si quis decedens, alias est l.3.§ nunc de effectu. ibi, alioquin, &c.& l. quis reum. in princ. quod esse non debet, vt ff. de neg.gest.l.si ex duobus. & ff. si quis cautionibus.l.si is qui.

SI PLVRES VNA SENTENTIA condemnati sunt.

Qualiter fiat executio contra vnum damnatum dixit, nunc qualiter fiat, si sint plures.

1† Deest in alijs.

2† Centesimæ. Dua.

3† Cõsumpta.

Actio prima nõ nouatur per sententiã.

* Duodetriginta iusti dies dabantur, authore Gellio libro 20.c.1.

4† Sensu

† Sententiã

Diuisio.

SI non.] Primo ponit dictum. Secundo eius effectum, ... ad quartum. secunda ibi, ideoque. CASVS. Duo tenebantur mihi in 10. & in solidum, conueni eos, & condemnati sunt simpliciter, qui primo tenebatur in solidum, ex tunc tenetur viriliter, ut quia iudex sic dixit, condemno uos in 10. nec dixit, ut quod ab altero seruari nō possit, alter suppleret. Vinia.

a *Virilibus.* siue viriliter, siue in solidum, siue æqualibus, siue in æqualibus portiōnibus tenebantur, ut hic, & j. l. proxim. & ff. manda. l. si mādato Titij. §. Paulus respōdit. & ff. de appell. l. si quis separatim. §. quotiens. & ff. de re iu. l. Paulus respond. 2. & & arg. ff. de leg. 1. l. si pluribus. in prin. & de duobus reis. l. reos. §. cum in tabulis. Et sic uidetur, quod cū ille, qui in solidum, vel in parte maiori tenebatur, in virili teneatur, quod sententia condemnatoria proficiat damnato. & sic est contra ff. de excep. rei iudi. l. euidenter. Sol. hic in residuo videtur absolutus, quia sic absolutoria ei sententia proficit, non condemnatoria. Vel dic, quod actio iudicati pro partib. dat, sed prima actio adhuc in solidū durat, ut prius, nec obijcitur exceptio rei iudicatæ, ut not. sup. tit. 1. l. fi. in ver. si enim nouatur, &c.

1 † solui.

2 † Deest in alijs.

b *Parens.*] i. obediens.

QVotes.] CASVS. Tres administrauerūt tutelam alicuius pupilli, & ex mala administratione facti sunt debitores pupilli in 300. & i solidum, finita tutela, pupillo iudicati tutelæ intēdēte, & illis per procuratorem se defendētib. cōdēnatus fuit procurator, licet ante sententiam teneretur in solidū, post sententiam tenebuntur pro parte, & quod ab vno seruari nō poterit, ab alio persequi nō debet. Vin.

3 † in sequitur.

c *In omnium.*] s. procuratorum, qui præsentes sunt, ut sup. de sen. l. 1.

d *Diuisum.*] i. inter tutores, in quo fit executio, non in procuratores, nisi se obtulissent, ut ff. de procu. l. Plautius. & ff. de re iud. l. 4. in prin.

e *Ab vno*] i. dictorum condemnatorum.

f *Iuris est.*] non nocet alteri, si alter non est, soluendo, ut hic: sed prodest alteri, si alter appellet, quamuis ipse non appellet, ut infr. si vnus ex pluribus appel. l. 1.

Bar. vel sic. Sententia condemnatoria simpliciter, & absolute lata contra plures, eius effectum diuidit in viriles. h. d. cum l. seq. quod nota. Sal. Vel sic: si plures condēnantur ad vnam summam simpliciter debitam ex vna causa, quilibet censetur condemnatus pro parte virili, vel æquali, ideo si vnus soluit partem suam, non tenetur soluere partem alterius, licet alter non sit soluendo; & licet quilibet tenetur in solidum, vnica tamen solutione liberantur. h. d. ista lex cum sequenti. & est nota. secum Pau. de Cast.

Imp. Alexander A. victori.

LEX PRIMA.

SI non singuli in solidū, sed generaliter tu & collega tuus vna, & certa quantitate condemnati estis, nec additum est, vt quod ab altero [1]† seruari non posset, id alter suppleret, effectus sententiæ [2]† pro virilibus [a] portionibus discretus est. Ideoque pares [b] pro tua portione sententiæ, ob cessationem alterius ex causa iudicati conueniri non potes.

Summata est cū præcedēti. Vel sic: Sententia contra plures tutores lata, in uiriles intelligitur diuisa h. d. Sal.

Imp. Gordian. A. Anniano.

LEX II.

QVotes a tutoribus singulis procuratorib. datis [3]† sequitur in omnium [c] persona condemnatio, periculum sententiæ videtur esse diuisum. [d] ideoque, quod ab vno [e] seruari non poterit, a cæteris exigi non posse explorati iuris est. [f]

TITVLVS LVI.

Quibus res iudicata non nocet.*

Sententia lata contra coniunctam personam, non præiudicat coniunctæ personæ, nisi habeat mandatū, vel ratificet. h. d. Bal. Vel sic. Licet sententia sit lata contra coniunctam personam, non propterea præiudicat non mandanti, neque ratam habenti. Sal.

Imper. Alexander A. Masculino.

LEX PRIMA.

SI neque mandasti fratri tuo defensionem [g] rei tuæ, neque quod gestū est ratum habuisti, præscriptio [h] rei iudicatæ tibi non [i] oberit. Et ideo non prohiberis causam tuam agere sine præiudicio rerum [4]† iudicatarum PP. No. Maij. Alexan. A. Coss.

Sententia super iure tertii lata non patrocinatur, neque nocet alteri. h. d. Bald. & Salic.

Imper. Gordianus A. [5]† Athemio.

LEX II.

RES* inter alios iudicatæ, neque emolumentum afferre ijs, qui iudicio non interfuerunt, neq; præiudicium solent irrogare: [k] ideoque nepti tuæ præiudicare [l] nō potest quod aduer

QVIBVS RES IVDICATA NON NOCET. Dixit, quib. nocet, nunc quib. non nocet, licet videatur nocere.

SI neque.] CASVS. Habebam rem communem cum fratre meo, pro illa re egit Titius aduersus fratrem meum me absente, & obtinuit, an præiudicet sententia, cum ei nō mandaui, quòd defenderet? Dicitur, quòd nō, & sic ponitur agere quasi improprie, s. pro defendere. Vel dic, quod frater meus egit & succubuit, nō præiudicat mihi sñia. Vinia.

g *Defensionem.*] idest actionem.

h *Præscriptio.*] idest exceptio.

i *Non oberit.*] imō vr debere obesse, quia talis est persona, quę admittebat sine mādato, ut ff. de procu. l. sed & hæ. Sed nō sequitur, quod ideo obsit. ut sup. de reb. credit. l. nec filius. & ff. iu. so. l. 3. §. 1. Agit ergo sine mādato quo ad commodum. 1 & facit ad l. istam, inf. de excep. l. pro portione. & infr. res inter alios ac. l. 2. & ff. de iureiur. l. si duo. in princi. & l. si itaque. Acc.

* Iunge l. sæpe ff. de re iud. Cō.

1 Facit gl. 1. in c. cum pridē. ext. de trans.

RES.] CASVS. Primo ponit regulā, deinde exemplū ad regulam quæ talis est: Res inter alios acta, alijs non nocet, nec prodest. Si ergo neptis tua habeat cohæredem. & cohæres cōuētus & condemnatus est nepte sua absente, ei non præiudicat sententia.

4 † præiudicatarum.

k *Irrogare.*] hęc regula fallit, ubicunq; fit ius ex sententia, vt in causa inoffic. testa. ut ff. de inoff. testam. l. Papinianus. §. fi. & ff. de sta. hom. l. ingenuum. Item fallit in quatuor casibus, qui sunt. ff. de re iud. l. sæpe. §. fi. Item in populari actione, ut ff. de iure iur. l. cum qui. §. in popularibus. Item in publicis accusationibus, subaudi reo absoluto, ut ff. de accusationib. l. si cui §. ijsdē. hoc ita, nisi collusio detegatur, ut ff. de præuar. l. 3. & de appella. l. si perlusorio. & de libe. hom. exhiben. quod & lex §. pen. & d. l. de iureiuran. l. cum qui §. in popularibus. Item in quibusdam fallit, ut prosit, non ut noceat: ut ff. ad leg. Iul. de adul. l. denunciasse §. si absolutus. & ff. si serui. l. uendi. loci corpus. §. si fundus. & ff. de inof. test. l. posthumus. §. si quis ex his. & supr. de na. li. auth. qui liberos.

5 † Athemio, al. Anthemio.

* De hac materia vide in c. pecum gl. 2. ext. de sen. & re iud.

l *Præiudicare non potest.*] ad plenum, sed qualequale præiu-

præiudicium fit, ut ff. de iureiuran. l. si duo, in princ. & ff. de appel. l. sententia, & infra l. proxi. & facit supra de fide inst. ... & supra de transact. l. 2. & de inoffi. testament. ... cum d ...

a *Iudicatum est* ... et contra te pro parte tua.

IVris. CASVS. Non solum in ciuili causa res iudicata, &c. sed, & in causa criminali: si ergo aliquis in publico iudicio aliquem accusauerit, & cum eo colluserit, non præiudicabitur alijs accusare uolentibus, si doceant de præuaricatione. Viuia.

b *Accusationibus.*] non tantum in ciuilibus quæstionibus, sed etiam in accusationibus.

c *Officere.* si secundus accusator sit probaturus de præuaricatione primi, ut ff. de præuaricatio. l. præuaricationis. & dixi supra leg. proxim. Accur.

d *Si.* id est quamuis.

e *Videatur.* Vt si duo rei fiant adulterij, & aduersus matrē pronunciatum, ut ff. de adulter. l. denunciasse, §. fin.

NEc in simili. CASVS. Nedum in eadem causa, sed nec in simili res inter alios acta præiudicare debet. Viuia.

f *Acta.* Vel per sententiam, ut per totum hunc titulum, & supra de sentent. l. nemo, uel quocunque modo, ut infra ret inter alios acta. leg. 1.

1 † Igressi. 2 † Deest in alijs.

3 † Sirmij. 6. Cal. Decemb. CC. Cos. Sic restituta est ex aliquibus lib. manusc. huius legis subscriptio.

4 † epistolis.

5 † habent Continuatio.

COMMINATIONES, epistolas, programmata, &c.

Qualiter alijs sententia nō noceat dixi. Nunc qn̄ non noceat etiam ei, contra quē est prolata, quia est cōminatio, ut infra eodem l. prima, & interlocutio, uel epistola, ut infra eodem l. secūda, uel ꝓgramma, de quo habes infra eodem l. ꝓgramma, uel subscriptio, ut infra eodē. l. ead. & leg. iudex. & hoc ideo, quia causa cognita, & ꝑsentibus partibus cōgruo loco, & tēpore, magno conflictu, & in scriptis est ferenda, & non paucis literis ut supra de

sus coheredes eius iudicatum [a] est; si nihil aduersus ipsam statutum est.

Sententia in criminali cū vno lata, non præiudicat alii. h. d. Bal. & Sal.

Impp. Diocletian. & Maxim. AA. & CC. Honorato

LEX III.

IVris manifestissimi est & in accusationibus [b] ijs, qui [1] † congressi [2] † in iudicio non sunt, officere [c] non posse, si [d] quid forte præiudicij videatur [e] oblatum.

Non exemplis, sed legibus est iudicandum. h. d. Sa. vel sic: Sententia lata cum vno non præiudicat alteri nec eidem in simili negotio: & sic non exemplis vel similitudinibus iudicandum est, sed legibus. hoc d. secundum Iac. Butr.

Iidem AA. & CC. & Soteriano.

LEX IIII.

NEc in simili negotio res īter alios acta, [f] absenti præiudicare sæpe constitutum est. [3] †

TITVLVS LVII.

Comminationes, [4] † epistolas, programmata, subscriptiones auctoritatem rei iudicatæ non [5] † habere.

Verba comminatoria obligationem non inducunt. h. d. secundum Bal. vel sic: Comminatio pœnalis facta à iudice non habet vim stipulationis interpositæ a parte, nec rei iudicatæ. h. d. Salic. Vel sic. illa quæ requirunt causæ cognitionem quia afferunt præiudicium, sunt expedienda per sententiam diffinitiuam, & causa cognita: & si fuerint expedita sine causæ cognitione non faciūt præiudicium etiam ei contra quem expedita sunt: quia dicit non sententia, sed comminatio, vel epistola vel subscriptio, vel programmata, quę non transeunt in rem iudicatam, etiam si non fuerit appellatum. h. d. totus titulus secundum Paul. de Cast.

sent. l. cum sententiam, & de sent. ex breuiculo re. l. 2. & quo modo & quando iud. ex ea quæ, & infra eod. l. si.

NEc vim. CASVS. Debes mihi decem, iudex dixit tibi sic, nisi intra mensem debitum solueris, præstabis vsuras centesimas, an ob hanc comminationem ad usuras centesimas tenearis, quæritur? Dicitur quod non, quia comminatio uim stipulationis non obtinet, nedum sententiæ.

g *Stipulationis.* nedum sententiæ, ut ff. de vsuris. l. e. §. nec. Sed fallit hoc in illis casibus, vbi potest summatim cognosci. quos not. sup. de iud. l. iudices.

h *Exoluissent.* in vsuris tū cōminatio operatur, ut debeantur pupillis usuræ à tutoribus, ut ff. de administrat. tutor. l. tutor qui reperto, §. si deponi. Item & alibi, ut ff. de offi. præ. ur. l. prima. §. cum patronus, & ff. de iud. l. ad peremptorio.

Imp. Antoninus A. Rogatiano.

LEX PRIMA.

NEc vim stipulationis [g] obtinere potest comminatio [*] iudicis, qui certas vsuras præstituros eos dixit, qui intra certum diem debitum non exoluissent. [h] Dat. Id. Ian. Ant. A. 3. & Balbin. Coss. 214.

Per epistolam non potest ferri sentētia etiam in fauorem reipublicæ. h. d. Sal.

Imp. Alexan. A. Maximo. [6] †

LEX II.

REi iudicatæ effectū nō habet, quod per epistolam [i] rector prouinciæ soluere vos pecuniam reipublicæ iussit. [7] † 4. Id. Mart. Max. 2. & Ael. Coss. 224.

Sententia definitiua non reuocatur iudicis subscriptione. h. d. Bal. & Sal.

Idem A. Zotico.

LEX III.

EA, quæ, [*] cā cognita, [k] statuuntur, subscriptionibus [l] reuocari non posse, sæpe rescriptum est. PP. Id. Sept. [8] † Balb. & Mart. Cos. 218.

Verbum iudicis indistinctè prolatum necessitatē nō importat, etiam si scriptum in actis. hoc dicit Bald. vel sic: Verba comminatoria nō habent auctoritatem rei iudicatæ. Sal.

Impp. Gordiano. AA. [9] † Asclepiodoto.

LEX IIII.

INterlocutio ꝑsidis apud acta signata, [10] † vt nisi so

i REt iudicatæ. Per epistolam. nam ipse legere etiā præsentibus partib. dēt, ut sup. de se. ex breuic. re. l. 1. Accur.

EA quæ, causa cognita. CASVS. Iudex tulit sententiam, ut debuit, sed postea subscripsit, per quod uoluit reuocare sententiam, an propter hoc reuocetur, quæritur? Dicitur, quod non.

k *Ea, quæ, causa cognita.* per definitiuā sententiam.

l *Subscriptionibus.*] in eadem sententia uel alibi, quę subscriptiones sint contrariæ sententiæ definitiuæ: secus in interlocutoria, ut hic. & ff. de re iud. l. quod iussit. & de arb. l. diem. §. 1. sed grammaticam, & uerba mutare tenore sententiæ permanente, iudex potest, ut ff. de iu dic. l. & ... Sed an interpretari uerbū dubium sententiæ potest idem iudex? Respond. quod sic, secundum Hug. ut ff. de app. ab executore. in prin.

INterlocutio. CASVS. Præcepit iudex alicui soluere pecuniam, & non intra certum tempus sol-

* Symmachus in epis. sententia sub comminatione propter effectu, atq; executione vacuaē, Goth.

6 † Maximiano.

7 † PP. 4. &c in lib. manuscr.

* Concor. cum hac l. ca. audita. cum gl. sua per uer. nō intellexi. mos, circa fi. ex. de re iud. spo.

8 † Du. Albino. sed hic recti.

9 † Asclepiadi. al. Asclepiodoro.

10 Deest ī manuscr.

solueret, q dAret duplum, an tale præceptum habeat uim rei iudicatæ, quæritur? Dicitur, quod non.

a *Voluntas.* Condênatur aliquis in pecunia, sed summam, uel cuius monetę sit, nô interpretatus est.

b *Voluntas potius* sic & sup. de sententijs. l. ex stipulatione. & sup. co. l. 1. Accur.

IVdex. CASVS. Si iudex delegat ad causam eam examinare, nec audire uoluerit; sed diem partibus, quo iuri se præsentent assignauit, & libellum alteri parti misit, & ei subscripsit significâs q aduersari in possessionem rei petitæ mitteret, an huiusmodi scriptura uim rei iudicatæ habeat quęritur? Dicitur, q non. Viu.

c *Locum dederat.* id est successerat, alias, idest cessauerat. Accur. sic enim dicimus in vulgari, uel uerius. idest statuerat.

d *Debuit.* ut j. si per vim, vel alio mo. l. fi.

e *Datam.* ante diem forte, quo debebat conuenire.

f *Non ambigitur.* ut ff. de reg. iur. le. omnia quę. Sed uidetur contra, ff. de acquir. l. iustè. Sed illud intellige, si rite data est: & si nô iuste, q bene fuit seruatus ordo iudiciorum.

PRogramma. CASVS. Pone, quod iudex proposuit scripturam, qua continebatur, q qui ita faceret, ita puniretur, nunquid uim rei iudic. obtinet? Dr, q non. & hoc in prima. Idê est, si alicui minatus fuerit, nisi solueret: quia talis est comminatio. Viuia.

g *Programma.* Cum idem in diuersis traditur libellis, & tunc dictum est programma, quasi procedens gramma, i. litera, q per diuersa dirigitur loca pcepto iudicis, sm Azo. Sic. n. plerumque in cor. auth. poni), uel dic secundû Io. vt differat ab epistola, cû de ea hic in l. 2. dicatur, quod programma sit scriptura publice proposita in albo. Acc.

luitioni debiti is, qui conuenitur: obsequium præstitisset, duplum seu quadruplû inferat voluntas[a] potius[b] comminantis, quam sententia iudicantis est: cum placitum huiusmodi, ne rei vendicatæ auctoritatem obtineat; iuris ratio declaret.

Iudex debet audire, & examinare, non fulminare. h. d. Bal. vel sic. Fulminatio iudicis statim libellum exequentis, non habet auctoritatem rei iudicatæ. Sal.

Idem A. Iucundo.

LEX V.

IVdex, qui disceptationi locû dederat,[c] partium allegationes audire & examinare debuit.[d] nam subscriptionem ad libellum datá,[e] talem, quæ diuersam partê in possessionem fundi mitteret, vicem rei iudicatæ nô obtinere, non ambigitur.[f] P. P. 12. Cal. Febru. Gordia. A. 5. & Pomp. Coss. 242.

Literæ præsidis in palatio positę, vel in prouinciâ missæ terrorem continentes, uel ipsius meram auctoritatem respicientes, nô habent vim rei iudicatæ. h. d. secundum vtramq; expositionem glossæ. Sal.

Imp. Philipp. A. & Philip. C. Cassiano.

LEX VI.

PRogramma,[g] si quod à præside prouinciæ propositum est, vim rei iudicatæ nequaquá obtinere pot: nec côminationê vim rei iudicatæ obtinere manifestum est.

Per sententiâ altera partium confligitur, & alteri victoria datur: ideo cû paucis literis & sine magna deliberatione ad illam nô proceditur. h. d. Sal.

Imper. Constantinus A. ad Bassum PP.

LEX VII.

QVod magno côflictu[h] sententia[i] decerni solet, id paucis literis temere[k] [1]† descriptis definiri fas nô est. Dat. 15. Cal. April. Constantinopo. A. 6. & Maxim. Coss. 306.

TITVLVS LVIII.

Si ex falsis instrumentis, vel testimoniis iudicatum sit.

Sententia lata testib. uel instrumentis, reuocatur falso probato, & quod iudex tulit sententiam ex eo: nisi de crimine falsi ante fuerit cognitum. h. d. Bal. vel sic: Sententia prætextu falsorum instrumentorum lata, rescinditur tribus concurrentibus seu conuenientibus si falso sint producta, & de falso nô sit cognitum, & propter illa falsa sit iudicatû: quod prodest ad tria, scilicet ad sententiam rescindendam, ad executionem impudiêdam, & ad solutum repetendum. h. d. totus iste titulus secundum Bar. uel sic. Sentia lata ex falsis instrumêtis, uel testimoniis reuocatur falso probato, & quod iudex motus fuerit ex illis, etiam præter appellationem: nisi de falso primo fuisset cognitû. hoc dicunt primę tres leges huius tituli. Vel si uis summare quamlibet per se. h. d. Sententia lata ex falsis testibus, vel instrumentis, reuocatur falso probato, & quod iudex motus fuerit ex illis: nisi prius de falso cognitum fuerit. hoc dicit Sal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA.[2]† ad Bassianum.

LEX PRIMA.

SI tabulas testamenti, quas secutus proconsul vir clarissimus sententiam[l] dixit, falsas dicere vis:[m] prębebit notionem suam, non obstante præscriptione[n] rei iudicatæ,[o] quia nondum de falso quæsitum est.[p]

Appellatione non interposita, subuenitur uictor ex

QVod magno CASVS. Iudex delegatus ad causam, sæpius debet interrogare, an ita sit, sicut dicit actor, & an velint partes plura dicere, & allegationes examinare. Ceterum si hoc nô obseruauerit, sed literas miserit, in quibus condemnet, uel absoluat partib. non præsentibus, tale rescrip. nô obtinet uim rei iud.

1† Adscriptis.

h *Quod magno conflictu.* idest præhabita partiû examinatione, nam causæ &c. vt infra si per vim, vel alio modo. l. fi.

i *Sententia.* scilicet definitiua.

k *Temere.* idest non causa cognita, nec partib. præsentibus, vt diximus in rub.

SI EX FALSIS. &c. Deficit sententia pp omissam solemnitatê, ut sup. sed & propter adiunctam falsitatem, ut hic.

SI tabulas. CASVS. Mota controuersia inter me & Titiû de hæreditate Seiana, in qua dixit se hæredem institutû. & ad probatione intentionis suæ produxit testam, iudex eû absoluit, uolo postea arguere de falso, an possim, quęritur? Dr q sic, nec obstabit excep. rei iud. Viuia.

l *Sententiam.* quæ pronunciauit hæredê ex eo testamento esse præferendum.

m *Vis.* ciuiliter, uel criminaliter, ut inf. de fal. l. damus.

n *Præscriptione* contra sup. de fi. instru. l. vlt. non est contra, quia de falso hic nô fuit quæsitum, sed ibi fuit.

o *Rei iudicatæ.* ut ff. de excep. l. qui agnitis. & sup. de transa. l. si ex falsis.

2† Bisaniæ al. Vlsanię al. Bissang

p *Quæsitum est.* secus si tractet in primo iudicio quæsitû, licet non pronunciatum, ut sup. glo. super de fi. instr. l. fi. q est ver. post contra ar. ff. de exce. sntiam. in rei iud. l. duob. Item c. licet. cū insti. qui. ex cau. ma. ca princ. non li. s. semel contra, Sol. ibi dicit falsa, s. non iusta. & est simile ad principiû glo.

3† Concor. cum hac ex. de pro. bat.

gl. quod sufficit in iudicio hæreditatis quæri de libertate, licet non pronuncietur, ut sup. de ordi. iudi. l. 1. Accur.

E*T qui non prouocauerunt.* CASVS. Petebas à me decem, ad probationem intentionis tuæ induxisti falsum instrumentum. iudex illud secutus, me condemnauit, si postea uelim arguere instrumentum de falso: an possim, quæritur? Dicitur, quod sic, & probata falsitate ex integro causa uentilabitur. Viuia.

falsis instrumentis per restitutionem in integrum. Bald. & Salic.

Imp. Alexander A. Optato.

LEX II.

ET qui, non prouocauerunt,[a] si instrumentis falsis se victos esse probare possunt, cum de crimine docuerint,[b] ex integro de causa audiuntur.[c] PP. 16. Cal. Octob. Iul. 2. & Crip. Coss. 225.

Sententia lata prætextu falsarum attestationem rescinditur, dum probabitur iudex vsus fuisse illis, h. d. Bal. Vel sic. Sententia lata ex falsis testimoniis à iudice secutis rescinditur. h. d. Sal.

Idem A. Clementi.

LEX III.

FAlsam quidem testationem,[d] qua diuersa pars in iudicio aduersus te vsa est (vt proponis) solito more arguere nõ prohiberis: sed causa iudicati in irritum non[1] † deuocatur, nisi probare poteris eum qui iudicauerat, secutum eius instrumentis fidẽ,[e] quod falsum esse constiterit, aduersus te pronunciasse. PP.[2] † 2. Cal. Septemb.

Pendente causa restitutionis in integrum, in qua crimẽ falsi allegatur, cũ sit præiudicialis, sñia nõ potest executioni mandari. h. d. Bal. Vel sic: Pendente lite super rescissione sententiæ tanquã ex falsis instrumentis latæ, eius suspenditur executio & sententia rescindatur repetitio, hoc dicit Sal.

a *Et qui non prouocauerunt.* Sed si prouocauerint, an uideantur confirmare? non puto, sed solo eo casu confirmatur, quo falsus procurator egit. nam dominus appellando ratum habere uidetur: ut ff. de iudic. l. licet & ff. rem ratã. l. minor. §. fin.

b *Docuerint.* i. probata falsitate.

c *Audiuntur.* ut & ff. de iud. l. si Prætor. §. Marcellus. & sup. de fide instr. l. si ueteris. Sed qualiter sententia rescinditur probato falso? Respon. per in integrum restitutioné, ut ff. de re iud. l. Diuus. nisi in casu ubi ipso iure nõ ualet fauore minoris, ut sup. si ex fal. all. l. j. & 2.

ADDITIO. hoc quod gl. ista dicit de restitutione, uerũ est quãdo sententia ꝑpter falsa instrumenta est lata cõtra præsentem, sed si esset lata cõtra absentem, esset ipso iure nulla: ut l. si Prætor. §. Marcellus, ff. de iudi. & ibi no. Et istam materiam plene examinat Bart. in d. l. Diuus, ff. de re iud.

1 † deducatur al. reuocatur.

2 † al. 7. Calen.

F*Alsam.* CASVS. Petisti decẽ à me, produxisti testes, iudex dicta eorũ secutus sententiã tulit, & me condemnauit, an postea arguere possim dicta testium de falso, quæritur? Rñ. quòd sic: sed si non probem eos falsum dixisse, & iudicem dictum eorum secutum me condemnasse, non recedam à iudicato. Viuia.

Sñia falsa prolata sẽper retractari põt.

d *Testationem.* i. attentationem, s. scripturam, in qua dicta testium continebantur, quæ falsa erant, uel quia falsum dixerunt, uel quia corruptus tabellio aliter scripsit, quàm dixerint. Et no. quod dicit P. quod non retractatur sententia per falsas attestationes, nisi pecuniæ corruptela interuenerit, ar. ff. de re iud. l. Diuus. Tu dic idẽ in testib. quod in instrumẽtis, ut siue interueniat pecunia siue nõ, retractetur sñia, si falso est prolata. Est. n. eadem uis instrumentorũ & testiũ, vt sup. de fide instru. l. in exercẽdis, & testes instrumẽta dicũtur, vt ff. de fide instru. l. 1. Itẽ hæc rubrica est gñralis in testimonijs & instrũtis. & in ꝑdicta l. Diuus. subaudi maximè.

e *Fidem.* s. testis uel testiũ, nã & ipsi instrumenta dicuntur: ut dixi. Vel dic, quod mutat casum. Et no. oportet probari duo: & falsum, & quod iudex ex eo iudicauit, inde est, quòd si plura erant instrumenta, uel plures testes, uel instrumenta & testes. licet quædam ex his sint falsa, si tamẽ alia uera sufficiant, ut ex his possit dari sententia, non retractabitur, ut hic, & patet per omnes leges huius tituli. Item & hic signare potes contra & quasi omnes leges huius tituli, quod est sup. de fide instru. l. si in fi. sed ibi soluitur super l. 1. huius tit.

Imp. Gordianus A. Herennio.

LEX IIII.

IVdicati executio solet suspendi,* & soluti dari repetitio,[f] si falsis instrumentis circumuẽtam esse religionem iudicantis (crimine postea falsi illato) manifestis probationibus fuerit ostensum. PP. 5. Id. Septemb.

I*Vdicati.* CASVS. Petis à me decem falsi instrumenti authoritate, succubui: si postea uelim arguere instrumentum de falso, an possim, quæritur? Resp. quòd sic, nec mandabitur sententia executioni, si nondũ solui, quod iudicatum est, & si probem, quod solui, repetam. Viu.

* Sic dicit Papa in ca. ueniens. extra, de test. quod si dicatur sñia lata ꝑ falsi tiã, & probare quis uelit, suspenditur executio sẽtentiæ, sicut fit in casu huius l.

f *Repetitio.* impetrata in integrũ restitutione, nisi in casu, ut dixi sup. e. l. 2. & ad hoc sup. de fal. l. satis.

TITVLVS LIX.

De confessis.

Confessus pro iudicato habetur, & hinc est, quod à propria confessione recedere nemo potest. Bald. Vel sic. Confessus in iure habetur pro cõdemnato & contra eum potest fieri executio. h. d. secundum Barto. Vel sic. Confessus pro cõdemnato habetur, ideo a propria cõfessione, sicut nec à sententia nõ receditur. Sal.

Imp. Antoninus A. Iuliano.

LEX VNICA.

COnfessos[g] in iure pro iudicatis[h] haberi placet.[i] * quare sine causa desideras recedi à confessione tua, cum & soluere[k] cogeris. D. 3. Calen. Octob. Genti. & Basso Coss. 212.

DE CONFESSIS.

Dixit de uere condemnatis, sequitur de quasi condemnatis, id est confessis, & differt hic titulus ab illo, de interrogat. actio. quia hic post litem contestatam, ille ante litem contestatam locum habet. Accursius.

C*Onfessos.* CASVS. Petij à te decem, tu interrogatus, an deberes, confessus es, an de cætero sit litigandum? Dicitur, quod non.

g *Confessos.* in iure. lite contestata, & in loco, ubi redditur ius, & apud Præsidem.

h *Pro iudicatis.* subau. quantũ ad hoc, ut amplius contra ipsos non quæratur.

i *Placet.* ut & sup. de repu. hæret. l. sicut. & de fide instru. l. si aduersarius, & ff. eo. l. j.

k *Soluere.* scil. ut et accepta, puta mutuo. Et quia hæc regula confessos, &c. multas habet oppositiones, ideo dicit Ioan. sic eam formandam. Confessus in iure contra se certum quid, quod ius & natura non respuit, uel factũ, cuius nomine cum alio possit esse actio in causa pecuniaria, pro iudicato habetur. In iure ideo dicit, quia extra ius non ualet, ut ff. de interrogato. actio. l. 1. in fine, & l. fina. & supra, de iur. & fac. ignoran. l. cum falsa, nisi fiat ad liberandum, ut in Authentica, de testi. §. & licet, col. 7. & ff. de pact. l. tale. in principio nisi fiat ad obligandum cum causa. quo casu distinguitur casu mutui & dotis ab alijs, ut dixi supra, de non numerat. pecu. l. generaliter. Sed Ia. antiquus dicit valere etiam extra ius, & etiam sine causa ad obligandum. & sic intelligebat supra, de iu. & fac. ignoran. l. cum falsa. sed aliter ibi exponimus. Item pro se inducebat quandam falsam auth. quam hic habebat quæ sic dicit, si debitor fuerit confessus de debitor, uel de alijs rebus coram uicinis & amicis, ac si corã iudice confessus fuisset pro eo hĩ, & dicebat extrahi. de cor. de testi. §. & licet. col. 7.

† Concor. c. cum superi extra de cõfess. Itẽ uide bonam glo. de hac materia in c. si. ex. eo. tit.

Confessus hẽ pro condẽnato, an sit uerum indistincte.

Confessio, quã dicatur facta in iure.

col. Sed vt dixi id liberandum, ibi dicit, non ad obligandũ. Itẽ pro co ff. de ijs qui no infa. l. quoniã. sed ibi in iure transegit. sic intellige in iure, vbicunque sit iudex, vt ff. de interrog. act. l. voluit. §. quod ait Prætor. Vel aliter vt ibi no. tui. Itẽ cõtra se dicit: quia pro se nõ habetur ei fides: vt ff. de interro. act. l. de æta te, §. 1. sup. de prob. l. exẽplo. & in Authen. de iureiu. a mor. §. 1. col. 5. Certum ideo dixi, quia si incertum cogẽdus est certificare, ut ff. e. l. certũ, ut si confiteatur hæres Stichum vel Pamphilũ relictũ, cogitur certificare quem. Itẽ quod ius & natura non respuit, & quis etsi confiteris filium cum, qui maior est, quam vel hominem liberũ tuum seruum, uel fœminam habere liberos in potestate, non ualet, ut ff. de interrog. act. l. confessionibus, & l. si is. Item quod subijcit, uel factum cuius, &c. quia si confiteatur, à se seruum occisum, qui nec vulneratus est, non tenetur, ut ff. ad le. Aq. l. inde Neratius. § fi. & l. seq. & ff. eo. l. Stichum. Item in causa pecuniaria, quia in criminali non statur statim confessioni. Imò uolens perire, potest defendi, nec habendæ sunt confessiones reorum pro exploratis facinoribus, vt ff. de ap. l. non tantum. & de quæstio. l. 1. Diuus. condemnatur erg. reus, si perseuerat in confessione, ut in eo. tit. de quæstio l. 1. §. si quis ultro. Item habetur pro iudicato. ut etiam non debeat damnari amodo, secundum quosdam, sed statim tempora quatuor mensium currunt confitenti, ut ff. eod. l. certum, §. fin. & ad le. Aquil. proinde, in §. fin. Tu dic contra, ut ff. de iudic. de qua re. & ff. eodem, l. Iulianus. Et quod dicitur nullæ sunt partes, l. in cognoscendo, sed in pronunciando sic, & d. l. certum, § fin. & ante litem contestatam loquitur. De criminali autem constat, quod damnatus post confessionem, ut ff. de cust. reor. l. si confessus, & infra de pœnis si cũ reis. Et si quæras, quid prodest damnare confitentem post confessionem, cum ex confessione datur in factum? Resp. posito hoc nihil stat & ab eo dari ex sententia, sicut ex iuramento datur & non sequitur sententia, ut sup. de iureiuran. l. actori delato. & hoc si lis fuerit contestata. alias sufficit In confessum dari non idem praceptum in certum diem, ut ff. de iud. l. si debitori. Item est necesse, quod sit maior uiginti quinque annis, quia confessio impuberis non valet. ac ulti licet ualeat, restituitur, ut ff. eo. l. certum. §. si tutoris tamen uel curatoris, uel procuratoris confessio non ualet, ut d. l. certum, §. sed an & ipsos, quod quidam intelligunt, si probetur a domino contrarium, & sic est consuetudo. Vel non ualet, si potest minor restitui. Vel non ualet, fuerat absens, secus si minor fuerit præsens. Item est necesse, quod sponte confiteatur, alias nõ ualet, ut dicit per l. ff. de quæstio. l. 1. §. Diuus, & §. si quis ultro. Itẽ est necesse, quod sciens fateatur, quia errans in facto non fatetur, ut ff. eo. non fatetur cuius probatio non potest inducere usque ad sententiã, ut supra, de iu. & fac. ignor. l. error. Itẽ quod præsente aduersario, ut ff. e. l. certũ, §. si qs, & de interrog. actio. l. fi. Item quòd non sit res fauorabilis, quæ per confessionem remouetur, vt matrimonium. Idem dici potest de libertate, si quis se seruum confiteatur, vt sup. de lib. causa, l. interrogatam, & l. parentes. & l. liberos, 1. & 2. Sed si in figura iudicij confiteretur, bene valeret, vt in eo. tit. l. pe. Item quod nõ fiat in fraudem fortè creditore, vt ff. q in fraudem cred. l. 2. Vnde versus Maior, sponte sciens cõtra se ubi ius sit & hostis. Nec natura rei, fauor aut ius fraus ve repugnet. Illud nota, q confessio valet sine interrogatione, vt ff. de interroga. act. l. si sine. Item quo iure compellam aduersarium meum ad huiusmodi responsiones? Respõ. per officium iudicis per hunc titu. & per Auth. de ijs, q ingre. ad app. §. si. col. 5. Itẽ quæritur, quare ille qui quærit semper prędicit quid ipse credit? Respõ. ne uideat, calumniosè petere per eandem auth.

1 † Epigathe. al. Pagato.

a De hac materia uide in c. pe. cũ gl. 2. extra de sen. & re iudi. ubi hæc lex limitatur.

Petire uolens non auditur. Confessũ, an & qñ debeat sequi sura.

a Volt glo. recte intellecta confessum añ li. contest. non dẽre condemna. sed insti cit, ut efficiat praeceptum confessionis. postea l. con fessio. hoc in ciuili in criminali ita sed in glos.

4 † Seuero. al. Seuera. Versus notabile.

3 † fecerit,

4 † al. 5. Id. Apri.

5 † Fortune.

Res inter alios actas, vel iudicatas nocere alijs non

TITVLVS LX.

Agnitio seu solutio debiti facta per vnum ex hæredib. non præiudicat cohæredibus, negantibus. Sal. Vel sic: Gesta per vnum alteri non nocent, etiam si sint gesta extra iudicium hoc dicit secundum Pau. de Cast.

Impp. Diocle. & Maximia. A A. & CC. Epicrati.[1] †

LEX PRIMA.

INter alios [a] res gestas alijs non posse præiudiciũ facere, sæpè constitutũ est. [a] vnde licet quosdam de hæredibus eius, quem debitorem tuum fuisse significas soluisse commemores: tamen cęteri nõ alias ad solutionem vrgentur, nisi debitum probatum fuerit. 5. Cal. April. Bisant. A A. Coss.

Transactio cum vno facta, alteri non præiudicat, & qui rem quam donauit, postea cum alio diuidit, in pręiudicium donatarii, hoc dicit Sali.

Ijdem A A. & CC.[2] † Epicrati.

LEX II.

INter alios factam transactionem, absenti non posse facere præiudicium, notissimi iuris est.

¶ Quapropter, adito Præside prouinciæ, auiam tuam mancipium tibi donasse probã: ac si hoc iure ad id pertinere perspexerit, restitui tibi prouidebit: Neque enim si te absente diuisionem eius [3] † fecerunt, [b] aliquid iuri tuo derogari potuit. [c] 4 † S. pridie Id. April.

Frater non præiudicat fratri paciscendo vel agendo sine mandato, h. d. Sal.

Ijdem A A. & CC. [5] † Fortunatæ.

LEX III.

SI cũ fratre tuo matri successisti, frater pro portione tua cum debitoribus hæreditarijs paciscendo vel agendo, non ex tua voluntate, pro hæreditaria parte tibi quæsitam [d] obligationem extinguere nõ potuit. [e] 5. Id. Octo. Rethriæ A A. Coss.

RES INTER alios, &c.

Hic titulus loquitur de iudicatis & actis extra iudicium sed supra quib. res iudicata non nocet, loquitur de iudicatis tantum quæ ibi dicuntur, & hic potes repetere.

INter. CASVS. Res inter alios, &c. Si ergo cohæres meus conuentus à creditore hæreditario succubuerit, uel soluere cœperit, an præiudicet mihi, quæritur? Resp. quod non. Viuian.

a *Constitutum.* vt supra, loca. l. circa, & infra, de excep. l. 1. & ff. de iudic. l. si petitor, & ff. de excep. Modestinus, & ff. de iureiur. l. quia, & ff. qui po. in pig. l. Claudius, sed fallit ut diximus supra, quibus res iudi. non no. l. 2. Item fallit etiam in actis extra ius, nam quandoque nocent, vt supra, de quadri. præscrip. l. bene a Zenone. & de commu. rerum ali. l. 2. Item quandoque prosunt acta inter alios alijs: ut supra de diuer. rescrip. si libellum, & supra de temp. in integ. restitu. l. petendæ, & ff. quemadm. seruit. amit. si communem. rescip. & ff. de iureiur. l. si duo, in prin. & §. si quis iurauerit, & §. Marcellus. & sup. ad exhi. si res.

INter. CASVS. Auia mea dedit mihi mancipiũ, de quo passa controuersiam cum Titio, transegit cum ea Titius, an ea præiudicere mihi potuerit, quæritur? Dicitur, quod non. Item est si habeam tecum rem communem, & eam me absente diuiseris, quia non præiudicabit mihi diuisio: si tamen successi matri meæ cum fratre meo: frater meus cum debitoribus hæreditarijs fecit pactum de non petendo me irrequisito, an obligatio pro parte mea sit extincta, quæritur? Dicitur, quòd non. Viuia.

b *Fecerunt.* quasi esset commune cum alio, cum totum fuerat auiæ, & fuit facta animo transigendi, cum aduersarius totum sibi assereret.

c *Potuit.* ut sup. famil. ercis. l. cohæredibus, & de reb. cred. l. nec filius, & ff. de iudic. l. si petitor. & de re iudic. l. de vnoquoque.

d SI cum fratre. *Quæsitam.* ex l. duodecim tab.

e *Non potuit.* vt inf. de excep. l. 2.

TITVLVS LXI.

De relationibus.

Habens referre, pronunciare non pōt. Item si primo pronunciauit, relatio sua appellationē non impedit. Itē dēt referre factum instructum non instruendum. Item copia relationis partib. edi debet. & si displiceat alicui, contradicat incontinenti. h. d. Bal. Vel sic: Qui dixit se velle referre non debet iudicare, & si primo pronunciat, relatio sua appellationem non impedit. Item negotium debet referre plenè instructum, & copia relationis debet edi partibus, vt si alicui displiceat, statim apud acta contradicat.

Imper. Constantinus A.[1] † Futuro P. annone.

LEX PRIMA.

SI quis * iudicum duxerit esse referendum, nihil inter partes pronunciet,[a] se magis super quo hæsitandum[b] putauerit, nostram consulat[c] sciendum: aut si tulerit sententiam,[d] minimè postea, ne a se prouocetur, relatione ꝓmissa terreat litigantes:[e] sciens quòd si hoc fecerit, nihilominus iure appellationis res agitabitur.[f]

¶ Sed nec ad nos mittatur[g] aliquid, quod plena instructione[h] indigeat.

¶ * Quoties aūt ad nostram scientiam iudex se polliceatur relaturum, consultationis[i] exemplum[k] litigatoribus illico[2] † edi apud acta iubeat, vt si cui[l] fortè relatio minus plena vel contraria videatur, is refutatorias preces[m] similiter apud acta sine aliqua frustratoria dilatione * offerat. Dat. 4. Feb. Sirm. Constanti. A. 5. & Lici. CC. Coss. 312.

IN AVTHEN.

Vt iudices non expec. sacras iussio. §. 1. collat. 9. constitutio. 4.

* NOuo iure causa perfectè examinata sententia terminetur: quæ executioni legitimę demādatur, nisi ab ea fuerit appellatum.

Relatio dicitur plena, quando plena veritas in ea continetur, & in causa est cōclusum lapsu omnium terminorū, vel partium consensu, Bald. Vel sic: In causa criminali relatio est permissa. h. d. Sal.

Impp. Valen. & Valens AA. ad Viuentium PP.

LEX II.

SVper * delictis prouincialium nunquam[n] rectores prouinciarum ad scientiam Principum putent esse referendum, nisi ediderint[o] prius consultationis exemplum: quippe tunc demum relationibus plena veritas est, cum vel allegationibus,[3] † repelluntur,[p] vel probantur[q] assensu. Dat. 3. Calend. Ianuar. Treu. Valen. & Valent. AA. Coss.

Pendente relatione iudicis officium cōquiescat. h. d. Bal. Vel sic. In relatione et consultatione fienda Principi, dēnt acta publica mitti. h. d. Sal.

Ijdem AA. & Gratian. A. ad Apodemium.

LEX III.

SI * quando ratio, aut[r] necessitas est in negocijs nostra iudicia[s] requirendi, expectandique responsa, omnes omnino causas, relationis[4] † series comprehendat, vt recitata cōsultatione, quæ

DE RELATIONIBVS.

Quia iudex quando dubitat refert consily eā, ideo de hoc dicit.

SI quis iudicum.] CASVS. Iudex, qui cognouit de aliqua causa, dubitabat qualiter debuit de iure ferre sententiam, an possit referre quæstionem ad Principem, vt eam determinet, quæritur? Respond. quòd possunt anteq̄ ferat sniam, quia si iam tulit, appellari poterit, nec potest litigatorem terrere, dicēdo, quòd causam retulit ad Pricipem: iudex autem cū refert, debet prius causam examinare, & exemplum consultationis siue relationis debet dare partibus, & si litigantes viderint, quòd illa relatio non sit bene facta: quia iudex non posuit plene omnia in epistola, quā mittit ad Principem, poterunt appellare.

a *Pronunciet.*] hoc fallit in casu, vbi primo fertur sententia: sic deinde Principi scribitur, vt æstimet, an sententia sit sequēda; puta si Præses prouinciæ deportauerit aliquem in insulam, vt ff. de inter. & rele. l. inter pœnas. & de iniust. rup. test. l. si qs filio. §. quid tamen. & de leg. 3. l. 1. §. hi quibus.

b *Hæsitandum.*] i. dubitandum.

c *Consultat.*] imò videtur vetari relatio: vt su. de peda. iud. l. placet. 2. sed ibi in delegato dicitur. Item ibi referebat ad iudicandum. Aut ergo fit relatio ꝓpter factū, & fieri non debet, vt ff. de iud. l. cum quē. §. iudicibus. Aut de iure, & fieri pōt: vt hic, & in Auth. de iudi. §. fi. col. 6. Aut vt odium euitet, quod non permittitur. vt in Auth. vt iud. non expe. sacras iussi. §. 1. col. 9. quam quidam habent hic, nouo iure, &c. Sed propter defectum iurisdictionis refert quandoque ad iudicandum: vt j. de fal. l. vbi. & ff. de offic. Proconsl. l. solēt. & l. si quid.

d *Sententiam.*] Post relationem ante habitum respectum. *

e *Terreat litigantes.*] quia facta relatione dedit sententiam: & terrebat litigantem; ne appellaret, sed expectaret rescriptū. Vel dic, quòd post sniam referre volebat & sm primā habeas permissa, secundū aliam promissa.

f *Agitabitur.*] Pingitur enim recepta, cum non stat per appellantem, quominus conferat, vt inf. de his, qui per metum iudicis non ap. per totum & ad hoc inf. tit. 1. nonum & l. ex filio. & l. iubemus, & sup. de offi. vica. l. fi.

g *Mittatur.*] ꝑ sentētiādo a se, nisi eēt cōmissa sola audiētia.

h *Instructione.*] i. clarificatione in facto.

i *Consultationis.*] id est relationis.

k *Exemplum.*] i. transcriptū exemplificatū. n. q̄ scripta sunt de partiū confessionib. siue de dictis testium:

l *Scui.*] subaudi litiganti.

m *Refutatorias preces.* *] i. appellationē. Appellat ergo a consultatione semiplena anteq̄ mittat, nō postea, sed a snia, q̄ refert iudex sic, vt ff. qn ap. sit, l. j. j. rū. & l. n. alij dīt, quòd si appellat, sed dicit, qualiter non bene stat relatio, quòd si nō dixit, consentire vr, per d. l. qn appellandū sit, nō aūt appellat, vt ff. de ap. l. 1. §. q̄situ. Sed ibi intelligitur ex necessitate sm Azo. pt eū, si vult vt hic dicit.

SVper.] CASVS. Prouinciales cōmiserunt delictū, iudex cognouit de delicto; sed dubitat ferre sentētiā, pōt referre ad Principē, dēt tn̄ dare partibus exēplū relationis, vt eam approbent, vel reprobent.

n *Nunquam.*] In casu remittit ad Principē vt in Auth. vt iu. fine quoquo suffra. §. interdicimus. in fi. ii. colla. 2.

o *Ediderint*] s. ꝓrib.

p *Repelluntur.*] i. partes, quia fuit statuta dies ad allegandū, & nihil dixerunt. Vel dixerunt, quòd noluerunt. Vel dic, repellūtur, s. relationes.

q *Probantur.*] relationes, q̄a visis eis ambę partes cōsenserūt, qd bn̄ fuit. & hoc qn̄ iudex dubitat. Si vero fingat, punit si referat, vt su. de os. pfe. p. Oriētis. l. antepe.

SI quando.] CASVS. Qn̄ iudex vult referre ad Principem, dēt prius examinare cām; & oīa cāe dēt bn̄ cōprehendere. & i scripturā redigere: & eā Principi mittere; ita quòd nō sit necessariū, vt acta recitētur; Itē scripturæ, in quib. cōtinetur quæ acta sunt in eā. Vi.

r *Aut.*] pro idest.

s *Iudicia.*] i. consilia.

1 † al. Pro futuro.

† Ex li. 11. tit. 19. l. 2. C. Th.

Relatio an permittatur.

† quoties. Hæc posterior legis pars sūpta est ex lib. 11. tit. 30. l. 1. C. Th.

2 † intra decem dies e

3 † Cōcor. gl. sup. ver. Vriæ. inc. cum olim. 2. de offic. deleg.

† respectū forte responsum.

† dilationes. Facit c. Lonæ memoriæ. 1. cum gl. in ver bo, inde. rēci med. extra, de postu. pla.

† Nouel. 125. §. 1.

† preces. Sunt refutatoriæ ꝓces, quib. iudicis relatio refutatur: ac iniurie, quæ ex relatione faciēda futura est, docetur malè igitur Acc. appellationē interpretatur. Appellari an possit à consultatione.

Ex li. 11. tit. 29. l. 3. C. Th.

4 † refellūtur.

† Ex li. 11. tit. 20. l. 4. C. Th.

5 † seriem.

a *Quæ ita.*] s. planè: vt dixi inf. tit. 1. l. nec causa.
b *Propemodum.*] i. ferè. q. d. non est necesse, vt per se scribatur exemplum actorum, & per se consultatio: sed totum simul contineatur: & quod subijcit, actis, &c. s. originalib. & facit ad hoc sup. de preci. Impe. offer. l. fi. quod vltimũ dicit H. ex volũtate fieri: quod non placet.
c *Recensione.*] scilicet separata.

a † auctorum.

ita [a] est dirigenda, vt propemodum [b] 1† actorum recensione [c] non sit opus, actis ẽt necessario sociandis. Dat. 6. Id. Maij. Treu. 2† Val & N. B. P. & Vict. Coss. 369.

2† al. Valen. N. B. R. rectè.

DE APPELLAtionibus, & consultationibus.

Quia sententia lata fiunt appellationes & consultationes: ideo de his subiungit post sententias.

TITVLVS LXII.

De appellationibus, & consultationibus.

Quando peruertitur ordo vnius causę ad aliã, sententia tenet, licet possit per appellationẽ rescindi. h. d. Bart. Vel sic: prius dẽt terminari qõ possessionis, quã criminalis. Bal. vel sic. Ista lex legitur uariis modis, secundum primã lecturã h. d. prius de possessione si quis possessor fuerit dẽt cognosci, quã super turbatione pronunciari, secundũ secundã lecturam, h. d. Si iudex pronunciat prius super crimine violentię, quam super possessorio prius intentato, iustè prouocatur. secundum Sal.

Sententia Diui Seueri 3† A. data in personam Marci Prisci, Idibus Ianu. Pompeiano, & Auito Cos.

3 † Deest in alijs.

LEX PRIMA.

PRius [d] * de possessione pronunciare, & ita crimẽ violentię [e] executere Preses prouinciæ debuit quòd cum non fecerit, iustè ab eo prouocatum est. [f] 312.

4† Adduntur hæc in quibusdã, Seuerus A. dixit.

Duas habet lecturas. Prima est, quod loquitur in delegato Principis & sic in sententia lata ex delegatione. Secunda in lata ex cõsultatione, secundũ primã, h. d. A delegato Principis appellatur nõ obstãte, quòd illius authoritate fungatur. vel sic secundum secundã lecturam: A sentẽtia lata secundũ responsionem Principis factam relationi, seu consultationi iudicantis, põt appellari. h. d. Sal.

PRius. CASVS. Cõueniebas me vti possid. ne ego inquietarem te. ego volo te conuenire interdicto vnde vi, quia dico te expulisse me de possessione: iudex cum debuit primo te audiuisse & cognouisse de interdicto vti possidetis, cognouit priᵒ de violẽtia, & iõ appellatũ fuit, an ritè sit appellatio interposita quæritur? Dicit, quod sic. Sed dic casum vt not. in glos. & melius quatuor modis. Viu.

Casũ ponit.

d *Prius.*] Pone casũ, quòd duo se possidere contendunt, nec constabat quis possideret, primo de possessione, quis possideat, postea de inquietatione siue violentia commissa est inquirẽdũ, & quis & ad quẽ venerit possidentem, cognoscẽdũ. Sed hæc l. est contra. inf. ad legem Iul. de vi publ. l. si quis. sed ibi constabat possidere, hic nõ. Vel pone casum secũdo: cum tractaretur causa possessionis, vnus alterius tulit vim, nihilominus de possessione debuit expedire, quod si non fecit, appellatur. Tu dic tertio secundum Io. cum tractaretur causa possessionis proposito interdicto vnde vi, vel cond. ex lege, si quis in tantam. i. cum tractaretur cã ciuilis, posuit & criminalem accusationem legis Iuliæ de vi, & iudex super accusatione pronunciauit: malè fecit: vt ff. vi bo. rapt. l. 2. §. 1. & ff. de publ. iud. l. 4. & ideo appellatur. Huic positioni vr̃ contra. ff. de iudic. l. si de vi. & ff. ad l. Iul. de vi, l. qui cętu. §. sed in vtraq; earum pone, vis, pro possessione violenta: & possessionem pro proprietate, & sic concordant. Item contra. sup. de sent. & interlo. omnium iu. l. prolatam: sed aliud est ferri sñiam contra ordinẽ in eadẽ cã, quo casu ipso iure non valet, vt ibi, aliud qñ in diuersis attẽditur ordo, ut hic. Item similiter fm hunc casum, nõ est ꝯ ɉ. qñ ciuilis actio cri. piu. l. 4. Quarti ponunt casum, cũ quidã accusaret alium lege Iulia de vi, dicens se expulsum: aduersarius dicit, hunc nõ possedisse, & uolebat de possessione agere; & iudex pronunciauit prius de vi, postea de possessione agi. Sed non ipso iure est nulla, cum sit cõtra legẽ? Rñ. imò est aliqua, quia iudex putauit cãm legib. iuuari, vt ff. de re iud. l. cũ prolatis. Sed hoc nõ placet; q2 nõ fu p vi, vel de possessione fuit pronunciatum, sed super mõ agẽdi, vel ordine pria. & tertia placet.

† Concorcum hac l. gl. sup. ver. de recuperãda circa §. iu c. pastoralis. ex de causa possess. & propriet.

Sñia lata contra ordinem iudiciorum an valeat.

e *Violentia.*] s. in possessione admissa instituta accusatione legis Iuliæ publicæ vel priuatæ, cuius pœna est insti. de publ. iud. §. item lex Iulia de vi.
f *Est.*] vt a sententia cõtra æquitatem data, quæ hodie contra ius est, iure iã super eo cõstituto p l. istã, secundum quosdam.

Imp. Alexander A. 5† Plautiano.

5 † Platiane.

LEX II.

NOuum [g] quod postulas, non est, quod & si rescripti mei authoritas intercesserit, [h] prouocandi tamen facultas tibi non denegetur.

In præiudicium appellationis interponendæ, vel ẽt interpositę ẽt si sit reiecta, nihil debet innouari. h. d. Bal. & Sal. Vel sic. Appellatione interposita, iudicis officiũ conquiescit. h. d. Bar. Vel sic: appellatione reiecta, uel etiã pendente, nihil dẽt innouari pro sententia executionis. h. d. Vel sic. Post appellationẽ interpositam nihil est innouandũ à iudice a quo, vel per partẽ, quod sit contra appellationẽ, etiã si appellatio non fuerit a iudice a quo recepta, sed oĩa debent remanere in eodẽ statu in quo erant tẽpore sententiæ secundum Pau. de Cast.

Casũ ponit.

g *Nouum.*] Pone casũ, q appellatur a sñia iudicis delegati a Principe, vt & inf. l. eos. & de rescripto delegationis hic dicit; non ãt dr̃ in rescripto, q non possit appellari, quòd solus Princeps põt dicere, q2 tũc nõ appellat, ut ff. a q. ap. nõ licet l. 1. §. fi. Vel pone secũdo, quòd iudex ostẽsis literis cõsultationis partib. sicut dẽt, vt sup. tit. 1. l. 1. consuluit Principẽ. & habuit responsionem, appellauit non a literis consultationis, quas iam approbauerat, nec a rescripto, quia contra Principem non appellat, sed contra sñiam iudicis. Vel si ante relationem declarat sententiã, quòd qñq; fit, vt ff. quando ap. sit, l. 1. in prin. appellabat ab ipsa iniquitate iudicis, quasi mendacijs onerauit eum apud Principẽ, & hõs hunc casibus, vt ff. e. l. 1. §. quæsitũ, & ad hoc ff. qñ ap. sit, l. 1. in prin. & l. si quæ vltima videtur contraria primę. Sed vt dixi, vltima dicit a literis nõ appellari, post habitam iam responsionem, quasi approbauerit, sed antea potuit, vt in prima & sup. tit. 1. l. 1. Alij dicunt, quod vltima non soluit, sed quęrit. & in prima datur solutio.
h *Intercesserit.*] vt si authoritatem præbui.

Imp. Gordianus A. Victori.

LEX III.

APpellatione interposita, l3 a iudice [i] repudiata sit, i p̃iudiciũ deliberatiõis [k]

A*Ppellatione.*] CASVS. An appellatione interposita manere debeant omnia in suo statu, quęritur? Dicitur, quod sic, ac si admissa sit appellatio.
i *A iudice.*] a quo appellatum est, qui causam in scriptis debet dare litigatori, quare non recepit appellationem, vt ff. de ap. reci. sciendum.
k *Deliberationis.*] s. cognitionis faciendæ a iudice appellationis. Vel dic, i. appellationis factæ cum deliberatione, q2 iu hoc deliberat intra 10. dies, vt in Auth. de ap. §. 1. col. 4.

Vel

Vel dic.i.cognitionis habendæ ſuper hoc.an ſit recipienda uel non, nam & interim dum deliberatur de hoc, nihil noui fit, ut ff.nihil no.ap.pend.l.1.in princ. Vel quarto ı iudex, q tulit ſniam, dicit uicto, ſtatim proſequaris appellationis cauſam, uel exequar ſententiam, hoc dicere nō debet, vt j.e.l.ſi qs libellos.

nihil [a] fieri debere, & in eo ſtatu oīa eſſe quo tēpore pronunciationis fuerunt, ſæpiſſimè conſtitutū, [b] eſt.PP.4.

Nominatus ad dignitatē, per quā ſe putat aggrauari, pōt appellare. idē in quolibet publi.offi. authoritate et vtilitate: vnde ſi quis extrahitur de ſacculo vel de pixide ad officiū ſcribæ, vel ſyndici, vel ſibi diſplicet officiū debet intra decem dies appellare. aliàs cogitur officium gerere.h.d.B. vel ſic. Nominatus ad dignitatem vel officium vtroque modo publicum. ſi putat ſe granatū, poteſt ab ipſa nominatione appellare.h.d.Sal.

Imp. Philippus A. & Philipp.C. Probo.

LEX IIII.

SI ad ſcribatum [c] nominatus [d] non prouocaſti, conuelli ſtatuta non poſſunt. [e]

Caſus fortuitus excuſat à pœna illum, qui mandatū iniunctum non poteſt adimplere propter caſum.B. Vel ſic: Si appellatio non fuit producta in termino abſque culpa appellantis, appellanti ſuccurritur. h.d. ſecundum Ba. Vel ſic. Qui apoſtolos non præſentauit in tempore iniuncto propter caſum fortuitum, excuſatur à pœna deſertionis, h.d. Sal.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA.& CC. Valenti, & alijs.

¶ Vera eſt in ſe, ſed prima eſt verior.

a *Nihil.* ueluti executio, vel q d ſimile.

b *Conſtitutum eſt.* ut ff. nihil no. appella. pend. per totum, & de ap.reci.l.ſciendū. & ad Turp.l.1. §.fin. & ſup.de in integ. reſti.pe.ne q d no.ſi.l.j. & in Authēt. ut nulli iudi.§. & inſuper iubemus, col.9. Sed fallit in fructibus, qui qſq; deponūtur appellatione pendēte, ut ff.eo.l. Imperatores, §.fi.& inf.quorū ap.non re. ab executione. Item quia teſtes inducit poſt appuram, quos i prima cauſa producere non poterat, ut inf. ti.1.l. per hanc. Item quia non toties appellare amodo poterit, quoties poterat primo. vel nullo modo, ut j. eod.ne liceat in una eademque cauſa. l.1. Itē quia nunc nō poterit noua petere p d.l. per hanc. qd in prima poterat, ſdm quoſdā, ut inſti. de act.§.ſi minº ſed hoc ē falsū, & illa in alio judicio dicit, ſed ante litē cōteſtatā tantū poſſunt addere, non poſt, ut ff.de judic.l. non pōt. Itē aliud in ſupplicatione, ut ſup. de prec. Imper. off. aut.quæ ſupplicatio.

Fructus qſq; deponuntur appellatione pēdente.

SI ad ſcribatum. CASVS. Aliquis electus eſt, ut ſit ſcriba, nō appellauit, neceſſe habet ſtare electioni de [illegible] factæ. Vi.

c *Scribatum.* dignitas eſt, ad quam fuit nocatus.

d *Nominatus.* ſ.decreto judicis & legitimè, alias non eſt opus appellare, ut inf. eo.nominationes.

e *Non poſſunt.* ut inf. eo.l.hi qui.ſed aliud in eo munere, quod publicum eſt authoritate ſed vtilitate priuatum, vt in tutela, quia datus non appellat à datione, ſed à ſentētia, qua pronunciatur ſuā excuſationem non recipi, ut Inſti.de tut.§.qui autem excuſare & ff.quando app.ſit, l.1.§.ſi quis tutor.

Tutela eſt munus publicum authoritate, ſed priuatum utilitate.

PRæſes.. CASVS. Qui appellat debet afferre appellationem in ſcriptis, & petere apoſtolos intra triginta dies. alioquin non ſtabitur eius appellationi. Si verò non ſtetit per eum, qui appellabat, quo minus appellationis cauſam proſequatur. ſed per iudicem vel fortuitum caſum: vt quia q ferebat apoſtolos, deceſſit. nunq d ei ſuccurrit? Certe ſic.

f *Apoſtolos.* i.literas dimiſſorias quæ ſic dicunt. Notum ſit vobis R. appellaſſe à ſententia mea, & ideo dimitto eum à iudicio meo & ad veſtrum dirigo, ut ff.de lib. dimiſſ.l.1.

Apoſtoli, quo ſunt.

g *Præſcriptum eſt.* triginta diorum, ſecundum H. ut inf.eo. iudicibus, alij ſex menſium, arg.inf.eo.l. ſi appellationem. Vel dic, quòd triginta dies ſtatuūt, ut litiganti dentur apoſtoli. ſed ad repræſentandum iudici, qui cognoſcat de appellatione, ipſe à quo appellat, ſtatuat ſuo arbitrio, vt hic, & ff.de iure delibe. l.1.§.fina.

LEX V.

PRæſes prouinciæ ad quē appellaſti, ſi nō vitio negligētiæ veſtræ tēpus quod ad reddēdos apoſtolos [f] præſcriptū [g] eſt, exemptū eſſe animaduerterit, ſed ex fatalis caſus neceſſitate diē functo eo, qui eos perferebat, id accidiſſe cognouerit, [h] iuxta perpetui iuris formā deſiderio veſtro medebitur. [i]

Ad eū qui grauauit, non debet remitti appellatio terminanda, ſed iudex appellationis debet pronunciare appellationem iuſtam vel iniuſtam, Ba. Vel ſic. Iudex ad quem appellatur debet de cā cognoſcere & iudicare, non autem eam ad primum iudicem remittere. B. vel ſic: Iudex ad quem, non debet remittere appellationem terminandam iudici à quo, ſed ſua ſnīa dēt pronunciare prouocationē iuſtam vel iniuſtā fore.h.d. vſq; ad §.ſi quid Sa.

Idem AA & CC. dicunt.

LEX VI.

EOs, qui * de appellationibus cognoſcent, ac iudicabunt, [k] ita iudicium ſuū præbere cōueniet, vt intelligāt, ꝙ cū appellatio poſt decisā [l] ſnīa [m] litē īterpoſita fuerit, ñ ex occaſione aliqua remittere negotiū ad iudicē ſuū [n] fas ſit, ſed oēm cām ꝓpria ſnīa determinare cōueniat: [o]

h *Cognouerit.* quia ergo allegat caſum probare debet, vt ff. de eden.l.ſi quis, § fina:

i *Medebitur.* ſic nec mater perdit hæreditatem filij, ſi procurator, quem miſerat ad tutorem petendum, deceſſerit, antequam peteret, ut ſup.qui.pe. tu.l.cum à matre.

EOs.. CASVS. Iudex in cauſa, quam habebam cum Titio, abſoluit Titium, appellauit ad Præſidem, an Præſes dēat remittere cauſam ad eum, à quo appellatum eſt, quæritur? Dicitur, qd non. Et ſi aliquis noſtrum coram primo iudice non plene probauit, poterit poſtea ſupplere in cauſa appellationis, & teſtes producere, & eis impenſas ſubminiſtrare. Si uero alius fuit condemnatus de crimine capitali, & appellat, debet dare fideiuſſorē, ſi poteſt, ſi nō poteſt mittetur in uincula. & iudex à quo appellatum eſt, debet dare exemplū ſententiæ ſuæ. Nota, qui appellāt, debent ſibi cauere, quia ſi calumnioſe appellent, punientur in quinquaginta libris auri, & appellari poteſt intra duos dies, computando a tempore, quo recitata fuit ſententia. Et poſtquam appellatum eſt, iudex debet dare apoſtolos, id eſt literas dimiſſorias iſti appellanti, debet eum mittere ad iudicem appellationis, & appellans non habet neceſſe dare cautionem de exercenda appellatio. Hodie habent decem dies appellare uolentes, vt in auth.quæ ſequitur. Viuia.

* Vide hic c.ut debitus, extra, eo.ti.

k *Iudicabunt.* iudices appellationum.

d *Deciſam.* Nam ante non appellatur, ut inf.quorū ap.non re.l.ante ſententiæ. Sed quid ſi dominus Papa cum ante ſententiā à quadam interlocutoria fuiſſet appellatum à ſuo delegato, eidē cōmiſit? Rñ.pōt. tū qa ex certa ſua ſcientia, tū qa hæc lex dicit de appellatione, q̃ ſit à definitiua ſnīa.

m *Sententia.* aliàs punitur in quinquaginta libris auri, ut ſupra, de epiſc.aud.l.2.

n *Suum.* ſ.primum.

o *Conueniat.* uel delegare alij. Nec obſtat ſup.de iud.auth. ad hæc.quia ibi particulariter uolebat committere.

¶ Gl. ſm Ang. procedit ex ptāte abſoluta Pricipis non ex ordinaria, quia iuri eſt ꝯtriū aliquē eſſe judicē in cā ſua.

cum salubritas[a] legis constitutæ ad id spectare videať, vt post sententiam ab eo, qui de applatione cognoscit, recursus fieri nó possit ad iudicē[b] à quo fuerit prouocatum.[c]

¶ Quapropter remittendi litigatores ad prouincias[d] remotam occasionem atque exclusam penitus intelligant cum super omni causa interpositam prouocationem vel iniustam[e] tantum liceat pronunciare, vel iustam.

Hic declarat quale sit iudicis officium in probationibus recipiendis, & in sumptibus testibus faciendis. & hoc dicit. Non allegatum vel nō probatum in causa principali, potest allegari & in causa appellationis, & si testes producantur, eis impendia sunt per producentem facienda, hoc dicit Sal.

¶ Si quid autem in agēdo negotio[f] minus se allegasse litigator crediderit, quid in iudicio acto fuerit omissum,[g] apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequatur:[h] cum votum[i] gerentibus nobis aliud nihil ĩ iudicijs quā iustitiam[k] locum habere debere necessaria[l] res[m] fortè[1] † transmissa non excludenda videatur.

¶ Si quis autem post interpositā appellationē necessarias sibi putauerit esse personas[n] per quas apud iudicem, qui super appellatione cognoscet, veritatē possis ostēdere, quam existimauit occultā,[o] hocq; fieri iudex perspexerit: sumptus[p] ijsdem ad faciendi itineris expeditionem præbere debebit, cum ipsa iustitia persuadeat ab eo hoc recognosci, qui[2] † euocandi personas sua interesse crediderit.

In causis capitalibus, qui idoneos fideiussores non dat pendēte appellatione detinetur in carcere. h.d. Bart. Vel sic: Hæc est tertia pars in qua ponitur quale sit iudicis officium, quando appellatur in criminali. & hoc dicit. Iudex à quo, si in causa criminali appellatur, debet transmittere reum ad iudicem ad quē sub fida custodia, cum actorum & sententia copia, ac etiam cum libellis dimissorijs. h.d. Sal. post Iac. Butr.

¶ Super ijs verò, qui in capitalibus causis constituti appellauerint,[q] quos tamen & ipsos, vel qui pro his prouocabunt, non, nisi audita omni causa, atque discussa, post sētentiam dictam appellare cōueniet:[r] id obseruandum esse sancimus, vt inopia[s] idonei fideiussoris retentis in custodia reis,[t] opiniones[u] suas iudices, & exēpla[x] [3] † ab appellatorib. edita, ac refutatorias[y] eorū, ad scrinia,[z] quorū interest, trāsmittāt: quibus gestarū rerū fides manifesta relatione pādatur, vt meritis eorū cōsideratis pro fortuna singulorū snia[a] proferatur.

Hæc est quarta pars, in qua ponitur quale sit iudicis officium circa temere appellantem, & hoc intendit: Ap-

a *Salubritas legis.* scilicet huius.
b *Ad iud. eum à quo.* nota, quòd sententia remitti non debet ad iudicem à quo.
c *Prouocatum.* aliud est de restitutione in integrū, vt ff. de mi. l. causæ, 2. §. fi. & l. præfecti. quæ sunt contra. 1 Item hic tenuit sententia prima, alias redit ad eūdem iudicem: vt supra, quomodo & qñ iudex. l. si Præses, & antia de accus. l. 4. § sunt contra. Item quid si cōperit esse primus iudex loco eius, qui de appellatione debet cognoscere? Respō. & tunc non ipse cognoscat, sed alij delegez, sicut & ille, qui ante fuerat aduocatus eius causæ: vt ff. de iurisdictio. omn. iud. l. Prætor. & ī. de asses. l. fi.
d *Ad prouincias.* s. ad eundem iudicem primū, qui iudicauerat.
e *Vel iniustam.* Nota formam sententiæ iudi. is appellationis. Sed an habeat necesse addere, & iō absoluo, vel cōdēno? Quidam dicunt, q sic: vt ff. de bonor. poss. secundum tab. l. qui ex liberis, §. testamēto. & ff. de pac. l. tale, §. qui prouocauit, & supra de sent. & interloc. omn. iud. l. Præses. Nos contra per Listam. & ff. de admi nist. tu. l. chirographis, §. 1. pro hoc, ff. de proc. l. Pōponius. §. sed & his, cōsultum ñ fecerit, si oia ponat, licet necesse nō habeat. Item quid si tēpora appellationis cucurrerunt, nunqd iudex appellationis pronunciare debet, 2 Dicas, q resp. non. sed perinde est, ac si non fuisset appellatū, ut ff. si definitiue cert. per l. proinde. §. absoluo, 1. & inf. eod. l. quoniā vel condē & ff. contra. & in Auno, & in authen. de ijs, qui ing. intelligas ad ap. in prin. col. 5. gl. ita. sed & ff. de ijs, qui no. debet pro tan. infa. l. furti, §. 1. nunciate 2. Item quid si actor appellatio non probauerat in ... fuisse prima, sed nunc pro ... & bar. quomodo pronunciabit male iudicatum ab eo certum? Respond. bene, habito respectu ad litigantem, qui ... seruatione amisit, qui vincere debuisset, si probasset, sed quo ad iudicij ... non fuit male iudicatum. Item quando pronunciatur ... secundum primam sententiam, ex qua dabitur actio in ... secundum ... Resp. ex prima, cum secundo non iudicetur secundum Bart. & B. quosdam. Sed alij vt H. distinguunt, an tacite uel expresse in l. si Præses prima sententia confirmetur, vt primo casu agatur ex prima, supra ... secundo ex secunda, vt ff. de secun. tab. l. qui ex liberis, quomodo §. ... & ff. de iniusto rup. testa. l. posthumus. Et ... quando de hoc ff. de ijs, qui no. infa. l. fur. §. 1.

1 Rō istius est, secundum Bart. hic: quia ĩ eā appellationis pars conqueritur de iniquitate sniæ, vel. 2. in prin. ff. e. ius cau sa vero restitutionis in integrū de sua facilitate conqueritur.

Sententia iudicis appellationis quam formā debeat hēre.

... omissa.

... iniura.

f *Negotio.* apud primum iudicem.

g *Fuerit omissum.* Tam super nouis articulis, quàm super antiquis, secundum Ioan. & Azo.
h *Persequatur.* etiam inducendo testes super eodem vel cōnexo capitulo & except. noua poterit opponi quæ ad primum petitum pertineat, vt infra prox. l. 4. & inf. eo. in cõsendis. in fi. & inf. tl. 1. per hanc. & sic nō sunt per omnia in eodē statu, quo ad hoc. Nec puto hoc correctum per Auth. de te sti. §. quoniā. col. 7. cū alia sit causa appellationis à prima, vt supra de procu. ita decimum. Alij dicunt mutatum, sicque nō possit introduci nouas allegationes in cā appellationis, quæ per testes probentur.

ADDITIO. Istud est hodie decisum de iure canonico in clemen. si. extra, de test. vbi videas.

i *Votum.* construe, cum uideatur nobis gerentibus votū, &c. res necessaria non excludendæ.
k *Iustitiam.* sic sup. de iudi. placuit. sed forte secus in causa appellationis, quæ apud Imperatorem ventilatur. nam sibi videtur, q noua allegatio non proponatur, vt supra de dilat. l. cum à nobis, secundum Azo.
l *Necessaria.* hoc est, quod videtur nobis gerentibus notum.
m *Res.* id est, probatio.
n *Personas.* scilicet testium.
o *Occultam.* hoc fiere potest, vt supra prox.
p *Sumptus.* vt sup. & testibus, l. quoniam. & argu. ff. ad Trebel. alijs. sed sciendum, & ff. commoda. l si vt certo §. sumptus.
q *Appellauerint.* ... potest fieri, vt ff. e. l. non tantum.
r *Conueniat.* sic quoque etiam in criminali tñ post sniam appellat, vt inf. quo. ap. nō re. l. ante sniam. & sup. de snijs. l. fin.
s *Inopia.* quia eum dare non potest.

1 † Al. secundo.

2 † Al. euocandi.

3 † Deest ... alijs.

t *Reis.* No. detineri reum, maximè iam damnatū, si fideiussorē dare nō pōt, vt ff. de custo. re. l. 2. & inf. e. l. minime, l. fi.
u *Opiniones.* idest sententias.
x *Et exempla.* & pro, i. nā exempla cū debet dare iudex, nō authenticū, vt inf. e. l. Proconsulibus, & l. quoniam. Acc.
y *Refutatorias.* i. literas dimissorias: vt inf. eo. l. quoniā, vel i. libellos appellatorios, vt inf. eo. l. Proconsulibus.
z *Scrinia.* i. scriniios, siue tabelliones eorū iudicum ad quos est appellatum.
a *Sententia.* & secundum ius, quia contra ius litigatorū quandoque fertur sententia.

Tamen

pellator temerarius est puniẽdus.h.d. vsque ad §.fin antẽ. Sal. & Bal. Vel sic. Qui frustratoriè appellatur extra ordinem punitur.h.d. secundum Bart. & Pau. de Cast.

¶ Nec temere [a] autẽ, ac passim prouocandi omnib. facultas præbeatur, arbitramur eum, qui malam litem fuerit persecutus, mediocriter pęnam [a] à competenti iudice sustinere.

Hæc est quinta pars in qua declaratur intra quantum tẽpus debeat appellari. & h.d. Iure iusto in cā propriç debet appellari intra biduum, & in scriptis, si non illico appellauit. B. & Sal. & Pau. de Cast.

¶ Sin autem in iudicio propriam quis fuerit causam persecutus, atque superatus voluerit prouocare, eodem die vel altero libellos [b] appellatorios [c] offerre debebit. Is vero, qui negotium tuetur alienum, supradicta conditione [d] etiam tertio die prouocabit.

IN AVTH. de appella. & intra quæ tempora. §. 1. coll. 4. constit. 2.

Hęc auth. venit correctiuẽ ad id, quod dicitur in §. sin aũt in iudicio, de appellatione interponenda intra biduũ, vel triduum nam tẽpus illud corrigitur, & vniformiter cuilibet decẽ dies dãtur à tẽpore allegati grauaminis.h.d. Sal.

[e] HOdie [e] autẽ cuilibet tribuitur spatiũ decem [f] dierũ a sententiæ [g] re-citatione numerandum.

FINIT AVTHEN.

Sequitur textus l. Codicis.

Hæc est sexta pars in qua ponitur quale sit iudicis officiũ circa apostolos. & h. d. Apostoli post interpositã appellationem sunt dandi, etiã non petenti h. d. vsque ad fi. Bal. & Sal. Vel sic: Iudex debet dare apostolos, etiam non petenti, & cautio de rato de exercenda appellatione non interponitur. h.d. Bal.

¶ Apostolos [h] [1] † autem post interpositam prouocationẽ etiam non petente appellatore, sine aliqua dilatione iudicem dare oportet, [i] cautione, videlicet, de exercẽda prouocatione, in posterũ minimè [k] prębẽda. Sine die & Cõsule.

Valet sententia lata cõtra priuilegiatum, & si appellat, tenetur de priuilegio suo docere.h.d. Bal. Vel sic. Si priuilegiatus ad munera publica decreto Pręsidis sit electus, dẽt ipse appellare, & de priuilegio suo docere, & non appellans electionẽ confirmat. Sal.

Iidẽ AA. & CC. [2] † Neroni.

LEX VII.

HI, qui ad ciuilia munera, [l] vel [m] ad Decurionatum, vel honores [n] euocantur, [o] licet vacationem [p] à Principibus acceperint, [q] si appellationis auxilio non vtantur, [r] consensu suo nominationem confirmant. Cum igitur ad munus vocatus appellaueris, [s] apud Præsidem prouinciæ iustè te appellasse ostende. [t]

Appellantis temerè pœna.

a *Pœnam.*] quinquaginta librarũ argenti, vt j. quor. ap. non rec. l. ab executione. Item amittit litẽ, vt j. eo. l. à Proconsulibus. Vel aliter illam expones. Alij dicunt, quòd præter pęnam prędictam ex ordinem punitur per hanc legem.

Appellatio quõ debeat fieri.

b *Libellos.*] sic ergo in scriptis est dandus libellus appellationis, nisi adhuc iudice sedente pro tribunali, & ad alia non diuertente appellet, quia tunc sufficiet viua voce dicere, appello, vt ff. eod. l. 2. & j. eo l. litigatoribus. & debet in prędicto libello esse quis appellet, & contra quem, & à cuius sententia, vt ff. eo. l. 1. in fin. sed & si omittatur contra quem, nihilominus tenet, vt ff. eo. l. 3. in prin.

[a] Vide in gl. sup. vers. expensas post med. in e. finẽ. ex iura, ẽ dolo & contu.

Libellus appellatorius quid debeat cõtinere.

c *Appellatorios.*] si non poterit propter publicam vtilitatem.

d *Conditione.*] idest vt pœnam sustineat, si calumniose appellant. Et dic quod propria est causa, quæ ad eius commodum & damnũ pertinet: vt ff. quando app. sit l. 1. §. in propria. Vnde & procurator in rem suam intra biduum appellat, vt ff. eod. l. qui suspectum. §. is vero. hodie vero indistinctè intra decem dies appellatur vt in auth. hic posita hodie. &c. quam hic lege Acc.

e HOdie.] Sumitur in Auth. de app. & intra quæ tempora app. debet. §. 1. col. 4. & habes 2. q. 6. an errorum.

f *Decem dierum.*] aliquando plus: vt inf. tit. 1. l. 2.

Appellandi decendium currit à tempore initæ scientiæ.

g *A sententia.*] & scientiæ, vt olim in biduo, vt ff. quando appell. sit, l. 1. §. dies. vnde absens damnatus, non per contumaciam veram, à tempore scientiæ intra decem dies appellat vt supra, quomodo & quando iudex. ab eod. & delib. cau. l. 4. & hoc si non fuisset defensus, aliàs si eius procurator non appellauit, difficile est, vt ipse audiatur, vt ff. quando appel. sit. l. 1. §. si. auditur enim si procurator non est soluendo, vt sup. de iud. l. properandum. §. si. Vel si necessaria & probabili causa fuerit absens, vt no. sup. de procurat. l. quia absente. Et no. quod bis est in Auth. de app. est enim alia col. 8. vnde sumitur, quod habes inf. tit. j. auth. si tamen.

[a] Nouel. 3. 6. 1.

FINIT GLOSSA AVTHEN.

SEQVITVR GLOSSA LEGIS CODICIS.

h *Apostolos.*] id est literas dimissorias; quæ qualiter fiant dixi supra, l. proxi.

i *Oportet.*] Alias puniatur iudex, ut inf. eo. l. iudicibus cum instantia tamen peti debent, ut ff. de lib. di. l. 1.

k *Minimè.*] hoc in ciuili, secus in criminali, vt sup. eo. l. §. super his. vel ibi cauet de non recedendo. Item hoc hodie videtur corrigi per auth. sup. de Episc. & cler. au. h. generaliter. Vel illud in principali, hoc in causa appellationis. & facit ad l. istam ff. de offic. Proconsul. l. nec quicquam. §. aduocatos.

l HI, qui ad ciuilia munera.] publica authoritate, & vtilitate, vt sequentia exempla declarant.

m *Vel.*] pro idest.

n *Honores.*] cum habent aliud officium.

o *Euocantur.*] decreto iudicis solemniter interposito. alias cum non teneat nominatio, non est opus appellare, vt infra eod. l. non nationes. & ff. eo. l. si constat. arg. j. de testa tute. l. 2.

[1] † Dest in alij.

p *Vacationem.*] idest priuilegium vacationis.

q *Acceperint.*] scilicet prius, vel propter numerum liberorũ, alias annorum, vel alias Princeps indulsit vacationem, vel lex: vnde videbatur non tenere nominatio: sicque non esset opus appellare, sed tamen contra est, vt hic, & ff. de vaca. mu. l. 1. 2. & 3. respon. & infra eodem l. ciues & de Dec. l. secunda, libro 10.

r *Non vtantur.*] possunt ergo vti, sed fallit in defensore ciuitatis electo, qui non appellat, ut in Auth. de defen. ciuita. §. interim columna 3. Item hoc in eo munere, quod est publicum authoritate, & vtilitate, secus in tutela; & cura, quod est authoritate tantum publicum; à quo non appellatur; vt di xi supra eo. l. si ad scribenda.

[2] † Nouel.

s *Appellaueris.*] intra duos menses vt infra ti. 1. l. 1.

t *Ostende.*] ex hoc videtur, quod ei qui appellat, vt incumbat onus probationis, licet prius incubuerit alteri parti, vt hic, & ff. si pen. den. appel. mors inter. l. prima, §. si vero fisci & ff. de minori. l. Præfecti. Item qui appellat, dicit iniquam esse sententiam, ita ergo negat, ergo probare debet, vt ff. de probat. l. ab ea parte, sed Ioa. & nos contra. Dicimus enim, quod ille probat nunc, qui & prius, vt sup. eod. l. appellatione. item pro nobis in Auth. de ijs qui ingredi. ad appell. §. illud quoque determinare. colum. 5. vbi ostenditur iustè appellatum eo ipso quod non probatur contra, scilicet iniustè appellatum: sic

Appellatio si interponit, cui incumbat onus probandi.

& inf. qui. mili. non poss. sup. teruis. li. 12. sic ff. de iu. do. l. doct. 1. Quod ergo hic dr, ondc. Dic, qd ondi tur eo ipso, quod cōtrariū nō mōstratur.

SI contra.] CASVS. A maiore 20. an. petij 10. con temnatus fuit, appellauit, & nō est psecutus appellationē intra annū hodie, olim biēniū, nec pendente appellatione cū eo transegi. iudex sniam suam exequi poterit. Viu.

1† Opinio.

a *Si contra maiorem.*] alias ipso iure nō valet, vel p restitutionē posset infringi, vt & supr. si aduersus rem iud. l. cū & minores.

b *Præfinito.*] qđ est annus, vel biennium, vt inf. tit. 1. auth. ei q.

c *Repræsentatas.*] apud iudicem appellationis.

d *Finitum.*] ergo si esset trāsactione finitū, nō mandaret executioni. & sic est contra. ff. de pa. l. tale. §. q prouocauit. Sed ibi hr pro non transactio ex forma pacti in trāsactione appositi. Itē no. quod valet trāsactio; vt & ff. de trāsa. l. & post rem. & ff. de condict. indeb. l. eleganter. §. si quis.

2† Præses.

e *Iudicatas.*] idest, primam sententiam.

f *Curabit.* vt inf. eo. l. qm nonnulli. in fi.

DOminus litis.] CASVS. Cōstitui procuratorē ad agendum, egit, & succubuit, & appellauit, an causam appellationis pro me absente posita est, procuratore exercere potero, queritur? Dicitur, quod sic.

3† Haberad. charissimus. Iul. alias. hic rectius Habe. & Habe. pro Aur. vt fere sp in li. manusc. & fæg. pristine in C. Th.

g *Interposuit.*] quod facere potuit, & debuit, ut sit. de pcu. l. i nitus. & j. quorū appel. non re. l. nulli et per alium, vt ff. eo. l. ab executore. §. fi.

h *Potest.*] vt ff. [illegible] cur. l. [illegible] & ff. an per aliū cau. app. l. fi.

SI *Actor.* CASVS. Curator adulti ordinauit procuratorē ad agēdū cām adulti egit, & succubuit. nā curator, quā procurator appellare pōt, sed solus curator eam prosequi debet. & hoc in prima. Si vero pēdente appellatione adultus maior factus

Si constat appellationē non prosecutam, elapsis temporibus prosequendi, sententia mandatur executioni, nisi interim sit transactum. Bal. uel sic. Si appellatio debito modo non est prosecuta, pēdente appellatione sententia executioni mandatur. h. d. Bar. vel sic. Vbi appellatio per lapsum fatalium est deserta, sententia datur executioni, nisi interim sit transactum h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. 1† Opiniano.

LEX VIII.

SI contra maiorem [a] vigintiquinque annis sententia prolata, prouocationis secutæ temporæ præfinito [b] causas non esse repræsentatas, [c] nec appellatione pendente transactione finitum [d] negotium, 2† rector prouinciæ animaduerterit: res iudicatas [e] exequi curabit. [f]

Dominus causæ pōt appellationem interpositā a suo procuratore tractare, et exercere, tam præsente quam absente procuratore. h. d. no. secundum Bald. Vel sic. Appellationem a procuratore interpositam dominus prosequi potest. Bar. & Sal.

Ijdem AA. & CC. 3† Habe. Heracl. charissime nobis.

LEX IX.

DOminus litis causam appellationis, quam procurator suus litigando interposuit, [g] etiam absente procuratore, exequi potest. [h]

Expletis finib. mādati, cessat mandatum. h. d. Bal. Vel sic. Appellationem interpositam ab actore curatoris, curator exequi potest. h. d. Bar. Vel sic. Actor ordinatus ad causam, desinit esse actor per appellationem, & ideo causam appellationis prosequi non potest h. d. Iacob. But. Vel sic. Actor specialis ad certā causam potest appellare à sententia contra eum lata, prosequi vero potest curator vel adultus maior. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Titiano.

LEX X.

SI actor a curatore [i] ordinatus deteriorem calculum [k] reportauerit, tam ipse quam curator ad prouocationis auxilium possunt [l] peruenire: curator vero solus prouocationis litem exercebit. [m]

¶ Sin autem interim adolescens veniam ætatis impetrauerit, vel ad legitimam ætatem peruenerit, potest suo nomine appellationem exercere. S. prid. Cal. Octo. Viminat. CC. Coss.

Manifesta excusatio non prodest ei, qui non appellat. Et ratio, quia videtur tacitè renunciare. Item post sententiā non potest quis probare de veteri iure suo, quod per sententiam est sopitum. h. d. Bald. Vel sic: Quæ manifesta sunt, probatione non indigent. h. d. Bart. Vel sic. Manifesta excusatio non prodest nō appellāti a munere publico. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. 4† Antonino.

LEX XI.

CIues, [n] & incolæ manifestas etiam excusationes habentes, si sub iusta nominatione [o] non appellauerint, ad earum [p] probationem non admittuntur.

Condemnatus in ciuili, nō debet in carcere detineri, secus in criminali si fideiussores non habeat. h. d. Bar. Vel sic. Appellatori nulla debet iniuria fieri, nec sub fide custodia detineri, nisi causa sit criminalis, & idoneum non præbeat fideiussorem. h. d. Sal.

Imp. Constantinus A. ad Catulium.

LEX XII.

MInimè [q] † fas est, vt in ciuili negotio libellis ab appellatore oblatis, aut carceris cruciatus, aut cuiuslibet iniuriæ genus, seu tor-

fuerit, vel veniā ætatis impetrauerit, suo noie prosequi pōt appellationem. Vinia.

i *A curatore.*] i. à Præside postulante curatore: vt Insti. de curat. §. fi. sic & ff. de iis, qui no. infa. l. furti. §. mandati. & eo modo expone su. de procu. l. neque. Et dic ordinatū ad vnam causam agendam.

k *Calculum.*] i. contrariam sniam, alias aliter accipitur: vt dixi sup. de erro. calc.

l *Possunt.*] i. debent, vt procurator.

m *Exercebit.*] ex necessitate, actor vero ex voluntate vt su. de procur. l. inuitus. sed non vt actor, sed vt quilibet alterius nomine agens, quia finitum est eius officium.

n CIues.] ibi nati, dicunt ciues. Sed incolæ q ibi domiciliū cōduxerunt. Vel ciues ppetui, incolæ ad tps, vt ff. de verb. sign. l. pupillus. §. incola. & inf. de inco. l. ciues. li. 10. & ff. ad muni. l. libertus. §. patris. & l. incola.

Ciues & incolæ quō differant.

o *Si sub iusta nominatione.*] aliàs non esset opus appellare, vt j. eo. l. nominationes. Sed vr non esse opus appellare: vt infr. qñ prouoc. non est ne. l. veteranis. Sol. vt ibi. Item contra infra de accusat. l. ea quidē. Sol. hic non erat notoriū iustū habere excusationem, sed manifestū & inter hæc differentia est, prima enim probatione nō indigent, sed manifesta sic, licet prima facie sic videretur.

4† Aurelio.

Notoriū & manifestum differunt.

p *Earum.*] excusationem. & ad hoc supra vt li. pend. l. fi.

MInimè.] CASVS. Petij à te decē, condēnatus fui, appellaui, libellos dimissorios tibi obtuli, & an pēdente appellatione in carcerē detrudi, vel iniuriam sufferre debeā, quæritur? Dicit, quod non. secus si esset cā criminalis, in qua post appellationem interpositam, nisi reus fideiussorem daret, in vinculis perseuerare debet. Vinia.

† Ex li. 11. tit. 30. l. 2. C. Th.

q *Minimè.*] aut ciuilis, aut criminalis ē.

Pæ-

a *Perferat.*] i. sustineat.
b *Absq; ijs.*] s. tormentis & cruciatib. Et no. quòd tacitè transit de ciuili ad criminalem.
c *Perseueret.*] vt & sup. e. l. eos. §. super his. personarũ tñ qualitas, & delictorũ quãtitas in custodiendo inspicitur, vt ff. de custo. & ex reo. l. 1. 2. & 3. quæ videntur contrariæ, sed nõ sunt, vt dixi.

E*X illo.*] CASVS. Si iudex velit referre cãm ad principem, vt eam decidat, non debet audire aliquem allegantẽ priuilegia, antequam a iudice respondeatur. Item si appellatũ est a minore iudice ad maiorem: pendente appellatione non est admittendũ aliquid priuilegium sed omnia acta causæ debẽt mitti ad iudicẽ appellationis. Viu.
d *Ex illo.*] nec etiam ante, pendente s. causa, vt sup. vt li. pen. l. 2. sed de hoc magis dubitabatur.
e *Consultaturum.*] cũ consuluit Principem qualiter debeat iudicare, vt in Authen. de iud. §. pe. coll. 6.
f *Vel relaturum.*] vt cũ ex toto causam remittit ad iudicandũ, quòd hodie nõ fit, vt Auth. de iud. non ex s. iussi. §. 1. coll. 9. nisi qui non potest iudicare, quia solam habet cognitionem, vt dixi sup. de rela. l. 1.
g *Promiseris.*] i. dixeris ante sententiam.
h *Ate.*] i. a tua sententia.
i *Solennia.*] quia apostoli dati sunt.
k *Tibi.*] i. a te.
l *Speciale.*] rescriptũ, siue priuilegium liberalitate indultum, quo contineretur etiam absente aduersario posse iudicari, vel nõ expectata responsione ad consultationẽ, & vna pars proferebat huiusmodi rescriptum, siue priuilegium liberalitate indultum.
m *Requisitum.*] i. per postulationem datum.
n *Praeferens.*] alias proferens. proferens s. rescriptum. præferes gratiam iuri.
o *Audiendum est.*] quia ut dixi, supplicare causa pendente nõ licet, vt d. l. 1. supr. vt li. pen. Acc.
p *Statuta.*] scilicet quæ erant añ hoc tementa, vel etiam contumelias pferat[a] appellator: absque ijs[b] criminalib. causis, in quibus etiam si pronocare[2]† possit, cum tamen statum debet obtinere, vt post prouocationem in custodia (si fideiussoris idonei copiã ñ hẽat) perseueret.[c] Dat.[2]† 4. Non. Noué. Treu. Accepta 15. Cal.

Consulta causa, vel referri promissa idest pronunciata referenda, vel appellatione pendente non valent scripta in alterius parti fauorem emanata. Vel dic quod suspensa iurisdictione, interim innouata non tenet h. d. Bal. Vel sic. Lite pendente per appellationẽ, vel consultationem, nõ debet aliquid innouari, etiam ex rescripto Principis. h. d. Bar. vel sic, pendente lite principali, vel appellationis, non licet alicui partium supplicare, & supplicatum non debet admitti. h. d. Sal.

Idem A.[3]† Patronio Probiano suo salutem dicit.

LEX XIII.

EX illo[d] * tempore[4]† ex quo in ciuilib. causis, quæ inter priuatos mouentur, consultaturum,[e] vel relaturum[f] te esse promiseris[g] vel appellationis a te[h] interposit[5]† solẽnia[i] cõpleta fuerit: nihil posthac tibi[k] quodlibet speciale,[l] ac requisitũ,[m] vel quibuscũq; modis fauori,[6]† gratiã præferẽs[n] audiendũ[o] est: sed obseruãdũ, vt iuxta priora statuta,[p] solẽnitatis more expleto,[q] gesta ad comitatũ[r] omnia dirigãtur. D. Id. Aug. Arela. PP. Id. Octob. Teucestæ Sabi. & Ruffi. Coss. 316.

Si appellatio fiat illico, fieri põt viua voce sine libello. h. d. Bal. & Sal. vel sic. Statim lata sententia potest viua voce appellari Bart.

scriptum: vt in Auth. vt in me. li. § 1. colla. 8.
q *Expleto.*] qa & appellatio est facta, & apostoli dati sunt.
r *Ad comitatum.*] s. nostrum.

L*Itigatoribus.*] CASVS. Non solũ in ciuili causa, sed etiã criminali, poterit sine scriptis appellare, qui dixerit appellandum, iudice adhuc sedente pro tribunali.

Idem A. ad Bassum P.V.

LEX XIIII.

LItigatoribus * copia est, etiam non scriptis libellis, illico[s] appellare voce, cũ res poposcerit iudicata[t 7]† tã in ciuilib. quàm in criminalib.[u] causis. D. 8. Id. Iun. Sirm. Galli. & Basso. Coss. 317.

Vbi Imperator ex plenã relatione cognoscit, nulla est dãda amplius dilatio appellãdi. h. d. Bal. vel sic. Quę retractationis non subiacent diligẽter sunt agenda. Et iudex qui cõsultori omnia acta non miserit, infamatur. h. d. Bart. vel sic. Vbi Imperator delegat cãm appellationis reseruata sibi sñia, non est locus appellationi ab eius sñia, ideo oĩa actitata coram delegato. debent sibi mitti plenè instructa, cum per eum nulla detur postea dilatio, & iudex non plenè referens, notatur infamia. Sal. vel si iudex qui causam remittit ad Principem terminandum, debet omnia acta mittere, quia a sentẽtia Principis non potest appellari, ideo cautius agendum, & Iudex, qui nõ omnia misit, infamatur. h. d. Pau. de Cast.

Idem A. ad Seuerum Vicar.

LEX XV.

NE * causas, quæ in nostrã venerint scientiã,[x] rursus trãsferri ad iudicia[y] necesse sit instructiones necessarias[8]† plenè actis inseri pręcipimus. nã cogimur a proferenda sententia temperare:[z 9]† quoniam verendum est, ne litis incognito negotio a dirimatur, adempta copia conquerendi[b] quare perennibus inuretur iudex notis,[c] si cuncta, quę litigatores instructionis probationisq; cã recitauerint, indita actis, vel subiecta non potuerint inueniri.[q] Da. 10. Cal. Iul. Aqui. Const. 5. & Licinio CC. Coss. 319.

s *Illico.*] antequã ad alia diuertat faciẽda, vt hic. & ff. eo. l. 5. § hu. & l. a sña. §. hu. alias oportet, quòd in scriptis appellet: vt sup. eo. l. eos in fi. Sed arg. contra ff. de in integ. rest. l. Diuus. Alij dñt, vt H. quòd & hoc, dũ sedet pro tribunali, fieri potest. ADDITIO. istud cõmuniter tenetur teste Bar. hic. & hoc tenẽt etiam gl. in l. 2. ff. eo.
t *Iudicata.*] i. cũ sententia prolata est ritè. Res ergo dicitur iudicata, etiã si possit appellari, licet quidã contradicant, arg. legis, quæ est contra eos. ff. de cond. inde. l. eleganter. §. si quis.
u *In criminalibus.*] vt insr. e. l. addictos. & supra de epis. aud. l. ad dictos. & sup. e. l. eos. §. super his.

N*E causas.*] CASVS. Si appelletur a sententia iudicis ad principem, iudex acta rediget in scriptis, & ea destinabat ad Principẽ. Nam si aliter faceret, grauiter esset puniendus, quia notabitur infamia. Viui.
x *Scientiam.*] appellatione facta ad Principem, quæ fieri non dẽt prætermissis ijs, qui ante debuerunt appellari secundum ordinem, vt in Auth. de manda. Prin. §. si tibi col. 3. & ff. eod. l. Imperatores.
y *Iudicia.*] idest vt de veniant appellationes.
z *Temperare.*] i. ponderatã sñiam dare, vt sup. de sen. ex breui. reci. l. pen.
a *Negotio.*] cũ Imperator dilationẽ dare nõ debeat, ut sup. de dila. cum à nobis.
b *Conquerendi.*] nam non appellatur a sententia Principis, vt hic, & ff. quib. appell. non lic. l. 1.
c *Notis.*] quia erit infamis.
d *Inueniri.*] ad hoc facit sup. titu. primo. l. 1. 2. & 3. & hac l. notabis.

Margin notes: Appellatio qnq; põt interponi viua voce.
1† Possint: cõstit. C. T. sic paulo post dẽnt, habeant, & perseueret. e.
2† Al. 3. Non.
3† Patronio.
4† Ex li. 2. tit. 30. l. 5. C. Th.
4† Deest i li. manus.
5† Ac solennia.
6† Gratiã præferes. al. gratia ptferentia.
† Ex lib. 2. tit. 30. l. 2. C. Th.
7† Desunt hæc in C. Th.
† Ex li. 11. tit. 30. l. 9. C. Th.
8† Plenè.
9† Qui sanximus retractari rescripta nostra ad opiniones, vel ẽt relationes iudicũ data, non oportet. C. T.
Appellare non licet a sñia Principis.

notabilis: quia cautius agenda sunt, quæ non tractantur. & facit, quod alias dicimus, q quandoque permittitur seruum alienari, qui non permittitur manumitti: vt no. sup. de cond. ob cau. l. ea lege & de reb. alie. l. fi.

appel. non rec. l. abstinendum. & l. fin. Sal. distinguitur: si manifeste conuictus, aut non: vt primo casu non possit appellari: secundo sic.

k *Exigatur.*] vt sup. eod. l. si contra. & inf. tit. primo, l. fina. §. illud.

Eos.] CASVS. Non solum delegatus ab alio, sed à Principe appellationem eius, qui duxerit appellandum, recipere tenetur. Viu.

a *Etiam.*] i. delegatos à Principe: vt sub eod. nomine dicit .n. accipere imaginem, quia & vice delegantis fungitur delegatus: vt ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. 1. in fi.

b *Accipere.*] recipiendo appellationem, & mittendo ad iudicem appellationis. Et dic accipere, nisi semota appellatione Imperator delegauerit, quod alius facere reliquit: vt ff. a quib. ap. non li. l. 1. §. fin.

Si apud.] CASVS. Duo sunt Prætores in ciuitate Ro. vrbanus, & peregrinus, si ab eorum sententia appelletur, Præfectus Vrbis appellabitur. & de causa appellationis cognoscet. Viuian.

c *Si apud vtrumq;*] idest, alterum. s. Vrbanum, vel peregrinũ, diuisim enim accipitur: vt ff. de contrah. emptio. lege sed Celsus. §. si lendus. in fine.

Quoniam nõnulli.] CASVS. Si fiscus conueniat debitores suos, & condẽnari faciat, & illi appellauerint, nec apostolos petierint intra tempora, intra quæ peti debeant, vt se non tradantur executioni sententiæ, præsumuntur nolle appellationem prosequi, & debitum ab eis exigetur. Viu.

d *Fuerint.*] per diffinitiuam sententiam.

e *Opinionis.*] i. sententiæ.

f *Refutatorias.*] idest scripturas, in quibus continentur renunciationes allegationum, vel appellatio facta. Nam & ipsæ recusatoriæ preces dicuntur libellus appellationis, vt dixi sup. de rela. l. 1. Vel appellat hic dimissorias literas. Vel tertio .i. libellus, siue scriptura facta qua conijcitur aliquid malè, siue non rectè positum in exemplo sententiæ, & ideo illud recusat, & petit emendari, sicut & alio modo intellexim.us sup. de rela. l. 1.

g *Petere.*] redde singula singulis, petere sententiam, offerre petitionem emendationis.

h *Dies.*] quos habes inf. eo. l. iudicibus.

i *Defuerit.*] sed uidetur non posse appellari: vt infr. quorũ

A delegato Principis potest appellari ad Principẽ: licet representet imaginẽ Principis à quo appellari non potest. h. d. Bar. Bal. Sal. & Pau. de Cast.

Idem A. ad Maximum.

LEX XVI.

ij EOs* etiam, [a] qui imaginem principalis disceptationis accipiunt, [b] appellationum adminicula necesse est accipere.[d] Da. Prid. Id. Ian. Sirmij Crisp. 2. & Constan. 2. CC. Coss. 321.

A prætorib. ad Præfectum appellatur. h. d. Bar. Bal. & Sal.

Idem A. ad Iulianum P. V.

LEX XVII.

SI* apud vtrumq;[c] Prætorem, dum quæstio ventilatur, ab aliqua parte auxilium prouocationis fuerit obiectum è Præfecturæ vrbis iudiciũ sacrum appellator obseruet. Da. 3. No. A. Heracleæ. Const. A. 7. & Constan. C. 3. Coss. 326.

Contra debitores fisci iubendo proceditur, et si appellent, appellatione deserta cõfestim fit executio contra eos h. d. B. vel sic. Si appellatio est deserta propter apostolos non petitos, vel non præsentatos, vel per prosecutionem omissam, sententia executioni mandatur. h. d. B. Vel sic. Omittens petere apostolos à iudice a quo, vel offerre iudici ad quẽ intra tempus legitimum, dicitur appellationem deserere, & sententia mandatur executioni. h. d. Sal.

Idem A. Victori rationali Vrb. Romæ.

LEX XVIII.

QVoniam * nonnulli fisci debitores, cum iussi fuerint [d] debitam summã exoluere, interposito prouocationis auxilio vim executionis excludunt, nec iam opinionis [e] exemplum, nec refutatoriales [f] preces curant petere, [g] vel offerre, placuit vt si intra dies [h] † solennitatib. præstitutos ad facienda hæc appellatoris cura defuerit, [i] deserta ab eo prouocatio æstimetur, moxq; debitum exigatur.[k] Dat. pri. Cal. Aug. Constan. & Maxim. Cos. 327.

A maiorib. & minoribus iudicib. appellatur, prǣterquã à Præfecto pratorio, & si iudex a quo, non recepit appellationem, iudex ad quem, nihilominus est adeundus: & coram eo prosecutio est faciẽda, & si in appellatione succumbit, notatur infamia, si autem vincit, punitur iudex, qui appellationi non detulit. h. d. notabiliter secundũ Sal.

Idẽ A. ad vniuersos prouin.

LEX XIX.

A * Proconsulibus, & Comitibus, & ijs qui vice Præfectorum [l] cognoscunt, siue ex appellatione, siue ex delegatione, siue ex ordine iudicauerint, prouocari permittimus: [m] ita vt appellanti iudex præbeat opinionis [n] exemplum, & acta cum refutatorijs [o] partium, suisque literis ad nos dirigat. [p]

¶A præfectis [2] † aũt p̃toriorũ prouocare non [3] † sinimus. [q]

A Proconsulibus.] CASVS. A quolibet iudice, siue delegato, siue ordinario, siue in causa appellationis cognoscente, potest appellari, & iudex à quo appellatur, dabit appellanti apostolos, & acta causæ ad eum ad quem appellatur transmittet cum literis suis: sed à Præfecto prętorio non appellatur. & hoc in prima. Si verò iudex apostolos non admiserit, neque appellationem: adeat Præfectum, & ex integro ille cognoscet tanquam appellatione suscepta. Si vero, qui appellauit, videatur iniustè appellasse: causam perdat, & notetur infamia. Si vero iste iudex eum, qui appellat, non admisit, ad Principem remittatur puniendus. & hoc in secunda. Et non solum in maiori, sed etiam in minori causa potest appellare, nec reputare debet iniuriam sibi fieri iudex, si a sententia sua appelletur.

l *Præfectorum.*] i. vicarijs Præfectorum.

m *Permittimus.*] sic ergo a sententia cuiuslibet appelletur, vt hic, & inf. l. proxi. excepto Principe, & Senatu, vt ff. à quib. appell. non licet, l. 1. & Præfecto præto. vt infra l. proxi. & arbitro compromissario: vt sup. de arbi. l. 1. & exceptoeo, cui remota appellatione facta est commissio à Principe. Item & quando partes ante dixerunt se non appellaturas: vt d. titulo a quibus appell. non licet, l. 1. §. primo, & fina. Accur.

n *Opinionis.*] .i. sententiæ. & hoc etiam non petente appellatore: vt sup. ead. l. §. apostolos.

o *Refutatorijs.*] apostolis, vel libellis appellatorijs. Vel secundum Azo. i. scriptura, in qua continetur, quòd vterque renunciet allegationibus.

p *Ad nos dirigat.*] idest, ad eos, qui ad hoc deputati sunt, vt infra eodem, lege, præcipimus. §. huic. quæ est contra.

q *Non sinimus.*] vt sup. de sent. Præfe. præto. l. 1. & de offic. Præfe. præto. l. 1. §. 1.

† Ex li. 11. tit. 30. l. 11. C. Th. quę longa est cõstitutio, breuis hęc regula decreta est, eaque immutatis aliquot verbis.

† Ex li. 11. ti. 30. l. 13. C. Th. cuius pene sola sentẽtia huc translata est.

Refutatoriæ literæ quid cõtineant.

† Ex li. 11. tit. 30. l. 16. C. Th.

1 † Complendis solẽnitatib. C. Th.

† Ex li. 11. tit. 30. l. 16. C. Th.

Appellari a multorũ senten. nõ licet.

2 † Prætorio qui soli vice sacra cognoscente vere dicẽdi sunt. C. Th.

3 † Siniẽ ne tam nostra cõtãgi veneratio videamur. C. Th.

a *Præfectos adeat.* intra tempus, quod habes inf. eod. si appellationem, hi Præfecti Prætoribus superiores sunt.
b *Perdita.* in hoc nã est pœna.
c *Notatus.* hæc pœna specialiter imponitur ei, cuius appellatio non fuit recepta, alias alia imponitur pœna, ut inf. quorũ appel. non re. l. ab executione. in fi. & su. eo. l. eos, §. ne temere, quæ sunt contra.
d *Vicerit.* cum iustè appellauerit.
e *Digno supplicio.* quod sit dignũ, habes inf. l. quoniam iudices.
f *Et in minoribus Negotijs.* puta in criminalibus, & ciuilibus, ut supra de pœna iudi. l. 3. in fi. & sup. eod. l. litigatorib. Sed fallit in momentanea possessione, ut inf. si de momen. pos. fue. appel. l. 1. Azo.
g *Existimare.* ut ff. eo. l. illud, & de iniur. l. iniuriarum actio neque. §. si qui iure. Sed contra infra quando pronoc. non est necess. l. si. Sed ibi superuacuo appellatus. uel solut. ut ibi. Item argum. contra huic. supra de sum. trini. l. 3. ibi, namque iniuriam facit & c. Item econtra appellans non debet iniuriam dicere iudici, ut ff. de iniur. leg. iudici.

Infamia abscedet.

Dicit Faber in criminal. pu niendũ corporaliter arbitrio iudicis, in ciuili pecuniariter.
Alij dĩt criminaliter. & non ciuiliter.
Huius l. aliquot verba repetiuntur l. 15. C. The. & aliquid simile est l. 30. c. C. Th. ex neutra tñ earum hæc esse sumptã, & totus contextus, & diuersę inscriptiones arguũt. Huc quoque pertinet l. 2. in fi. eo.

¶ Quòd si victus oblatã, nec receptã à iudice appellationem affirmet: Præfectos [a] adeat, vt apud eos deintegro litiget, tanquam appellatione suscepta. Superatus enim si iustè appellare videbitur: a lite perdita [b] vocatus [c] † abscedet: at si vicerit, [d] contra eum iudicem, qui appellationem non receperit, ad nos referri necesse est, vt digno [e] supplicio puniatur. Da. Cal. Aug. P P. Cal. Septemb. Cõstantinop. Basso, & Ablauio Coss. 331.

Etiam in paruis grauaminib. appellatur. nec per ea iudici infertur iniuria, h.d. Sal.

Idem A. Albino.

LEX XX.

ET [*] in maioribus & in minoribus negotijs [f] appellandi facultas est. Nec. n. iudicẽ oportet iniuriam sibi fieri existimare, [g] eo, quod litigator ad prouocationis auxilium conuolabit. Da. 7. Idib. April. Marcel. & Prob. Cos. D. Cal. Aug. P P. Lal. Septẽ.

Iudex appellationẽ nõ recipiens, punitur in triginta libris auri, & in totidẽ eiusdẽ officialis, nisi pertinaciter ei contradicendo resisteret, & cãs resistentiæ apud acta debet inserere. h.d. Sal.

Impp. Constan. & Constans AA. ad Lollianum PP.

LEX XXI.

† Orientis. Hinc putat. Cont. & alios in Comitatu fuisse i Illyrico, alios in Gallia, alios in Italia.
p *Iudicijs.*] quæ agūtur i curia Principis.
q *Arripere.*] hoc si quantitas excedit decem libras auri: aliter vnus solus sufficit, & non excedat 20. quia tunc in communi auditorio tractatur: vt infra eo.

¶ Si vero arbiter[a] appellationem suscipere, aut relationem[b] dare cōtempserit: quatuor mensium tempora obseruentur: vt ijs, quæ statuimus actitatis: pareat appellator[c] temporibus, quæ de appellationibus definita noscuntur. Da. 3. Calend. Apri. Constantino. Ascle. & Mar. Coss. 428.

Si appellatur ad Principē à sententia spectabilium, cognoscit Præfectus, & Quæstor, et si a sentētia clarissimorum, Præfectus tantum. Et à delegato appellantur ad delegantem. Et si Princeps delegauerit non illustri, & à tali delegato appelletur, cognoscit Præfectus, & Quæstor. Si vero ab illustris s̄nia appelletur, per consultationem Principis terminabitur, in quo s̄niæ tempus inspicitur: & idem si illustris non illustri adiungatur. h. d. Bar. vel sic. Princeps plurib. intentus, appellationes ad eū deuolutas cōmittit quandoque vni. & quandoque plurib. vt hac lege disponitur, & quandoque in consistorio cognoscitur. h. d. Sal.

Impp. Theod & Valen. AA. Cyro Præf. prætor.*

LEX XXXII.

PRæcipimus * ex appellationibus spectabilium[d] iudicum, quę per consultationes[e] nostri numinis disceptationem implorant,[f] non nostram vlterius audientiam expectari:[g] ne nostris occupationib. quib. pro vtilitate mundi à singulorum nonnunquam negotijs auocamur, aliena[h] defraudari commoda videantur.[i]

¶ Sed si * Proconsulibus,[k] vel Augustali,[l] vel Comite[m] Orientis, * vel Vicarijs[n] fuerit appellatum: virum illustrem Præfectum prætorio, qui in nostro est comitatu, virum etiam illustrem. Quæstorem[o] nostri palatij, sacris iudicijs[p] præsidentes disceptationem iubemus arripere,[q] eo ordine, ea obseruatione, ijsdemque temporib. quibus cæteræ quoque lites fatali die post appellationem in sacris auditorijs terminātur: & hoc,[r] licet quidam prædictorum spectabilium iudicum[s] iure concesso,[t] vt sacri iudices appellationēs[u] acceperint.[x]

¶ Quòd si à Duce fuerit appellatum: si idem & Præses[y] sit, Præfectum necessario tantum iure ordinario in sacro auditorio iudicabit.

¶ In his autem omnibus iudicijs, quæ consultationum introduximus loco, vel apostolos, vel ea, quæ apud eum gesta sunt, contra cuius sententiam dicitur appellatum, suscipere ab appellationib. & cognitiones inducere apud viros illustres prædictos iudices, & ea, quæ geruntur, excipere, scribere, scriptaque litigatoribus edere nostros epistolares præcipimus: officijs videlicet eorum,[z] cū quibus[a] vir illustris Quæstor iudicat, exequentib. iudicata.

¶ Hæc si appellatio fuerit oblata iudici, qui non ex delegatione[b] cognoscit, eorū enim sententijs appellatione suspēsis, qui ex delegatione cognoscunt: necesse est eos ęstimare iustè necne fuerit appellatum, qui causas delegauerint iudicandas.[c]

¶ Huic saluberrimæ legi illud etiam consultissimè credidimus inserendum, vt si priuato, non illustri,[d] vni, pluribusve (assolet) nostra serenitas adita delegauerit causam, & eius eorumve definitio fuerit appellatione suspēsa, vir quidē magnificus Pręfectus prętorio, qui in nostro est comitatu, cum viro illustri Quæstore temporali[e] † iudicet die.

¶ Nostri vero libellenses,[f] quæ apud arbitros[g] gesta sunt suscipiant, cognitiones

l. in offerendis.
r *Et hoc.*] s. verum est, q. d. siue de cā principali cognouerit spectabilis, siue cum ad eum esset ordinariè appellatum.
s *Iudicum.*] & nunc ab eius sententia appellatur.
t *Concesso.*] ordinariè.
u *Appellationes.*] ad se facias. Azo.
x *Acceperint.*] ut ordinarij.
y *Et præses sit.*] & sic clarissimus: ut supra ut omnes iudi. tam ciui. quam crimi. l. 1. potest etiam esse quādoq; spectabilis, vel illustris, & tunc est in eo speciale, ut si appelletur ab eo cognoscente, ut ordinario, uel delegato, q. fiat cognitio appellationis a magistro officiorum, & Quæstore sacri palatij, ut infra eodem, si quando. quæ est contra, & sic non imitatur ordinem aliorum spectabilium.
z. *Eorum.*] i. eius.
a. *Cum quibus.*] cum quo.
b *Ex delegatione.*] s. alterius, non Principis: ut inf. §. prox. Accursius.
c *Iudicandas.*] à delegato appellatur ad delegantem, ut & ff. & a quo l. 1. sed quid si iudex desijt esse delegans; Respon. appellatur ad illum, qui est eius loco argum. ff. de iudi. l. proponebatur.
Appellatur à delegato ad delegantem.
d *Illustri.*] non clarissimo alioquin cōtra in Authe. de appel. §. si. colla. 3. vel dic. ut ibi
e *Temporali.*] videlicet die. i. in die, quo secundum cursum tēporis erat, vel veteris uel alterius. Azo. & subaudi cognoscent, uel iudicabunt, & sic no. quod duo sunt, sicut, & qua appellatur à spectabili. Sed contra su. el. a Proconsulibus. Sol. vt ibi. Item contra su. de epis. audi. auth. si quis litigantium. in fi. Sol. vt ibi.
† Al. temporali videlicet die cognoscat.
f *Nostri verò libellenses.*] duo. s. vt in Authen. de iud. §. de v. no quoque colla. 6.
g *Arbitros.*] delegatos Principis.

Iudi-

non illustri delegauit. In omnibus autem casibus prædictis cognoscentium iudicum epistolares, & libellenses apostolos, & gesta apud iudices priores ab appellantibus suscipient, & cognoscendas apud dictos viros illustres inducent, & quæ geruntur excipient, & scripta litigatoribus edent, & sententiam executioni tradent temporibus fatalium, & dierum in causa appellationis seruatis. Quicquid enim hac lege specialiter non est expressum, legis veteris regulis intelligendum est relictum, secūdū Ir. & hoc iure C. sed iure Authent. à clarissimo ad spectabilem, à spectabili ad Quæstorem. & Præfectum. Si uerò à delegato Principis illustri, vel spectabili, appellatur ad antiquos Romæ iudices. Si à priuato delegato Principis, ad spectabiles, ut in Authent. de appella. §. penult. & fi. coll. 4. Sed quid si per errorem alius pro alio appelletur? Respond. si si maior, uel par, ualeat, aliàs non, ut ff. eo. l. 1. §. si quis.

inducant,[a] & ea, quæ geruntur, excipiant,[b] scribant, scriptaque litigatoribus edant; qui[c] etiam apud arbitros[d] (licet illustres sint) ex delegatione nostra cognoscentes excipiunt, si in sacratissimo nostri numinis[1] † comitatu causæ dicantur.

¶ Sane si illustrium, ac magnificorum iudicum sententiæ fuerint appellatione suspensæ, eorum videlicet, quorum sententias licet appellatione suspendi,[e] per consultationem nostram volumus audientiam expectari, licet antea[f] priuato homini (idest non illustri) lite à nobis delegata, is postea tempore definitionis illustri decoratus dignitate reperiatur.

¶ Eodem[g] obseruando, & si alter ei[h] coniunctus[i] sit arbiter[k], qui non illustrē meruit dignitatem. Quicquid autem hac lege specialiter[2] † videtur expressum, id veterum legum constitutionumq; regulis omnes relictum intelligant.[l]

De appellatione interposita à Præsidis sententia super statu apparitoris magistri militum lata, cognoscit præfectus vna cum magistro militum, etiam si magister ipsi præsidi delegasset, h.d. Salic. vel sic. Quando appellatur à sententia lata super statu curialium, statuitur hic quis debeat esse iudex appellationis, h.d. secun. Pau. de Cast.

Iidem AA. Cyro PP.

LEX XXXIII.

EO casu,[m] quo apparitor magisteriæ potestatis de curia, ue officio cohortali, de statu in prouincia patitur controuersiam, uel tributa, vel functiones debens in prouincia detinetur, si sententia Rectoris prouinciæ fuerit appellatione suspensa: cum sua sublimitate viro quoque magnifico magistro militum cognoscente, causæ iubemus merita ponderari; licet magister militum Rectori prouinciæ causam delegauerit perorandam.

Quando Princeps super aliqua causa consulitur, ab eius consiliariis, partibus præsentibus, vel absentibus, causa examinatur, & ab eorum consultationibus non appellatur, h.d. Bar. & Pau. de Cast. vel sic. A rescripto Principis non appellatur, bene autem appellatur à sententia inde secuta. h.d. Iac. Butr. vel sic: Si Princeps super aliqua causa consulitur, à consiliariis hic nominatis partibus præsentibus, uel absentibus causa vna cum relatione examinatur, & secundum eorū cōsilium Princeps rescribit, & à tali rescripto non appellatur, h.d. Sal.

Imp. Iustini. A. Demostheni præfec. prætor.

LEX XXXIIII.

IVbemus, si qua suggestio maioris, vel minoris iudicis ad nostram referatur clementiam de negotio, quod iudicandum ei tradidimus, vel de quo pro sua iurisdictione iudicauerit,[n] petentis à nostro numine finem eidem imponi negotio, quòd ab eo disceptatum est, siue additum sit eidem suggestioni, quid referenti placeat[o] (dum id partibus per sententiæ suæ recitationem manifestum non fecit) siue nihil huiusmodi adiectum[p] sit, sed simpliciter nostri numinis responsum expectat, non prius causam discerni, quàm per sacram pragmaticam nostri numinis iussionem duo ma-

a *Inducant.* coram prædictis duobus.
b *Excipiant.* i. in scriptis redigant.
c *Qui.* i. libellenses, & mutat casum. s. qꝑ delegat illustri, ubi Principes de appellatione cognoscit, vt subijcit Acc.
d *Apud arbitros.* i. facta.
e *Suspendi.* nam quorundam non licet, ut Præfecti prætorio, ut sup. eod. l. à proconsulibus.
f *Licet antea.* argum. contra, ff. de mino. l. scio. & de condi. & demon. falsa. §. sed & si cui. sed simile. ff. de arbit. le. nam magistratus.
g *Eodem.* mutat adhuc casum.
h *Ei.* illustri.
i *Coniunctus.* sic ff. quemad. ser. amit. l. n. communem princ.
k *Arbiter.* priuatus.
l *Intelligant.* ita quod non mutatur, & ita q non mutatur, stat, sic in Auth. de adm. offi. §. fina. colla. 3. & sup. de test. l. sācimus. & ff. de au. & arg. lega. l. 1. Sed arg. cōtra. ff. de adi. lega. translatio, & l. alteri & l. alumnæ. alias l. Titia. §. qui filias. Et breuiter prædicta collige secdm Io. si a tulit spectabili iudice, q tulit sententiā, uel super causa principali, uel appellationis ad eum factæ ad Imperatorē appelletur, non Imperator, quia alijs est intentus, sed alij duo, s. Præfectus prætorio, & Quæstor sacri palatij de causa appellationis iudicabunt. Si uero à sententia iudicis clarissimi ad Imperatorem prouocetur, unus tātus, s. Præfectus urbis uice Principis iudicabit, & hoc si ab eo est prouocatum, qui ut ordinarius iudicauit, alioquin si ut delegatus, appellatio ad eū, q delegauit referet. Porro ubi Imperator delegauit nō illustri, & ab eo prouocat, tūc Præfectus prætorio cum Quæstore iudicabunt, sicut & cum a spectabili appellatur. Vbi autem illustri delegatur, uel non illustri, qui tamen postea antequam iudicaret, illustri decoratus est dignitate, de causa appellationis ab eo factæ solus Princeps cognoscit. Idem est, si Princeps illustri &c.

1 † Al. Nominis.

2 † Nō specialiter.

Appellatio si à iudice spectabili interponat ad Imperatorem, quis de ea cognoscet.

m EO casu. Hæc lex non legitur in scholis.

IVbemus CASVS. Contingit aliquādo, quòd iudex delegatus, uel ordinarius dubitat ferre sententiam, & consulit Principem, & tunc siue exprimat quod ei placeat, siue nihil dixit, sed simpliciter consuluit super quæstione, non debet prius determinari Quæstio à iudice, sed duo patricij, uel Consules cum Quæstore debent decidere quæstionem. Item si duo iudices discordes sint in ferenda sententia, & ideo cōsultant Principem, prædicti patritij cum Quæstore decident quæstionem illam. Viuian.

n *Iudicauerit.* i. cognouerit pro iudicādo, nam ante sententiam fit relatio, ut s. de relatio. l. j. uel in casi, ut ibi dixi, quo etiam casu potest hic loqui.

o *Placeat.* iudicare.

p *Adiectum sit.* qualiter sibi placeat, est tamen manifesta relatio, alias non ualet, ut supra de relat. l. 1. §. 1.

Quæ-

a *Quæstori*. sicque sunt tres, qui examinant, & secundum eorum consilium respõdet Imperator, & cõtra hanc responsionẽ non appellatur, vt subijcit, sed contra sententiam sic, vt diximus sup. eod. l. nouũ.
b *Diuersas suas sententias*. in animo conceptas, non autem prolatas, qa tunc si sunt delegati, delegãs vnã approbaret: vt ff. de re iudi. l. duo iudices. si ordinarij, valet ꝓ reo: vt in cod. tit. l. inter pares.

IN *offerendis*. CASVS. In superiori l. iubemus dictũ est, quod duo patritij cognoscunt de causa, & ferunt sententiam in definitẽ: imò refert se ad hoc, quod dicitur in l. præcipimus, in princ. & §. huic saluberrimæ. Hæc lex distinguit, quòd si est quæstio propter decem libras, vel minoris summæ, vnus tantum patritius, vel Quæstor iudicabit, sed vsque ad viginti, duo patritij cognoscent, & si isti duo dissentiant, Quæstor eis adiungetur. Si verò sit quæstio, quæ excedat viginti, vel in palatio Principis vẽtilabitur, epistolares id est tabelliones, omnia, quæ aguntur, redigere in scripturam debent, & quando iudex consuluit Imperatorem, & Imperator committit causam prædictis patritijs, victus, & victor intra biennium debent istis patritijs cõsultationem offerre: & quando isti iudices cognoscunt de tali consultatione, noui testes possunt induci, & nouæ probationes.
c *Prouocationibus*.] quæ fiunt à spectabilibus, vt l. ꝑcipimus: in princ. & quando non illustri: vt supra ea. l. §. huic.
d *Discernendam*. videbimus. n. an maior quantitas contineatur in sententia, in qua appellatur, necne. Quid autem si de hoc dubitetur, quia talis est species, de qua potest dubitari, ut si tutelæ, vel curæ, sub quo iudice cognoscetur? Potest dici, quòd ambo in dubio cognoscẽts arg. ff. de iurisd. om. iud. l. si idem, §. 1. & fi. & argum. ff. de lib. agno. l. 3. §. quia Plautianum.
e *Terminetur*. s. litis æstimatio.
f *Iudicibus*. s. Præfecto & Quæstori: ut sup. e. l. præcipi. n°.
g *Excipientibus*. i. inscriptis.
h *Dissentiat*. istis duobus modis additur Quæstor: ut subijcit, ut ff. de arbitris, l. itẽ si vnus §. principaliter. Sed quomodo additur Quæstor, cũ erat unus de duobus? Dic, quod plures erant Quæstores. ut patet ff. de offic. Quæst. l. 1. patet ergo, ꝙ per hãc legem vnus

gnifici viri, vel patritij, vel cõsulares, vel præfectorij, quos pro tẽpore nos elegerimus, iubeantur adiungi viro illustri pro tempore quæstori [a] nostri palatij, & vna cum eo scriptis relationem discernere) siue præsentibus partibus hoc perspexerint, siue absentibus,) & responsum relationi dandum sua sententia manifestare: vt tamen dispositio huiusmodi excellẽtissimorũ iudicum omnimodo rata sit, nulli danda licentia contra prouocationem eorum proferre sententiam, vel aliam quamcunque dubitationem introducere.

¶ Quam obseruationem non solum si vnus iudex suggestione, vel relatione vsus fuerit, tenere censemus: sed etiã si duobus, vel amplioribus datis iudicibus, in vnam sententiam minimè omnes conuenerint, sed diuersas [b] suas sententias vnusquisque nostræ mansuetudini retulerit, vel omnes nos consulerint, quid discernendum [1]† sit.

[1] Al. decernendum.

Imperator Iustinianus.

LEX XXXV.

IAm trigesima * secunda constitutione dicente, de omnibus magistratib. illustribus à quibusdã est appellatio, Principem fore appellationis iudicem, præsens constitutio inueniens ius certum quo aduersus sententiã Præfectorum prætorio appellatio quidem non est, retractatio vero est. Et si alius quidem sit Præfectus, credibile est, quia rescindet, quæ fuerit ab altero iudicata. Si vero idem ipse fiat Præfectus iterum, is qui iam sententiam tulit, cõtra cuius calculum & supplicationes oblatæ sunt, quia præsumitur pro vetere sua sentẽtia dicturus iubet cõstitutio, vt Quæstor vna audiat cũ ipso iterũ aut tertiũ Præfecto creato, & examinãte suas in priore magistratu dictas sñias, statuẽs, vt nulla sit contra huiusmodi sententias retractatio.

** Hanc le. resti. Cui. 12. ob. 3.*
** Interpretatio Cõ.*

Imperator Iustinianus.

LEX * XXXVI.

OPortet post * oẽm litem finitam tunc appellationem reddi, neque enim lædi tur quis, si interea facta fuerit interlocutio, quæ illi deneget ius competens, i. vel testiũ productionẽ, aut relectionẽ instrumẽti. Potest. n. ĩ appellatione omnia denudare, aut exercere, ne contra medij temporis interlocutionẽ, data appellatione, mora inijciatur dilationibus, sæpius in eadem causa data appellatione, & examinata iterũ alio capitulo ventilato, & iterum contra ipsum etiam porrecta appellatione. Si verò diæteta est is, qui in media interlocutione ius aliquod ipsis denegauit, iubet scripto id insinuãt, vt ita in appellatione seruent sibi suã de hoc allegationẽ impræiudicatam. Si vero contra hæc fiat, neque recipiat appellationem iudex, & ipse, qui appellauit, pro transgressione quinquaginta libras auri præstet.

** Hæc l. resti. Cuiac. 12. obs. 3.*
† Interpretatio Contij

In causis, quæ sunt vsque ad decẽ libras auri, solũ vnus iudex cognoscit. In causis, quæ sunt vsque ad xx. libras, principiũ mutatur. In causis, quæ sunt vltra xx. libras, totũ auditorium Principis expectatur. Et ad appellationem introducendam est bienniũ constitutũ, & nouæ probationes recipiuntur. h. d. secun. Bar. vel sic: In appellatione ad sacrũ palatium deuoluta, si sit æstimationis xx. librarũ auri, & à decẽ supra, cognoscit Præfectus prætorio, & Quæstor sacri palatij. Si autem sit decem librarum & infra, cognoscit alter eorum tantũ. si verò sit maioris æstimationis xx. librarũ, cognoscit Principis cõsistoriũ, causa intra biennium intimãda; & ab eorum sententia non appellatur. h. d. Sal.

Idem A. Mennæ. PP.

LEX XXXVII.

IN offerendis prouocationib. [c] ex quib. cõsultãtionũ more negotiũ in sacrũ nostrũ palatium introduci solebat, hoc addendum esse cẽsemus: vt si quidẽ nõ excedat litis æstimatio decẽ librarũ auri quantitatem, ex ipsa. s. sñiam iudicis discernendã: [d] [2]† non duobus) sicut antea) magnificis iudicib. sed vni tantummodo disceptatio negotii deputetur. ¶ Sin vero memoratã excedens quantitatẽ, viginti libris auri terminetur: [e] duobus tradatur disceptatio magnificis iudicibus, [f] viris, s. deuotis epistolaribus cognitionalia certamina excipiẽtibus, [g] ita tamẽ, vt si dissentiãt, [h]

[2]† Dec. decernendi.

vnus non vltra decē libras auri, duo non vltra xx. iudicēt. Sed contra inf. eo. l. si in fi. vbi dicit si ex post facto apparet excedere, de toto cognoscit, sed illa corrigit istā. Item no. ꝙ ambo simul debent cognoscere. Sed aliud i plurib. tutorib. ubi ēt vnus agit, ut ff. de admi. tu. l. decreto, §. fi.

+ Statuta l.1. sup. de senten. in qua biennium datur ad supplicandū Principi hodie annus, in l. ult. §. his. ꝗ eo. Cōt. Appellatio interiecta, intra ꝗd tp̄s debeat inchoari.

a *Duos*. secundum ꝓdictā distinctionē.

b *Bienny*. Hic non ponitur tempus appellationis exercendi, sed id intra, quod appellatio cognoscēda intimari debet iudicib. ut de ea cognoscant. Sed authentica videt statuere duos menses ad appellationem inchoandā, quæ fit à pedaneis iudicib. à Principe delegatis, ut in Authē. de iudic. §. audientiæ. colla. 6. Ioan. In alijs vē statui mediū tempus appellationis; vt inf. ti. 1. l. nemo.

c *Assertiones*. ut infra tit. 1. l. fi. §. in his, & l. per hanc, & supra eo. l. eos, §. si quis, & inf. eo. l. ampliorem.

SI quando. CASVS. In l. præcipimus, circa principiū dicebatur, quod si appellatur à Duce. & Præfectus de sententia iudicabit. hæc lex corrigit & dicit, siue sit illustris Dux, siue sit Dux magister militis, semper a Duce appellabitur ad magistrum officiorum, & ad Quæstorem.

d *Duciano*. Hic dicit, ꝙ si à Duce spectabili, uel illustri appelletur, quæstor palatij, & magister officiorū cognoscit, Et est cōtra sup. eo. l. præcipimus, §. quod si à Duce. Sol. vt ibi, & nō legit i scholis.

†Si qñ corrigitur in Nou. 13. c.3. Cont.

ADDITIO. Hæc l. notat Barto. hic ad qōnem, ꝙ si Rex habens Ducatum, vel Comitatum, iudicat ut Dux, uel Comes, appellatur ad superiorem sibi in Ducatu uel comitatu, non inspecta regia dignitate. hoc ipsum dicit idem Bart. per hanc eandem leg. in l. 1. §. si quis in appellatione, in ulti. quæstio. ff. eodem. Item facit ad

virum illustrem pro tēpore Quæstorem adhibeat, vt, eo dubietatem dirimente, finiatur negotium.

¶ His videlicet, litibus, quarum æstimatio viginti librarum auri quantitatem excedit, in cōe auditoriū florentissimorum sacri nostri palatij procerum introducendis: vt tamen secundum iam statuta [a] liceat quidem non solum victo, sed ēt victori consultationē ad vnū, vel duos [a] iudices mittendam, intra biēnij [b] tempus ei, vel eis intimare. Post excessum enim memorati tēporis huiusmodi licentiam amputamus.

¶ Quæ vero fuerint ab eo, vel eis decreta, nulla prouocatione suspendantur.

¶ Nouas etiam assertiones [c] à partib. apud eundem, vel eosdem iudices addi, ad exēplum consultationis ad sacrum nostrum palatium introducendæ permittimus. D. 8. Id. April. Constantinop. Decio Coss. 429.

Si appellatur à Duce, siue sit illustris, siue spectabilis, solū magister officiorum cognoscit, & in hoc corrigit l. præcipimus. h. d. secundum Bar. vel sic. De appellatione interposita à Duce spectabili vel illustri, cognoscit magister officiorum, & Quæstor sacri palatii, h. d. Sal.

Idem A. Demostheni P. P.

LEX XXXVIII.

SI quando [a] duciano [d] iudicio appellatio fuerit oblata, siue ab ipsa qualitate iudicis, siue ex diuina delegatione viro spectabili Duci destinata, siue īter spectabiles idē Dux connumeretur, siue illustri dignitate decoretur, siue etiam maiore (cum magisteriæ potestatis homines, nec non consulares sæpe, utilitate publica poscente, ad huiusmodi curā perueniāt) nullo discrimine habito, non dignitatem, sed Ducatus magistratum spectari, & appellationem ex quocunque Duce peruenientem, [1]† non vt antea erat dispositum, sed apud virum sublimissimum magistrum officiorum, nec non virum excellētissimum nr̄i palatij Quæstorem, communi audientia proposita, in sacro auditorio more consultationum, viris deuotis epistolaribus excipientibus ventilari sancimus. [2]† nulla veteris legis in hac causa obseruatione custodienda, sed apud eosdem tantummodo excellentissimos iudices causa trutinanda.

Appellator à tanto, & discutitur de toto, quia appellatio est communis etiam parti quæ non appellauit. h. d. secundum Bal. & nō est alibi, vel sic. Appellatus potest appellationē exercere, sicut appellans, & petere sententiam in melius reformari in sui fauorem. h. d. vsque ad §. in refutatoriis. Bar. & Sal.

Idem A. Iuliano. P. P.

LEX XXIX.

AMpliorem prouidētiā subiectis conferentes, quam forsitan ipsi vigilantes [e] inueniūt, antiquā obseruationē emēdamus: cū in appellationū auditorijs is solus post sniam, iudicis emendationē meruerat, q ad prouocationis cōuolasset auxiliū: altera parte, quæ hoc nō fecisset, sniam sequi (qualiscunque fuisset) cōpellenda ¶ Sācimus itaque si appellator semel in iudiciū venerit, & cās appellationis suę proposuerit, habere licentiā, & aduersariū eius, si quid iudicatis [f] opponere maluerit (si præsto fuerit) hoc facere, & iudicia le mereri præsidium.

¶ Sin autem absens fuerit, nihilominus iudicem per suū vigorem eius parteis [3]† adimplere. [g]

Gaudent breuitate moderni, h. d. secundum Bar. vel sic:

aliam quæstionem, si aliquis Episcopus uel clericus alius habeat iurisdictionem à Principe, & iudicat rigore illius iurisdictionis, quod ab eo appellatur ad Principem non ad Papam, vt hic est casus, secūdum eundem Barto. hic. & in d. §. si quis in appellatione, de quo uide latius per Canonistas in c. Romana, § dēre. ti. li. 6.

1 † al. uenientem.

AMpliorem. CASVS. Olim si aliquis appellabat, appellator ante habebat commodum de appellatione, non aduersarius. uerbi grā, conueni Titium in 40. iudex condemnauit eum in 30. si Titius appellabat. iudex appellationis, ut ei uidebatur, ferebat sententiam pro appellatore, nō pro me, dicit Imperator, ꝙ ego etiam debeo reportare commodum de appellatione, quia si Titius dicat, se iniuste condemnatum in 30. ego possum dicere, quod debet condemnari in 40. & iudex appellationis poterit ferre sententiam pro me, si uidetur ei. siue fuerit præsens, siue absens.

2 † al. deest

SED ENIM. Quando appellatur à minori ad maiorem, debet mittere iudici appell. omnia acta, & si sit quæstio de decem libris auri, & post processum causæ appareat, quod illa quæstio contineat 15. & ita uidebatur, quod unus iudex nō posset cognoscere, ut supra codē l. in offerendis, dicitur tamen quod iudex app. etiam de 15. poterit cognoscere, & forte sententiā. Vi.

e *Ipsi vigilantes*. idest ipsi uiderent, si in hoc cogitarent tantum, quantum nos pro eis cogitamus.

f *Iudicati*. uerum est super eo capitulo, in quo est appellatum uel connexo, non in alio, ut ff. de mino. l. gl. in c. boetiam, §. ex cā. & ff. d na memo. arb. q d cā. & sup. de rle. super transac. l. si ex falsis, uer. curaui & ad hoc su. eo. l. in offerendis, in fi.

3 † Dn. partes.

+ Concordat mus, in me ex. de po.

h *Adimplere*. sup. stu. præla. plendo

Libelli appellatorij non debent esse verbosi: nec superflua, sed necessaria tantū continere: quibus omissis, puniūtur offendentes arbitrio iudicis. h.d. secundum primam expositionem: quæ est magis amica literæ. Sal.

¶ In refutatorijs [a] autem libellis, qui solent maximè in sacro auditorio prudentissimorum nostrorum procerū recitari, caueant tam litigatores, quam libellorum dictatores verbosis vti assertionibus: & ea, [b] quę iam perorata [c] sunt, iterum [d] resuscitare, [e] sed hæc sola eis interibere, [f] † quæ compendiosa narratione causas prouocationis possunt explanare, vel aliquid [f] noui continent, vel addere, [g] φ derelictum est: scituri, φ si hoc fuerit prætermissum, nō deerit aduersus libellorum cōditores amplissimi iudicij cōpetens indignatio, φ sufficiant [h] gestorum volumina introducta, & virorum spectabiliū magistrorum scrinij breues omnia apertissime ostendere.

Sufficit, φ iurisdictio in principio sit fundata ratione dubij, licet in calculo ferēdæ sententiæ appareat aliquid, quod à principio esset obuiatiuū iurisdictioni. h.d. secundum Bald. vel sic: Si tēpore sñiæ summa reperiatur maior, quā prima facie videbatur, non impeditur iudex super toto pronunciare. h.d. notabilissimus, §. iste, quem bene not. secundum Bar. vel sic: Crescente lite crescit iurisdictio. vel sic. Ratione dubij cognoscitur, & pronunciatur vltra iurisdictionem ordinariam iudicandis, h.d. Sal.

¶ Sed enim [2] † scimus legem nostram esse promulgatam, [i] per quā more consultationū in causis quidem, quæ vsque ad x. libras auri extenduntur, vnum iudicem sācimus supponi, [3] † xx. aūt duos sublimissimos [4] † iudices. Sed cum prima quidem facie videbatur non tantam summā excedere, [k] in definitiua autem sententia apparebat iudici, vel iudicibus etiam maiorem quantitatem debere imponere: [l] non erat eis possibile formam, qua erant cōclusi, excedere.

¶ Sed nos definimus, & omnem eis damus facultatem si hoc ita fuerit subsecutum dicere eis, & ampliorem summam præfata quantitate, in qua dati sunt iudices, excedere: & non ad modum suæ rationis, [m] sed ad veritatis indaginem ferre sententiam: ne tanti iudices quasi vinculis præpediti, non possint legū veritati, & iudiciali vigori per oīa satisfacere. [5] † 530.

De temporibus, & reparationibus appellationum, seu consultationum.

TITVLVS LXIII.

Qui appellat à nominatione, hēt decem dies ad appellandum, duos menses ad prosequendum, secundum vnā lecturam Sal. vel sic: Tempus exercendæ appellationis interpositæ à nominatione ad munera, est duorum mensium à tempore scientiæ, hoc dicit. Bar.

Imp. Constant. A. ad Crispinum.

LEX PRIMA.

SI * quis per absentiam [n] nominatus, vel ad Duumiratus, aliorumque honorum infulam, vel munus aliquod [o] euocatus, ad prouocationis auxilium cucurrerit, ex eo die interponendæ appellationis duorum mensiū spatia ei computanda [q] sunt, ex quo cōtra se celebratā nominationem didicisse mōstrauerit. [r] Nā præsenti, qui factam nominationē cognouerit & appellare voluerit, statim debent duorum men-

plendo de iure. & inducendo legem pro absente, vel respondēdo legi contra eum inductæ, quod est uerū generaliter. ut supra ut quæ desunt ad uo. par. l. unica. Item, & de facto, ut quærēdo an promissio per me ū facta fuerit, vel dolum. Vel an solutio fuerit facta, uel pa ū factum, quod hic est speciale, ut infra, tit. s. l. 2. in fi. & plene diximus, ut sup. ut quæ desunt aduo. l. unica. Accur.

ADDITIO. Tu dicas cum Ba. hic, non esse speciale in hoc casu, imò regula est, secundum eum, φ vbicunque cōtra absentem potest perueniri ad definitiuā sententiā, iudex pro eo potest supplere de facto, vt hic, & sup. que. & qui. iud. auth. qui semel. ibi, perquisita veritate, &c.

a *In refutatorijs.* in quibus refertur audientia iudicis, qui tulit sñiam, vel in literis dimissorijs. Vel tertio appellat preces refutatorias i. las de quibus dixi s. de rela. l. 1. in fi.

b *Ea.* supple, & caueant ea &c.

c *Perorata.* i. allegata, & alibi scripta de testibus, & confessionibus, quæ iudex appellationis habet sibi tradita.

d *Iterum.* & ita bis idem repeteba, non autem dicit, φ acta primę causæ non videat iudex.

e *Resuscitare.* i. in scriptis redigere, & recitare: arg. ad hoc sup. de prec. Imp. off. l. 1. & sup. de rela. l. fina. Accur.

f *Vel aliquid.* vt puta prędictiones nouiter factas, & testificationes breuiter narradu est. secundum Azo.

g *Addere.* not. fieri posse confessiones de nouo.

h *Quod sufficiant.* imo decernit, quod idest quia sufficiant.

i *Promulgatam.* sup. eo. in offerendis.

k *Excedere.* puta in vniuersali iudicio, petitio hęredi. a. is, & fa. iliç erciscūdæ.

l *Imponere* ex eadem l. 1. Vel forte etiā

ex alia causa. nam, & alteri licet petere emendationem, vt in prin. huius legis.

m *Rationis* al. rationis, s. inductæ ex lege illa, in offerendis, & alias narrationis, s. dictæ legis. Et no. φ ex hac lege, & Instit. de act. §. si minus. colligunt quidam, vt Pe. φ si primo petij quinque, in eodem iudicio possum addere, & petere alia quinque, quod non placet. & hic dicit in petitione hæreditatis, vel simili iudicio, vt dixi in vniuersali.

DE TEMPORIbus, &c.

Quando, & qualiter hat appellatio, dixit, nunc intra quæ tempora exerceatur.

SI quis. CASVS. Nominat ad munus aliquod, si se vult excusare, debet appellare. Intra verò quod tempus debeat prosequi appellationem, quæritur. Resp. quod si absens est, intra duos menses computandos à tempore scientiæ, si præsens est, statim incipiunt currere sibi duo menses. Viui.

n *Si quis per absentiam.* Omitte modo per absentiam.

o *Munus aliquod.* præter tutelam, vel curā, vt dixi sup. qui. t. l. si ad scribatum, & facit ad hoc l. hi. qui. Acc.

p *Interponendæ.* uel propriè, & erit specia le, vel verius, idest, interposita intra decem dies, ut supra titul. 1. authen. hodie, & extenditur causa appellationis in duos meses, & in hoc speciale, quia aliàs alia tempora statuuntur, vt infra l. prox. & in authen. ei qui prima est contra, l. ff. quando ap. sit, l. 1. §. quod. in sententijs. Acc.

q *Computanda sunt.* ad exercendam. & hic accipere per absentiam.

r *Monstrauerit.* quod est eo ipso, φ si contrarium non probatur, idest contra se monstrabitur, vt ff. de proba. l. uerius, & sic habebit pro iure.

Margin notes: 1 † scribere. 2 † cum 3 † Superponi. 4 † subtilissimos. 5 † Dat. 6. Cal. April. Cōstanti. Lamp. & Oreste VV. CC. Coss. ita manuscript. sec. Du. * Ex ti. 17. li. 30. l. 10. C. Th.

gulis xx. milliarib. vnam diem. ff. de verbo. signif. l. in itinere. & sic plus habet, quam ille, qui præsens est. & ad hoc supr. quomo. & quando iud. l. ab eo. & est speciale in hoc casu, vt cito per officiales Reipublicæ consulatur. & ex hac lege potest poni casus in regula iuris, vt ff. de reg. iud. vbi lex.

hic fatalium, cum & alii dentur? Respon. ideo quia mero iure causa in fatum concessit, & finem accepit, licet de æquitate aliæ adhuc dentur dilationes.

c *Tempora*.] id est dies fatales.

d *Reparationem*.] quia cum causa accepit fatum, petitur a Principe, vt reparetur, quod fieri potest intra tres menses, & de tribus mensibus computandis a fine quarti fatalis, vt subijcit, nec in hac petitione reparationis, vel post eam petitam necesse est uocari aduersarium pro hoc, vt subijcit. Sed hodie iure Codicis non videtur habere locum reparatio, vt inf. l. proxi. nisi dicatur illam correctã per vltimam legem huius tituli, vt tamen corrigitur per auth. de iudi. § appellationes. coll. 6.

Fatalia rarum, et quem fuit reparari.

Tempora fataliũ. CASVS. Olim statuta erant tẽpora in exercẽda causa appellationis & illa dicebãtur fatalia, quia fatum, id est mortem vel terminum imponebant causæ, quia si aliquis appellabat à sententia clarissimi, vel spectabilis, sex menses dabantur, & hæc tẽpora dicebant primi fatalis diei. Elapsis his temporibus videbatur terminata causa, vel mortua de rigore iuris, sed de æquitate dabatur secundus fatalis dies, cuius secundi diei tempora erãt 30. & vnus dies. & tertius & quartus, & quilibet totidem dierum. Et si appellator nõ prosequebatur causam appellationis intra illa tẽpora, adhuc poterat petere reparationẽ, vel refectionem causæ à Principe intra tres menses, qui computabantur a tempore, quo quartus fatalis dies elabebatur. Si vero appellatum est a delegato à Principe, tempora primi fatalis diei erunt sex mensium, & postquam est elapsus prior dies fatalis, dãtur tres fatales, & tẽpora cuiuslibet fatalis sunt triginta & vnus dies. elapsis his temporibus, non potest peti restitutio à Principe, sed sententia mãdatur executioni. Si autem sit appellatũ a delegato Præfecti prætorio, vel alterius, primus fatalis dies erit duorũ mensium, & alij tres dies fatales. & computabuntur in his diebus fatalibus dies feriati. his temporibus elapsis, si appellator nõ prosequatur causam appellationis, prima sentẽtia remanet firma. Viu.

sium spatia computari. Da. viij. Id. Iul. Constit. A. vj. & Const. Coss: 250.

Tempora fatalia introducendæ appellationis in verã ipsius prosecutionem secundum qualitatem iudicum, a quibus appellatur, diuersa statuuntur. h. d. Bald. vel sic: Si appellatur ab ordinario, ad appellationis prosecutionẽ inchoandam, primum fatale est sex mensium, & dantur alia tria vnius mẽsis pro quolibet. Et à Principe põt intra tres menses reparatio postulari, nec partis citatio requiritur. Si appellatur a delegato, eadẽ sunt fatalia reparatione accepta. Sed si appellatur a delegato illustris vel spectabilis, primũ fatale est duorum mensium, cætera non mutantur. & si vltima die cadit in feriatam, præcedens inspicitur: & fatalib. elapsis pro nõ appellante habetur. h. d. secundum Bar. vel sic. Lex ista tractat de tempore, intra quod debet inchoari processus appellationis. h. d. Pau. de Cast.

Impp. Theo. & Valent. AA. Cyro Præfec. Prætor.

LEX II.

TEmpora fatalium [a] dierum pro sęculi nostri beatitudine credimus emendanda, vbique dilationum materias amputantes. [b]

¶ Et primi quidem fatalis diei tpa [c] hoc appellationẽ siue a viro clarissimo Rectore prouincię, siue a spectabili iudice fuerit appellatum, sex mensium esse iubemus.

¶ Quòd si primo fatali die lapsus est appellator: tricesimum primum diem alterum volumus esse fatalem.

¶ Quòd si eo quoque appellator exciderit: tertium similiter, totidem diebus intermissis, fatalem obseruari decernimus.

¶ Quod si tertius quoq; lapsus fuerit tẽporalis, quartũ etiam fatalem post tricesimũ primum diem similiter obseruari decernimus.

¶ Quod si ita contigerit, vt quatuor fatalib. diebus, qui appellauit, exciderit: tunc intra trium aliorum mensium spatium a nostro numine reparationem [d] peti præcipimus: qua petita, nec aduersarium decernimus admoneri, [e] nec temporalem [f] diem ad petitionem reparationis numerari, sed triũ mensiũ spatio ex quarto fatali numerando causam induci præcipimus, licet ante vnum diem reparatio fuerit impetrata, licet allegata in iudicio virorũ illustrium Præfectorũ non fuerit. [g] Nec hoc [h] parti nocebit aduersę, cum non dubius, sed notus omnib. dies fatalis [i] appareat. Et hoc si aduersus viri clarissimi rectores prouinciæ, vel spectabilium iudicum sententiam fuerit appellatum.

¶ Quod si ab arbitro [k] in prouincia ex delegatione sacra disceptãte appellatio subsequatur: post priorẽ fatalẽ lapsum, tres alij tm̃ fatales dies similiter (vt supra dictũ est) seruabuntur, nulla reparatione à nostro numine postulãda, ita vt nonaginta tribus [l] dieb. elapsis, iudicata congruę executioni [m] mãdẽtur.

e *Admoneri*.] ad hoc vt fiat qualiter reparatio petita sit, nec etiam in eius petitione.

f *Temporalem*.] scilicet, reparationis indultum quasi dicat, non computatur statim ex quo datur, sed demum finito quarto, cum forte intra tẽpora quarti petita sit reparatio, & hoc subijcit hic, & supra qui admit. ad bon. pos. l. fi. Alij dicunt, quòd hic dicit, quod non est aliud tempus dandum post istam reparationem, & qđ infra subijcit, nõ mutatur.

g *Non fuerit*.] ante finitum quartum, & post quintum inceptum.

h *Nec hoc*.] quòd sic petitur eo absente, quia non debet certiorari qui scit, vel scire debet, vt hic subijcit, & ff. de act. emp. l. 1. in fi.

i *Fatalis*.] finis quarti, & principij quinti. Item non nocebit similiter, quia cum voluerit in facto principali petere, qui reparationẽ petijt, debebit aduersarium vocare.

k *Quod si ab arbitro*. id est delegato Principis.

l *Nonaginta tribus*.] præter primum, scilicet fatalem, quod est sex mensium, vt sup. prox. & infra l. fin. § 2.

m *Executioni*.] sed nonne dabitur spatium duorum mensium, vel quatuor post omnes fatales, sicut post confirmationem, quod videtur, vt sup. de vsufru. rei iudi. l. 2. Sed respon. non, quia iudex appellationis non iudicauerat, quia

a *Tempora fatalium*. fatales dies dicuntur, quia fatum, id est, finis causæ imponitur, vt supra de aduo. di. iudic. l. aduocati. & supra, de iudi. l. properandum. § huius. & inf. eod. l. nemo. Accur.

Fatale ... tum qd ... esse.

b *Amputantes*.] quæ denegari debent, nisi vrgentissima causa vel ratio postulet, vt sup. de dilat. l. 2. Sed cur dicitur

non venerat pars ad iudicium. Perinde est ergo, ac si non fuisset appellatum: vnde ex prima sententia fit executio, vt in fine huius legis, secundum Azo.

a *Appellauerit.*] idest appellationẽ repulerit, secundum H.

b *Præcedentes eos dies vt temporales.*] Construe sic, tempo-

Ordo literæ.

rales, id est feriati dies obseruentur à litigantibus, vt inf. sicut præcedentes eos dies feriatos: q.d. feriati & nõ feriati cõputentur, ut supr. de fer. & de dilatio. l. fi. ue pars. §. feriæ. Alij dicunt, quod præcedentibus diebus debet expediri negotium, cum superueniunt fatales. Accur.

c *Si solus litigat.*] quia non est præsens aduersarius, contra quẽ est appellatum, qui opponeret fatalia cucurrisse. Et not. hic, quod iudex supplet de facto, quod notum est ei non vt iudici, & sic supr. titul. 1. l. fin. §. sin autem absens. & ff. de procurat. l. filiusfamilias. §. milites & dixi supra, ut quæ desunt aduo. par. leg. 1. Vel dic quodammodo ei esse notum vt iudici.

Iudex de facto põt supplere.

SEQVVNTVR AVTHEN.

Ei, qui appell. quæ corrigit legem istam & est de ijs, qui ingr. ad appell. §. j. collat. 5. Accur. 1

1 No. sm Maiue. in ti. 3 ador namentis, authenticam hanc intelligẽdam, nedum in appellando, sed etiam in appellatione prosequenda.

E *I qui appellat.*] CASVS. In legibus erant plures fatales dies constituti, sicut dictum est superius. Auth. statuit vnum tantum fatalem diem, intra quem appellator debet prosequi appellationem, siue solus ipse sit in iudicio, siue præsente altera parte, & si iusta causa interuenerit, alius annus datur ei ad exemplum. Si appellator nolit prosequi appellationẽ, uictor debet afferre suas allegationes, ut prima sententia confirmetur, uel rescindatur: & absens præsenti debet condemnari in expensis.

† Facit ad hunc §. gl. in c. bonæ memoriæ. super verbo cuiuis in med. ext. de postu. prælat.

1 † Du. Anatalio Conf.

d *Secundum se.*] id est, cum ipse solus est in causa sine aduersario, & communiter quando cum aduersario, nam & vterque esse potest, vt infra eod. l. fin. §. illud. Vel dic, secundum se, quando solus. communiter quando duo sunt, qui communem habent causam contra tertium.

e *Iusta causa.*] quare non possit exequi litem.

f *Indulgeatur.*] à lege. & sic non opus restitutione in integrum.

¶ Sin autem ex sñia prætorianæ Præfecturæ, vel magistri officiorum, vel ab alio illustri dignitate decorato, arbiter in hac sacratissima ciuitate fuerit delegatus, & appellatio contra definitionem vel sñiam eius subsecuta fuerit, primus quidẽ fatalis dies duorum mensium, alij vero tres ad similitudinẽ supradictorũ fatalium numerentur.

¶ Qui vero delegatum vel a spectabili iudice seu Præside prouinciæ arbitrum appellauerit, [a] primum quidẽ fatalem diem duorum mensium, tres vero alios ad similitudinem prædictorum fatalium dierum habeat.

¶ Illud etiam circa obseruationem fatalium dierum custodiri decernimus, vt si fortè tẽporales in feriatos dies quoquo modo inciderint, præcedentes [b] eos dies vt temporales à litigantibus obseruentur.

¶ Quod si quis secus ac iura præcipiunt, lapsus dies fuerit tẽporalis, & hoc primo loco, vel a præsente aduersario, vel etiam a iudice * si solus litigat [c] appellator fuerit oppositũ, probatumque: pro eo habebitur appellator ac si sententiam quoquo modo non coactus susceperit. D. xij. Cal. Mar. Val. A. v. & Anato.[1] † Coss. 440.

IN AVTH. de ijs, qui ingredi. ad appella. §. j. collat. v. constit. vj.

Hæc auth. dicit quòd tps exercendæ & finiẽdi appellationis est annus, & ex causa, scilicet impedimenti, est bienniũ, intra quod tempus vtraque et altera pars potest causam prosequi, quo tẽpore transacto, iudice appellationis nihil pronunciante, sñia prima transit in rem iudicatam. Si ergo appellans vult, absente aduersario pronunciari, ne sententia prima confirmetur, debet vltimo mense comparere, & facere aduersarium citari. Iudex vero sententiam infirmabit, uel cõfirmabit, prout acta dictabunt, absentem semper propter absentiam condemnando in expensis. h. d. Bal.

EI, qui * appellat, impertitur annus intra quem secundum se [d] communiterve cum aduersario litem exequatur, aut si iusta causa [e] intercesserit, alius annus indulgeatur: [f] quo [g] transacto, lite non completa, [h] rata manet [i] sententia.

¶ Appellatore cessante, cum vnus mensis [k] superest ex biennio licet victori ingredi, vt reus quæratur, quo siue inuento, siue non, suas afferat [l] allegationes, & vel confirmetur, vel rescindatur sententia, in omni casu [m] absente in expensis condemnando secundum tempora fatalium dierum.

¶ Neutro [n] vero occurrente, post secundum fatalem [o] permanet, sententia rata.

IN AVTHEN. de appellatio. §. j. collatio. viij. constitu. j.

Ista auth. dicit, quòd pendente compromisso, tempus instantiæ appellationis nõ labitur quotcunq; annis durauerit compromissum. Bal. uel sic. Non currit tempus ei, qui semper litigat etiam corã arbitro. h. d. Bart. vel sic. Si de causa appellationis compromittatur, tempora interim non currunt. h. d. Sal.

SI tamen in medio causæ apud iudicem appellationis motæ vel non motæ aliq eligantur arbitri, & ppterea

g *Quo.*] s. secundo anno, & sic sunt duo fatalia. Sed olim plura licet breuiora, vt hoc tit. l. 1. & fi.

h *Completa.*] id est non concluso & renunciato.

i *Manet sententia.*] ac si non fuisset appellatum, ut infr. eo. l. fin. §. fin. in fi. & in hac l. tempora. in fi. & in tit. 1. l. si contra maiorem. Et hoc casu actio in factũ datur ex sentẽtia prius lata, licet quando secundo sententiaretur, aliud esset secundum quosdam, ut not. ff. de ijs, qui not. infa. l. furti. §. 1. Sed quid si iusta de causa etiam secundo anno fuerit impeditus? Respon. dat restitutio ex clausula generali. ff. ex quibus cau. maio. l. 1. in fi. & in corpore vnde sumitur. §. 1. ibi, quid enim agere oportebat. & c. & ita primus, & secundus annus datur a lege, tertius & alij per restitutionem. & sic vltra bienium extenditur, sicut etiam in alijs casibus, quos habes statim in authen. si tamen, & c. & in authent. sed & lis. & in authent. si appellatione.

† Concor. cum hac auth. c. cũ sit Romana. ext. de appell.

k *Vnus mensis.*] & etiam ante si vult, vt infra cod. l. fi. §. nulli licentia. Sed certe illa loquitur in introducenda, non in exercenda.

l *Afferat.*] actor.

m *In omni causa.*] Siue rescindatur, siue confirmetur. & gratias agat Deo, quod in principali causa seruatur ei (quamquã absenti) iustitia, vt in corp. §. 1. in fi.

n *Neutro.*] idest nec actore, neque reo veniente.

o *Post secundum fatalem.*] id est post biennium, & idem si tantum datus est annus.

S *I tamen.*] CASVS. Hic auth. dicit. Si cõtingat, quòd forte in medio tempore fatalium, id est duorum annorum, qui

qui dati sunt ad appellationem exercendam, ipsi litigatores eligant arbitros, non currit tempus, quia litigandi non currit tempus. Viuia.

a *Ex cursu temporis*. nec ei currit tempus, qui semper litigat, vt sup. de inof. test. l. contra maiores.

per iudicem. Siue ergo steterit per Principem, non currit tempus: vt sup. auth. sed & lis. Siue per alium iudicem, idem est, ut hic, quod intellige quantum ad effectum, nam datur restitutio, ut ff. ex qui. cau. ma. l. si per Praetorem, § 1. ait Praetor. In causa principali non datur restitutio post triennium,

S*Ed & lis*. CASVS. Superiores auth. locum habet, quando lis uentilabatur coram aliquo iudice, hæc quando appellatio uentilatur coram Principe. dicit enim quod lis, quæ mouetur coram Principe, potest moueri omni tempore, donec Imperator præcipiat, quod illa causa determinetur. Viuia.

* Concor. l. sup. uerbo prolatam. in c. ueniens. de renunc. & in clem. quidam. de app.

b *Intacta*. Hoc etiam olim erat, ut inf. eo. l. fin. §. si tamen. & intelligunt quidam (vt Io.) hanc auth. quando ille, qui appellauit, notum fecerat Principi, alias non esset sine damno moræ. Alij dicunt contra, quod qui metuit sententiam, debet notificare, ut confirmetur uel delegetur, non appellans, & pro eis est in Authent. de ijs qui ingred. ad appel. §. illud quoque collum. v.

SEQVITVR ALIA AVTH.

Si appellatione alias incipit. Item si appellatione, quæ est in cor. ut sponsa. lar. §. hoc quoque. col. ix.

S*I appellatione*. CASVS. Si appellator: uel altera pars, aut ambo simul ueniant ad iudicem appellationis, etiam ultima die fatalium, & iudex nolit eum uel eos audire, nullum fit præiudicium partibus in hoc. quia postea etiam poterit examinari causa appellationis, cum stet per iudicem, quo minus appellatio exerceatur. Viuia.

c *Nouissimo induciarum die*. i. in ultima dilatione.

d *Nullum præiudicium*. Imò uidetur rata sententia, ut sup. eo. auth. ei qui. Sed hic stetit per iudicem, ut ff. ex quibus cau. ma. l. sed & si per Prætorem, §. ait Prætor. & de dam. infec. l. si finita, §. eleganter. Sed certè authen. illa, ei qui, &c. loquitur, quando stetit per iudicem, ut in cor. de ijs, qui ingred. ad appell. circa prin. col. 5. Sed certe nec ibi prohibet ultra biennium prorogari in eo, quod dicit, si steterit

biennium transeat, intra quod oporteat appellationem finiri, & per quamlibet occasionem ad iudicem appellationis causa reuertatur, non lædatur * ex cursu temporis, a sed exerceatur, & terminum legitimum suscipiat, & si decies millies plus quam biennij tempus transierit, nisi biennium cessetit, postquam arbitrium fuerit desertum.

IN AVTH. de appellatio. & intra quæ tempo. § ad hæc sancimus, collat. 4. constitut. xlj.

Si stat per Principem non currunt tempora appellationis, donec Princeps constituat quis cognoscat. Bal. vel sic: In consistorio Principis currit tempus intimandæ, sed non introducendæ appellationis, donec constituat quis cognoscere debeat. h. d. Sal.

SEd & lis, quæ speratur in consistorium Principis inferri, absque damno moræ maneat intacta, b donec ipse faciat eam introduci, & à proceribus secundum morem dirimi.

IN AVTH. vt sponsa. lar. §. hoc quoque. collat. 9. constit. 2.

Si stat per iudicem appellationis non currunt fatalia. Bal.

SI appellatione secuta, nouissimo induciarum c die aut pars vtraque, aut solus, qui appellatione vsus est, occurrerit, & suam præsentiam manifestauerit iudici futuro appellationis examinanti negotium, vel eius consiliarijs, aut ijs, qui lites intromittunt, & iudex in definitis diebus eum suscipere differat: nullum d præiudicium partibus,

aut vni earum ex hoc penitus volumus fieri, sed post hoc examinari appellationes huiusmodi, & legitima sententia terminari.

Ad appellationem exercendam post tempora statuta sup. eo. l. 2. non conceduntur alia. Et tempus appellationis introducendæ, est medietas temporis exercendæ. h. d. Sal. vel sic. Lex ista venit ad suppletionem præcedentis, & dicit, quod transactis temporibus, de quibus ibi, deseritur appellatio, & non est licitum à Principe impetrare restaurationem, nisi in primo casu legis præcedentis. h. d. Pau. de Cast.

Imp. Iustin. A. Appioni P.P.

LEX III.

NEmo arbitretur in posterum licentiam futuram consultationib. e vltra statuti f 1 † temporis viuendi spatia, neque per oblationem precum, neque per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, neq; sub prætextu g quodam altero, sed omnib. incumbendum esse vigilanti diligentia, h quo prouocationes eorum intra statutum tempus introducantur.

¶ Ita vt etiam gesta in iudicio, contra quod prouocatum est, non prope finem temporis tradantur scrinio sacrarum epistolarum, ne 2 † præpediatur per astutias fatalis rei terminus, sed aut statim i postquam appellatum sit, aut non minus quam ante dimidiam k partem temporis præbeatur scrinio, ne (quod per angustias contingit temporum) tardus appellationis fautor suo dispendio refutetur.

vt sup. de iud. l. properandum, §. sin autem utraque. Sed quid si steterit per aliũ? Respond. nihilominus currit tempus. Sed agitur contra eum de dolo, ut ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo, sed si ille non esset soluendo, restitueretur ad litem, ut ff. de eo, per quem fac. est l. si. Acc ur.

N*Emo*. CASVS. Hæc lex corrigit primam in hoc, quod prima dicebat, quod elapsis primis fatalibus diebus poterat peti reparatio, siue restitutio causæ, hic dicit, quod reparatio nullo modo petatur, sed appellator, statim cum appellat, uel intra medietatem temporis, quod datur ad appellationem prosequendam, uel exercendam, debet appellationem exercere.

e *Futuram consultationibus*. i. appellationib. & sic ponitur contentum pro continente, secundum Oc.

f *Statuti*. ut supra l. prox.

g *Sub prætextu*. nedum per rescriptum.

mulier. §. qui possessionem, sed hic magis deliquit. Super quinque autem partibus huius l. fac quaestiones per ordinem. Primo de personis. Quaero ergo de foemina & hermaphrodito? Respon. 1 teneri, licet dicat si quis: vt ff. de verb. sign. l. 1. Secundo de milite, & de rustico: & dic teneri. 2 cum inuadere sit contra ius naturale: vt sup. de in ius voc. venia. Tertio de pupillo & adulto, & quidem si est proximus infantiae, nō tenetur: quia & c. vt j. de fal. mo. l. 1. in fi. & Insti. de oblig. quae ex delic. na. §. in summa. Postea sic: vt ff. de fur. l. impuberē: ergo & adultus, habeat, vel non habeat curatorē, nec restituitur: ut ff. de mino. l. si ex causa. §. nunc videndum. Quarto, an pater filio, patronus liberto teneatur: quod videtur, cum non infamet, vt ff. de act. & obl. l. cessat. sed certè nec interdictū aliquod infamat, vt ff. eo. neque, & tamen non datur, sed agitur in factum. Sed ergo dicas hic, & in factum agi, vt ff. eod. l. 1. §. interdictum hoc quia, sed secus est contra: 2 quia filius patri & libertus patrono tenetur, vt ff. de fur. l. si quis vxori. §. sed si filius, & eo. titu. serui & filij, & insti. obl. quae ex delic. §. hi. Quinto, an dominus ex facto serui, vel pater ex facto filij teneatur? Respon. 3 dominus tenetur noxaliter, ut ff. eo. l. 1. §. quod ergo adijcitur, & de mino. l. quòd si minor §. si seruus vel filius, pater de peculio post condemnationem filij non prius, vt Insti. de noxa. §. fi. ff. de pecu. l. licet, §. fin. nisi id, quòd ad vtrumque eorum peruenisset; vt ff. de act. & obl. l. à furioso, & ff. eo. l. 1. §. quòd ergo adijcitur. Sexto de furioso & mente capto: & dic, nō teneri. ff. de sica. l. infans, & de parrici. l. pen. & de admi. tut. l. fin. Tu idem dic in prodigo, 4 cum nec ipse possit de suo alienare, vt ff. de verb. oblig. l. is cui bonis. Septimo, de Abbate, prçlato, & monacho, & tutore, & similibus, & dic non teneri 5 ecclesiam, vel pupillum, vt sup. l. proxi. nisi cōicato consilio faciat, vt sup. de sacrosan. eccle. l. iubemus nullam. Octauo, quid si credens me possidere, cum alius possideat, sic inuasi? Vel quid si vacantem credidi, cum non esset? Respon. non teneor, 6 cum neminem sua possessione priuare volui, ut ff. de sica. Diuus. Nec obstat Instit. vi bo. rap. §. sed nedum, quia aliud est credere, sibi licere auferre, aliud se credere possidere. Praeterea & hoc accipe, qñ iustam cām habeo credendi me possidere, vel quia per filium vel seruū credo mihi possessionem quęsitam. Nono, an habeat locum tunc tantum, qñ credidit sibi licere, q̄ P. dicit, quasi in subsidium, & non quando dolo, sed tunc vel interdictum vnde vi, vel actio vi bo. rap. habeat locum, vt Insti. vi bo. rap. §. 1. sed Al. & Io. 7 dicunt contra, nam non debet melioris esse conditionis dolosus, vel stultus, quam non dolosus, vt ff. de noxa. l. non solum, & ff. quod vi aut clam. l. seruus. Praeterea, secundum P. si agerem contra dolosum, exciperet, q̄ dolo fecisset, & sic allegatio suae turpitudinis sibi proficeret, quòd esse non debet, vt hic, & supr. de transac. l. transactione finita. Decimo, si possidentem non admisi, dic teneri me, 8 vt ff. de acqui. poss. l. clam. §. fi. Idem si in inuaserim & suspicatus fuerit possessor se posse repelli, vt ff. eod. l. 1. §. siue aūt, & de acqui. poss. l. sed & si nolit. Vndecimo, quid de magistratu? Dic nō teneri, nisi vltra officium fecerit, vt ff. quod met. cau. l. 3. §. 1. & de iniur. l. iniuriarum. §. 1. & l. nec magistratib. Dic ergo si quis. §. priuatus. Super rebus sunt 8. quaestiones. Quaero igitur primo an in immobilib. habeat locū? Dic quòd sic, 9 licet pro mobilib. maximè sit inuenta, ut Inst. vi. bo. rap. §. pen. Secundo, an in iurib. praediorum vrbanorum rusticorū, & prębenda alicuius clerici? Vr quòd nō, ut ff. de acqui. rer. dom. l. seruus, §. incorporales, & ff. de vsuca. sequitur. §. si viam. & h. d. Io. quòd potest dici esse verum mere iure, sed vtilis 10 habeat locum, arg. ff. de ser. l. quoties, 2. & ff. ser. ven. l. 2. in fi. sed in personalibus seruitutib. contra est, vt si fructuarius expellatur à domino vel extraneo, vel expellat, vel quilibet, qui habeat personalem seruitutem, vt ff. eo. l. 3. §. vnde vi §. item si non vsusfructus, & ff. de do. l. Aquilius, in fi. Idē in superficiario, & udatario & emphyteuta, cum habeant vtile dominium, vt ff. de superfi. l. 1. in princ. & si ap. vec. l. 1. & 3. & de rei vend. l. superficiario. econtrario, si hi tres inuadant, puto similiter re suo iure priuari. 11 secus puto in alijs, sed tanquam pro alienā res possidentur, vt in non huius l. nisi in eo iure tantum habuerint animum expellendi. Tertio, si inuaserint, quā commodaui, vel locaui, vel deposui? Respon. non teneor, cum neminē possidente priuare voluerim, vt ff. commo. l. 1. nisi cōstituerint sibi possidere: & sic interuerterint possessionem: quo casu ipsi mihi tenentur. & si postea ego inuadam, & ego tenear illis, secundū Io. Sed si extraneus eos expellat, qui solam habent detentationem, videtur teneri 12 cum mihi, ut ff. eo. l. 1. §. quod seruus, nec obst. ff. eo. l. colonus, & l. cum fundum, vbi colono datur, quia iam interuerterat. sed si ante interuersionem deijciatur, datur mihi condictio, vt ff. de vi & vi arg. l. prima, §. quod seruus. Quarto, quid si furi exportanti rem meam abstulero? Respon. non teneor? 13 sup. quando li. fine iu. l. liberam, nisi iam 14 ad locum destinatum peruenit, secundum Ioan. ut ff. de fur. l. siue igitur. Quinto, quid si equum tuum solivagum in pascuis acceperit, putans esse suum? si quidem sciebat non esse suum, tenetur furti: aliter si suum credidit, habet fortè locum condictio sine causa, vel vtilis condictio ex hac l. imo rei vendicatio. Sexto, quid si vnus habeat possessionem, alter detentationem, tertius proprietatem, an inuasor teneatur omnibus, vel cui? Videtur, quòd omnibus, vt ff. ad exhib. l. Celsus, §. Iulianus, quod non dubito, 15 cum tantum possidenti datur, ut hic dicit. Septimo, quid si erat inuasor debita, vel sibi obligata? Dixit P. quod non habeat locum haec lex, sed edictum Diui Marci. Tu dic contra 16 & perdam per hanc constitutionem, quod habeo in re, vel pignus, vt si amodo agam, exceptione repellar. si ergo agam ex edicto Diui Marci condictione sine causa, non agam hac l. & econtra, ut ff. de actio. & obligatio. l. quoties, §. primo. Et hoc nisi in eo, quod excedit, ut eo. §. primo, & ff. vi bono. rap. l. prima. Idem dico, si inuasi, ut habeam pro pignore vel in solutum, ut scilicet habeat locum haec lex, nisi ex pacto vel iudicis auctoritate faciam, ut infra, de pign. l. tertia, & nisi aufugeret 17 debitor, ut ff. quae in fraud. cre. di. l. ait. Praetor. §. si debitorem. Nec obstat ff. de fur. l. fugae. qui vas, §. primo, quia ibi ponitur, abstulit, idest, accepit, vt iudici ostenderet, non vt sibi haberet. Octauo, quid si debitor creditorem super pignore occupando inuadat? Respon. secundum Py. non habet locum. Vel dic contra, cum possideat creditor, ut ff. de acquiren. rerum domi. l. per seruum, & ff. de vsuca. l. serui nomine. Super tempore quaero, quo tempore facta inuasione, locum habeat haec l. Resp. quidam, quod ante litem contestatam. Item post, an sententiam, nisi in casu vno, in quo loquitur, sup. finium regun. l. si constiterit. post sententiam non, sed habet locum illa l. meminerint. & pro eis est, quod hic dicit ante euentum & cae. Tu dic hanc esse generalem, & ante litem contestatam, & post sententiam, & illam, si constiterit, tantum post litē, & ante sententiam. Nec obst. quod hic dicit ante euentum, quia subauditur maximè. Vel dic, i. ante preceptum vel iussionem iudicis, & haec bona. Vel, i. ante executionem, quae fit per iudicem, & sic non punitur, ut ff. de acq. poss. l. iustè & ff. ad l. Aq. quemadmodum. §. magistratus, quod. n. legitimè, & c. ut inf. ad l. Iul. de adul. Gracchus. Aut 18 ergo nullū est decretum interpositū, & tunc habet locū hęc lex. Aut perperam, & tunc illa meminerint. Aut rectè, & tunc nulli Ia. ut in l. iustè. Secundo, quid si clam inuat? Respond. huc habet locum hęc lex, vt ff. de acquiren. poss. l. rem quae nobis, & ff. eo. l. vim facit, quod locum habet, si habuit animum, vt etiam vim inferret, si me inuenisset, ut ff. de fur. l. si quis ex domo. Super quarto quaero. Nunquid ipso iure

1 Idē Bar. Bal. & Sa.

2 † 18. C. Th.

2 Sequuntur cōiter Do.

3 Placet B. Bal. & Sa.

4 Imo prodigus efficaciter tenetur ad pęnā hui⁹ l. Cyn. B. Bar. Bald. & Sal.

5 Idem B. Bal. & Sa.

6 Sequuntur B. Sal. & Angel.

7 Idē Bal. & Sal.

8 Sequitur Bar. Bald. & Sal.

9 Idem B. & Sal.

10 Sequitur praedi. scribent.

11 Idē prę dī scribentes.

12 Idē tenent Bar. & Sal.

13 Sequuntur Barto. Bal. & Sa.

14 Istud ē uerius, secundum Old. Ang. & Sal.

15 Et bene Bar.

16 Et bene Bar. & Sa.

17 Et idē esset in separatiō. Bal.

18 Ista diuisio glo. placet Bal. & Sal. & no. secundū colē.

iure dominium amittit, & ipso iure quęratur spoliato? Videtur, quòd sic, vt in crimine læsæ maie. vt ǰ. ad l. Iul. l. fi. & in commissione vectigaliũ, vt ff. de pub. l. cõmissa. & in muliere, quę suo raptori nubit, quæ amittit ipso iure dominiũ rerum, quas lucrata est ab eo, vt in Authent. de rap. mulie. quæ rap. nu. colla. 9. & ad idem est sup. loca. l. fi. & in Authen. de litig. §. fin. col. 8. & supr. de act. & oblig. Auth. imò. Nos dicimus contra: 1 quia hæc litera dicit, amittat, non amittit, vel amisit: & sic per sñiam alias amittiť: vt sup. de hæ. quicũque. §. quod si fecerint. & de aposta. l. 1. & ff. ad Syl. necessarios. §. non aliàs, & de iu. fis. l. eius qui. & in Auth. vt lit. iu. §. illo, col. 9. & ff. de rescin. ven. fundus. Super vltimo, quęro, an possessio tantum, vel proprietas etiam æstimetur, quod solui in litera, hoc in capite istius glo. Secundo, si fructuarius est expulsus, vel proprietarius, an competit vtrique altero expulso? Respon. 2. si eo animo vnum deijcio, quia credo eum solũ habere ius in re, vtrique teneor, quia vno deiecto alter deijci videtur. Si vero eius solum vsumfructum velim auferre, vel solam proprietatem, ei soli teneor, vt id quòd abstuli, & tantundem reddam, vt ff. de fur. l. inter omnes. §. si seruus, & ff. eo. l. si de fundo, licet de fundo quidem aliter dixerint. s. vno expulso non videri alium deijci, contra quos est lex. ff. eo. l. si de fundo. Tertio, quid si rem communem totam inuado socio meo possidente? Respon. 3 pro parte socij teneor, vt arg. ff. de fur. l. si socius, etiam pro mea teneor, diuersimode tamen. Quarto, si alius possidet vsumfructũ meum nõ proprietarius, & eum deijciam, & sic amitto ius meũ, cui applicabitur proprietario, vel repulso? Rñ. proprietario, sed æstimatio fructuario, vt ff. eod. l. si de fundo. Item si Iudæus possideat mancipium Christianum meum, & illud inuadam, an applicabitur Iudæo? Rñ. non: 4 vt ǰ. vt nemo Iudæus &c. l. 1. Quinto, quæ actio detur? Rñ. condictio ex hac l. quæ dabitur simul pro possessione & proprietate, quod est mirabile. Sexto, an dabitur hæredib. Rñ. sic. Item an contra hędes? Rñ. non, cum sit pœnalis, nisi in quantum peruenit ad eos, vt Institu. de perpe. & temp. act. §. non autem, & ff. eo. l. 1. §. hoc interdictum, §. fi. Septimo, an restituendo rem inuasor ante litem contestatam, vel ante sententiam liberetur à pœna? Resp. non, vt ff. de furt. qui ea mente. etiam si sponte expulsus acceperit, cum non succedit hęc pœna loco rei: ut ff. de arbi. l. si quis rem. Octauo, quid si egi tm̃ ad rem, an super sit actio ad pœnam? Respon. sic, cum actione non officio debeatur, vt ff. de condi. fur. l. si pro fure. §. furti. Nono, an possit appellari? Rñ. sic, quod dic, ut sup. si de momen pos. l. 1. Decimo, quid si seruum, quem possideo, cum se liberum contendat, mea auctoritate acceperim? Rñ. non amitto ius meum, quia neminem possessione priuaui, etiam si esset in possessione libertatis: quia seipsum non possidet, licet in possessione libertatis esse dicatur, & hoc sm. Io. & nos, qui dicimus inuasorem non cadere à dñio ipso iure, cum enim detur condictio ex l. ista, si alicui daretur, dño daretur, seruo. n. dari non põt: at dño contra seipsum dari non põt, namque obligari non põt, vt ff. de fideiuss. l. si cum hominem. Fortè sm alios aliter dici potest, qui dicunt inuasorem ipso iure amittere dñium, solum ergo punitur dñs ex tali violentia, quia dolo videtur eũ possidere, & sic incumbit ei onus probandi, vt sup. de proba. l. vis eius. Vltimo, quæro, quid differet hæc constitutio ab alijs, primo ab illa sup. de paganis, l. Christianis? Resp. illa specialiter in Iudæis & paganis loquitur. Quid ab illa sup. si regun. l. si constiterit? Resp. quia illa post litem contestatam, & tm̃ in illo iudicio. Quid ab illa, non abs re. ǰ. eo. & sup. loca. l. conductores? Respon. quia hæc incontinẽti facit cadere in pœnam, illa expectat definitiuam sñiam sed & illa non distinguit, fuerit dominus, vel non, quòd hęc facit. Quid ab illa, cum quærebatur? Respon. ibi dices statim. Item quid ab interdicto, Vnde vi? Respon. illud annale, & in templum & dolum exigit: hæc perpetua & pœnalis, & non exigit dolũ. Quid ab edicto Diui Marci? Resp. illud speciale in re, in qua actor habet ius. Item quid ab illa sup. de suffragijs? Respon. illa specialis est. Acc.

† Ex li. 2. ei. 1. l. 8. C. Th. est autẽ hæc lex pars l. 16. inf. de accus. & l. 1. ǰ. de abigeis. Con.

† Interdictũ, quod momenti reformationẽ vocat Sym. li. 1. Epis. 27.

1 Et bene. Bar. Bald. Angel. & Sal.

2 Placet Sal. sed displicet B. B. & Ang.

3 Placet Bar. Bal. & Sal.

4 Oẽs gl. sol. vsque ad fin. sequuntur communiter Doct. hic.

Momentaria.] CASVS. Deiectus per vim de possessione aliqua momentanea audietur interdictum proponens, & siue in scriptis, siue non. Viuia.

Impp. Arca. & Hono. AA. Pasiphilo al. Pasibo F. suo S.

LEX VIII.

Mometarię a * possessionis interdictũ, * b quod non semper ad vim publicá pertinet, vel priuatam: mox c audiri, interdum etiã sine inscriptione, meretur. D. 6. 1 † Id. Iul. Mediolani. Olybrio & Propino Coss. 395.

Difficultas probationis & odium delinquentis, facit vt admittatur probatio per iuramentũ actoris, vel sic. Contra violentũ, constito de violentia, dãna & interesse, probantur p actoris iuramẽtũ, iudicis taxatione pręmissa.

a Momentaria.] potest dici, 5 quod tacitè soluit tres quæstiones. Prima est, vtrum interdictũ, Vnde vi, sit momẽtariæ possessionis, sicut & illa interdicta, quæ pro possessione competunt, quia si sit momentariæ possessionis, non licebit in eo appellare, si autem non sit, licebit appellare? Respond. quod est momentarię possessionis. Secunda est, vtrum interdictum vnde vi, quod est momentariæ possessionis, ex vi nascatur, & vtrum ex publica tantum, vel ex priuata tantum competat. Et dicitur, quod non semper ex hac, vel ex illa nascitur, sed interdum ex hac, interdum ex illa. Tertia vtrum necesse habeat inscribere, qui hoc interdicto vtitur, & dicitur, quod non. Potest & addi quarta quæstio, vtrum s. iudicium possessionis primo expediatur, quam iudicium proprietatis, & ista innuitur per dictionem illam mox. Ad primam quæstionem facit. supra si de momen. posses. &c. l. 1. Sed quæro, quã vtilitatem hodie habet hoc interdictum. Vnde vi: cum per constitutionem, si quis in tantam. violentia puniatur? Rñ. 6 quia vtilius est ipsum proponere quò ad quid, quàm constitutionem: quippe cum à sententia lata super interdicto non appelletur, sed à sententia super constitutione lata, liceat appellare, 7 cum non sit possessorium, sed petitorium constitutionum iudicium. Et si enim per illud restituatur possessio, non tamen propter hoc possessorium dicendum erit: quia sic rei vendicatio possessorium diceretur. Item constitutio non prosequitur nisi duplum: secus autem esse potest in interdicto, cum omnes accessiones & lucra & damna in id veniant: vt ff. eod. l. 1. §. rectissime, & §. non solum. Quarta, quęstio est, vtrum si iudicium petitorium & possessorium moueatur, audiri debeat primo qui possessorium, quam qui petitorium intentat? Resp. 8. primo cum audiendum per illa verba. mox audiri, &c. ad quod sup. de rei ven. ordinarij.

1 † 8. C. Th.

5 Et bene, Bar. Bal. & Sal.

6 Sequitur eam Sal.

7 Idẽ Bar. Bal. & Sa.

8 Sequunt prædi. scriben.

b Interdictum.] scilicet Vnde vi, quod est momentarium sua origine: 9 nam qui vincebat interdicto, poterat statim succumbere in petitorio: quod hodie non est, si agatur per l. si quis in tantam, quòd sit momentaria, nisi qñ filius vel mercenarius inuaserint, ipsi quidem tenentur, sed pater, vel dominus ad vendicandum admittuntur, vt ff. eo. l. 1. §. si filius. Hoc quidem interdictum. Vnde vi, non semper pertinet ad vim publicam. quia quandoq; ad priuatam, vt quando sine armis. Item non semper ad priuatam, quia quandoque ad publicam, vt quando cum armis.

9 Ista glo. vsque ad fi. sequuntur prędi. scriben.

c Mox.] id est ante causam proprietatis. Vel mox. i. sine solennitate. Vel 10 id est, sine dilatione aliqua debet audiri ille, qui proponitur, vt inf. ad le. Iul. de vi. l. si quis & ẽt sine inscriptione, quando scilicet agitur ciuiliter secus si criminaliter. s. l. Iulia. de vi. vt ff. de accusa. l. libellorum. & hic dicit interdum etiã sine inscriptione, i. sine libello scripto, vt ff. de eden. l. 1. §. edere. nisi in casu, scilicet in conuentione illustrium personarum, vt inf. de dignita. l. quoties. lib. 12. hodie indistincte datur per authen. offeratur. sup. de libel. obla. & erat forte dubitatio legis, quia poterat agi criminaliter, & sic non posset agi ciuiliter. Sed contra est, vt hic, & infra quando. ciui. act. l. 1. Vel dic a capite interdictum, scilicet, quodlibet, vel Vnde vi, vel quorum bonorum, vel vti possidetis, vel quodcunque aliud. si generaliter dicitur interdictum momentariæ possessionis, vt supr. qui legi. perso. l. fina. quod non pertinet semper ad vim publicam, vel priuatam, nam vnde vt pertinet, alias non debet dico audiri. 11 & cætera verba expone, vt supra. Sed quam vtilitatem habet hodie hoc interdictum, cum sufficiat constitutio, si quis in tantam? Respon. quia in ea appellatur, hic non. Item citius expeditur in interdicto, quam in constitutione, forte nec vult actor pœnam,

10 Quælibet expositio glos. placet B. B. & Sali.

11 Istam glo. reputat valde singularẽ Sali. hic.

SI quando. CASVS. Expulisti me de possessione prædij mei, in quo erant multæ res, si propono interdictum unde ui, & probem te uim mihi intulisse, si probare non possum singulas res esse abreptas, qualiter mihi succurratur, quæritur? Resp. quod iudex deferet iuramentum mihi, ut iurem de æstimatione illarum rerum, quas amisi, & determinabit quantitatē, ultra quā non debeā iurare, & iuramēto interposito, quod iuraui ro, iudex te mihi condemnauit. Vi.

a *Patefacta*. i. liquido probata.

b *Abreptis*. i. exportatis, & per uim detentis.

c *Tempore impetus*. s. dato.

d *Comprobare*. difficile enim est probare singula utensilia.

e *Qualitate*. inspecto diligēter, an hæc persona expulsa diues fuerit, uel non, & an eo loco sit ueri simile, quod tot res tenuerit.

f *Manifestet*. ratione ergo difficultatis, & in odium uiolenti stamus 2 iuramento, ut supra de rud. l. properandum, §. 2. & l. sancimus, & ff. eo. tit. de de fur. l. in actione, §. de ueste, & ff. depositi, l. 1. §. si quis argentum, & ff. eodem. l. 1. §. nō solum, & extra de testi. cogend. ca. peruenit, 2. regulariter autem contra, nisi semiplena fuerit probatio, ut supra, de re. cre. l. in bonæ fi. de taxa dei.

g *Condemnare*. nec postea taxat, sicut hodie in sacramento expensarū, ut in Auth. de iudi. §. oportet. coll. 6.

1 Tal. facto 1 Sequuntur hāc gl. B. B. & Sa.

2 Idē præ di. scrib.

* Concor. cum hac l. C. si e. tī. de his, quæ ui me. cau. &c.

† Heredi vero spoliati iuramentum deferri negat Mynsing. 3. obs. 12. & de taxa tionis uerbo, uide Cuia. 2. obstru a. 12.

NOn ab re. CASVS. Sicut superiores constitutiones, meminerint, & si quis, puniunt inuasores, sic hæc punit colonos, qui tempore conductionis finito detinent fundos domino inuito, dicit igitur, q si colonus non restituat fundū domino conductione finita, si agat dñs cōtra colonum & conuincatur colonus, restituet prædij possessionem & eius æstimationem.

Vel sic. Si dammum illatū tempore inuasionis nō potest liquido probari, iudex inspecta persona & negotii qualitate debet illud taxare, & postea iuramentum actori deferre, & eius iuramento usque ad quantitatem taxatā stabitur, h.d. Sal.

Imp. Zeno A. Sebastia. PP.

LEX IX.

SI quādo vis i iudicio fuerit patefacta,[a] deinde super reb. abreptis,[b] vel inuasis, vel damno dato[f] † tempore[c] impetus quæstio proponatur: si non potuerit qui vim sustinuit, quę perdidit singula comprobare,[d] taxatione à iudice facta pro personarum, atque negotij qualitate,[e] sacramento * æstimationē rerum, quas perdidit, manifestet:[f] nec liceat ei vltra taxationē à iudice factā iurare: & qd huiusmodi iure iurando dato fuerit declaratum, iudicem condēnare[g] oportet.* D. Id. Decēb. Constantinop. post Consult. Basilij 2. & Armatij V. C. 749.

Alieno nomine tenēs ad restitutionem conuenitur vsque ad sñiam, sine cā non restituens damnatur ad restitutionem, & insuper ad rei æstimationem. h.d. & est singularis lex cōtra colonos, & inquilinos precario tenentes, & quoslibet alieno nomine possidentes. Bal. vel sic: Colonus uel inquilinus seu precario tenens ab alio si vsque ad sententiam restitutione moratur sine causa, condemnandus est vltra rei restitutionē in ipsius rei æstimationem. hoc dicit Sal.

Idem A. Sebastiano PP.

NOn ab re[h] est, quemadmodū possessionis alienæ inuasores, tā[i] vetus quā præsens[k] sacra constitutio cēsuit esse puniēdos; ita nec cōductorib.[l] & possessionis alienæ² † detētorib. impunè[m] ³ † si locatorib.[n] fortè, vel possessionē rerum suarū, quā apud alios precario nō esse cōcesserāt, recuperare sm leges volentibus (cū nulla sibimet cognita legib. allegatio[o] cōpeteret) duxerint resistendū: & non protinus, idest non expectato iudiciorū ordine,[p] alienā possessionē rectè eā recuperātibus[q] cedere[r] patiantur. Eos nāq; iubemus pro tanta suæ iniquitatis impudentia, si cognitionis iudiciarię euentu fuerint condēnati: rei, cuius possessionē sponte restituere vsq; ad definitiuā sñiam minime passi sunt, æstimationē victrici parti vna cū ipsa re præbere cōpelli.[s] D. v. Cal. April. Constant. The. & Venantio Coss. 484.

Occupans possessionem vacantem tenetur eam restituere domino, quemadmodum tenetur inuasor, uel fur. h. d. no & est vna de quinquaginta decisi. Iustin. Bal. Vel sic: Occupans possessionem rei alienæ uacantē, tenetur conditione ex hac l. illam restituere, qua finitur annis triginta, h.d. Bar. & Sal.

h *Non ab re*. i. non est sine causa, si non impune procedatur, sed cum pœna.

i *Tam vetus*. sup. eo. l. inuasor. & l. illa, meminerint.

k *Præsens*. s. si quis in tantam.

l *Conductoribus*. subaudi, ne &c.

m *Procedere*. i. non est sine causa, si non impunè procedatur, sed cum pœna.

n *Si locatoribus*. s. duxerint resistendum &c. quod est infra.

o *Allegatio*. sed quæ allegatio pōt ei competere, ut resistat? Dicunt quidam, q probet conductor rem esse suā. quod nō placet, ut sup. loca. l. si quis conductionis. Dic 3 ergo, q tempus conductionis non erat finitum, & erat integre soluta: uel fecit expensas utiles, uel necessarias in re, ut ff. locati, l. pen. in prin.

p *Ordine*. i. definitiua snia, 4 secūdū Io. uel scdm alios, i. lite cōtestata. qd nō placet, ut subijcit, & su. scrib. loca. l. conductores. Sed scdm Io. qualiter petet hoc duplū, cum ante sniam non debeat, si scdm eū? Rh. 5 hoc facit iudex ex officio suo, arg. ff. de ædi. edi. l. Ædiles, prima, §. item sciendu uel dic condōne 6 ex hac l. proposita sub hac 7 conditione, si fuerit cōtumax usq; ad sententiam.

q *Recuperantibus*. s. actionem locati, uel per interdictum de precario, ut modo dixi secundum leges, &c.

r *Cedere*. idest, ipsi non cedant, uel cum conductores per seruos & filios teneant, non patiantur eos cedere, sed hæc sunt uera, quādo locator possidebat: quia dicit litera, possessionē alienam. Sed quid si conductor rem suam conduxit, unde non tenuit locatio, & possidet cōductor: ut ff. de usuca. l. ei à quo? Respond. idem 8 per dicti. l. supra locati. si quis conductionis, & secundum hoc dicitur hic alienam, scilicet locatoris opinione, uel præsumptione, ut l tunc quā do locauit.

s *Compelli*. Quid ergo differt hæc ab illa, si quis in tantam? Respond 9 hæc mitius agit in eo, quod usque ad sententiam expectat. Item & in alio durius, quia hæc non distinguit, sit dominus, uel non, inuasor, uel resistens, illa sic. Item hæc specialis in colonis, & inquilinis, & precario possidentibus illa generalis, & facit ad hanc l. ff. eo. l. colonus, & l. cum fundum, & ff. de acquir. poss. l. si quis rem. Item ad hoc, ut possit usque ad sententiam pœnitere, facit sup. de plus peti. l. 1.

ADDITIO. Addas, quod condictio ex ista l. datur etiam contra conductoris hæredes. tex. est in l. conductores. supra loca. quod intelligas uerum, si hęredes scierint rem cōductam, si enim ignorauerint, non tenentur condictione ex hac l. quia iustam habent causam ignorantiæ, ut l. qui in alterius. ff. de reg. iur. quod satis probatur in hac l. ibi cum nulla sibimet &c.

3 Placet B. Bal. & Sa.

4 Sequuntur prædicter scrib.

5 Idem B. licet Bar. contra.

2 Tal. detētatoribus.

3 † cedere.

6 Placet B. B. & Sal.

7 Ista glo. est singularis. scdm S. ad hoc, q libellus cōditionalit nō mittitur, ubi commissio pœnæ dependetā processu cāę.

8 Hoc uerum, si agatur actione ex hac locationis secus si cōnē ex ista lege, scdm Bart.

9 Idem B. Bal. & Sa.

Cum

CVm quærebatur. CASVS. Constitutiones superiores inuasores prædiorum, quæ ab alijs possidentur, puniūt de illis, qui inuadunt prædia, quæ à nullis possidentur, sed à possessore vacua sunt, nulla facta mentione, super quo articulo loquitur hæc præsens constitutio. dic ergo sic. Non curabā, vel negligebam quædam prædia ad me pertinētia, vnde nec animo nec corpore ea possidebam, vacuam possessionē prædiorum occupasti, qualiter sis puniendus, quæritur. Respon. q veteres illi non dabant interdictum. Vnde vi, vel vi aut clam, sed rei vend. & certè punieris in hoc, q possessionem & eius æstimationē restitues, & non excusaberis prætendens, quia à nemine possidebantur prædia, quilibet scire tenetur, q ea quæ sua non sunt, aliena sunt, ad exemplum furti, quia si rē meam me inuito contrectaueris, teneberis furti, licet dicas id ignorasse rem meam fuisse, sicut ad restitutionem possessionis teneberis per constit. si quis in tantā. nisi spatio 35. an. extiteris munitus.

*Vi. Cuia. 19. obs. 16.

1 † al. deest nisi domi- nio.

2 † iuris cō ditione.

Imp. Iustinian. A. Ioāni PP.

LEX XI.

CVm quærebatur inter* Illyricianam aduocationē,[a] quid fieri [b] oporteret pp eos, qui vacuā [c] possessionem absentium sine iudiciali sententia detinuerūt, quia veteres leges nec vnde vi [d] interdictum, nec quod vi aut clā, [e] vel aliā quandā actionē ad recipiendā talē possessionē definiebāt, violētia ī ablatā possessionē minime [f] pcedente, nisi domino [1]† tantummó in rē actionē exercere permittentes, nos non concedentes aliquem alienas res vel possessiones per suā auctoritatē vsurpare, sancimus talē possessorē vt prædonē [g] intelligi, & generali [h] iurisdictione [2]† ea teneri,[i] quæ pro restituenda possessione cōtra huiusmodi personas veteribus declarata sunt legib. Ridiculū etenim est dicere, vel audire, quòd per ignorātiā [k] alienā rem aliquis quasi propriam occupauerit.

¶Omnes aūt scire debēt, qđ suū nō est,[l] hoc ad alios modis oībus pertinere: cū talis dispositio in furti actione iā [3]† dudū veterib. legibus definita est. dicentib. si quis alienā rem aduersus domini voluntatē [m] attigerit, furti actione teneatur, [n] ijs videlicet, quæ super recipiēda possessione à nobis disposita sunt,[o] locū habentibus, si nō ex die, ex quo possessio detēta est, triginta annorū [p] excesserint curricula. D. 13. Calen. Nouemb. Constant. post Cons. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo. 532.

a *Aduocationem.* idest inter aduocatos de Illyrico.

b *Quid fieri.* idest, quod ius constitui.

c *Vacuam.* quæritur, quæ dicatur vacans siue vacuus. Hugo de Porta Rauennata, tunc cum alio ingresso possessionem, quam animo retinebam me absente suspicatus sum me posse repelli, vt ff. de acquir. possei. l. sed & si nolit, tunc enim interdictum locum non habet, quia veniens non sum prohibitus vel expulsus, & sine corpore vis fieri non potest, vt ff. eod. l. 1. §. idem Labeo ait eum, & argum. ff. quod met. cau. l. metum autem præsentem, §. denique, & pro eo est, quod hic dicitur, violentia &c. & cum ad locum ire timet, iam pro derelicto habet, vnde vacans ab eo dici potest. Io. hāc positionem casus reprobat, 1 hæc enim possessio non potest dici vacua ante suspicionem suam, nec postea, quia iam alij est quæsita, licet iniuste. Item habet locum interdictū Vnde vi, vt ff. eo. l. 1. §. deijcitur enim, & §. siue autem, & l. 3. §. si quis autem, nam & qui occasionem, &c. vt ff. ad Aql. l. qui occidit, §. pe. nam propter eum amissa est possessio. P. vero cum Hug. consentiens ut competeret interdictum, necessarium esse dicebat, vt ad fundum iret, & si tunc non admitteretur, competeret interdictum, sed certè tunc nasci non poterat, quia tunc cum non admittitur, non possidet, & sic cessat interdictum, ut ff. eodem l. 1. §. interdictum autem hoc, sed ipse respondebat tunc demum uideri amittere, & præteritam amissionem ad præsens tempus trahi. Sed quo iur. ? Tu sic 2 vacantem siue vacuam dici, quæ à nemine possidetur, neque animo, neque corpore, quod euenit propter longum tempus, ut dicunt. Vel propter obliuionem, ut si ex longo tempore euenit, vt nos dicimus, vt ff. de vsucap. l. furtum. Vel propter absentiam, vel negligentiam dicit, vt Inst. de vsucap. §. quod autem ad eas. Vel propter inundationem eo priuato, vt ff. de acq. poss. l. Pomponius. Vel quia alius eum deiecit, nec tamen ille intrauit, nec ille postea reuersus, ut ff. de vsucap. l. non solum, §. si dominus, nec placet 3 distinctio aliorum, qui dicebant aliam esse vacuam, aliam vacantem, vacua quæ animo tenetur, nō corpore, ut dominus H. hanc l. intelligebat. vacans, quæ neque animo, neque corpore tenetur. nulla enim lege confirmatur talis distinctio, sed infirmatur, ut infra de omni agro desert. l. quia agros lib. 11. & quæ hic dicitur uacua, Institut. de usucap. §. quod autem, dicitur uacans, vnde idem est.

Possessio qñ dr̄ vacās aut vacua.

1 Sequuntur B. Bal. Ang. & S.

2 Idē Rau. Bal. Ang. & Sal.

3 Idē præ dic. scrib.

d *Nec vnde vi.* hoc non, quia exigit uiolentiam personæ factā, vt hic subijcit, & ff. eo. l. 1. §. 2. & §. interdictū aūt hoc.

e *Quod vi aut clam.* quia nihil fecit vi aut clam, sed inuasit, nec si quis in tantā, quia & illa exigit vi factam personæ, ut sup. eod. si quis in tantam, nec vi bo. rap. eadem rōne, & quia 4 non est res mobilis. Sed imò videtur, cū iste clam possidet, debere competere interdictum ratione partis ultimæ, scilicet clam, non solum clā faciat, qui id existimare debet, se prohibitum iri, si dominus sciret, ut ff. quod vi aut clam, l. prohibere, §. fina. contra hoc dicit allegando.

4 Ista nō est bona, quia dispositio istius l. procedit ēt in reb. mobilibus Ba. & Sal.

3 al. deest.

f *Minimè.* cum nemo possidebat.

g *Vt prædonem.* ex hoc uidetur, q res sit vitiosa, sed hoc est ad pœnam inuasoris, nō rei uitium, ut ff. de vsucap. l. sequitur, §. si tu ui me. & Instit. de usucap. §. quod autem ad eas.

h *Et generali iurisdictione.* idest, pœna statuta supra eodem. l. si quis. uel illa statuta, sup. eod. l. inuasor secundum B. vel statuta 5 hac l. secundum P. vt fructibus teneatur, de quibus non tenebatur per l. illam inuasor, & sic non corrigit illam, sed addit ad illam, quæ statuebatur per interdictum. Vnde vi.

5 Idē Bal. Ang. & Sal.

i *Ea teneri.* i. obseruari.

k *Per ignorantiam.* ignorantia ergo non excusat. quod intellige, non quòd crederet esse suam, quia tunc non teneretur, 6 sed sciebat non esse suam, & ignorabat cuius esset, & sic erit bona similitudo de furto, ut subijcit. Item per hoc, quòd dicit aliena, patet, q non loquitur de hæreditaria uacante, quia illa nullius est, ut ff. de re. diui. l. 1. §. 1. Itē quid si erat sua, sed uacans ab alio? Respon. non habet locum, nisi sit aliena, ut hic, secundum P. sed dici 7 potest, habere locum, nisi incontinenti probet dominus suam, ut in poss. leg. l. si is à quo.

6 Si crederet ductus iustis rōnibus, alias, secus, ſm Bar.

7 Et bñ. B. & Sal.

l *Quod suum non est.* & non 8 est res sacra, uel religiosa, uel quæ in nullius bonis sit, subaudi ergo, & quod alicuius sit, ff. de damn. infec. l. finita, §. cum uero, & ff. de manu. l. 4. in princ. Item quid si ab eo, qui uacantem intrauit, cœperit uacare possessio, nunquid restituetur ei, à quo primò cœpit uacare, aut ei, a quo secundo cœpit uacare? Ioan. secundo, ut §. ea. l. cū à te. & l. 1. §. qui à me ui. Item si uacantem occupaui, & postea deijciar, an teneat? Vel desij sine dolo possidere. Primo casu uidetur me teneri, cum habeā interdictum, ut d. §. qui à me ui. Item nunquid exigitur hic dolus? Resp. sic, ut hic, omnes enim &c. & quod subijcit de furto, licet secus sit in illa, si quis in tantam.

8 Sequitur eam Sal.

9 Idem B. & Sal.

m *Voluntatem.* quoniam ignorat dominum.

n *Teneatur.* si sciebat alienam, licet ignoraret cuius, secus si crediderat suam, ut ff. de fur. l. uulgaris, §. si quis 20. & §. idem Iulianus.

o *Disposita sunt.* s. hac nostra lege.

p *Triginta annorum.* quo spatio tollitur omne ius, ut supra de præscrip. 30. ann. sicut etiam si inuasor possidet. si autem alij uendat, habet locum præscri. 10. vel 20. an. olim, hodie 30. ut sup. de præscri. long. temp. 10. uel 20. anno. l. 1. & authen. malæ fidei.

Ius oē per 30. annos tollitur.

SI PER VIM, VEL ALIO MODO PERturbata sit possessio.

Dictum est, sup. de turbata possessione præsentis, nunc dimus de turbata possessione absentis. Azo.

a *Alio modo.*] Veluti si ab Imperatore, vel aliquo iudice sit impetrata: nam & hic quodammodo turbatur, quo casu loquitur lex 2. huius titu. Et not. quòd in hunc quoque casum 1 locus erat iterdicto vti possidetis, quod est. inf. ti. proxi. sed quia noui aliquid sup hoc constitutio præsens disponit, ideo hunc titulũ huic casui proprium ponit.

1 Sequitur eum Sal.

IVdices.] CASVS. Habebam possessionem, & in eam colonus uel seruos. cœpi abesse, & me absente expulisti illos, qui erant nomine meo in possessione, an expulsi agere possint ad recuperandam possessionem, & iudex eos audire debet, quæritur? Respquòd sic, nec obstat exceptio, quòd non habeant mandatum de experiundo, vel quòd seruus non habeat legitimam personam standi in iudicio, nullo tempore domino excludendo, quin reuersus agere possit, si colonus vel serui agere per negligentiam supersederint, & licet isti possessorium intenderũt iudicium, quæstio super proprietate domino reseruabitur.

*Ex lib. 4. tit. 20. l. 1. C. Th.

b *Priuati sunt.*] per vim. Azo. loquitur ergo hæc constitutio in casu, quo absens per colonum suum vel huiusmodi personas possidebat.

c *Personas.*] idest personas nomine absentium agentes. Azo.

d *Formidabile.*] quantum ad violentum. Azo.

e *Quolibet modo.*] Non ergo distinguitur absentia sit necessaria, vel probabilis, vel non.

f *Retinebat.*] hoc est planum, cum hic qui agit fuit expulsus. Sed an alius seruus non expulsus nomine absentis agere possit? Videtur, quòd non, ut hic. Econtra, quòd sic, 2 vt in princ. legis, quæ generaliter dicit, & sic tota videtur generaliter loqui. ar. ff. de iur. & fac. ign. l. pe. §. licet, & creditori quoque datur actio, si a possessione cadat, ut inf. de pręto. pig. l. si.

2 Idẽ Bar. & Sal.

g *Quia.*] ratio remotiua. hac enim ratione videbantur exclusi. quod non est verum.

TITVLVS V.

Si per vim, vel alio modo [a] absentis perturbata sit possessio.

Dicit But. Mirabilia ponit hæc lex. Quod ad recuperandã possessionẽ absentis admittũtur carentes mãdato, supple cauẽtes de rato, & serui, qui aliàs in iudicio esse nõ possunt, sed licet admittantur ad cãm possessionis, nõ tamen admittũtur ad cãm proprietatis h.d. & non est alibi. Bal. vel sic. Pro recuperanda possessione qua quis absentia est spoliatus, quilibet sibi coniunctus, vel etiã amicus, aut eius seruus admittitur, etiam post annum, nulla declaratoria exceptione obstãte. Et dominus reuersus auditur perpetuo, et prędicti admittũtur in possessorio, & non in petitorio. h.d. Sal.

Imp. Constantius A. Seuero.

LEX PRIMA.

IVdices,* absentium, qui cuiuslibet rei possessione priuati sunt, [b] suscipiant iure personas, [c] & auctoritatis tuæ formidabile [d] ministerium objiciant. atq; ita teneãtur absentes, vt id solũ diligenter inquirant, an eius, quolibet mõ [e] peregrinãt, possessio ablata est, quã propinquus, vel pares, vel pximus, vel amicus, vel colonus, vel libertus, seu seruus quolibet titulo retinebat. [f] nec eos, qui deiecti sunt, absentium nomine possidentes, quia [g] minime ipsis decisio causæ [h] mandata sit, ab experiunda [1]† re secludant, nec si serui [i] sint, eorum reijciant [2]† in iure personas, quia huiusmodi conditionis hominibus causas perorare [k] fas [l] non sit.

¶ Sed post elapsa [m] quoque spatio recuperandæ possessionis [3]† legibus pręstituta, litigium eis [n] inferentibus largiri conuenit: vt eos, [o] momentariç perinde possessione sine vlla cunctatione restituant, [p] ac si reuersus dominus litigasset.

¶ Cui tamen domino quolibet tempore reuerso, actionem possessionis recuperandæ indulgemus, quia fieri potest, vt restitutio propter seruos infideles, vel negligentes propinquos, vel parentes, vel proximos, vel amicos, vel colonos, vel liberos interea differatur. [q] Absentibus enim officere non debet tempus [r] emensum, quod recuperandę possessioni legibus præstitutum est. Sed reformato statu, [s] qui [t] per iniuriam sublatus est, omnia quæ supererunt [u] ad disceptationem litigij, [x] immutilata permaneant: iudicio [y] seruato iustis legitimisque absentibus personis: [z] cum valde sufficiat possessionem tenentibus absentium nomine contra pręsentium violentiam subueniri. [a] Dat. Calend. Nouembr. Constantinopol. Constantio 7. A. & Constante Cæs. 3. Coss. 314.

h *Decisio causæ.*] speciale est, 3 vt aliquis alieno iure sine mandato agat, sic & in alijs cõiunctis personis, ut ff. de procu. l. sed & hæ. l. Pomponius, in fi. Sed regulariter contra, vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. fi. & l. si autem is, & ff. de reg. iu. l. nemo alieno. Acc.

3 Sequitur Bar. Bald. & Sal.

i *Serui.*] Not. ergo speciale seruum agere. 4 sic ff. de indi. l. vix. & sup. vbi causa sit. l. pen. regulariter. (contra) vt supr. de iud. l. seruus. & his casib. puto seruum iurare de calumnia, de defendendo vero nõ satisdat, propter id, qd inf. dicit, seruato iudicio &c. sed de rato sic, secundum Hug. eadem omnia in pupillo dicas, ut su. qui le. per. ha. l. fi.

4 Cõcor. gl. in c. cũ ex literis, super uer. distantia, extra, de resti. spol.

1† Experiundo.

2† Requirant.

3† Possessioni.

k *Perorare.*] alias curare.

l *Fas non sit.*] regulariter; nisi in casibus.

m *Elapsa quoq; spatia.*] s. anni utilis, 5 qui in interdicto vñ vi ad recuperandam possessioné eius rei, quæ non peruenit ad violentum, status est vt sup. tit. 1. l. 2. Io. & hoc ideo, quia ad violentũ hic peruenit, vt ff. eo. l. 1. in prin. Alij dicũt spatia, s. triginta annorũ, non tamẽ 40. ann. per leg. Anastasij. ut su. de pręsc. 30. anno. l. omnes.

5 Idẽ Bar. & Sal.

n *Eis.*] seruis.

o *Vt eos.*] s. colonos, vel seruos.

p *Restituat.*] conditione ex hac l. 6 vel per interdictũ. Vnde vi. 7 sic nota deiectũ vel spoliatũ sine mora restitui, vt & infra ad l. Iul. de vi. pub. l. si quis.

6 Nihil enim, quia ista l. ñ introducit remediũ de nouo, sed solũ legitimat personas hic enuratas ad agendum noie absentis. B.

q *Differatur.*] sed quid si egerint, & amiserint? Resp. non nocet dominis, sed si fideiussores dati de rato tenentur.

7 Idẽ Bar. & Bal.

r *Tempus emensum.*] alias emersum, scilicet anni, utilis enim est, ut ff. eo. l. 1. §. annus, & sic non nocet ei quiesti absens, ut ff. de diuer. & tẽpo. præscr. l. 1. Azo.

s *Reformato statu.*] reuertitur ad primum casum. Accur.

t *Qui.*] scilicet, status.

u *Quæ supererunt.*] s. quæstio proprietatis. Item & de fructibus, & similibus accessionibus.

x *Litigij.*] de propietate. Acc.

y *Iudicio.*] s. de prędictis proprietate, & alijs accessoris.

z *Personis.*] dominis, s. & eis quorum nomine possidebant. hodie si ageretur per l. si quis in tantam, non seruaretur hæc lex, 8 cum ibi de dominio non quæratur, ut sup. titu. 1. l. si quis.

8 Idẽ Bar. & Sal.

a *Subueniri.*] quasi dicat satis est, si possessionis recuperandæ damus potestatem.

Not.

NEc Imperiale.] CASVS. aliquis impetrauit priuilegium, vt liceat ei possidere prædium meum, vel iudex interloquendo me absente, pronunciauit aduersarium meũ in possessionem prædij mei fore mittendum, an desinam possidere per hoc? Dicitur, quòd nõ nec mutatur possessionis status: quia iudici me absente nõ potuit plene liquere de causa, quia per allegationes partium nõ partis, scitur an cã sit certa uel non. Vi. a Nec imperiale.] ad petitionem meã 1 tũ de: Imperator, uel alius iudex, quòd bonã causam habebã in quæstione possessionis, non ideo tñ mea authoritate inuadi, sed uocato aduersario coram iudice inquiretur ueritas, ut sup. ti. meminerint. Vel sic impetraui rescriptum ad aliquem iudicẽ, vt me tueretur in possessione. non igitur mea auctoritate intrabo, sed vocato aduersario, de ueritate precum inquiri oportet, vt su. si cõ ius vel vti. pu. & si nõ cognitio. uel sic: iudex dixit interloquendo parti præsenti: Nisi aduersarius tuus venerit cras vsque ad tertiam, mittam te in possessionẽ rei, de qua mota est controuersia non debeo itrare, uel iudex me mittere, vel iubere, ut intrem. sed adhuc expectatur. nã negotiorũ merita &c. & hoc quando non per contumaciam, talias bene sum mittendus, ut in Auth. de exhib. & intro. §. si uero etiam quidã. col. 5. Sed nunquid licebit iudici pro absente respondere, & supplere? Resp. non, ut diximus sup. de temp. ap. l. secunda, in fi.

* Ex lib. 3. tit. 20. li. 5. C. Th.

† Reliquã partẽ nuius cõstõnis vide d. lib. 5. C. T. & l. ultia. sup. de acq. poss. & co cor. c. cũ contingat. cũ gl. ext. de re iur. & c. cũ ex literis. de in integ. rest. hic.

1 Quelibet casus positio est uera, & congruit literæ, fm B. Bal. & Sal.

Non authoritate rescripti, nec authoritate interlocutoriæ iudicis, põt non citatus de possessione repelli. h. d. Bal. vel sic, possessor non conuentus, nec citatus nõ dẽt in sua possessione turbari, etiam ex rescripto Principis, vel interlocutione iudicis. h. d. S.

Impp. Arca. & Honor. AA. Petronio Vica. Hispan.

LEX II.

NEc * Imperiale a respõsum, qd supplicatio litigatoris obtinuit, nec interlocutio cognitoris ex quacunq; parte b innouare possessionis statum, eo, qui rem tenet, absente, pmittit, quia negotiorum merita partiũ assertione panduntur. * c D. 15. Cal. Ian. Mediolani, Cæsario, & Attico Coss. 397.

b Ex quacunque parte.] vel reus, vel actor.

c Panduntur.] non ergo ante litem contestatam fertur sententia, nam si hic esset lis contestata, vna etiam parte absente, contraheretur heremodicium, ut sup. de iudi. l. properandum. §. & si quidam. & §. cum autem secundum vltimã positionem. Et no. quod hęc lex facit ad secundam partẽ rubricæ. & facit sup. de preci. Impe. of. l. 2. Sed arg. contra. ff de acquir. pos. l. iuste. 2 Azo. Et dic panduntur per litis contesta. iuramentum de calumnia, testib. receptis.

2 Dic, quòd ibi iudex fecit legitime, & parte citata, cognitoque de negotio, hic uero ñ satisfecit.

TITVLVS VI.

Vti possidetis.

Interdicto Uti possidetis ille est in possessione tuẽdus, qui possidet non vi, non clã, non precario ab aduersario, hoc primo. Item, intentato petitorio, si non satisdatur, possessio in agente transfertur. hoc vltimo. Bal. Vel sic. Cum possessores prohibentur inuicem se turbare in possessione sua, nisi alter possideat ab altero vi, clam, vel precario. Et si non satisdat in petitorio, patitur translationẽ possessionis. h. d. secũdum primam lectu. vel sic secundum aliam. Per interdictum vti possidetis, probibetur quis turbari in possessione sua, nisi à turbãte possideat vi, clã, vel precario, reseruata quæstione proprietatis in alio iudicio cum remedio satisdationis, vel transferendæ possessionis. h. d. Sal.

Impp. Diocl. & Maximian. A. & CC. Cyrillo.

LEX VNICA.

VTi possidetis d fundum, e de quo agitur cum ab altero f nec vi, g

VTI POSSIDETIS.

De interdicto adipiscendæ & recuperandæ possessionis dixit, nunc de retinendæ. 3

VTi.] Primo tractat de possessorio, scilicet de interdicto Vti possidetis. Secundo subiungit de petitorio. Secunda ibi, Ac satisdationis. CASVS. Habebam in quodam fundo proprietatem, tu uero vsumfr. ego ciuiliter, tu naturaliter possidebas: si non permittas me facere in fundo ea, quæ ad proprietatis causam pertinent, vel econuerso, inquieto te in naturali possessione, quo minus liceat tibi vti frui, & te aduersus me, uel econtrario ego aduersus te, interdictum Vti possidetis intentauero, qualiter iudex pronunciare debeat, quæritur? Rñd. quòd sic, vti possidetis ita possideatis, s. ego ciuiliter, & tu naturaliter, iubebit, ut ego te in naturali nõ inquietẽ, nec tu me in ciuili, si uero tu victus es in possessorio, & velim conuenire te super proprietate fundi rei vendi. satisdabis iudicatum solui, quia nisi satisdederis, transferetur à te in me pos.

3 Sequuntur hanc attenuationem B. B. & Sal.

d Vti possidetis.] pone casum 4 inter proprietarium & vsufructuarium, ut ff. eo. l. fi. 2. respon. Vel dic, quod duo erant possidentes, non dico insolidum, qui inquietabantur à non possidente. Vel dic, quod erat unus, sed gratia honoris 5 ei loquitur in plurali, & construe sic literã, cum ab altero, scilicet aduersario, nec vi, nec clã, nec precario possidetis fundũ, de quo agitur, rector prouinciæ vim fieri prohibebit, Vt possidetis, subaudi interdicto. & sic materialiter designantur verba interdicti. Vel secũdo, sic. Rector prouinciæ prohibebit vĩ fieri, subaudi vobis possessoribus, uti, idest, sicut possidetis fundum, &c. cum ab altero &c. Vel tertio Rector 6 prouinciæ prohibebit uim fieri &c. subaudi quominus possideatis fundum, de quo agitur, vti, idest sicut &c. cũ ab altero &c. Vel dic, Rector prouiciæ prohibebit vim &c. videlicet nõ patiendo uenire ad arma &c. vt ff. de vsufruc. l. cuius. §. denique. alias l. æquissimũ. in prin. Et no. quòd hoc interdictũ ad immobilia, sed utrobi ad mobilia pertinet, & in alijs similia sunt, ut ff. utrobi. l. j. nec. n. poterat in mobilibus dici, possidetis, cum non possideantur, ut ff. de acq. poss. l. 1. in princ. Sed utrobi dicitur ab vtrum, & ubi, ut vtrum ponatur pro apud, vel pro penes. vbi, pro quem. & sic componitur ex duob. corruptis. q. d. penes quem est res mobilis, ibi lit.

4 Sequitur B. B. & S.

5 Displicet Bar. B. Ang. & S.

6 Licet sit in se vera, non tñ cõgruit literæ, fm B. B. & Sal.

7 Sequuntur glo. B. B. & Sal.

e Fundum.] imò in ædibus tantum, ut ff. eo. l. 1. in prin. sed gratia exempli. 7 de ædib. dicit, ut in ea. l. 1. §. interdictum autem. Item cum cloaca sit res immobilis, quare non habet locum hoc interdictum, ut in eo. l. 1. §. 1. Respon. 8 quia speciale est de ea interdictum. Item & quia solo inhęret, 9 vnde si agitur de solo, per consequens de cloaca. 10 Item nunquid pro incorporalibus agitur? Respon. utile locum habet, ut ff. de serui. l. quoties. 2. & ff. eo. l. fi. & si ser. uend. si cut. §. Aristo. in fi. licet non proprie possideantur, vt ff. de acq. rer. do. l. seruus. §. incorporales.

8 Idẽ prædicti scrib.

9 Ista rõ displicet B. & Sal.

10 Ista rõna non ualet, quia solũ & cloaca sunt res separatæ & diuersæ, iõ intentãdo interdictũ respectu vnius, nõ vr intentari respectu alterius, secũdũ S.

f Ab altero.] scilicet aduersario, non alio, ut ff. eo. l. 1. in fi. & l. 2. & hoc litis contestatę tempore inspicitur, ut Insti. eo. §. hodie.

g Nec vi.] de vi pone exemplum, ut quia arare, colere, ædificare prohibentur, ut ff. de ui, & ui arma l. 1. §. vi possidere. & l. uim facit. & ff. eod. l. si duo. §. hoc interdictum. & §. cum inquilinus. & §. item uideamus. in fin. & quod vi aut clam. l. 1. §. hoc interdictum. & sic intellige illius l. principium, si duo. Sed qualiter contra sic impedientem datur hoc interdictum, cum non possidere se contendat? Respond. imò qua enim ratione mihi facit uim, quo minus possideam pacifice & libere, eadem ipse possidere uidetur, quod mihi facit abesse. Vel 11 dic, non est necesse, vt & se contendat possidere, sed sufficit quòd me possidentem inquietet, ut mihi contra eum detur interdictum, & hic tenetur 12 etiam iniuriarum, ut ff. de iniur. l. iniuriã.

11 Istud exemplum placet Sa.

12 Idem B. Bal. Sal. & Ang.

iniu.

rum, 1. §. fina. & de actio. empt. l. qui pendente, §. fina. Sed quid si me turbet causa seruitutis quam sibi asserit? Respond. 1 habet locum vtile & negatoria: vt ff. eod. l. si duo. §. si vicinus. Vel aliter pone exemplum de vi, quod qui vsumfructum se habere asserit, sua auctoritate deijciendo possidentem, intrat possessionem protestando, se nolle auferre ciuilem domino: sed vt suam naturalem habeat, ratione enim ciuilis, quæ sibi turbatur, habet dominus interdictum Vti possidetis, ratione naturalis habet vnde vi: ut ff. de ui & vi arma. l. 1. §. vnde vi. Quidam etiam pro naturali dant Vti possidetis, quod non placet. 2 Vel tertio, si aliquis ingressus est meam possessionem palam, & ego non suspicor me posse repelli, si postea me reuertentem non admittit, medio tempore videtur vi à me possidere, 3 & sic cum superassem in hoc interdicto, sed ex quo non admittor, tunc amisi, & interdictum Vnde ui, locum habet, ut ff. de acquir. posses. l. clam. in fine. Sed quare tam extranea exempla perquiris, cum me possidente possis tu uenire, & vi meum possidere, & tunc possum hoc interdicto experiri? Respond. non est verum, 4 ut duo possint in solidum nec naturaliter, nec ciuiliter possidere, secundum Ioan. 6 vt ff. de preca. leg. duo. licet Roge. concesserit in ciuili, non in naturali, ut argumen. ff. de acquirend. posses. leg. 3. §. ex contrario. M. concessit in utraque, argum. ff. eodem, l. si duo. In prædicto ergo exemplo hic ultimo posito, circa idem nõ possident duo, ut ff. de acq. poss. quod meo, §. si. nec obst. d. l. si duo. quia eam expone, ut sup. dixi. vnde diximus, quòd si quis ingrediatur meam possessionem me absente, non acquirit ciuilem, quia nec ego eam perdo.

nec clam, [a] nec precario [b] possidetis, Rector prouinciæ vim fieri prohibebit: [c] ac satisdationis, [d] vel transferendæ [e] possessionis edicti perpetui forma seruata, [f] de proprietate cognoscet.* Subscripta 3. Idus Octob. Nicomediæ, CC. Coss.

a *Nec clam.* clam à me si possidet, qui me absente clam intrat possessionem meam, ut ff. de acquiren. posses. l. clam, & quod vi aut clam, l. 3. §. fin. hic enim introitus clandestinus habet naturalem possessionem, non ciuilem. Sed quidam dicunt, quòd etiam ciuilem, dicentes duos 7 ciuiliter possidere, & habenti ciuilem tantum tenetur in interdicto Vti possidetis, ut hic. Sed opponitur. pone, quod ego dominus vocaui eum in ius, certe eo existente in iure, non habet ciuilem, quia eam habeo ego, sed nec naturalem, quia non est in fundo, & quo iure quæsita fuit, scilicet per introitum, eodem iure est amissa, scilicet per exitum, ut ff. de regul. iur. l. nihil tam? Respond 8 quidam in fundo debere interdictũ intentari, ut argum. ff. de arb. l. si cum dies, §. pen. quod non placet. Dic ergo, quòd sicut videris me inquietare, licet nõ possideas, sed solum me prohibeas, sic & clam inquietas, licet non possideas, ut sup. dixi. Vel dic, quòd licet sit in iudicio mecum, tamen naturalem possessionem hẽt, nã & fructuarius suam possessionem naturalem etiam animo retinet, & non refert iuste uel in iuste, quo ad possessionẽ, quis habeat possessionem, ut ff. de acquir. posses. l. 3. §. ex contrario, sed si retinet naturalem, ut dixi, ergo si dominus intrat, tunc non acquirit naturalem? Resp. 9 cito, quod dixis, nunquid ergo ratione naturalis amissæ, dabitur interdictum vnde ui? Respon. non, quia ciuilem retinet possessionem, q̃ ei auferri ignoranti non potest, ut ff. de acquir. poss. l. peregre, §. quidam, & l. quamuis, 2. Sed melior est ratio, 10 quia tempore quo accepit clam, non fuit natum interdictum, cũ non sit aliquid vi acceptum. nunc propter hoc, quod non admittitur in possessione naturali, non nascitur, quia olim fuit amissa, ut ff. de vi & vi arma. l. 1. §. eum qui. Sed arg. contra, ff. de acquir. poss. l. clam, in fi.

b *Nec precario.* precario tenetur à me, si precibus eius concessi retinendo in me ciuilem & naturalem possessionem, quod possum, ut ff. de precar. l. certe, §. is qui. Vel etiam ciuilem tantum, ut in eodem titu. l. & habet, §. eum qui nam & hic agam, si meam ciuilem turbat, si autem concessi utramque, quod & possum, ut ff. de acquir. posses. l. Pomponius, §. si is. tunc non agam, cum hoc interdictum tueatur possessorem, ut ff. eodem, l. 1. §. hoc interdictum. Sed si possessorem tuetur, ergo si me deiecisti, & te postea inquietem, ages hoc interdicto contra me. econtra uidetur, quod non, cum tu à me possideas? Respon. si tu contra me agas, succumbes, & si ego contra te, similiter succumbam, cum ego non possideam, ut d. l. 1. §. hoc interdictum, & Inst. eo. §. hodie tamẽ. Sed pone, quòd proposui libellum, conquerens de te proponendo hoc interdictum de fundo Sciano, tu de me non es conquestus, nec libellum dedisti, nec interdictum proposuisti, nunc cognouit iudex, quod tu potior me es in possessione, absoluet te. Sed an & me tibi condemnabit, vt de cætero te non inquietem? Videtur, quod sic, arg. Inst. eo. §. 3. & argum. ff. de procu. l. Pomponius, §. sed & is. in fin. §. & argum. ff. de proba. circa, & ar. ff. de li. cau. Diui. §. 1. Sed arg. contra. 11 ff. de iureiur. l. sed & si possessori. in princ.

c *Prohibebit.* sed qualiter formabit sententiam iudex in hoc interdicto? Dicunt quidã 12 vti possidetis, sic possideatis, quia licet non sit certa, in actis tamen est certa, arg. supra, de sentent. quæ sine certa quantitate. Ꝉ hæc sententia. Alij dicunt, etiam si acta sint incerta, non esse curandum: quasi sit interpretãdum, vt quilibet pro dimidia possideat: quod nihil 13 est, cum certa esse debeat, vt Instit. de actio. §. curare. Dicit ergo 14 quod aut est ei liquidum, aut non. primo casu dicet quia cognoui hunc in naturali potiorem, illum in ciuili, idcirco condemno hunc, ut illum non inquietet in ciuili, & illum, ut hunc non inquietet in naturali. Vel si de plena possessione est quæstio. dicat: quia inueni illum esse potiorem, ideo &c. cui sententiæ si contumaciter non pareatur, condemnabitur contumax æstimatione possessionis, ut ff. eo. l. pen. §. fina. Item si fortè de vsu nemoris sit quæstio. dicat quia inueni eum potiorem in tali vsu: idcirco alium condemno, vt illum non inquietet. & sic econtra si iste in alio vsu, vel in eodem inueniatur. Secundo casu, quando non est liquidum, abstineat à iudicando, prohibendo eos venire ad arma &c. ut ff. de vsufru. l. si cuius §. denique alias. l. æquissimum, in princ. & qui petitorium vult proponere, faciat, & sic potest intelligi, ff. eod. l. si duo. in fin. primo respon. licèt & quidam dicant fortè sententiam esse ferendam, argu. sup. communia de leg. l. fina. in princ. sed certe iudicio sortis statur, cum non est certum de iure, scilicet quæ pars potior sit in iure, sed factum est certum, at hic non ius, sed factũ est incertum. hac ergo sententia tata satisdatur, vt subijcit.

d *Satisdationis.* s. de vtendo 15 fruendo, si est vsufructuarius, qui obtinet in naturali, alias aufertur ei possessio, vt ff. vsufruct. quemadmo ca. l. 1. in princip. & §. 1. Vel dic verius 16 iudicatum solui, quæ præstabatur olim etiam ab eo, qui in rem conueniebatur, quod hodie non est, ut Insti. de satisd. in princ. & §. sed hodie. De iudicio sisti constat, quod nec olim, nec hodie 17 cum possideat immobilia, ut ff. si qui satisd. cog. l. sciendum. sed translata possessio, eo uictore non cauente, an ille victus satisdabit, qui nunc possidet? & fortè sic, vt argum. ff. vt leg. no. ca. l. postquam, §. Imperator. Alij contra, ff. de damno. infe. l. qui bona, §. si quis.

e *Transferenda.* si non satisdetur.

f *Forma seruata.* quæ est, ut primo possessorium, quam petitorium intentet, vt ff. eodem, leg. prima, §. huius autem interdicti. & sup. de rei uendic. ordinarij. Vel dic 18 seruata in satisdando, & transferendo possessionem. Extra quæro, si in aliqua re Titius habet vsumfructum, Seius vsum, an Seius possideat, quod non videtur, cum naturalem habeat fructuarius. Econtra videtur, quod sic cum ei detur hoc interdictum, & vnde ui, ut ff. eodem, l. fina. & de ui & vi arma. l. 3. §. item si non. & sic duo, sed non in solidum. Vel 19 non eodem iure. Item cum feudatarius naturaliter tantum possideat, si alij det in feudum, & ille alij, quis dicitur possidere? Respond. 20 dominus ciuiliter, ultimus naturaliter, medij nullo modo. Item no. generale, quod naturalem possessionem teneo, quamdiu sum in conspectu: alias non, nisi per filium, vel seruum, uel colonum, sed ciuilem sic, vt ff. de acquirend. possessio. l. 3. §. falsus, nisi quis idem dicat naturalem & ciuilem esse, quia tunc naturali, etiam animo retinetur. Item quid si ego proprietatem, tu vsumfructum in re habemus, tertius inuadit vt vsumfructum tantum habeat? Respond. possidet naturaliter, ex quo tu deponis animum possidendi naturaliter, non prius. & agit inuasor contra me hoc interdicto, & vincit, quamuis vi possideat, quia non à me, ut hic leg. 1. in fine, & leg. secunda.

1 Sequuntur prædi. stib.
2 Et benè. Sal. & An.
3 Nihil est quæ ex quo nondũ fuerit suspicatus, non amisit possessionem, ideo aduersarius non possidet à me ui, secundum Bar.
4 Et bene. Bar. & Sa.
5 Pōt tñ saluari op. Mar. vt hic vt per Sal.
6 Gl. sequitur B. Sa. & Ang.
7 Contrariũ tenet hic Ba. S. & Ang.
8 Displicet Bar. & qui tenent istã opin. sunt simplices secundum B. & S.
9 Et bene. Bar. & Sa.
10 Idẽ Ba. Sal. & Sa.

* VI. Duar. 1. disputa. 21. Rober. 3. sent. 21.
11 Nõ est s. qa istud iudicium est duplex ibi simplex, secũdum Bar. & Ang.
13 Et malè Bar. & Sa.
13 Gl. sequitur Bar. & Sal.
14 Sequuntur causæ quoad primum mẽbrum B. & Sali.
15 Iste primus intellectus glo. non congruit text. secundum An. & cuiã displicet. Sal.
16 Hũc intellectum sequitur Sa. tñ Bar. tenet quod tex. loquitur de cautione dãda de non inquietãdo.
17 Contrariũ tenent Bar. & Sa. per tex. in l. de die, §. quidam, quod satisd. cog.
18 Ista expositio gl. bona est, sed prima melior, secundũ A.
19 In isto ver. gl. sentit veritatem, secũdum Bar. Ang. & Sali.
20 Idẽ tenent Bar. & Sal.

Dñ

Ideſt teſtamentis & omni ſcriptura, quæ ad teſtamentũ pertinet, ut ff. eo. l. 1. §. hoc interdictum. Et continua ſic. Expediuimus de interdictis quibuſdam prohibitorijs, & quibuſdã reſtitutorijs, nunc proſequamur tertium membrum diuiſionis, ideſt de exhibitorijs. Et quia exhibitoriorum quædã dantur de rebus pecuniarijs ut tabulis exhibendis, quædam pro perſonis exhibẽdis, audiamus primo de tabulis exhibendis Azo.

SI in poteſtate CASVS. Paterfam. deceſſit filijs ſuis impuberib. inſtitutis, Titio eis ſubſtituto, deceſſerunt impuberes in pupillari ętate, ſubſtitutus vult uindicare hæreditatem iure ſubſtitutionis, & petit à tutore pupilli teſtamentum aperiri, & exhiberi ad probãdum ſe fuiſſe ſubſtitutum, quo iure hoc poſſit petere, quæritur. Reſpond. proponendo interdictum de tabulis exhibendis.

a *Subſtituti*. ſubaudi maxime. nam & legatarijs datur hoc interdictum. eo. l. 3. §. ſolent. Accur.

ADDITIO. Tu dicas, aut quis uult petere, quod exhibeantur totæ tabulæ & totum teſtamentum, & hoc non poteſt facere, niſi hæres, ita loquitur hic, ſed ſi vult petere ſibi exhiberi illam particulã, quæ pro ſe facit, tunc poteſt quilibet legatarius, ut ff. de edend. l. ſi quis ex argẽtarijs, §. primo.

De tabulis exhibendis.

TITVLVS VII.

Pupillari ſubſtituto, ſi pupillus in pupillari ętate deceſſit, datur interdictum de tabulis teſtamenti exhibendis. h. d. Bal. Vel ſic. Poſt mortem pupilli tabulæ pupillares poſtulantur exhiberi hoc interdicto. h. d. Bar.

Impp. Valerian. & Galien. AA. Germano.

LEX VNICA.

SI in poteſtate patris fuerunt impuberes filij, & vos eis eſtis ſubſtituti,[a] atq; ita ad vos intra pubertatem illis decedentibus,[b] cæpit hæreditas pertinere, de exhibendis teſtamenti tabulis interdicto vti poteſtis PP. 7. Cale. Maij. Seculari, & Donato Coſſ. 261.

TITVLVS VIII.

De liberis exhibendis ſeu deducendis, & de libero homine exhibendo.

Filio, cui non infertur quæſtio ſtatus, competit hæreditatis petitio contra poſſidentem bona materna, & ſi aliquis dicit eum eſſe in ſua poteſtate, competit interdictũ de liberis exhibendis. hoc dicit. Bald. vel ſic; Si inter patrem, & filium eſt contentio de poteſtate propter res, hoc interdicto expeditur, h. d. Bar. & Bal.

Imp. Antoninus A. Iuſtino.

LEX PRIMA.

SI (vt proponis) cum tuę[c] poteſtatis eſſes ſuper rebus maternis obtinuiſti:[d] potes eos qui tibi condemnati ſunt, conuenire.[e]

¶ Quod ſi extiterit, qui te filium, & in ſua poteſtate eſſe contendit:[f] interdicto[g] in eam rem propoſito, de fide intẽtionis eius quæretur PP. 6. Idib. Apr. Duobus Aſpris Coſſ. 213.

Contra tenentem filium alterius, competit interdictũ de liberis exhibendis, & de ducendis. hoc dicit. Bald. vel ſic. Si liberi noſtri per alium detinentur interdicto agitur vt exhibeantur, & exhibeãtur, & exhibiti deducantur. hoc dicit. Sal.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. & Cyrillæ.[i] †

LEX II.

ADi Præſidem prouinciæ, ac poſtula filios tuos exhiberi.[h] Subſcripta 5. Idi. April. Byzantij AA. Coſſ.

Interdictũ de tabu. exhib. edictum quemadmodũ teſtamenta aperiant, & actio ad exhibẽdũ differunt.

b *Decedentibus*. ſi autem non deceſſiſſent, non poſſet agi hoc interdicto, ut argumen. ff. de vulga. ſubſtitu. l. ſecunda, §. planè. ſ cus pro legato, ut ff. eodem, l. 3. §. penultimo. Et not. differentiam inter hoc interdictum, & edictum quemadmodum teſtamenta aperiantur, & actionem ad exhibendum, quia hoc habet locum, quando quis negat ſe exhibere poſſe vel etiam fatetur ſe poſſe exhibere, ſed dicit ſe exhibere non debere. Edictum autem contra illum, qui fatetur ſe habere, ſed non vult demonſtrare. Item hoc omnibus, quibus eſt aliquid in ea ſcriptura relictum, illud omnibus, quicũque deſiderant tabulas teſtamenti inſpicere, vel deſcribere, vt ff. eodem, leg. prima, §. primo, & ff. quemadmodum teſtamen. aperi. l. 2. in princip. & l. ſeq. in principio, & §. vltimo, & hoc mortuo teſtatore, eo autem uiuo habet locum ad exhibend. vt ff. eodem, leg. 3. §. ſi ipſe, & eo mortuo, hæredi etiam datur ad exhiben. ut ff. quemadmod. teſta. aperi. l. 3. & ff. ad exhiben. l. 3. §. ſi quis extra, & §. interdictum. Accur.

ADDITIO. Vi. Rober. a. recep. 39. Cuiac. 26. obſer. 28. & Anton. Mercato. 24.

Duas partes habet hæc Rubrica. Prima, de libertis exhibendis, qđ eſt inductũ ſui iuris tuendi cã. Secunda de libero hoĩe exhibẽdo, & offi. ij cã: ut ff. de interdi. l. 2. §. iuris ſui. Itẽ prima, aliàs eſt de exhibendis: & ſic exhibitorium tantum, aliàs deducendis, ut ducere liceat, ut ff. e. l. 1. in princ. & l. 3. in princ. & §. 1. Et nota, quod de ultima nulla lex eſt in hoc titulo, ſed habet locum, quãdo quis dolo malo liberum hominem tenet inuitum, ut ff. de libe. homi. exhib. l. 1.

SI vt proponis. CASVS. Mater tua deceſſit, delata eſt tibi hæreditas ſua, aduerſus poſſeſſores hęreditatis egiſti, & obtinuiſti, eos act. in factum ex re iudicata conuenire poteris. & ſi aliquis dicat te eſſe in eius poteſtate ut filius, debet probare te eſſe in eius poſſeſſione, ꝓpoſito interdicto de lib. exhibend.

c *Tuæ*. ſ. propriæ.

d *Obtinuiſti*. ex Orfitiano Accur.

e *Conuenire*. actione in factum, ut ſup. de re cred. l. actori. Acc.

f *Contendit*. fortè ꝓpter uſumfructum, quem in aduentitijs habet.

g *Interdicto*. De liberis exhibendis & deducendis, & hoc propter hæreditatẽ, quã ille dicit per te ſibi quæſitam, ut ff. eo l. pe. Aliàs ſi ſolũ de patria ꝑtãte eſſet q̃ſtio, notio Prætoris locũ habet, ut ff. eo. l. 3. §. hoc autẽ interdictũ. Dic ergo, ſecundum Ioan. cum agitur pro filio, aut filius detinetur ab aliquo, aut ipſe controuerſiam ſui facit. ſi detinetur ab aliquo, ſi quidem inuitus, locum habet hoc interdictum, ut ff. eodem, l. 1. in princ. ſed & rei vend. ut puto, cõpetit adiecta cauſa de iure Quiritum, ut ff. de rei uendi. l. 1. §. per hanc. ſi autem volens, ſi is, qui detinet, dicit ſe patrẽ: ad interdictum recurritur, ſed non habet locum notio Prætoris, ſiue officium iudicis, ut ff. eod. l. fi. & l. 3. §. hoc autem interdictum. & hoc caſu puto habere locum in rem actionem. Sed quidam hanc ſolam dicunt competere, non officium iudicis. Si autem à nemine detinetur, ſed ipſe ſui faciat cõtrouerſiam. ſi quidem occaſione hæreditatis agitur, habet locum hoc interdictum, ut hic, & ff. eo. ti. l. pen. alioquin notio Prætoris, ut inf. eo. l. 3. §. & hoc autem, & præiudicialis in rem, ut ff. de rei uend. l. 1. §. 1. ubi de hac materia diximus. Accur.

i al. Cyrillo, ſed ñ eſt male Cyrillæ, cũ fœmina hoc iure utatur l. 3. §. ſed ſi mulier, ff. de lib. ho. exhi. Cõt. Filiꝰ quo remedio peti põt.

ADi Præſidem. CASVS. Si filius tuus ab aliquo poſſideatur, ut tibi exhibeatur, adire debes cõpetentẽ iudicem.

h *Exhiberi*. i. extra ſecretum haberi, ut ff. de lib. ho. exhib. l. 3. §. ait Prętor. per aliud capitulum agitur, ut ducere liceat ff. eod. l. 3. §. 1. Accur.

†Tu vide hic Spec. titu. de sponf. §.4. ver. si a. & B. b. propo. in l.1. ff. e. tit. interdicto de v. qui Ba. hic xore exhibēda, quod uult tex. lo nō habemus, sed ad qui non in instar eius, quod ha. uxore, sed bemus, vt ff. cod. l.1. sponsā. idē in fin. & l.2. supra de in cōcubi. nupt. l. si inuita.

Si ad instar. CASVS. Accepi filiam Philippi in vxorem, quam penes se detinet, nec eam vult exhibere, qualiter mihi succurratur, quæritur? Res pond. quod vtili interdicto de libero homine exhibendo.

a *Filia.* vxore tua. & B. b *Notionem.* propo. in l.1. ff. e. tit. interdicto de v. qui Ba. hic xore exhibēda, quod uult tex. lo nō habemus, sed ad qui non in instar eius, quod ha. uxore, sed bemus, vt ff. cod. l.1. sponsā. idē in fin. & l.2. supra de in cōcubi. nupt. l. si inuita. Bal. in Accur. l.1. inf. de raptu. vir.

loqui, nisi de extraneo, seruatore. Nec obst. q̄ sit personale, quia in rem scripta sunt, vt in ead. l. de interdictis, prima ergo solutio vera est. Sed quæ est differentia inter hoc interdictum, & Seruianam? Resp. in Seruiana oportet locatorem probare colonum fuisse dominum tempore locationis, vt ff. de pig. l.1. §. cum prædium in fin. sed in interdicto sufficit, si probet ipsum possedisse, & sic etiam pro alienare datur actio. Item hoc possessorium, illud petitorium. Acc.

Interdictum de vxore exhibenda competit contra patrem puellæ, qui habet eam in sua potestate. h. d. Bald. vel sic. Ad instar interdicti de liberis exhibendis, potest agi de vxore exhibenda. B. & idem dicat de deducenda. h. d. Salic.

Ijdē AA. & CC. Euodiæ.[1] †

LEX III.

SI ad instar interdicti de exhibenda filia [a] Philippi eum conueniendum putaueris: rector prouinciæ aditus suam vobis accommodabit notionem. [b] Subscripta 12. Calend. Decemb. Nicomediæ AA. Coss.

TITVLVS IX.

De precario, & Saluiano interdicto.

Saluianum interdictum competit pro rebus tacitè obligatis contra ipsum colonū, & inquilinum: sed actio Seruiana competit contra quemlibet possessorem rei obligatæ. hoc dicit Bal. vel sic: Pro pignore vendito contra emptorem non competit interdictum Saluianum directum: sed ad hypothecariam actionem est recurrendum. hoc dicit Bart.

Imper. Gordianus Aug. Aristioni.[2] †

LEX PRIMA.

SI te non remittente, [c] pignus, debitor tuus [d] ea, quæ tibi obnoxia sunt, venūdedit, integrum [3] † tibi ius est ea persequi, non interdicto Saluiano (id enim tantūmodo [*] aduersus conductorem debitoremve [e] competit, [f]) sed Seruiana actione, vel quæ ad exemplum [g] eius instituitur, vtilis aduersus emptorem exercēda est. PP. 6. Idus Sept. Pio, & Pontiano Coss. 239.

Hæres precario rogantis possessionem non restituens, tenetur interdicto de precario. hoc dicit Bald. Bartol. & Salic.

Impp. Diocletia. & Maximia nus. AA. & CC. Fabritio.

LEX II.

HAbitantis [h] precario hęredes ad restituendum habitaculum teneri contra eos, interdicto proposito manifestè declaratur. Subscripta Cal. Decēb. Sirmij. AA. Coss.

TITVLVS X.

De ædificijs priuatis.

Cōstructio balneorum, & ædificiorum superimpositio est permissa: dummodo vsitatum modum non excedat. hoc dicit Sal.

Impp. Seuerus, & Antoninus. AA. Tauro.

LEX PRIMA.

ET balneum (vt desideras) extruere, & ædificium ei supponere potes: ob seruata tamen forma, qua cęteris super balneum ædificare permittitur, idest, vt concameratis supinstruas,[4] † & ipsum concameres, nec modum vsitatum [i] altitudinis excedas. [*] PP. sine die, & consule.

DE PRECARIO, & Saluiano interdicto.

1 † Euodio

De exhibitorijs interdictis dictum est, nunc videamus de hoc restitutorio interdicto, quod naturalē in se habet æquitatē, vt ff. eo. l.2. §.1. Azo. Primum potest dici, vel retinendæ, vel recuperandæ possessionis, & sic simile est interdicto, vnde vi, cum quoque transeat possessio in rogantē precariū, vt ff. de acq. poss. l. Pomponius, §. si is. Quoque non, vt ff. de precar. l. cert. §.1. Quoque naturalis sola transit, vt ff. eod tit. l. & hēt, §. eū. Saluianū vero est adipiscendæ possessionis, ut Insti. eo. §. interdictū quoque.

Si te. CASVS. Debitor meus prædia mihi obligata si distrahat, conueniā emptorē actio. quasi Seruiana, nec habet locū in hoc casu interdictū Saluianū, quod competit dño super rebus coloni tacitè obligatis.

c *Si te non remittente.* aliās agere nō posses, vt ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. l. si debitor, §.1. & infra de remiss. pig. l. res. & de pig. l. debitorem.

2 † Austrio

d *Debitor tuus.* idem que conductor.

e *Debitorem ve.* Pro eodem ponit, & subaudi directum.

3 † in integrum, al. vtrunque deest.

f *Competit.* immo videtur contra emptorem, ut ff. eod. l.1. in prin. & §. j. Solu. directum denegatur, ut hic, utile conceditur, ut ibi. & hæc est bona solutio. Alij dicunt ibi in d. §.1. extraneum, idest colonum ad differentiam alterius locatoris, nam de duobus locatoribus ibi dicit, cum enim sit personale interdictum. non potest contra alium, quam contra contrahentem dari, vt ff. de interdict. l.1. §. fin. quod non placet, quia & contra alium locatorem datur, ut ibi dicit. Item principium illius legis non potest

* Vide tit. interdicti aduersus emptorē das Iulia. nus l. pen.

g *Vel quæ ad exemplum.* i. quasi Seruiana vel dic Seruiana solemnis, vel quæ ad exemplum eius, i. nō solemnis, quæ sola hodie frequentatur, vt supra de formul. l.1. & 2. Accur.

Habitantis. CASVS. Concessi tibi domus meæ habitationē precario, an eā ab hærede tuo repetere possim, quæritur? Dicitur, q̄ sic.

h *Habitantis.* contra, ff. d. diuer. & tēp. præscr. l. cum hæres, ubi dicit hæredē rogātis nō teneri. Sol. hic sciens, ibi ignorans. Vel hic peruenit ad hęredē, vel dolo malo fecit, quo minus peruenit, ibi non, vt ff. eo. l. quæsitum, in fi. Item differt à commodato, quia illud ad certū vsum, & ante reuocari non potest, vt ff. commod. l. in commodato, §. sicut hoc quicūque, ut ff. cod. l.v. & l. cū precario. ADDITIO. Alias differentias inter precarium, & commodatū videas per gl. in c. j. extra cōmo. iuncta gl. in verbo, simile, in l. j. ff. de preca.

DE ÆDIFICIIS priuatis.

Quia interdictorū quædam ad publicā pertinent utilitatē, ideo supponit de ædificijs priuatis, qui tractatus ad publicā pertinet ad utilitatem, uel ornatū. Vel supra de possessione tuenda, nunc de ædificijs tuendis, uel sic: Diximus de interdictis, & quia per ea priuata ædificia constructa defenduntur, & tuentur, & construenda fieri sperantur, & impetrantur, ideo de priuatis ædificijs supponit Azo.

4 † al. instruas.

* Vide 1. Harmen. 4. Vitriū. 5. c. 20.

ET *balneum.* &c. *Vsitatum.* forte statutus erat modus ad ædificandum, sicut fit Florentiæ in turribus, & ad hoc supra de seruit. l.1. & l. quid, & l. si præies.

Aedificia non possunt demoliri gratia negociãdi: nec sic, vt publicus deformetur aspectus: licet tamen quędã de vna domo tollere, & ad aliam transferre. h. d. Sal.

Imp. Alexãder A. Diogeni.

LEX II.

Negociandi causa ædificia [a] demoliri, & marmora detrahere, edicto diui Vespasiani, & senatusconsulto [b] vetitum est. ¶ Cæterum de alia domo in aliam transferre quædam licere, exceptũ est. [c] Sed nec dominis ita transferre licet, vt integris ædificijs depositis, publicus deformetur aspectus. [d] PP. 11. Calen. Ian. Alexandro Aug. Coss. 223.

An si domus dicatur ruinosa, totalis domus debeat destrui, vel ea destructa facies debeat restitui, residet ĩ iudicis arbitrio, qui debet inspicere consuetudinem loci, hoc dicit Sal.

Ijdem Aug. Euocato.

LEX III.

An in totum ex ruina [e] domus licuerit, nõ eãdem faciem in ciuitate restituere, sed in hortum conuertere, & an hoc consensu tũc magistratuum non prohibẽtiũ, [f] itẽ vicinorũ factũ sit: ꝓses, probatis ijs, q̃ in oppido frequẽter in eodẽ genere cõtrouersiarũ seruata sunt, [g] * causa cognita statuet. PP. 7. Calend. April. Iuliano 2. & Crisp. Coss. 225.

Si socius nomine cõmuni domũ refecerit, ad sumptus pro rata agere potest, vel per quatuor menses expectare, intra quos si sumptus pro rata non fuerint redditi, dominiũ totius sibi vndicare poterit, & h. d. notab. secũdũ Sal.

Impp. Philippus A. & Philip. C. Victori, al. Viatori.

LEX IIII.

Si [l] (vt proponis) socius ędifici) ad refectionẽ eius sũptus cõferre detrectat, nõ necessario [h] extra ordinẽ [i] tibi subuenire desideras. ¶ Etenĩ si solus ædificaueris, nec intra quatuor mẽsiũ spaciũ cẽtesimis vsuris [1] † nũmus [k] pro portione socij erogatus restitutus fuerit, vel quo minus id fieret, per sociũ [l] id stetisse cõstiterit, ius dñij pro solido vendicare, vel obtinere, iuxta placitũ [m] antiquitatis poterit. PP. 4. Cal. Apr. Philippo Au. & Titiano Coss. 246.

Qui reædificat scienter ædificiũ commune nomine proprio, sumptus non repetit, & ædificatum solo cedit. h. d. Sal.

Impp. Diocle. & Maxi. AA. & CC. Octauio.

LEX V.

Si is, contra quem preces fundis, sciens prudensq; soli partem ad te pertinere, nõ quasi socius, vel collega communis operis, [n] solicitudine, solidam balneorũ extructionem ea mẽte, vt sumptus, pro portione tua [2] † nõ reciperet, aggressus est, sed vt totius loci dominiũ vsurparet, & collapsum balneũ refabricare enisus est, cũ ædificia, quæ alieno loco imponuntur, solo cedant: [o] nec impensæ [p] ijs, qui improbe [3] † id fecerint, restitui debeant, antiquo diui Adriani edicto, ꝓses prouinciæ memor iuris publici, ĩ dirimẽda disceptatione legũ placita [q] custodiet. PP. 6. Non. Octob. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

De ciuitate ad villam non licet transferre ædificiorum ornamenta, de ciuitate vero vna ad aliam potest, si de labenti auferatur ædificio, de vna villa ad aliam licet, etiam si per ciuitatem transitum faciat.

Imp. Constantinus A. Elpidio agẽti vicem PP.

LEX VI.

Si quis post hanc legem ciuitate spoliata, ornatum, hoc est marmora, vel columnas, ad rura transtulerit, priuetur [r] ea possessione, quã ita ornauerit. ¶ Si quis autẽ ex alia in aliã ciuitatẽ labentiũ parietũ marmora, vel colũnas de proprijs domibus in proprias trãsferre voluerit, quoniã vtrobiq; hæc esse, publicũ decus est, licenter hoc faciat, [s] data similiter facultate ẽt de possessione, ornatum hmõi ad possessionem aliã transferendi, quamuis per muros, vel etiã per mediam ciuitatem ea transferri necesse sit, ita vt ea solummodo, [t] quæ illata fuerint ciuitatibus, exportentur. Dat. 6. Cal. Iun. Viminatij, Crispo 2. & Constantio 2. [4] † Coss. 321.

---

a Negociãdi. Aedificia. scilicet sua, vel aliena, vt ff. de contrahen. emptio. l. senatus.

b Senatusconsulto.] Auiola & Pansa consulibus facto, vt ff. de leg. 1. l. cætera. & faci. infra e. l. nemini. & Insti. de re. di. §. & ex diuerso, & ff. cõm. præd. si precario.

c Exceptum est. à generali prohibitione, vt hic, & infra eo. si quis post hanc. Item excipitur non ad opus publicum, vt ff. de dam. infec. l. fina.

d Aspectus. vt ff. ne quid in lo. publ. l. fi. & l. 2. §. si quis à nemine & de dam. infect. l. prætor. §. hoc interdictum. Accur.

e An in totũ ex ruina. id est, ex ruinosa materia.

f Non prohibentium. nota eo ipso aliquem cõsentire, quod scit, & non contradicit. sic & ff. locati. l. itẽ quæritur, §. qui impleto. Accur.

g Seruata sunt. nota de authoritate cõsuetudinis. sic supra loc. l. circa & de seru. l. j. & l. præses. & ff. de legi. & senatuscons. l. nã vt ait Pedius, in prin. & l. non põt. & ff. de aq. plu. arcẽ. l. si prius. & infra quę sit long. cõsuetu. l. j. Sed arg. contra in l. 2. & j. de vsur. l. eos, §. pe.

h Si vt proponis. Nõ necessario. id nõ ex necessitate.

i Extra ordinem. i. iure speciali. nã superfluum est, &c. vt inf. de thesau. l. j. lib. 10.

k Nummus. idest nũmi. sic supra de libe. cau. l. cum affirmes. & ff. de verbor. sign. l. in vsu.

l Per socium. i. per te, qui socius eius es.

m Placitum. in oratione diui Marci. vt ff. pro soc. l. cũ duob. §. item rũ. socius, ad hoc inf. eo. l. singularũ, & hoc cum facit noĩe cõi, sec⁹ si suo, vt inf. eo. ¶ x. Sed vr nõ licere reficere. vt ff. de ser. vrb. pd. l. parietẽ q̃ est cõtra. Sol. ibi iure seruitutis facere volebat. Vel ibi ad alium vsum, quã ad quem res erat inuenta in communi: hic verò ad quẽ fuit inuenta in cõmuni, vt ff. commu. diuid. l. si ædes.

n Si is. Communis operis. similis distinctio (cõmuni, vel nõ communi nomine faciat) est ff. cõmu. diuid. si quis putans. § siue autem.

o Cedant. vt Inst. de rer. diu. §. & ex diuerso. & ff. comm. præd. l. precario.

p Impensæ. voluntarias expensas amittit: vtile, autem abradit tantum sine læsione prioris status rei, necessarias vero sibi conseruabit, vt supra de rei vendi. l. domum. Accur.

q Placita. scilicet prædicta, vt institut. de rerum diuis. §. & ex diuerso.

r Si quis. Priuetur. facit supra l. negociandi. in fin.

s Faciat. vt d. l. supra eodem. l. negociãdi.

t Solummodo. argu. pro mercibus aliunde delatis, vt possint exportari, licet aliæ, quæ similes sunt, nõ possent propter bannum, vel edictum curiæ.

* Ab his, qui consuetudinẽ facere possunt, nam mulieris infantes non faciunt, vt no. Soc. in consi. 7. in 1. parte, folio 6. in pri. col. 4.

1 † al. deest quinque.

2 † al. deest.

3 † proide.

4 † Constantino.

Imp. Iulianus A. ad Vitiatum [1] *† vicariũ Africæ.*

LEX VII.

NEmini [a] columnas, vel ſtatuas cuiuſcũq; materiæ ex alia eadẽq; prouincia vel auferre liceat, vel mouere. Dat. 6. Cal. Nouẽb. Iuliano A. 4. & Salluſtio Coſſ. 363.

Curiales vrbium tenentur in eis domos proprias habere, et ideo uel antiquas reædificare, vel noua cõſtruere tenentur: non curiales vero ſolum ad antiquarum reædificationem arctantur h. d. Sa.

Imppp. Valẽs, Grat. & Val. AAA. Modeſto P. P.

LEX VIII.

SIngularum vrbiũ curiales etiam inuiti, vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerunt, domos, vel de nouo ędificare cogãtur: illic ſemp munijs [b] inſeruituri, & aucturi propriarum frequentiã ciuitatũ. Poſſeſſores vero, qui nõ erunt curiales, in vrbibus, in quibus domos poſſident, eaſdem domos dirutas [c] neglectaſque [2] † reparẽt, iudiciaria ad conſeruandũ hoc præceptũ auctoritate retinendi. Dat. 13. Calen. Nouem. Gratiano A. 4. & Merobaude Coſſ 377.

Inter ædes ſacras vel publicas & ædificium priuatũ debet eſſe ſpatium quindecim pedum. h. d. Sal.

Imppp. Arcad. Honor. & Theodoſ. AAA. Aemiliano P. V.

LEX IX.

SIcui * loci ꝓprias ædificãdi iuxta publicas ædes [d] animũ dederit: is quindecim pedum ſpatio interiecto inter publica, & priuata ędificia, ita ſibi nouerit fabricãdũ, vt tali interuallo & publicæ ædes à periculo vindicentur, & priuatus ædificator velut perperã fabricato loco, deſtructionis [e] q̃ futuræ nõ timeat detrimentũ. D. [3] † 11. Cal. Nouemb. [4] † Cõſtantinop. Arcadio A. 6. & Probo Coſſ. 406.

Quilibet poteſt locum proprium circundare muris. h. d. Sal.

Impp. Honor. & Theo. AA. Monaxio. LEX X.

PEr prouincias Meſopotamiam, Oſdroenã, [5] † Euphratenſem, Syriã ſecundam, Phœniciã, [6] † Libanenſem, Ciliciã ſecundã, vtramque Armeniã, vtramq; Cappadociã, Pontũ Polemoniacũ, atque Heleſpõtũ, [7] † vbi magis hoc deſideratur, cæteraſque [f] prouincias cũctis volentib. permittatur, murali ambitu fundos proprios, [g] ſeu loca ſui dominij [h] conſtituta vallare. [i] Da. 3. Non. Maij, Cõſtantinop. Theodoſio A. 9. & Conſtantino 3. Coſſ. 424.

Inter mœnianum & mœnianum debet eſſe ſpatium 10. pedum, quando ambo ſunt priuatorum: ſed vbi alterum ſit publicum, cui appropinquatur priuatum, debet eſſe ſpatium quindecim pedum. h. d. Sal.

Iidem AA. Gen. [8] † P. P.

LEX XI.

MOeniana [k] quæ Græco vocabulo ἐξώστας [9] † appellant ſiue olim cõſtructa, ſiue in poſterum in prouincijs conſtruenda, niſi ſpatium inter ſe per decem pedes liberi aëris habuerint, modis omnibus detruncentur. [l] [10]

¶ In ijs vero locis, in quibus ædificia priuatorum horreis publicis videntur obiecta [11] † obſtructionis mœnianorum, quindecim pedũ [m] interualla ſeruentur. Quem intercapedinis modum ædificaturis quoque proponimus: ita vt ſi quis intra definitum ſpatium, ideſt decem [n] pedum menſuram ædificare, vel intra quindecim pedum mœnianum poſſidere tentauerit: ſciat non ſolum fabricata demolienda, [12] † ſed etiam ipſam domum fiſco noſtro adſcribendam. Dat. 3. Calend. Octob. Aſclepiodoto, & Mariniano Coſſ. 423.

Imp. Zeno [o] *A. Adamantio Præfecto vrbis.*

LEX XII.

EX [p] quo pace frui cœpimus, & litibus & externis bellis populos noſtros eximere ſtudentes, varijs legibus condendis animum applicuimus: inter quas & hanc quoque referri volumus, dilucidè demonſtrantem, & quæ tua magnificentia ſuggeſſit, & cautiſſimè omne ambiguum definientem. Non multum autem à ciuilibus verbis receſſimus, ſed

a NEmini.] facit ſupra eo. l. 2.

b SIngularum. Semper munijs.] alias ſuper munijs.

c Dirutas.] non autem noua ædificare coguntur. dic ergo, quòd ſi ſocij ſunt, & vnus velit reædificare, alij cõpelluntur, vt ſup. eo. ſi vt propo nis. ſi vero nõ ſunt ſocij, idem ſi tñ ſint curiales, aliàs non conſtructio, ſed reſtitutio ꝑcipitur, vt hac l. & ff. de dam. infect. l. ad curatoris. & ff. de offi. pręſid. l. præſes. vt & deſtructio inhibetur, vt ſup. eo. l. 2. & inf. de iur. reipu. l. ſi. lib. 12.

d SI cui loci. Publicas ædes.] idem circa horrea publica, vt infra eodem mœniana. & facit ff. finium regun. l. ſi.

d Deſtructionis.] vt infr. eodẽ, mœniana.

f PEr prouincias. Cæteraſq.] repete per.

g Proprios.] aliud in publicis locis, vt ff. de ope. pu. l. opus. & l. de operib. & ff. de rerũ di. l. antepenul. ſed quia muri ciuitatũ ſunt vniuerſitatis, nõ publici, vt inſt. de rerum di. §. nullius. ab vniuerſitatib. poſſunt fieri, nõ à ſingulari homine, vt põt intelligi d. l. de rerũ diu. & eſt ꝓ hoc hęc l. & infra de long. cõſue. l. ſi. Accur.

h Sui dominij.] vt ff. de ſer. vrba. prædi. l. imperatores hoc autem fallit, ſi ad æmulationem alterius ciuitatis fiat, vel materiam ſeditionis præbeat, vt ff. de ope. publi. l. opus.

i Vallare. ſubaudiũt q̃dã principis authoritate. ar. l. ff. de ope. publ. l. 3. & ſic no. ibi.

k MOeniana.] i. ſolaria, vt ff. ne q̃d in loco publ. l. 2. §. cũ q̃dã. & hoc ſatis innuit [illegible]. Et no. ꝙ prima pars loquit, cũ priuatum ędificiũ ſit iuxta priuatum, & ſecũda q̃n priuatum iuxta publicum. tertia loqtur de vtroq. Itẽ hęc lex loquitur, q̃n iuxta ædificia ſit opus: ſed illa ff. finiũ regundorum. l. ſi. q̃n iuxta agrũ vel ſepẽ & ideo aliud ſpatium ibi, quam hic ponit. Accurſius.

l Detruncentur.] facit ff. de ſer. vrb. ꝑdi. l. imperatores. & ſu. eo. l. ſi cui. ſi tñ ſciente te, & non cõtradicente feci, non cõpelles me fortè deſtruere, vt ff. de mortuo in fe. l. ſi propius. & ff. de dam. infe. l. qui bona. §. ſi quis iuxta. & ſic loquitur hic, quãdo me ignorante vel inuito feciſti.

m Quindecim pedũ. vt ſup. eo. ſi cui.

n Ideſt decem pedum. hoc q̃n iuxta priuatum. quindecim, q̃n iuxta publicum, & facit infr. de aquæ du. l. 1. lib. 11. hæc tamẽ lex non ſeruatur.

o Adde Nouell. 63. 165. 2 Harmenop. 4.

p Interpretatio Cõtij.

Vide

1 † Aliàs Viuianũ.

Sociorũ ſi vnus velit reædificare, an alij compellantur.

Ciuitatũ muri non ſunt publici.

2 † Nec eꝛectas.

* Ex li. 15. ti. 1. li. 46. C. Th.

3 † Du. 10.

4 † Da. decẽ.

5 † Oſtranam.

6 † Phœnicem.

7 † Helpõtum.

8 † Seueri no.

9 † Harm. li. 2. ca. 4. legit. ἐξώστας.

10 † Deſtruentur.

11 † Alias obiectam.

12 † Al. fabricam demoliẽdã.

quæ nunquã ante fuerũt, & nunc primũ extruuntur sed & in his q̃ nullã ignis iniuriã senserunt, vetustate aũt alia quacũque cã defecerũt, & in oĩbus oĩno domibus, q̃ ædificantur, si cẽtũ pedũ spatiũ relinquatur inter circũiacentia loca, oĩ impedimento cessãte fiãt ędificia, ẽt si aliis domib. prospectũ in mare adimãt. Prospectũ aũt hũc liceat auferre[a] à solis culinis[b] vel latrinis, vel secessib. vel scalis,[c] vel traiectib. ad sola diuerticula vicorũ pertinẽtibus vel basternis,[d] q̃uis & intra centũ pedes velit qs ędificare, si mõ tñ duodecim pedes in medio intercedant. Hæc aũt obseruari volumus qñ nullũ adest pactũ,[e] qđ ędificare volẽtẽ adiuuet. Qui aũt ex pacto vicini ædificãt, intra definitũ ab eis modũ ędificẽt. tunc.n. & eo nõ custodito spatio pmittimus attollere ędificia, ẽt si prospectũ adimãt iis, qui cõsenserũt & pacti sunt, aut qui ĩ eorũ domos successerũt: qñ q̃dẽ cõpetentia iã quibusdã ex cõuentione iura, per generalẽ auferri legem non oportet.

¶ Itẽ illud ẽt statuimus, ne ea quæ vocãtur solaria,[f] post hãc legẽ ex solis lignis & tabulis cõstruanť, sed ad eorũ, q̃ Romanensia[g] dicũtur, modũ & figurã ædificentur, & inter duo solaria ex aduerso sese spectãtiã, decẽ pedes relinquãtur. Sin hoc præ loci angustia fieri nõ possit, tũc solaria fiãt ἐκ παραλλήλου, hoc est vt se inuicẽ nõ ex aduerso vel ἐκ παραλλήλων respiciãt, sed alternis, & ex obliquo atque transuerso. Si vero spatiũ mediũ decẽ pedes nõ excedat, tũc nulla ex parte nec aduersa nec trãsuersa liceat solaria aut meniana[h] fabricare. Quæ vero ſm supra scriptã formã ædificabũtur, iubemus alia esse ab imo solo pedes q̃ndecim, & eorũ q̃dẽ colũnas lapideas aut ligneas ita solo ĩponi iubem᷒, vt nõ ad catherũ[i] siue ppendiculũ stẽt, sicuti nec muros, vt nec aer q̃ est sub illis ĩ superiore parte, vt dictũ est, cõstitutis solariis, obtureť, nec ex hoc angustior fiat angiportus, & publicũ iter. Prohibemus aũt & scalas[k] a solo angiportu inchoa, e, & ad solaria ducere, ita vt tã ea ĩpẽsa & pparatione firmiore, q̃ qđ nõ ita proxima sint inter se solaria, breuiora & rariora & extinctu faciliora ex igne pericula ciuitati, & his q̃ domos hẽnt, immineãt. Si aũt cõtra nr̃am hãc legẽ fiat solariũ vel scala, non id solũ qđ factũ fuerit, denũciabiť, sed ẽt ædificii dñs decẽ auri librarũ pęnã expectabit, & q̃ designauit architectus, aut qui opus recepit, alias decẽ auri libras psoluet, & qui fabricauerit artifex, si p iopiã[l] nõ potuerit pœnã soluere, corpore luens à ciuitate fiat extorris. ¶ Pręterea iubemus nemini[m] licere multas ex ordine collocatas colũnas ĩ publicis porticib. & stationib. ab eo, qđ vocať Miliũ,[n] vsq; ad Capitoliũ obstruere, ædificiis, vel solis ẽt tabulis, vł aliis quibusuis reb. in medio colũnarũ extructis, sed ipsa quidẽ ædificia non excedãt ĩ latitudine pedes sex cõprehẽsis ẽt parietib. plateã versus, in altitudine vero pedes septẽ. Oĩmodo aũt volum᷒ p quatuor colũnarũ ordines relinq̃ a porticib. ad plateas liberũ iter: decorari quoq; hmõi tabernacula siue officinas exteri᷒ saltẽ marmore, vt & ciuitati sint decori, & trãseuntib. voluptati. In reliquis aũt ciuitatis regionibus[o] extructas in mediis colũnis officinas, prout vrbi esse vtile, & quatenus & q̃uo existimauerit, exstrui sancimus, oĩ[p] æqualitate seruata, ne qđ vni pmittiť, cæteris prohibeatur.

¶ Et hoc q̃dẽ cõstituimus, vt ne calũniantiũ dolis, & machinationib. æq̃s & bonis viris periculũ struať. Multi.n. ædificaturis lites, nõ ex iniuria aliqua accepta, sed p inuidiã subitruẽtes, intermissionũ illis cãm pbẽt, vt eũ, qui iã cęperat ædificare, prohibitũ, & opus imperfectũ relinquere coactũ, & ĩ ius tractũ, pecuniã ad ædificationẽ repositã, litigãdo cõsumere cogãt, & (qđ oĩum incõmodissimũ est) postq̃ victricẽ sñiam retulit, adhuc quasi indissolubilibus vinculis obligari cõtigit, dũ appłationis ptextu fatales dies expectare cogiť, & ex hac frustratione, & ædi-

a Intra minus spatiũ quam centum pedũ scilicet minus, puta intra 12. pedes.

b μαγειρείων hic; Eclog. d. loco. μαγειρείων Harmen. d. loco.

c κλιμακὸς hic, κλιμακώνος Harmenop. d. loco.

d ἢ διαβάσεων πρὸς παρόδους μόνων χρησίμων, ἢ καὶ τούτων ἐκαλοῦντο πάλαι βαστέρνα hic, ἢ διαβάσεων τῶν γειτόνων λεγομένων παρόδων, ἢ τῶν βαστέρνων. Harmeno. d. loco. quidã legũt διαβάσεων. Porro, basternæ sũt trãsennæ, siue protecta quę hñt in ędib. trãseundi uel spaciãdi grã. Alio sensũ, basternæ vehicula sunt siue lecticę, vel vt est in glossis veterũ Basterna, quæ (qđ plerũque speculari lapide clanderẽtur) eędem glossæ illo loco lunealis. Qua vehitur translatis specularibus antro, rectè interpretãtur basternas. Antrũ dixit, vt Hieronymus caueã basternarũ. Palladio Amites basternarũ, sunt perticę quib. ea vehicula sustinentur. Seruius Honoratus, Pilata sunt vehicula, si cuti nunc basternas videmus Lampridius in Heliogabalo, Dedit basternas & rhedas. Ammian᷒ 14. Basternis per latera ciuitatis cuncta discurrũt. adde Cuia. 13. obs. 30. & §. 2. §. 3. sup. eo. §. ult. inst. de seruitutibus.

f Σολάρια hic συναλλαγμάτων Eclog. d. loco. Harmenop. d. loco c. περὶ συναλλαγμάτων.

g ῥωμανήσια Græci hic & Eclog. d. lo.

h ἐνταῦθα μενιανὰ Græci hic; ad Harmenop. d. lo. περὶ ἀλλαγῶν καὶ ἐξέδρα ibi βλεπτικὰ καὶ ἐξώστης ibi ἡλιακὸν τὸν περὶ τίνων ἰστὶν τῶν παλαιῶν dixi ad l. 12. sup. eod. add. Nouel. Leon. vltim. vbi περὶ ἡλιακῶν.

i κατὰ κάθετον hic, κατῶθεν. Eclog. d. loco Harmeno. d. loco.

L. Eclog. d. lo. Harmenop. d. loco. Scala traiectus maritimi Nouel. 158. siue portus aut stationes nauiũ auctore Moschopulo περὶ σχεδῶν. Alciatus perperam cœnacula interpretaẽ.

l Dixi l. 1. in fi. ff. de pœnis.

m 58. Eclog. 2. c. περὶ παραγγελίας ex tit. 1. 2. c. 22.

n ἀπὸ τοῦ καλουμένου μιλίου hic ἀπὸ τοῦ μιλίου Eclog. d. lo. vbi Leunclauius milliariũ vertit. Milliarium colũna Romę posita in foro ab Augusto, a qua oẽs viæ Italię initiũ & finẽ capiebãt. dixi ad l. 154. ff. de ver. sig. ad. de Suetoniũ ĩ Othone.

o De regionib. vrbis alias dixi. adde d. l. 1. ff. 13. inf. de officio præfecti vrbis.

p Ea æqualitas est, quoties vni permittitur, cæteris non negatur.

est necessaria: satis enim pertinet hęc lex ad superiorem materiam. Et no. quòd hæc nunciatio fit tribus modis, vt ff. de oper. no. nunc. l. de pupillo. §. meminisse.

Si nunciator noui operis sit paratus statim de iure suo docere, debet audiri: & de causa cognosci: & intra tres mẽses terminari, quib. peractis auditur ædificator, si offerat satisdationem de opere demoliendo. h. d. Sal.

Imperator Iustinianus Aug. Ioanni P. P.

LEX VNICA.

DE operis noui nũciatione quandam antiquis ortam fuisse dubitationem, nostra cognouit tranquillitas: dicentibus, si quis denũciationẽ ad inhibendũ opus miserit, non posse eũ post annũ elapsum, ex quo denũciatio missa est, iterum ædificationem prohibere. ¶ Quod dupliciter iniquũ nobis esse videtur: siue etenim nõ rectè opus prohibuerit, decet non per totũ annũ hoc impediri, siue rectè denũciationẽ emiserit, ẽt post annũ licentiã habere ædificationẽ prohibere. Talẽ igitur iniquitatem inhibentes, sancimus, si quis denunciationẽ emiserit, in hac quidẽ regia vrbe præfectũ vrbi festinare:[b] in prouincia vero rectorẽ eius intra triũ mensiũ spaciũ cãm dirimere:[c] sin aliqd fuerit quodcunq; mõ ad decisionẽ ambiguitatis impedimẽtũ,[d] licentiã habere eũ, qui[1]† ędificationẽ deproperat, opus de quo agit efficerere, prius fideiussore ab eo dato officio vrbicarię pręfecturę, vel prouinciali, vt si non rectè ædificauerit, oẽ opus, qđ post denũciationẽ fecerit, suis sumptib. destruet. Sic.n. & opera nõ per inanes denunciationes prohibebuntur, & rectè denunciãtib. consuletur. Da. 12. Cal. Nouemb. Constantinop. post Consulatum Lampadij, & Orestis VV. CC. anno secundo. 532.

TITVLVS XII.

De operibus publicis.

Iudex non potest immunitatem concedere ab opere publico. h. d. Bal.

Impp. Constantinus, & Cõstantius AA. ad Catulium.[2]†

LEX PRIMA.

PLurimi[3]† immunitates[e] operum publicorum concessione iudicũ adepti sunt,[e] & ideo iubemus in posterum illicitas immunitates nullius esse momenti.[f] D. 6. Cal. Au. Sirmij, Vrso,[4]† Lupu. & Polemio Coss. 338.

Impensa, de qua constat, à commentariensi est approbanda h. d. Sal.

Ijdẽ AA. ad Marcell. Com. Orientis.

LEX II.

QVæ[+] operibus publicis impensa cõstiterit, accepto ferri oportere cognoscas.[g] D. 2. Non. Octob. Constantinopol. Limenio, & Catulino Coss. 349.

Græcæ[h] constitutionis epitome.

LEX III.

NEque monachus, neq; alius quiuis in loco publico, velubi spectacula fiũt crucem imponat, aut reliquias sanctas,

Prętoria, & domus publicæ non debent in vsus priuatos conuerti. h. d. Sal.

Ijdem AA. Ecdisio præfec. Aegypti.

LEX IIII.

PRætoria[i][+] iudicũ, & domos publicas[5]† oportet publico iuri, atque vsui semper vẽdicari. PP. 4. Non. Decemb. Antiochiæ Mamertino, & Neuita Coss. 362.

a DE operis. Prohibere.] per nouam denunciationem. Vel verius dic per veterem. Accur.
b Festinare.] si super hoc adeatur.
c Causam dirimere.] Not. speciale contra regulam gñalem. supra de iud. l. properandũ, vel certè: hic nõ dicit causam debere finiri intra tres menses: sed debere expectari, vt probat si velit.
d Impedimentum.] intra tres menses: sic ergo si ante tres mẽses, ẽt millies satisdet, nõ tñ pmittitur ędificare: nã & hic deproperabat facere opus, & satisdare volebat: nõ tã pmittitur, nisi post tres mẽses, & sic dñt plures leges. ff. de ope. no. nun. l. prætor. §. si quis paratus & §. hoc aũt interdictũ. & l. de pupillo. §. si is cui. quib. & alijs plurib. dr̃, q si ille, cui nũciatum est nouũ opus, paratus est satisdare; & satisdato hr̃, si nunciator non recipit. Sol. dñt hic quidã loqui, cum denunciatio facta est per prætorẽ, ibi per se. Secundi dñt esse in arbitrio actoris, siue nunciatoris, velit recipere satisdationẽ, vel nõ, vt si reciperet, statĩ sit facta remissio, & possit ille ædificare, vt in contrarijs, si vero nolit recipere satisdationẽ, sed dicat se inconcinenti paratum probare: est audiendus, & expectandus per tres menses: & postea si nõ probauerit, poterit ille ędificare, oblata tñ satisdatione, & sic loquitur hic, & ad hoc est ar. ff. vt in poss. leg. l. si is a quo. in prin. & ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. j. & ff. ad exhiben. l. 3. §. ibidẽ. Tertij dñt esse in arbitrio volentis ædificare, an velit statim satisdare. & sic postea ędificare, an nõ, argum. ff. de iure dotium, l. plerumque. §. fin. & argum. contrariarũ legũ. Quarti distinguunt, possideat ædificator locum, in quo ædificat, an non: primo casu admittitur statim cum satisdatione, vt in contrarijs: in secundo non, vt hic. Quinti distinguunt, aut ædificat in publico, vel priuato, hic in publico, in contrarijs in priuato, vt statim satisdando possit ædificare, vt argum. d. l. prætor. §. hoc autem interdictum. Mediam Io. & Hugo probant: secundam probat Azo.

ADDITIO. Dynus, (vt refert Bartol. in l. prætor ait. §. si quis paratus.) coniungit secundam solutionem istius glo. cum tertia & bona est secundum eundẽ Bartol. Aut ille qui nunciat, dicit, ego sum paratus ostendere de iure meo. hodie constat, hodie agamus: tunc licet sit paratus satisdare, debet expectare p tres mẽses, vt hac l. & ca. vltimo, extra eo. Si vero dominus nunciat, & statim oblata satisdatione nil dicit: tunc statim fit remissio, & est in electione satisdãtis differre, vel satisdare, vt in contrarijs.

1† ad.
2† In Co. The. legitur. Hanc Catuline Charissime nobis Cont.
3† al. plurima.
+ Ex lib. 5. tit. 1. l. 5. C. Th.
4† Deest. C. Th.

DE OPERIBVS publicis.

De priuatis dixit operibus, licet & de publicis miscuerit, nunc principaliter de publicis.

e PLurimi. Adepti sunt.] quod est contra publicam vtilitatem. Accur.
f Momenti.] illicita ergo concessa non valent. sic & supra de precibus imper. offeren. nec damnosa. & inf. de immune. conce. l. prima, libro 10. Et no. quod leges huius titu. non leguntur, quia inutiles sunt.
g QVæ operibus. Cognoscat.] i. commentarien. vt ex suprascriptione huius legis apparet. & facit supra de modo mulctan. l. penult. Accur.
h Græca.] Cuiacius hic negat Græcam esse constitutionem, sed potius Latinam esse ait ex l. 26. supr. de episc. & cler.
i PRætoria.] Loca, vbi resident iudices in cognoscendo, vt supra de episcop. & cler. l. omnes qui. & ibi, induxerunt Iesum in prætorium. & facit supra de offi. rector. prouinc. l. nulli.

+ Ex lib. 15. titu. 1. l. 6. C. Th.
+ Ex eod. lib. & tit. l. 8. C. Th.
5† iudicia riat.

a O *Mum. Renouare.*] principis vel præsidis authoritate, vt ff. de rerũ diui. l. antepenult.
b *Pacto*] i. modo.
c *Imperauerit.*] sic in auth. de man. prin. §. deinde competẽs. col. 3. & facit de vectig. & commis. l. 1.
d *Immunitate.* sic supra eo. l. ad portus.

1† Ex eo. li. & tit. l. 30. C. Th.

e N *Emo.* & facit ff. eo. l. opus & l. pe. & ff. de leg. 3. l. cętera. §. item quæritur.
f *Manebit*] id est, detinebit.

2† Da. ab scriptio.

g A *Edificia.* No. ad multa. Ac.
h *Parapetasia.*] Gręcum.
i *Dirui.*] id est non debent in illis operibus collocare alia corpora, quæ sunt reipublicæ, id est materiã vel lapides, vel huiusmodi, nisi &c.

3† scribantur.

k S *I aliquando.*] facit inf. eo. l. fin. in princip.
l S *I quando.*] facit ff. eo. opus. & l. fi. §. 1.
m *Senio.*] vetustate.
n Q *Vicunque.*] Plana est, & bona.

4† desunt C. Th.

Incolæ ciuitatis debent pro rata sui æstimi conferre ad constructionem operis publici. h. d. Salic.

Ijdem AA. Cæsario PP.

LEX XII.

OMnes[1] † prouinciarũ rectores literis moneantur, vt sciant ordines atq; incolas vrbium singularũ muros, vel nouos debere facere, vel veteres firmius renouare, [a] .l. hoc pacto [b] impendiis ordinãdis, vt adscriptio[2] † currat pro virib. singulorum, deinde adscribantur [3]† pro æstimatione operis futuri territoria ciuium: nec plus poscatur aliquid, quam necessitas imperauerit, [c] neue minus, ne instans impediatur effectus. Oportet nãq; per singula non fieri lia iuga certa quoq; distribui, vt par cũctis prębendorũ sumptuũ necessitas imponatur, nemini [4]† excusatione, vel alia pręsumptione ab huiusmodi immunitate [d] præbenda. Dat. 8. Cal. Apri. Arcadio 4. & Honorio 3. AA. Consulibus 396.

Iudices non possunt sua auctoritate opus nouum incohoare, nec ornamenta ædium de suo loco transferre, sub pœna hic posita. hoc dicit Salicetus:

Iidem AA. Theodoro PP.

LEX XIII.

5† Ex eo. li. & tit. l. 38. C. T. 6 † exornanda.

ADDITIO. Hanc vltimam solutionem Ioan. approbant communiter doct. hic, & in Authen. sed hodie, supra de actio. & obligat. & Azo. in summa istius tituli. Adde etiam, quod vbi pignus venditum esset ea lege, ut pretium daretur creditori, & emptor consensisset illi conditioni, tunc in odium eius, qui non curauit, ut pretium daretur creditori, cum possit, permittitur creditori, vt hypothecaria prius eum conuenire possit, quia priuilegium meretur amittere, qui fraudem voluit committere. Ita dicunt moderni nostri scribentes in dicta Authentica, sed hodie.

a *Actum sit*. quid si debitor sit absens, vt conueniri non possit? Dicam possessorem posse conueniri, ut in Authent. de fideius. §. 1. & §. 2. §. eadem coll. 1.

b *Quæ sunt*. quas ipse fideiussor non possidet, alias creditori electio datur. argumen. huius l. persecutione. Quidam tamen dicunt, & si possideat fideiussor, prius conueniedum eum personali, cum in corpore huius Authen. non distinguatur, possideat ipse, uel alius. Erit ergo ordo, vt prius reus personali vel reali, secundo fideiussor, tertio extraneus possidens res debitoris, quarto possidens res debitoris, quarto possidens extraneus res fideiussoris conueniatur, ut hic sumitur.

Creditor quo ordine debeat conuenire debitorē, fideiussorē, aut pignoris possessorem.

Seruo. CASVS. Si seruus pignori datus decessit, non propter hoc extinguitur persecutio debiti.

c *Petitio*. vt institu. quib. mod. re. contra. oblig. §. final. & ff. eodem, si inter, §. quicquid. & s. de pigno. act. l. pignus.

Si tibi. CASVS. In l. ista dicitur, mutuaui tibi 10. tu quēdam notarium, idest, seruum notatorem obligasti mihi pignori, nunquid tenet obligatio illa? Respon. quod sic, unde si ille seruus tui arreptus est mihi, possum agere contra raptorem.

d *Notarium*. i. scriptorem, non tabellionem, ut infra de tabu. l. generali. lib. 10. Acc.

e *Conueni*. quia expedit, & c. ut institu. de obliga. quæ ex deli. §. furti. & si quidem est fur extraneus, in duplum, vel in quadruplum rei condemnatur. Si verò ipse debitor: tunc ipsum debitum & vsura duplatur, uel quadruplatur, ut ff. de furt. l. creditori. & l. creditoris. Primo tamen casu reddit debitori per pigneratitiam actionem, quod vltra debitum habet non secundo, ut dicta l. creditoris, & ff. de pigno. actio. l. si pignore in princip. Itē quod dixi contra extraneum insolidum agere creditorem, intellige, quando per culpā amisit pignus, aliter credito tenetur tantum, & ad vsuram, quia tantum eius interest. & in residuo agit furti ipse debitor. ut ff. de furt. l. eum qui. §. idem scribit.

actum sit [a] cum reo, & intercessore. ¶ Et si nec ex hypothecis debitoris satisfiat, & tūc demū intercessoris hypothecæ, si quæ sunt, [b] petantur, quod ius & in hæredibus locum habet.

Interitu pignorum non liberatur debitor. h. d. Baldus Vel sic. Pignore perempto nō propterea extinguitur debiti petitio. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Draconito.[1] †

[1] Al. Dracōnti.

LEX XXV.

SEruo, qui fuerat pignori obligatus, defuncto, debiti permanet integra petitio.[c] Dat. 6. Cal. Ianua. Nicomediæ, CC. Coss.

Si seruus pignoratus subripitur, creditor potest agere contra furem. h. d. Bald. Vel sic. Creditor pro re pignori data furto subtracta. agit furti. h. d. Sal.

Ijdē AA. & CC. Mauritio.

LEX XXVI.

SI tibi notarium [d] pignoris titulo debitor tuus obligauit, eum, à quo mācipiū abreptum proponis, apud rectorem prouinciæ conueni, [e] D. 4. Cal. Ianu. Sirmij, CC. Coss.

Non est alibi, nisi in ista authētica hic posita. Pro pecunia mutuata in emptionē militiæ, sub hypotheca bonorum comprehēditur ipsa militia, siue sit empta nomine filij sui, vel cognati, uel etiā extranei, & talis hypotheca est priuilegiata. Bal. vel sic: Militia empta ex pecunia creditoris, est creditori obligata, & pro liberis, & cognatis empta, nisi contrarium probetur: empta vero pro extraneis non præsumitur pecunia creditoris. h. d. Sal.

Imp. Iustinian. A. Mennæ. PP.

LEX XXVII.

SVper hypothecis, [f] quas argenti distractores, vel metaxarij, [g] vel alij quarūcunque specierum negotiatores, pecunias sibi credentibus dare solent, [h] hoc specialiter super amputanda omni machinatione sancimus, vt si post huiusmodi contractū liberis suis, vel alio modo cognatis, quamcunque militiam ijdem negotiatores acquisierint, * (eam tamen, quæ vendi, vel ad hæredes sub certa definitione [i] transmitti potest) liceat creditoribus eorum, etiam non probantibus ex pecunijs eorundem negotiatorum liberos eorum, vel cognatos militasse (dumtamen contrariū non probetur, alios ex suo patrimonio dedisse pecunias) creditum ab ijs, qui militarint, exigere, [k] uel tātum eos efflagitare, quanti uendi eadem militia possit.

¶ Quod ita obtinere sancimus, & si extraneis, quibusdam ijdem negotiatores de suis pecuniis huiusmodi militiam acquisisse probentur, [l] vt quod generaliter in ipsis debitoribus militantibus [m] talem militiam, quæ vendi, vel ad hæredes transmitti potest, permissum est, ut liceat creditoribus, & adhuc viuentium de-

f *SVper hypothecis*. accipiebant enī tales campsores pecuniam mutuam, ut emerent præbendā, uel militiam sibi, uel filijs suis, & pro hac pecunia obligabant omnia bona sua, unde quærebatur, utrū de hac præbenda eo modo intelligitur, quod sit obligata. Et dicitur, quod sic. & ita non est contra sup. cod. l. quamuis, iij. & præfertur etiam priori-bus, ut no. infra qui pot. in pig. habe. l. diuersis.

* puta centum solidorum, ut dī in Nouel. 35. de adiutorib. Quæstorre & ibi Cuiac.

g *Metaxarij*. aliud genus negotiatorū. Accursius.

h *Dare solent*. idest supponere, sine hoc tamē contrahitur tacita hypotheca. secūdum H. Accursi.

i *Definitione*.] nam quandoque minus commodi transit ad hæredem quàm fuerit ad emptorē, uel aliquo dato demum transit ad hæredes, ut supra de inoffic. testamen. l. omnimodo, §. fi. & infra, de proxi. sacro scrin. l. si quis, lib. 12. & ad hoc. ff. de legat. 3. l. patronus. 2. respon.

k *Exigere*. per hypothecariam, ut in fin. huius legis.

l *Probentur*. nota probentur ab isto, qui mutuauit. sed in superiori casu præsumitur pro eo. & hæc est differentia, quādo emit sibi, vel liberis uel cognatis, & in illo casu quando emit extraneis. Accursius. No. ergo duos casus ad differentiam illorum duorum casuum. In primo præsumitur pro eo, qui tradidit pecuniam. In secundo oportet, quòd ipse probet.

m *Militantibus*.] nota millito militiam, sic & uado viam.

a *Placiti*. ideſt conuentionis inter eos habitæ.
b *Dari ſolet*. i. quandoq; emi ſolet.
c *Perſonis*. hoc in negotiatorum, ideſt extraneorum militantium quibus eſt empta, & negotiata militia, qui non ſunt obnoxij, vt ſubijcit, ſcilicet actione perſonali, ſed hypothecaria, vt dicit Accurſius.
d *Meruerunt*. ante legem iſtam.

* Id eſt ſchola placiti, aut ſuffragij, aut militiæ caſus, quæ oia eadem eſſe apparet collatis cõſtitutionibus ad id pertinẽtibus, & Iuliano epitomatore in Nouel. 53. §. optimum.

QVod obtinuit. CASVS. Lex C. dicit, quod creditor põt conuenire poſſeſſorem militiæ. Authen. hoc determinat dicens, q̃ hoc verum eſt, ſi creditor mutuauit ſpecialiter ad hoc, ut præbenda de pecunia illa emeretur, & ſi creditor non expreſſit hoc, non habet priuilegium, quia præferuntur ei filij, qui habent bona patris tacite obligata pro dote matris, & præfertur ei vxor teſtatoris, & alij creditores, ſi erant potiores.
e *Quod obtinet*. ut omnibus proferatur creditor, ex cuius pecunia militia eſt empta, quod l. C. innuerat.
f *Alioqui*. ideſt, ſi non ad hoc mutuaueritis, ex cuius pecunia militia eſt empta.
g *Filij*. nomine matris defunctæ, quæ fuit uxor repetentis dotem.
h *Vxor*. ſi ipſa viuit.
i *Predictorum*. ideſt, nec ille, qui ad hoc mutuauit, nec vxor, aut filius eius, vt in corpore probatur.
k *Creditoribus*. qui ad hoc non mutuauerant, ex eorum tamen pecunia eſt empta, vel præſumitur.

IN QVIBVS cauſis, &c.

Qualiter per conuentionem expreſſam contrahatur obligatio pignorum, dictum eſt, ſequitur, qualiter contraha-

bitorum iure hypothecæ, vẽdicare militias, niſi ſibi ſatisfiat, & poſt mortem eorum exigere, quod pro iiſdẽ militijs pro tenore communis militantium * placiti, [a] vel diuinæ ſanctionis tale præſtantis beneficium dari ſolet [b] hoc in negotiatorum perſonis, [c] licet ipſi militantes minimè debito obnoxij ſint, integrum creditoribus eorum ſeruetur.

¶ Quod, ſcilicet, in futuris militijs, non etiam in iis, quas liberi, vel cognati eorundem negotiatorum, vel extraneis pecuniis eorum meruerunt, [d] tenere ſancimus. Dat. Cal. Iun. D.N. Iuſtiniano A. PP. 2. Coſ. 528.

IN AVTH. de exhibend. & introducend. reis, §. optimum quoque collatio. 5. conſtitut. ſexta. Eſt etiam ex titulo de æqualitate do. & propter nuptias do. collat. 7. cõſti. 8. §. quia verò, & huiuſmodi.

Iſta authentica ponit illud tertium, quod dixi in caſu ſcilicet de priuilegio prælationis, & dicit, quòd in hypotheca primo præfertur mutuans, ſecundo dos, tertio veniunt alij creditores, qui ad hoc non mutuarunt, tamẽ ex eorũ pecunia res empta eſt, vel empta præſumitur. h. d. Bald.

QVod obtinet [e] ſi ad hoc mutuauerit pecuniam, vt militia emeretur, alioqui [f] filij [g] aut vxor [h] defuncti omnibus præponentur.

¶ Sed & ſi nullus prędictorum [i] fuerit, tunc aliis creditoribus [k] hoc damus.

TITVLVS XV.

In quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur.

Pro cenſibus, & tributis ſunt obligata omnia bona debitoris. Bald. Vel ſic: Bona cauſariorum, vel tributariorum ſunt tacitè fiſco obligata. h. d. Sal.

Imper. Antoninus A. Separato.

LEX PRIMA.

VNiuerſa bona eorum, qui cenſentur, [l] vice pignorum tributis, [m] obligata ſunt. [n] PP. Calendis Iun. Antonino A. 4. & Balbino Coſſ. 214.

Bona contrahẽtis cum fiſco, ſunt tacitè obligata. h. d. Bal. & Sal.

Idem A. Proculo.

LEX II.

CErtum eſt, eius, qui cũ fiſco cõtrahit, bona veluti pignoris titulo obligari, [o] quamuis ſpecialiter id non exprimatur. Da 6. Cal. Mart. Meſſala, & Sabino Coſſ. 215.

Fructus extantes rei pignoratę, ſunt tacitè obligati pro debito: tamen ius empta ex ipſis fructibus, efficitur propria ipſius emptoris. Bald.

Pars reſcripti Alexãdri A. ad Demoſthenem.

LEX III.

QVamuis fructus pignori datorum prædiorũ (etſi id apertè nõ ſit expreſſum) & [1] † ipſi pignori credantur tacita pactione ineſſe, [p] prædia tamen, quæ emuntur ex fructuum pretio, ad eandem cauſam venire, nulli prudentium placuit. [q] PP. Idib. Octobr. Maximo ſecundo, & Æliano Coſſ. 224.

Pro debito primipilari bona dotalia ſunt tacitè obligata, tamen in vltimum ſubſidium deuenitur ad ea. h. d. Bald.

tur tacitè ex vi & poteſtate legis, Azo.

VNiuerſa. CASVS. Si poſſides prædium tributarium, tacitè videntur omnia tua bona obligata pro tributis fiſco.
l *Cenſentur*. ideſt, qui cenſum, ideſt tributum præſtant.
m *Tributis*. ideſt, fiſco.
n *Obligata ſunt*. ut & ſupra ſi propter pu. pen. l. 1. in fin. & facit infra l. proxima. Accur.

CErtum. CASVS. Si cum fiſco contraxiſti, & debitor eius factus ſis, licet non ſit dictum, ut bona tua obligentur, tamẽ tacite obligata uidentur.
o *Obligari*. ſcilicet tacite, ut ſic faciat ad titulum, ut & ſupra de ſer. pig. da. ma. l. 2. de priuil. fiſc. leg. ſecunda, & l. tertia, ſecus in ciuitate, ut ff. ad municip. l. ſimile.

QVamuis. CASVS. Obligaſti mihi fundũ, tacitè uideris obligaſſe fructus fundi, unde ſi ex pretio fructuum alium fundum comparaſti, an ſit mihi obligatus, quæritur, Et dicitur, quod non.
p *Ineſſe*. quaſi dicat, ſi prædia ſunt obligata, & fructus prædiorum, tamen prædia empta ex pecunia redacta ex fructibus, non intelliguntur obligata, ut & infra de pac. pig. l. prima, & ff. in quibus cauſ. pig. ta. contra. l. in prędijs, & ff. de pigno. l. Paulus, §. primo. & l. ſi fundus, in prin.
q *Placuit*. ut & argument. ff. de fur. l. qui uas, §. fi. & ff. qui potior. in pigno. l. idemque. in fine. Sed argum. contra. ff. de petit. hæred. l. ſi. & rem. & ff. de lega. 2. l. imperator, §. fi. & l. ſeq. & extra de vſur. ca. cum tu. Vel repete placuit, i. dicta prædia erunt creditoris, computabit tamen in debitum.

1 † Al. ex ipſis pignoribus.

Sane

SAtis. CASVS. Si ex mala administratione primipilari factus sis debitor fisci: non solum res tuę obligantur tacite fisco, sed dos vxoris tuę, ita videlicet si bona mariti exhausta sint, neque aliquid residuum inuenitur.

1† & item cōstitutū. il. idē constitutum.

a *Data.*] secus si nō sint, ut supr. de priuil. fis. l. 1. inf. ad l. Iul. de vi. l. prima.

2† ea. Damiu.

b *Necessitati.*] alias necessitate, s. primipilariæ administrationis filij etiā licet nō sint hæredes, tenentur, ut inf. de primipil. l. fi. lib. 12.

c *Patrimonium.*] idest quasi patrimonium, vt ff. de minor. l. 3. §. sed vtrū. in fi. & sup. de rei uxor. actio. §. & hoc ex rei.

SI non.] CASVS. Si fundum ad colendum mihi locasti, & in eum seruum induxi non eo animo, vt ibi perpetuo stet, & eum pro pensione retineres, rector prouinciæ iubebit, ut eum mihi restituas: pro pensione vero solenniter me conuenies. Viuian.

d *Inducta.*] inducta manu, illata dorso. Et not. tria exigūtur, s. q sint inducta, & q perpetuo ibi sint, & q domino sciente, vt ff. eo. in prędijs. & de pig. l. debitor. & sup. loc. certi. sed in urbanis non exigitur sciētia, ut d. l. certi.

3† id.

e *Placuerat.*] s. locatrici tantum, nō conductori. Vel placuit, scilicet sapientibus, si essent tamē inducta. Vel placuit, sub conditione, si esset inducta. nisi altero horum trium modorū exponas, esset litera sibiipsi contraria.

f *Morari potest.*] Nota ergo sua authoritate possidentē, retētionem non hēre. Sed vī quod sic, ut inf. tit. 1. l. 1. & ff. de solutio. si cum aurum. & l. si is cui. & ff. de condict. indebi. si nō sortem. §. si centū. quæ sunt cōtra. Sed dic, refert, an puenerit p dationem alicuius nomine debitoris, ut tunc tenere possit, an non, & tunc non, vt hic. Vel dic secundo, q

4† ex nou. The. de tuto. §. fin. & facit ad hanc l. gl. vnica cit. ca fi. in c. ex parte M. extra de app.

Imppp. Carus, Carinus, & Numerian. AAA. Africano.

LEX IIII.

SAtis notum est, & ratione constitutum, 1† bona earum in dotem data, a quæ nuptæ sunt his, qui primipili sarcinam subeunt, obnoxia necessitati b ei 2† teneri. verum certo ordine, ut s. tūc demū ad hoc periculū mulieris pt̄imoniū c respiciat, si vniuersis viri ac nominatorū facultatib. exhaustis, nihil residuū iueniat. D. 5. Id. Aug. Caro & Carino AA. Coss. 283.

Pro pensione non sunt tacitè obligata bona, quæ non sunt in fundo, sed inuecta et illata, vt ibi sint. h. d. Bal. vel sic. Inducta & illata in fundū conductū, sunt tacite pro pēsionib. obligata, si tamē cōductoris bona sint. aliter ad manus creditoris peruenta non possunt pro pensione retineri, sed debent restitui. h. d. Sal.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. & CC. Corinthię.

LEX V.

SI non inducta, d & illata in fundum, quę pignoris teneri causa placuerat, e mācipia fuissent, nec hęc 3† specialiter obligata monstrētur, rector prouinciæ ea restitui iubebit.

¶ Nec enim prætextu debiti pensionum, restitutionē eorum morari potest, f cum si quid sibi deberi dn̄a fundi ex pensionibus, vel quacunque ratione probare possit, huius solutionem solēniter fieri conueniat. Subsc. 12. Calen. Febr. CC. Coss.

Si tutrix secundo nubit non reddita ratione, bona secūdi viri sūt tacite obligata pupillo, pro ipsa administratione reddenda. Et est hic casus specialis, in quo vir secūdi matrimonii tenetur pro debito suæ vxoris. h. d. Bal.

Impp. Theod. & Val. AA. ad Florentium. P. P. LEX VI.

SI 4† mater legitime liberorum tutela suscepta, ad secundas cōtra sacramentum g præstitum aspirauerit nuptias, antequam eis tutorem alium fecerit ordinari, eisque h quod debet ex ratione tutelæ gestæ, persoluerit: mariti 5 † quoque eius præteritę tutelę rōcinijs bona iure pignoris tenebuntur obnoxia. i Dat. 6. Id. Mart. Constantinop. Theo. A. 17. & Festo V. C. Coss.

Non solum in Italia, sed & in prouincia & vbique locorum inuecta & illata sunt iuris præsumptione tacite obligata. h. d. Bal. vel sic. Iura disponentia ut inducta & illata sint tacite pro pensionibus obligata, debet obseruari pro iure cōi in omnibus personis, & locis. h. d. Sal.

Imp. Iustinian. A. Ioan. PP.

LEX VII.

SAncimus de inuectis à cōductore rebus & illatis, quæ domino pro pensionibus tacite obligantur, k non solum in vtraque Roma & territorio earum hoc ius locum habere, sed etiam in nostris prouinciis. Tali. n. iusta præsumptione l etiam omnes nostros prouinciales m perpotiri desideramus. Dat. 15. Cal. Nou. post Consulatū. Lāpadii & Orestis VV. CC. anno secundo 532.

TITVLVS XVI.

Si aliena res pignori data sit.

Procurator citra mandatum rem domini obligare non potest, tamen si pecunia est in rem domini versa, potest pignus pro debito retinēri. h. d. Bal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Carp.

LEX PRIMA.

PRocurator n circa domini voluntatem domum pignori frustra dedit, si tamen pecuniam creditoris in rem domini versam constabit, non inutilis erit

hic per vim possidebat creditor, & ita vitiose, & faciunt hæc an scriptor possit retinere quaternos pro mercede, sicut not. in d. l. si non sortem. §. si certum.

SI mater. CASVS. Paterfamilias decessit relictis filijs impuberibus: vxor legitimam tutelam filiorum nacta est, præstito iuramento q ad secundas nuptias nō conuolaret, si conuolauit, & teneatur pupillis ex mala administratione, neq; eis antequam cōuolaret ad secundum matrimonium, tutorem petijt, tacite erunt omnia bona mariti obligata pupillis ex mala administratione.

5 † Quod si contra l. huius auctoritatē antequam hæc impleuerit secūdo se marito crediderit copulā dam mariti &c. No. Th.

g *Contra sacramentum.*] hodie non iurat, sed pœna remanet eadem, ut in authen. ut sine prohib. matres debit. & credit. §. penul. coll. 7.

h *Eisq;*] scilicet liberis. alias eique scilicet tutori post ordinato.

i *Obnoxia.* vt & sup. qn̄ mul. tutor. offic. l. 2. & in authen. de nupt. §. si ante tutelam. coll. 4. nec eis filijs succedit, ut supr. ad Tertul. lege oēm. & est sic supra, in quibus cau. ha. tu. l. prima.

k SAncimus. Obligantur. vt & ff. eo. si eo iure. & sup. locati. l. certi. Acc.

l *Præsumptione.*] id est, statuto vel ordinatione.

m *Prouinciales.*] locātes & conducentes.

SI ALIENA res pignori data sit.

PRocurator.] CASVS. Si procurator meus non expectata voluntate mea rem meā obligauit, mihi præiudicare nō potuit, si tamen pecunia quam accepit, in rem meam versa sit, consuletur creditori per pignoris retentionem. Viui.

n *Procurator.*] scilicet specialis ad aliqd aliud negotium. si autem habeat liberā potestatē, potest, vt ff. de procura. l. procurator

Procurator quando possit rem domini obligare.

exceptio, [a] dumtaxat quod numeratum est, exolui desideranti. [b] PP. 11. Cal. Nouēbr. Seuero A. 2. & Albino. Coss. 195

Res aliena non potest pignori obligari, nisi domino in fraudem dissimulante. h. d. Bal.

Idem AA. Latinæ.

LEX II.

SI probaueris [1] † præsidi prędia vel hortos, de quibus agebatur, [c] tuos esse, intelligis obligari eos creditori ab alio non potuisse, [d] si nō sciens [e] hoc agi, in fraudem creditoris ignorantis dissimulasti. [f] PP. 3. Id. Octobr. Antonino A. 2. & Geta. 2. Coss. 206.

Tutor, vel curator pro causa propria, pupilli vel adulti bona nō potest obligare. h. d. Bal. vel sic. Ex obligatione tutoris, vel curatoris non tenentur pignora minoris, nisi in eius vtilitatem sit pecunia recepta. h. d. Sal.

Imperator Antoninus A. Martię. LEX III.

CVrator adulti, vel tutor pupilli, propriam rem mobilem eius, cuius negotia tuetur, pignoris iure obligare non potest, nisi in rem eius pecuniam mutuam accipiat. [g] PP. 6. Calen. Feb. Duobus Aspris Coss. 213.

Filius non potest obligare rem patris. h. d. Bal.

Imp. Alexander A. Secūdo.

LEX IIII.

NEc si maior annis vigintiquinque fuisset filius tuus, qui in potestate [h] tua erat, te inuito rem tuā obligare potuit. [i] PP. 5. Cal. Nouemb. Maximo 2. & Aelia. Coss. 224.

Ista lex portat coronam totius materiæ, quid probandū sit in hypothecaria, & h. d. Si res, quæ non erat in bonis tempore obligationis, postea de bonis fiat, hypotheca conualescit, non de iuris rigore, sed de æquitate scripta. h. d. Bald.

Imp. Diocl. & Maxim. AA. Eutychio. LEX V.

CVm res, [k] quæ necdum in bonis debitoris est, pignori data ab eo, postea in bonis eius esse incipiat, ordinariam quidem actionē super pignore non competere manifestum est, sed tamen æquitatem [l] facere, vt facilè vtilis persecutio [m] exemplo pignoratitiæ [n] detur. PP. 13. Cal. Iul. Maximo 2. & Aquilino Coss. 286.

Mater non potest obligare rem, quā prius donauerat filio. Bald Vel sic: Obligans rem alienam, non præiudicat domino, & contrariā pignoratitia tenetur. hoc dicit Bar. & Salic.

Ijdem. AA. & CC. Zosimo.

LEX VI.

QVæ prædium in filios à se titulo donationis translatum, creditori suo dat pignori, se magis contrario pignoratitio

---

tor cui generaliter libera. Vel si habet speciale mādatum de obligando, ut ff. de pign. act. l. solutum. in fin. Idem si habeat generale tantum, & dominus consueuerit talia facere, ut ff. illo tit. l. vel vniuersorum.

a *Exceptio.*] sic in eo qui sciens accepit pignori rem alienam, quę postea fit debitoris, ut ff. de pigno. l. prima, in prin. & inf. eod. l. cum res. sic & amico debitoris, qui liberauit pignus, competit exceptio, ut ff. qui mo. pi gnus vel hyp. sol. l. 1. in princip. sic & ille, qui soluit pretiū fundi pro debito pupilli, habet exceptionē, vt & supra de prædijs mi. l. vtere. & l. si prædium in fin. Vel mutuauit ad hoc ipsum, ut habeat rem pignori obligatā, vt ff. de re. co. l. si pupillorum. §. penul. & ad hoc facit Instit. qui. alie licet §. pen. No. etiam quod hic creditor habet utilē nego. gest. vel institoriā, vt diximus sup. si cer. pet. l. cum.

1 † De sunt in alijs.

b *Desideranti.*] creditori. Acc.

SI probaueris.] CASVS. Ignorante me, res ad me pertinentes obligasti, mihi non preiudicas, nisi in fraudē creditores sciēs dissimulaui.

c *Agebatur.*] id est, qui te præsente obligabat alij extraneo.

d *Potuisse.*] quia nemo potest rem alienam obligare, ut & supr. comm. diui. l. 2. & inf. tit. 1. l. q. filios licet posset vendi, cū venditio personam, obligatio rem afficiat, ut dixi sup. ad Velleia. l. si sinc.

e *Sciens.*] nam tunc consentire uidetur, ut d. l. si sinc. & infr. de distract. pig. l. si mulier. Sed quis probabit fraudē? Respond. qui eā dicit, ut ff. de proba. l. quoties. §. q. dolo. nā vř sciēte ius suum vbique durare, nisi consentiat, ut ff. quib. mo. pig. vel hypot. sol. lege, sicut. §. non videtur.

Fra udem prohet q eam allegat.

f *Dissimulasti.*] quia dum obligarentur, tu eras pręsens, nec contra dixisti obligationi.

CVrator.] CASVS. An tutor, uel curator rem pu. uel adulti obligare possit? Resp. q non, nisi pecunia in vtilitatem eorum conuersa sit. Viu.

g *Accipiat.*] quia tunc potest, ut ff. de pigno. actio. l. tutor. sic & sup. de pactis l. pactum procuratoris. & ff. de fur. l. interdum. 2. §. qui tutelam. & ff. pro empt. l. qui fundum. §. si tutor. Item & in alio casu, etiam immobilia, ut supra de admi. tuto. l. fina. §. defensionem. Sed hodie videtur, q etiam mobilia non possunt sine decreto, vt supr. de administra. tuto. l. lex quæ. in fi. quo est uerum in quibusdam mobilib. de quib. ibi dicit. Acc.

h NEc si maior. In potestate.] quid de emancipato? Respon. idem. Sed de hoc dubium erat: cum dominus videatur etiam patre viuente, ut instit. de here. qua. & dif. §. sui.

i *Potuit.*] nec rem patris, nec peculiarem, vt ff. quæ res pig. ob. pos. l. 1. §. 1. §. facit supra de pact. l. filius. & de re. cred. & iure iur. l. nec filius.

CVm res.] CASVS. Si alienam rem obligaui, nō tenet pignoris obligatio. si dominium eius nactus sim, conualescet pignus, creditor licet directā hypothecariā non habeat, de æquitate tamē vtilem habet, & pignus persequi poterit.

k *Cum res.*] scilicet aliena.

l *Aequitatem.*] s. quæ præualet, ut su. de iudic. l. placuit. & ff. si cert. peta. l. si tibi pecuniam.

m *Persecutio.*] per hypothecariam actionem.

n *Pignoratitiæ.*] i. sicut dat utilis pignoratitia debitori, qui obligat rem alienam soluto debito, ut ff. de dist. pign. l. rescriptum. §. 1. i. a & illi, q recipit, vtilis hypothecaria dat. Vel dic, sicut daretur directa, quādo esset res debitoris, sic nunc vtilis. Sed secundū hoc q d est, qđ dř ff. de pig. l. & quæ nōdum sunt. §. quod dicitur. quod debet probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis? Rň. hic possidebat bona fide, vnde sua dř esse res, vt ff. de uerbo. sign. l. bonorum. secus si mala. Vel istud de rigore: hoc de æquitate. Et distingue, cū quis rem alienam obligat si quidem sibi debitam, tenet obligatio, vt ff. qui po. in pign. ha. l. 3. §. cum ex causa. Si non, sed habet ius in re, similiter tenet. ut ff. de pigno. l. grege. §. 2. & a. si neutrum est, tunc si dixit, cum mea erit, tenet. ff. illo titulo, lege, si fundum. §. aliena. si simpliciter, aut creditor sciuit, & tunc non actio, sed retentio datur. vt eodem titulo. l. prima. in princip. si ignorauit: tunc etiam utilis actio datur, vt hic, & ff. de pigno. lege prima. in princip. & lege, si ab eo. & lege, si Titio, & facit ad legem istam. ff. qui po. in pigno. habe. lege qui balneum. §. finali, & ff. qui & à qui. lege, si seruo. & ff. de pigno. act. lege, si rem alienam. & supr. de lib. causa. l. si ab eo. & infra de euict. siue possessio. & l. fin. Accursius.

Aliena res si obligetur, an teneat obligatio.

QVæ. CASVS. Si mater mea dedit mihi fundum, me inuito obligare non potest, cum sit meus, nec pro re, quæ obligantis non est, competit Seruiana, & hoc eius actionis natura declarat.

a *Iudicio*. ad dandum bonum pignus, vt ff. de pigno. actio. l. si quis in pignore, §. primo. Accursius.

b *Noceat*. vt sup. de donat. inter virũ, & vxor. l. si quidẽ. in fi.

c *Seruiana*. idest natura eius actionis declarat.

d *Fuerint*. sed fallit hoc in seruitute viæ, & alijs rusticis, vt dices infra titu. 3. l. qui filios, vel non dicũtur obligari licet creditor commoditatẽ in his habeat, & sic intelligatur, ff. de pigno. l. sed an viæ. & facit supra l. proxi. Accur.

SI in rem. CASVS. Tutor pupilli pro pecunia, quam in suam rem accepit, rem pupilli obligare non potest, & si obligat, non tenet pignoris obligatio, nisi pupillus factus maior consenserit quo casu conualescit pignus.

e *Si in rem suam*. scilicet tutoris.

f *Accommodasti*. alias teneret, ut supra si maior ea. l. fi. Accurtius.

g *Non potuit*. vt supra de pact. l. pactũ procuratoris, & ff. pro empto. l. qui fundum. §. si tu tor.

NExũ. CASVS. Si seruus meus, vel colonus obligat rem meam, mihi nõ præiudicat, quia nexum, idest obligationem nõ facit, nisi ille, qui obligare potest. Viu.

h *Declaratur*. vt supra de acquir. poss. l. finali, & ff. de procurat. l. procurator totorum. & supra communi diuidun. leg. si probatum, & infra de agricol. & censit. per colonum libro vndecimo, & supra quod cum eodem, l. si seruus. Hoc tamen fallit in re peculiari serui, qui habet liberam peculij administrationem, ut ff. de pigno. actio. l. si conuenerit 2. §. finali, & facit ff. de acquirend. poss. l. peregrẽ. §. pe. & l. 3. §. qđ si seruos.

† Ex lib. 11. tit. 30. l. 6. C. Th. 1 † Obliga n.

obligat iudicio, [a] quàm quicquam dominis noceat, [b] cum Seruiana [c] etiam actio declaret euidenter, iure pignoris teneri non posse, nisi quæ obligantis in bonis fuerint, [d] & per alium rem alienam inuito domino pignori obligari non posse, certissimum est. S. 5. Id. Iul. Philip. AA. Coss.

Tutor pro facto proprio nõ potest rem pupilli obligare, nisi pupillus legitimæ ætatis effectus talem obligationem approbet. Bal. Vel sic: Tutor, procurator, vel alius administrator obligando rem dominorum, eis non præiudicat, nisi postea consensus dominorum accedat, vel nisi de sciẽtia eorum probetur, h. d. cum l. seq. secundum Bar.

Ijdẽ AA. & CC. Corneliæ

LEX VII.

SI in rem suam [e] accepta pecunia mutua tutor mãcipium tuo pignori dedit, nec huic post perfectam ętatem consensum accommodasti, [f] pignori res obligari nõ potuit. [g] S. 6. Calen. Ian. AA. Coss.

Regulam pręmittit, ex qua infert & hoc dicit: Persona, quæ de iure potest inducere nexum pignorum, secus si non potest de iure. h. d. Ba. Vel sic. Seruus, procurator, colonus conductor, vel actor rem domini inuiti non obligant. h. d. Sal.

Impp. Honor. & Theo. AA. Ioanni PP.

LEX VIII.

NExum * non facit prædiorum nisi persona, quę iure potuit † obligare,

QVÆ RES PIGNORI OBLIGARI possunt, vel non, &c.

ALumnos. CASVS. Si omnia bona tua mihi obligasti, an alumnos tuos, vel concubinam uidearis obligasse, quæritur. Et dicitur, quod non. Viuianus.

¶ Per seruũ autem, aut per procuratorem, colonum, vel actorem, seu conductorem, vlium præiudicium possessioni, inuito, vel inscio domino, imponi non posse, & iure, & legum auctoritatib. declaratur. [h] Dat. Id. Iul. Rauennæ, Hono. 13. & Theo. decimo. AA. Coss. 422.

TITVLVS XVII.

Quæ pignori obligari possint, vel non, & qualiter pignus contrahatur.

In generali obligatione non venit, quod nemo sani capitis specialiter obligaret. hoc dicit Bald.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Optato.

LEX PRIMA.

ALumnos [l] tuos, & cæteras [k] res, quas neminẽ credibile est pignori specialiter datum fuisse, generali pacti conuentione, quæ de bonis tuis facta est, in causa pignoris non fuisse rationis, [l] est. PP. 12. Calendas April. Laterano, & Rufino Coss. 198.

Qui obligat instrumenta emptionalia, ipsam rem obligare videtur. Vel sic. Qui obligat representãs videtur obligare presentatum. Bal. Vel sic. Obligato instrumento, intelligitur obligatum ius in eo contentum. hoc dicit Bar. & Salic.

Ijdem AA. Rogato.

LEX II.

CVm constet * pignus [m] consensu contrahi, non dubitamus eum, qui emptiones [n] agrorum suorum

l *Alumnos*. scilicet quos aluisti, uel qui te aluerunt, vel idest, filios ex concubina.

k *Ceteras res*. idest ipsam concubinam, quæ erat ancilla obligantis, ut & supra commu. de manu. l. fina. Accursius.

l *Rationis est*. Argumen. quod in uerbo generali non continentur omnia singularia. Item non videtur quis generaliter concedere, quod specialiter non esset concessurus, 1 sic ff. de mino. l. illud, §. si tales. & ff. de peculio. l. qui peculij & de le. 3. l. uxorem, §. felicissimam, & ff. de pig. l. obligatione. & l. denique. & ff. ne quid in loco pub. l. secunda. §. si quis à principe, & faciunt hæc ad ea, quæ diximus de fortuitis casib. receptis, vt not. ff. si quis cau. l. sed & si quis, §. quæsitum. & facit ff. de donat. filius. & supra de transactio. l. si de certa, & facit supra ad Velleian. l. iubemus. & ff. de pactis. l. tres fratres, & isra de remiss. pigno. l. 4. Accursius.

1 † Iuramẽtũ nõ extendit ad non cogitata, ut in c. quintavallis, de iureiu. & c. ex multiplici de deci.

CVm. CASVS. Emi fundum, confectum est instrumentum emptionale, illud obligaui, an fundum obligasse uidear, quæritur. Et resp. quod sic.

m *Pignus*. idest, obligationem pignoris, sic & ff. de pigno. act. l. prima, & hoc quantum ad hypothecariam, ut ff. de pact. leg. si tibi. §. de pignore, & infra de remiss. pig. l. secunda, sed pignoratitia contrahitur re, ut instit. quibus modis re contra hi. obliga. tio. §. finali. Accursius.

n *Emptiones*. idest instrumenta emptionum.

* Concor. capi. cum glo. super verbo, signum extra de contr. & c. scrutinum gl. super uerbo, reddẽs de renun.

a *Cogitasse.* vt & argumen. ff. de leg. 1. l. seruum filij, §. cum. & infra de remiss. pignor. l. creditricem, & infra de dona. l. prima.

S*I monumento.* CASVS. An monumentum, in quo filiam tuam intulisti, obligare possis, quæritur? Et dicit, quod non, quia per illationem locum religiosum fecisti.

b *Si monumento.* scilicet tuo, vel alieno, domini voluntate.

c *Non venit.* vt & supra de relig. l. inuito, sed ipsum ius inferendi sic, vt & legari vt supra de religio. l. monumentorum. Itē hoc specialiter, sed cum vniuersitate potest, vt ff. de contrahend. empt. l. in modicis.

NOmen.] CASVS. An ius, quod habeo in debitore, alij obligare possim, quæritur. Et dicitur, quod sic. & aget creditor e vsque ad quantitatem sibi debitam, nisi primo mihi soluisset.

d *Placuit.*] vt & supra de hære. vend. l. e postquam, & ff. de pign. actio. l. si conuenerit. 2. in princip.

e *Certior.* quia ei denunciasti, vel litē contra eum contestatus fuisti, & idem si partem debiti tibi soluisset, vt infra de noua. l. 3. Accursius.

f *Vtilibus.* quas habebas directas contra tuum debitorem. Vel dic etiam vtilem hypothecariā, & quod exegerit, si quidem corpus erit, loco pignoris erit. Si vero pecunia, compensabit secum, ut ff. de pignorib. l. grege, §. cum pignori. in fine, & d. l. de pig. actio. l. si conuenerit, & facit infra de donatio. l. 2. & ff. de transactio. l. venditor. Sed quid si est certus per seipsum, vel ab alio? Respondetur, necesse est, quod à me sit certus, argumen. supra de pigno. l. debitores.

ADDITIO. Aduertas, quod Bartolus hic reprehendit finem istius gl. dicēs denunciationē non esse necessariā scienti, argum. l. 1. in fin. ff. de actio. empt. & ibi not. & melius in l. si. ff. de trāsact. & solet notari in l. emptor. ʒ. de euict. non ob. secundum eū, l. debitores, quā gl. alle. quia illa loquitur de volūtate seu vrbanitate, vt ibi no.

e Sali. hic in uersi. q̄ to ab ex multis in contrariū allegatis, finaliter tenet, q̄ creditor dēt excutere prius suū principalem debitorem, prius q̄ debitorē sui debitoris per §. sed neque in auth. & fideiusso. coll. 1.

pignori posuit, de ipsis agris obligandis cogitasse. [a] PP. 5. Calend. Iul. Apro, & Maximo, Coss. 208

Res sacra, vel religiosa non potest obligari. hoc dicit Bald. Vel sic. Locus religiosus non potest pignori obligari. h. d. Sal.

Imp. Antonin. A. Restituto.

LEX III.

SI monumento [b] corpus filiæ tuæ intulisti, religiosum id fecisti: quo facto, obligari à quoquam prohibente iuris religione non posse, in dubium non venit. [c] PP. 3. Calend. April. Læto 2. & Cereali, Coss. 216.

Nomen debitoris generaliter, & specialiter obligari potest: & nisi soluat suo principali, potest soluere creditori creditoris sui, qui habet eū obligatum, h. d. Bal. Vel sic. Nomen debitoris ante denūnunciationem factam sibi à creditore sui creditoris, potest soluere suo creditori, post denunciationem autem factam non potest soluere, sed exigi potest vtili actione. h. d. Bart.

Imp. Alexāder A. Euocato.

LEX IIII.

NOmen quoque debitoris pignorari, & generaliter, & specialiter posse, iāpridem placuit. [d] Quare si debitor is satis non fecerit, cui tu credidisti, ille cuius nomen tibi pignori datum est nisi ei, cui debuit, soluit, nondum certior [e] à te de obligatione tua factus, vtilib. [f] actionibus satis tibi facere vsque ad id, quod tibi deberi à creditore eius probaueris, compelletur, quatenus tamē ipse debet. PP. Prid. Calen. Mart. Fusco 2. & Dextro Coss. 226.

SPem. CASVS. An athleta spem victoriæ, quam de aduersario suo habiturus est, obligare possit, quæritur. Et dicitur, quòd non, neque si generaliter omnia bona obliget, illam spem intelligitur obligasse.

g *Spem eorum præmiorum.* in pecunia.

h *Coronis.* idest, victoria.

i *Priuata.* sed nec publica, vt supra de execu. rei iudi. l. stipendia, nisi in subsidium, ut ibi dixi, per l. ff. de re iud. l. commodum.

k *Et ideo.* Sic argumentatur. non potest specialiter, ergo nec generaliter. Argumen. contra, ff. de regulis iuris, l. actus, & ff. de pactis, leg. si vnus, §. illud. Accursius.

QVi. CASVS. An aliquis filium suum puta liberum hominem, obligare possit, quæritur. Et dicitur, quòd non.

l *Accepit.* Quid si propter famem hæc fiant? Respond. tenet, argum. sup. de patri. qui, fi. dist. l. 1. & 2.

m *Manifestum.* vt supra tit. 1. l. quæ prædium.

n *Obnoxia.* immo etiam relegatur creditor, qui filiumfamilias in pignus accepit, vt ff. eod. l. finali. Sed hæc regula fallit in capto ab hostibus, ut infra de capt. & postli. reuer. l. finali. & ff. de lega. primo, l. senatus, §. finali. Item fallit in seruitute rustica, quæ nec est in bonis, nec est extra bona, ut ff. de vsufruct. leg. l. prima & tamen obligatur, ut ff. de pigno. sed an uiæ. Vel non est ibi obligatio, sed commodum retinendi habet creditor. Item in casu huiusmodi leg. hodie punitur plus, ut in authē. ut nulli iudic. §. quia vero huiusmodi. collat. nona. & facit ad l. istam ff. de euictio. leg. minor. §. si pater sciens.

* De his vide Taurellū in libello de militijs. Porto pœnia, de quibus hic, consistebant in annonis, obsonijs, pensitationibus, quæ athletis ade pta uictoria toties uitæ suæ tempore præstabantur de publico, exinde quo in suā Ciuitatem inuecta fuissent per portā ciuitatis, sed disiecta parte muri, vt Suetonius scribit in Nerone, & Plin. in Epist. Got.

* Possunt tū dari ob fides pro arbitrio obseruando, vt in c. exposita, cū gl. fi. extra de arbitris.

Quod non potest specialiter, non potest generaliter obligari. hoc dicit. vel sic. Non potest operari genus, plus quam species hoc dicit Bal. vel sic. Stipendium seu præmium futuræ victoriæ non potest specialiter, vel generaliter obligari. Sal.

Idem A. Septimio.

LEX V.

SPem eorum præmiorū, [g] quæ pro * coronis [h] athletis pensitanda sunt, priuata [i] pactione pignorari minimè admittendum est. & iō [k] nec si generale pactū de omnibus bonis pignori obligandis interuenerit, tenet. PP. 3. Calen. Maij, Maximo 2. & Paterno Coss. 234.

Res, quæ non sunt in bonis nostris, non possunt obligari. h. d. Bal. Vel sic: Pater filium, vel alium liberum hominem hypothecare non potest. h. d. Bal.

Impp. Diocle. & Maximian. AA. & CC. Rufo.

LEX VI.

QVi filios vestros, uel liberos homines pro pecunia, quam vobis credebat, pignoris titulo accepit, [l] dissimulatione se iuris circumuenit cum sit manifestum, [m] obligationem pignoris non consistere, * nisi in ijs, quæ quis de bonis suis facit obnoxia. [n] 8. Cal. Maij Heraclia. AA. Coss.

Pro executione sententiæ non possunt capi boues aratorii, & alia, quę sunt necessaria ad agriculturā, vt sunt ligones, & instrumenta ferrea h. d. Sed quotidie faciūt contrarium baiuli tributorum, quia si boues non ararent, non soluerentur tributa, & alia onera, h. d. Bal.

Imperat. Cõstantinus A. ad vniuersos prouinciales.

LEX VII.

Executores à quocunque iudice dati ad exigenda debita ea, quę ciuiliter poscuntur, seruos aratores, [1]† aut boues aratorios, aut instrumentum aratorium [a] [2]† pignoris causa de possessionibus nõ abstrahant, ex quo tributorũ [b] illatio retardaẽ. ¶ Si quis igitur intercessor, aut creditor, vel præfectus pagi, [c] vel vici, vel decurio in hac re fuerit detectus, æstimando a iudice supplicio subiugetur. [3]† Dat. 3. Non. Iun. Sirmij, Constantino A. & Licinio Coss. 412.

Hæc lex est declarata supra l. proxima. & loquitur generaliter tã in prouincia, quam in Italia. quibusdam autem partibus seruatur ad vnguem, quibusdam vero in nullo seruatur. h.d. Bald.

Impp. Hono. & Theo. AA. Probo Com. sac. largit.

LEX VIII.

Pignorum gratia aliquid, quod ad culturam agri pertinet, auferri non conuenit. [d] Dat. 6. Idus Iun. Constante, & Constantio Consulibus. 414.

IN AVTHENT.

Coll. 10. de statutis & consue. contra ecclesię libertatem editis. §. agricultores. & est constitutio Friderici.

In l. C. dictum est de seruis agricultoribus, hic autem dicitur de liberis, & hoc dicit. Rusticus donec laborat agrum, non potest capi pro debito, alias contra faciens ausu temerario, punitur. h.d. Bal.

Agricultores circa rem rusticam occupati, dũ villis insident, dũ agros colunt, securi sint in quacunq; parte terrarũ, ita, vt nullus inueniatur tã audax, vt personas, boues, & agrorũ instrumẽta, aut si quid aliud sit, qđ ad agrorũ operã rusticã pertineat, inuadere, aut capere, aut violẽter auferre p̃sumat ¶ Si quis autem hmói statutum ausu temerario violare præsumpserit, in quadruplũ ablata restituat, & infamiæ notam ipso iure incurrat, imperiali animaduersione nihilominus puniendus.

Ista est vna de quinquaginta decisionibus Iustiniani, & non est alibi. Quibuscunque verbis cõstet de voluntate, hypotheca contrahitur, & in hypotheca generali veniunt præsentia, & futura. Bal. vel sic. Appellatione rerum, vel bonorum in obligatione deductorum, continentur præsentia, & futura. h.d. Bar.

Imp. Iustini. A. Menæ P.P.

LEX IX.

Si [4]† quis in cuiuscunq; contractus instrumento ea verba posuerit, fide & periculo rerũ ad me pertinen[e]tium, [e] vel per earum exactionem satisfieri tibi promitto, sufficere ea verba ad rerum tam earum, quas in pręsenti debitor habet, quã futurarũ hypothecã sanctionib. [f] minus [g] hẽre specialis hypothecæ memoriã videri: cũ sit iustũ, voluntates cõtrahentiũ magis, quã verborũ conceptionem inspicere. [h] ¶ Super qua generali hypotheca illud quoque ad conseruandam contrahentium voluntatem sancimus, vt si res suas supponere debitor dixerit, non adiecto, tã præsentes quam futuras, ius tamen generalis hypothecæ etiam ad futuras [i] res producatur. Da. 3. Id. Decemb. Cõstantinopo. D.N. Iustiniano A. PP. 2. Coss.

TITVLVS XVIII.

Qui potiores in pignore habeantur.

Prior tempore potior est iure: nisi posterior priori offerat. h.d. Bal. vel sic. Secundus creditor soluens priori, vel consignans & deponens id, quod ei debetur, in locum prioris succedit: &

Executores.] CASVS. Si debitore meo non comparente datus fuerit mihi executor ad mittedũ me in bono. possess. debitoris pro mensura declarati debiti: an boues aratorij vel instrumẽta aratri vel bubulci intelligãtur obligata, quęrit. Et dicit, quòd non, ne p̃ desertum culturę tributi exolutio retardetur. quòd si creditor detect[9] fuerit &c. supplicio subiugabitur.

a Aratorium.] Sed quid si aliud non habet? Respondetur, capiantur etiam hæc, ut supr. de executio. rei iudica. l. stipẽdia.

b Tributorum. in prouinci a ergo tãtum loquitur hæc lex. Et dic, Tributorũ pstãdorũ ab ijs, quorũ sunt p̃dia, quæ tributa non possent p̃stari, si boues, qui terrã colunt, auferrentur Acc.

c Pagi.] id est, burgi, vel villæ.

Pignorũ.] CASVS. Si bona debitoris mei loco pignoris capi debeãt, ea, quæ ad agriculturam pertinent, capi non debẽt. Sequitur auth. Agricultores. q̃ idẽ dicit, quòd qđ lex, executores. paucis additis. Vin.

d Non conuenit.] per iudicẽ, vt sup. l. p̃xi. & forte ẽst Italia hęc loquitur & est pro hoc in auth. ut nullus mu. Addet vans agricolę. coll. 4. sed p̃pria volũtate Hec forte posset, per dictam auth. Acc.

Si quis. CASVS. Si mutuaui tibi pecuniam, & promisisti satisfacere sub pœna obligationis omniũ bonorum tuorũ, an per hæc uerba uideatis mihi obligasse tã præsentia bona, quã futura, q̃ritur. Et dicitur, quòd sic, licet nõ dicas te obligare res præsentes & futuras.

e Pertinentium.] Vel his uerbis, res meas tibi obligo, vt in fine huius legis. Et no. q̃ quia loquitur in pręsenti, non videbatur cõprehendere de futuris. Sed tamen cõprehẽdit, ut hic, & ff. pro socio. l. si societatem vniuersarũ fortunarum. Sed aliud est, cum quis vendit oĩa sua bona, vel donat, vel legat, ut ff. de auro & argen. lega. l. si priuile. ita & l. Plautius. & ar. ff. i. nun. ff. manda. l. si mã. i. & aliud dauero. 2. §. is, cuius item, si per bona, & ff. de negot. gest. l. nã & Seruius. §. si me viuo. Et est ratio, quia magnum damnũ esset donãti, vel similibus, quod non est obliganti, cũ per hoc non plus debeat. Item not. hic pro generalitate, vt plene habes. ff. de ser uit. urba. pręd. l. si ser uitus. Item hic in ijs, quę se viuo quærit, non quæ heres eius, vt ff. de pig. l. Paulus.

f Sanctionibus.] quæ volebant creditores minus ius habere in futuris, quam in præsentibus bonis. Vel minus, quam si specialiter, idest expressè diceret de futuris.

g Minus.] i. minorẽ memoriam.

h Inspicere.] Nos. sic sup. de lib. præter. l. i. ff. de adimen. lega. l. 3. §. cõdictio. i. fine, & facit. ff. de re iud. in summa in prin. & ff. de verb. oblig. l. in cõuentionalib. Accur.

i Ad futuras.] in tacita hypotheca idẽ, secundum quosdã, vt supr. de secun. nup. l. hac edictali. §. omnibus. & l. si quis. §. in illo. & ff. de priuileg. fisc. l. si cum pecunia. Sed Ioan. contra.

QVI POTIORES in pignore habeantur.

Quoniam super pignore inter creditores quis sit in eo potior, plerunque contendinur, ideo, ponit. qui potiores in pignore habeãtur, Ax.

Qui.] CASVS. Si secundus creditor priori pecu. soluit, affirmat sibi pignus, si primus recipere nolit, consignetur, & deponat, & affirmet sibi pignus: nisi pecu. postea in vsus suos conuertit.

Sal-

[1]† Diodorus lib. 3. Non fine causa dicitur non nulli Græcę legum latores, q. arma, aratrum, & quodiustrumento opera necessariũ instrumentum, prohiberũt capi pignori, eorum sũt corpora, qui his vtuntur, p. miserunt. scribit Aelianus. li. 5. varia. histor. vetitũ fuisse lege Attica mactari bouẽ aratorium. It Plin. li. 8. c. 45. quẽ dicit Romæ exulare iussum, quòd bouem aratoriũ occidisset, iussu procaci concubinę obsequens. Addebant agricolę colla de bone a. 4. sed propria volũtate Hec forte posset, per dictam auth. Acc.

[2]† A recto tit. prouinciarum capitali seutentię subiugetur C. quo appositum fuisse hunc locũ a compositoribus.

[3]† Aliud in debito fiscali, id. que in Gallia obseruatur.

Cho. Chopinũ. l. de priuile. ru. i. 7. num. quadrime tẽpus a die inimorã fecerit in soluẽdis decimis, ut ibidem refert idem Rematus. Gothof.

[4]† Ex 50. decisio. Iustiniani.

a *Soluere.*] vt & supr. de pigno. l. secundus. & ff. qui potio. in pigno. habea. l. potior. §. fin. Sed quid si prior creditor possideat? Respondetur, quòd ipse poterit secundo offerre, vt ipse sibi retineat pignus. Nam & quilibet extraneus hoc possit, vt ff. qui. mo. pig. vel hypot. sol. Paulus. §. qui pignoris. non tamen compellitur. vt inf. eod. l. prior. Acc.

b *Obsignauit.*] inf. de sol. l. obsignatione.

c *In vsus.*] facit vt hoc sup. de vsur. l. acceptam. & ff. de vsur. l. debitor.

SI *decreto.* CASVS. Côueni hæredem Titij pro quodam fideicommisso relicto sub côditione, & quia mihi non satisdabat, misit me iudex i possessionem fundi, creditor hæditarius eundem conuenit & obtinuit. idem fundus loco pignoris sibi adiudicatus est, quis potior sit, queritur. dicitur, quod ego qui potior sum tempore.

d *Inducti.*] cum heres nô satisdaret de legato soluendo, adueniente die vel côditione. Et no. iuncti. nec eni aliter constituitur pignus prætorium vel iudiciale: licet aliud sit in conuentionali, vt ff. de pigno. act. l. non est mirû. Itê no. quod hoc pôt dici prætoriû pignus, iudiciale vero, cû ex causa iudicati quis in possessionem mittitur à iudice ex sententia, sed & superius potest dici iudiciale a iudice.

e *Aduersarius.*] s. creditor quidam heredi tarius ex causa mutui, vel simili causa. Accur.

f *Iudicati.*] prius ergo egit contra hæredem actione competenti, & obtinuit.

g *Estis.*] vos legatarij, quam ille hæreditarius creditor. & ideo hic sunt, quia diuersorum titulorû sunt: vt hic & sup. vt î poss. leg. l. si postquâ: secus si sunt eiusdem tituli, vt ff. vt in poss. leg. l. is cui. §. si plures. & §. qui prior. & hac ratione non obstat su. de bo. auth. iud. poss. l. fin. & ff. de bo. autho. iu. pos. l. cû vnus. in prin.

confirmat sibi pignus. hoc dicit Bart.

LEX PRIMA.

QVi pignus secundo loco accepit, ita ius suû confirmare potest, si priori creditori debitam pecuniam soluerit, [a] aut cum obtulisset, isq; accipere noluisset, eam obsignauit[b] & deposuit, nec in vsus [c] suos conuertit. PP. Cal. Febr. Laterano, & Rufino. Coss. 198.

Habens pignus prętorium, prefertur habenti iudiciale, si est prior tempore. h. d. Bal. vel sic. Si plures creditores ad pignus prætorium concurrentes sint diuersorum titulorum, qui prior est tempore, potior est iure. h. d. Sal.

Imp. Antoninus A. Christo & alijs.

LEX II.

SI decreto prætoris, qui de fideicommisso ius dixit, in possessionem fundi hæreditarij fideicômissi conditionalis seruãdi gratia prius inducti [d] estis, quam aduersarius [e] vester in [1]† causam iudicati [f] eiusdem fundi pignus occupauerit, eius iussu, qui iure sententiam exequebatur, têpore poriores estis.[g] Nam cum de pignore vtraq; pars contendit, præualet iure, qui præuenit tempore.[h] PP. 5. Id. Maij, Duobus Aspris Coss.

Respublica missa ex causa iudicati, prafertur creditori, qui contraxerat cum defuncto in possessionê non misso. h. d. Bald. vel sic. Habens ius pignoris in re, præfertur agenti personali actione. h. d.

Bart. vel sic. Creditor, qui iudiciale pignus ob sententiam est côsecutus, præfertur priori solum personalem actionem habenti. h. d. Sal.

Idem A. Syluano.

LEX III.

CVm [2]† rempublicam [i] Heliopolitanorû propter emolumentum sententiæ [k] in rerum tam hæredis, quam hęreditariarû possessionem missam [3]† esse proponas, intelligis, quamuis pater tuus cum Sosiano [l] contraxerit, [m] tamen si personali actione eum habuit obligatum, [n] præponi rempublicam iure pignoris, in ijs, quæ ex auctoritate eius, qui iubere potuit, seruandi iudicati causa occupauit. PP. 2. Id. Decembr. Læto 2. & Cereali Coss. 216.

Priuatus prior tempore, prefertur reipublicæ, quæ est posterior tempore. h. d. Bald. Eodem modo præfertur Regi & Imperatori. h. d. Bald.

Idem A. Varo.

LEX IIII.

SI fundum pignori accepisti, [o] ante, quam reipublicæ obligaretur, sicut prior es tempore, ita potior es iure. PP. 5. Id. Octob. Antonino A. 4. & Balbino Côsulibus. 214.

Prior creditor non tenetur offerre posteriori, sed posterior potest offerre priori. h. d. Bald. vel sic. Prior creditor non habet necesse offerre secundo, sed secundus offerens primo confirmat sibi pignus. Bar.

Quandoque quidam creditores pretêdûnt ius in pignore côuentionali, quidã in prętorio, & tunc habet locum l. si postquam. sup. ut in posses. lega. De materia istius l. dic, ut plene per Dyn. in c. qui prior, de re. iur. lib. 6.

h *Tempore.*] no. regulam, ut inf. c. l. si fundum. & ff. eo. potior. & infr. l. prox. & l. licet. & l. diuersis. & supr. ad Maced. l. si permittere.

1† In nullis est pluribus. Si fundû. tertia est lex vero cum Reip. publ. est quarta.

CVm rempublicã. CASVS. Pater meus cum republica contraxit, me hęrede eius conuento & condemnato, missa est respublica in possessionem, non solum rerum mearum, sed hæreditariarum, an præferat alijs creditoribus patris? Dicitur, quod sic.

k *Communi itaque.*] Nota ergo pactum nil operari, sic infra de fideiusso. leg. non recte. & ff. pro socio, l. sed si adijciatur. argum. contra ff. de usur. l. si stipulatus, & ff. de lega. 1. l. si quando in prin. & totum generale, res sic debet accipi, ut non pereat, ut ff. de rebus dub. l. quoties in actionibus. & l. ubi est, & ff. ad munic. leg. 1. Item contra est huic l. supra de pactis. le. si quis, in conscribendo. Sed hoc speciale ne creditores nimiam suam exerceant auaritiam. Item cõtra. ff. de contrahen. emptio. l. si. in princip. sed ibi non creditori, sed fideiussori retrahebat pignus, & ideo non est ibi pactum legis commissoriæ, uel ei simile.

SI fundi.] CASVS. Vendidi tibi fundum, & pro euictione alium fundum obligaui hoc pacto, ut si non euinceretur, restitueretur fundus obligatus, si aliquis egerit & succubuerit, quia non euincit, an fundum recuperare possim, quæritur. Et dicitur, quod sic, sed per quam actionem, non aperit, tu dic, quod præscript. uerbis, uel actio. pignoratitia. Viuianus.
l *Dedisti.* loco pignoris.
m *Obtineas.* idest restituatur tibi secundum Azon. & si amittat loco pignoris retineat, quod ualet, vt infra de euict. leg. si nõ iniuria.

Sed.

Sed quid, si est actum, vt hic loco illius habeatur? Respond. puto valere, & sic etiam potest intelligi innuere lex ista.

a *Securitate.*] idest exceptione rei iudicatæ, cum sit absolutus.

b *Negotium.* quia iureiurando, & pacto de non petendo & sententia.

c *Integrum est.* quia nec sibi hunc uendidisti, nec pro expensis litis ei dedisti, nec pacto, nec sententia, vel alio modo amisisti.

d *Iubebit* præscript. verb. actione proposita, vel pignoratitia actione.

QVeniam. CASVS. Si inter alias deceptiones, quib⁹ creditor intendit debitorē decipere, est hæc, scilicet quod creditor conuenit cum debitore, vt si sua die nō soluatur pecunia, q pignus penes eum remaneat, statuit Imperator, quod huiusmodi conuentiones nullius sint momenti, sed creditor debitum recipiat, & pignus debitori restituat. Viuian.

*Ex li. 3. tit. 3. l. C. Th.

e *Memoriam aboleri.* quoad ipsa pignora, non quo ad venditionem. Accursius.

ADDITIO. An autem, & quando pactum legis commissoriæ reprobetur in pignoribus. Item quare admittatur in contractu emptionis, & reprobetur in contractu pignoris, uideas pulchrè per Abbatem in cap. significante. super glo. in verbo, commissoriæ, extra de pig.

f *Si quis.*] debitor.

g *Præteritis.* nisi hoc diceretur non traheretur ad præterita, ut supra de leg. & constitut. l. leges, & constitutiones.

parata securitate, [a] circa eum, quem obligaueras, restituendum: conuentionis fidem impleri (si negotium [b] integrum est, [c]) præses iubebit. [d] S. Calend. Decemb. Sirmij, AA. Coss.

Pactum legis commissoriæ est reprobatum in pignoribus, & habet locum hæc lex in præteritis, & futuris. hoc dicit Butr. Baldus & Salic.

Imp. Constant. A. ad populum.

LEX III.

QVoniā *inter alias captiones præcipuè commissoriæ pignorū legis crescit asperitas, placet infirmari eam, & in posterum omnē eius memoriā aboleri. [e] ¶ Si quis [f] igitur tali contractu laborat, hac sanctione respiret, quæ cum præteritis [g] præsentia quoq; repellit, & futura prohibet: Creditores enim, re amissa, [h] iubemus recuperare, quod dederunt. Dat. prid. Calen. Februar. Serdicæ, Constantino Cęs. Coss. 354.

TITVLVS XXXVI.

De exceptionibus, seu præscriptionibus.

Soluens habenti vtilem actionem alio habente directam, ab vtili liberatur ipso iure, sed à directa exceptionis ope: & obligatio diuiditur inter hæredes actiuè, & passiuè, pro portionibus hæreditariis. h. d. Bald. Vel sic: Licet obligatio diuidatur ipso iure inter hæredes, tamen si debitor soluit vni ex hæredibus, cui creditor nomen prælegauit, aduersus alios tuetur exceptione doli. h. d. Sal.

rit. arg. contra, ff. de contrah. emp. l. & Sed solue, vt supra eod. tit. l. 1.

DE EXCEPTIONIBVS, SEV PRÆscriptionibus.

Dixit supra de iure agendi, nunc de iure defendēdi. Et quod dicit, præscriptionibus, * large ponitur licet alias pro tē porali tātum ponatur.

* Quid exceptio à præscrip. differat, ut de Alc. in l. quinque pedum. C. finium reg.

Imp. Antoninus A. Claudio.

LEX PRIMA.

DEbitores quidem hæreditarij vnicuique hæredum pro portione hæreditaria antiqua [i] lege * obligati sunt. ¶ Sed si eis hæredibus omnem pecuniā exoluisti, quibus nomē patris tui [k] testator [l] in diuisione adscripserat, [m] doli mali exceptione [n] aduersus alios agentes tueri te potes. PP. 10. Calendas August. Duobus Aspris. Coss. 223.

Licet vnus ex fratribus succumbat in iudicio, non præiudicat alteri fratri. hoc dicit Bald. vel sic. Exceptio rei iudicatæ non obstat ei, contra quem non est pronunciatam, Sal.

Idem A. Iulio.

LEX II.

PRo portione [o] tua, qua domum ad te pertinere dicis, si iudicatum non est, actionem dirigere potes. Nam exceptio rei iudicatæ ei demum obstat, vel suc-

DEbitores. CASVS. Si debitor, vel creditor in fata concessit, pluribus hæredibus relictis, inter hæredes pro portionibus hǣditarijs diuiditur actio & pro portionib. hǣditarijs eōdictio competit. Si uero creditor nomen debitoris sui vni hæredum prælegauit, & ille elegerit, & exegerit, alij volentes agere, doli mali except. repelluntur.

i *Antiqua.* scilicet 12. tabularum, ut supra de pactis, l. pacto, & ff. cert. pet. l. 1. & sup. si vnus ex pluribus hæred. & c. l. 1. & supra fam. ercisc. l. ea quæ.

† Legē 12. tab. intelligit, quæ late patet. Et hæc uilla sunt. Inter hæredes pro hæreditarijs portionibus obligationes hæreditariæ ipso iure diuisæ sūt uid. uet. in risp. Pratri. lib. 4.

k *Patris tui.* id est patrem tuū debitorem, quia specialiter quibusdā uoluit ita debitum reddi.

l *Testator.* idemque creditor.

m *Adscripserat.* prælegando, sicut econtra onus uni adscribere potest, ut ff. famil. ercisc. l. filia, §. Papin.

n *Exceptione.* immo uidetur, q ipso iure sit tutus. Primo, q a illi, quibus est nomen prælegatū, habent utilem actionem ad solidum, ut supra de leg. l. ex legato nominis. ergo qui eis soluit, liberatur ab actione, & sic ab obligatione in solidū. Secundo, quia qui uoluntate creditoris alijs soluit, ipsi creditori soluisse uidetur, & sic ipso iure liberatur. ut ff. de so. l. l. solutam, & l. vero procuratori. & l. dispensatori. Sed certè non est ita, nam licet ab vtili liberetur ipso iure, non tamen a directa, qua teneris alijs. Item illa l. solutam est intelligenda quando uoluntate creditoris uiuentis. Item uidetur, quod non possit vni hæredū prouidere in ijs, quæ sunt in dando, vt ff. de uerb. oblig. l. continuus, §. fin. Sed ibi loquitur stipulando, hic prælegando, vel illud de rigore, hoc de æquitate.

h *Amissa.* impropriè, quia dominium non fuit in eos trālatum, vt supra de leg. & constit. l. non dubium, huiusmodi tamen facta valent in arris sponsalitijs, ut supra si rect. pro. vel ad eum per l. 1. Item in sponsionibus honestis, ut ff. de præscr. uerb. l. si rem, §. fina. Sed quid si paciscar, ut non liceat soluere? Respond. non valet, & omnia similia. Sed quid si conuenerit, ut non liceat soluere hinc ad mensem? adhuc dixit Paul. idem, & eadem ratione de anno; & sic in infinitum, quod Ioann. non placet, sed dicit ualere. si modo sit tempus minus triginta annorum, aliter uideretur perpetua alienatio, vt argumen. In Authentic. de ali. & emphyt. §. locationis, collatio. 9. & facit de feudis, quibus modis feud. constitut. potest, §. si quis obligaue-

PRoportione. CASVS. Duo habebant domum communem, contra unum illorum pronunciatur, si alius uelit pro parte sua agere, an res iudicata contra alium sibi noceat, quæritur? Resp. quod non.

o *Pro portione.* duo forte erant fratres.

Pro-

a *Pronunciatum est.* immo tria necessaria sunt, ut ff. de exceptio. rei iudic. l. cum quæritur, & l. seq. Item fallit hæc regula in popularibus actionibus, & publicis iudicijs, ubi res inter alios acta alijs nocet, nisi collusio detegatur. Item in alijs casibus, quos not. supra quibus res iudic. non noc. l. 2. & facis ad l. istâ ff. de re iudic. leg. saepè, & supra res inter alios facta leg. si cum fratre, & ff. qui pot. in pigno. ha. l. Claudius.

* Concor. s. cū inter. post mediū ci glo. sup. ter. ad liti gantes ext. de sent. & re iud.

A *Duersus.* CASUS. Frater administrauit tutelam legitimam fratris tui & ex mala administratione tenebatur ei in 100. dolo induxit, vt ei dimitteret, si agat frater, alius excipiat de remissione, replicabit de dolo, idest quod induxit eū ad remittendum, uel dic, quod commiserat, dolum in tutela, licet frater generaliter remittat ei administrationem tutelæ, non tamen uidetur remisisse dolum, prima positio uerior est.

b *Legitimum.* immo fiduciarium, ut Insti. de fiduci. tute. per totum. Sed omnis fiduciarius est legitimus, sed non conuertitur.

† Concof. glo. 1. ante med. in eo. tit. ext. de pactis.

c *Pacti.* tutor ille te induxit dolo ad remissionem faciendū, non potes ideo minus agere contra eū, & si excipiat de pacto, replicabis de dolo. Vel dic, quod dolum commiserat in tutela, qui dolus non videtur generali remissione remitti, ut argum. ff. de lib. leg. Aurelio §. Caius, & ff. de pact. lege tres fratres. Nā & seruus quicquid quærit, domino quærit, nō tamen dolo, ut ff. de acquiren. possess. l. quod seru⁹. Sed huic expositioni est argum. contra, ff. de pact. l. si vnus §. illud. Sed prima placet.

‡ Vi. Cuia. 4. obs. 17.

cessoribus eius, inter quos cognitum * super ea re, & pronunciatum est. [a] PP. 15. Cal. Mart. Antonino A. 4. & Balbino Coss. 214.

Dolus commissus in liberatione administrationis, vel ipsa administratione, secundum secundam lec. reddit pactum liberatorium ope exceptionis inutile. Vel sic: Exceptio pacti dolo quæsiti, eliditur replicatione doli. sic. Generalis quietatio ab ignorante facta, non porrigitur ad gesta per dolum h. d. Bald. vel aduersus exceptionem pacti, potest agens dolo inducens vti replicatione doli. h. d. secundum primam lectu. quæ verior est. Sal.

Ijdem A. Vitali.

LEX III.

Aduersus, * fratrē tuū quondam tutorem legitimum [b] tutelę iudicio si expertus non es, proposita actione consiste, nec timueris exceptionem pacti, [c] si in ea, [d] fraudem dolumque admissum probare potes [e] nam replicatio doli * opposita, bonæ fidei iudicium facit, [f] & commentum fraudis repellit. [g]

Diuturnus iudicii tractatus peremptoria non excludit, sed exceptio rei finitæ sic tenere non poss. l. peremptorias, & supra de prob. l. exceptionem.

hoc dicit. Vel sic: Defensio peremptorii obijci potest vsque ad litis contestationem. h. d. cum gl. Bal. Vel sic. Causa nondum finita, potest opponi exceptio peremptoria. hoc dicit Sal.

Imp. Alexand. A. Iuliano. & alijs.

LEX IIII.

Cum nondum [h] finitam sentētia causam, sed in dilatam allegatis, non est dubium omnes integras defensiones [i] vobis esse. P. P. ij. Non. Octobris. Maximo 2. & Æliano Coss. 224.

Quæ annua sunt ad agēdum, sunt perpetua ad excipiendum h. d. Bart. Bald. & Salic.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. & CC. Basilio.

LEX V.

Licet vnde vi iterdictū [k] intra annum [l] locum habeat, tamen exceptione perpetua succurri ei, qui p vim expulsus post retinuit possessionem, auctoritate iuris manifestatur. S. Cal. Maij, Trallis AA. Coss.

Replicatio & duplicatio expirant tempore. Bald. vel sic. Exceptio vel replicatio doli, potest perpetuo cōtra pactum opponi. h. d. Sal.

k *Licet. vnde vi interdictum.* Vnde ui interdictum intra annum datur, quando possessio ad violentum non peruenit, ut ff. de ui, & ui arma. l. 1. in princ. & supra unde vi l. 2. Sed non est ita in exceptione, quæ competit uim passo. Dic ergo casum, q̄ deiectus recuperauit incontinenti possessionem, licet habeat interdictū unde ui intra annum pro dānis, possessione tamē habet exceptionem perpetuam, etiam si rei uendicatione cōueniatur, vt not. sup. un. ui l. si quis in tantam. Vt sic, quod huic expulso licuit i continenti recuperare, non fit illius delicti impunitas. Hæc positio non placet Ioanni, quia cū nullum detur tibi interdictum pro possessione, ergo nec mihi ulla exceptio. Pone ergo sic, expulisti Eitium, qui mihi cessit interdictum, & omne ius suum, inde vi te deieci, possessionē non apprehendit, ago aduersus te interdicto mihi cesso, excipis post annum & perpetuo, cum alio possessorio possis à me si tenerem recuperare, scilicet ex secunda deiectione. licet si ex secunda expulsione ageres tantum intra annum audieris. Tertij, ut Bar. dicunt, expuli te de fundo uiolēter, deinde ex interuallo tu expulisti me, sed possessionem non intrasti, ego uero eam retinui, agis contra me interdicto de priori expulsione, ego excipio de uiolentia, quam ex interuallo intulisti mihi. Et alij sic ponunt inuasorem post annum possessionis æstimationem, & cætera damna restituisse, certe non habet condictionem indebiti, licet si possideret, conueniri non posset. Vel dic, quod deiectus quoquo modo, etiam clam, possessionem recuperauit, & conuenitur a deiectore interdicto vti possidetis, & perpetuo excipit, quia si agens possideret, interdicto vnde vi, teneretur nisi annus esset elapsus, multo magis per exceptionem potest se tueri, ut ff. de superficie. lege prima, §. quod autem ait prætor. Ex lege ergo ista nota, quæ annua sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. P. Idem in doli exceptione, nam licet actio de dolo sit biennalis, ut supra de dolo. lege penultima, tamen exceptio est perpetua, ut ff. de exceptio. dolo. lege pure, §. finali, secus est in replicatione, ut ff. de pecun. leg. quæ situm, §. fi. Cui l. quæsitum, est contra insl. l. prox. Sed ibi solues.

d *Si in ea.* alias in eo scilicet pacto alias in ea, scilicet remissione, uel in ea scilicet tutela.

e *Probare potes.* qui enim dolum dicit &c. ut ff. de proba. l. quoties, §. qui dolo.

f *Facit.* idest conuenit iudicio tutelæ, quod est bonæ fidei, opponi replicationem doli, ex quo est dolus commissus, & commentum fraudis repellit. vnde Ouidius. Non faciunt molles, ad fera bella manus, faciunt, idest conueniunt.

g *Repellit.* quia metu, uel dolo, uel minor erat.

h *Cum nondum.* Pone sic casum. Cępi conuenire aliquē, & steti per aliquod tempus, in causa supersedi per tres annos, & dicitur, quod iterum possum agere, & loquitur generaliter in reo, & actore.

i *Defensiones.* peremptorias subaudi, nisi in casibus, sed dilatorias ante litem contestatam, ut hic & supra sententiam ...

l *Intra annum.* nota perpetua iura sunt ad excipiendum, & temporalia ad agendum.

a Si pactum de non petendo.

b Si intercessit. tribus modis pone casum. Primò debebas mihi decem, dolo extorsisti à me pactum de non petendo, si excipias ex eo pacto, perpetuo replicabo etiam sine praefinitione temporis, sicut & olim actio sine praefinitione temporis competebat. Sed hodie dices perpetuo, idest ad 30. annos. Nam tantum durat actio, ergo & tantundem replicatio, ut insti. de perpe. & tempo. actio. in principio. Secundo secundum Bar. sic, feceram tibi pactum de non petẽdo, dolo extorsisti, de petẽdo, si replico ex eo, tu perpetuo replicabis, idest, duplicabis, & sic fuit pactum factum dolosè in exceptione, idest contra exceptionẽ. Sed huic est contra. ff. de pecul. l. quaesitum. §. fina. vbi replicatio est annua. sed ibi est in litera, forsitan secundum Bal. vnde perpetuo replicatur, & hoc secundum vtramque expositionem, uel ibi est replicatio, hic duplicatio, quae est eiusdẽ naturae, cuius est exceptio, quę perpetuo datur reo, ut ff. de exceptio. do. l. pure. §. fin. nam haec duplicatio, ut exceptio datur reo, ut instit. de replicat. in prin. Tertio. sic secundum Io. feci tibi pactum de non petẽdo, tu mihi postea de petendo, si excipias ex eo, replicabo de dolo, nam ubi alia quaecunque exceptio locum habet, & doli, ut ff. de exceptio. do. l. 2. §. & generaliter, nisi reuerentia personarum aliud suadeat, ut ff. de excep. do. l. apud, §. aduersus.

† Aeliana

Iidem AA. & CC. Heleniae.

LEX VI.

SI pactum[a] intercessit,[b] in exceptione[c] sine temporis praefinitione[d] de dolo replicare potes.[e] S. Calendas Septemb. Viminatij. AA. Coss.

Refutatio generalis per specialem satisfactionem restringitur. h. d. Bal. Vel sic. Pactum de non petendo simpliciter factum restringitur ad quantitatem tam solutã. h. d. & no. Sal.

Iidem AA. & CC. Menandro.

LEX VII.

SI ex maiore[f] debiti quãtitate minor tibi soluta est, nec liberationem debitori tuo praestitisti,[g] petere, quod non probatur redditum, contra exceptionem pacti replicatione, tuã adiuuans intentionem, minime prohiberis. S. 2. Calen. Mar. CC. Coss.

Exceptio peremptoria potest opponi quandocunque, priusquam feratur sententia definitiua. h. d. Bald.

c In exceptione. quaerenda, secundum primum. uel idest, contra exceptionum, secundum vtrumque casum dolose. vel idest contra exceptionem, & non dolose fuit factum pactum, secundum tertium.

d Praefinitione. bene dicitur, quod actio de dolo temporalis est ad agendum, perpetua ad excipiendum.

e Replicare potes. proprie secundum primum & tertium, improprie, idest duplicari secundum medium. Acc.

f Si ex maiore. Cum 10. deberes soluisti quinque, licet generale pactum de non petendo fecerim, credens nil plus mihi deberi, tamen agam, & si excipias replicabo. ut infra de sol. leg. si inter. & supra de transactio. leg. si quidem. & supra de fur. l. post decisionem. & ff. de condict. indebit. leg. fina. §. idem quaesijt. Sed certè immo uidetur residuo non agi, ut ff. de re iudic. leg. à diuo. §. si pignora. quae est contra, sed ibi lex praesumit remissionem esse factam.

g Praestitisti.] ex certa scientia, liberasti tamen quo ad uerba.

Praescriptionem. CASVS. Exceptio peremptoria, quam quis siue ante, siue post litem contestatam proposituus fuerit, velit opponere, ante sententiam opponi debet. non post Viuianus.

h Praescriptionem. idest exceptionem, ut pacti, vel rei iudicatae, vel similis.

i Sufficit. ex voluntate, non ex necessitate, ut subijcit. & supra de praescriptio. longi temporis, l. emptor. & dixi supra. sentent. rescind. non posse, leg. peremptorias.

k Quandoque. idest, quandocunque.

Iidem AA. & CC. Aurelio.

LEX VIII.

PRaescriptionem[h] peremptoriam, quam ante cõtestari sufficit,[i] omissam priusquam sententia feratur, obijcere, quandoque[k] licet. S. xv. Calend. Nouem. CC. Coss.

Ista est difficilis lex, & quasi difficilior in materia, nec reperitur vtilior ista. Si reus est certus, quod actor non potest probare, debet negare, non excipere, sed si dubitatur, potest vtrumque cumulare, scilicet negando, & si probetur excipiendo. h. d. secundum Bald. Vel sic. Reo non expedit exceptionẽ opponere, si credit actorem non probare, alias debet exceptionem sub conditione opponere, & potest post probatam intentionem actoris illã probare. h. d. Sal.

Idem AA. & CC. Mutiano.

LEX IX.

SI quidem[l] intentionem actoris probatione defice

Si quidem. CASVS. Aut reus certus est in nullo actori teneri, & actor deficit in probatione, aut certus quod teneatur, aut dubius. Primo casu nulla exceptio reo est necessaria. Secundo de ea cogitet proponenda, si quam habet. Tertio casu, si est peremptoria, ab initio proponere potest. si vltra. fundata intentione actoris eam probet, & bene dixi, si ultra quis nõ compellitur post litem contestata proponere. Viu.

l Si quidem. quid si lite contestata ponat actor in causa, quod reus promisit ei decem, reus respondet se conditionaliter promisisse, vel sub conditione promisisse, uel promisisse, sed sub conditione, adijciens non alio modo, uel non adijciens, quaeritur, an reus videatur confessus pure, nisi probet conditionem, an contra uideatur negasse, nisi actor probet puritatem uel cõditionem extitisse? Et uidetur, quod reus sit confessus, nisi probet conditionem, nam duo uidetur dixisse, scilicet se promisisse, & sub conditione promisisse, vt & dicitur in arbitri praecepto, & cut ff. de arbit. leg. Celsus, §. primo. Vnum ergo de istis est contra se, & ei habetur fides, ut ff. de interrogatio. actio. leg. de aetate. aliud pro se reo, scilicet conditio, & illi non habetur fides, ut supra de proba. l. exemplo, & in Authentica de iureiuran. a morient. praesti. §. primo colla. tio. quinta. Secundo, quia sic dicimus in exceptione pacti, & similibus, quod si quis confiteatur se debere, sed dicit factum pactum de non petendo, quod nisi probet pactũ, condemnatur, nisi praemittat negationem, ut nego me debere, sed si appareuerit, dico pactum factum, ut not. in hac leg. si quidem. & sic intelligimus ff. de exceptio. leg. non vtique. Tertio, quia si actor ponat de Sticho sibi debito, reus fateatur, sed dicat de alio Sticho se sentisse, stamus dicto actoris, vt ff. de uerborum obligationibus. leg. inter stipulantem. §. primo. Sed econtra videtur negasse puritatem, nisi actor probet puritatem, vel conditionem extitisse, sicut enim actor non videtur in iudicium deduxisse, quod non sentit, sic nec reus videtur confiteri, quod non sentit, vt ff. de exceptio. rei iudic. leg. si ex testamento. in fine, quia non debent deteriores esse conditionis rei, ut ff. de regulis iuris, leg. fauorabiliores. Item in iudicio si quis loquatur ambi-

re confidis,[a] nulla tibi defensio[b] necessaria[c] est.

¶ Si vero de hac[1]† confitendo,[d] exceptione[2]† te munitum asseueras, de hac tātum agi[e] conuenit. Nam si etiam de intentione dubitas,[f] habita exceptionis contestatione,[g] tunc demum,[h] cum intentionem suam secundum asseuerationem suam petitor probauerit,[i] huic esse locum monstrari conuenit. S. 3. Non. Nouemb. Burtadizi CC. Coss.

Sicut reus iuuatur exceptionibus, ita actor replicationibus. h. d. Bal.

Iidem AA. & CC. Aquilinę.

LEX X.

NOs exceptionib. actores, quib. reis axilium tribuitur certis ex causis, sed replicationib. suam intentionem, si quam habeant, muniant.[k] S. Cal. Decemb. Nicomediæ, CC. Coss.

Defensio rei competit fideiussori, nisi reus redimatur ab obligatione per mutationem status. Bal.

Iidem AA. & CC. Neoni.

LEX XI.

DEfensiones,[l] siue exceptiones ad intercessores[m] extendi,[n] quib. reus principalis, integro manente[o] statu,[p] munitus est, constat.[3]†

Punitur temerarius aduocatus, qui patrociniū pręstat de exceptione præpostera. h. Bal. vel sic. Dilatoria debet opponi ante litem contestatam, non postea, aliter opponens punitur. h. d. Sal.

Imp. Iulianus A. ad Iulianū Comitem Orientis.

LEX XII.

SI quis aduocatus inter exordia litis[4]† prętermissam dilatoriā[q] præscriptionem postea voluerit exercere, & ab huiusmodi opitulatione submotus, nihilominus perseueret, atque præpostere defensioni institerit; vnius libræ auri condemnatione mulctetur.[5]† Da. 7. Id. Mar. Antiochiæ, Iuliano A. 4. & Salustio Coss. 363.

Exceptio iudicis incompetētis ante litem cōtestatam debet opponi. vel sic. Declinatoria iurisdictionis debet ante litem contestatam opponi, & terminari. Bal.

Impp. Honor & Theo. AA. Symmancho Proconsuli Africæ.

LEX XIII.

PRæscriptiones[6]† fori[7]† in principio litis a litigatoribus opponendas esse, legem decreuit auctoritas.

---

ambiguè, statuus eius dicto, vt ff. de iudic. l. si quis intentione, sic ergo & hic. Sed si dubitetur, cui sit standum: electioni rei standum est. Tertiò, si intelligatur separata conditio & promissio, eadem ratione & locus. ergo hæc stipulatio, promittis date decem hodie Romæ, cum simus Bononiæ: valeret ratione promissionis, quod est falsum: quia stipulatio talis non ualet, vt instit. de uerbo. oblig. §. loca. non ergo intelliguntur separata. Quartò, qui conditionem apponit. i. ipsa actionis natiuitate apponit, quasi nec sit nata actio: unde nec cessit, nec venit dies ante conditionis euētum, ut ff. de verb. sig. l. cedere diem. & sic aliud est, quam in exceptione pacti, vel simili, quæ nascitur post natiuitatē primę actionis Cum ergo dicit conditionaliter promisi, vel sub conditione, tale est, ac si diceret, non confiteor actionem natam. Eodem modo si dicat, promisi sed sub conditione, idē est, quia quæ incōtinenti dicūtur, videntur inesse, ut ff. si cer. pet. l. lecta. & maxime si adijciat, & non alio modo. Itē expressū videtur, qa si decem stipulor purè, & tu respōdes sub cōditione, nulla est stipulatio, quia non videris respōdere ad interrogata, ut ff. de uerb. obligat. l. 1. §. si quis simpliciter. & inst. de inuti. stipul. §. præterea. De nouo ergo debet respōdere, an purè promiserit, cum non videat promisisse. Itē si diceremus esse duo, scilicet puram & conditionalem, hoc nō potest esse, nisi alternatiue: nam coniuncta scriptura, scilicet promisi, sed sub conditione, faceret tantum ac si diceret, hoc aut illo modo promisi, ut ff. de cōd. & dem. l. non ad ea. §. 2. Solu. videtur distingui, an incontinenti post modicum tempus adijciatur conditio, ut primo casu videatur inesse, & secundo non, vt infr. de donat. quæ sub modo. lege, perfecta.

1† confitendo.

3† De distinctione exceptionū vide bonā glo. in verb. in dilatorijs, in ca. exceptionē. extra eod. tit.

Stipulatio nō cōmittitur si ad interrogata n̄ respōdetur.

a *Confidis.*] quia dicit te sibi teneri in decem. quod scis non esse uerum.

b *Defensio.*] i. exceptio, dummodo non confitearis.

c *Necessaria est.*] nisi ut neges.

d *Confitendo.*] id est scis te ei teneri. uel credis.

e *Agi.*] i. cogitari, quia forte fecit pactum, uel soluisti.

f *Dubitas.*] id est non es certus, sis uel non, cum fortè contractus descendat à persona partis. Collige ergo interrogatum non semper cogi dicere, credo, uel non credo: quia potest dicere, dubito, vt & supr. de condi. indeb. l. si. & dixi supra de iura. calum. l. secunda, §. primo. Item & collige, quod semper debeat interrogari & respondere, ut ff. de interrogat. act. de ætate. §. nihil. quod tamen ex causa fieri debet, ut ff. de interrog. act. l. penul. Nam si quæras a mē, & ego dico, quod calumniosè quæris. & tu dicas, quod calumniosè dico: sic & in infinitum posset procedi, quod esse non debet.

Interrogatus nō semp cogitur dicere credo, uel nō credo.

g *Contestatione.*] ab initio. s. ex voluntate, non ex necessitate, si est peremptoria, alias ex necessitate, ut sup. l. proxi. & sup. de proba. l. exceptionē. Sed nōne excipiēdo cōfitet? Rū. nō. vt ff. de excep. l. non vtique. quod est verū, quādo primo nego, sed si appareat me debere, tūc oppono exceptionē. & sic hic intellige l. prędictam, non vtique.

3† An bonorum adéptio debitoré liberet, an fideiussorem eius? Vid. Cuiac. 15. obser. 34.

ADDITIO. De isto videas p Bar. in l. nō vtique. ff. de exce. & Dynū in c. exceptionem. de reg. iur. li. 6. & plenissimè Abbatē in c. cum venerabilis. In 5. col. ext. de exceptionibus.

h *Demum.*] sed quia testes cōtra testes induci non possunt, cū iā didicit testificata, securius est opponere eam & probare.

4† Aliās dicitur auspicialitis vt in c. pastoralis. I prin. cum gl. 1. extra de causa pos. & propric.

i *Probauerit.*] post didicita: ergo demū post testificata probat reus exceptionē, & est ō. sup. de proba. auth. at q. semel. Sed dic, ut ibi in l. exceptionem. & facit ad leg. su. de act. & obli. l. negantes & de eden. q. accusare.

k NOn exceptionibus. Muniant. vt & institu. de replica. & ff. e. l. 2. §. illud.

t Concor. c. de testibus, cum glo. super verbo, publicatæ. extra de testib.

4† Vi. Cuiac. 15. obser. 35.

DEfensiones. CASVS. Debitori factū pactū de nō petēdo, fideiussori parat exceptionem, nisi reus tūc mutauerit statū suū, qa forte fuit deportatus. & intellige rōnē istā de excep. cohærēte rei, vt est de nō petēdo. de re iud. & nō de illa, quæ cohęret personæ, ut est restitutio in integrum. Viui.

6† Ex lib. 11. tit. 30. 165. C. T.

7† Cōcor. extr. de re iud. ca. inter monasterium.

l *Defensiones.*] res cohærentes, secus in personali, ut ff. eo. l. exceptiones, quę personæ.

m *Ad intercessores.*] si habeat contra reum regressum, non aliter, ut ff. de pact. l. quod dictum.

n *Extendi.*] etiam inuito reo, ut de fideiuss. l. si stipulatus & eod. l. omnes. & facit ad leg. istam. ff. de fideius. ex persona. & inst. de replica. §. si. & ff. de rei iudi. l. & si fideiussore.

o *Manente.*] quia si fisco condēnatus esset in medietate bonorum, haberet exceptionem contra creditores.

p *Statu.*] sed mutato statu nō competunt circa contractus, vt hic, & inf. de fideiuss. l. 1. sed circa iudicia sic. ut in eod. l. l. si Lysia & ff. qui satis. cog. l. si decesserit. & l. seq. & si quis cautio. l. sed & si quis.

SI quis.] CASVS. Aduocatus in initio litis dilatoriam nō proponens exceptionem, si postea uelit eam proponere, non audietur, & si institerit, vt audiatur, in vna libra auri condemnabitur. Viuia.

q *Dilatoriam.*] quæ initio erat opponenda, ut infr. l. proxi. &

a *Ambiguum.* id est litigiosum.

b *Per hæreditatem.* scilicet per fideicommissum relictam, non directo, quia tunc non posset habere locum exceptio, vel dic ex certa re, ut dixi supra de hæred. instituen. lege quoties.

c *Præstanda.* ab hæredibus. Sed contra infra eod. l. fina. Sol. hæc per illam, & illa per Authē. nunc si hæres, corrigitur.

CEnsemus. CASUS. Si rem, de qua inter me, & te est controuersia, tu conuentus alij dones, vel vendas, si emptor scit eam litigiosam, tibi restituet, & pretiū fisco refundet & tu eandem quantitatem dabis fisco, neque pretiū, quod dedit tibi retinebis: ne in lucro propter dolum tuum inueniaris, si ignoret rem restituet, & precium recuperabit, & tertiam partem æstimationis rei, ut si valet triginta habebit decem, & duas partes æstimationis dabit fisco secundum quosdam, licet hoc non dicat. Alij, quod in solidum pretiū præter tertium, quam dabit emptori, quia ipsum non certificauit, sed non aperit, qua actione aget emptor hoc casu, tu dic in factum, vel dic ex lege, & hoc in prima & secunda. Si verò dones, rehabebis rem, & donatarius sciuit, sic punitur, ut emptor qui sciuit, scilicet ut habeat tertiam partem æstimationis, & hoc in tertia. Si qua autem instrumenta super hoc fiant, nullam obtineant firmitatē, & hoc in quarta. Hæc, quæ dicta sunt, fallunt in ante donatione propter nuptias, vel dotis, uel transactio vel donationis factæ per commu. diui. siue famil. ercisc. vel trāsactio. vel legati & hoc in quinta.

† Concor. cum hac l. ca. 1. cū gl. super uerbo, sanctiones. ex. de alie. iud. mu. tan. causa facta.

d *Vel actiones.* ut actor.

e *Vel res*, ut reus.

f *Vitio.* ut obijciat exceptio ementi si petat, uel creditori, cui esset obligata, cū esset res litigiosa, ut ff. eo. l. 1. & ff. quę res pigno. obligari pos- sunt. leg. prima, §. fina. Rem. & alia pœna est, quam dicit hæc lex.

g *Si quis.* emptor.

h *Ad venditiones.* s. emendo. sic enim emptor ad venditionem, donatarius ad donationem dicitur accedere. Hæc. n. scientię distinctio, & ignorantiæ, in emptore & in quolibet acceptore fit, ut in cor. §. 1. collat. 8. non in donatore illum enim certū est scire, secūdum Azo. argumen. supra de rescind. uend. l. quisquis. emptorem, tamen in dubio præsumo ignorare, ut ff. de probat. l. verius.

Vbi legatur res, quæ alienari non potest propter iudicium præcedens, debetur æstimatio. h. d. Ista lex corrigitur per se, & l. si quens corrigitur per Authen. nunc si hæres, h. d. Bar.

Imppp. Gratian. Valenti. & Theodo. AAA. Tatiano PP.

LEX III.

QVicunque rem litigiosam, vel ambiguum [a] chirographum [*] quodlibet denique mobile, vel immobile fisco nostro, vel potentiori, seu alijs personis in testamento, siue codicillo legauerit fideive commiserit, aut per hæreditatem [b] reliquerit, nullam fiscus noster, vel alia persona licentiam habeat iurgiorum, nec iudicium subeat, sed æstimatio eius litis ineatur, præstanda, [c] ijs, quibus actiones, vel res litigiosæ relictæ sunt. Eādem litem ipsi hæredes peragant, suarum actionum periculo, ea, quæ litigiosa fuerant, relicta indicantes.

¶ Quod & de chirographis placet, ut hæredes relictorum fisco, vel alijs personis præsentem pecuniam numerent, & iudicio eos, quos ob noxios existimant, persequātur. Dat. 15. Cal. Iul. Thessalonicæ. Item rursus Constātino. 12 Cal. Ianua. & Gratiano 5. & Theodosio AA. Coss. 380.

Ista lex imponit pœnam rem litigiosam scienter recipienti, & h. d. Alienans rem litigiosam, vel actionē, punitur in simplum, & eadem pœna punitur accipiēs, scienter. fallit in casibus in hac l. positis. hoc dicit Bald.

Vel sic: Emens scienter rē litigiosam, tenetur illam restituere, nec pretium repetit, sed illud & tantundem venditor fisco soluit, emens verò ignoranter pretium repetit, & vltra illud tertiam partem, alienatione irrita remanente. h. d. Sal.

Imp. Iustinianus A. Ioann. PP.

LEX IIII.

CEnsemus, [*] ut si quis lite pendente, vel actiones, [d] vel res, [e] quas possider, ad alium quendam trāstulerit: siue scientem, siue ignorantem, vitio [f] litigiosi contractus subiacere: distinctione quadam inter contrahentes obseruanda, ut si quis [g] sciens, vel ad venditiones, [h] vel ad donationes, seu ad alios contractus accesserit, cognoscat se compellendum, non tantum rem redhibere, [i] sed etiam pretio eius priuari, [k] non ut lucro cedat ei, qui rem alienauit, sed ut etiam alia tanta quantitas ab eo fisci iuribus inferatur.

¶ Sin autem ignorans rem litigiosam emerit, vel per aliam speciem [l] contractus eam acceperit, tunc irrita rei alienatione facta, pretium cum alia tertia parte recipiat. [m] Iustum est etenim propter dolosam mentem, & absconditam machinationem, cum non emptori manifestauerit rem in iudicium deductam fuisse: in tertia parte pretij (sicut iam etiam disposuimus) eum puniri. Tali, videlicet, pœna, non solum in alijs contractibus, verum etiam in donationibus porrigenda, ut vera æstimatione facta, cum pretij datio non est, rem ad aliū transferens, [n] mulctetur,

i *Rem redhibere.* id est reddere, ut supra eod. leg. 2. eius enim conditio, cum quo acceptum est iudicium, deterior fieri non debet, ut ff. eod. l. fina.

k *Priuari*, ut sup. de præscrip. 30. ann. l. 2. in fine.

† Tenorē huius l. ponit glos. in uerbo, litigiosi in c. ecclesia Sāctæ Mariæ 1. extra ut lite pend.

l *Vel per aliam speciē.* ut permutationis, nā de donationibus postea dicit.

m *Recipiat.* s. emptor bonæ fidei. Sed an punitur venditor in plus? Quidam, quod non cum hoc lex nō dicat, arg. ff. de pœnis, l. interpretatione. Alij in alias duas partes. & eas dicunt dari fisco. Tertij dicunt in solido pretio fisco damnandum preter hanc tertiam, quia emptorem bonæ fidei decepit, sed videtur etiam duplum emptori dari, ut ff. eo l. fin. quæ est contra. Solutio: specialis quia dedicando etiā potentiorem opposuit aduersariū. Sed quibus actionibus aget emptor ad hoc vel vēditor ad rem? Respond. condictione ex hac lege, uel actione in factum. Quod autem fisco erit dandum, quilibet potuerit deferre, ut ff. de iure fiscal. lege, prima.

n *Transferens mulctetur.* s. donator, re habeat rem. In donatario non distinguitur sciat, uel ignoret, ut sic tertiam æstimationis habeat, quando ignorauit. Et nota, quod hæc lex tantum de reo alienante uidetur dicere, cum de possidēte, & rē tradente, & reti-

omnibus instrumentis, quæ super hoc conficiuntur, nullam vim obtinentibus, exceptis, videlicet, huius sanctionis dispositione, ijs, qui uel dotis nomine, uel ante nuptias donationis, vel transactionis,[a] aut diuisionis[b] rerum hæreditariorum factæ, vel per legati,[c] uel per fideicommissi causam tales res, uel actiones dederint, uel acceperint. Dat. 15. Calendas Nouem. Constantinop. post. Consulat. Lampadij, & Orestis VV. CC. anno secundo. Coss. 532.

IN AVTHENTICA. de litigiosis, §. & hoc autem præsenti. collatio. 8. constitut. 8.

Hodie re litigiosa legata solum debetur litis euentus, ideo hæres casum prosequitur, & secundum euentum aut res debebitur, aut nihil. h. d. Sal.

NVnc* si hæres[d] in lite victor extiterit, rem ipsam, cuius dominium esse apparet,[e] legatario præstet, qui nihil consequitur, si uictus fuerit hæres, cum litis euentus ei videatur relictus.

* Nouel. 112. §. & hoc, præses.

¶ Igitur liti adesse potest, ne colludatur.

TITVLVS XXXVIII.

De contrahenda, & committenda stipulatione.

Per epistolam probatur actus, qui in ea commemoratur, qui etiam præsumitur solemniter celebratus. Bald.

Impp. Seuerus & Ant. AA.

LEX PRIMA.

LIcet epistolæ,[f] quam libello[g] inseruisti, additum non sit, stipulatum[h] esse eum, cui cauebatur, tamẽ si res[i] inter præsentes,[k] gesta est, credendum est, præcedentem stipulationem[l] vocem spondentis subsecutã[m] esse. Accepta 17. Calendas Maij, Seuero tertio, & Victorino Coss. 201.

Pater stipulando filio, videtur stipulari sibiipsi. h. d. Bald.

retinente dicat. Sed idem dicas de actore, quia & ipse rem, uel actionem potest alienare dando, vel uendendo. Nam si uendidit, punitur, ut dixi in reo, si donauit, æstimabitur reo actio, & procedit postea sicut diximus habita distinctione, an transtulerit in ignorantem, uel scientem.

a *Transactionis*.] cum transigo cum eo, inter quem & me res posita est in litigio secundum Ioann. Alij dicunt etiam si cum alio, cum quo etiam de eadem re habeo controuersiam. Accursius.

b *Diuisionis*. cum duo cohæredes diuiderent hæreditatem, nam licet de omnibus sit lis, poterit tamen cedi ab uno in altum.

c. *Per legati*. potest ergo legati res litigiosa. nec obstat, quod non est eius commercium, idest non potest duci in contractum, ut ff. quæ res pigno. obliga. possunt, l. prima, §. finali, & supra eodem, l. secunda. quæ sunt contra. quod verum est, nisi in casibus exceptis, vt hic. Alij dicunt, quod illa leg. supra eodem, l. secunda, loquitur in actore, hæc in reo. & quod dicit hic in principio, uel actiones, dicunt de duplicibus dici iudicijs, ubi uterque est actor, & reus, quod non placet. Item uidetur, quod ipsa actio litigiosa detur legatario per hanc leg. & sic est contra sup. eodem l. quicunque. Solut. hæc secundum illam, ut & hic hæres æstimationem præstet, & sic utraque per authentic. nunc si corrigatur. Alij, quod non erat litigiosa apud testatorem, sed cœpit esse apud hæredem. Alij quod hæc de reo, illa de actore. Tu dic, quod hæc illam corrigat. & hæc per Authent. statim corrigitur, & sic est triplex ius circa legata.

Sequitur Authen. Nunc si hæres, quæ est in corpore cod. §. & hoc auth. præsenti, coll. 8. & legunt quidam eam super l. quicunque.

N*Vnc si hæres*. CASVS. Auth: corrigit legem illam quicunque, quia lex illa dicit, quod debet soluere pecuniam hæres legatarijs, & agere suo periculo. Authent. dicit, quod aget hæres, & si uincat, rem restituet legatarijs, si nihil consequitur per illas actiones, nihil tenetur dare legatarijs. Viuia.

d. *Nunc si hæres*.] Olim dabatur æstimatio per leg. quicunque postea cedebatur ei actio cum suo periculo, per legem finalem, sed hodie agit hæres periculo legatarij, ut hic.

e. *Dominum esse apparet*. Sed quomodo, cum recta via transeat ad legatarium, ut ff. de furt. leg. à Titio? Respond. dic esse, idest fuisse, scilicet testatoris. Vel dic rem illam debitam testatori actione personali. Vnde si nunc uincat hæres, fiet dominus, & legatario dabit. Sed cuius sumptibus litigabit hæres? Resp. potest distingui. an cum legabatur, causa iam erat litigiosa, & tunc sumptibus hæredis, ut ff. de leg. 1. l. cum seruus. aut postea cœpit uiuo, uel mortuo testatore, & tune sumptibus legatarij, ut ff. de leg. 1. l. seruus legatus, nisi postquam cœpit hæres esse in mora. argu. ff. de leg. 1. l. cum res, & potes hic distinguere, ut supra ne lite. poten. l. 1. distinxi.

DE CONTRAhenda, &c.

Expediuimus de exceptionibus, q̃ adiuuant reos, restat ut loquamur de solutionibus, quæ prorsus liberant. Et quia soluitur duobus modis, naturaliter, scilicet per numerationẽ, & non naturaliter, ut per nouationẽ dicamus de nouationibus. Et quia nouatio, & delegatio fiũt per stipulationẽ, ponamus de contrahẽdis stipulationibus. Et. quia stipulatio quandoque simul cõ̃trahitur, & committitur, quandoque contrahitur tantũ, sed committitur dudum postea, & quandoque etiam nunquam committitur, puta deficiente conditione. Audiamus de contrahenda & committenda stipulatione. Azo.

L*Icet*. CASVS. Tibi misi epistolã in hunc modũ, scias me redditurum tibi centum, quę tibi promisi cum essemus præsentes Bonon. an presumatur per hãc epistolam me tibi præsenti promisisse centum, & stipulationem interuenisse, ut ex ea agere possis, quæritur? & dicitur, quod sic. Vel dic casum, ut in gloss.

f *Licet epistola*. hic cum absens esset ita suo amico scripsit, scias me tibi redditurum cẽtum, quæ tibi promisi, cum præsentes essemus Bononiæ, præsumitur enim, quod stipulatio legitima intercesserit Bononiæ.

ADDITIO. Materiam istius l. plenè examinat Bar. in l. prima, supra de usur. & in l. sciendum. ff. de uerborum obligat.

g *Libello*. Precum porrectatum principi.

h *Stipulatum*. idest interrogationibus præmissis.

i *Tamen si res*. i. stipulatio, non dico epistolæ missio, qui enim coram est, epistolam non mittit.

k *Inter præsentes*. quod præsumitur, ut infra eodem, lege penultim, & institu. de fideiuss. §. fin. & de inuti. stipulat. §. si scriptum, & ff. de uerb. oblig. l. sciendum, & l. Titia, §. penul. nisi contra probetur, ut ff. de pactis, leg. iurisgentium, §. fere.

l *Stipulationem*. i. interrogationem, quæ præsumitur intercessisse, ut dixi.

m *Subsecutam*. i. vox promittentis est secuta uocem interrogantis quod est necesse, ut Insti. de uerborum obligatio. in prin. & facit vt fides epistolæ habeatur, ut ff. depos. leg. Publia.

Si.

SI filiæ.] CASUS. Si pater filiæ in potestate constitutę aliquid stipulatus fuerit, an illud petere possit sibi obligatione quæsita, quęritur. Et dicitur, quòd sic. Viuia.

a *Pecuniam.*] secus si in facto, quia tunc non valet, ut ff. eodem, lege quod dicitur.

b *Paratam.*] tibi patri, vt hic. & instit. de inuti. stipul. §. ei vero q. & ff. eo. l. cũ q. §. qui sibi. & l. dominus seruo. & ff. de pactis. l. & hęredi. §. nos autem. & hoc in profectitijs, uel alijs, quę ei quæruntur, alias ipsi filiæ per patrem vtilis quæritur actio, ut ff. de uerb. obl. l. quęcunque. §. si quis ita.

SI cum pecuniã tuã. CASUS. Mutuaui tibi pecuniam, & stipulatus sum eam reddi Titio; non valet stipulatio. & si Titius de facto egit, & exegerit, actione negotio. gestorum habendo ratam solutionem pecuniæ, a Titio recuperabo. Viui.

c *Crederes.*] Tuo nomine non Iuliani, alias quęrit ei actio, vt ff. si cer. pet. l. certi condictio. §. si nummos. & supra si cert. pet. l. si absentis.

d *Directa est.*] Nota, quod hic tenuit obligatio cõtracta re, nõ uerbis, & prætereà aut consistit in dando, aut in faciendo, si in dando, ualet, si in faciendo, non ualet.

e *Conceptione.*] quia alteri stipulari nemo potest, ut ff. e. l. stipulatio ista. §. alteri. & inf. tit. 1. l. 3. & si.

1† recontractam.

f *Obligationem.*] Bona est ratio, nã quia defecit ex stipulatu, remanet ex remuneratione, ut sic duo contractus interueniant, vnus utilis, alter inutilis, ut ff. si cer. peta. certi cõdictio. §. quoniã. si autẽ stipulatio teneret: quia tibi esset stipulatus, nõ posset agi ex numeratione, vt ff. de nouatio. si ita. in fi. & l. seq.

g *Exegerit.*] s. de facto. d iure nõ potuit.

h *Ratam habuisti.*] sed ad quod exigitur in ea ratihabitio, cũ ei fuerim stipulatus, vt argu. ff. de solutio. l. uero? Respon. ideo, quia persona Iuliani non ad solutionem, sed ad obligationem fuit apposita: quod fieri non potuit, quare secus esset in adiecto, ut ff. de uerbor. obliga. l. cum qui. §. qui sibi. & l. si ita stipulatus fuero si Titius. §. Chrysogonus. Sed econtra quomodo habeo ratum non meo nomine gestum? Respon. dic, quòd Iulianus nomine meo exegit, aliàs nõ, nisi debitor non esset soluendo. Vel dic habere ratum factum debitoris soluentis, qui ad vtilitatem creditoris soluebat, non Iuliani recipientis: quo facto debitor liberatur, sicque in subsidium contra Iulianum agitur; non ergo habeo ratum in subsidiũ, sed ex ratihabitione desicit actio, & sic contra Iulianum in subsidiũ datur.

Ijdem AA. Petronio.

LEX II.

SI filiæ tuæ, quam in potestate habebas, pecuniã [a] dari stipulatus es, paratam [b] obligationem exercere non prohiberis. PP. Nonis Nouemb. Faustino, & Rufino Coss. 211.

Stipulatio directa in personam absentis, nihil valet, sed quęritur obligatio stipulanti, & si talis absens exigit, stipulanti restituit. h. d. vel sic. Ubi stipulatio est inutilis, agitur ex numeratione. Iacob. Butri. vel sic. Cum duo cõtractus vniũtur, vnus vtilis, alter inutilis, agitur ex vtili. h. d. Bal. uel sic. Alteri stipulari nemo potest, & qui pecuniam alterius exigit, negotiorum gestorum actione tenetur. Bar.

Imperator Antoninus A. Hadriano.

LEX III.

SI cum pecuniam tuã crederes, [c] accommodato nomine Iuliani, stipulatio in personã ejus absentis directa [d] est, cum nihil sit actum ea verborum conceptione, [e] intelligis superfuisse tibi [1] † [f] rei contractę obligationẽ: ac propterea si pęcuniam à debitore tuo Iulianus exegerit, [g] eamq; solutionẽ ratam [h] habuisti, habes aduersus eũ negotiorũ gestorũ [i] actionẽ. PP. 6. Cal. Mar. Pręsente, & Extricato Coss. 218.

Qui stipulatur, cum morietur, ei, cui velit dari, sibi & hæredi suo intelligitur stipulari. h. d. & non est alibi secundum Bal. vel sic. Si mulier stipuletur restitui dotem suam cui relinquet, nihil disponendo videtur sibi seu hæredi suo stipulari, secundum Sal.

Imperator Alexander A. Sabinæ.

LEX IIII.

SEcundum responsum [k] Domitij, Vlpiani pręfecti annonę iurisconsulti amici mei, ea quæ stipulata est, cum moreretur, partẽ dimidiã dotis, cui velit, relinquere, reddi sibi, cũ moreretur, eam partẽ dotis stipulata videtur. [l] PP. 2. Cal. Apr. Alex. A. Coss. 223.

Ista est solennis lex, & habet duas lectur. & vnaquæq. est vera. Pœnalis stipulatio si nudo pacto subiicitur, per litis contestationem eius consistit conditio, & sequitur cõdemnatio. h. d. Vel sic, secundum vnam lecturam. Ubi stipulatio incipit à præcedenti facto pactionis nudæ, conuincitur litis contestatione super pactione nuda. vel secundum aliam lect. super conditionali, uel per interpellationẽ factam super pactione. h. d. Bal. vel sic. Ex nuda conuentione non datur actio, sed lite super ea mota, licet de facto, committitur sequens pęnalis stipulatio. h. d. Sal.

Impp. Diocl. & Maximianus AA. & CC. Isidoræ.

LEX V.

NVda [2] † pollicitatione [m] secundum ea, quæ sæpe [n] constituta sunt, ad præstanda ea, quę promiserat, vrgeri quemquam non semper [o] iura permittunt.

¶ Verum quoniã pręterea [p] si contra pactum fecerit, quã ti ea res [q] est, dari tibi stipulatur ...

i *Negotiorũ gestorũ.*] vt & sup. de nego. gestis, l. si pecunia. Sed certe imò mandati, vt ff. de reg. iur. l. semper qui nõ. Sed solue ibi fuerat prius mandatum & mandatum recusatum, & postea acceptum & ratũ habitum. at ubi nullum fuit mandatum, non potest dari mãdati, vt ff. manda. l. ex mandato. in fi. sed negotiorũ gestorũ, ut hic, & ff. de neg. gest. l. Pomponius. in fi. Itẽ no. hanc l. quod uolui, nõ potui, & quod potui, nolui. s. cum facere adiectum. sic supr. si q. al. vel sibi. multum interest.

Mandati actio non datur, ubi nullũ fuit mandatũ.

k SEcundum responsum Domitij.] Stipulata fuit mulier à marito dimidii dotis reddi, cum morietur, cui voluerit relinquere valet, & sibi stipulata videtur, & sic hęres aget, vt & su. de iur. dot. l. si mulier facit ad l. istam l. etiam in eo. tit.

l *Videtur.*] & sic tenet stipulatio.

m NVda pollicitatione.] alias stipulatione. i. nudo pacto quod multis vestitur modis, ut dixi supr. de pact. lege, legem. Acc.

n *Sæpe.*] ut d. l. legẽ. & supr. loca. l. si tibi. & ff. de pact. l. iurisgenti. §. quinimo. & dic casum, quod conuenimus de permutando, & si nõ dares, quod ex permutatione dare debes, per stipulationem promisisti, quanti mea interesset, non das, ago ad pœnam, & lite contestata in ea, committitur pœna. vel secundum Io. ago de facto ex naturali obligatione, ut des, quia de iure non possum litem in ea de facto contestari, statim committitur & petitur pęna. Acc.

2 † Ad sectũ huius legis, & qũ dicatur condõ existere, vide Alci. li. 3. parer. iuris. c. 9. Vi. Cuiac. 15. obser. 22. & 19. obs. 32.

o *Non semper.*] quia quandoque sic, ut no. in d. l. legem.

p *Praterea.*] i. pręter id, quod nudo pacto promisit.

q *Res.*] id est uerum & commune interesse, ut & ff. de verb. sign. l. hæc uerba.

lanti aduersarium tuum promisisse proponas, huius etiã obligationis [a] post motam litem [b] extitisse [c] conditionem, & eius [d] summæ, [e] quæ in hac quoque stipulatione continetur, petitioni locum factum esse conuenit. S. 5. Calend. Decembr. AA. Consulibus.

Promissum solenniter ex causa transactionis, si est certum, petitur per certi condictionem, sed incertum, petitur per actionem ex stipulatu. h.d. Bal.

Ijdem AA. & CC. Erotio.

LEX VI.

SCire debuisti, quæ sub transactione dari placita sunt, certi [f] vel incerti [g] stipulatione subsecuta, peti posse. [h] S. 16. Cal. Ianua. Sirmij AA. Coss.

Absentia tutoris commodum pupilli non impedit. h.d. Bal. vel sic. Minor potest sibi quærere sine tutoris vel curatoris authoritate. hoc dicit Bald.

Ijdem AA. & CC. Antonio.

LEX VII.

NEque tutoris, [i] † neque curatoris absẽtia quicquam stipulationi nocet: cũ & fœminam minorem viginti quinque annis, absente curatore, stipulari posse, non ambigatur. [i] S. 16. Cal. Feb. CC. Coss.

Impossibile secundum naturam non potest promitti: sed æstimatio hominis mortui potest promitti. h.d. secundum Bal.

Ijdem AA. & CC. Posidonio.

LEX VIII.

NOn moriturum [k] præstari seruum, impossibilis [l] promissio est.

¶ Post mortẽ autem eius [m] stipulatus, [n] rectè solutionem [o] postulat. S. 12. Calen. Mart. CC. Coss.

a *Obligationis.*] scilicet ex stipulatione. Azo. q.d. non solum si contineret hæc secunda pactio certum, sed etiam nunc, cum continet incertum, vel. i. non solum cum præcederet vestita: sed etiam nunc, cum præcessit nuda, committitur hæc secunda litis contestatio, secundum vtrumque intellectum. Vel. i. non solũ si incepisset a conditione, & desijsset iã posse dari uel fieri, sed et nunc, cum præcessit pactio nuda. hæc tñ nõ sic placet, medium placet. Et qđ subijcit, et eius summæ &c. q.d. nõ tantũ qñ esset certa, sed et tunc qñ incerta. Acc.

Filius captus ab hostib. inueniens patrē mortuū in ciuitate, succedit ei, vt suus hæres ex duab. fictionib. simul iunctis: s. ex fictione legis Corneliæ, & postliminij. h. d. tex. cum gl. Bal. vel sic: Reuersus fingitur nūquam captus, & patri licet ante eā defuncto, succedit ex testō, & ab intestato: & ei reuerso currit præscriptio. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC. Gregorio. [4]† LEX IX.

Captum ab hostibus filium patre mortuo medio [5]† tempore [c] lex Cornelia [d] reuersum, si in potestate patris tempore, quo capiebatur, fuit, suum facit hæredem vnde siue [6]† ex testamento ad te, siue ab intestato successionem patris tui pertinere apud præsidem prouinciæ probaueris: restitui tibi res hæreditarias iubebit, si non tantum postquam reuersus es, tempus effluxit, quantum intentionem tuam temporis prolixitate conquiescere faciat. [e] [7]† PP. 5. Id. April. AA. Coss.

Seruus reuersus ab hostibus restituitur domino, sicut filius patri. h. d. Bal. & Sal.

Iidem AA. & CC. Apollidoræ. [8]† LEX X.

Sicut liberis [f] captis ab hostibus, ac postliminio reuersis status pristinus restituitur, sic serui [g] domino. vnde si hæc, cuius meministi, ancilla patris tui fuit, nec commercio redempta est: [h] reuersa dominum, vel eius sequitur successorem, qui per captiuitatem [9]† hanc amiserat. S. 3. Cal. Maij, Hadriano p. AA. Coss.

Gratis dimissus non efficitur libertus redemptoris, sed durat ingenuus. h. d. Bal. vel sic: Si nexus pignoris redempto remittitur, libertus non efficitur, nec vllum obsequium debet remittenti, nec eius filiis. h. d. Sal.

Iidē AA. & CC. Eutychio. LEX XI.

SI liberum captum te ab hostibus commercio redemit Sabinus; & eū vinculum pignoris superstitem remisisse tibi probetur: non libertus effectus, sed ingenuitati, quam amiseras restitutus, nullum filijs [i] eius obsequium debes. S. 15. Cal. Iun. AA. Coss.

Qui virtute militum liberantur, non efficiuntur libertini, sed suam retinent libertatem. h. d. Bald.

Iidē AA. & CC. Quintianæ. [10]† LEX XII.

AB hostibus capti, [k] & non commercio redempti, sed virtute militum nostrorum liberati, ilico statum, quem captiuitatis casu [11]† amiserant, recipiunt: [l] serui autem dominis suis restituuntur. Receptos enim eos nō captos iudicare debemus; & militem nostrum defensorem eorum decet esse, non dominum. [m] S. 5. Cal. Ianuar. AA. Coss.

h *Redempta est.* si ergo donata esset alicui, nihilominus habet postliminium: si autem est redempta, statim fieret redimētis. vñ & manumittit, & necessarius est ei hæres, vt & ff. de acq. hær. l. si seruum quis. & ff. eo. l. in bello. §. manumittendo. Distinguitur tñ, quia si sciens alienum redimit, perpetuo audiatur dñs pretium offerens: si ignorans, & credens esse vendentis, auditur dñs intra triennium, nō vltra, vt ff. eo. l. in bello. §. si quis seruum.

9† al. captiuitate. Ancilla ab hostib. liberata: antiquo dño restituenda.

Si liberum.] CASVS. Si libero ab hostib. capto is, qui redemit ius pignoris remisit, nō erit libertus, sed ingenuus: vñ si redēptor decedat, filijs eius obsequium non debebit.
i *Nullū filijs.* immo pōt ꝑ te agi interdicto ꝑ libero homine exhibendo, vt ff. de li. ho. exhib. l. 3. §. 2.

Ab hostibus. CASVS. Captus ab hostibus si non redimatur, sed virtute cōmuni militum supeŕ hostium potestatem euaserit, pristinum statum recuperat. si seruus fuit, dño restituitur: nec apud militem, propter quem euasit hostium potestatem, remanebit, cum miles talium defensor esse debeat, non dominus.

10† al. Quintinianæ.
11† causa.

k *Ab hostibus capti.* & intra prædia hostium deducti: ante enim manet ciuis, nec fit seruus, vt ff. eo. l. postliminij.
l *Recipiunt*] vt insti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. sed & qui captus. Accur.

m *Non dominum.* nota militem debere defendere. Inde est, Miles vnde dicat. quòd dicitur à militia, i. à duritia quam sustinet pro nobis, vt ff. de milit. testa. l. 1. §. 1.

SI is. CASVS. Ingenua ab hostibus capta & redempta, si is, q redemit, eam matrimonio sibi copulauit, sibi cautè remisso pignore pristinum recupetat statum.

a *Tibi remisso.* tacitè. & est argu. supra de ope. libe. l. liberta, & facit sup. eo. l. 2. & l. si libertum.

1 † Colonia.

IVs. CASVS. Matre ab hostib. capta, & ibi decedēte, an filia reuersa ratione legis Corneliæ possit successionem matris vendicare, quæritur. Et dicitur, quod sic: nec sibi obeſt, quod medio tēpore erat in seruitute, quo minus res p maternam successionē sibi quæsitas possit vendicare.

b *Ius postliminij.* immo legis Corneliæ, vt sup. eo. l. captum, quæ est contra. Solutio vt ibi.

c *Ipsa.* filij.

d *Purgato.* scilicet ea reuersa, & sic purgatus est vigor illius euentus, s. quod fuerat capta.

e *Nec tibi.* nūc ī specie mutat personas.

f *Fortuna.* idest, infortunium.

IS qui. CASVS. Liber captus, & redēptus interim quousque pretium soluerit, vel per quinquēnium seruierit, in seruitio remanebit, si interim obueniat ei aliqua successio, vel deferatur, an eā vendicare possit, quæritur. Et dicitur, quòd sic, vt ex ea pretium soluere possit.

g *Potest.* nec enim seruus est, sed vinculo pignoris adstrictus, vt supra eo. l. 2. & ff. de testa. l. qui testamento §. 1. & ff. de leg. 2. l. senatus, §. fin.

2 † Patitur

COmmertio. CASVS. Si captam quis ab hostibus redemit, & interim dū in seruitio est, filios ex seruo procreauerit, an soluēte ea pretium, liberi ingenui remaneant, quærit. Et dicitur, quod sic.

k *Ex seruo.* nec. n. patrem, sed matrem sequiī, vt sup. de rei vend. l. partū. & q̄

Omnis pater ex naturali affectu desiderat habere filiū legitimum. h. d. Bald. vel sic: Contrahens matrimoniū cum ea, quam redemit ab hostibus, liberat eam à nexu pignoris. h. d. Sal.

Idem AA. & CC. Quartinæ.[1] †

LEX XIII.

SI is, qui te ab hostib. ingenuam captam commercio redemit, sibi matrimonio coniunxit, dignitate nuptiarum, & voto futuræ iustæ sobolis vinculo pignoris tibi remisso [a] reddi natales pristinos rationis est. S. 5. Idus Mart. CC. Coss.

Filia iure postliminii succedit matri. h. d. Vel sic: Filia reuersa ab hostibus succedit matri in ciuitate mortuæ: purgatur enim defectus captiuitatis, postliminii fictione. h. d. Bal. Et res hæreditarias vendicat. Sal.

Ijdem AA. & CC. Seueræ.

LEX XIIII.

IVs [b] postliminij filiam (rebus humanis exempta matre, dum in seruitutis ipsa [c] necessitate per captiuitatis causam fuit) euentus purgato [d] vigore, ad eius legitimā inuitat hæreditatem: nec tibi [e] medij tēporis fortuna, [f] quo minus res maternas successione quæsitas persequi possis, [2] iniuriā fieri patimur. [2] † S. 16. Cal. Apr. CC. Coss.

Redemptus etiam ante, quam offerat pretium redemptionis suæ, succedit parentibus suis. h. d. Bald.

Ijdem AA. & CC. Macrotraulo.

LEX XV.

IS[1], qui liber constitutus captus ab hostibus commercio redimitur, [3] † etiam, [4] † ante, quam restituatur pro eo data pecunia, successionis iura sibi vendicare fauore ingenuitatis potest, [g] vt ex ea possit pretium pro se datum exoluere.

Filius sequitur cōditionē matris quo ad libertatem. h. d. Bal. Vel sic: Filii concepti, vel etiam nati ex patre & matre captiuis, patre ibi mortuo, matre vero redempta, reuersi intelligūtur ingenui. h. d. Salic.

Ijdem AA. & CC. Basilidæ.

LEX XVI.

COmmercio redemptæ fœminæ filios, licet ex seruo [h] medio susceptos tēpore, origini igenuitatis matris, iuxta ea, quæ benignè placuerunt, [i] reddi conuenit. S. 5. Cal. Septemb. Viminatij AA. Coss.

Lex notabilis, & hoc dicit: Redemptus à captiuitate debet pretium pro redimendo solutum reddere redēptori, nisi mater redimeret filiū, quia tunc præsumitur fecisse causa pietatis, & non animo repetendi. h. d. Bald.

Ijdem AA. & CC. Diogeniæ.

LEX XVII.

LIbertus captus ab hostib. & commercio redemptus, tunc demum [k] cum pretium soluerit, vel ei hoc qualicumque remittatur iudicio, [l] 5 † statum [m] pristinum recipit. Quo genere, matre filium redimente, cum huiusmodi contractus, non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, voti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filium illico matri restituit, ita vt à ciuilis obsequio munerum propter casum præteritū filius non excusetur. [n] ¶ Proprietatis itaque ratione ab hostibus redempto filio facti te pœnitere, ac de pretio quicquam tractare non conuenit, [o] dotem tamen ab eo debitam iure concesso [p] reddi postulas. S. 3. Calend. Nouembr. Deuellij CC. Coss.

5 † indicio vt Cuiac. Nouel. 22

Captus ab hostibus, si rediens inuenit rem nō esse vsucaptam, vendicat eam: si autem inuenit eam vsucaptam, vel præscriptam, primo debet petere restitutionem in integrum, secundo aget rescissoria. h. d. Bald.

dicit medio, i. post redemptionē & an matur e redditionē p̄tij.

3 † il. red. mater.

4 † al. ante.

i *Placuerunt.* etiam non reddito pretio pro filijs, vt sup. eo. l. præses.

LIber. CASVS. Liber ab hostibus redēptus, cū pretium soluerit, vel ei remissum fuerit, [illegible] stinū recuperat statum. Si vero mater filiū suū redemerit; an pretium repetere possit, quæritur. Et dicitur, quòd non.

k *Tunc demum.* imo statim post redemptionem, vt sup. eodem, l. 2. Sed intellige tunc demum scilicet. vt habeat perinde, ac si non fuisset obligatus.

l *Iudicio.* vt suprà eo. l. l. fœdissimæ. & l. si is qui.

m *Statum pristinum.* per omnia: ante. n. quasi seruus est, cū seruire cogatur, vel pretium reddere, vt ff. de libe. ho. exhib. l. 2. ver. est tamen liber, vt dixi.

n *Excusetur.* scilicet filius.

o *Non conuenit.* præsumit enim donasse, nisi contrariū fuerit protestata, vt ff. de nego. gest. l. alimenta.

p *Concesso.* inquantum facere potest, vt ff. solu. matri. l. etiā filios, in princ.

Ab

Iidem AA. & CC. Trypiniano.

LEX XVIII.

Ab hostibus captis, ac postliminio reuersis, pro huiusmodi casu amissa, quæ in eadem causa[a. 1] † quidem durant, omnimodo directa: [b] quæ verò per vsucapionem, vel liberationem [c] ex bonis subtracta, vel non vtendo finita esse videntur, intra annum [d] vtilem experientibus actione rescissoria [e] restituuntur. PP. 12. Calend. Decemb. CC. Coss.

Inuiti ducti ab hostib. habent ius postliminii, idest reuersi recuperant bona: secus in iis, qui finxerunt se capi, vel trãsfugerunt ad hostes, quia bona perdunt, & ius postliminii non habent. hoc dicit Bald.

Imppp. Gratian. Valẽtin. & Theod. AAA. ad Seuerinum ducem.

LEX XIX.

Si* quos forte necessitas captiuitatis abduxit, sciãt, si non transierint, [f] sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare se [2] † debere, recepturos, [g] iure postliminij ea, quæ in agris, vel mãcipijs, seu alijs rebus [3] † antè tenuerunt, [h] & [4] † si à fisco nostro possideantur: [i] nec timeat quisquam alicuius contradictionis moram, cũ hoc solum [k] requirendum sit, vtrum forsitan [5] † aliquis cum barbaris voluntate [l] fuerit, an coactus. Dat. 16. [6] † Calend. Iul. Romæ [7] † Gratiano A. 5. [8] † & Theodosio [9] † Coss. 356.

Redempti ab hostib. debẽt soluere pretium redemptionis, vel seruire per quinquẽnium redemptori: alimenta autem eis præstita reddere non tenẽtur. h. d. Bal. Vel sic: Ab hostibus capti liberã habent facultatem remeandi, & eis pro alimonia datum, non repetitur, ad pretium tamen redemptionis ipsorum tenentur: quod non soluẽtes, per quinquennium redemptoribus seruire tenentur, & aliter eos retinentes ad domũ reuertentes puniuntur: similiter, & iudex, qui negligens fuerit. h. d. Sal.

Impp. Honor. & Theo. AA. Theodoro, PP.

LEX XX.

Diuersarum * homines prouinciarum cuiuslibet sexus, conditionis, ætatis quos barbarica feritas captiuitatis, [10] † necessitate trãsuexerat, inuitos nemo retineat, [m] sed ad propria redire cupientib. libera sit facultas. quib. si quicquã in vsum vestiũ, vel alimoniæ impensum est, humanitati sit præstitum, nec maneat victualis sumptus repetitio, exceptis ijs, quos barbaris [n] vendentibus emptos esse docebitur, à quibus status sui pretium propter vtilitatem publicam emptoribus æquum est redhiberi. Ne quando enim dãni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionem, decet [o] redemptos aut datum pro se pretiũ emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennij, vicem referre beneficii, habituros incolumem (si in ea nati sunt) libertatem.

¶ Reddentur igitur ædibus proprijs sub moderatione, quam [11] † iussimus, quibus iure postliminij etiam veterũ responsis incolumia cuncta seruanda sunt.

Abolitum.] CASVS. Captus ab hostibus, & reuersus, an recuperare debeat, quod habuerit ante captiuitatem? dicitur, quod sic, & si non sunt vsucapta vel præscripta, pro illis directa agere poterit: si sic, vtili rescissoria.

a In eadem causa.] quia nondum sunt præscripta.

b Directa. scilicet actione antiqua, vt supra de rei vend. l. ... ullo.

c Liberationem. s. per ... sonalia actione.

d Intra annum.] hodie quadriennium, vt supra de tempo. in integ. restitut. leg. superuacuam.

e Rescissoria. quæ statim reuerso competit secundum Ba. Sed inefficax antequam impetret eam à prætore vivente: s. secundum P. demum impetrata cõpe... contestata autem post impetrationem perpetuatur secundum Ioannem, vt plene diximus supra ex quibus causis maiores, l. fin. & facit supra qui non obstat longi tempo. præscript. l. ab hostibus.

Si quos. CASVS. Captus ab hostibus non sponte, sed vt hostium res quas habuit ante captiuitatem, & si à fisco possideantur, recuperat iure postliminij. hoc enim solum inquirendum est, an sponte, an coactus apud hostes steterit.

f Si non transierint. sponte subaudi si non habes, tunc enim denegatur eis postliminium. vt ff. eodem lege postliminiũ. §. transfugæ. & vbi inuentus potest occidi, vt ff. ad leg. Cornel. de sica. leg. tertia, §. fina. & & de pœnis. l. si quis aliquid. §. transfugæ.

g Recepturos. conditione ex hac l.

h Tenuerunt. iure dominij, vel possessionis forte.

i Possideantur. qui occupauit illo existente in captiuitate. Sed nunquid locum habet leg. cum quærebatur. supra vnde vi? Item quid si possessor titulum vel antiquiorem causam captiuitate prætendat, Respondeo, vt supra de edict. diui Hadria. tollen. l. finali. & ff. ad exhiben. leg. tertia, §. ibidem.

k Solum. imò & aliud, an fuerit tempore induciarum captus, quo casu non habet postliminium, vt ff. eod. l. postliminium. §. induciæ. & l. non dubito.

l Voluntate. quia transfuga (vt dixi) non datur postliminium, vt dicta l. postliminium. §. transfugæ. ff. eod. l. nec ei, qui victus, se dedit hostibus, vt ff eod. l. postliminij. §. captiuus. Si tamen bonus miles fuit antea, soli affirmationi eius creditur, alioquin non, vt ff. de re mili. l. non omnes. §. a barbaris.

Diuersarum. CASVS. Capti ab hostibus cuiuscumque prouinciæ fuerint, dum reuertuntur, non debent in via impediri: & si aliquid in eis impensum fuerit, illius non detur repetitio, quia pietatis causa videtur impẽsum fuisse: nec refert masculus fuerit, an fœmina, qui ab hostibus capiatur, & reuertatur, quia idem beneficium omnibus debet cõcedi. pretium vero pro quo redempti sunt, redemptoribus reddere compellendi sunt, vel loco preti, per quinquẽnium seruire redimenti, & tunc libertatem, in qua nati sunt, consequitur, & res suas, & iura recuperant: & si aliquis de partibus huic l. contradicendum putauerit, punietur. & hæc, quæ dicta sunt locorum episcopi, & curiales faciant obseruari, quod si non faciant, rector in decem libris, & apparitores eius in totidem punientur. Viuianus.

m Nemo retineat. vt supra de episco. audien. leg. Christianos.

n Barbaris.] qui hostes erant populi Romani. idem si quilibet alij sint hostes populi Romani.

o Decet. idest oportet, vt probatur supra eod. l. secunda.

Sic

---

1 † Eandem cim.

* Ex li. 5. tim. 5. l. 3. C. Th.

2 † al. decet & C. Th.

3 † Desunt C. Th.

4 † Sine. C. Th.

5 † Deest. C. Th.

6 † 16. C. Th. Iur. V.

7 † Rhemis

8 † A. 1. C. Th.

9 † Dagolipho.

* Ex lib. 5. ti. 5. l. 2. C. Th.

10 † Capti ua. C. Th.

11 † Qua. C. Th.

Sic econtra infra de rap. virgi. l. prima. §. hoc sit facultas. & ff. de iustitia, & iure. l. j. in prin.

a *Cum pœna deportationis.*] sed nonne, qui damnatur in metallum, libertatem amittit? sed qui deportatur, tantum ciuitatem, vt instit. de capi. di. §. maxima. & §. media? Sed dic, quòd impropriè dicit deportatio, quasi deportatur in metallum, sic supra vt nemo priuatus. l. secunda.

1 † Pertinuit.

DE INFANTIBUS expositis liberis, & seruis: & de ijs, qui sanguinolentos nutriendos acceperunt.

Non 1 tantum in captiuis opus pietatis exhibetur, sed et in infantibus expositis nutriendis, & ideo de hoc subijcit.

1 Tres ll. in hoc titulo positæ cōprehendūtur in ca. 1. de infan. & lang. exposit.

SI *inuito.* CASVS. Si aliquis me inuito partum ancillæ meæ exposuerit, an vendicare possim, quæritur. Et dicitur, quod sic: Ita tamen, quod id, quod alimentorum nomine, vel doctrinę in eo impensum est, refundam ei, nisi a fure eum vendicauerim.

† Idest recēs natos, sic. n. proprio nomine appellātur, vt C. Th. de expositis. l. 1. & 2. supra de patri. qui fil. distra. Con.

b *Si inuito.*] si autē eo volente, amitteret omne ius, quod in eo haberet, vt inf. eo. l. fi. in prin.

c *A fure.*] Nota ergo furem expēsas retinere non posse, sic & ff. de condict. fur. leg. ex argento. Sed videtur contra supra de rei vendicat. l. dominum, vbi dicit, malæ fidei possessorem necessarias impēsas detrahere officio iudicis, & vtiles tollere. Solutio aliud i alijs malę fidei possessoribus, & aliud in fure. Vel dic aliud in expensis factis in domo, & aliud in ijs, quæ abradi non possunt, vt argumen. ff. de rei vendi. l. si autem. §. fin. Accursius.

d *Restituas.*] sic ergo indistinctè reddunt bonę fidei possessori. Et sic est contra, dicta l. ff. de rei vendicat. sin autem. §. fina. & l. sequen. vbi dicit, non repeti expēsas factas in docendo, nisi in duobus casibus. Solu. ibi ideo quia habuerat operas eius, quæ poterant esse aliquę: hic non potuit habere, cum esset infans. ² Vel aliter, ut ibi. tet. nota, bonæ fidei possessorem exceptionem habere, malæ fidei non, sic inst. de rerum diuis. §. & ex diuerso. & facit sup. de nuptijs. l. patrem.

2 † al. esse tueret.

† Aduerte, quia expectatā æstimatio in ea pit esse quinto an no. l. 3. ff. de rei vendi. vi. Cuia. 9. obser. 38.

¶ Si quis itaque huic præcepto fuerit conatus obsistere, actor, conductor, procurator que, dari se metallis cum pęna [a] deportationis non ambigat: sin vero possessionis dominus, rem suam à fisco nouerit vendicandam, seque deportandum, & vt facilis executio proueniat, [1] † Christianos proximorum locorum volumus huiusmodi rei solicitudinem gerere. Curiales quoque proximarum ciuitatum placuit admoneri, vt emergentibus talibus causis, sciant legis nostræ auxilium deferendum, ita vt nouerint rectores vniuersi, decem libras auri à se, & tantumdum à suis apparitoribus exigendum, si præceptum nostrum neglexerint. Dat. 4. Idus Decemb. Rauēnæ Honorio 8. & Theodosio 3. AA. Coss. 409.

TITVLVS LII.

De infantibus expositis liberis, & seruis: & de ijs qui sanguinolentos * nutriendos acceperunt.

Alens partum expositū non tenetur eum restituere domino, nisi receptis sumptibus, & etiam mercede data ob aliquod artificium addiscendum. h. d. Bald. Vel sic: Partus ancillæ domino ignorante expositus, repeti potest, ad expensas tamen restituendas tenetur: nisi sint factæ à fure. h. d. notabiliter. Sal.

Imp. Alexander A. Claudio.

LEX PRIMA.

SI inuito, [b] vel ignorante te, partus ancillæ, vel adscriptitiæ tuæ expositus sit, repetere eum non prohiberis. Sed restitutio eius, si non a fure [c] vendicaueris, ita fiet; vt si quæ in alendo eo, vel fortè ad discendum artificium iustè consumpta fuerint, restituas. [d] [2] † PP. 3. Calen. Iun. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Dictum est in l. præceden ti, quòd si domino inuito, vel ignorante partus est expositus; potest dominus vendicare: sed hic dicitur, quòd eo volente, vel exponente, perdit dominium, quia ille, qui pereuntem contemnit, suum dicere nequit. h. d. Bald. Vel sic: Exponens sobolem propriam, quam nutrire tenetur, venit puniendus, ne dominus recuperat seruum, quem exposuit. Sal.

Imppp. Valentin. Valens & Gratian. AAA. ad Probum, PP.

LEX II.

VNusquisque * sobolē [e] suam nutriat: quòd si exponendam putauerit, animaduersioni, [f] quæ constituta est, subiacebit. sed nec dominis, vel patronis repetendi aditum relinquimus, si ab ipsis expositor quodammodo ad mortem voluntas misericordiæ amica collegerit, nec enim suum quis dicere poterit, quem pereuntem contempsit. [g] Dat. 3. Non. Mar. Gratia. A. 3. & Equit. Coss. 374.

VNusquisque. CASVS. Si filium suum naturalem, & legitimum, uel naturalem tantum exposuerit quis, pœnæ legibus statutæ subiacebit: si verò dominus seruum, vel patronus libertum exposuerit, repetere nō poterit: nec illud suū dicere potuit, quod vt non periret, contempsit.

e *Sobolem.* legitimū, & naturalem, vel naturalem tantum, vt tit. 7. lib. 4. supra de natu. lib. Au then. licet.

† Ex li. 5. tit. 7. lib. 4. C. Th.

f *Animaduersioni.*] extraordinarię, vt supra de patria pot. l. nec filium. & ff. de lib. agno. l. prima. §. pœna. tenetur etiam quasi occiderit aliū, vt ff. de lib. agno. l. necare.

g *Contempsit.*] vt ff. pro derelicto. l. fi. & supra de Lati. liber. toll. l. prima. § sed scimus. Sed arg. contra. ff. de stat. homi. l. seruus. Acc.

Suspiciens expositum, non efficitur dominus eius, etiam si ea mente, vel protestatione suscipiat: & ideo talis expositus si erat ingenuus, remanet ingenuus: & potest succedere, contrahere, & testari in quamcunque personam, etiam præterito ipso alimentante. hoc dicit Bald. Vel sic: Expositi cuiuscunque conditionis, per exponentes non possunt vendicari: nec per colligentes possunt, vt serui, vel libertini retineri, sed ingenui intelliguntur: & quicquid quærunt, sibi quærunt, & ad eorū successores transmittunt, & competens iudex est præses prouinciæ, ciuitatis defensor, & episcopus. h. d. Sal. & est notabilis lex.

Imp. Iustin. A. Demosthe-ni, PP.

LEX III.

SAncimus, [a] * nemini licere, siue ab ingenuis genitorib. puer paruulus [b] procreatus, siue a libertina [c] progenie, [d] siue seruili conditione [e] maculatus, expositus sit, eum puerum in suum dominium [f] vendicare, siue nomine dominij, siue adscriptitiæ, siue colonariæ conditionis.

¶ Sed neque iis, qui eos nutriendos sustulerunt, licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione [g] ita eos tollere, & educationem eorum procurare, siue masculi sint, siue fœminæ, vt eos loco seruorum, aut loco libertorum, vel colonorum, aut adscriptitiorum habeant, sed nullo discrimine habito, ii, qui ab huiusmodi hominibus educati sunt, liberi, & ingenui appareant, & sibi acquirant, & in posteritatem suam, vel in extraneos hæredes omnia, quæ habuerint, quomodo voluerint, transmittant, nulla macula seruitutis, vel adscriptitiæ, aut colonariæ conditionis imbuti, nec quasi patronatus iura in rebus eorum iis, qui eos susceperint, prætendere concedimus, sed in omnem terram, quæ Romanæ ditioni supposita est, hoc obtinere. Neque enim oportet eos, qui ab initio infantes abiecerunt, & mortis forte spem circa eos habuerũt, incertos constitutos, si qui eos susceperint, hos iterũ [h] ad se reuocare conari, & seruili necessitati subiugare. Neque ii, qui eos, pietatis ratione suadente, sustulerint, ferendi sunt denuo suam mutantes sententiam, & in seruitutem eos retrahentes, licet ab initio huiusmodi cogitationem habentes, ad hoc prosiluerint, ne videantur quasi mercimonio [i] contracto, ita pietatis officium gerere. Hæc obseruantibus tam viris clarissimis præsidibus prouinciarum, quàm viris religiosissimis episcopis, necnon officijs præsidalibus, & patribus, & defensoribus ciuitatum, & omni ciuili auxilio. Dat. 15. Calend. Octobr. Chalcedone, Decio V.C. Cos 529.

IN AVTHENTICA, constitutio quæ ex adscripti. §. 1. colla. 5. constit. 6.

Ista Auth. dicit, quod nati ex libera persona, & adscriptitio, sunt adscriptitii ex iure ueteri, & nihil innouat ista Auth. h. d. Bal. vel sic: Hodie natus sequitur cõditionem matris, siue sit natus ex libera, siue ex adscriptitia, licet olim ex libera, & adscriptio natus sequeretur conditionem patris. Sal.

ANtiqua lex erat, quæ dicebat, ex persona libera, & altera adscriptitia natos, adscriptitiã sequi conditionem: [k] quod per Iustinianum [l] ad ius commune liberi ventris redactum est.

Imp. Iustinian.

LEX IIII.

SAncimus, * vt quoscunque, vel in ecclesijs, vel in vicis vel alijs locis abiectos cõstiterit, ij modis omnib. liberi sint. Etiam si certam quandam probationem petitor habeat, quæ o endat eiusmodi personã ad suum pertinere dominium. Nam si legibus nostris statutum est, vt serui ægrotantes a dominis neglecti, & qui velut desperata eorum valetudine possessorum curatione digni non censentur, omnino in libertatem abripiãtur, quonam pacto in ipsis vitæ primordijs aliorum hominũ pietati relictos, & ab eis educatos, in seruitutem iniquam pertrahi patiamur? Enimuero liberos esse sancimus, ne illis quidem, qui hæc faciunt, irrogandas ex legibus nostris pœnas effugientibus, velut omni refertis inhumanitate, & crudelitate, quæ tanto quouis homicidio peior est, quanto miserioribus eam inferunt.

SAncimus.] CASVS. Si partum expositum quis nutriri faciat, non poterit dicere puerum illum seruum suũ & quicquid acquirit, sibi acqrit nec dñs illius infantis poterit eum in seruũ vendicare, cum noluit ei præbere alimenta.

a *Sancimus nemini.*] omnes alios comprehendit, præter colligentẽ, de quo subijcit ibi, sed neque, &c.

b *Paruulus.*] id est, qui hoc ipso paruulus est, quòd puer est, idest minor 14. annis masculus, vel 12 fœmina. Vel dic, puerum, idest infantem, vt restringatur puer per id, quod dicit paruulus: secus enim in puero, nisi languidus esset, vt sup. d. Lati. libe. toll. l. prima. §. sed scimus. sed & in non puero, si non exponatur, sed denegantur ei alimenta, non eripitur in libertatem, sed pro derelicto habetur, ut ff. pro derelicto. l. fi. vt ita concedatur occupanti. vel datur patri, vt dicta l. dicit. Vbi autẽ exponitur puer, non est idem liber, quia habuit eum pro derelicto, nam si etiam contra vellet, idem esset propter delictũ suum, & libertatis fauorem. Azo. & hæc l. est ferè de verbo ad verbum supra de episcop. audien. l. nemini.

c *A libertina progenie.*] idest a patre liberto, nam filius eius est ingenuus.

d *Progenie.*] Forte matre, vel patre, qđ hodie non est, nisi in matre. & sic lege Auth. antiqua, &c. quæ est col. 5. consti. & quæ est ex adscrip. &c. Vel dic, quod nec hoc intelligebat, nisi de eo, qui ex matre tali esset natus. Accur.

e *Conditione.*] hic comprehẽdit seruũ, & adscriptitium, & prout ad adscriptitium refertur gloss. quam hic habes, forte matre, &c.

f *Dominium vendicare.*] hoc accipe, si do- mino volente expositus est, quia ei subiectus est, vt infra ead. l. ibi, neq; enim, & e. aliàs contra, vt supra eod. l. 2. Item nũquid patre exponẽte amittit ius vendicandi in filiũ? videtur, quòd sic, ex hac l. licet non bene speciat. Et pro hoc supra de patria potesta. l. pen. Sed argum. contra supra de nupc. l. patrem. Cui responderi potest, quod de facto contradicebat ibi pater, non de iure.

g *Distinctione.*] in eo animo, vt sint sui, vel nõ colligant eos, vt inf. hac l. ibi, licet ab initio, &c. Accur.

h *Iterum ad se.*] scilicet, qui abiecerant.

i *Mercimonio.*] misera redemptiõ videtur. sic & inf. de aboli. l. 2.

k ANtiqua Conditionem.] hoc est, siue mater siue pater adscriptitiæ conditionis, filij sunt eiusdem. Accursius. & forte erat hæc lex, sancimus. Vel dic, quod non habemus eam, quia per legem Codicis sequebatur matris conditionẽ tantum, non patris, vt supra de senatusc. Claudi. li. & infra de agric. & censit. l. fin. lib. 11. quæ sunt Iustiniani, sed hoc solum addit Auth. vt patet in corpo. quòd in filijs tantum futuris intelligantur leges C. prædictæ.

l *Per Iustinianum.*] non Auth. sed per prædictas leges Codicis.

* Pers l. 28. sup. de episc. aud.

* Allegement.

* Leũclaij, interpretatio. Vid. l. vnic. §. 5. sup. de Lati. liberta.

QVAE

QVAE SIT LONGA consuetudo.

Dictum est supra de iure scripto: videamus de iure non scripto, & ideo ponit, quæ sit longa consuetudo. Azo. Sed quæ est longa consuetudo? Licet enim rubri. quærat, non tamen soluit l. huius tituli. Sed dic secundum Ioannem decem annorum. argumen. ff. qui & a qu. b. maior. licet. l. si cum fideicommissa. §. Aristo. & hoc patet etiã ex eo, quod dicitur longa, vt hic, & ff. eodem, in rub. Longa autem dicitur decem annis vt Institut. de vsu cap. §. 3 tim. sequitur ergo quod decem annor. &c. Sed nunquid sufficit semel sic in decem annis iudicari? Respondetur non, imò bis, vt supra de episc. audi. l. tertia. in fine, vel quærimoniam, vel libellum propositum contra talem consuetudinem spernere, vt ff. eodem. l. cum de consuetudine. Nunquid ergo iudicatur exemplis? Respondetur non, vt supra de sen. l. nemo. sed ex consuetudine, quæ probatur exemplis, & sic conceditur aliquid per obliquum, quod directo non cõceditur. sic ff. quæ res pign. oblig. possunt. l. Aristo. sic ecõtra peto ex permissione. quæ permissio probatur ex longo vsu, vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso. Vel dic, quòd licet duę vices faciant consuetudinem: verum est, si populo placuerit, vel consilio (quod eius vicem repræsentat) placet, vt idem fieret in futurum. Vel dic non exemplis vnius, sed plurium: vel non malis, sed bonis: si ergo inducitur decem annis (vt dictum est) multo magis viginti, aut triginta annis. Si autem tanto tempore, quod non extet memoria: tunc potius dicitur vetustas, quàm consuetudo. Inducitur autem consuetudo per duas sententias, vt dixi. Item ex eo, quia perpetuo sic obtentum est sine contradictione, vt quia clerici vendunt sine decreto episcopi rem ecclesiæ, vt ff. eodem, l. si de interpretatione: vel quia libelli quærimoniarum non fuerunt de talibus recepti, vt de porticibus supra vias publicas, vt ff. eodem, l. sed eo & l. cum de consuetudine. Item ex eo, quia fuit contradictum quandoque non esse consuetudinem: & reprobata contradictione iudicatum est esse consuetudinem, vt ff. eo. cum de consuetudine.

2 † Paulino. al. Aliteo.

TITVLVS LIII.

Quæ sit longa consuetudo.

Consuetudo rationabilis extenditur de casu expresso ad casum tacitum, in quo eadem ratio reperitur. h. d. Bal. Vel sic: Consuetudo loci probata debet seruari, & non contra eam fieri, et ratio consuetudinis debet attendi. hoc dicit. Sal.

Imper. Alexan. A. Apro.[2] †

LEX PRIMA.

PRæses [a] prouinciæ probatis ijs, [b] quæ in oppido frequenter [c] in eodem controuersiarum [d] genere seruata sunt, causa cognita, statuet. [e]

¶ Nam & consuetudo præcedens, & ratio quæ consuetudinem [f] suasit, custodienda est. Et ne quid contra longam consuetudinem fiat: ad solicitudinem suam reuocabit [g] præses prouinciæ: PP. 6. Cal. April. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Magna est auctoritas consuetudinis: tamen non tanta, quod vincat rationabilem legem. h. d. in rubr. Bal. vel sic: Consuetudo non est vilis auctoritatis, ideo pro lege seruatur, non tamen est tãta, quod vincat legem, vel rationem, nisi respectu obseruationis in loco illo, in quo est consuetudo. h. d. secundum Sal.

Imper. Constantinus A. ad Proculum.

LEX II.

COnsuetudinis [*] vsusque [b] longæui [i] [2] † non vilis auctoritas est: verum non vsque adeo sui valitura momento, [k] vt aut rationẽ vincat, aut [*] legem. [l] Da. 7. Calen. Maij, Constantinop. PP. A. 5. & Licinio Cæs. Coss. 319.

PRæses.] CASVS. Consuetudo est, vt filius vasalli monachus, in feudum succedere non debeat. Sed quid si non est monachus, sed canonicus regularis: nunquid idem est? Dicitur, quòd sic: quia de similibus ad similia debet procedi. Si quid vero contra consuetudinem fiat, hoc reuocabit præses.

a *Præses.*] pone, quod consuetudo est ex certa scientia inducta, vt si dicunt, apponat manum suam ad plaustrum: rusticus non tenetur de vno. Idem ergo erit in oleo: hoc non placet, per leg. ff. eodem quod vero contra rationem. & leg. quod non ratione. & in authentic. vt nulli iudic. §. primo, collatio noua. Ideo dic loqui in ijs, quæ sunt præter legem, vt in feudis, & similibus, si consuetudo est, quod non succedat mancus, idem sit in eo, qui aliter est debilitatus. & quod est in monacho. idem in canonico regulari. & pro hoc est ff. eodem, de quibus. secundo respon.

b *Probatis.*] sed cum consuetudo est ius, ergo probatur ius, quod non debet esse, vt ff. de probatio. leg. ab ea parte. Sed hic illud in iure, scripto, quod certum, & finitum, vt ff. de iur. & facti ignoran. l. secunda. at hic non scriptum pendet ex facto, quod factum est necesse probari, vt hic dicitur.

c *Frequenter.*] idest vsitato modo.

d *Controuersiarum.*] vt & ff. eodem, l. cum de consuetudine. & supra de ædific. priu. l. an in totum. & ff. de testi. l. tertia. in fine. Sed quid si alia sit consuetudo in foro actoris, alia in foro rei, cum terræ sint diuersæ? Quid etiam si iudex habet suam consuetudinem? Respondetur, seruabit iudex, quam volet secundum H. argumen. ff. de arbitr. l. si cum dies. §. si arbiter. Sed [illegible] est dici, quod locus iudicij sit spectandus, vt argum. e supra de emancip. liber. l. prima.

* Cõcor. eo. cũ cõsuetudinis. cum gl. &c. fi. ext. eo. tit. 2 † al. longæuus.

* Legẽ tã põt abrogare: neq; vero hoc erit vincere legẽ. Itaque nõ est huic loco contraria l. de quib. ff. de legib. Cont.

ADDITIO. Tu dicas, aut consuetudo spectat ad litis ordinationem & tunc seruatur illa, quæ est in foro iudicij. Aut ad litis decitionem, & tunc illa, quæ in foro siue loco contractus est, vt l. prima. in principio. ff. de vsu. & l. si fundus. ff. de euictio. Ita distinguit Odofred. hic, & Bartol. post eum in l. infra proxim. in versicu. 33. quæro &c.

e *Statuet.*] s. consuetudinem.

f *Consuetudinem.*] scilicet primam: quæ æquè bene facit ad causam de quo quæritur: igitur idem ius sit reddendum, vt ff. de verborum obligationibus. l. a Titio in fine. Et nota rationem legis attendi, non minus, quam legem, vt not. ff. eodem, l. non omnium. Item nota, quod sicut trahitur de similibus ad similia ius scriptum, vt ff. eodem, l. non possunt. sic & non scriptum ad non scriptum, vt hic: & dicta l. ff. eodem. l. de quibus 2. respon.

g *Reuocabit.*] mos namque seruandus est, &c. vt supra de testa. l. testamenta.

COnsuetudinis.] CASVS. Posset quis dubitare, cuius potestatis esset consuetudo. Et respondetur, quod consuetudo non est vilis auctoritatis: non tamen tantæ auctoritatis, quanta est lex, el ratio. vnde legem vel rationem vincere non potest.

h. *Consuetudinis Vsusque.*] pro eodem pone, & ita lege, que pro idest.

i *Longæui.*] vetus scilicet, non extat memoria.

k *Momento.*] dicitur hic momentum, pro eo tempore, quo roboratur consuetudo, scilicet decem annorum. aliàs pro paruo tempore, vt pro puncto. aliàs pro die, vt supra de ferijs. l. omnes iudices.

l *Aut legem.*] i. rationabilem legem, vel rationem, idest: mentem.

mentem siue æquitatem legis scriptæ, & legem scriptam & strictam, vt patet in Macedoniano. §. quod dicit de filijs, idem dicit æquitas de nepotibus, vt ff. ad Maced. l. pe. in fi. & ff. si qua pau. fe. di. l. pe. & insti. de le. patro. tu. in princ. nec ergo tollet legem, quæ loquitur de filijs, nec rationem siue mentē, quæ ad nepotes extenditur secundum P. vel rationem, idest legem, in qua est ratio, vt est in multis. Verbi gratia, ne vxor teneatur furti, ne aliqua seditio oriatur, vt sup. de fur. l. fi. in fi. Vel legem sine ratione, cuius est exemplum, quod vsucapio triennio finitur, vt ff. de vsucapio. Et not. non minus attendi mentem siue rationem legis, quam ipsam legem, vt sup. eod. l. proxi. Sed videtur finis huius legis contrarius principio, nam si nō est vilis auctoritas, ergo vincit legem, & ut in fi. dicitur contra. Ad quæ dicunt quidam vt B. quod loquatur primo in genere, postea in specie negetur, & sic derogat in parte, nō abrogat, quod est in totum, vt ff. de verbor. signif. l. derogare. Vnde versus. Est genus in primo, species seruat in imo. Alij intelligunt principium de ea, quæ est secundum legē, siue de ea, quæ est contra. Tu dic secundum Ioan. quod consuetudo vincit legem, siue sit generalis, & tunc generaliter, siue sit specialis, & tunc specialiter, & sic non est vilis auctoritas, non autem specialis vincit generalem, & hoc subijcit, non vsque adeo, &c. Sed videtur, quod consuetudo indistinctè tollat legem, vt ff. eod. l. de quibus. in fin. quæ est contra. huic fin. Solu. secundum P. illa loquitur secundum sua tempora, secundum quæ consuetudo erat populi, & lex populi, & sic vna poterat aliam tollere. At hodie principis est facere legem, & sic consuetudine populi tolli non debet. secundum M. loquitur ibi de alia consuetudine scripta, scilicet iure municipali, quæ tollitur a sequenti consuetudine, non autem lex scripta in corpore iuris tollitur consuetudine, vt hic. Tertij dicunt, aut lex est talis, cui possit derogari per pactum, vt in Velleiano, vt ff. ad Vellei. l. fina. §. penult. tunc consuetudo derogat ei, an non, vt in pacto legis commissoriæ, & alijs, quæ no. supra de pactis. l. si quis in conscribendo, & tunc non, & merito parificant consuetudinem pacto, cum ipsa sit tacitus consensus, ut in l. contraria. in fin. & ff. eod. l. de quibus. Sed hoc non placet, ut pacto parificetur consuetudo, quia secundum hoc furiosis, & similibus, qui expressè vel tacitè consentire non possunt, ut ff. lo. l. qui ad certum. non objiceretur consuetudo, quod est falsum. Sed posset responderi, imo nihilominus poterit obijci, quia maior pars vniuersitatis consensit, vnde perinde est, ac si omnes consensisset, vt ff. ad municip. l. quod maior. Sed Ioann. dicit, quod illa regula locum habet in electionibus, & in ijs, quæ singulorum prouident, vtilitatibus. Item & ad hoc, quod vniuersitas possit conueniri scilicet si maior pars fecit contractum, vel obligationem aliquam. Non autem ideo locum habet illa regula, vt aliquis ignorans conueniatur singulariter. Hæc autem consuetudo patrimonio singulorum detrahit, & aliquem obligat, quod facere non potest pars maior, nam si millesies consentiat maior pars, quod ego alicui tenear, non per hoc tenebor. Quarti dicunt, an lex est sola, & consuetudo ei contraria, vt tunc legem abroget, an uero lex lata postea sit consuetudine roborata, & sic contraria consuetudo postea inducta, a lege tollitur, arg. eius quod de vēditione dicitur, quæ solo dissensu tollitur, si traditione non sit roborata, aliàs non, vt sup. quandò liceat ab emp. dis. l. 1. & 2. * Quinti dicunt, quòd bona consuetudo vincit legem, vt ibi: mala non, vt hic. Sexti dicunt, quod ex certa scientia viens populus contra legem, vincit consuetudo legem, ignorans non, quod non placet, quia melioris cōditionis esset populus delinquens, quam innocens, quod esse non debet, vt ff. de noxa. l. non solum. Tu dic sm Io. & Azo. & nos breuiter, quòd ibi loquitur de generali consuetudine, quam princeps patitur ex certa scientia, quæ generaliter tollit legem, vt ibi: hic de speciali alicuius loci, quæ legem nō abrogat, etiam si ex certa scientia sit inducta, licet eo loco seruetur, vt ff. communia prædi. l. venditor. §. si constat. & ff. de adqui. tu l. fine herede. §. Lucius. Sed videtur contra. l. quæ lex sequens tollat cōsuetudinem speciale vt ff. d sepul. vio. l. 3. §. diuus Hadrianus, sed ibi fuit lex facta post consuetudinem, secus si antea erat lex, vt dixi modo, nisi prohibita sit a lege consuetudo specialis, vt sup. de vsur. l. eos. §. pen. Bene dixi ex certa scientia, quia si per errorem inducta esset, nec sic in eo loco legi derogaret, licet quidam contra, qui aliter, quam nos ponunt casum illius l. vt ff. eod. quod non ratione, ut ibi not. Vltimo quæro, quid si post præscriptam consuetudinem vtamur semel, vel bis in contrarium, an sit interrupta. Respon. non puto secundum quosdam, vt ff. de reg. iur. l. nemo alieno. & temporalis. & argu. ff. de pac. l. si vnus §. si pactum. & ff. de iti. actuque pri. l. 1. §. 1. & l. 2. Item cum municipes ex certa scientia contra legem vtantur, an delinquant omnes, & sic puniantur, ac qui ijs contra legē faciunt, ut ff. de pœnis. l. sanctio legum? Resp. nō, quia princeps scire fingitur, & sic consentire, sicut & si res mea vsucapitur, vt ff. de verb. sign. l. alienationis.

* Hac enim glossa Azonis nunc sequitur gl. Acc.

† Alij codices principibus, & principalibus legūt.

Consuetudo legē imitans, & antiquitus approbata, tenaciter est seruanda, & habet vim concessionis collegiorum, vel curiarum. h. d. Bal. Vel sic: Consuetudo legem imitatur, & pro lege seruatur. h. d. secundum Sal.

Impp. Leo, & Anthemius AA. Alexandro.

LEX III.

Leges quoque ipsas antiquitus probata, & seruata tenaciter consuetudo imitatur, [a] & retinet, [b] & quod officijs, curijs, [c] ciuitatibus, † principijs, [d] vel collegijs præstitum fuisse cognoscitur: [e] perpetuæ [f] legis vicem obtinere statuimus. Da. 7. Idus Septemb. Martiano. & Zenone Coss. 469.

TITVLVS LIIII.

De donationibus.

Qui tradidit instrumentum, videtur tradere possessionem rei. h. d. Bal.

Impp. Seuerus, & Antonin. AA. Lucio.

LEX PRIMA.

Emptionem * mancipiorum instrumentis [g]

[a] Leges. Imitatur.] idest tantum consuetudo valet vbi lex non est scripta, quantum ipsa lex, vbi est scripta. Et sic nota tres virtutes consuetudinis, imitandi, vt hic, & insti. de iure natu. §. ex non scripto. Item interpretandi, vt ff. eo. si de interpretatione. Item corrigendi, vt diximus sup. l. prox. Item & quarto corroborandi, ut hic subijcit, & retinet, &c. scilicet cum vtitur populus sicut lex dicit.

[b] Retinet.] sicut enim leges stringunt, & regunt vitas hominum, ita & consuetudo retinet ius eorum.

[c] Curijs.] idest curialibus, & sic de sequentibus.

[d] Principijs.] principibus, aliàs est principalibus, & aliàs principijs. *

[e] Cognoscitur.] ex consuetudine ab aliquo, vel aliquibus. Vel dic præstitum per patientiam principis permittentis vti consuetudine aliqua. Azo. vt sic faciat ad titulum.

[f] Perpetua.] si dicas perpetuæ, idest generalis, est contra sup. de leg. & consti. l. 3. Seu dic idest non ad tempus, sic, & supra de diuer. rescri. l. 1. & 2.

* Concor. c. 2. cū gl. super verbo, signū circa medi. ext. de consuetu.

* Principia hic, & l. 12. ff. de re milita. loca dicuntur, vbi principes milites stabant, hinc principalis porta, quæ in eo erat loco, in quo principes ordines tēdūt. Festus in principales. Goth.

DE DONATIONIBVS.

Quia per stipulationem tantum olim fiebat donatio, vt inf. eo. l. si quis argentum. §. fi. de qua est dictum, ideo de donationibus dicit.

Emptionem.] CASVS. Emi mancipium, dedi tibi instrumentum emptionis, an mancipium videatur tibi donasse, quæritur? & dicitur, quod sic.

[g] Instrumentis.] scilicet præsentibus seruis datis.

Donatis,

a Donatis.] sic & in fenilibus, & legatis, ut ff. de legatis primo, l. seruum filij, §. si cum. si tamen pretium sit solutum in venditione: idem in pignoratis, ut supra quæ res pign. oblig. possunt, l. cum confites & supra de hæ. ven. l. penultim.

soluit tributa, nunquid tibi domino præiudicat? Dicitur, quod non, & si est litera, cuius, vel cui. & dic sic, Titius credens rem sibi donatam, cum non erat, soluit tributa, vel illi, quibus Titius erat hæres, soluerunt, an præiudicatur domino, quæritur? & dicitur, quod sic, maxime si in

b Et traditis.] præsentibus seruis, ut argu. ff. de contrahen. empt. l. clauibus. Vel aliud in donatione instrumentorum, cum instrumenta sint præsentia. Ideo nota hic aliud fingi dari propter eius cohærentiam, & ad hoc, ff. de legatis tertio, l. qui chirographum.

c Et traditionem.] hoc si donator possidebat, alias non. argum. ff. de rei vend. l. quidam & facit supra de remiss. pig. l. creditricem.

d Actionem.] si postea cœperit possidere.

SI nominis. CASVS. Si ignotam te debitore meo, ius quod cõtra eum habebam, filio meo emancipato titulo donationis cessero, an valeat donatio, quæritur? & respond. quod sic. videbatur, quòd non, quia facta erat debitore ignorante. contrarium tamen est verum.

e Necessarium.] hoc in delegatione opus esset, ut supra de nouat. l. 1. & sic hic duo ibi, scilicet in delegatione, tres personæ sunt necessariæ.

f Cum satis fuerit.] iure isto, sed olim poterat reuocari, ut infra eodem l. illam. in fi. & facit ad hāc l. supra de distra. pigno. leg. 2. & supra debi. vend. pig. impet. non poss. l. secunda.

SPem. CASVS. Stipulatus sum à te decem, si nauis ex Asia venerit spe futuræ actionis, an tibi donare possim, quæritur? & dicitur quod sic.

g Futuræ actionis.] ut quia sit sub conditione, uel in diem

donatis,[a] & traditis,[b] & ipsorum mancipiorum donationem, & traditionem[c] factam intelligis: & ideo potes aduersus donatorem in rem actionem[d] exercere PP. 5. Calend. Iul. Faustino, & Rufino Coss. 211.

Vbi donatur, vel ceditur actio, non est necessarius consensus debitoris, contra quē actio ceditur, vel donatur. h. d. Bald.

Imp. Gordianus A. Leonidi.[1] †

LEX II.

SI nominis persecutionem in te, emancipatam pater tuus titulo donationis transtulit, frustra prætendit, qui debitori tuo heres extitit, consensum fuisse debitoris necessarium,[e] cum satis fuerit[f] actiones eo nomine tibi mandatas fuisse. PP. Idus Mar. Gordiano A. secũdo, & Pompeiano Coss. 241.

Jus conditionale potest cedi, & donari: & iura conditionalia appellantur spes, ut institu. de verbor. obligatio. §. ex conditionali. hoc dicit Baldus.

Imp. Decius C. Marcellino.

LEX III.

SPem futuræ actionis,[g] plena incedente donatoris voluntate, posse transferri, nō immerito placuit. PP. Nonis Mart. Decio A. 1. & Grato Coss. 251.

Solutio datarum, & collectarum facta ab eo, cuius res non est, non tribuit dominium. Bald. Vel sic: Solutio functionum non probat soluentem dominum. hoc dicit Salic.

Imp. Probus A. Marsiæ.

LEX IIII.

SI functiones, exactiones, vel tributa per eum, cui[h] donata res non erat, vel ab actoribus[a] † ipsius nomine celebratæ sunt, tibi obesse nō potest. PP. 5. Calend. Ianuar. Messala, & Grato Coss. 280.

Commemoratio donationis inter viuos facta in testamento, si non apparet de donatione inter viuos, habet vim testamenti. Bald. Vel sic: Verba confessionalia donationis in vltima voluntate emissa, fideicommissum inducunt, si aliter de donatione non apparet. hoc dicit Salicetus.

Impp. Carinus, & Numerianus AA. Flaconillæ.

LEX V.

SI donatio per epistolam facta non apparet, verba tamen testamenti, quibus liberalitas testatricis[i] confirmata est, fideicommissum cõtinere non ambigitur. PP. 6. Calend. Febr. Romæ, Carino 2. & Numeriano AA. Coss. 284.

Donatio potest fieri inter absentes, & adepta possessione ex causa trāsit dominium. h. d. Bald. Vel sic: Donatio, quæ incipit à traditione, potest perfici inter absentes. h. d. Bart.

donatariam voluntate tam donantis quam donatricis, poss. transferatur. Vel dic casum aliter, ut in glos.

h Cui. alias cuius. Et secundum primam dic, quòd si aliquis donauerit Titio rem tuam, ut ille Titius, vel authores sui nomine Titij, vel rei celebrarent solutionem, non fit tibi præiudiciū, ut fiat Titij, cuius non erat facta per donationem, & facit infra eodem, leg. censualis, & ff. de acquirend. rer. domin. l. quæ quisque. & supra de rei vendicatio. l. solemnibus, & sup. de actio. emptio. l. si pater. secundum aliam, dic, quod Titius credē sibi donatā, soluit, vel authores eius, quibus fuit hæres Titius, soluerunt. & hoc si habes, authoribus; sed si habes, actoribus, id est, castaldionibus eius, planum est.

SI donatio. CASVS. Si mulier aliqua non donauit mihi donum, sed in testamento suo dixit, sciant omnes domum, quam ego inter viuos in epistola mea Titio donaui, quod volo eum habere. ista uerba obtinent vim fideicommissi, ut per ista uerba videatur ei domum reliquisse, etiam si non appareat in epistola, quod illam domum mihi donauerit. Vel pone casum aliter, ut in glos.

i Testatricis. Testatrix ita dixit, quamuis per epistolam donaui Titio, tamen etdem do, lego, ualet legatum, & si non appareat epistola,

ut ff. de hær. vend. l. nomina, & l. multum, & est ad l. istam ff. de pact. l. pactum in fine. Sed argum. contra, ff. de transact. de his. illa non est quæstio, si cedam spem doni mihi futuri, quia potest etiam vendi. spes, ut ff. de contrahend. empt. l. nec emptio.

SI functiones.] CASVS. Donaui rem tuam Titio, pro qua consueueras soluere tributum, ille, vel ego

quia falsa demonstratio non vitiat legatum, cum de corpore, & quantitate, constet. hoc autem uerum est si animo relinquendi fuerunt uerba illa in testamento apposita, ut supra de donat. inter virum, & vxorem, l. ex uerbis. Sed contra in authent. spon. larg. §. & hoc insuper. col. nona. sed illud in instrumentis contractuum, ut debeat præferri instrumentum, cuius aliud facit mentionem, non

Margin notes: 1 † Leonida. a † Auctoribus.

non autem in testamentis, vt hic, & supra de fal. cau. adiec. l. 1. & ff. eodem, l. ex hac, & de legat. 2. Lucius, 2. §. quisquis. 1.

a *Nec ambigi.* Inter absentes. scilicet validas esse, vt in fin. & ff. cod. l. etiam per interpositam personam, & l. absenti in prin. Item plus dicit qui dā, quia si dico, dono, sufficit, vt quilibet nunciet me etiā inscio. * Sed sō anticontra. Sed quomodo inter absentes sit cum hoc iure exigatur stipulatio, vt infra eod. si quis argētum. §. fin autē hoc minimè? Respon. illud verum est, quando per pactum: hic autem per traditionem fiebat.

* An ante ratihabitioné absē ti facta donatio valeat Vi. Ro lan. a Val. 1. consil. 49. nu. 1.

b *Nanciscantur.* vt ff. de acquiren. pos. l. si ex stipulatione & ff. de rei vē. l. quadam. & ff. eod. l. absenti. Et dic, quod maximè, abundat, prout determinat verbum, nanciscantur: vel pro, saltem, hic ponitur, quia si sine voluntate donātis iret, erit prædo, vt d. l. si ex stipulatione.

1 † Iuliano

C *Ensualis.* CASVS. Si prædio tuo tributario Titius tributum soluit, & de hoc instrumentū fiat, vel ille, qui soluit, professus fuerit, domino non præiudicat. Si verò vitricus pro mancipii animo donandi priuignum censum soluere passus fuerit, p̄sumatur donasse ei mancipiū.

c *Professio.* ab extraneo facta, vel solutio, vt sup. eo. l. functiones, & in consti. ibi positis. & ff. de donat. inter vir. & vxo. l. si seruus cōmunis.

d *Non solet.* nisi domino sciente, & cōsentiente animo donandi, vt inf. l. prox. & l. nec ignorās. & statim subijcit. Accursius.

2 † Contulisti.

e *Consensisti.* animo donandi.

f *Donationem.* scilicet mancipiorū.

Impp. Diocl. & Maxi. AA. Christinæ. al. Aristinę.

LEX VI.

NEc ambigi oportet, donationes etiam inter absentes [a] (& maximè si ex voluntate donantium possessiones ij, quibus donatū est, nanciscantur, [b] validas esse. PP. 3. Idus Februar. Maximo 2. & Aquilino Coss. 286.

Possessio censualis non nocet domino, nisi consentiat, quo casu tacitè donare videtur. h. d. Bal. Vel sic: Soluēs censum de re aliena vt sua, non præiudicat domino consentienti. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC. Iulio. [1] †

LEX VII.

CEnsualis quidem professio [c] domino præiudicare non solet. [d]

¶ Sed si in cēsum, vel vt sua mancipia deferenti priuigno tuo cōsensisti, [e] donationem [f] in eum contulisse videris. [g] PP. Idib. Iul. ipsis AA. 4. & 3. Coss. 290.

Consensus præstitus simulatè, non inducit donationē. h. d. Bald. Vel sic: Pater censuarius filios censum debere scribens, non præiudicat sibi. h. d. Salic.

Iidem AA. & CC. Floræ.

LEX VIII.

SI præses prouincię nō donandi volūtate filiorum tuorum nomine prædia in censum detulisse [h] [2] † te, manifestis probationibus cognouerit, quod fides veri suggesserit, statuet. [i] PP. 8. Idus Sept. ipsis AA. 4. & 3. Coss. 290.

Ut pactum donationis impleatur, ex stipulatione vel præscriptis verbis agitur. h. d. Bar. Vel sic: Pactum in donatione appositum, est seruandum. h. d. Bald.

Iidem AA. & CC. Augustianæ. [3] †

LEX IX.

LEgem, quam rebus tuis donando dixisti, siue stipulationa tibi prospexisti, ex stipulatu, [k] siue nō, incerti [l] [4] † iudicio. i. præscriptis verbis apud præsidem prouinciæ debes agere, [m] vt hanc [n] impleri prouideat. PP. 16. Calen. Maii, AA. Coss.

Potentior est veritas, quā scriptura, & actus agentium non operatur, deficiente consensu. h. d. Bald. Vel sic: Nemo videtur donare id, de quo non cogitauit. h. d. Barto. vel sic: Inuitus, vel ignorans nō donat, & consensus errantis ei non præiudicat. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC. Hermoniæ.

LEX X.

NEc ignorans, [o] nec inuitus [p] quisquam donat, vnde si de hoc fundo nō cogitasti, cui' velut donationi te cōsensisse cōtinetur instrūto, maiores veritate rei, q̄ scriptura, vires obtinente, intelligis, de quo non cogitasti, [q] nec specialiter subscri-

g *Videris.*] patiendo & hoc nisi contra probetur, vt infra nec ignorans, & facit ff. mand. l. si vero non re. §. Pomponius.

SI *præses.*] CASVS. Si pater animo donandi passus fuerit filios pro prædio soluere tributum, sibi non præiudicat, si hoc probauerit, quod non animo donandi, &c.

h *Detulisse.*] idest in solutum detulisse. Vel scripsit filios pro illis prædijs tantam quantitatem debere nomine tributorum, vt quia si sint filiorum, honorabilius contraherent matrimonium, non vt eis donaret: erat enim patris ista prædia.

i *Statuet.*] permittendo te agere negotiorum gestorum ad pretium, vel æstimationem, secundum primum casum.

L *Egem.* CASVS. Donaui prædiū tibi hac lege, vt satis faceres creditoribus meis, si non stet pactis, & intercessit stipulatio, agam ex stipulatu: si non, agam præscriptis verbis, vt fiat, quod cōuenit: vel repetam quod dedi. Viuia.

3 † augustinæ.

k *Ex stipulatu.* si continetur ibi incertum, aliter expone, idest, ex stipulatione certi condictione, vt insti. u. de verb. oblig. in prin.

l *Incerti.* quia actio continet incertum, quod tamen per sententiam fit certum, vt instit. de actio. §. curare.

4 † al. incerto.

m *Agere.* vel id, quod dedit sub conditione, per condictionem ob causam repetere potest. Accursius.

n *Hanc.* scilicet, legem, & ad hoc sup. de rerum permutat. l. rebus, & sup. de pactis, l. legem, & ff. de pact. l. in traditionib. & sup. de euict. l. 2. & 7. titu. 1. l. 1. & sup. de cōdi. ob. causam, l. si vt pponis, & sup. de contrahē. empt. si donationis. & de pactis inter emptorem, l. si ea lege, & inf. eod. l. cum tres.

N *Ec ignorans.*] CASVS. Dare nemo cogitur. si ergo quis proferat instrumentum, quo cōtinetur, quod donam tibi prædium, cū animū donandi nō habui, plus valet quod actum est, quā quod scriptum est: vnde per instrumentum mihi non præiudicatur.

o *Nec ignorans.* facit ff. de transact. l. cum Aquiliana, & ff. de contrah. emp. l. cum in lege.

p *Nec inuitus.* cum mera liberalitas ibi sit, ut ff. de regul. iur. l. donari, sed hoc fallit ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruū, §. si oliuam, ff. de reg. iur. l. cuius per errorem. Sed ibi impropriè dicitur donatio, idest rei amissio, sicecontra ... to non datur, ut ff. eod. & hoc iure, §. non potest. & supra de iure delib. l. nec emere.

q *Cogitasti.* Credebas Titianum, & erat Seianum, Interim tamen statur instrumento, si publicum est, vt supra de probat. leg. cum precibus, & de contrahen. & commit. stipul. l. optimam.

Perdi-

a Perdidisse.] vt sup. plus vale. quod agi. l.1. sed fallit in casibus, vbi plus valet scriptura. vt ibi nota. & facit ad l. si ff. de donat. causa mort. l. Seia. & de reg. iur. l. in totum. & supra eod. l. censualis. in prin. Accursius.

1 † Sabiniano.

C Vm.] CASVS. In filium retentum a patre facta donatio non valet, sed eam reuocare potest, non est idem in emancipato, quia subsequente donatione nomine facta cessio valet, & donatio perfecta est. Viuia.

Donatio facta in filium an valeat.

b Perfectam.] non valet donatio facta in filium in potestate constitutum, sed in emancipatum sic, vt hic, & supra de inoffic. dona. l. 1. & supra de donat. inter virum & vxorem. l. donationes. 1. & infra eod. l. cum res. Item & in ipsa emancipatione, vt supra de emanci. lib. l. finali.

2 † al. donatione actionem.

P Ortionem.] CASVS. Habebam tecum rem communem pro indiuiso, an partem meam alij donare possim, quæritur? Et dicitur, quod sic.

c Prohibetur.] vt supra de communi rerum alien. l. falso. & supra de iure dot. l. ante diuisionem. & de contrahen. empt. l. dudum. hoc fallit post litem contestatam in communi diuidundo iudicio, vt supra communi diuidun. l. 1. & mota controuersia in iudicio familiæ erciscundæ, vt ff. fami. erciscun. alienationes. Item possessor hæreditatis prohibetur, nisi si eisdem mota controuersia alienare, vt ff. de peti. hæred. l. diuus.

3 † al. necdum.

S I aliquid.] CASVS. Si dedisti mihi fundum valentem quinquaginta, & in breui, & vili charta scriptum est, nunquid hoc nocet, quæritur. Et dicitur, quod non. Viuianus.

d Per epistolam.] quæ valet, vt supra eod.

psisse, nihil te perdidisse.[a] S. 5. Cal. Maii. CC. Coss.

Donatio facta filio in potestate est potius quædam dandi destinatio, quam perfecta donatio. Sed si filius est emancipatus, donatio est perfecta. h. d. Bald.

Iidem AA. & CC. Sabiniano.[1]

LEX XI.

CVm de bonis tuis partem quidem penes te retinuisse, partem vero in eum, quem in potestate habes, donationis titulo contulisse commemores, non est incerti iuris, in eum, qui in sacris familiæ tuæ remanet, destinationem magis paternæ voluntatis factam, quam perfectam[b] donationem peruenisse.

¶ Delegationes autem nominum in emancipatum collatæ, perfectam donationem[2] † actionum efficiunt. S. 2. Cal. Maii. CC. Coss.

Portio pro indiuiso potest donari. Bald. Vel sic: Communio non impedit donationem partis pro indiuiso. hoc dicit. Sal.

Iidem AA. & CC. Aureliano.

LEX XII.

POrtionem propriam, rebus nondum[3] † diuisis, nemo prohibetur[c] titulo donationis in alium transferre. Dat. 17. Cal. Iun. AA. Coss.

Breuitas scripturæ non officit donationi. h. d. Vel sic: Tantum valet vnum verbum effectiuum, quantum mille. h. d. Bald.

Iidem AA. & CC. Vraniæ.

LEX XIII.

SI aliquid p epistolam,[d] donatum tibi probetur, breuitas chartulæ, donationi[e] (si hæc recte facta probetur) nihil quicquam derogat. Dat. 15. Calend. Iun. Sirmii AA. Cos.

Nemo transfert, quod nõ habet: & ideo si filius donat sponsæ suæ rem patris, nõ præiudicat patri. Bal. Vel sic: Non dominus non transfert dominium præter domini cõsensum. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC. Ideo.[4]

LEX XIIII.

SI filius tuus res ad te pertinentes sponsæ suæ, te non consentiente, donauit, ad eã, quod non habuit transferre non potuit.[f] S. 15. Calend. Octob. AA. Coss.

Donatarius certæ rei non tenetur ad onera debitorum: quæ non sequuntur fundum, sed debet conueniri vniuersalis hæres donatoris. h. d. Bal. Vel sic: Aes alienum non sequitur fundum, sed successorem vniuersalem. h. d. Bar. Vel sic: Personalis obligatio non sequitur singularem successorem, sed realis. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC. Seueræ.

LEX XV.

AEris alieni, quod ex hæreditaria causa venit,[g] non eius qui donationis titulo possidet, sed totius iuris successoris onus est.[g] si itaque nemini obligata prædia per donationem consecuta es, superuacuam geris solicitudinem, ne vel hæredes donatricis, vel eius creditores te iure possint conuenire. S. 15. Cal. Decemb. AA. Coss.

Homo, vel mulier ætatis decrepitæ ita potest donare, sicut si esset in ætate virente, vel forti. Vel sic: Debilitas corporis ratione ætatis, senio confectæ donationem non vitiat. h. d. Bald.

Iidem AA. & CC. Theod.

LEX XVI.

SEnectus ad donationem faciendam sola[h] non est impedimento. Da. 5. Calen. Decemb. AA. Coss.

Sicut donatio facta emancipato valet, ita facta filio in potestate per emancipationem confirmatur, si pater tradidit, & nõ

h. si donatio per epistolam.

e Donationi.] sic supra de fideicommiss. l. & in epistola.

S I filius.] CASVS. Res ad patrẽ pertinentes sponsæ suæ dedit filius patre nõ consentiente, patri non præiudicat, quominus possit eas reuocare. Viu.

4 † Ideo.

f Non potuit.] vt ff. de reg. iur. l. nemo plus iuris. & ff. de acquir. rer. dom. l. traditio. Accur.

A Eris.] CASVS. Dedit mihi Titius fundum, & decessit, nunquid creditores me conuenient? Dicitur, quòd non: sed vniuersalẽ successorem, nisi fundus ille esset ei obligatus. Viuia.

g Onus est.] nec. n. sequitur fundum, vel rem singularem donatam, nisi sit obligata, ut hic, & ff. ad Treb. l. 1. §. si hæres. & ff. de iud. l. si fideicommissum. §. tractatum, & infra eo. l. si patri. & sup. de reuoc. iis, quæ in fraud. cred. l. 2. & supra de hær. act. l. creditores. & de iure dot. l. licet. & de dona. ante nupt. l. de rebus, nisi in casu, puta in subsidium propter necessitatem primipili, vt sup. de dona. inter vir. & vxor. l. si non verum. Sed quid si omnia bona sua donauit? Dicendum agi reuocatoria, vt ff. quæ in fraud. credi. l. omnes. §. Lucius. Vel contra ipsum donantem agi, quasi non teneat donatio, nisi omni ære alieno deducto, vt ff. de iure do. l. mulier. & ff. de iure fisc. l. non possunt.

Donatarius an teneatur ad æs alienũ pro re sibi donata.

S Enectus.] CASVS. An senex donare posit, quæritur. Et dicitur, quòd sic. videbatur, quod non quasi puerilem habeat sensum.

h Sola.] nisi sensũ abstulerit. Cõtra videbat, q senex puerilẽ sensum

sensum habet, & facit supra de transac. l. sanum. & sup. qui testa. face. poss. l. senium.

S*iue*.] CASVS. Si pater donauit filio, refert, an emancipato, an in potestate cõstituto, primo casu valet donatio, nec reuocatur: secundo casu, si filius emãcipetur, & retineat donata, an confirmetur donatio? distinguitur, aut tenet ea de voluntate patris, & confirmatur: aut non, & pater eam reuocare potest, quia pater, cũ non potuit, voluit, & Viu.

1 † Du- deest.

2 † al. liceat tibi.

a *Non debes*. est ergo confirmata, vt hic, & ff. eo. l. donationes in concubinam. §. pater. & arg. sup. eo. l. censualis.

b *Nec tempore*. facit supra, si quis alteri, vel sibi. l. multum, & supra de dona. inter vir. & vxo. l. a marito. & ff. de offic. proconf. l. obseruare, §. fi. Item facit ad l. istam. supra de emancip. libe. l. fin.

S*I donationis*. CASVS. Subripui tibi, animo donandi remisisti mihi actionem furti, an iterum possis me conuenire furti, quaeritur. Et dicitur, quod non.

3 † Claudiano.

c *Solicitudinem*. vt rursus possis conuenire furti, vt hic, & sup. de fur. post decisionem, & ff. de pact. l. si tibi. §. quaedam. Sed si est sine causa remissa, vel cum causa, sed secuta nõ est, vel est ingratus donatarius, vel cui est remissa, an ipsa resuscitabitur? Respon. secundum H. non, argum. ff. de pact. l. si vnus. §. si pactum. & supra de transact. l. vbi pactum.

S*I auia*. CASVS. Auia tua res, quas auus tuus ei dederat, titulo donationis cõtulit, vis eas reuocare, quia profectae sũt de bonis illius aui tui, an possis? Resp. quod non.

4 † al. Alexandriae.

d *Si auia vestra*. & nota hanc l. & facit pro ea supra de com

ademit, secus si pęnituit ante emancipationem, vel in ipsa emancipatione. h. d. & tenemeti. Bal. Vel sic: Si pater non adimit in emancipatione ea, quae donauit filiis in potestate, non potest postea reuocare. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC. Hermiae.

LEX XVII.

SIue emancipatis filiis res donasti, siue in potestate constitutis, & sui iuris effectis, ac tenentibus non ademisti, blandiri tibi [1]† non debes,[a] velut res donatas ex pęnitentia [2]† liceat auferre.

¶ Sanè si ea, quę in tua positis potestate donaueras, post emancipationem contra tuã tenuerint voluntatẽ, horum penes te dominium remansit, siquidem nec tempore,[b] quo voluisti propter vinculum potestatis sibi quicquam quaerere, nec post, te inuito, de rebus tuis potuerunt. S. 6. Calend. Ianu. AA. Coss.

Gratuita remissio actionis ex maleficio, est donatio. h. d. Bal. Vel sic: Furti actio potest ex donatione remitti. h. d. Sal.

Idem AA. & CC. Audiano.[3]†

LEX XVIII.

SI donationis causa furti actionem tibi remissam probetur, superuacuam geris solicitudinem,[c] S. 5. Cal. Ianua. AA. Coss.

Rem fuisse progenitorum nihil operatur, ex quo res ad alia dominia transiuit. h. d. Bal. vel sic: Mulier potest donare extraneis etiam res ab eius parentibus habitas. h. d. secundum Bart. Vel sic: Non consideratur cuius res fuerit, dummodo sit donantis. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC.[4]† Alexandrinae.

LEX XIX.

SI auia vestra [d] proprias [e] res quacunque ratione factas, titulo liberalitatis in eum, contra quem preces funditis, contulit, quo minus haec rata maneant, quod ex origine patris, vel aui vestri descendunt, nihil prodest. S. Calend. Februar. Sirmii. CC. Coss.

Paria sunt per se subscribere, vel alium subscribere vice eius. Bal. Vel sic: Donatio non vitiatur, licet alius pro donante subscribat. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC. Helinio.[5]†

LEX XX.

VIce donatricis alio [f] voluntatem eius subscribente, iure facta donatio nõ habetur irrita. S. 7. Cal. Februa. CC. Coss.

Lex notabilis: Mulier constante matrimonio, dotẽ suam donare non potest. h. d. Bal. Vel sic: Vxor non potest donare dotem in mariti pręiudicium. Sal.

Iidem AA. & CC. Antoniae [6]†

LEX XXI.

COnstante matrimonio, dotem penes maritum suum constitutam auia tua tibi donare non potuit.[g] S. 5. Idus Mart. CC. Coss.

Ex pacto donationis non quaeritur actio extraneo, sed ipse donator, pacto non seruato, agit ad interesse. h. d. Bal. vel sic: Vt pactum donationi adiectum impleatur, paciscens agere potest, non is, cui pacisci voluit. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC. Diomedi.

LEX XXII.

CVm res filio tuo emancipato ea conditione, vt creditoribus [h] tuis solueret, te donasse proponas, si stipulatione, vel incontinenti habito pacto huic rei prospexisti, creditoribus quidem, non contra eum ex placito vestro, sed aduersus te competit actio.[i]

mu. re. alie. l. falso. & supra de contrahen. emp. l. dudum.

e *Proprias*. scilicet suas.

V*ice*. CASVS. Mulier dedit mihi fundum, confectũ est instrumentum, vice sua Titius in instrumẽto cõscripsit. an ob hoc minus valeat donatio, quòd ipsa non subscripsit, quaeritur. Et dicitur, quòd non.

f *Alio*. vt inf. eod. l. in donationibus. §. 1. in fin.

C*Onstante*. CASVS. An mulier constante matrimonio dotem penes maritum constitutam in alium titulo donationis transferre possit, quaeritur. Et dicitur, quod non.

5 † Helio.

g *Non potuit*. vt interim viro praeiudicet, vt hic, & supra de iure dotium. l. si praedium. Sed ipsam actionem, siue spem potest cedere, vel etiam dotem promittere, vt sup. eodem. l. spem futuram. & supra de coll. l. dotis. Nam econtra vir nõ potest dotale praedium alienare; confirmatur tamen mortua muliere, si dos cessit lucro mariti, vt ff. de vsucap. l. cũ vir.

6 † Claudię.

C*Vm res*. CASVS. Dedi filio meo emancipato prędium, vt creditoribus meis satisfaceret, si non satisfecit, & intercessit stipulatio, non aget creditor aduersus filium ex ea, quia alteri, &c. sed aduersus me, & ego aduersus filium praescriptis verbis.

h *Creditoribus*. quia ius creditorum pacto priuatorum lędi non potest.

i *Actio*.] quia alteri pacisci nemo potest, vt ff. de verborum obligation. l. stipulatio ista. §. alteri. & facit ad l. in eod. titu. l. liber homo. in fine, & supra de pac. l. debitori, & de condict. ob causam. l. si vt proponis. & de rerum permutat. l. rebus. Sed contra, ff. eodẽ, hęreditatem. solu-

solu. vt supra de hæred. vend. leges. cui similiter illa) est contra.

a *Ciuili* id est, præscriptis verbis.

SI ea. CASVS. Dedi fundum, eundem mihi donasti, secunda donatio auelli non debet.

b *Obesse potest.* nam vltima pacta valent, vt hic, & supra de pactis. l. pacta nouissima. & ff. de reg. iur. quicquid. & l. incertam.

11 Dic incerta.

SI patri CASVS. Pater rem filij donans, filio non præiudicat, nisi patri filius hæres existat, Viuls.

a fal. donationis.

c *Ex facta* in te emancipatum.

d *Liberalitate.*] id est cum pater tuus res tuas alij donasse.

e *Non posse.* v supra de rei vendic. l. cum à matre.

DOnatio.] CASVS. Si donatio fiat inter viuos, vel in vltima voluntate, siue fiat purè, siue sub conditione, siue in diem, valet: & pacta, quæ in donatione ponuntur, debent obseruari, si vero in donatione interueniat scriptura, scribi debent nomē donatoris, & donatarij, & rei, quæ datur, nec refert, an scriptura in tabula, an in charta, dummodo tamen coram competenti iudice fiat.

f *Directa.* idest, inter viuos sic ideo dicta, quia directo datur, sed donatio causa mortis quandoque per alium puta per hæredem.

g *Suspensa.* primò de conditionali, postea de ea, quæ est in diem, vel ex die. Tertio de pura dicit, & potest esse conditio in faciendo, & non faciendo, vt si ascenderis vel non ascenderis Capitolium, vt hic dicit, sic & instit. de verbor. oblig. §.

h *Notato.* id est, ex tempore, vel ad tempus.

i *Animo dantium.* hic de pura, & dic animo, idest voluntate dantium.

k *Sententijs.* id est, narrationibus volūtate dantium ab accipientibus expressa.

¶Eum autem, cui certa lege prædia donasti, incerti† ciuili[a] actione ad placitorum obsequia vrgeri secundum legem donationibus[z] † dictam conuenit. S. 7. Calend. April. Sirmij CC. Coss.

Acta posteriora prioribus derogant. hoc dicit Bald. Vel sic: Res à me donata potest mihi donari. hoc dicit Bart. Vel sic: Posterius instrumentum resoluit primum, vel sic: In contrariis vltima derogāt primis. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Olympiadi.

LEX XXIII.

SI ea, quæ donaueras, posteriori placito, qui acceperat, dono tibi reddidit, donationis antecedentis instrumentum, actis sequentibus, nihil obesse potest.[b] S. 5. Calendas Octobr. CC. Coss.

Filius, qui non est hæres patris, non obligatur ex contractu paterno. h. d. Vel sic: Pater non potest distrahere rem filii, qui postea patri non succedit. h. d. Bal. Vel sic: Si pater donat res filii, non præiudicat illi sibi non succedenti. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Macario.

LEX XXIIII.

SI patri hæres nō extitisti, ex facta[c] ab eo liberalitate[d] titulo donationis non posse[e] iura tua lædi, manifestissimi iuris est. PP. Non. Febr. Antiochiæ Diocletiano 9. & Maximiano 8. AA. Coss. 304.

Donatio cum suis pactis seruari debet, si pacta de iure subsistunt, aliàs spretis pactis, donatio valet, & instrumentis donationis debet apponi nomen donatoris, & donatarii, & res, quæ donantur, nec debent fieri donationes clandestinæ, sed interuenientibus testibus, vel ubi iura acta requirunt. Dicit hic Imperator, quòd donatio siue inter viuos, siue causa mortis, siue sub conditione, siue in diem, siue ex die, siue sit pura, obseruari debet cum suis pactis, si pacta sint talia, quæ leges vel bonos mores non respuunt. Item dicit hæc lex, quod quando fit scriptura de donatione (quia conuenitur inter partes, quod scriptura fiat) quod scriptura debet continere substantialia, & solemnia. h. d. Bal.

Imp. Constantinus A. ad Maximum PP.

LEX XXV.

DOnatio* siue directa[f] fit, siue mortis causa instituta, siue conditione faciendi aut non faciendi suspensa,[g] siue ex aliquo notato[h] tempore promissa, siue animo[i] dantium, accipientium vel sententiis,[k] (quantum[l] ius finit) cognominata,[m] sub hac fieri debet obseruatione, vt quas leges indulgēt, actiones,[n] conditiones, pactiones que contineat.[o]

¶Hisque[p] penitus cognitis vel recipiantur, si complacita[q] sunt, vel reijciantur, si sunt molestæ.[r]

¶In conscribendis autem donationibus nomen donatoris,[s] ius,[t] ac rem vocari oportet,[u] neque id occulte,[x] 3 † aut priuatim, sed aut tabula[y] aut quodcumque aliud materiæ genus tempus dabit, vel ab ipso, vel

l *Quantum* idest, cum non sit contra legem.

m *Cognominata.* idest, pactis expresse, & distincta sit causa mortis, vel alia. Vel dic par simile, vt enim nomini accedit cognomen, sic donationi imponitur tenor, qui moderatus esse debet, & hoc dicit, quantum ius finit, scilicet, vsque ad 300. solidos olim, hodie vsque ad quingentos sine scriptura, sed cum scriptura insinuationis vsque in infinitum, vt inf. eodem l. sancimus, & l. penult.

n *Actiones.*] scilicet condictio ex leg. & actio ex stipulatu, si interuenit stipulatio, quæ actiones à iure inductæ sunt.

o *Contineat.* scilicet donatio.

p *Hisque.* pactionibus.

q *Complacita sunt.* iuri & partibus.

r *Sunt molesta.*] vt turpes, vel contra legē, ut supra de pact. l. pacta, quæ cōtra. Et potest hæc prima pars loqui, quando est in scriptis donatio, vel quando sine scriptis, sequens vero in scriptis tantum, & ob hoc subijcit, in conscribendis.

* Ex l. 8z. ti. 5. l. a. C. Th.

s *Donatoris.* subaudi, & donatarij.

t *Ius.* quod donatur, puta actio.

u *Oportet.* puta ego Titius do tibi Sempronio codicē meū titulo donationis, vel cedo actionem, quam habeo contra talem, & totam scripturam oportet perfici, ut supra de fide instrumen. l. g. contractus. aliàs enim nisi hoc esset actum, quod in scriptis fieret, etiam sine scriptura valeret, ut in princ. huius l. & infra eod. l. in extraneos. & l. in donationibus. in fi. l. nisi summam excederet.

x *Occulte.* Qui male agit, odit lucem. sic, & supra de contrahen. empt. l. cum ipse.

y *Tabula.* aliàs tabula, & aliàs tabulæ, scilicet præscribatur, quod est inf. aut in alia materia subaudi, quodcumque materiæ tempus dabit, idest temporis qualitas, ut charta, vel membrana.

3 † Occulto aut per imperitos. C. Th.

ab

a *Abeo*. nam & per aliū scribi potest: dū tū contrahētes subscribant, vt insti. de contrah. empt. §. 1.
b *Actis etiā* . qñ est vltra legitimā modum.
c *Vbi* . id est, quando, & quo loco.
d *Leges* . quia sic olim vltra 300. solidos, vt diximus, per l. sancimus §. eod. vel, hodie vltra quingētos, vt inf. eo. l. pen.

1 † scientibus pluribus.
2 † Romæ Seuero. C. Th.

ab eo,[a] quem sors ministrauerit,[1] † perscribatur: actis[b] etiam annectēdis, quæ apud iudicem, vel magistratus cōficienda sunt, vbi[c] hoc leges[d] expostulant. Dat. 3. Non. Februar. Sabino,[2] † & Rufino Coss. 313.

Infanti emancipato potest pater donare, adhibito praesante aliquo, qui pro ipso recipiat donationem: nam infans per se consentire non potest: quia non habet effectum, id est affectionem. hoc dicit Bald.

Idem A. Catulino Proconsuli Africæ. alias Catullo.

LEX XXVI.

SI quis in emancipatum minorem prius, quàm fari possit,[e] aut habere rei, quæ sibi donatur, affectum, fundū crediderit conferendum:[3] † omne ius compleat instrumentis[f] ante præmissis. Quod ius per eum seruum,[g] quem idoneum esse constituerit, transigi[h] placuit, vt per eum infanti acquiratur.[i] Dat. 12. Calē. Maij, Serdicæ, Sabino & Rufino Coss. 316.

Non solum inter extraneos, sed etiam inter coniunctas personas, requiritur insinuatio donationis excedentis legitimam summam. Ratio est, vt maximè coniunctarum personarum fraudibus, & collusionibus obuietur. h. d. Bald.

Idem A. ad Seuerum Com. Hispaniarum. alias Seuerianum.

LEX XXVII.

DAta[4] † iampridem lege[k] statuimus, vt donationes interueniente actorū testificatione conficiantur:[l] quod vel maximè inter necessarias coniunctasque[*] personas conuenit custodiri.[m] Siquidem clandestinis, ac domesticis[n] fraudibus facilè quiduis pro negotij opportunitate confingi[5] † potest:[*] vel id, quod verè gestum est, aboleri.

¶ Cū igitur nec liberos quidem, ac parentes lex nostra ab actorum confectione secernat, id, quod necessario super donationibus apud acta conficiendis iampridem statuimus, vniuersos teneat: gesta autem cōfici super rebus etiam[o] alibi collatis,[7] † vbi cumque sufficit.[o] Dat. 3. Nō. Maij, Dalmatico & Xenophilo[8] † Coss. 333.

Ista lex, & lex si quis argentum § sed si quidem. inf. eodem, non sunt alibi. & hoc dicit: Retentio vsusfructus traditionem possessionis, quæ erat penes tradentem, inducit. Bal. vel sic: Si donans rei donatæ sibi retinet vsumfructum, videtur illam tradere: ideo dominium transfert, & possessionem quadam iuris fictione. hoc dicit notabiliter Salic.

Impp. Honor. & Theod. AA. Monaxio PP.

LEX XXVIII.

QVisquis[*] rem aliquam donando, vel in dotem dando, vel vendendo vsumfructum eius retinuerit: etiam si stipulatus[p] non fuerit, eam continuò tradidisse credatur:[q] nec quid amplius requiratur, quo magis videatur facta traditio, sed omnimodo idem sit in his causis vsumfructum retinere, quod tradere.[r] Dat. 2. Id. Mart. Honorio A. 11. & Constantino[9] † Coss. 417.

Etiam in personas extraneas & ignotas, valet collata donatio. Bald.

Impp. Theod. & Valent. AA. Hierio[10] † PP.

LEX XXIX.

IN extraneos,[s] & sæpe ignotos[t] donationem collatam valere receptum est. & si sine scripto donatū quid fuerit, adhibitis alijs idoneis documentis, hoc, quod geritur, comprobatur. Dat. 11. Calend. Maij, Felice, & Tauro Coss. 430.

Si quis. CASVS. Si infanti quis sum dum donare velit, si excedat legitimā summam, vel actionē, vt inde fiat scriptura: nō aliàs perficietur donatio, quàm fuerit insinuata, & tunc per seruum infantis perficiatur, vt sic infanti acquirat per seruū.
e *Fari posset*. ergo erat infans.
f *Instrumentis*. sic est opus, vt quia hic agebatur, vt fieret in scriptis. Vel quia excedebat legitimam summam, ne sit deterior infantis conditio, quam alterius.
g *Seruum*. & nō alio modo, vt innuit. & ff. de acq. pos. l. 1. §. furiosus & l. quisquis. & §. infans. & sic est §. 5. de acq. pos. l. donatarum. Sol. vt ibi.
h *Transigi*. perfici, & sic ff. de itine. actu que priua. l. 2.
i *Acquiratur*. sic ff. rem pup. sal. fo. l. si pupillus.

3 † Proscrendum.

Data. CASVS. Si quis vltra legitimam summam donare voluerit: nō aliter perfecta erit donatio, quam si fuerit insinuata, & maximè inter coniunctas personas, ne fraus aliqua propter familiaritatem, domesticam cōmitti possit: vel donatio cōfingi. Idē sit in donatione facta inter extraneos, vt nec inde valeat, si excessit summā in legitimam, si facta fuerit insinuatio.
k *Lege*. quæ est sup. eod. l. donatio. §. in cōscribendis.
l *Conficiantur*. cum hoc agatur, vt fiat in scriptis: vel cū excedat summam legis.
m *Custodiri*. adeò vt diceret P. non valere in coniunctam personā, nisi fiat in scriptis.

4 † Lex.
* Vi. Cuia. 20. obs. 2.
5 † al. cōfingi.
* Hæc verba ponit.

peritur intra etiā summam legitimam per l. istam. & §. eo. l. in extraneos. quod nō placet, vt sup. de donatione inter vir. & vxo. l. donationes. §. Sed remouet dubiū, quia erat, quia videbatur inter coniunctos nō cōtingere fraudem, vt ar. ff. de rit. nup. l. pen. §. de uno. sed tū ita fiet, vt iter alios.
n *Domesticis*. no. de familiari inimico: quia nulla pestis, &c. vt hic, & 14. dist. c. si inimicus. & 13. q. 1. c. quibus & supra de inof. test. l. fratres. & not. ff. ad Syl. l. 1. in princ.
o *Sufficit*. vt arg. §. de contrahen. empt. l. & intra eod. l. in hac, in prin.

gl. in c. vēnies. 2. sup. ver. canonicos. ante med. extra de testib.

6 † al. deest.
7 † colloca.
8 † Du. Zenophilo.

Quisquis. CASVS. Si vendo tibi rem, vel dono, & retineo pro me vsūfructum, videor rem tradere. Viuia.
p *Stipulatus*. s. donatarius rem sibi tradi, cum perfecta est donatio vel ergo stipulatione, vel traditione vera, vel hac ficta perficiebatur. alias poterat reuocari. & hoc olim, hodie etiā pacto nudo perficitur, vt hic: & inf. eo. l. si quis argentū. §. si quidem. Alij vt Azo. dicunt stipulatur, scilicet vsumfructum sibi dari, vel retinere licere, quod non placet.
q *Credatur*. an ergo hoc casu dūium sine possessione transfert? Rnd. nō statim eam, quia voluit esse fructuarius, voluit aliū possidere ciuiliter, & sic possessorem fecit cum suo ministerio, vt ff. de acq. poss. l. quod meo. & de rei uē. l. quædam. & sic per consequentiā transfert dominium.
r *Tradere*. i. rem.

* Ex lib. 8. titu. 5. l. 2. C. Th.
9 † Constātio 2. V. C. Const. C. Th.
† Concorda glo. super verb. pensionē in c. cū venissent. de restit. spol.
10 † Hierio.

IN extraneos. CASVS. Si in extraneū sit facta donatio, licet insinuata nō fuerit, valet: cū si quis, quod gestum est, probari possit.
s *In extraneos*. hæc est Theodosij, & facit mentionem de ea, infra eo. l. in donationibus. Accur.
t *Ignotos*. aliud in consanguineis, *&c.*

P. vt

P. vt supra eod. l. data. quod non placet, vt dixi ibi, & facit supra de fide instru. l. non idcirco.

IN hac. CASVS. Donationes, quæ excedunt legitimam summam, debent insinuari in ciuitate coram magistro census, in prouincijs coram rectore: vel ipso absente coram defensore ciuitatis. & facta donatio quarumcunque rerum vbique sitarum, valebit. Viuia.

a *Vrbe*. Constantinopolitana. & facit sup. eo. l. data in fi.

b *Census*. vt sup. de testa. l. consulta.

c *Siue non habeat*. s. alium, quam defensorem, nam cum habet, vt subijcit.

d *Publicare*. et præsente in ea ciuitate præside, vt sup. dixit. Et sic nota minorē iudicē nō debere amittere iurisdictionē suam, licet maior iudex sit præsens. Sed contra ar. sunt ff. de of. procons. l. meminisse. & de dam. infec. l. 3. §. si vicinum. & l. fi. & de in ius vocan. quiq; & de iniur. l. sed si vnius, §. si filiofamilias. & de re iudi. l. cōtra pupillū. §. is qui. & in decre. 95. dist. c. presbyter præsente. & facit ad istā in auth. de defens. ciui. §. nulla, colla. 3. & infra eod. in donationib. & sup. de offi. iud. Alexandriæ, l. 1. Accur.

e *Volueris*. sic ff. de iure dot. l. plerumq; in fine.

IN donationibus.] CASVS. In donatione facienda, quę fit vltra legitimam summā interueniente insinuatione, non sunt testes necessarij: cū in publico, hoc est in iudicum præsentia facta fuerit. Si vero fit citra legitimā summā: si quod actum est, non debeat insinuari, sufficiat præsentia solius tabellionis, si donator subscripserit, & hoc in secunda; donationes vero, quæ sine scriptis fiūt, suam obtineat firmitatē, & hoc in tertia. Vi.

f *Insinuantur*. vt supra l. prox.

g *Adhibere*. s. rogatos: adesse tū debēt. sic & sup. qui potio. in pig. ha. l. scripturas. vel dic, nullo modo aliqui vocentur, nec ēt subscribitur: cum verisimile est, quod semper sit ibi multitudo hominum, vt arg. sup. de testa. l. omnium, sic argu. supra quando libel. prin. l. 1. & et dic quod hic fiebat insinuatio, quia excedebat summam l. [illegible] idem si erat infra, sed tamen sponte fiebat, vt subijcit, verum &c.

h *Allegari*. quia non sunt vltra legitimam summam.

Donatione factæ in vrbe, debent insinuari apud magistrum cēsus. Sed donationes, quæ fiunt in prouinciis, debēt insinuari apud præsides, defensores, vel magistratus municipales eorū municipiorum, vbi fiunt, & ibi insinuatæ effectum suum extendunt vbicunque locorum h. d. Bal.

Imp. Leo. A. Constant. PP.

LEX XXX.

IN hac sacratissima vrbe [a] cōscriptæ donationes vbicunque positarum rerum apud magistrum cēsus [b] insinuentur. In alijs vero ciuitatibus, siue absens, siue præsēs rector prouinciæ sit, siue eadē ciuitas habeat magistratus, siue non habeat, [c] & defensor tantummodo sit: donator habeat liberam facultatē [1] † donationes rerū suarum vbicunque positarū, siue apud moderatorem cuiuslibet prouinciæ, siue apud magistratus, siue apud defensorem cuiuscūq; ciuitatis, prout maluerit publicare. [d]

¶Atque vt ipsa donatio sita est in volūtate donātis, ita ei liceat donationem suā apud quemcunque ex memoratis voluerit [e] intimare: & donationes, quę in diuersis prouincijs, & ciuitatibus apud quemlibet ex prædictis fuerint publicatę, [2] † obtineant inconcussam, ac perpetuam firmitatem. Da. 5. Non. Mar. Constant. Patritio, & Ricomere [3] † Coss. 479.

1 † libertatem.

2 † intimata.

3 † al. Ricimere.

In insinuatione donationis sufficiunt acta, licet non sint aliis testibus roborata. Si autem donatio non insinuatur, requiruntur testes subscripti: vel cū partis subscriptione. h. d. secundum intellectum glossæ Bald. Vel sic: In actis iudicialib. non sunt necessarii testes. h. d. B. vel sic: In donatione, quę fit apud acta, non oportet testes adhiberi: & donatio facta extra acta in scripturam sine testib. redacta, subscriptionem donatoris requirit, etiam si à tabellione scripta fuerit. h. d. secundum Sal.

Imp. Zeno. A. Sebastia. PP.

LEX XXXI.

IN donationib. quæ actis insinuantur, [f] nō esse necessarium iudicamus vicinos, vel alios testes adhibere. [g] Nam superfluū est priuatū testimoniū, cū publica monumēta sufficiāt. Verū & illas donōnes, quas gestis nō ē necessariū alligari, [h] si fortè per tabellionē, vel aliū scribātur, [i] & sine testiū subnotatione [k] valere præcipimus: ita tamē, si ipse donator, vel alius [l] voluntatē eius secundū solitā obseruationem subscripserit, donationib. quæ sine scriptis conficiuntur, suā firmitatem habentibus, secundum constitutionem [m] Theodosii, & Valentiniani ad Hierium præfectum prætorio promulgatū. D. Calē. Mart. Cōstāt. Ello V. C. Coss. 478.

Insinuatio facta coram iudice incompetenti, non ualet nec acta, nec testimonia præbita super ipsa. h. d. Sal.

Imp. Anastasius A. Euphemio. PP.

LEX XXXII.

SEcundum diui Leonis cōstitutionem [n] donationes apud virū clarissimum magistrū census tantummodo insinuari [*] præcipimus; huiusmodi forma in illis instrumētis obseruanda, quę in hac regia vrbe confecta seu celebrata fuerint, [o] nec cōcedi quenquā [p] vel apud defensores, seu magistratus aliarum ciuitatum, vel in aliis quibuscūque locis præter memoratū iudicium,

i *Scribantur*. aliis subscribātur: quia hoc fuit actū, vt inde fieret scriptura: aliter frustra exigeret subscriptio, vt subijcit.

k *Subnotatione*. nota ergo tabellioni sine testib. credi, quod specialiter dicit quidā in instro donationis, & pro hoc in auth. de fid. instr. §. si vero neque coll. 6. & inf. ad l. Corn. de fal. l. si quis decurio. & in auth. de hære. & fal. §. si vero. coll. 1. in eo, quod dicit tabularijs solis quātum ad hoc, &c. & sic videtur [illegible] soli credi quantum ad alia. Tu dic hic, subnotatione. i. subscriptiōe ab eis facta: tabellio tū eorum nota subscribere debet, vt in authē. de fi. instr. §. sed instrumenta. coll. 6. & quod dicit credi tabellioni soli, verū est in testificando, quod ipse fecerit, & quod sit vera non in solennitate scripturæ, vt d. l. si quis decurio & dicta auth. de fide instru. §. si uero neque. & in alia. de hær. & fal. non sequitur, nō credo in hoc ergo in alio credo. sicut & cū dicitur in testō, reprobatū est in ea re domesticū testimoniū ut instit. de test. §. i testib. nō tñ i alijs approbat, vt sup. de testi. l. ēt.

l *Alius*. ut sup. eo. l. sancimus. & l. donatio. in fi. & sup. de fi. instr. l. cōtractus. nā & hic ut dixi actum fuit, ut scriptura fieret.

m *Constitutionem*.] quam habes sup. eo. l. in extraneos.

SEcundum. CASVS. Donationēs factæ in ciuitate Constantinopoli. non nisi corā magistro cēsus habebuntur ratæ. Si vero coram alio magistratu insinuētur, ta donator: quam talis in 20. libras auri mulctabiē.

n *Constitutionem*.] habēs sup. eo. l. in hac.

o *Fuerint*. i. celebrari consueuerint.

p *Quenquam*. Constantinopolitanum.

† De materia insinuationis vide Ang. & alios, §. & cum retro de do. insinu.

insinuare: scientibus tam ijs, qui ad huiuscemodi insinuationem peruenerint, quàm ijs, qui eã susceperint, necnon tabellionibus, quicũque testimonium suum [a] non in competenti (vt dictum est) loco, vel iudicio præbuerint, vicenarum [1] † librarum auri mulcta, & alia grauissima indignatione se esse feriendos. Dat. prid. Cal. Maij, Paulo V.C. Coss. 496.

Mortuo procuratore facto in rem suam re integra nõ finitur mandatum, sed transit ius ad hæres: & talis procurator in rem suam, etiam ante litem contestatam facit alium procuratorem. h.d. Bal.

Imp. Iustin. A. Menn æ, PP.

LEX XXXIII.

Illam subtilẽ obseruationem amputamus: per quã donationis titulo cessiones actionem accipientes, non aliter suis eas transmittere hæredib. poterant, nisi litem ex his cõtestati essent, vel ius contestationis diuino rescripto meruissent. [b] Nam sicut vẽditionis titulo cessas actiones etiam ante litis contestationem ad hæredes transmitti permittitur, simili modo, & donatas ad eos transferri volumus, [c] licet nulla contestatio, vel facta, vel petita sit. [d] Quod etiam in procuratore cõstituendo ad mouendas easdem cessas actiones similiter obseruandum erit; vt minimẽ quis impediatur procuratorem * cessarum sibi per [2] † donationem actionũ dare: licet nulla litis contestatio facta, vel petita sit. [e]

¶ Quæ in ijs tantum personis locum habere censemus, quę susceptis per donationẽ cessionibus adhuc superesse noscuntur, nam iam mortuis huiuscemodi personis, vetera iura super ijsdem cessionibus posita seruari concedimus. [f] Dat. Cal. Iun. Constãtinopol. Iustiniano A. PP. Coss. 528.

Olim donationes nõ valebant vltra ducentos aureos sine insinuatione: hodie valẽt vsque ad trecẽtos. Sunt tamẽ quidã casus in quibus valent vsque ad quingẽtos. h.d. prima pars huius legis vsque ibi, sin autem non in auro. & hæc vera sunt, quando donatio consistit in quantitate numerali, siue discreta: sed quãdo consistit in alia re, quæ debebat æstimari: tũc ad æstimationẽ est veniendũ. Et si pro parte valebat donatio, ꝑ parte non, statuit quis modus sit in donatione tenendus. et hoc facit vsque ad §. si quis autẽ per diuersa tempora. Baldus. Vel sic: Donatio simplex valet hodie ad trecentos aureos non insinuata: & excedens non valet abinde supra: nisi sit donatio Imperialis, quæ nõ insinuata valet cuiuscunque quãtitatis: & nisi in piã causam sit facta, quæ vsque ad quingentos aureos valet nõn insinuata: vel nisi sit donatio ante nuptias mulieri facta minori, quæ valet indistinctè: non si sit facta ætate maiori, quia tunc valet nõ insinuata vsque ad trecentos aureos, & non vltra. h.d. usque ad §. ne autem. Sal.

Idem A. Domesthiani, PP.

LEX XXXIIII.

Sancimus omnẽ donationem, siue communem, [g] siue ante nuptias [h] factam, vsque ad trecentos [i] solidos cumulatam, non indigere monumentis, sed cõmunem formam habere: vt non vsque ad ducentorum [k] so-

a *Testimonium suum.* si ergo tabellio est vnus de testibus suis. quod dixi supra qui testa. fac. pos. l. hac consultissima. Accursius.

Illam. CASVS. Si olim titulo donationis alicui cessa esset actio, eam ad hæredes non transmittebat, nisi lis cum defuncto esset cõtestata: vel nisi esset impetratum priuilegiũ, vt ad hæredes trãsmitteret. Itẽ nec poterat constituere procuratorẽ, nisi cessa esset actio ad eam exercendã. hodie transmitti potest, & procurator constitui.

1 † triginta. b *Meruissent.* s. vt liceret eis trãsmittere, licet lis contestata non esset.

c *Trãsferri volumus.* Sic ergo mortuo procuratore facto in rẽ suam, re integra nõ finitur mandatum. Sed cõtra insti. mã. §. item si adhuc. sed ibi in simplici. Item contra, sup. de act. & obl. l. si quidem. Sol: vt ibi.

d *Petita sit.* à principe, & facit ꝙ. quando li. p. in. l. 1.

e *Petita sit.* sed ꝯ. supra de procur. quod quis. sed ibi in simplici, qui non potest ante li. cõtest facere aliũ procuratorẽ.

f *Concedimus.* s. vt heres eius, cui donatũ est, non transmittat: nec procuratorẽ cõstituat, nisi lite cõtesta. vel petito hoc à prĩcipe, & facit sup. man. per diuersas & sm hoc ẽt hodie nõ trãsit ad hęredes: vel est sensus, vt non trahatur ad pręterita, ꝑ hoc, quod dicit, iam mortuis, quæ in præteritum sonant.

Sancimus. CASVS. Donatio vsque ad 300. solidos sine insinuatione fieri potest: vltra non. hoc fallit in principe, qui priuilegio principali sine insinuatione potest donare: & in donatione in pijs causis, quæ valet sine insinuatione vsque ad quingentos solidos, & in donatione facta à sponso sponsæ minori vigintiquinque annis. Si vero donatio fiat i speciebus, ita demum valet sine insinuatione si earum æstimatio non excedat summã 300. solid. Si uerò excedat, puta quia res valeant septingentos: ille, penes quem remanet maior pars, offerat donatario 300. & retinebit omnes res, si hoc donator non faciat, conuertitur electio ad donatarium: qui si offerat 400. habebit totam rem. & omnia ista fiunt, ne si starent in quæstione aliqua, inter eos possit oriri contentio. Si vero diuersis tpib. quis 300. alicui dederit, ita vt q̃libet summa per se subsistat intra legitimam, sed coadunata excedat: an debeat insinuatio fieri? Dicitur, ꝙ non: q̃a plures intelliguntur donationes, q̃ vna. Si vero stipulat' fuero omni anno aliquam quantitatem, quæ non excedat legitimam summam; an intelligantur plures donationes, vt sic nõ sit necessaria insinuatio? apud veteres erat dubitatum. Imperator distignit: aut stipulatus sum mihi dari dũ viuo, aut dũ donator viuit, & tũc si excedit legitima summã, nec est necessaria insinuatio. aut est sic actum, vt stipulatio trãseat ad hæredes: & sic promittis mihi, & hæredi meo ꝑ te, & hæredem tuũ: & tunc non est vna donatio: & indiget insinuatione.

† Vi. Cu. ia. 20. obs. 31.

2 † al. sibi super donatione.

g *Siue communem.* s. simplicem, quæ in omnes fieri potest.

h *Ante nuptias.* sic dicta, quia tantũ ante matrimonium fiebat: sed hodie propter nuptias vocat, cum fiat & post, vt supra, de dona. ante nupt. l. fi. § 1. & debebat insinuari, vt hic, & sup. de don. ante nup. l. fi. §. similimodo. hodie contra, vt statim dicet. Et dic maiori fœmina, vt non contradicat infra §. his insuper. Accur.

i *Trecentos.* vt supra de sacrosanct. eccle. l. illud. & insti. co. §. aliæ. Sed hodie valent vsque ad quingentos sine insinuatione, vt ꝯ. l. penult. in fi. Item in donatione propter nupt. hoc plus est: quia sine insinuatione sũt, nisi in casu, vt supra de don. ante nupt. l. fi. §. fi. & in auth. eo decursum.

k *Ducentorum.* scilicet tãtũ, sicut olim.

Super-

dotum summam teneat: sed in huiusmodi obseruatione similes sint tam communes, quàm ante nuptias donationes.

¶ Si quid autem supra legitimam defensionē fuerit donatum, hoc quod superfluum[a] est, tātummodo non valere: reliquam vero quantitatem, quæ intra legis terminos constituta est, in suo robore perdurare, quasi nullo penitus alio adiectio, sed hoc pro non scripto, vel nō intellecto esse credatur.[b]

¶ Exceptis donationib. tam Imperialibus, quàm ijs, quæ in causas pijssimas procedūt: quarum Imperiales quidem donationes merito indignari sub obseruatione monumentorum fieri, tam à retro principibus, quàm a nobis sancitum est: sed firmam habere propriam maiestatem.[c]

IN AVTHEN. vt non fiant pig. §. 2. alias §. illud quoque. collat. 5. constitutione 5.

Item & à priuatis in principem, etiam cessantibus actis, fit donatio.

Finis Authent.

Sequitur tex. l. Cod.

¶ Alias vero, quæ ad pietatem respiciunt,* vsque ad quingentorum[d] solidorum summam, & sine monumentis esse validas censemus. Iis insuper ante nuptias donationibus, quæ in adultas minores sui iuris constitutas cuiuscunque summæ procedunt secundum veterum legum scita, etiam[1†] nisi[e] actis interuenientibus corroboratæ sunt, suam retinentibus firmitatem.

¶ Sin autem non in auro[f] res donationis fuerint datæ, sed per res mobiles, vel immobiles, vel se mouentes, quantitatem earum æstimari. & si quidem vsque ad legitimam solidorum summam erigatur, validam eam esse, & sine monumentis conseruari. Sin autem amplioris summæ inueniatur, & minimè actis comprobata est, superflum tantum vacuari.

Si ratione donationis mei datur in cōmunionem: quia pars pro indiuiso est donata: datur facultas maiorem partem habenti, offerendi æstimationem partis suæ consocio; quo nō offerente, fieri debet diuisio, si commodè fieri potest, alias minorē partem habens, offerre potest maiorem partē habenti. h. d. Sal.

¶ Ne autē communione[g] inducta, donatori, & ei, qui liberalitatem suscepit, aliqua oriatur contentio,[h] electionem damus ei, qui ampliorem summam[i] [2†] in re* donata habuerit, reliquam æstimationis quantitatem offerre ei, qui minorem[k] causam habuit, & totū possidere. Sin autem hoc minime facere maluerit, tunc omnimodo res diuidi secundum quantitatem vtriq; parti competentem, si res diuidi sine suo periculo possibilis est. Sin autem in huiusmodi casib. in quib. partitio vtiliter celebrari minime potest, amplioris summæ dominus noluerit offerre æstimationem: tunc licebit etiam ei qui minoris summæ habet potestatem, offerre pretiū, & totum sibi [3†] vendicare.

Hoc, quod sequitur, est etiam valde notabile. Diuersitas temporum pluralitatem donationum inducit. & ideo quot sunt summę, tot donationes: & non fit cumulatio. h. d. usque ad §. si quis autem talem. Bald. vel sic: Si plures res diuersis temporibus donantur, plures donationes intelliguntur. h. d. Sal.

¶ Si quis autem per diuersa tempora in eandem personam multas faciat liberalitates, quarum singulæ quidem legitimam quantitatem non excedunt, in vnum autem compositæ, & prædicto modo exaggeratæ, redundare videntur, & maiores esse quantitatis: non videntur eas oportere in vnum coadunare, & introducere modos, per quos non valeant, & in irri-

a *Superfluum.*] Inutilis ergo adiectio vitiatur, & non vitiat, vt ff. de iure dotiū. l. siue generalis. §. 1. & ff. de vsur. l. placuit. & l. pecuniæ. in principio. Accur.

b *Credatur.*] vt ff. de exce. do. l. purè. §. si donaui.

c *Propriam maiestatem.*] vt scilicet valeant quantumcunque sint, sine insinuatione, vt hic: & supra de quadrien præscr. l. fin. §. si. & econtra si priuatus donet principi, idem est, & hoc dicit authen. quæ est hic. Item & a priuatis, &c. quæ est ex titulo, vt non fiant pig. pro alijs. §. fina. col. 5.

d *Ad quingentorum.* quod hodie est ius commune, per legē penul. inf. eo. Vnde dixerunt quidam ex ingenio suo, quod hodie licet donare in pias causas sine insinuatione, etiam vsque ad octingētos solidos, vt addantur 300. vt olim. Alij dixerunt in immēsum causa pietatis posse donari, vt in auth. de nō alien. §. finimus. colla. secūda. Sed ibi de Imperiali donatione dicit. donationes autem in captiuorum redemptionē in immensum fiunt, etiam sine scriptura, vt infra eo. l. pen. in prin.

e *Etiam nisi.*] idest si non. nam valet sine insinuatione facta donatio propter nuptias minori fœminæ, vt hic: & sup. de dona. ante nup. l. minoribus. quod hodie est ius generale, vt dixi per authē. eo decursum, &c. in eo. tit.

f *Non in auro.*] idem in Bon. & qualibet alia moneta, cum res per eam æstimentur, vt ff. de fideiu. l. si ita fideiussorem. si ergo sit aurū, vt species, erit idem quod in alia specie, vt ff. de lega. primo. l. plane 1. §. 2.

g *Communione.*] quæ inducitur ex eo, qd pars, quæ est vltra legitimum modum, remanet penes donantem, alia transit in donatarium, sicque efficitur communis.

h *Contentio.*] quam solet excitare communio, vt ff. de leg. 3. l. cum pater. §. dulcissimis. Ioan.

i *Ampliorem.*] no. quod ratione maioris partis, quis maiorē consequitur potestatem. sic ff. de pact. l. maiorē. & ff. de statu ho. l. quæri l. hermaphroditum. & inf. de metatis. l. secunda, lib. 12. & de ijs qui se de. l. prima. lib. 10. & arg. quando & qui. quarta pars. l. secūda in princ. lib. 10. Sed quid si æquales habeant portiones, vt quia res valet sexcentos aureos? Dic, forte occupantis meliorem esse conditionē, licet quidam dicant neutrū eligere. pro prima opin. facit ff. de pecul. l. si vero. & est hoc speciale, vt in re communi sic fiat, alias contra, vt ff. comm. diui. l. Sabinus. & sup. commu. diui. l. pen.

k *Qui minorem.*] no. quod cū is est in mora, qui habet electionem, trāsfertur electio in aduērsarium, sic ff. de leg. j. cum quidam ita. in fi. & de sol. l. j. & est argu. pro R. in legato relicto in genere. Argu. contra ff. de op. lega. l. mancipiorum. Accur.

* Quid si donatio iuramēto sit munita vide Rolan. à Valle. 1. consil. 19. nu. 84.

1† etsi nō.

2† al. rene donatam.

* Concor. c. pastoralis cum gl. super ver. plures. de rescrip.

3† si velit.

tum reuocentur: [a] sed econtrario, & plures intelligantur, [b] & singulæ secundum sui naturam obtineant, & monumentorum obseruatione non indigeant. Cum enim à veteribus super hac re variatū est, alijs multas, alijs vnam esse definientib. nobis causa placuit humanior, vt & multæ intelligantur: & oẽs validę: & ij, qui liberalitates accipiūt, sciant veros nõ falsos suos eẽ donatores.

Donatio facta ad vitam donatoris, et donatarii de certa annua quātitate non excedē te legitimā summā non indiget insinuatione secus si ex vtraque parte: vel ex altera hæredis fiat mentio. & non reperitur alibi. Bal. vel sic: In stipulatione annua requiritur insinuatio, si sit facta mentio hæredis donantis, vel donatarii: & fortius si vtriusque: aliàs non est necessaria. h.d. Sal.

SI *donatione*. CASVS. Dedi duobus fundum hac lege, vt si alter prius decederet, portio sua ad alterum perueniret, conditione existente, superstes portionē illius, qui infata concessit, petere poterit.

a *Si donatione*. causa mortis facta, vt sic faciat ad titulum. Sed & si inter viuos donaretur, idem esset: vt daretur actio, vt supra tit. 2. l. quoties.

b *Conditione*. quia & donator prius, & alter donatariorum postea decessit. Accursius.

c *Perficiebatur*. id est, si donare voluit mortis causa.

d *Actio*.] ex testamento, siue fuit factum testamentum, siue qualibet vltima voluntas, & tunc vtilis, vt no. sup. commu. de leg. l. 2. Sed quæritur ex eo, quod dicit altero defuncto, an intelligatur sine hæredibus? Quod videtur, vt supra de instit. & sub. l. generaliter, §. fin. Sed ibi filius instituebatur: hic extraneus, & facit supra quando di. leg. ce. l. agrum. Item quod dicit fideicommissi, dic idest, quasi fideicommissi: nec enim proprie est fideicommissum donatio, sed quasi, vt infra eod. l. fi. An ergo absenti poterit fieri donatio causa mortis, vt fideicommissam, vel legatū, vel an absens poterit substitui, vel etiā præsens, qui tamen non possit stipulari? Et videtur in omnibus quod sic, per legem istam. & quia in omnibus conueniunt legatis, vt instit. eod. §. 1. & inf. eod. l. fin. Item quia non interest, cū quo de supremis quis loquatur, vt ff. de lega. 2. l. miles. in princ. & l. cum pater, §. donationis. & pro hoc ff. de reb. dub. l. quoties, 2. & expressum est ff. de do. præleg. l. Seia, in fi. Et econtra videtur, quod non, nisi stipuletur donatarius, vel substitutus, vt infra leg. proxi. & ff. de leg. 2. l. vt hæredibus, & ff. eod. l. ea qui. nam & donatio simplex nō valet inter absentes, nisi interueniat nuncius, vel epistola, vt ff. de do. l. etiam, & supra de do. l. si donatio. & leg. si aliquid. Et ad hanc posset dici perficiebatur, scilicet per stipulationem. & ad illas, de l. secunda, l. quod fideicommissum erat ibi, non simpliciter donatio causa mortis. & ad illam institu. eodem, §. primo. est fere. Sed primam opinionem approba, per l. ff. de dote præleg. l. Seia. Accursius.

test per fideicommissum substitui. h. d. Bar. & Sal.

Imp. Alexander A. Daphnæ.

LEX PRIMA.

SI donatione [a] contineatur, vt altero defuncto, ad alterum portio eorum, quæ donabantur, pertineret, existente conditione, [b] si mortis causa donatio pficiebatur, [c] fideicommissi actio [d] competit. PP. 4. Cal. Octobr. Maximo 2. & Aeliano Coss. 224.

Pulcher casus: Mater licet ex primo marito habeat filios, dotem suam recuperat: & alii nubere potest: sed si facit extraneum hanc dotem stipulari animo donandi causa mortis, ea mortua, donatio reuocatur, vsque ad debitum bonorum subsidium, nisi in residuo patrimonio inueniatur debitum bonorū subsidium. h. d. Bald. Vel sic: Matri intestatæ succedit filia, nō potest venire contra pacta initia, quando secundo viro dotem dedit, & de donatione causa mortis detrahitur Falcidia. hoc dicit Salicetus.

Imp. Gordianus A. Zoilo.

LEX II.

INtestata mortua quondam [e] nuru tua, neptis tua, quæ ex ea, filioque tuo quæsita est, quandoque [f] potest ad eius venire successionem: nec tamen ea post mortē filii tui ex quo quæsierat filiam, alij nuptui se collocando, dotem dans prohibeatur, quàm velit côditionem eidem doti adijcere.

¶ Sed si mortis causa donationem in fratrem suum conferens, in casum mortis suæ eam dotem eundem fratrem suum stipulari passa est, cum diui Seueri constitutione et in mortis causa donationibus, si de cętero patrimonio quantum Falcidia [*] iubet, hæres non habet, prouisum sit, [g] is, qui [h] nurui tuæ hæres extiterit, eius constitutionis beneficium nō prohibetur postulare. PP. 10. Calen. Februar. Gordiano A. & Auiola Coss. 240

Pro morte non solum sua sed alterius (puta fratris potest quis causa mortis donare. hoc dicit Bald. Vel sic: Etiam ex causa alienę mortis potest donari, nec solus donator potest reuocare. hoc dicit. Salic.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. Hæredi.

LEX III.

NEc fratris sui mortis causa rectè factam donationem sorori [i] rescindere licet. * S. 3. Calend. Ian. Sirmij AA. Coss.

Donatio causa mortis æquiparatur legatis, & non requirit insinuationem, tamen requiruntur quinque testes, saluo, quod inter liberos sufficiunt duo testes, sicut in vltimis voluntatibus. hoc dicit Baldus. Vel sic: Donatio causa mortis potest fieri sine insinuatione cuiuscumque sit summæ: dum tamen fiat in pręsentia quinque testium, vt non sit dissimilis vltimæ voluntati. h. d. Salicetus.

IN*testata*. CASVS. Vxor filij mei habens 50. in bonis, mortuo filio meo conuolauit ad secundas nuptias, & illa secundo marito dedit in dotem, & stipulatus est frater suus, ea sibi soluto matrimonio promittente ex donatione causa mortis, ea in fata cōcessit: qualiter hæredi suo, puta nepti meæ consuli debeat, quæritur. Et respon. quod detrahet Falcidiam de prædicta donatione.

e *Quondam*. Nota quod dicit quondā.

f *Quandoque*. idest quandocumque.

g *Prouisum sit*. detrahitur ergo Falcidia de donatione causa mortis, vt & sup. ad leg. Falc. in donationibus. Sed contra. ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. item si ita. Solut. illud euenit propter culpam hæredis adhibentis moram. Alij dicunt, quòd illud in mortis causa capione, ex qua non detrahitur Falcidia secundum eos, quod non placet, vt diximus sup. ad leg. Falcid. l. si mortis.

h *Is, qui*. idest, ea neptis, q nurui, &c. & facit sup. de inoffi. do. l. si mater.

NEc. CASVS. Mortis causa fratris soror dedit mihi fundū, an possit reuocare, quæritur? Et dicitur, quòd non.

i *Sorori*. scilicet donanti, pro sua ergo, & pro aliena morte potest donari. vt hic, & ff. eod. l. qui pretio. in fine. & l. mortis causa filij. & leg. mortis causa capimus. & hæc confirmatur morte eius, cuius causa donatur. Sed si filius patre pmittēte donet, quod potest. vt ff. de don. filiusfamilias, in fin. & ff. eodem, l. tam is, §. filius, an vtriusque mors exigatur? quòd videtur. argumen. ff. de donatio. inter virum, & vxorem, l. cum illic status, §. non solum, & supra de donation. inter virum & vxorem, l. donatio. & l. si vt proponis. Sed magis puto solius filij morte confirmari. Accursius.

*Ne dicas cum interpretib. cōtra id inuie. Etiam ex cā aliena mortis, mortis cā donari posse, vt l. 11. 18. ff. e. dic potius cū Cuiac. 20. obs. 6. Donationem mortis cā in extraneum collata à cognatis donatoris reuocari nō posse, idq; et de donatione inter viuos constituitur, l. 39. ff. de donatio. Gotho.

Cum de

Cum de. CASVS. Olim dubitabatur, an donatio causa mortis esset donatio inter viuos, an esset legatum, dicit Imperator, quod per omnia similitudinem habet cum legatis: nec est necessaria insinuatio, dum tamen quinque testes adhibeantur.

† Vide in hunc locu Cuiac. 10. obs. 18.

a *Indigere.*] Per hoc differt a donatione inter viuos. Sed quid si dubium est, an sit inter viuos, vel causa mortis? Responde præsumam inter viuos, nisi contra probetur, ut ff. de do. l. leg. l. Seia. licet quidam distinguant, an fiat prope mortem vel non.

b *Quinque testibus.*] qui ad minus in qualibet vltima volūtate exiguntur, ut supra de codi. l. fin.

c *Effectus.*] subaudi fere, quod est instit. eod. §. 1. nam differt in quibusdam. Primo, quia pro donatione causa mortis non datur interdictum quorum legatorum, sed pro legato sic, vt ff. quorum legat. l. 1. §. 1. & §. si quis ex mortis. licet litera Py. ibi dicit cōtra. Item in alijs, vt no. instit. eod. §. 1.

DE INFIRmandis pœnis, &c.

† Du. eis otie.

Pro eodem ponitur cœlebs, & orbus, id est, qui vxorem non habet, nec vult, sed vult caste viuere, vel etiam, qui filios non habebat, cui olim non poterat causa mortis donari, & ideo hic ponitur iste titulus post præcedentē.

Qui iure.] CASVS. Olim ei qui cœlibem, id est, cœlestem vitam ducebat & castam, nec vxorem ducere volebat, donari non poterat, hodie dicit Imperator secus esse, quia in tales potest fieri donatio, ac si essent mariti, nec refert, an fuerit talis masculus, vel fœmina.

† Leges Papias. & Poppæas intellige, quæ magnas pœnas cœlibatus inmexerant. Con.

d *Liberentur.*] subaudi ab imminentibus, &c.

e *Mereatur.*] nam alia causa esse potest vt quia non est capax.

† extat ti. in fragm. Vlpian. de cœlib. verbo. & solitario. patio. Cont.

f *Orbus.*] id est, orba tus vxore, vel filijs. Acc.

g *Omnibus.*] s. fœminis, & viris.

Imp. Iustin. A. Iuliano. PP.

LEX IIII.

Cum de mortis causa donatione dubitabatur, & alij quidem inter vltimas voluntates eam posuerunt, & legatis * aggregādam esse censuerunt: alij autem inter donationes, quæ inter viuos consistunt, eam posuerūt dubietate eorum explosa, sancimus omnes mortis causa donationes, siue iuxta mortem facientis fuerint celebratæ, siue a longiore cogitatione mortis subsecutæ sunt, actis minimè indigere: [a] neque expectare publicarum personarum præsentiam & ea, quæ super hmôi monumētis solent adhiberi, sed ita res procedat, vt si quinque testibus [b] præsentibus, vel in scriptis, vel sine literarum appositione aliquis voluerit mortis causa donationē facere: & sine monumentorum accessione res gesta maneat firmitate vallata, & nullam in ea calumniā accipiat, neque propter hoc, quod ei gesta non accesserunt, inefficax esse atque inutilis videatur: omnes effectus [c] sortiatur, quos vltimę habent liberalitates, neq. ex quacunque parte absimilis eis † intelligatur. D. Cal. Septemb. Cōstantin. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. 530

TITVLVS LVIII.

De infirmandis pęnis cœlibatus, & orbitatis, & de decimarijs sublatis.

Olim viri cęlibes, vel mulieres viris orbatæ, capere non poterāt ex mortis causa donatione: hodie sic. h. d. Sal.

Imppp. Constantinus, Constātius, & Constās AAA. ad populum.

LEX PRIMA.

Qui iure veteri cœlibes habebantur, imminentibus legum * terroribus liberentur [d] atque ita viuant, ac si numero maritorum matrimonij fœdere fulcirentur: sicque omnibus æqua conditio capessendi, quod quisque mereatur. [e]

¶ Nec verò quisquam * orbus [f] habeatur, & proposita huic nomini damna non noceant. Quam rem & circa fœminas existimamus, earumque ceruicibus imposita iuris imperia velut quædam iuga soluimus promiscuè omnibus. [g] Dat. Calen. April. Romę, Constantio ij. & Constante AA. Coss. 339.

Ista lex declarat primam; quia declarat statutū legis Papię, & h. d. Olim etius, quod vir relinquebat vxori liberos non habenti, decima debebatur fisco, & econtra. quod, hodie per hanc legem corrigitur. Sal.

Imp. Honorius, & Theod. AA. Isidoro. PP.

LEX II.

Inter [h] * virum, & vxorē rationem cessare ex lege Papia decimarum, & quamuis non interuenient liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis (nisi fortè lex alia [i] imminuerit de relicta) decernimus. Tantū igitur posthac maritus, vel vxor sibi inuicem derelinquant, quantum superstitis amor [k] exegerit. Dat. PP. Non. Sept. Varana Cos.

TITVLVS LIX.

De iure liberorum.

Olim, quādo pater emancipabat filium, impetrabat a principe ius liberorum. hodie non est necesse; quia remanet ei saluū, h. d. Bal. vel sic: Nō est precib. impetrandū, quod a iure communi reperitur cōcessum. h. d. Sal.

Impp. Honorius & Theod. AA. Isidoro. P. F. V.

LEX PRIMA.

Nemo * posthac a nobis ius liberorum [l] petat, quod simul in hac lege omnibus concedimus. D. PP. Non. Septembr. Varana Cos.

Inter.] CASVS. Olim erat statutū per l. Papiam, ut decima pars eorū, quæ relinquebantur vxori a viro, vel econuerso, applicaretur fisco si non essent liberi ex eo matrimonio, hodie non habet locum illa lex, sed solidum capit aut vir, aut vxor, nisi alia lex prohibeat.

h *Inter virum.*] statuit lex Papia, vt decima eius, quod relinquebatur a viro vxori, & econtra, daretur fisco, si non essent liberi ex eo matrimonio, quod hic corrigitur.

i *Lex alia.* puta Falcidia, uel alias non fit capax.

† Vi. Alci. li. 3. dispu. c. 3.

k *Amor.* passiuus est.

DE IVRE LIberorum.

Dixit de iure, quod habetur in sines iure potestatis, nunc quod habetur iure succedendi a patre. vt in l. 1. vel in matre, vt in 2.

Nemo.] CASVS. Olim si pater volebat succedere filio emancipato, oportebat, quod hoc a principe impetraret, hodie secus, quia & hoc non impetrato, poterit pater succedere.

l *Ius liberorum.*] scilicet, vt eos habeat in potestate. Vel melius, vt eis emancipatis succedat, quoniam hoc iam eis concessum est. Primum est instit. de pa. pot. §. ius autem. Secundum, institut. de legi. ag. succ. §. fin. & facit infra de thesau. l. 1. libro decimo. & in Authent. vt liberti de cætero. §. sancimus. colum. 6. & ff. ad mu. l. 1. & supra arb. tut. l. cum interdictæ. Accur.

† Pars l. vet. sup. ti. prox. quia & idē dies, et consul. Cont.

Illam

Illam.] CASVS. Olim non poterat mater succedere filio, nisi tres liberos peperisset, si esset ingenua, vel quatuor, si esset libertina, quod hodie non habet locum.
a *Iniuriam*] concordat inst. ad Tertul. §. sed nos constitutione. Acc.

Mater succedit filio per Tertullianum. Bal. Vel sic: Mater filio succedit, licet quatuor no pepererit. h. d. Sa.

Imp. Iustinia. A. Mennę, PP.

LEX II.

Illam iniuriam,[a] quę contra matrem defuncti, vel defunctæ præteritis fiebat temporibus, pro iustitiæ ratione amputamus: legitima iura, quæ ex Tertulliano Senatusconsulto ei prestatur, omnimodo eam habere sancimus, licet tres liberos ingenua, vel liberta quatuor minimè peperit. Data Calendas Iulij Constantinop. ipso A. ij. Cos. 394.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI Principis ex repetita prælectione.

Liber Nonus.

TITVLVS I.

De ijs,[1]† qui accusare non possunt.

Quando duo crimina intentantur, quorum unum est præiudiciale ad aliud, super grauiori proceditur. h. d. Bar. vel sic: Super maiori causa prius est procedendū, quam super minori, & sententia absolutoria lata in maiori, non præiudicat in minori, secus condemnatoria. h. d. Vel sic: Si accusatio secunda est maior quam prima, & præiudicialis, prius debet procedi, in secunda, & prius definiri secunda quam prima, & absolutoria lata super secunda, poterit procedi in prima, licet in condemnatoria lata in secunda est eo ipso impositum super prima silentium. hoc dicit. Sal.

Impp. Seuerus, & Antonin. AA. Syluano.

LEX PRIMA.

Prius[b] * est, vt criminibus, que tibi vt[c] grauiora ab aduersario tuo * ob ijciuntur, cædis atq; vulnerum respondeas,[d] & tunc ex euentu[e] causæ iudex æstimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi,[f] prior inscriptionem,[g] deposuisti. PP. 5. Idus Mar. Tertul. & Clemente Coss. 196.

DE IIS QVI ACCVSARE non possunt.

De ciuilibus quæstionibus dixit, nunc de criminalibus, & in quib. accusatores sunt necessarij, quare de his præmittit. Et dic, quòd regulariter quilibet pōt accusare, qui nō prohibetur, vt instit. de pub. iu. in prin. Prohibetur aut mulier, vt inf. eo. de crimine. Item accusans suum accusatorem: vt infra eo. l. neganda. Item alio nomine, vt infra eo. l. 2. Item qui renunciauit expresse: vt infra eod. l. accusationem. Vel tacite, vt infra eo. l. si ea. Item frater fratrem, vt infra eo. l. si magnam. Infamis. vt infra eo. l. criminis. Qui duos habet accusatos, prohibetur a tertio, vt inf. eo. l. cum rationibus. Item alumnus, vt inf. eo. l. iniquum. Serui, familiares, liberti, vt infra eod. l. pen. & fi. Item milites, vt infra eod. non prohibetur. Item pupillus, & qui habet merum imperium, & qui accepit pretiū ad accusandum, vel nō accusandum alium. Itē, qui falsum aliās dedit testimonium. Et pauper. vt ff. de accu. l. qui accusare. & l. seq. Et socius socium eiusdem criminis nō accusat, vt supra de libe. cau. l. si filium. Prædicti regulariter prohibentur, sed casualiter admittuntur, vt in singulis legibus inueniuntur.

1 Quę ad similitudinē rediguntur ciuili. i. Sal. & ideo tanquam exēplata sequuntur exēplare. dicit Ale. in tit. de accu. extr. Accusatio est multis īterdicta.

a † al. de criminib. &c.

Prius.] Diuiditur in duas partes. In prima loquitur de ordine iudicij. In secunda de effectu pronunciationis secunda ibi, Et tunc ex euentu. Bald. CASVS. Accusabam te actione iniuriarum, quia seruum meum verberasti die dominico, reaccusasti me, quia eundem seruum meum occidissem die sabbati præcedenti. lege. Corn. de sic. quæ accusatio præferri debeat, quæritur? Et respond. quòd tua. & si contra me fuerit sententia lata, non admittar ad accusationem meam, si non admittendus sum.

b *Prius.*] si de ordine quæras. & dic, quòd te iniuriarum accusabam prius, tu me reaccusabas lege Cornelia de sicarijs.

c *Vt grauior.*] sic & infra de adult. adulterij. & l. quoniā. & sup. de or. iu. l. fi. in pari enim, vel minori secus, vt dicet inf. eo. l. neganda. Sed certè imo de pari idem videtur, vt inf. de cal. l. 1. quæ est contra. Quod aūt par sit, patet, quia par imponitur pœna, vt inf. tit. 1. accusationis. Sed dic, q illud non fit per accusationem, sed per iudicis officium, ad monitione facta ab accusato ipsi iudici. sic & ff. de bo. liber. l. qui cum maior, §. si libertus.

d *Respondeas.*] hoc si nomen aduersarij tui non sit receptum inter reos, vt ff. de adulte. l. 2. §. si extraneus. & l. si maritus. §. præscriptiones.

e *Ex euentu.*] s. vt si fuerit condemnatus nō accuset, aliās sic: nec enim aliter exponi potest. Sed secūdū hoc est contra, ff. de publ. iu. l. is qui, in fine. vbi etiam damnatus persistit in accusatione prima. Solut. ibi persequit suā, vel suorum iniuriā: hic non. hoc non placet, quia etsi non cępisset, posset de nouo accusare. vt ff. de accu. l. qui iudicio. Alij, quod ibi incepit contra extraneū, contra quem nō fuerat in aliquo calumniatus. hic contra accusatorem, cui commisit calūniā, quod patet, quia succubuit vnde ibi auditur, hic non, arg. ff. de accu. l. si cui. §. ijsdem. Tertij, quod si tumultus nō potest aliās sedari, audit, vt ibi, aliās non, vt hic. arg. ff. ad legem Corn. de sica. l. pen. Vel aliter, si apparuit te calumniatum esse, non admitteris, aliās sic. quod non placet, quia non propter euentum, sed propter calumniam tunc remoueretur. Vel dic quinto secundum Azo. quod hic erat tale crimen obiectum accusanti, quo probatio prius intendi non potest; vt conueniebat me criminaliter de furto serui sui subrepti certa die, vel quod verberaueram eum seruum, & ego reaccuso, quod ipso præcedenti die occiderit eum. hæc & secunda placent. Dixerunt, & alij, quod ibi erat lis contestata, ex eo, quod l. dicit, inchoata: hic tantum libellus inscriptionis datus. Sed secundum solut. secundam nonne damnatus est infamis, vt ff. de publi. iudic. l. infamem, ergo non potest accusare, vt ff. de accu. l. qui accusare? Solu. hic in inchoatis. Item cum semel fecit calumniam resistendo, quomodo auditur ammodo, vt d. l. si cui. §. 1. Respond. hic in defendendo, ibi in accusando. Item huic l. contra. ff. de iudi. l. qui prior. Solut. hic fallit illa regula.

f *Tametsi.*] i. quamuis. & potes hic dicere, quod dicitur ff. de iudi. is qui reus.

g *Inscriptionem.*] minoris criminis, qualiter fiat dicet inf. tit. 1. l. fina.

* Concor. 3. q. 11. c. prius. Vid. Cuiac. 20. obs. 7.

* Vide Cęlium lib. 1. epist. Ciceronis. & Antoniū in Verrē Con.

SI cautiones. CASVS. Secundinus tenebatur Titio in 10. & decessit Titius filio suo hærede instituto, cui dedit tutorem: Secundinus conuentus protulit instrumentum, quo continebatur eum soluisse, an tutor nomine suo instrumentum arguere possit de falso, quæritur? & dicitur, quod sic de falso, quia si succumbat, non erit infamis, nisi euidens calumnia apparuerit.

a *Si cautiones.* idest apochas de soluto.

b *Secundinus.* debitor.

c *Eugenio.* patri vestro.

d *Alieno.* Non sic infra tit. 1. tunc conuenit, & ff. de pub. iud. l. pen. §. ad crimen. & infra de calum. l. nostris. Sed videtur, quòd etiam nomine pupilli possent, vt ff. de ijs quibus vt indig. l. tutorem. in princ. quæ est contra. Solu. ibi nomine pupilli, id est pro ipso. & eodem modo respondeo sup. de ijs, quibus vt indi. l. Polla. quæ est similiter contra. Vel in l. Polla. de falso ciuiliter agebat, quod fieri potest, vt infra de fal. l. pen. & fin. & supra de transac. leg. si ex falsis. Dices ergo accusorte, quia fecisti, vel vius fuisti falso, non quia dicit pupillus meus. Sed an ipse pupillus potest? Respond. non, etiam cum consensu tutoris, vt ff. de accu. l. qui accusare, nisi in casu. vt ff. de accusa. l. 2. §. 1. Vel ibi facit tutor, & satis dr. accusare, sed aliud in causa ciuili, vt ff. de admin. tuto. l. 3. §. sufficit.

pu- ita
-um Cu-
-iac.

2† al. deest Du.

3† Du. de est.

4† Du. de est.

Tutor, & curator pro interesse pupilli, vel adulti pōt de falso proprio noīe non alieno accusare, nec punitur probando nisi de calūnia euidenti. h. d. secundum glo. Bar. vel sic: Tutor sine metu calūniæ præsumptæ, pōt instrumenta contra pupillum producta de falso accusare. sed ꝓprio noīe debet se inscribere. Sal.

Ijdem AA. Ingenuo.

LEX II.

SI cautiones, [a] quibus Secundinus [b] solutam Eugenio [c] pecuniam probare se dicit, tutores, vel curatores tui suspectas, vt falsas habēt, proprio [2] † nomine (cum nō liceat alieno [d]) nō prohibentur in crimine falsi subscribere. Nec enim facilè tutores, vel curatores, qui ex [3] † officio, & [3] † periculo suo res pupillorum, vel adolēscētiū administrant, sñia [e] notantur nisi [f] euidens eorum calūnia [4] † iudicanti apparebit. [g] PP. 12. Cal. Octobr. Antonino A. & Geta, Coss. 206.

Accusator dēt se īscribere ad pœnā talionis, & dare fideiussorē de lite prosequēda,

ADDITIO. Tu dicas, quod tutor potest accusare tutorio nomine, vt est casus in leg. Polla. & l. tutorem, supra allegat. per glos. non ob. hæc leg. quia verum est, quòd inscribit se nomine suo, tamen nomine pupilli accusat. simile, quod vnus accusat. & alius se inscribit, habes in leg. vltima, infra de iniurijs. Istam opinionem tenet Richard. Malum. vt dicit Bartol. in lege secunda, §. pupillus, ff. de accusat. quod ipse Bartol. vt ibi dicit, verum putat de iure. Cautela tamen est, vt dicit idem Bartolus hic, & in dicto §. pupillus. quod quando tutor accusat aliquem, dicat in accusatione, talis tutor, nec adijciat tutorio nomine, nam tunc intelligitur eo modo, quo potest, vt leg. post mortem, §. primo, ff. quando ex facto tuto.

e *Sententia.* scilicet calumniæ.

f *Nisi.* expositiuè, non exceptiuè, sic & ff. de procurato. l. quæ omnia, in fine, & l. nisi, & infra eodem, leg. non ignorat.

g *Apparebit.* regulariter secundum nos, qui non probat, dicitur calumniari, vt supra de aduoca. diuer. iudicio. leg. 1. sed fallit in casibus, quorum vnus est hic, & alius infra de calum. l. mater. vbi plene dices omnes, & facit supra de admin. tut. l. non est.

QVI. CASVS. Ille, qui vult accusare, duo facere debet, scilicet inscribere, & fideiussorem dare de accusatione prosequenda. Si vero accusatus compareat, & accusator non compareat, punitur arbitrio iudicis, & condemnabitur ipse accusator in expensis. Viuia.

h *Qui crimen publicum.* idem si priuatum, si criminaliter agat, secus si ciuiliter, vt ff. de fur. l. fi. & de pri. delict. l. fina.

quam si non prosequitur, monēdus est, & ex contumacia extra ordinē puniēdus, et aduersario in legitimis expensis condemnandus. h. d. Bal.

Imp. Alexander A. Rufo.

LEX III.

QVi crimen * publicū [h] instituere properant, non aliter ad hoc admittantur, nisi prius inscriptionum pagina [i] præcesserit, & fideiussor [k] de exercenda lite adhibitus fuerit.

¶ Sin vero post satisdationē præsentes non fuerint, edicto [l] admonendi sunt, vt veniant ad cām agendā: & si nō affuerint, non solum extra [m] ordinem æstimatione iudicis puniendi sunt, sed etiā sumptus, [n] quos in eam rem, & circa ipsum iter ad litem vocati fecerunt, dependere cogentur. PP. Non. Feb. Alexādro A. Coss. 223.

Mulier pōt accusare interfectores sui cōsobrini. h. d. Ba. vel sic: Mulier accusat de crimine, suā, vel suorū iniuriam prosequēdo, ratione tamē officii tutor debet ei anteferri. h. d. cum lege seq. Salic.

i *Pagina.* inscribit enim, & profitetur accusator se subiturum eandem pœnā, si non probauerit, quam subiret reus, si probaret, vt hic, & inf. tit. 2. l. 2. §. ex longinquo, & supra de fide instru. l. 2. & l. finali, & infra de calum. l. non prius, & ff. de accu. l. libellorum. Vel potest intelligi etiam si non dicatur, arg. infra ti. 1. l. fin. hoc tamen fallit in quibusdam casibus, vt inf. tit. j. l. ea quidem. & infra de adult. l. quamuis, 2. & sup. de Iudæ. ne quis. de apo. l. apostatarum. & infra de abigeis, l. 1. & inf. de calum. l. 1. & ff. de accu. l. leuia. 15. q. 3. c. de crimine, & 4. q. 4. c. aliquando. Item fallit quando opponitur in modum exceptionis crimen, vt ff. ad l. Iuliā de adul. l. 1. §. si publico. & ex. de acc. cap. super his, & 2. q. 1. de manifesta. & sup. de transactio. l. si ex falsis. Item fallit in casib. vbi quis sine accusatore punitur, vt supra de proba. l. iubemus, & de testa. l. nullum. & de suspe. tuto. l. tutor. §. præterea. & ff. ad l. Iuliam de adult. l. prima, §. si publico. vel ibi in modum exceptionis opponitur, vt dixi de lenocinio: idem in crimine falsi, secundum B. vbi non inscribitur, quoniam, & sine accusatione proceditur secundum eum, vt infra ad legem Corn. de fal. l. vbi Alij, vt Ioan. non admittunt, nisi casum illum de abig. is & in illa l. vbi accusatio fuit instituta.

† Concor. cum hac l. c. licet, §. quia vero. ex. de accusa.

k *Et fideiussor.* habita tamen differentia personarum, vt ff. de custo. reo. l. prima. & infra titu. 1. l. fina. sic & in ciuili satisdatur per actorem, vt supra de episcop. & cleri. Auth. generaliter. Accur.

l *Edicto admonendi.* per interualla triginta dierum sicut in ciuili, vt & supra de iudi. l. properandum. §. sed si quidem. secundum Ioan. vt supra quomodo, & quando iudex. Authent. semel, non vt quidam dicunt de tribus diebus singulis diebus ter, ut ff. de publ. iud. l. inter accusator. quia ibi sic de facto fuit, ut maior iniquitas appareret absentis.

m *Extra ordinem.* etiam vltra pœnam Turpilliani quandoque, ut ff. de pœnis. l. ob sententem, §. penult. in fi. Sic punitur, si tempore à iudice dato, non venerit: si vero tempore legali idest biennio non venerit, nec accusationem perfecerit, imponitur ei alia pœna, vt inf. ut intra certum tempus quæstio crimi. l. 2. quæ est contra. Vel dic, vt ibi, & ad hoc inf. tit. 1. l. si accusatoribus.

n *Sumptus.* sic est in ciuili, ut supra de fruct. & lit. expen. l. non ignorat, & ff. de iud. l. eum quem. in princ.

Vxor.

Valet donatio vniuersalis siue quotæ, siue totius substantiæ: tamen requirit insinuationem. h. d. vsque ad §. fin autem. Ba. Vel sic: Donatio totius, vel quotæ bonorum valet, & requirit insinuationem, si excedit legitimum modum. h. d. Sal.

¶ Sed & si quis vniuersitatis faciat donationem, siue bessis, [a] siue dimidiæ partis suæ substantiæ, siue tertiæ, siue quartæ, siue quantæcunque, vel etiam totius, si non de inofficiosis donationibus rô in hoc reclamauerit, [b] coarctari donatorem legis nræ [c] auctoritate tm̄, quantū donauit, [d] præstare: obseruatione, & hic monumentorū (secundū q̄ iam sanximus) omnimodo [e] requirenda.

Si donator retinuit sibi vsumfructum rerum donatarum, intelligitur illas tradidisse, & si non retinuit, cogitur illas tradere: et si nudo pacto promiserit. quod obtinet etiā in donatione ad pias causas: & donationes transeunt ad hæredes actiuè & passiuè. h. d. secundum Sal.

¶ Sed si quidem in omnibus supradictis casibus vsusfructus fuerit à donatore retentus, & traditionem iure intelligi [f] fieri.

Hic dicit Imperator, q̄ licet donatio non sit vallata stipulatione, vel traditione, sed nudo pacto: tamē agitur ex eo, & maximè ad pias causas: Ista actio appellatur cōdictio ex lege. Bal.

¶ Si aūt hoc minimè donator expresserit, [g] Et si quidem stipulatio donationi inserta sit, ex eius auctoritate traditionem cōpelli fieri. Sin verò & hoc [h] ꝓtermissū sit, & vsumfructū minimè detinuerit, [i] nihilominus ex lege [k] nostra necessitatē ei imponi, et tradere [l] hoc, qđ donare existimauit, vt non ex hoc vtilis sit donatio, q̄ res non traditæ sunt, nec cōfirmetur ex traditione donatio, sed liberalitatē plenā, & sc̄dm legem nostrā perfectissimā cōstitutā necessarius traditionis effectus sequat: & necessitatē hēat donator oīmodo, vel res, vel partem substātiæ, quam nominauerit, [1]† vel totā substātiā tradere. Cum. n. in arbitrio [m] cuiuscūque sit hoc facere, qđ instituit oportet eum vel minimè ad hoc prosilire, vel cum ad hoc venire properauerit, non quibusdā excogitatis artib. suū propositū defraudare, tantāque indeuotionem quibusdā quasi legitimis [n] velamentis protegere.

¶ Tantoq; magis hæc firma esse, si pijs actionibus, vel religiosis personis donatio deputata sit, monumētorū obseruatione in his [2] † motus (sm quod specialiter à nobis in huiusmodi casib. ꝑdictū est) obseruanda: [o] ne in præfatis pijs [3] † causis, ex quibusdam machinationib. nō solum indeuotus, sed et impius donator intelligatur, pęnasq; nō solum legitimas, [p] sed et cœlestes [q] expectet, resque donatas in oībus supradictis casibus [r] non solum eos, dum supersunt, sed etiā eorum successores reddere compelli, non tantum ijs, in quos donatio facta est, sed et eorum hæredibus [s] D. 15 Cal. April. Constant. Lampadio, & Oreste VV. CC. Coss. 530

Ista lex habet duo vel tria dicta notabilia. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quosdā casus speciales, in quibus donatio quantæcumque summę insinuationem non exigit. In secun parte statutum vsque ad trecentos aureos, ampliat vsque ad quingentos in donationibus, quę à iure communi censentur. Secunda ibi: Cæteris etiam. & h. d. Datum vel promissum in redemptionem captiuorum insinuationem non exigit: nec donatum à duce belli, seu à magistris militum, nec donatum, vel promissū pro refectione domus, uel ędificii incēdio, vel ruina corrupti. h. d. In prima parte. Secundo dicit, qđ hodie est regula generalis, quod qualibet donatio valet sine insinuatione, vsque ad quingētos aureos. h. d. hac lex. Bal.

Idem A. Ioanni PP. LEX XXXVI.

SI quis pro redemptione captiuorum pecunias dederit, siue per cautionem dare pro-

a *Bessis*. i. duarum partium, vt insti. de hære. insti. §. hæredidas.
b *Reclamauerit*. nā tunc nō cogitur, nisi quatenus cessaret querela, de qua dicitur sup. de inof. do. l. 1. & 2.
c *Legis nostræ*. scilicet huius.
d *Quantum donauit*. habita ratione ne egeat, vt ff. de re iudi ca. l. inter eos. nisi ī casu cū donatio facta est in opus publicum: quo casu in solidum tenetur donator, vt ff. de polli. l. ex pollicitatione. Vel dic hic non haberi rationem, quia opifex erat. vt ff. de libe. agno. l. si quis à liberis. § 2.
e *Omnimodo*. ex hoc colligitur indistinctè hoc casu fieri insinuationem, quod non placet quia dicit secundum quod iam. &c. vt sup. eo. l. sancimus.
f *Intelligi*. ut sup. eo. l. quisquis.
g *Expresserit*. de retentione vsusfructus.
h *Sin vero & hoc*. i. stipulatio est prætermissa.
i *Detinuerit*. & sic nudo pacto facta fuit donatio. Accu.
k *Ex lege*. illa præsenti.
l *Etiam tradere*. vt Instit. de don. § perficiuntur. & arg. supra de don. ante nu pt. l. cum veterū. & hoc per cōd. ex hac lege, cum nō sit nome actionis, vt ff. de cond. ex lege. l. 1.
m *In arbitrio*. sic & supra de act. & obli. l. sicut.
n *Legitimis*.] allegans nudum esse pactum.
o *Obseruanda*. vt vltra quingentos solidos demum insinuetur, vt sup. eod. l. sancimus, &c.
p *Legitimas*. extraordinarias.
q *Cœlestes*. ex eo, q̄ in piam causam promissum non soluit: nam vouere, & reddere, &c. vt ff. de pollicita. l. 2.

Vota sunt reddenda.

r *Casibus*. idem & in omnibus donationibus.
s *Hæredibus*. sic & infra, de don. illa.

Sed cōtra, supra de act. & oblig. l. si quidem, sed ex ijs quæ ibi dicit apparet solutio.

SI quis. CASVS. Dedi vel promisi aliquam quantitatē pecuniæ in redēptionem captiuorū: eam repetere volo, vel promissum soluere detrecto, eo ꝓtextu, q̄ donatio nō erat insinuata: an sim audiēdus, quæritur? Et Resp. q̄ nō. & ille qui pecuniā accepit, fideliter eā vt captiui rediman tur, subministrabit, & ob eā causam pecuniam esse impensam iurabit. Si magister militum rem mobilem, vel immobilē, vel de suo, vel de spolijs hostium dederit, siue in bello, siue extra militibus dat, etsi nō fuerit insinuata, vires habeat. Idē est, si illi, cuius est domus cōbusta, detur pecunia in refectionem, vel promittatur, q̄ a soluta, non repetet: promissa non soluta, exigetur, non obstante, q̄ insinuata donatio non fuerit, ita vt accipiēs in refectionē domus cōuertat, & nō in aliā causam.

1 † donaueri

2 † al desunt.

3 † al. deest

miſerit, cuiuſcunque [a] quantitatis: cognoſcat ſe neque repetitionem habere, neque exactionem cautionis [b] poſſe declinare, vtpote † geſtis (ſicut in donationibus) non ſubſecutis ſuper inſinuatione eiuſdem quantitatis: eo videlicet, qui pecunias accepit, vel prima vice,[c] vel poſt cautionem, neceſſitatē habere pijſſimam adminiſtrationem adimplere: nulla ei moleſtia, vel inquietudine inferenda, vel ab eo, qui pecunias præbuit, vel ab alijs ex auctoritate legum permiſſis [d] hoc requirere: ſed tantummodo ſacramentum [e] præſtare, quòd re vera omnem quantitatem ſine dolo malo, vel aliqua diminutione ad redemptionem dederit captiuorum. Simili etiam modo à geſtorum abſoluimus ordinatione donationes rerum mobilium, vel ſeſe mouentium, quas viri glorioſiſſimi magiſtri militum fortiſſimis præſtant † militibus tam ex ſua ſubſtātia, quàm ex ſpolijs hoſtiū, ſiue in quibuſcunq. locis degere noſcuntur. Eandemq; liberalitatem noſtræ legis indulgemus etiam ijs, quorū domus incendio, vel ruina corruptæ ſunt: quibuſdam fortè pecunias cuiuſcunque quantitatis præbentibus, vel cautionem conficientibus, vt & ipſi nec repetitionem timeant, verum etiam exactionem pecuniarū confeſſioni inſertarū facere poſſint, licet geſta non fuerint ſubſecuta, nulla eis licētia danda pecunias ad alias cauſas, niſi ad refectionem [f] domorum, erogare. Quòd ſi aliqua dubitatio orta fuerit, vtrum tota quantitas an pars eius in ædificijs expenſa ſit, hęc domini domus ſacramento dirimetur.

¶ Cæteris etiā donationib. quæ geſtis interuenientibus minimè ſunt inſinuatæ: ſine aliqua diſtinctione vſq; ad quingentos ſolidos valituris. hoc etiam tantummodo ad augendas huiuſmodi donationes addendum eſſe ex præſenti lege decernimus, anteriore tempore noſtra lege [g] præcedente moderando: qua vſque ad trecentos ſolidos factæ donationes, & ſine inſinuatione, firmitatem obtinere iuſſæ ſunt. Dat. 15. Cal. Nouemb. Conſtan. poſt Conſulatum Lampadij, & Oreſtis. VV. CC. 531.

Verba ſuperflua omiſſa non vitiant: nec etiam ſi apponantur, habent vitiare. h. d. Bald. vel ſic: In contractibus verba non ſunt ponenda, ex quibus nullus reſultat effectus. h. d. Sal.

Idem A. Ioanni PP.

LEX XXXVII.

VErba ſuperflua, quæ in donationibus poni ſolebant, ſcilicet ſeſtertij nummi, [h] vnius aſſis, vel quattuor, penitus eſſe reijciēda cenſemus. Quid enim verbis opus eſt, quæ rerum effectus nullus ſequitur.

¶ Sancimus itaque nullo modo eorum verborum mentionem, vel in Imperialibus donationibus, vel in omnibus alijs de cætero fieri. ſed & ſi quiſquam per verboſitatem aliquid tale inſcripſerit, ſiue remiſerit, nulla differentia ſit.

TITVLVS LV.

De donationibus, quæ ſub modo, vel conditione, vel certo tempore conficiuntur.

Si donatarius non præſtat alimenta donatori, quæ ex pacto præſtare tenetur, donatio reuocatur, & poteſt donans rem ſuam vendicare. h. d. Bald. vel ſic: Donatum, vt alimenta præſtentur, non ſolum poteſt condici, ſi non præſtentur, ſed etiam rei vendicatione agi. h. d. Sal.

Impp. Valerian. & Galien. A A. Gamicæ.

LEX PRIMA.

SI doceas (vt affirmas) nepti tuæ ea lege eſſe donatum a te, vt certa tibi alimenta præberet: vendicationem etiam in hoc caſu vtilem, eo quòd legi illa obtemperare noluerit, impetrare potes: id eſt, actionem,

cauſam, & ſi dubitetur: an tantum expēderit, vel non, ſacramēto accipientis declarabitur. Aliæ autem donationes omnes valebunt vſque ad quingentos ſolidos. Viuia.

a† vt puta.

a *Cuiuſcunque.*] etiā excedentis ſummā.

b *Cautionis.*] i. exactionis, quæ fit ex cautione vel promiſſione.

c *Prima vice.*] ſ. tempore. promiſſionis. Acc.

d *Permiſſis.*] ſubaudi, vel nō permiſſis.

e *Sacramentum.*] argu. contra commiſſarios, vt iurent. ſic & argum. ſupra de iurdo. imp. l. fin. & de bo. auct. iud. poſ. l. fi. §. fin. Sed cauere non debent, vt ff. ſi cui plus quàm per l. Falcidiam. l. diuus. Acc.

f *Ad refectionem.*] hoc ideo, quia ſic fuit dictum a donante. alias contra. ff. co. l. 2. in fin. & l. 3. & de condict. ob cauſ. l. repetēdi. & ff. de donatio. inter vir. & vxorem. l. ſed ſi vir. §. fi. & l. ſequen. Vel dic hic ſpeciale, etiam ſi nō fuerit dictum expreſſe. Fit nota, quod tres ſunt hic caſus quibus non exigitur inſinuatio. Eſt & quartus in donationibus Imperialibus, vt ſupra eod. l. ſancimus. Quintus ſupra de donatio. ante nuptias. l. minoribus. Sextus eſt in donationibus cauſa mortis, vt inf. de donat. cauſa mortis, l. fin. & ſeptimus vt in authent. item a priuatis. ſup. eod.

a† Du- ſtat.

g *Lege.*] i. ſup. eod. l. ſancimus. quæ hic corrigitur. & facit ſup. de ſacroſanct. eccleſ. l. illud. Acc.

V*Erba.*] CASVS. Olim ſi fiebat donatio, neceſſaria erat quædam ſolennitas verborum, hoc modo: Do tibi rem iſtā ſeſtertij nummi vnius aſſis, vel quattuor: hodie autē non eſt neceſſaria talis verborū ſolennitas, ſed reijcitur: quid enī verbis opus eſt, cū rerū effectus nullus ſequatur? ſi ergo fiat donatio qualiſcunque, &c. prędictę reijciantur. nec refert, an fuerit huiuſmodi ſolennitas remiſſa, an poſita: quia omnimodo valebit donatio. Viu.

h *Nummi.*] non intelligo hæc verba, & eſt ſic i decretis xix. diſtinct. cap. ſi Romanorum. vbi dicit, vt quid vel membranas occupant. &c. & ff. de verb. oblig. l. quę extrinſecus.

DE DONATIOnibus, &c.

Dixit in gn̄e de dona. nunc proſequitur per ſpecies: & eſt modus per vt: conditio p ſi, vt ff. de cō. li. & demon. l. demonſtratio. & §. fin. & patet j. eod. per totum.

S*I doceas* CASVS. Auus nepti ſuæ hoc pacto prædium dedit, vt ſubminiſtraret ei alimenta: non fecit, quod cōuenit: qualiter auo ſuccurratur, quæritur? Et reſp. quod vendicabit prædium: & neptem condi. ſine cauſa perſonaliter habebit obligatam. Viu.

Dona-

a *Dominium.*] s. directum: nam vtile habet, vt dicit. b *Conditio.*] s. ob causam, quæ est in personam, vt dicit & instit. de actio. §. appellamus autem &c. Sic ergo nota tres actiones dari huic, scilicet, præscriptis verbis, vt fiat quod conuenit, de qua non est hic: sed supra de contra-hen. empt. l. donationis. & supra titu. j. l. legem. Item conditionem ob causam, vt reddatur, quod est datum: vt hic, & supra de condic. ob causam da. si vt proponis. dic tamen, quod est hodie speciale, cum sit hodie nominatus contractus donatio, quia fit consensu, vt supra tit. primo, l. si quis argentum §. fin. sed regulariter cōtra. vt ff. de rerum permuta. l. prima, §. pen. & de condi. causa da. l. si. Item ei datur rei vendicatio vtilis, quod est speciale fauore alimentorum: sicut & alijs fauore ecclesiæ, vt supra de sacrosan. eccle. l. vt inter diuinum. Et sic non obstant communia iura, quæ dicunt ex pacto nudo non transire dominium, vt supra de pactis. l. traditionibus. & supra de condict. ob causam. l. ea lege. In pacto autem legis commissoriæ, & adiectionis in diem similiter datur in rem ex pacto. Sed ibi forte directa, vt de his, & alijs similibus dixi in d. l. traditionibus. Item not. hic duas contrarias actiones dari ad idē scilicet in rem, & in personam cōdictio, vt insti. de actio. l. sic itaque. Sed dic vnā dari ad proprietatē ratione dominij: alteram ad possessionem rei ratione possessionis, quam non habeo.

2 † al. desunt.

5 † prædiorum.

3 † Marcellæ.

† al. incertum.

qua dominium [a] pristinum tibi restituatur. Nam non [2] † solum condictio [b] quidem tibi in hoc casu, idest, in personam actio, iure procedit, verum etiam vendicationē quoq; Diui principes in hoc casu dandam esse sanxerunt. PP. 7. Cal. Decembr. Tusco & Basso Coss. 259.

Si donatur alicui ad vitā suā, post mortem eius res redit ad donatorē. Bal. vel sic: Donatio pōt fieri ad tempus certū vel incertum. h. d. Sal.

Impp. Diocl. & Maxi. AA. & CC. Zenoni.

LEX II.

SI rerum [3] † tuarū [c] proprietatem dono dedisti, ita vt post mortem eius, qui accepit, ad te rediret, donatio valet: cum etiam ad tempus certum, vel incertum [d] ea fieri potest, lege scilicet, quæ ei imposita est, conseruanda. [e] PP. 5. Id. Mar. Maximo 2. & Aquilino Coss. 286.

Lex singularis. Ex pacto celebrato inter donātem, & donatarium, acquiritur vtilis actio sequenti secundo donatario, sine aliqua cessione. h. d. Bal. vel sic: Speciale est, vt in contractu donationis alteri per alterum quæratur actio. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Marcellæ. [3] †

LEX III.

QVoties donatio ita conficitur, [f] vt post tempus id, quod donatum est, alii [g] restituatur: veteris iuris authoritate rescriptum est, si is, in quem liberalitatis compendium conferebatur, [h] stipulatus [i] non sit, placiti fide non impleta ei, qui liberalitatis auctor fuit, [4] † vel heredibus eius condictitiæ actionis [k] persecutionē competere.

¶ Sed cum postea benigni iuris interpretatione Diui principes ei, qui stipulatus non sit, vtilem actionem iuxta donatoris voluntatem cōpetere admiserint, [l] actio, quæ sorori [m] tuæ, si in rebus humanis ageret, competit, tibi accommodabitur. PP. 6. Cal. Octob. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

Postquā donatio est perfecta, forma substantialis ipsius non potest mutari voluntate vnius. h. d. Bald. vel sic: Perfecta donatio cōditiones non capit inuito donatario. h. d. Sal.

Idem AA. & CC. Idæ.

LEX IIII.

PErfecta [*] donatio conditiones postea non capit. [n] Quare si pater tuus donatione facta [o] quasdam post aliquātum temporis fecisse conditiones videatur, officere hoc nepotibus eius fratris tui filijs minimè posse non dubium est. Dat. Cal. Octob. Tyberiano, & Dione Coss. 291.

Etiam in contractib. sufficit aliquid fieri per æquipollens. h. d. Bal. vel sic: Non refert quid de æquipollentibus fiat. h. d. vel sic: Donatio facta sub conditione emancipationis habet effectum, quomodocunque donatarius efficiatur sui iuris. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Dexipo. [5] †

LEX V.

SI quid mater filię suæ in potestate patris cōstitutæ sub hāc cōdone, si fue-

S*I rerum.*] CASVS. Dedisti mihi prædium hoc pacto, vt post mortem ad te rediret: an valeat donatio? Dicitur, quod sic. & conuentio seruanda est. Viui.

c *Si rerum tuarum.*] alias incipit, Si prædiorum tuorum.

d *Vel incertum.*] vt ff. de condit. & demonst. l. 1.

e *Conseruanda.*] sic supra de iure dot. l. si dotem. & de legat. s. l. illud.

Q*Voties.*] CASVS. Soror mea dedit mihi prædiū ea conditione, vt tenerem per x. annos, & his elapsis restituerem Titio si non fiem placitis: si Titius sibi dari stipulatus non fuerat, habebit aduersus me condictionem sine causa. Item aget ex actione, qua soror mea egisset si non concessisset in fata.

f. *Conficitur.*] puta in Titium.

g *Alij.*] s. Semproniæ. Accur.

h *Conferebatur.*] s. Semproniæ.

i *Stipulatus.* i. stipulata.

k *Actionis.*] s. conditione ob causam datorum.

l *Admiserint.* erit ergo speciale, vt alteri paciscī, vel stipulari quis possit, vt sup. de pact. conuen. tam super do. l. pater. regulariter contra. vt inst. de inut. stipu. §. si quis alij. & ff. de act. & obli. quæcunque. quæ sunt contra.

m *Sorori.*] s. Semproniæ. Sed quæ actio cōpetit Semproniæ, cum die veniente nō erat in reb. humanis? Respō. competebat, sed exceptione repellebatur.

P*Erfecta.* CASVS. Pater tuus dedit mihi prædium, post elapsis multis temporib. voluit pater apponere cōdonē, vel quę consistebat in dando, vel in faciendo: an sit audiendus, quæritur? Et dicitur quod non. Viu.

Concor. 22. q. 2. & c. non.

n *Non capit.*] sed cū sit perfecta stipulatione, vel pacto etiā ante traditionem, vt inst. de dona. §. perficiūtur, nūne postea in traditione poterit conditio apponi, vt j. de pac. inter empt. & vend. l. tēpore? Respon. sic volente donatario, nō aliter & nisi libere, vt conuenerat, tradat, nec tradidisse videtur. vnde adhuc tenetur. Vel dic, perfecta, i. completa, quod est post traditionem. & facit inst. tit. 1. l. 2. & ff. de sol. l. 2. & de pac. dotcum dos.

o *Facta.* in filios fratris tui.

S*I quid.* CASVS. Donauit mulier filiæ suæ prædium, si intra biennium pater suus emancipare eam poterit: non emācipauit, sed decessit itra biēniū, & ita filia sui iuris morte patris effecta est, vult mr̄ reuocare prædiū quasi conditione non existente: an possit, quæritur? Et dī, q non, quia non refert quomodo sui iuris sit effecta.

5 † Decioni.

effecta, vel emancipatione, vel morte, & hoc ad similitudinē legati ita relicti. vnde si filia prædium possidet, non reuocabitur: si non, vendicabit.

a *Licet hoc.*] idest hanc rem donatam non tenuit. idest, nō possedit adhuc. Vel dic hoc, idest, hęc cōditio non tenuit. idest, non fuit impleta, vt voluit mater directe.

b *Marito.*] eodemq; patre. Acc.

c *Legati.*] vt ff. quādo dies lega. ced. l. si ita. idem in conuerso casu, vt ff. ad Trebel. mulier. 1. in prin. Et sic not. nihil interesse quid ex ęquipollentibus fiat, vt & supra de cond. insti. l. si mater. & ff. māda. l. fi. Sed arg. contra. ff. de leg. 2. l. cum pr. §. hæreditatem.

DE REVOCANdis donationib.

Licet sint perfectæ donationes, tñ quandoque reuocantur, vt Insti. e. §. sciendum. & ideo de hoc dicit.

ET *si perfectis.*] CASVS. Dedi liberto quoddam prædium, extitit mihi ingratus, an reuocare possim prędium quæritur? Et dicitur, quod sic. Idem si dedi sibi pecuniam, & ex ea fundum cōparauit, cæterum si dum ego vixi, reuocaui, reuocabitur, alias hæres meus reuocare non poterit.

d *Et si perfectis.*] idest quibus impletis.

e *Reuocanda est.*] quam actionem dices, infra eo. l. his solis. Acc.

f *Comparata sunt.*] nota speciale in patrono, & liberto, vt res ex pecunia donata empta reuocetur. sic & ff. de donat. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. 1. & ext. de vsur. cum tu. Arg. cōtra ff. de fur. l. quiuis, in fi. Sol. vt no. ff. de peti. hæred. l. si & rem.

g *Negligere.*] No. hic in eis speciale solam negligentiam puniri, sic & ff. de custo.

* Concor. ea. vlt. ex & donatio.

1 † qui.

2 † al. deest.

* Concor. glo. super ver. dū viueret, in c. significauit de rescrip.

rit intra biennium emancipata donauerit, licet hoc [a] matris voluntate sui iuris effecta non tenuit, tamē prius marito [b] defuncto, sui iuris quocunque modo effecta, ad similitudinem legati [c] ita relicti, rem dontam firmiter habere, vel vendicare potest. S. I dib. Decemb. Nicomediæ, CC. Coss.

TITVLVS LVI.
De reuocandis donationibus.

Libertus ingratus perdit res donatas. sed si fuit gratus donec vixit, ingratitudo hæredum nihil nocet. Bald. Vel sic: donatio facta in libertū, ex leni ingratitudine reuocatur per patronum, sed nō per eius hæredem. h. d. Sal.

Imp. Philippus A. Cosmino, al. Cosmaino.

LEX PRIMA.

ET si perfectis [d] donationibus in possessionem inductus libertus quantolibet tempore ea, quæ sibi donata sunt, pleno iure vt dominus, possederit, tamen si ingratus fit, omnis donatio mutata patronorum voluntate reuocanda [e] est.

¶ Quod * obseruabit, & circa ea, quæ libertorum nomine, pecunia tamen patronorum, & beneficio comparata [f] sunt, nam qui obsequijs suis liberalitatem patronorum prouocauerūt, non sunt digni quo [1] † eam retineant, cum cœperint obsequia negligere, [g] cum magis in eos collatæ liberalitas ad obsequium [2] † eos inclinare deberet, quam ad insolentiam exigere.

¶ Hoc tamen ius stabit inter ipsos tantum qui liberalitatem dederint, * cæterum neque filij eorum neque successores ad hoc beneficium pertinebunt. [h] Neque enim fas est vllo modo inquietari * donationes, quas is, qui donauerat, in diem vitæ suæ non retractauit. Dat. 15. Calen. Iul. Aemyliano, & Aquilino Coss. 250.

Licet instrumenta sint cōbusta, tamen donatio remanet firma. h. d. Bal. Vel sic: Ex præsentia demonstrata facto, vel verbo, non reuocatur perfecta donatio. h. d. cum seq. secundum Sal.

Imp. Probus A. Felici.

LEX II.

SI apud prouincię præsidem auiam, [i] filiæ tuæ quasi pęnitentia ductam, subtracta instrumenta donationum igne exussisse cōstiterit, veteri te non oportet, ne id quod, iure vires acceperat, ex post facto possit in dubium reuocari. [k] PP. Non. Maij, Probo A. & Paulino. Coss. 278.

Donator rē donatam et traditam uni, non potest donare alteri. h. d. Bal. Vel sic: Sola pœnitentia donationē non reuocat. h. d. secundum Bar.

Impp. Carinus, & Numerianus AA. Ianuario Felicio. al. Felici.

LEX III.

POssessione, quam in vos emancipatos per donationem mater contulit, ex pœnitentia sola alienare nō potuit [l] * PP. 2. Idus Ianua. Carino 2. & Numeriano AA. Coss. 284.

Ad reuocandum factum proprium non admittitur propria fraudis allegatio. h. d. Vel sic: Licet alias facta donatio in fraudem reuocetur, tamen ad petendum reuocari, non admittitur allegans turpitudinē suam. h. d. Bal. Vel sic: Non licet donatori allegare turpitudinem suam ad reuocandum donationem. h. d. Sal.

reo. l. carceri. & ff. de offi. præsi. l. diuus. & sic est contra sup. de lib. cau. l. solo. Sed ibi agitur de libertate reuocanda, hic de re pecuniaria. In alijs autem donatarijs certæ causæ sunt inf. cod. l. fi.

h *Pertinebunt.*] vt hic, & infra eod. l. fi. in fin. sic & supra de inoffic. test. l. omnimodo.

SI *apud.*] CASVS. Mulier dedit prædium nepti suæ, & inde confectum fuit instrumentum, surripuit mulier instrumentum, & combussit & per hoc volebat prædium reuocare, an possit, quæritur? Dicitur, quod non. Viuia.

i *Auiam.*] maternā, & loquitur patri.

k *Reuocari.*] facit supra eod. l. 1. in prin. & de transf. l. quamuis.

POssessionem.] CASVS. Si mater in filios suos emancipatos contulit donationem aliquarum possessionum, illam donationem si puta est mater, sola pœnitentia non potest reuocari.

l *Non potuit.*] facit sup. de donat. inter virum & vxo. l. si cōstante.

CVm.] CASVS. Vult quis reuocare, quod dedit, eo prætextu, quod dixit in fraudem creditorum donasse, an sit audiēdus quæritur? Et dicitur, ꝙ non.

m *Intelligis.*] vñ non audiris turpitudinē tuā allegādo. vt & supra de transf. l. transactione fincta. & de reuoc. ijs, quæ in fraudem credit. l. filios. Si

* Simile 21. q. 2. c. si cum in 2.

Impp. Diocl. & Maxim. AA. & CC. Proculę.

LEX IIII.

CVm profitearis in fraudum te alterius donasse, professionem inhonestā cōtinere intelligis. [m] Itaq. si donationē perfecisti, eam reuocare nō potes ex memorata allegatione sub obtētu penitentię. PP. Cal. Ap. Herac. AA. Coss.

Donatio perfecta non rescinditur obtentu rescripti principalis. h. d. Sal.

SI donationem. CASVS. Si donatio rite facta est, talis donatio authoritate scripti Imperiali nõ põt retractari.

a *Non oportet.*] nam rescripta non dãtur, & data non valẽt rescripta, quæ ius alterius tollũt, vt & sup. de rei vẽ. l. inciuile. & de rescin. vend. de contractu. & de donante nupt. cum te. & de emã. vi. nec auus.

VElles. CASVS. Mulier donationem in filium factã vult reuocare eo prætextu ꝙ dicat maritũ, vel alios amicos præsentes non fuisse tẽpore donationis, an sit audienda, quæritur? Et dicitur, ꝙ non.

b *Liberum.*] sic & su. de act. & obl. l. si ut. & sup. de don. l. si qs argentum §. fi.

c *Mariti.*] sic & sup. de i posth. l. velamento. Sed contra. est in Lombarda, qualiter mulierib. ali. præ. l. pen. & fin.

HIs solis.] CASVS. Mulier vul. reuocare, quod dedit filio suo, quia extitit sibi ingratus, an possit, quæritur? Et distinguitur, aut conuolauit ad secundum matrimonium, aut non; si conuolauit, nõ reuocabit, si nõ cõuolauit, reuocabitur. Si vero mater secundo non nupserit, sed alias meretricando fœdam vitam ducit, indistincte nõ reuocabitur.

d *Impietatis.*] s. ingratitudinis.

e *Eo die.*] facit sup. ad exhi. l. non ignorabit.

f *Actionem.*] s. in factum, vel condictionem ex lege, vel sine causa, cum cau à redictis ad nõ causam. Hęc quidem actio adeo est personalis, i. non datur hæredi, vel in ingredientem, sicut & rei vendicatio est personalis eo respectu, quia & ipsa non datur hæredi, vt hic & l. vel i hæredẽ, vt subijcit. & ff. ad exhib. l. de eo §. fi. Prædictæ aũt actiones dantur ad reuocandũ donationẽ. Itẽ rei vendicatio vtilis,

Ijdẽ A A. & CC. Epagatho.

LEX V.

SI donationem rite fecisti, hanc authoritatem rescripti nostri rescindi nõ oportet.[a] S 5. Calen. Maij, Heracliç. A A. Coss.

Bona lex: donatio perfecta per matrem vni ex filiis, marito, & aliis filiis absentib. valet, nec ꝓpter absentiã eorum rescinditur. h. d. Bal.

Ijdem A A. & CC. Herenniæ. al. Hermiæ.

LEX VI.

VElles necne filio tuo prædia, itemque mancipia donare, fuit in initio tibi liberum.[b] Desine itaque postulare, vt donatio, quam perfeceras, reuocetur prętextu mariti[c] & liberorũ absentiæ, cum huius firmitas ipsorum præsentia nõ indigeat. S. 5. Cal. Octob. Viminatij. CC. Coss.

Lex optima: Mater, quæ donauit filio ingrato, potest reuocare donationẽ, nisi post mortem mariti viuat inhoneste, vel nubat secundo: sed si filius antequã sit ingratus, alienet in alium, tale alienatum mater obtentu ingratitudinis subsequentis non reuocat. h. d. Bal.

Impp. Constantinus[1]† & Constan. A A. ad Philippum.

LEX VII.

HIs solis matribus, quæ non in secundi matrimonij fœdus nupserint, sed vnius tantum matrimonij sunt, reuocandarum donationum, quas in filios fecerint ita decreuimus facultatem, si eos ingratos circa se esse ostenderint. Quidquid igitur is, qui a matre impietatis[d] arguitur, ex titulo donationis tenet, eo die,[e] quo controuersiæ qualecunque principium iussu iudicantis datur matri cogatur reddere. ¶ Cæterum ea, quæ ante, adhuc matre pacifica, iure perfecta sunt, & ante inchoatũ cęptumq. iurgiũ vendita, donata, permutata, in dotẽ data, cęterisq. causis legitime alienata, minime reuocamus. ¶ Actionem[f] vero matris ita personalẽ esse volumus, vt vendicationis tantũ habeat effectum,[g] nec in hæredem detur, nec tribuatur hæredi: de cæteris[h] autem, quæ portentosæ[i] vtilitatis abiectæque pudicitię sunt, satis etiã tacitè cautũ putamus. Quis* est enim, qui his aliquid arbitretur tribuendum esse, cũ etiam illis, quæ iure secundas tantum contraxerunt nuptias, nihil ex his priuilegijs tributum esse velimus?[k] Dat. 12. Cal. Octob. Limenio, & Catulino Coss. 349.

IN AVTH. de nupt. & mr̃ tamen. colla. 4. constit. 1.

Ista Auth. ponit tres casus, propter quos mater põt donationem reuocare. Et primus casus est, quãdo filius insidiatur vitæ. Secũdus quãdo flagellis eam afficit. Tertius, quando ponit insidias contra oẽs facultates maternas. h. d. Ba. vel sic: In trib. casib. matri secũdo nubẽti competit donationis reuocatio. h. d. Sal.

QVod mater[l] filio donat, ex ingratitudine non reuocatur, postquam transit ad secundas nuptias, nisi ex tribus causis. Prima si vitæ eius insidiatur. Item si manus impias in eam intulerit. Tertia si totius substantiæ molitus est iacturam.

Donatio facta liberto per patronum carentem liberis ipso iure reuocatur nato posthumo. h. d. Bal. Vel sic: Donatio quotę bonorum propter carentiam liberorum, illis susceptis, reuocatur. h. d. Vel Donatio habet tacitam conditionem, si liberos non suscipit: ideo eis susceptis reuocatur. h. d. secundum Sal. Et est notabilis, & singularis ista lex videc. si. 17. q. 4.

vt hic, & ff. de don. cau. mor. l. si filiofa. 1. & l. si mortis. j. & l. qui mortis. Acc.

g *Effectum.*] si hæc personalis habet effectum vendicationis. ergo videtur dari in extraneum possessorem: quod non placet: sed in hoc vt nõ sit transitoria, habet eius effectum. & facit sup. co. l. 1. in fi. & infra eodem. l. fi. in fi.

h *De cæteris.*] s. mulieribus.

i *Portentosæ.*] idest meretricio more viuunt.

k *Velimus.*] nec. n. amplius castitate debet habere luxuria, vt in Auth. de restit. & ea quæ pa. §. fina. col. 4. & ff. de do. inter vir. & vxo. l. 3. §. 1. Sed quid si post 2m matrimonium donet? Resp. nihil hic dr̃. nisi de ea donatione, quam prius fecit, & potest dici idẽ. Sed Auth. ẽt secũdo contrahenti mulierĩ trib. casibus ꝑmittit reuocare, quę sequit, quod mater, &c.

QVod mater. CASVS. Lex Codicis dicit, ꝙ si mater conuolat ad secũdas nuptias, vel fit aliàs meretrix, donationẽ reuocare nõ potest. Auth. corrigit, dicẽs ꝙ potest in tribus casibus, si vitæ eius fuerit insidiatus, si eam verberauit, si eam accusauerit, ratione cuius accusationis omnia bona sua poterunt publicari.

l *Quod mater.*] sumitur ex corp. de nupt. co. 4. §. mater tñ. Sed an idem in patre secundam accipiente coniugem? Rñd. nõ, tum, quia non inuenitur mutatum. arg. sup. de testa. l. sancimus quia nõ sic facile per secundam vxorẽ animum mutaret, sicut vxor per virum, vt in cor. auth.

SI vnquam.] CASVS. Si patronus carens liberis, libertis suis donauit oĩa bona sua, vel partem bonorum suorũ, postea patronus suscepit liberos, nunquid donatio illa in solidũ reuocatur? Respõd. quòd sic.

1† al. Constantius, vt Cõst. is.

* Ex li. 8. titu. 6. l. 3. C. Th.

Quest-

Iidem [1]† AA. ad Optimum. PP. al. PV.

LEX VIII.

SI * vnquã libertis patronus filios non habens bona omnia, vel partẽ aliquã facultatũ fuerit donatione largitus, & postea susceperit liberos, totum quicquid [a] largitus fuerat, reuertatur, [b] in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum. D. 5. Calend. April Arbitione, & Lolliano Coss. 355.

Donationes non reuocantur propter ingratitudinem, nisi ex causis ingratitudinis lege contentis, & enumeratis. h. d. Vel sic: Donatio in liberos sui iuris collata, non reuocatur, nisi ingratitudinis causa. h. d. Sal.

Impp. Theod. & Valen. AA. ad Senatum.

LEX IX.

DOnationes [c] * circa filiũ filiãve, nepotẽ neptẽve, vel pnepotẽ pneptẽve emancipatos celebratas, pr̃, vel auus, vel proauus reuocare ñ poterit, nisi edoctis manifestissimis causis, quib. eã psonã, in q̃ collata donatio est, ꝯ ipsã venire pietatẽ, & ex causis, q̃ legib. cõtinẽt, fuisse cõstabit igratã. [2]† Da. 357. Id. Nouemb. Rauennæ. Theodosio [4]† 12. & Valentiniano [5]† 2. AA. Coss. 430.

Certę sunt causæ, ex quib. perfecta donatio reuocatur, & dẽnt in iudicio probari dilucidis argumentis: & quod donator non reuocat, sed sub silentio pertrãsit, hæres eius reuocare nõ põt. h. d. Bal. vel sic: Donatio reuocatur ex quinq. causis, in hac lege insertis, & nõ reuocata per defunctum, nõ põt reuocari per heredẽ. h. d. secundum Salic. hęc lex singularis, cui nõ est similis in declaratione causarũ. concor. c. fi. ext. de dona.

Imp. Iustinia. A. Iuliano PP.

LEX X.

GEneraliter sãcimus oẽs donationes lege cõfectas, [d] firmas illibatasq; manere, si non donationis acceptor ingratus circa [6] † donatorẽ iueniat, [e] ita vt iniurias atroces [f] in eũ effundat, vel manus impias inferat, [g] vel iacturæ molẽ ex isidijs [7]† suis ingerat, quæ [h] nõ leuẽ sensũ substãtiæ donatoris iponat, [i] vel vitę periculũ [k] aliquod ei intulerit, vel quasdã cõuentiones siue in scriptis donationi impositas, siue sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minimè implere voluerit. [l] Ex his. n. tm̃modo causis si fuerint ĩ iudiciũ dilucidis argumentis cognitionaliter approbatæ, ẽt donationes ĩ eos factas euerti cõcedimus, ne sit cuiquã licẽtia, & alienas res capere. & fragilitatẽ [8]† irridere [m] [9]† donatoris, & ipsũ iterũ donatorem suasque res perdere, & pręfatis malis ab ingrato donõnis acceptore affici. ¶ Hoc tamen vsque ad primas psonas tm̃modo stare censemus, nulla licẽtia cõcedenda donatoris successoribus huiuscemodi querimoniarum primordiũ instituere. [n] Etenim si ipse, qui hoc passus est, tacuerit, silentium eius maneat semper, & nõ à posteritate eius suscitari concedatur, vel aduersus [10]† eũ, qui ingratus esse dicitur, vel aduersus ei⁹ successores. [11]† Dat. 15. Calend. April. Lampadio, & Oreste. VV. CC. Coss. 530.

TITVLVS LVII.

De donationibus causa mortis.

Pactum appositum, quod mortuo vno ex donatariis, cã mortis donatio reuertatur ad alterum, valet h. d. vel melius. Voluntas donatoris expressa, quod uno ex donatariis causa mortis mortuo, res ad alterũ reuertatur, valet, & ex ea oritur actio utilis ex testamento. hoc dicit Baldus. Vel sic: In donatione causa mortis, po-

[1]† In Co. Imp. Cõstitius A. ad Orphitum. præt. vrbi.

† Ex l. 8. titu. 6. l. 2. C. Th. & vi. in hãc lo. Andr. Tyraquel. & Cuiac. 20. obs. 5. & 17. obs. 31.

* Ex l. 8. ti. 6. l. 3. C. T.

[2] † Quatuor integri versus omissi sunt à propositoribus, vt appa. & ex C. T.

[3]† Du. 5.

[4] † DD. NN. Theodosio 12. C. Th.

[5] † Du. 3.

a *Quicquid.* imò videtur bonorũ subsidium tantum, vt supra de inoffi. donat. l. si totas. quæ est cõtra. Solu. hic speciale est cũ libertis est donatũ, secus si cuilibet alij. Vel verius, ibi quãdo alijs filijs donauerat, quibus non totum debetur auferri, hic cum extraneo. Nam idẽ dicã si cuilibet extraneo donauerit, cum non est verisimile, alienas successiones suis anteponere, vt sup. de fideicomm. l. cum acutissimi.

ADDITIO. Hãc legẽ limita non procedere in donatione remuneratoria, hoc est antidorali, quæ non reuocatur ex superuenientia liberorum, si non excedat legitimum modum remunerationis, vt dicit Ang. hic. idem tenet Ludo. in cons. suo 26. incipiẽte, p decisione eorum, de quibus dubitabat. Et de pleniore intellectu istius legis vide pulchrè per Bar. in l. Titia Seio. in §. Imperator autẽ, ff. de legat. 2. in versi. quæro virum l. si vnquã, &c. vsq; ad finẽ.

b *Reuertatur.* ipso iure, & sic uendicabitur, vel condicet possessiones rerum. Accursius.

DOnationes. CASVS. Si pater ĩ filium emãcipatum, nepotem, pronepotem, &c. donationẽ fecerit, eam reuocare non poterit, nisi appareat eos esse ingratos aliquo genere ingratitudinis, q̃ seq. l. prox. declarantur.

c *Donationes.* facit ad hoc sup. eod. l. si apud. & sup. de don. l. siue. Accur.

GEneraliter. CASVS. Donatio legitime facta nisi ĩ quibusdam casibus, qui in litera cõtinẽtur, nõ reuocatur, & hoc in prima. Si vero donator in vita sua non reuocauit donationem, hæres eã reuocare nõ põt.

d *Lege confectas.* i. legitime.

e *Inueniatur.* hoc fallit in casu, vt ẽ ex ingratitudine nõ reuocetur, quãdo si captus a latronibus dat pro patrocinio, vt ff. d don. si pater. §. 1. vel ibi ẽ ob causam donatio, quæ non reuocatur.

6 † al. donationem.

f *Atroces.* quæ cõsiderantur ex tribus, vt instit. de iniur. §. atrox.

7† Iniurijs.

g *Inferat.* vulnerando. Accur.

h *Quæ.* s. mobiles, id est, magnitudo iacturæ.

i *Non leuem sensum substãtiæ donatoris imponat.* idest, non videtur leue sensui alicuius inspiciẽtis.

k *Periculum.* ponẽdo eis insidias.

l *Voluerit.* sic ergo quinque sunt. Sed q d si donator inops factus non alatur? Põt dici eũ ad hoc cogi, vel donationẽ reuocari, licet non enumeretur hic. ar. ff de li. ag. alimẽta. in princ. & §. 1. & in Auth. vt li. de cæ. §. illud. collat. 6. & ff. de iure patr. diuus, & l. ingratus, est & alius sup. eod. l. si vnquam.

8† Fragilitatem.

9 † al. ridere.

m *Irridere.* sic & in instit. eod. §. sciendum, non enim indulgentia sua sibi nocere debet, ut ff. ad Syl leg. 3. § de j . . .

n *Instituere.* ut & supra eod. l. 1. in fi. & l. his solis, & de in offic. test. l. omnimodo, & ff. ad Syll. l. 3. fi. & supra de restitu mili. quæ à patre. & sic sunt argumenta, quod feudũ non est auferendũ filio propter felonij patris, sed quasi taciturnitate remissa felonia patri vř.

10 † al. ad eum.

11 † al. successionem.

ADDITIO. Tu dicas de hoc, vt per Bar. in l. tertia, ff. de inter. & relegs. vbi clare, & pulchre distinguit, & post eũ Abbas in cap. fi. extra de feudis.

DE DONATIOnibus causa mortis.

De donationibus, q̃ fiunt inter viuos, sup. dictum est, sequitur vt uideamus de ijs, quæ fiunt causa mortis. Azo.

test per fideicommissum substitui. h. d. Bar. & Sal.

Imp. Alexander A. Daphnæ.

LEX PRIMA.

SI donatione [a] contineatur, vt altero defuncto, ad alterum portio eorum, quæ donabantur, pertineret, existente conditione, [b] si mortis causa donatio perficiebatur, [c] fideicommissi actio [d] competit. PP. 4. Cal. Octobr. Maximo 2. & Aeliano Coss. 224.

Pulcher casus: Mater licet ex primo marito habeat filios, dotem suam recuperat: & alii nubere potest: sed si facit extraneum hanc dotem stipulari animo donandi causa mortis, ea mortua, donatio reuocatur, vsque ad debitum bonorum subsidium, nisi in residuo patrimonio inueniatur debitum bonorũ subsidium. h. d. Bald. Vel sic: Matri intestatæ succedit filia, nõ potest venire contra pacta initia, quando secundo viro dotem dedit, & de donatione causa mortis detrahitur Falcidia. hoc dicit Salicetus.

Imp. Gordianus A. Zoilo.

LEX II.

INtestata mortua quondam [e] nuru tua, neptis tua, quæ ex ea, filioque tuo quæsita est, quandoque [f] potest ad eius venire successionem: nec tamen ea post mortẽ filii tui ex quo quæsierat filiam, alij nuptui se collocando, dotem dans prohibeatur, quàm velit cõditionem eidem doti adijcere.

¶ Sed si mortis causa donationem in fratrem suum conferens, in casum mortis suæ eam dotem eundem fratrem suum stipulari passa est, cum diui Seueri constitutione et in mortis causa donationibus, si de cetero patrimonio quantum Falcidia [*] iubet, hæres non habet, prouisum sit, [g] is, qui [h] nurui tuæ hæres extiterit, eius constitutionis beneficium nõ prohibetur postulare. PP. 10. Calen. Februar. Gordiano A. & Auiola Coss. 240

Pro morte non solum suæ sed alterius (puta fratris potest quis causa mortis donare. hoc dicit Bald. Vel sic: Etiam ex causa alienę mortis potest donari, nec solus donator potest reuocare. hoc dicit. Salic.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. Hæredi.

LEX III.

NEc fratris sui mortis causa rectè factam donationem sorori [i] rescindere licet. * S. 3. Calend. Ian. Sirmij AA. Coss.

Donatio causa mortis æquiparatur legatis, & non requirit insinuationem, tamen requiruntur quinque testes, saluo, quod inter liberos sufficiunt duo testes, sicut in vltimis voluntatibus. hoc dicit Baldus. Vel sic: Donatio causa mortis potest fieri sine insinuatione cuiuscumque sit summæ: dum tamen fiat in pręsentia quinque testium, vt non sit dissimilis vltimæ voluntati. h. d. Salicetus.

SI *donatione.* CASVS. Dedi duobus fundum hac lege, vt si alter prius decederet, portio sua ad alterum perueniret, conditione existente, superstes portionẽ illius, qui infata concessit, petere poterit.

a *Si donatione.* causa mortis facta, vt sic faciat ad titulum. Sed & si inter viuos donaretur, idem esset: vt daretur actio, vt supra tit. 2. l. quoties.

b *Conditione.* quia & donator prius, & alter donatariorum postea decessit. Accursius.

c *Perficiebatur.* id est, si donare voluit mortis causa.

d *Actio.* ex testamento, siue fuit factum testamentum, siue quælibet vltima voluntas, & tunc vtilis, vt no. sup. comm. de leg. l. 2. Sed queritur ex eo, quod dicit altero defuncto, an intelligatur sine hæredibus? Quod videtur, vt supra de instit. & sub. l. generaliter, §. fin. Sed ibi filius instituebatur: hic extraneus, & facit supra quando di. leg. ce. l. agrum. Item quod dicit fideicommissi, dic idest, quasi fideicommissi: nec enim proprie est fideicommissum donatio, sed quasi, vt infra eod. l. fi. An ergo absenti poterit fieri donatio causa mortis, vt fideicommissum, vel legatũ, vel an absens poterit substitui, vel etiã præsens, qui tamen non possit stipulari? Et videtur in omnibus quod sic, per legem istam, & quia in omnibus conueniunt legatis, vt institu. eod. §. 1. & inf. eod. l. fin. Item quia non interest, cũ quo de supremis quis loquatur, vt ff. de lega. 2. l. miles. in princ. & l. cum pater, §. donationis. & pro hoc ff. de reb. dub. l. quoties, 2. & expressum est ff. de do. præleg. l. Seia, in fi. Et econtra videtur, quod non, nisi stipuletur donatarius, vel substitutus, vt infra leg. proxi. & ff. de leg. 2. l. vt hæredibus, & ff. eod. l. ei qui. nam & donatio simplex nõ valet inter absentes, nisi interueniat nuncius, vel epistola, vt ff. de do l. etiam, & supra de do. l. si donatio. & leg. si aliquid. Et ad hanc posset dici perficiebatur, scilicet per stipulationem. & ad illas. de l. secunda, l. quod fideicommissum erat ibi, non simpliciter donatio causa mortis. & ad illam institu. eodem, §. primo. est fere. Sed primam opinionem approba, per l. ff. de dote præleg. l. Seia. Accursius.

INtestata. CASVS. Vxor filij mei habens 50. in bonis, mortuo filio meo conuolauit ad secundas nuptias, & illa secundo marito dedit in dotem, & stipulat[us] est frater su[us], ea sibi soluto matrimonio promittente ex donatione causa mortis, ea in fata cõcessit: qualiter hæredi suo, puta nepti meæ consuli debeat, quæritur. Et respon. quod detrahet Falcidiam de prædicta donatione.

e *Quondam.* Nota quod dicit quondã.

f *Quandoque.* idest quandocumque.

g *Prouisum sit.* detrahitur ergo Falcidia de donatione causa mortis, vt & sup. ad leg. Falc. in donationibus. Sed contra. ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. item si ita. Solut. illud euenit propter culpam hæredis adhibentis moram. Alij dicunt, quòd illud in mortis causa capione, ex qua non detrahitur Falcidia secundum eos, quod non placet, vt diximus sup. ad leg. Falcid. l. si mortis.

h *Is, qui.* id est, ea neptis, quæ nurui, &c. & facit sup. de inoff. do. l. si mater.

NEc. CASVS. Mortis causa fratris soror dedit mihi fundũ, an possit reuocare, quæritur? Et dicitur, quòd non.

i *Sorori.* scilicet donanti, pro sua ergo, & pro aliena morte potest donari. vt hic, & ff. eod. l. qui pretio. in fine. & l. mortis causa filij. & leg. mortis causa capimus. & hæc confirmatur morte eius, cuius causa donatur. Sed si filius patre permittẽte donet, quod potest, vt ff. de don. filiusfamilias, in fin. & ff. eodem, l. tam is, §. filius, an vtriusque mors exigatur? quòd videtur. argumen. ff. de donatio. inter virum, & vxorem, l. cum illic status, §. non solum, & supra de donation. inter virum & vxorem, l. donatio. & l. si vt proponis. Sed magis puto solius filij morte confirmari. Accursius.

† Ne dicas cum inter pretib. cõter id inui. Etiam ex cã aliena mortis, mortis cã donari posse, vt l. 11. 18. ff. e. dic potius cũ Cuiac. 20. obs. 6. Donationem mortis cã in extraneum collata à cognatis donatoris reuocari nõ posse, idq; et de donatione inter viuos constituitur, l. 39. ff. de donatio. Gotho.

Cum do

CVm de. CASVS. Olim dubitabatur, an donatio causa mortis esset donatio inter viuos, an esset legatum, dicit Imperator, quod per omnia similitudinem habet cum legatis: nec est necessaria insinuatio, dum tamen quinque testes adhibeantur.

✝ Vide in hunc locū Cuiac. 10. obs.18.

a *Indigere*.] Per hoc differt a donatione inter viuos. Sed quid si dubium est, an sit inter viuos, vel causa mortis? Responde præsumam inter viuos, nisi contra probetur, ut ff. de do. § leg. l. Seia. licet quidam distinguant, an fiat prope mortem, vel non.

b *Quinque testibus*.] & qui ad minus in qualibet vltima voluntate exiguntur, vt supra de codi. l. fin.

c *Effectus*.] subaudi fere, quod est institut. eod. §. 1. nam differt in quibusdam. Primo, quia pro donatione causa mortis non datur interdictum quorum legatorum, sed pro legato sic, vt ff. quorum legat. l. 1. §. 1. & §. si quis ex mortis. licet litera Py. ibi dicit cōtra. Item in alijs, vt no. instit. eod. §. 1.

DE INFIRmandis pœnis, &c.

✝† Du. cis esse.

Pro eodem ponitur cœlebs, & orbus, id est, qui vxorem non habet, nec vult, sed vult caste viuere, vel etiam, qui filios non habebat, cui olim non poterat causa mortis donari, & ideo hic ponitur iste titulus post præcedentē.

QVi iure.] CASVS. Olim ei, qui cœlibem, id est, cœlestem vitam ducebat & castam, nec vxorem ducere volebat, donari non poterat, hodie dicit Imperator secus esse, quia in tales potest fieri donatio, ac si essent mariti, nec refert, an fuerit talis masculus, vel fœmina.

✝ Leges Papias & Poppæas intellige, quæ magnas pœnas cœlibatus inuexerant. Con.

d *Liberentur*.] subaudi ab imminentibus, &c.

Imp. Iustin. A. Iuliano. PP.

LEX IIII.

CVm de mortis causa donatione dubitabatur, & alij quidem inter vltimas voluntates eam posuerunt, & legatis * aggregādam esse censuerunt: alij autem inter donationes, quę inter viuos consistunt, eam posuerūt dubietate eorum explosa, sancimus omnes mortis causa donationes, siue iuxta mortem facientis fuerint celebratæ, siue a longiore cogitatione mortis subsecutæ sunt, actis minimè indigere: [a] neque expectare publicarum personarum præsentiam & ea, quę super huiusmodi monumētis solent adhiberi, sed ita res procedat, vt si quinque testibus [b] præsentibus, vel in scriptis, vel sine literarum appositione aliquis voluerit mortis causa donationē facere: & sine monumentorum accessione res gesta maneat firmitate vallata, & nullam in ea calumniā accipiat, neque propter hoc, quòd ei gesta non accesserunt, inefficax esse atque inutilis videatur: omnes effectus [c] sortiatur, quos vltimę habent liberalitates, neq. ex quacunque parte absimilis eis † intelligatur. D. Cal. Septemb. Cōstantin. Lampadio, & Oreste VV.CC. Coss. 530

TITVLVS LVIII.

De infirmandis pęnis cœlibatus, & orbitatis, & de decimarijs sublatis.

Olim viri cęlibes, vel mulieres viris orbatæ, capere non poterāt ex mortis causa donatione: hodie sic. h. d. Sal.

Imppp. Constantinus, Constātius, & Constās AAA. ad populum.

LEX PRIMA.

QVi iure veteri cœlibes habebantur, imminentibus legum * terroribus liberentur [d] atque ita viuant, ac si numero maritorum matrimonij fœdere fulcirentur: sicque omnibus æqua conditio capessendi, quod quisque mereatur. [e]

¶ Nec verò quisquam * orbus [f] habeatur, & proposita huic nomini damna non noceant. Quam rem & circa fœminas existimamus, earumque ceruicibus imposita iuris imperia velut quædam iuga soluimus promiscuè omnibus. [g] Dat. Calen. April. Romę, Constantio ij. & Constante AA. Coss. 339.

Ista lex declarat primam; quia declarat statutū legis Papię, & h. d. Olim eius, quod vir relinquebat vxori liberos non habenti, decima debebatur fisco, & econtra. quod hodie per hanc legem corrigitur. Sal.

Imp. Honorius, & Theod. AA. Isidoro. PP.

LEX II.

INter [h] * virum, & vxorē rationem cessare ex lege Papia decimarum, & quamuis non interuenient liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis (nisi fortè lex alia [i] imminuerit de relicta) decernimus. Tantū igitur posthac maritus, vel vxor sibi inuicem derelinquant, quantum superstitis amor [k] exegerit. Dat. PP. Non. Sept. Varana Cos.

TITVLVS LIX.

De iure liberorum.

Olim, quādo pater emancipabat filium, impetrabat a principe ius liberorum. hodie non est necesse; quia remanet ei saluū, h. d. Bal. vel sic: Nō est precib. impetrandū, quod a iure communi reperitur cōcessum. h. d. Sal.

Impp. Honorius & Theod. AA. Isidoro. P.F.V.

LEX PRIMA.

NEmo * posthac a nobis ius liberorum [l] petat, quod simul in hac lege omnibus concedimus. D. PP. Non. Septembr. Varana Cos.

e *Mereatur*.] nam alia causa esse potest vt quia non est capax.

✝ extat ti. in fragm. Vlpian. de cœlib. verbo. & solitario. pa. tro. Cont.

f *Orbus*.] id est, orba tus vxore, vel filijs. Acc.

Omnibus.] s. fœminis, & viris.

INter.] CASVS. Olim erat statutū per l. Papiam, ut decima pars eorū, quæ relinquebantur vxori a viro, vel econuerso, applicaretur fisco, si non essent liberi ex eo matrimonio, hodie non habet locum illa lex, sed solidum capit aut vir, aut vxor, nisi alia lex prohibeat.

h *Inter virum*.] statuit lex Papia, vt decima eius, quod relinquebatur a viro vxori, & econtra, daretur fisco, si non essent liberi ex eo matrimonio, quod hic corrigitur.

i *Lex alia*. puta Falcidia, uel alias non fit capax.

k *Amor*. passiuū est.

✝ Vi. Alci. li. 3. dispu. c. 3.

DE IVRE LIberorum.

Dixit de iure, quod habetur in fi... iure potestatis, nunc quod habetur iure succedendi a patre, vt in l. 1. vel in ma..., vt in 2.

NEmo.] CASVS. Olim si pater volebat succedere filio emancipato, oportebat, quod hoc a principe impetraret, hodie secus, quia & hoc non impetrato, poterit pater succedere.

l *Ius liberorum*.] scilicet, vt eos habeat in potestate. Vel melius, vt eis emancipatis succedat, quoniam hoc iam eis concessum est. Primum est insti. de pa. pot. §. ius autem. Secundum, institut. de legi. ag. succ. §. fin. & facit infra de thesau. l. 1. libro decimo. & in Authent. vt liberi de cætero. §. sancimus. colum. 6. & ff. ad mu. l. 1. & supra ad t... tur. l. cum interdictæ. Accur.

✝ Pars l. vet. sup. ti. prox. quia & idē dies, et consul. Cont.

Illam.

Illam.] CASVS. Olim non poterat mater succedere filio, nisi tres liberos peperisset, si esset ingenua, vel quatuor, si esset libertina, quod hodie non habet locum.

a *Iniuriam.*] concordat Inst. ad Tertul. §. sed nos const. inē. Acc.

Mater succedit filio per Tertullianum. Bal. Vel sic: Mater filio succedit, licet quatuor no pepererit. h. d. Sa.

Imp. Iustinia. A. Menne, PP.

LEX II.

ILlam iniuriam,[a] quę contra matrem defuncti, vel defunctæ præteritis fiebat temporibus, pro iustitiæ ratione amputamus: legitima iura, quæ ex Tertulliano Senatusconsulto ei prestatur, omnimodo eam habere sancimus, licet tres liberos ingenua, vel liberta quatuor minimè peperit. Data Calendas Iulij Constantinop. ipso A. ij. Cos. 394.

DE IIS QVI ACCVSARE non possunt.

De ciuilibus quæstionibus dixit, nunc de criminalibus, in quib. accusatores sunt necessarij, quare de his præmittit. Et dic, quòd regulariter quilibet pot. accusare, qui nō prohibet, vt instit. de pub. iu. in prin. Prohibet. aut mulier, vt inf. eo. de crimine. Item accusans suum accusatorem: vt infra eo. l. negand. Item alio nomine, vt infra eo. l. 2. Item qui renunciauit expresse: vt infra eod. l. accusationem. Vel tacite, vt infra eo. l. si ea. Item frater fratrem, vt infra eo. l. si magnam. Infamis. vt infra eo. l. criminis. Qui duos habet accusatos, prohibetur a tertio, vt inf. eo. l. cum rationibus. Item alumnus, vt inf. eo. l. iniquum. Serui, familiares, liberti, vt infra eod. l. pen. & fi. Item milites, vt infra eod. non prohibetur. Item pupillus, & qui habet merum imperium, & qui accepit pretiū ad accusandum, vel nō accusandum alium. Itē, qui falsum aliàs dedit testimoniū. Et pauper, vt ff. de accu. l. qui accusare. & l. seq. Et socius socium eiusdem criminis nō accusat, vt supra de libe. cau. l. si filium. Prædicti regulariter prohibentur, sed casualiter admittuntur, vt in singulis legibus inueniuntur.

1 Quę ad similitudinē redigūtur ciuili. Sal. & ideo tanquam exēplata sequuntur exēplare. dicit Acc. in tit. de accu. extr. Accusatio est multis īterdicta.

a † al. de criminib. &c.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI Principis ex repetita prælectione.

Liber Nonus.

TITVLVS I.

De ijs,[1] † qui accusare non possunt.

Quando duo crimina intentantur, quorum vnum est præiudiciale ad aliud, super grauiori proceditur. h. d. Bar. vel sic: Super maiori causa prius est procedendū, quàm super minori, & sententia absolutoria lata in maiori, non præiudicat in minori, secus condemnatoria. h. d. Vel sic: Si accusatio secunda est maior quam prima, & præiudicialis, prius debet procedi, in secunda, & prius definiri secunda quam prima, & absolutoria lata super secunda, poterit procedi in prima, licet in condemnatoria lata in secunda est eo ipso impositum super prima silentium. hoc dicit. Sal.

Impp. Seuerus, & Antonin. AA. Syluano.

LEX PRIMA.

PRrius[b] * est, vt criminibus, quę tibi vt[c] grauiora ab aduersario tuo * obijciuntur, cædis atq; vulnerum respondeas,[d] & tunc ex euentu[e] causæ iudex æstimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi,[f] prior inscriptionem,[g] deposuisti. PP. 5. Idus Mar. Tertul. & Clemente Coss. 196.

* Concor. 3. q. 11. c. prius. Vid. Cuiac. 20. obs. 7.

* Vide Cęlium lib. 8. epist. Ciceronis. & Antoniū in Verrē Con.

PRius.] Diuiditur in duas partes. In prima loquitur de ordine iudicij. In secunda de effectu pronunciationis secunda ibi, Et tunc ex euentu. Bald. CASVS. Accusabam te actione iniuriarum, quia seruum meum verberasti die dominico, reaccusasti me, quia eundum seruum meum occidissem die sabbati præcedenti. lege. Corn. de sic. quæ accusatio præferri debeat, quæritur? Et respond. quòd tua. & si contra me fuerit sententia lata, non admittar ad accusationem meam, si non admittendus sum.

b *Prius.*] si de ordine quæras. & dic, quòd te iniuriarum accusabam prius, tu me reaccusabas lege Cornelia de sicarijs.

c *Vt grauior.*] sic & infra de adult. adulterij. & l. quoniā. & sup. de or. iu. l. fi. in pari enim, vel minori secus, vt dices inf. eo. l. neganda. Sed certè imo de pari idem videtur, vt inf. de cal. l. 1. quæ est contra. Quod aūt par sit, patet, quia par imponitur pœna, vt inf. tit. 1. accusationis. Sed dic, quod illud non fit per accusationem, sed per iudicis officium, ad monitione facta ab accusato ipsi iudici. sic & ff. de bo. libe. l. qui cum maior, §. si libertus.

d *Respondeas.*] hoc si nomen aduersarij tui non sit receptum inter reos, vt ff. de adulte. l. 2. §. si extraneus. & l. si maritus. §. præscriptiones.

e *Ex euentu.*] s. vt si fuerit condemnatus nō accuset, aliàs sic: nec enim aliter exponi potest. Sed secūdū hoc est contra, ff. de publ. iu. l. is qui, in fine, vbi etiam damnatus persistit in accusatione prima. Solut. ibi persequitur suā, vel suorum iniuriā: hic non. hoc non placet, quia etsi non cępisset, posset de nouo accusare. vt ff. de accu. l. qui iudicio. Alij, quod ibi incepit contra extraneū, contra quem nō fuerat in aliquo calumniatus. hic contra accusatorem, cui commisit calūniā, quod patet, quia succubuit vnde ibi auditur, hic non, arg. ff. de accu. l. si cui. §. ijsdem. Tertij, quod si tumultus nō potest aliàs sedari, audit, vt ibi, aliàs non, vt hic. arg. ff. ad legem Corn. de sica. l. pen. Vel aliter, si apparuit te calumniatum esse, non admitteris, aliàs sic. quod non placet, quia non propter euentum, sed propter calumniam tunc remoueretur. Vel dic quinto secundum Azo. quod hic erat tale crimen obiectum accusanti, quo probatio prius incendi non poteā; vt conueniebat me criminaliter de furto serui sui subrepti certa die, vel quod verberaueram eum seruum, & ego eum reaccusā, quod ipso præcedenti die occiderit eum. hæc & secunda placent. Dixerunt, & alij, quòd ibi erat lis contestata, ex eo, quod dicit, inchoata: hic tantum libellus inscriptionis datus. Sed secundum solut. secundam nonne damnatus est infamis, vt ff. de publi. iudic. l. infamem, ergo non potest accusare, vt ff. de accus. l. qui accusare? Solu. hic in inchoatis. Item cum semel fecit calumniam resistendo, quomodo auditur ammodo, vt d. l. si cui. §. 1. Respond. hic in defendendo, ibi in accusando. Item huic l. contra. ff. de iudi. l. qui prior. Solut. hic fallit illa regula.

f *Tametsi.*] i. quamuis. & potes hic dicere, quod dicitur ff. de iudi. is qui reus.

g *Inscriptionem.*] minoris criminis, qualiter fiat dices inf. tit. 1. l. fina.

SI cautiones. CASVS. Secundinus tenebatur Titio in 10. & decessit Titius filio suo hærede instituto, cui dedit tutorem: Secundinus conuentus protulit instrumentum, quo continebatur eum soluisse, an tutor nomine suo instrumentum arguere possit de falso, quæritur? & dicitur, quod sic: de falso, quia si succumbat, non erit infamis, nisi euidens calumnia apparuerit.

a *Si cautiones.* idest apochas de soluto.

b *Secundinus.* debitor.

c *Eugenio.* patri vestro.

d *Alieno.* Non sic infra tit. 1. tunc conuenit, & ff. de pub. iud. l. pen. §. ad crimen. & infra de calum. l. nostris. Sed videtur, quòd etiam nomine pupilli possent, vt ff. de ijs quibus vt indig. l. tutorem. in princ. quæ est contra. Solu. ibi nomine pupilli, id est pro ipso. & eodem modo respondeo sup. de ijs, quibus vt indi. l. Polla. quæ est similiter contra. Vel in l. Polla. de falso ciuiliter agebat, quod fieri potest, vt infra de fal. l. pen. & fin. & supra de transac. leg. si ex falsis. Dices ergo accusor te, quia fecisti, vel vius fuisti falso, non quia dicit pupillus meus. Sed an ipse pupillus potest? Respond. non, etiam cum consensu tutoris, vt ff. de accu. l. qui accusare, nisi in casu. vt ff. de accusa. l. 1. §. 1. Vel ibi facit tutor, & satis dr. accusare, sed aliud in causa ciuili, vt ff. de admin. tuto. l. 1. §. sufficit.

ADDITIO. Tu dicas, quod tutor potest accusare tutorio nomine, vt est casus in leg. Polla. & l. tutorem, supra allegat. per glos. non ob. hæc leg. quia verum est, quòd inscribit se nomine suo, tamen nomine pupilli accusat. simile, quod vnus accusat. & alius se inscribit, habes in leg. vltima, infra de iniurijs. Istam opinionem tenet Richard. Malum. vt dicit Bartol. in lege secunda, §. pupillus, ff. de accusat. quod ipse Bartol. vt ibi dicit, verum putat de iure. Cautela tamen est, vt dicit idem Bartolus hic, & in dicto §. pupillus. quod quando tutor accusat aliquem, dicat in accusatione, talis tutor, nec adijciat tutorio nomine, nam tunc intelligitur eo modo, quo potest, vt leg. post mortem, §. primo, ff. quando ex facto tuto.

e *Sententia.* scilicet calumniæ.

f. *Nisi.* expositiuè, non exceptiuè. sic & ff. de procurato. l. quæ omnia, in fine, & l. nisi, & infra eodem, leg. non ignorat.

g. *Apparebit.* regulariter secundum nos, qui non probat, dicitur calumniari, vt supra de aduoca. diuer. iudicio. leg. 1. sed fallit in casibus, quorum vnus est hic, & alius infra de calum. l. mater. vbi plene dices omnes, & facit supra de admin. tut. l. non est.

Tutor, & curator pro interesse pupilli, uel adulti pōt de falso proprio noīe non alieno accusare, nec punitur probando nisi de calūnia euidenti. h. d. secundum glo. Bar. uel sic: Tutor sine metu calūniæ præsumptæ, pōt instrumenta contra pupillum producta de falso accusare. sed ꝑprio noīe debet se inscribere. Sal.

Ijdem AA. Ingenuo.

LEX II.

SI cautiones, [a] quibus Secundinus [b] solutam Eugenio [c] pecuniam probare se dicit, tutores, vel curatores tui suspectas, vt falsas habēt, proprio [1] † nomine (cum nō liceat alieno [d]) nō prohibentur in crimine falsi subscribere. Nec enim facilè tutores, vel curatores, qui ex [2] † officio, & [3] † periculo suo res pupillorum, vel adoléscētiū administrant, sn̄ia [e] notantur nisi [f] euidens eorum calūnia [4] † iudicanti apparebit. [g] PP. 12. Cal. Octobr. Antonino A. & Geta, Coss. 206.

Accusator dēt se īscribere ad pœnā talionis, & dare fideiussorē de lite prosequēda, quam si non prosequitur, monēdus est, & ex contumacia extra ordinē puniēdus, et aduersario in legitimis expensis condemnandus. h. d. Bal.

Imp. Alexander A. Rufo.

LEX III.

QVi crimen * publicū [h] instituere properant, non aliter ad hoc admittantur, nisi prius inscriptionum pagina [i] præcesserit, & fideiussor [k] de exrcenda lite adhibitus fuerit.

¶ Sin vero post satisdationē præsentes non fuerint, edicto [l] admonendi sunt, vt veniant ad cām agendā: & si nō affuerint, non solum extra [m] ordinem æstimatione iudicis puniendi sunt, sed etiā sumptus, [n] quos in eam rem, & circa ipsum iter ad litem vocati fecerunt, dependere cogentur. PP. Non. Feb. Alexādro A. Coss. 223.

Mulier pōt accusare interfectores sui cōsobrini. h. d. Ba. uel sic: Mulier accusat de crimine, suā, uel suorū iniuriam prosequēdo, ratione tamē officii tutor debet ei anteferri. h. d. cum lege seq. Salic.

QVi. CASVS. Ille, qui vult accusare, duo facere debet, scilicet inscribere, & fideiussorem dare de accusatione prosequenda. Si vero accusatus compareat, & accusator non compareat, punitur arbitrio iudicis, & condemnabitur ipse accusator in expensis. Viuia.

h *Qui crimen publicum.* idem si priuatum, si criminaliter agat, secus si ciuiliter, vt ff. de fur. l. fi. & de pri. delict. l. fina.

i *Pagina.* inscribit enim, & profitetur accusator se subiturum eandem pœnā, si non probauerit, quam subiret reus, si probaret, vt hic, & inf. tit. 2. l. 2. §. ex lōginquo, & supra de fide instru. l. 2. & l. finali, & infra de calum. l. non prius, & ff. de accu. l. libellorum. Vel potest intelli. etiam si non dicatur, arg. infra ti. 1. l. fin. hoc tamen fallit in quibusdam casibus, vt inf. tit. j. l. ea quidem. & infra de adult. l. quamuis, 2. & sup. de Iudæ. ne quis. de apo. l. apostatarum. & infra de abigeis, l. 1. & inf. de calum. l. 1. & ff. de accu. l. leuia. 15. q. 3. c. de crimine, & 4. q. 4. c. aliquando. Item fallit quando opponitur in modum exceptionis crimen, vt ff. ad l. Iuliā de adul. l. 1. §. si publico. & ex̄. de acc. cap. super his, & 1. q. 1. de manifesta. & sup. de transactio. l. si ex falsis. Item fallit in casib. vbi quis sine accusatore punitur, vt supra de proba. l. iubemus, & de testa. l. nullum. & de suspe. tuto. l. tutor. §. præterea. & ff. ad l. Iuliam de adult. l. prima, §. si publico. vel ibi in modum exceptionis opponitur, vt dixi de lenocinio. idem in crimine falsi, secundum B. vbi non inscribitur, quoniam, & sine accusatione proceditur secundum eum, vt infra ad legem Corn. de fal. l. vbi Alij, vt Ioan. non admittunt, nisi casum illum de abig. is & in illa l. vbi accusatio fuit instituta.

k *Et fideiussor.* habita tamen differentia personarum, vt ff. de custo. reo. l. prima. & infra titu. 1. l. fina. sic & in ciuili satisdatur per actorem, vt supra de episcop. & cleri. Auth. generaliter. Accur.

l *Edicto admonendi.* per interualla triginta dierum sicut in ciuili, vt & supra de iudi. l. properandum. §. sed si quidem. secundum Ioan. vt supra quomodo, & quando iudex. Authent. semel, non vt quidam dicunt de tribus diebus singulis diebus ter, ut ff. de publ. iud. l. inter accusator. quia ibi sic de facto fuit, ut maior iniquitas appareret absentis.

m *Extra ordinem.* etiam vltra pœnam Turpilliani quandoque, ut ff. de pœnis. l. absentem, §. penult. in fi. Sic punitur, si tempore à iudice dato, non venerit: si vero tempore legali idest biennio non venerit, nec accusationem perfecerit, imponitur ei alia pœna, vt inf. ut intra certum tempus quæstio crimi. l. 1. quæ est contra. Vel dic, vt ibi, & ad hoc inf. tit. 1. l. si accusatoribus.

n *Sumptus.* sic est in ciuili, ut supra de fruct. & lit. expen. l. non ignorat, & ff. de iud. l. cum quem. in princ.

r † al. pupilli & ita legendum putat Cuiac.

2 † al. deest & Du.

3 † Du. deest.

4 † Du. deest.

† Concor. cum hac l. c. licet, §. quia vero. ex̄. de accusa.

Idem A. Dionysio.

LEX IIII.

VXor tua, si cõsobrini[a] sui necem vendicandã existimat, adeat præsidem prouinciæ. PP. 16. Calẽ. Iul. Alexandro A. Coss. 223.

Accusatio falsi existentibus tutoribus, vel curatoribus, nõ pertinet ad matrem, ideo mater non auditur, quia res idest, istud officium non pertinet ad eam. h. d. Bal.

Idem A. Marcellinæ.

LEX V.

SEnatusconsulto[b] permissum nõ est mulieri[1]† legis Corneliæ[c] crimine reũ facere, nisi res ad eã[d] pertineat. Cum igitur filij tui[e] tutores, vel curatores habeãt, ipsi deliberare debent, an instrumẽta, ex quibus aduersarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa eẽ accusare debeãt. PP. Calend. Octobris Alexandro A. Cos. 223.

Qui professus est in iudicio, se ab accusatione instituta discedere, ad eam redire non potest. hoc dicit Bal. Vel sic: Qui ab accusatione desistit, amplius ad illam non redit. h. d. Salic.

Idem A. Probo.

LEX VI.

ACcusationem à qua discedere te professus es, repetere non debes.[f] PP. 5. Non. Maij. Iuliano 2. & Crispino Cos. 225.

Accusari differẽti statuitur terminus ad procedendũ in causa: & si non procedit in termino, post non auditur. hoc dicit Bald.

Idem A. Felici.

LEX VII.

SI ea, quæ crimen intendit, cognitionem moraẽ, certa perferendę accusationis tẽpora iudex cõpetens prȩstet[g] intra quæ si agere[h] supersederit, renunciasse[i] causæ intelligitur. PP. 15. Calend. Septemb. Agricola & Clemente Coss. 231.

Miles ad accusandũ admittitur, si suorum iniuriam prosequatur, se tamen tenetur inscribere. hoc dicunt ambæ leges. Sal & Bart.

Imp. Gordianus A. Caio militi. al. Taxo.[2]†

LEX VIII.

NOn prohibentur milites accusationem, quæ publici iudicij instar[k] obtineat, intendere, si suam suorumque iniuriam exequantur. Ideo consobrini tui necem defendere[l] tibi permittimus. PP. 17. Calend. August. Pio & Pontiano Cos. 239.

Allegans qualitatem debet eam probare, antequam vlterius procedatur, & hoc quando qualitas est causa introducẽdæ petitionis in iudicio: sed quando est causa pronunciationis definitiuæ, tunc debet probari lite contestata quando est causa exaggerãdæ executionis, tunc ante sententiam debet liquere quando est causa mitigandæ executionis, tunc potest opponi in executione. Bal. Vel sic: Quis non debet admitti, vt talis, nisi prius probet se talem. h. d. Bart. & Salic.

VXor. CASVS. Mulier vult accusare interfectorem consobrinini sui, an sit admittenda, quæritur? Et dicitur, quod sic.

a *Consobrini.* & ita suorum vindicat iniuriam, aliàs non auditur, vt infra eod. l. proxi. & l. non ignorat. & ff. de accus. l. 1. & l. hi. Et dic, vindicat accusando lege Cornelia de sicarijs.

SEnatusconsulto.] CASVS. Mulier l. Cor. de sica aliquẽ accusare non potest, nisi suam, vel suorũ iniuriam prosequatur. Si ergo filius tu[e] vxorem habeat, & contra pupillum actum fuerit, & obtentũ per instrumentum, non ipsa, sed tutor nomine suo proprio accusare poterit instrumentum de falso. Vini:

b *Senatusconsulto.*] Liboniano.

c *Corneliæ.* de falsis. vt subijcit. Accur.

d *Ad eam.* imò etsi ad suos, vt ff. de accusa. l. 1. & 2. & ff. ad Turp. l. 1. §. accusationem, quæ sunt cõtra. Solue, & ibi includitur, cum dicit suã esse causam. arg. ff. de liber. cau. l. 1. & 2. & 3. & 4. & quando ap. sit, si procuratorio. §. sed si alius. debuit ergo hic admitti, sed quia tutores habent, illi præferũtur. arg. ff. de accu. l. si plures. si verò nõ essent, vel essent negligentes, admittitur, vel de suspecto eos accusat, & facit j. de fal. l. etsi ad te.

e *Filij tui.* ò mater.

ACcusationem.] CASVS. Si aliquẽ accusare incœpisti, & postea te velle desistere fueris ꝑtestatus, quo minus accusationem repetas, tibi prȩiudicasti, quia amplius accusare non poteris.

f *Non debes.* vt & ff. ad Turp. l. qui destitit. & ff. ad Iul. de adult. l. si maritus, §. si negauerit. & de accu. hi tñ in fi. & inf. de adulte. l. absolutionẽ. & sup. de pac. l. postquam. & de transact. l. transigere. Sed contra, ff. de sep. vio. l. 3. §. si is, sed non destitit, scilicet in totum, vt hic, ff. de iudi. l. destitisse. Sed dixit, se nolle agere tunc. Vel ibi non erat causa inchoata. hic sic. Item nota, quod hic desistens, si sine abolitione destitit, incidit in Turpillianum, vt infra ad Turp. l. 1. cuius pœna est quinque librarum auri, & infamia, vt ff. de præuaric. l. 3. §. fin. & infra ad Turp. l. 2. Item intellige hanc legem, si crimen erat tale, super quo poterat transigi, vel pacisci alias idem ipse auditur secundum Ioan. vt not. ff. de pac. l. iurisgentium, §. si paciscar.

SI ea. CASVS. Si mulier aliquem accusare voluerit, vel accusauerit, & moram fecerit, nec ad causam venerit, iudex certum tempus ei dabit, intra quod si non venerit, præsumitur defecisse, & recessisse à lite.

g *Præstet.* talia, vt diximus supra eod. leg. qui crimen: licet enim biennio limitentur istæ causæ, vt intra certum temp. fi tamen. & prius potest iudex festinare, vt hic, sicut & in ci. aliquis ante trienniam. Et est hæc l. arg. vt possit iudex ad testes, & ad alia facienda tempus statuere. & vltra non audiatur aliquis, vt supra de remiss. pig. l. eo. & ff. de re mili. l. 3. §. si ad idem. & de iure fisc. senatus, §. diuus. & §. sequen. & inf. de gen. aboli. l. 1. & ff. de re iudi. l. contumacia. & supra de inge. ma. l. diffamari. & ff. de opti. leg. l. mancipiorum.

h *Agere.* id est accusare interfectores.

i *Renunciasse.* incidit ergo in Turpillianum, sicut si expressè renunciasset, vt infra ad Turp. si fœmina. Sed contra ff. ad Turpill. l. 1. §. accusationem, in fi. §. Solu. referre, an teneat accusatio, vt q. a prosequitur suã, vel suorum iniuriam, & tunc desistens sine abolitione incidit, vt hic & d. l. si fœmina. An non, & tunc non incidit, vt in le. contraria. Cui solutioni obstat ff. ad Turp. l. mulier. vbi tenuit accusatio, q. a suam iniuriã prosequebatur, & tamen non incidit. Sed tu dic, quod ibi impetrauit abolitionem, vel tantũ denunciauit, non inscripsit. Vel secũdo, solue secundũ Io. an desistat pacto, & tũc incidit, alias non. & facit ad l. sup. de pac. l. postquam, & inf. de cẽsi. & censito. lib. 11. l. 3.

NOn.] CASVS. An miles in publico iudicio si aliquem accusare velit, sit admittendus, quæritur? Et dicitur, quod sic, si suam, vel suorum iniuriam persequatur, vnde si interfectorẽ consobrini sui accusare velit, bene poterit.

k *Instar.* quia ordo siue solemnitas in vsu esse desiuit pœna durante, ut ff. de pub. iudic. l. ordo, & facit ff. de accus. l. hi. Accur.

l *Defendere.* id est, accusare interfectores.

1 al. mulierem.

1 Concor. c. licet cũ glo. super verb. mensum ext. de proba.

2 al. Agasso.

Non

NOn. CASUS. Mulier si quem accusare velit, quia dicat eum filium suum interfecisse: an sit admittenda, quaeritur? Et dicitur, quod sic, si appareat, quod sit mater.

a *Nisi.*] expositiuum est illius dictionis temerè. Vel dic, quod excipit ab eo, quod dixit temere, sic & supra eodem leg. 2.

1 † Seuerianae. al. Seuerino.

Idem A. Seueriae.[1] †

LEX IX.

NOn ignorat cõpetens iudex eam, quę vltionem, & mortem filij sui[2] † persequi allegat, non temere ad accusationẽ esse admittendã, nisi[a] prius matrem se esse probauerit.[b] PP. vj. Nonas Martias, Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

2 † al. deest.

Ab auditorio praetoris repellitur accusator, q nõ vult se inscribere. Bal. vel sic: Etiã qui suorum iniuriam prosequitur, se debet inscribere. hoc dicit Bart.

Idem A. Buccatrahio.[3] †

3 † Muccatrahio.

LEX X.

SI crimẽ ad tuã, tuorũque iniuriã pertinẽs exequaris, sollẽnibus te inscriptionibus adstringe,[c] vt praesidem prouinciae habere iudicẽ possis. PP. Cal. Augus. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

Incendiarius dolosus punitur lege Cornelia de sicariis. h. d. Bar. Bald. & Sal.

Imp. Philippus A. & Philip. Caes. Saturnino, & alijs.

LEX XI.

DAta opera partis aduersae res vestra[*] incendio exarsas esse asseuerãtes, crimen legis Corneliae de sicarijs exequi potestis.[d] PP. 13. Cal. Iul. Peregrino & Aemiliano Coss. 245.

Mulier potest accusare in certis casibus, vt vbi suam, vel suorum iniuriam prosequatur. Itẽ in certis casibus

b *Probauerit.*] vel aliud simile, per quod sit audienda, vt quia sit soror, vel consobrina, vt sup. eodem, l. vxor. Item hoc verum, quando non erat in possessione maternitatis: quia tunc pro probato habetur ad instar serui & domini: vt ff. de prob. l. si filius.

SI crimen. CASUS. Si miles suam, vel suorum iniuriam prosequendo aliquem accusare voluerit, ad poenam talionis se obligare debet, ad hoc ut audiatur.

c *Adstringe.* licet sit miles, ut ex subscriptione legis apparet, hoc tamen quibusdam remittitur, ut diximus supra eodem l. qui crimen.

DAta.] CASUS. Si domũ meam combussisti, an l. Corn. de sica. accusare possim, quaeritur? Et dicitur, quod sic.

Incẽdiarij uarijs poenis afficiũtur.

d *Potestis.* si dolo fuit factum, vt ff. ad l. Corn. de sica. lege 1. in princ. & variae imponuntur poenae pro incendijs, vt ff. de incend. qui ędes, & l. fina. §. fina. & ff. de poenis, l. capitalium, §. nonũquam, & §. sequen. Accursius.

* Materiã incẽdij latè Hippo. trac. in l. 1. ad l. Corn. de sica. Ba. in l. 3. §. cognoscit, ff. de off. praesec. uigi. Alex. cõsi. 61. nu. 3. uol. 1.

DE crimine. CASUS. Ad accusationem non admittatur mulier, nisi suam vel suorum iniuriã prosequatur, & hoc examinabit praeses, sine autem inscriptione accusabit in omnibus illis casibus, quibus antiquo iure fuerat sibi permissum. Vel sic. Vbicunque mulier accusat sine inscriptione accusat in illis casibus in quibus ei specialiter accusare permittitur. istae expositiones faciunt ad illam literam. secundum antiqui, &c. & lege finem cum princi. vsque ad verbum, secundum antiqui iuris statuta. & subaudi, non exacta inscriptione: tantum in illis casibus, supple, de quibus est eis specialiter concessum, scilicet accusare sine inscriptione, hoc est in vnico casu, scilicet in crimine abigeatus.

e *Iudiciorum.* i. puniendum per aliquod publicum iudiciũ, quae multa sunt, vt ff. de publ. iud. l. 1.

f *Non permittitur.* vt & j. de adulte. l. 1. nec populari actione agere, vt ff. de popul. act. l. mulieri.

g *Persequatur.* & nisi lege Iulia de anno: vt ff. ad l. Iul. de anno. l. 1. in fi. & in crimine laesę maiestatis: vt Fabia mulier coniurationem Catilinae detexit, vt ff. ad leg. Iul. maiestatis, l. in quaestionibus, & in suspecto tutore. et instit. de suspec. tut. §. consequens.

Mulier Catilinae coniurationẽ detexit.

Mulier an sine inscriptione accuset in casibus quib. ei accusare permittitur.

mulier accusans non tenetur se inscribere. h. d. Bald.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. Corinthiae.[*]

* Ex li. 9. C. Th.

LEX XII.

LEX V.

QVisquis * cum militibus, vel priuatis, vel barbaris, [a] scelestam inierit factionem, [b] aut factionis ipsius susceperit sacramētum, vel dederit, de nece etiam virorum illustriū, qui cōsilijs, & consistorio nostro intersunt, senatorū etiam (nam & ipsi * pars corporis nostri sunt [c]) vel cuiuslibet postremo, qui nobis militat, [d] cogitauerit (eadē enim [e] seueritate volūtatē sceleris, qua effectū puniri iura voluerūt) ipse q; dē vtpote maiestatis re* gladio feriatur: bonis eius omnibus fisco nostro addictis. † [f]

Filii eius de misericordia reseruatur vita, sed nulla bona possunt habere, vel accipere ex aliqua successione intestati, vel testati, & perpetuò sunt infames, & ab omnibus honoribus, & officiis exclusi. h.d. Bal.

¶ Filij * verò eius, quibus vitā Imperatoria specialiter lenitate concedimus [g] (paterno [h] enim deberent perire supplicio, in quibus [i] paternis, hoc est hæreditarij criminis exempla metuūtur) à materna, vel auita, oīum ēt proximorū hæreditate ac successione [k] habeātur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuo egentes, & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, [l] ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta [m] perueniant, sint postremò tales, vt his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. [n]

Supplicās principi pro eis, punitur pœna perpetua infamiæ. h.d. Bal.

¶ Denique iubemus etiā eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus vnquā apud nos interuenire tentauerint. [o]

Cū filiabus eius dispensatiuè proceditur, vt possint ex bonis maternis obtinere Falcidiam. h.d. Bal.

¶ Ad filias sanè eorū, quotlibet numero fuerint, Falcidiā tantum ex bonis matris, siue testata, siue intestata decesserit, volumus peruenire, vt habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quam integrum emolumentum, ac nomen hæredis. Mitior enim circa eas debet esse sentētia, quas pro ifirmitate sexus minus ausuras [p] esse cōfidimus.

Post illud crimen attentatum, pater non potest emancipare filium, nec aliquam alienationem facere. h.d. Bal.

¶ Emancipationes quoque, quæ a prędictis, siue in filios, post legem duntaxat latam, siue in filias fuerint collatæ, non valeant. [q] ¶ Dotes donationes quarūlibet, postremò rerum alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude, vel iure [r] factas esse constiterit, quo primum memorati de ineunda factione, ac societate cogitauerint, nullius statuimus esse momenti.

Vxores istorum nō debēt perdere dotes ipsarū: imò recuperant eas. Vel sic: Donationes nuptiales in casu, quo erāt seruādæ liberis, applicātur fisco. ī quib. filię ēt legitimā possunt petere. h d. Salic.

¶ Vxores sanè prædictorū, recuperata dote, si in ea conditione fuerint, vt quæ à viris titulo donationis [s] acceperunt, filiis debeant reseruare: tempore quo vsusfructus absumitur, [t] omnia ea [u] fisco nostro se relicturas [x] esse cognoscant, quæ iuxta legem filiis debebantur, & Falcidia ex his etiam rebus filiabus tantum, non etiam filiis deputata videatur.

---

post institutum crimen talem filium, vel filiam emancipauerit, postquam de nuda coniuratione cogitauerit, valebit: vxor vero dotē recuperabit. & si aliquā fecerit donationē propter nuptias, habebit vsumfructum: sed ea in fata cōcedente, reuertetur ad fiscum. Si quis vero coniurationem detexerit: licet ipse de ijs sit, qui coniurationem fecerint, pœnā nullam sustinebit, sed erit præmio afficiēdus. Viuia.

a *Barbaris*. i. hostibus.

b *Factionem*. idest conspirationem, & dic cōtra principē.

c *Nostri sunt*. cum & princeps sit caput. & est interpositio.

d *Nobis militat*. i. circa nostrū latus, in militia armata, vel inermi.

e *Eadem enim*. interpositio est. Et nota cogitatum puniri. sic & sup. de epis. & cler. l. si quis nō. Sed cōtra. ff. de pe. l. cogitationis. Sol. secundum Irn. hic ad actum deuenit, s. ad sacramentum dandum, vel recipiēdum, vt no. sup. plenè de ijs, qui ad ec. cl. cōf. l. presenti. & facit ad voluntatē. ff. ad l. Cor. de sica. l. diuus.

f *Addictis*. vt in auth. vt nulli iudic. §. si. colla. 9.

g *Concedimus*.] ex misericordia, quia non sunt indigni, qui alieno non suo vitio laborāt vt supra de na. li. l. legē.

h *Paterno*. interpositio est.

i *In quibus* s. filijs timetur, ne similes sint patrib. iuxta illud: sæpe solet similis filius esse patri, &c. vt ff. de ędil. edic. l. quod si nolit, §. qui mancipia.

k *Successione*. ergo nec libertus patronis succedit. Sic est contra, ff. eo. l. eorū. ff. de iure patro. l. 4. Sol. vt diximus sup. de bo. lib. l. 1.

l *Comitetur*. sic ergo delictum patris nocet filijs. quod speciale. Regulariter contra, vt infra de pęnis l. sancim9. & ff. de pœn. l. crimen & ff. de decu. l. 2. §. in filijs. & illud, Pater non portabit iniquitatem filij, &c.

m *Sacramenta*. militaris.

n *Supplicium*.] sic 74. dis. c. quorundā.

o *Tentauerint*. sic & sup. de transact. l. si quis maior.

p *Minus ausuras*.] Et no. quod minus audet fœmina, quàm masculus. Sed quid si mater cōmiserit factionem, nunquid parcitur filijs vel filiabus? Resp. idem quod in patre. Azo.

q *Non valeant*. ab eo tempore, in quo eandem factionem cogitauerint, vt inf. §. proxi. quia videt facere fraudem, vt in eos bona conferat per quod appāret, quod si ante emancipauerat, & bona contulerat, quod nō auferātur, vt inf. de bo. proscri. l. pę. & sic. l. de filij ī ptāte positis loquatur.

r *Iure*. quolibet cōtracto, vt inf. eo. l. fi. & sic est contra, ff. de donat. l. post contractum. Sed solu. vt ī. de don. inter vir & vxor. l. res vxoris.

s *Titulo donationis*. nam donationes inter viuos añ crimen cōmissum collatæ ī vxorē, non infirmātur dānato viro ex hoc crimine, sed cōfirmant, vt sup. d. l. res. de donat. inter virum, & uxo. amittit tamen eas, quo ad proprietatē mulier, cum nubit secūdo, ut sup. de secun. nup. l. fęminæ.

t *Absumitur*. i. finitur, quod multis modis, contingit, vt insti. de vsufru. §. finitur. Interim retinet mulier.

u *Omnia ea*. s. filijs omnibus restituenda, ut d. l. fœminæ.

x *Relicturas*. i. traditturas.

* Ex lib. 9. tit. 14. l. 3. C. Th.

* Concor. c. cum dilectus cum glo. super ver. familiares. ext. de cler. nō residen.

† Abrogatum hunc §. dicit August. in l. fallaciter. C. de abol. & Socin. consi. 275. quia est 5 ius diuinū filius enim non portabit iniquitatem patris. estque cōtra l. eorum, ff. ad le. Iul. maiest. P. Prateius. Vide Alci. cōsi. 467. & 1. p̄ sumpt. 25.

* Dic tu in atrociori-bus nō inconuenit vnum puniri pro alio. gl. 1. q. 4. in summa.

Satelli-

Conscii satellites & ministri, in pœna sunt similes delinquenti. Bald.

¶Id, quod de prædictis eorumque filiis cauimus, de satellitibus [d] conscijs ac ministris filiisque eorum simili seueritate censemus.

Reuelans coniurationes huiusmodi in initio, premiatur: sed si ex postfacto, idest non incontinenti, sed post aliquod tempus reuelet secretũ, sibi parcitur, non tamen premiatur. h.d. Bald.

¶Sanè si quis ex his in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus initam prodiderit factionem, & pręmio, & honore [b] à nobis donabitur. Is verò, qui vsus fuerit factione, si vel serò (incognita tamen adhuc) consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum ac venia dignus habebitur. Dat. 2. Non. Septemb. Ancyrę, Cæsario, Attico Coss. 397.

Ex lib. 60. Basilic. tit. 36.

LEX VI.

MAiestatis * rei etiam post mortem tenentur, & confiscatur eorum substãtia. Et post mortem hoc crimen moueri incipit, & memoria defuncti dãnatur, & res eius hæredib. auferuntur: nã ex eo tẽpore quo hanc cogitationẽ subijt, propter cogitationem dignus est pęna. Qui verò incidit in hoc crimen, neque vẽdere potest, neque vllo modo alienare, nec rectè ei soluit debitor. Sed & serui in eũ torquẽtur. Et mortuo eo res eius seruãtur, quia existente hęrede agi oportet.

Crimen læsæ maiestatis post mortem obiici potest, et in hoc crimine serui torquentur in caput domini. h.d. Bal.

Pau. lib. sing. de pub. iudic.

LEX VII.

MEminisse oportebit, si quid contra maiestatem Imperatoris cõmissum dicatur, etiam post rei mortem [c] id crimen instaurari solere, postea quã Diuus Marcus Drunciani * vtpote Senatoris, qui Cassiani furoris socius fuerat bona post mortẽ fisco vendicari iussit, & nostro tempore multis hæredibus ablata sunt. In hoc item crimine, quod ad læsam maiestatem Imperatoris pertinet, etiam in caput domini serui torquentur.

Etiam post mortem crimen læsæ maiestatis potest inchoari, & memoria conuinci atque damnari. hoc primo. Criminosus huius criminis, in ipso criminis exordio perdit ipso facto omnium suarũ rerum administrationem. hoc secundo. Per incertitudinem successoris bona interim sequestrantur. Bal.

Martianus lib. 1. de publ. iud. titul. ad legem Iuliam maiestatis.

LEX VIII.

POst diui Marci cõstitutionem hoc iure vti cœpimus, vt etiam post mortem nocentiũ hoc crimen inchoari possit, vt conuicto mortuo, memoria eius damnetur, [d] & eius bona successori eius eripiantur, nam ex quo sceleratissimum quis consilium cępit, exinde quodammodo sua mente punitus est. Sic & Diui Seuerus, & Antoninus, constituerunt, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare, [e] neque manumittere eum posse, nec ei soluere [f] iure debitorem, magnus etiam Antoninus rescripsit. In hac causa in caput domini serui torquẽtur, [g] idest propter causam maiestatis. Et si decesserit quis propter incertam ꝑsonam successoris, bona obseruantur, si in causa maiestatis fuisse mortuus arguatur, [h] vt Seuerus, & Antoninus litteris ad rationales missis rescripserunt. Dat. 3. Non. Mart.

TITVLVS IX.

Ad legem Iuliam de adulteriis, & stupro.

Vxor non potest maritum de adulterio accusare, nec vxoris iure, quia non cauetur in lege, nec iure extranei, quia mulier. h.d. tex. cum glo. secundum Bald.

Imp. Seuerus, & Antoninus AA. Cassiæ.

LEX PRIMA.

PVblico iudicio [i] nõ hĩc mulieres adulterii accusatiõẽ quis ꝗ mñimonio suo violato, [k] ...

a *Satellitibus.* Sic infra de rap. virginũ. l. prima.

b *Et honore.* sic inf. de ijs, qui se de. l. 1. lib. 10. & ff. de iur. fisci. l. edict. & l. senatus. & l. cum tacitũ. & ff. de ali. iu. l. 3. §. fina.

MEminisse. CASVS. Si crimen læsæ maiestatis, quis cõmiserit, & decedat, post mortem eius accusabitur, ut bona eius publicentur: serui vero in caput domini in tali casu possunt torqueri, & post crimẽ commissum non poterint committẽ. es rem aliquã alienare nec manumittere.

c *Post rei mortem.* vt & infra l. prox. & ff. de accu. l. ex iudiciorum quod intellige in duobus capitulis illius legis, qñ scilicet cõtra principem, vel Rẽpublicam est molitus, nõ in alijs, ut ff. eo. l. fi.

d *POst diuu Marci. Damnetur.* vt & sup. l. proxi. & instit. de hære. quæ ab intestato. §. per contrarium. & Sunt & alij casus speciales, quos not. supra si reus, vel accusa. l. 1.

e *Neque alienare.* vt supra l. quisquis, §. emancipationes. & ff. de dona. l. donationes. in fin. & est speciale: aliis contra, ut ff. de donat. post contractum.

f *Soluere.* iure speciali, aliàs contra. ff. de solu. l. reo criminis.

g *Torquentur.* ut impediatur alienatio, torquentur donec de crimine conuincãt.

h *Arguatur.* idest argute accusetur.

AD LEGEM Iuliam de adulterijs, &c.

Per ordinem maiora prosequitur crimina, & dr̃ adulterium propriè in nuptam, quasi trãsitus ad alterius thorum, pp partũ ex altero cõceptũ composito noĩe, stuprũ in virginẽ, vel uiduã, vt ff. eo. l. iter §. 1. Incestus cum consanguinea, vel affine, ut in stitu. de nupt. §. 1. & ff. eo. si adulterium cũ incestu, & dic, q leges huius tituli factæ sunt ad legẽ Iuliã emendandam, supplendam, corrigendam, & interpretandam.

PVblico iudicio. CASVS. An vxor maritũ de adulterio possit accusare, quæritur. Et dicitur, quod nõ, vetãte lege Iul. de adult. q in masculis solis locum habet.

i *Publico iudicio.* lege Iulia de adult. quod non publicũ est, ut ff. de public. iud. l. prima.

k *Violato.* non dicit toro. si ergo solutæ se immiscuit, planum est, quia à nullo de adulterio accusatur, vt ff. eod. iter. §. primo, & 36. q. 1. cap. lex illa, §. adulterium, sed & si ad alterius vxorem accesserit, nec tunc torum huius mulieris,

* Maiestatis, vide l. ult. 7. cod. Clarum. §. fent. §. læsæ maiestatis.

* Vide Cassiodorum in Marco.

Codic. Nnnn

Beris, vel sui viri est violatum, sed viri adulteræ. & sic nec tunc hæc accusat, cum sit mulier: nec suam, vel suorum iniuriam prosequitur, vt supra qui accu. non poss. de crimine. & hoc de iure mariti. Sed an etiam iure extranei potest. Quidam quod sic, tu dic, quod non, cum dicas eã non prosequi suam iniuriam, virum tamen dimittere potest, & lucratur donationem, & dotẽ, vt supra de repu. cõsensu, §. causas. & sic etiam intelligendi sunt canones, vt 32. q. 4. nemo. in princ. & q. 5. præcepit, & c. præceptum, & cap. Christiana.

* Conqueritur Augustinus de hac inæqualitate in lib. 3. verbis Apostolo. sermo. 4. vi. 6. Harm. 3. Zuna. c. 48. apos. & Euseb. 4. c. 17.

a *Declarat.* eo modo, qui sequitur, quę cum &c. & est talis ratio: quia cum permittitur viro, videtur prohibitum mulieri, arg. ff. de iudi. l. cum prætor, vel ac cusandi iure mariti permisit quæri de adulterio, sed hæc nõ potest accusare iure mariti, quia maritus non est, ergo nullo modo etiam iure extranei, quasi dicat, non potest accusare aliquando, ergo nũquam, sed maritus aliquando potest secundum Ioan. & sic generaliter ei concedi videtur, argu. ff. de mili. testa. l. ex militari. Sed mirũ est, quod vir non committit adulterio accedẽdo ad solutam, nec ab vxore adulterij accusatur ad quamcunque accedat, nec dicitur suã iniuriam prosequi, & ideo est argum. contrarium in Authen. de nup. si igitur, secundũ Theod. coll. 4.

* Harm. dicit cõm relegari 6. tit. 1. in fi.

* Idem Pau. apud Rost. tit. 4. collat. leg. Mosaicæ.

ADDITIO. Aduertas, quod licet de iure ciuili maritus cognoscendo solutam, non committat adulterium, de iure tamen canonico dicitur adulterium committere. vt probatur in ca. transmissa. & ibi hoc no. Abbas, extra de eo qui cogno. consang. vxor. suæ & 32. q. 4. c. nemo & cap. dicat.

quæri* velint, lex Iulia declarat.[a]

¶ Quæ cum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset,[b] non idem fœminis priuilegium detulit. PP. 13. Calẽ. August. Laterano, & Rufino. Coss. 198.

Retinens vxorem, quam in adulterio inuenit, punitur vt leno: secus si non inuenit, sed habet eam suspectam. h. d. Vel sic: Sciens punitur, non autem qui suspicatur, & facit pro receptantibus bannitos, qui ad hoc, vt puniantur, requiritur, quod sciant, non quod suspicentur. Bald.

Iidem AA. Cyro.

LEX II.

CRimen* lenocinij [c] contrahunt, qui deprehensam in adulterio vxorem in matrimonio retinuerunt, nõ qui [d] suspectam adulteram habuerunt.* PP. Calendis Iul. Anulino, & Frontone Coss. 200.

Serui mulieris, quę dicitur adulterium commisisse, & etiã patris eius, pro eruenda veritate sunt torquendi: ideo intra sexaginta dies prohibentur manumitti, vel distrahi. Accusator tamen prius debet cauere de ipsorum emendatione totali, vel deteriorationis emendatione in casu absolutionis subsecuta. Sal.

b *Facultatem detulisset.* Nisi exceptione aliqua repellatur, vt infra eod. l. ita nobis.

CRimen lenocinij. CASVS. Vxorẽ tuam in aliquo adulterio deprehendisti, & postea in matrimonio tenuisti, adulterio consensisse videris. vnde crimine lenocinij poteris accusari.

c *Crimen lenocinij.* Quod punitur, vt adulterium, & committitur multis modis, ut hic, & ff. eo. l. 2. §. lenocinij, & ff. de minorib. l. auxilium & infra eod. l. castrati & supra de condict. ob tur p. cau. l. mercalem.

d *Non qui suspectam.* Si tamen potest obumbrare patientiam suam prætextu incredulitatis, ut hic, & infra eodem, l. si non me u, & ff. eod. leg. 2. §. lenocinij, in fin. & l. mariti. Et nota, quod sine accusatore punitur vir de lenocinio, si vxoris rea facta, mariti lenocinium detegatur, vt ff. eod. l. 3. §. si publico.

NOn solum. CASVS. Tam ex sententia, quam ex verbis l. Iul. si maritus velit vxorem de adulterio accusare, poterunt serui, vel ancillæ vxoris, vel patris eius torqueri, vt eruatur veritas. & intra 60. dies cõputãdos a die dissoluti matrimonij, & hoc in prima, nec manumittentur, neque alienabũtur, & hoc in secunda, & si in quæstione serui decesserint, vel deteriores facti fuerint, absoluta muliere, cauebit maritus de æquè idoneis reddendis, & hoc in tertia. Viuianus.

Imp. Antoninus A. Iuliano.

LEX III.

NOn solum* verba [e] legis Iuliæ de adulteriis coercendis, sed etiam sententia per quæstionem quoque seruorum [f] siue ancillarum crimen admissum probare volentis,[g] ad earum tãtum personarum seruos ei rei exhibendos pertinet, de quibus specialiter comprehendit,[h] idest mulieris,[i] & patris eius, non naturalis, sed iusti dũtaxat,[k] quos intra sexagesimũ diem ex dissolutione [l] matrimonij numerandum manumitti, vel distrahi prohibet,[m] & quorum dominis,[n] caueri præcipit, si defuncti fuerint in quæstione, vel facti deteriores secuta [o] absolutione. PP. 15. Calend. Aug. Antonino A. 4. & Balbino Coss. 214.

* Iunge l. prospexit. ff. qui & à quib. manum. Con.

Occidens adulterum lege permittente, non censetur homicida. hoc primo. Occidens adulterum in casu non permisso, mitius punitur. hoc secundo. Bald. Vel sic. Maritus per se, vel filius potest impune occidere adulterum vilem in adulterio noctis tẽpore deprehensum, nõ vilem vero occidens, in totum non liberatur, sed mitius punitur. h. d. Sal.

e *Verba.* idest non solum verba, sed etiã sententia, nã quandoq; in aliquid verba & sententia consonant, quandoque verba tantum, quandoque sententia tantum, vt patet in Macedoniano. Tu dic, quod verba pertinẽt tantum ad eos, quos hic nominat, sententia etiam ad alios, quos dicet, & sic hęc dictio tm, ad verba tantum respicit.

f *Seruorum.* non solum alijs probationibus.

g *Volentis.* s. legis.

h *Comprehendit.* Cõprehendit dicta lex, cuius verba tamen non habemus.

i *Mulieris.* de adulterio accusatæ.

k *Iusti duntaxat.* siue sit iustus de naturali & ciuili iure, siue ciuili tãtum, vt adoptiuus.

l *Ex dissolutione.* quæ fit per diuortium, & quam opus est fieri, antequã inchoet accusationem, vt infra eod. l. crimen. sed si morte vel bona gratia, vel ex delicto viri soluatur matrimonium, tenet manumissio, vt ff. qui & à quibus, l. sed si maritus.

m *Prohibet.* Per eos ergo probatur, quod ea, quæ domi fiunt per tales possũt manifestari, vt supra de repu. l. consensu. §. fin autem aliter.

n *Dominis.* scilicet dominæ, vel patri eius.

o *Secuta absolutione.* mulieris, scilicet accusatæ, non aliter, vt hic, & ff. eod. l. si postulauerit, §. si reus. Vltimo notandum quod tria dicit hæc lex: seruos torquendos, & manumittendos & damnum emendandum. Circa primum dic, quod serui adulteræ, & patris eius torquentur ex verbis & sententia. Itẽ & serui serui adulteri, & patris, sed proprij vbicunque fiunt. patris si sint in vsu adulteræ, vel adulteri, ut hic, & ff. eod. l. si postulauerit, §. haberi, & ff. qui a quib. l. prospexit & inf. tit. e. l. si. Item serui accusatoris, vt ff. eod. l. si postulauerit, §. sed & serui, idem serui matris mulieris & aui dati ad vsum mulieris, & hi omnes prohibent manumitti, vel alienari intra 60. dies à die diuortij, vt hic, & d. leg. prospexit.

spexit. Item torquentur serui etiam extraneorum, qui in vsu sunt mulieris, vel etiam si non sint secundum alios, si modo aliquid veritatis sciant, vt ff. eodem, l. si postulauerit. §. diuus autem. sed si serui patris sicut extranei ita demum torquentur, si sunt in vsu mulieris, quæ ergo erit differentia inter extraneum, & patrem? Respon. quia extraneus manumittit, quando volet, pater nisi post duos menses. Item & circa primũ dic, quod vt libere verum dicant, serui publicantur, & a dominorum potestate eripiuntur, & hoc fit post quæstionẽ: prius non, cum publici nõ torqueantur, sed extranei non publicantur, cum nõ habeant cui gratificentur, vt ff. eod. l. si postulauerit. §. iussit. & §. ratio. debet tamen fiscus pretium dare domino secundum Io. quando absoluitur, vt argu. sup. quibus ex causis ser. pro pre. l. 2. & sic est speciale seruum torqueri in caput domini, vt & infra de quæstio. l. secunda. Super vltimo quæro, quare cauet pro deterioratione cum publici fiant. & fiscus præstat æstimationem, vt dixi? Respond. fiscus præstat solummodo quod tunc tortus, & ruptus valet, vnde deterioratio ab alio est emendanda. Item an totum damnum deteriorationis serui torti accusator reo absoluto dat? Dicunt quidam dimidiam, & aliam sibi computet, quia & pro eo est tortus, vt argum. sup. de rebus credit. l. generaliter. §. his de præsentibus. Vel potest distingui, aut extraneus accusatur, aut dominus, aut seruus, primo emendatur ab vtroque medietas. Vel secundum alios vnum simplum, vt sic habeat duplum, vt dicta l. si postulauerit in princip. in secundo, quando dominus accusatur, in totum emendatur domino absoluto, vt hic, & ff. eod. l. si postulauerit. §. si reus. In tertio in duplum domino emendatur, vt dicta l. si postulauerit §. fina. & ff. de calumn. l. fin. & infra de calum. l. dominis. & hic. Vel ex stipulatione, si interposita est, vel conditione ex lege petuntur, vt ff. eod. l. quod ex his.

Aduertetur tamen Docto. & Bart. in l. non solũ. §. si man dato. vers. circa primũ, ff. de iniur. q̃ isto casu mandatarius occidens non euadit pœnam legis, nisi sit filius, vt dicit ibidem Bart.

Imp. Alexander A. Iuliano Proconsu. Narbonen. prouinciæ.

LEX IIII.

GRacchus,[a] quem Numerius,[b] in adulterio noctu deprehensum interfecit, si eius conditionis fuit, vt per legem Iuliam impunè occidi potuerit,[c] quod legitimè factum est, nullam pœnam[d] meretur.

¶ Idemque filijs[*] eius, qui patri paruerunt, præstandum[e] est.

¶ Sed si legis auctoritate cessante, inconsulto dolore adulterum interemit, quamuis homicidium[f] perpetratum sit: tamen quia & vox, & dolor[g] iustus factum eius releuant, potest in exiliũ[h] dari. PP. sine die, & Cõsule.

Adulter post quinquennium accusari non potest. Et exceptio præscriptionis, quæ competit parti, debet ei per iudicem obseruari, & non auferri. h. d. Bald.

GRacchus.] CASVS. Numerius deprehendit Gracchum cum vxore sua adulterantem, & eum occidit, an propter hoc aliquam pœnam sustinere debeat, quæritur. Et distinguitur, an fuerit talis, quem licuit interficere, & non punietur, an non, & in exilium mittetur. Viuianus.

a *Gracchus.*] adulter.

b *Numerius.*] maritus mulieris.

c *Occidi potuerit.*] quia vilis erat persona, & humilis adulter, & in domo sua, idest mariti, & non adulteri vel alia, vt ff. eodem l. marito. & l. si adulterium. §. Imperatores. & ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. At pater quemlibet occidit in rebus venereis deprehensum, & in sua, & generi domo, dummodo, & filiam occidat, vel per eum non non stet, vt ff. eod. l. patri. & tribus legibus sequentibus. & l. nihil.

d *Nullam pœnam.*] vt supra de admi. tut. l. sancimus prima & ff. de reg. iur. l. nemo damnum. Sed argum. contra supra de sec. nup. l. 1. & in Auth. de testi. & ea quæ pa. § fin. coll. 4. & sup. de rei vendic. l. quoties. & ne tut. vel cur. vec. con. l. 2. & sup. rem alie. ge. l. 1. Item & non e contra, quòd mereatur pœnam, quod non est legitimè factum, vt ff. de his, quę pro non scrip. l. 1.

Idem A. Vadanti.

LEX V.

ADulter[*] post quinquẽniũ, quàm cõmissum adulterium[i] dicitur (quod continuum numeratur) accusari non potest,[k] easq; præscriptiones legibus reis datas auferri non oportet.[l] PP. Idib. Iun. Maximo 2. & Aeliano Coss.

Maritus potest accusare adulterum intra 60. dies vtiles, quibus elapsis, admittitur in reliquum tempus ad accusandum iure extranei, & quando accusat, est habenda quæstio de seruis. h. d. Vel sic: Si habens duo iura, perdit vnum, admittitur ad reliquum. h. d. Vel sic: Qui non admittitur vt vir, admittitur vt extraneus h. d. Bald.

Idem A. Sebastiano.

LEX VI.

IVre[m] mariti adulterij accusare volenti, sexaginta dies vtiles cõputantur: qui-

e *Præstandum est.*] sic ergo patet in atrociorib. sed hoc ideo quia patri hoc pmissum. alias contra, vt ff. de reg. iur. l. ad ea.

* Ex lib. 9. tit. 13. l. fi. C. Th.

f *Homicidium.*] quia adulter nõ erat vilis.

g *Dolor.*] nota, quòd iustus dolor aliquem excusat, vt ff. ad l. Corn. de sica. l. 1. §. fi. & ff. eod. l. si adulteriũ. §. Imperatores. Item & tẽpus facit, vt hic, & ff. de pœnis. l. aut facta §. 1. & istud tempus, & supra vt liceat vnicuique l. 2. Sed argu. contra supra de transact. l. nõ minorem.

h *In exilium.*] cum alias debeant occidi, vt institut. de publ. iudic. §. item lege Cornelia.

ADulter.] CASVS. An maritus elapso continuo quinquennio à die commissi adulterij, possit adulterum accusare, quæritur. Et dicitur, quòd non, non enim exceptio temporalis, quæ reo datur, sibi reo debet auferri. Viuian.

i *Adulterium.*] idem si de lenocinio vel stupro aliove capitulo huius legis accusetur, vt ff. eod. l. mariti. §. hoc quinquennium.

k *Accusari non potest.*] In adulterio est planum, nisi in duobus casibus, quando is non potuit intra hoc tempus, quia incęperat ab adultera tantum, vnde interim non poterat hunc accusare. Item & quando hic ab alio accusabatur qui postea inuentus est præuaricari, vt ff. eod. l. tertia, & l. quinquennium. & nisi per vim sit factum stuprum, vt ff. eodem l. mariti. §. fin. sed in adultera præscribitur sex mensibus vtilibus computandis in nupta a tempore diuortij facta a primo, in vidua, à tempore commissi criminis, & est ratio: quia quæ facilius accusatur, vt vidua, facilius præscribit à die commissi criminis, vt ff. eodem, l. mariti §. sex mensium. & ff. ad Turpil. l. 1. §. accusationem. non tamen vt sex menses vtiles excedant quinquennium, quo adulter præscribit à die commissi criminis. vt ff. eod. l. mariti. §. præterea, & duo ex his sex dantur, vt accuset vir iure mariti, quatuor vt iure extranei, vt infra eo. l. proxi. & ff. eod. l. 1. §. extraneus.

l *Non oportet.*] si modo proponatur, antequam nomen accusati, vel accusatæ inter reos recipiatur, vt ff. eod. l. si maritus. §. præscriptiones, vel ille §. intelligitur specialiter in quibusdam vt lenocinij, non in his.

IVre mariti. CASVS. Maritus adulterum intra 60. dies vtiles iure mariti potest accusare, nec timeat accusari de calumnia, si probat, quod facile erat sibi probare s. per quæstionem seruorum. Viuian.

m *Iure.*] maritus accusat iure mariti, sed & pater mulieris, vt ff. eod. l. is cuius ope. §. ex senatusconsulto, vt tamen præferatur vir, nisi sit iusfamis, vt colludat, vt ff. eod. l. 2. §. si simul. & l. tertia, & erit hoc ius, siue priuilegium in accusando, quia 60. dies habet vtiles, in quibus præfertur omnibus alijs, & sine metu calumniæ, & etiam ex sola suspi-

bus in publico eius [a] facultas fuerit, apud quem reus, vel rea postulari potest.

¶ Et cum præterierint dies isti vtiles, maritus quoq; iure extranei [b] agere potest.

¶ Et qui confidit accusationi, calumniæ notam timere non debet: [c] nam ad probationem sceleris Diui parentes mei quæstionē de mācipijs eodem [d] modo haberi permiserunt, quasi iure mariti ageretur. PP. Id Aug. Maximo 2. & Aelia. Coss. 224.

Qui tempore cōmissi delicti non erat maritus, nec spōsus, nō potest vt maritus, vel sponsus accusare, licet sit maritus, vel sponsus, sed ipsa puella cum auctoritate tutoris accusabit. h. d. Bal.

Idem A. Herculano.

LEX VII.

PRopter violatum virginem adultam, qui postea maritus esse cœpit, accusator iustus non est: [e] & ideo iure mariti crimē exercere nō pōt, nisi puella violata sponsa eius [f] fuerat. Sed si ipsa iniurias suas [g] adsistentib. curatorib. [h] per quos etiam negotia eius gerenda sunt, persequatur præses prouinciæ pro debita tanto delicto (si probetur) seueritate examinabit. PP. 12. Cal. Iun. Maximo 2. & Aeliano Coss. 224.

Masculus & fœmina non possunt simul de adulterio accusari propter exceptionem ordinis. Bal. vel sic: Eodem tempore quis non potest adulterum & adulterā accusare. h. d. Sal.

Idem A. Domno.

LEX VIII.

REos adulterij [i] duos simul marem & fœminam, [k] ex eadem causa [l] fieri lex Iulia de pudicitia [m] vetat, [n] sed ordine [o] peragi vtrosq; licet. PP. Id. Iu[n]. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Pœna per definitiuam imposita, est perpetua: Et qui ducit damnatam de adulterio, vel reducit, intelligitur esse leno, & punitur crimine lenocinii. h. d. Bald.

Idem A. Proculo.

LEX IX.

CAstitati tēporū meorū conuenit, lege Iulia de pudicitia dānatā in pœnis [p] legitimis perseuerare.

¶ Qui autem adulterij damnatam [q] (si quocunque modo pœnam [*] capitalem [r] euaserit) sciens duxerit vxorē, vel reduxerit, eadem lege ex causa lenocinij punietur. [s] PP. 7. Cal. Febr. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Dans pecuniam, vt euadat ab accusatione adulterii, & accipiens pecuniam pro comperto stupro, pœna legis Iuliæ coercentur. hoc dicit Bald.

suspicione potest vxorem meam facere, & sine inscriptione, vt dicit Pau. vt ff. de mino. l. auxilium. & infra eod. l. quamuis 2. Post hos admittitur quilibet, & prædicti etiam admittuntur ante alios vsque ad quatuor menses, & quando plures venerunt, iustior præfertur, & sic etiam forte vir admittitur, vt hic, & ff. eod. l. 2. §. fina. & l. si maritus 1. §. extraneis. & l. is cuius. §. pen. sed videt, quòd non euadant pœnam calumniæ, vt ff. eod. l. is cuius. §. fina. & l. pater. Solu. refert, sint in euidenti calumnia, vel non. arg. sup. qui accusa. non poss. l. 2. & ff. de ijs, qui. vt indig. l. tutorem. Vel prædictum priuilegium, scilicet sine metu calumniæ accusare, tantum viro datur, nō patri, vt in contrarijs. sed cæteris datur patri. si vt præferatur alijs, & hoc quia propensiori dolore facit vir, vt ff. eod. l. 1. §. si simul. Vel dic non euitant pœnam calumniæ, quando vltra 60. dies accusant, vt in contrarijs, sed ante sic: & secundum hoc expone legem illam, is cuius ope accusant idest accusare solent.

a *Eius.*] s. iudicis adeundi, vt ff eod. l. mi les. §. 60. & etiam sexagesimus in his cōputatur, & alijs commilli criminis numeratur, vt ff. eod. l. pater. §. 1.

b *Iure extranei.*] intra quatuor menses vtiles, vt non excedant quinque annos continuos, vt ff. eo. si maritus. 1. §. extraneis. & sic præscribitur ne sex mensium vtiliū mulier defenditur, vt not. supra l. proxi.

c *Non debet.*] idest non timeat, quòd de ea calumnia condemnetur, si modo probabit, quod erit ei facile: nam &c.

d *Eodem modo.*] quo & ante sexaginta dies finitos.

P*Ropter.*] CASVS. Si iure mariti quis possit accusare propter violatam virginem, quæ vxor nondū fuit, quæritur. Et dicitur, quòd non, nisi sponsa fuisset. Si vero ipsa de violentia conqueri velit, authore curatore suo hoc faciet. Vivian.

e *Iustus non est.*] velut maritus de adulterio, sed de stupro ne vt quilibet alius, vt ff. eod. l. si vxor. in princ.

f *Sponsa eius.*] tunc enim iure mariti accusabit, & fortè, vt de adulterio, cum neque matrimonium, neque spem matrimonij violare permittatur, vt hic, & ff. eod. l. si vxor. §. diuus. & argum. ff. de iniur. l. item apud. §. sponsum. nisi alij postea nupta esset, quia tunc non esset spes matrimonij, vt ff. eod. l. miles. §. quærebatur, quæ est contra. vel vbi vxor esse non poterat, propter ætatem, vt ff. eodem, l. si vxor. §. si minor, quæ est contra. Alij hic dicunt, quòd alijs nullo modo accuset, nisi quando est sponsa, & tunc, vt sponsam, non vt vxorem, per dictam l. si vxor. §. si minor.

g *Iniurias suas.*] alias enim non auditur minor 25. ann. vt ff. eod. l. si maritus. §. lex Iulia, sed accusari post pubertatem potest, non prius, vt ff. eod. l. si minor.

h *Curatoribus.*] vt & sup. de auth. præstan. l. clarum. de concubina antè stuprata dic, vt ff. eod. l. si vxor. in prin.

R*Eos.*] CASVS. Adulterum, & adulteram an possit maritus eodē libello accusare, quæritur? Et dicitur, quòd nō.

i *Adulterij.*] secus in crimine incesti, vt ff. eod. l. qui pupillam. in fi. & l. vim passam. §. incesti.

k *Marem & fœminam.*] id est adulterum. & adulteram.

l *Ex eadem causa.*] vt ff. eod. l. si maritus. 2. §. fi. & l. vim passam. §. duos. & l. nihil. §. pen. & fin. Ex diuersa n. pōt, vt quia vnus adulterium cōmisit, alter domum præbuit. vt ff. eod. l. nihil. §. fin. In alijs autem crimi nib. quoties licet accusare? Dic, vt not. supra de accusa. l. qui de crimine. & qui accusare non poss. l. cū rationibus. & si reus vel accusator mortuus fuerit. l. 1.

m *De pudicitia.*] sēruanda.

n *Vetat.*] ab eodem, sed a diuersis potest, vt tamen seruet ordinem, qui sequitur, ff. eod. l. denunciasse. §. quæritur. & statim dices.

o *Sed ordine.*] vt incipiat a quo velit, si illa non nupsit, vel si nupsit, facit post hoc denunciationē, alias ab adultero incipere debet, & eius absolutio proderit mulieri, & condemnatio non nocebit, vt ff. eod. l. si maritus 2. §. penult. & §. fina. & l. sequenti. & l. denunciasse. & per totam legem. l. 2. in prin. & l. nupta. & l. si vim passam. §. nupta. & inf. eodem l. si dum in tuo.

\+ Et si probatur adulterium, nam fuisse capitalē. Cont.

C*Astitati.*] CASVS. Si quis damnatam de adulterio duxerit, seu maritus fuerit, qui reducit, siue alienus, pœna lenocinij plectendus est.

p *In pœnis.*] quæ pœna est notata inf. eo. l. quamuis. 2.

q *Damnatam.*] ut inf. eod. l. sine metu. in fi. & idem si de stupro fuerat damnata: si autem ex alijs capitulis legis, quæ multa sunt, vt ff. de mino. l. auxilium. secus est, ut ff. eo. l. mariti. §. 2. sed concubinam eam habere potest, ut ff. de cōcubinis. l. 1. §. 1. & facit sup. eod. l. 2.

r *Capitalem euaserit.*] principis indulgentia.

s *Punietur.*] eam tamen ammodo accusare non potest, ut ff. eod. l. si vxor. §. fin.

De

DE crimine. CASVS. An maritus cum adultero de crimine adulterij possit transigere, quaeritur. Et dicitur quod non sed par est delictum vtriusque scilicet transigentis aliquo accepto, & dato: qui vero pro comperto stupro aliquid accepit, l. Iul. tenetur.

a *Pacisci non licet.* nullo modo, distingue tamen, vt infra eod. l. serui. Azo.

b *Praeuaricatoris.* in accusatore totū legi potest, vt siue praeses praeuaricet, siue desistit, idem sit. Vel primum in accusatore, secundū in reo, sed neutra placet, quia secundū primū, refugere nō esset praeuaricatio, vt ff. de praeuarica. l. 3. in princ. & §. fi. Dic ergo transigentis, & praeuaricantis fieri similitudinem. Azo. hoc modo par delictum est accusatoris praeuaricantis, & aliquid a reo accipiētis, & ipsius rei refugientis veritatis inquisitionem donando aliquid, nam tali transactione praeuaricator ille habet, & vt adulter punitur, & pro confesso habetur. Et dic, quid est praeuaricari, vt ff. ad Turpil. l. 1. §. 1. sed huic legi est contra, ff. cod. l. si maritus, 2. §. si negauerit, & aliae plures, quae eodem modo contradicunt supra de transactio. l. si trāsigere. & ibi solui.

c *Tenetur* vt ff. de minori. l. auxilium. §. finali, & ff. quod met. cau. l. isti quidem, & ff. eo. l. mariti. & supra de condict. ob turp. cau. l. mercalem.

* Res fugientis, re de emendare videi Cuia. ex l. Imperatores, ff. de iu. fisci quem vide i hac l. 6. obs. 11. & 20. obs. 10. Hoto. 21. illius. Forcat. 5. Cup. nu. 2.

Idem A. Demetriano.

LEX X.

DE crimine adulterii pacisci non licet, [a] & par delictū est accusatoris praeuaricatoris, [b] & refugiētis* veritatis inquisitionem. Qui autem pretium pro cōperto stupro accepit, poena legis Iuliae de adulteriis tenetur. [c] PP. 5. Non. Maii, Fusco & Dextro Coss. 226.

Iure isto maritus vxorē, quam retinet in matrimonio, non accusat de adulterio, secus de iure nouo. Et si non probet, similitudine supplicii debet affici. hoc dicit Salic.

Iidem A. Naruano.

LEX XI.

CRimen adulterii maritum, retenta in matrimonio vxore, inferre nō posse, nemini dubium est. [d] PP. Calendis Septembr. Alexandro 2. & Marcello Consulibus 227.

IN AVTHEN vt liceat matri, & auiae, §. quia vero plurimas, collat. 8. constit. finali.

SEd nouo iure potest: & si accusatio vera esse ostendatur, tunc repudium mittere debet. [e] & in scriptis eam accusare debet.

¶ Si vero illam adulterii accusationem maritus non probauerit, illis subiiciatur suppliciis, quae esset passura mulier, si accusatio comprobata fuisset. [f]

Sententia lata cōtra adulterum, non officit, nec infamat adulteram. Vel sic: Condemnatio vnius ex pluribus qui tenentur eodem crimine, non nocet alteri. Bald.

CRimen.] CASVS. Maritus an potest accusare vxorem suam de adulterio, si eam retineat in matrimonio? dicitur, quod non.

d *Dubium est.* sed nec adulter accusari potest, nisi demum facto diuortio, vt ff. eodem, l. miles, §. volenti, ab extraneo autem potest, si primo titulo lenocinij arguat, non aliās, vt ff. eodem l. constante, nec obstat, l. viri passum, §. primo. quia potest extraneus constante matrimonio, scilicet secundo, non primo, iam enim denuo nupserat, sed hodie etiam constante matrimonio, potest vir vxorem accusare, unde lege Authent. sed nouo, dicet. quae in cor. Authent. vt liceat matri & auiae, §. quia vero plurimas, collat. 8.

SEd nouo. CASVS. Auth. corrigit leg. Cod. quia maritus potest retinere post adulterium vxorem suam, & potest eam accusare, & si probauerit, repudiabit eam: si nō sustinebit eam poenam, quam passura esset mulier, si maritus probasset.

e *Debet.* & dotem & donationem lucrari, & plus, si filij non sint, vt in eo.

f *Fuisset.* vt hac etiam causa poterit remittere repudium, & lucrari donationē, & dotem, vt i corp. §. si vir adulterio.

Idem A. Basso.

LEX XII.

ETsi crimine adulterii damnatus restitutus nō esset, vt proponis: si tamen soror tua, cum qua adulteriū commissum dicebatur, non est accusata, nec poenae, nec infamiae subiici potuit, [g] & multo magis cum & accusatorem vita esse functum proponas. [h] PP. Calendis Iunii Sabino 2. & Venusto Coss. 241.

Adultera in absentia, potest recipi inter reos. hoc dicit Bal.

ET si crimine. CASVS. Licet adulter cōdemnatus fuerit, neque restitutus, non propter hoc mulier, cum qua dicitur adulterium commissum, si non accusetur, poenam aut infamiae notam sustinebit. Viuia.

g *Potuit.* sed absolutio prodesset, vt ff. eodem, l. denunciasse, §. final. Sed an masculus si deprehendatur, erit infamis? Respond. non, secundum Ioan. licet secus in foemina, vt ff. de ritu nuptia. l. palam, §. quae in adulterio. Accur.

h *Proponas.* facit ff. eo. l. denunciasse. in fine. & l. sequen.

Idem A. Syluano.

LEX XIII.

ADulteram, si posteaquam crimen contra eam inchoatum [i] est, prouinciam excesserit, [k] etiam absentē inter reos [l] recipi posse, explorati iuris est. PP. Nonis Mart. Attico, & Praetextato Coss. 243.

Non potest sumi accusationis initium a nupta, nisi denunciatio praecessisset, & ibi adulter debet puniri, vbi est commissum adulterium. Bald. Vel sic: In qua prouincia mulier adulterium commisit, ibi accusari debet, nec ab ea incipitur, si alteri nupta reperitur, nisi denunciatio legitima nuptias praecesserit. h. d. Sal.

ADulteram. CASVS. Si post accusationem adultera incipiet abesse, non ideo minus absens inter nomina reorū recipi potest. Viuian.

i *Inchoatum est.* per lit. contestationem.

k *Excesserit.* non rei publicae causa, vt ff. eod. l. si maritus. §. legis.

l *Inter reos.* hoc fiebat post litem contestatam. An autem condemnetur, dixi sup. de accusa. l. absentem, & facit in ff. eodem, l. quamuis.

Imp. Gordianus A. Aquilae. [1] †

1 † Aquilia. no.

LEX XIIII.

SI dum in tuo matrimonio vxor tua esset, se adulterio polluit, in ea prouincia, in qua idipsum factū est, [m]

SI dum. CASVS. In ea prouincia, in qua adulterium commissum est, debet maritus crimen adulterij persequi, & si ante denunciationem factam a marito, alij instituantis, non ab ea, sed a marito incipiet. Viuia.

m *Factum est.*] quia qua in prouincia, & cet. vt & supra, vbi de crimi. agi opor. Authentic. qua in prouincia.

adulterium, more solito [a] persequi debes. Nec enim ab ea, quæ iam nupta, [b] & adulterium passa [c] est, exordium accusationis sumi potest, si denũciatio criminis nuptias non præcessit. [d] PP. Non. Decemb. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

Contra adulteram non potest procedi in absentia: & remissio, quæ fit in delictis, non debet fieri ad iudicem incompetentem, sed ad iudicem rei, hoc dicit ista lex cum Auth. hic posita secundum Baldum. Vel sic. Absens non potest accusari, vt possit super causa procedi: nec reus tenetur sequi forum accusatoris. Et occupato reipublicæ causa non currunt tempora accusatori præfinita. hoc dicit Salic.

Idem A. Hylarino [1] † militi.

LEX XV.

SI quondam vxor tua antequam [e] crimine adulterij accusaretur, prouinciam excessit, neque absens accusari potest, [f] neque in eam prouinciam in qua stipendium facis, transmitti iure deposcitur. [g]

¶ Sane cum per occupationem militarem non licuerit, accusare eam solemniter potoris. Nec n. tempus, quo muneribus militaribus occupatis, vindictam tibi quam maritali dolore percussus deposcis, [1] † debet [h] auferre PP. 4. Id. Mart. Attico, & Prætextato Coss. 243.

IN AVTHENT. venulli iudicum, §. si verò quis, 9. consti. 9.

Absens accusatus, legitimè est reuocandus, & eo nõ veniẽte, proceditur vt à iure permittitur: & in delictis fit remissio ad locum vbi quis deliquit: quod si index loci vbi reus degit, facere neglexerit, punitur ipse, & eius officium forma, & pœna hic scripta. h. d. Sal.

SI vero criminis commissi occasione latuerit, aut prouinciam illam reliquerit, in qua deliquit, iubemus legitimis edictis à iudice vocari eum: & si non audiat, illa in eum procedere, quæ nostris legibus [i] sunt definita.

¶ Si vero cognoscatur, quod in alia prouincia degat, iubemus prouinciæ illius iudicem, in qua crimen commissum est, epistola publica vti ad prouinciæ illius iudicem, in qua delinquens degit: ille verò, qui publicas susceperit literas, periculo suo & officii sui comprehendet eum, & ad iudicem prouinciæ transmittet, [k] in qua peccauit, suppliciis legitimis subiiciendum.

¶ Si vero qui publicam epistolam susceperit, hoc facere, aut officium eius imperata neglexerit, tunc & ipsum iudicem tres libras auri, & officium eius alias tres pro pœna inferre iubemus.

¶ Sin autem iudex, aut aliquis officialium suorum propter lucrum eum non comprehenderit, aut comprehendens non transmiserit, & hoc fecisse conuincatur, spolietur cingulo, & exilio tradatur.

Maritus, qui de adulterio accusauit, sine abolitione non potest desistere, hoc primo. Et desistens ab accusatione, est exclusus perpetuo. h. d. secundo. Bald.

Impp. Valerian. & Gallien. AA. Archelao, al. Archesilao.

LEX XVI.

ABolitionem [l] adulterii criminis postulãs, præsidem in cuius officio accusatio fuerit instituta, adire debes.

¶ Cæterum erras tu marite, existimans etiam si simpliciter, id est sine abolitione destitisses, senatusconsulto [m] in persona tua futurũ locum non fuisse, diuersum enim diui principes sæpè sanxerunt. [n] Quin hoc amplius scias, nullam fuisse tibi vlterius potestatem instituen-

---

[illegible] diuertisdo, scilicet prius ab ea, vt supra [illegible] & causa incipiat ab adultera. & hoc subijcit, nec enim. b *Nupta est.* secundo viro.

c *Adulterium passa.* a quo primò virum.

d *Non præcessit.* In casu ea in non præcedat denũciatio, vt ff. eo. l. si quis adulteriũ. in prin. & facit ad l. sup. eo. l. reos. §. & repete hic, quæ ibi diximus.

SI quondam. CASVS. Mulier, antequam accusaretur de adulterio, cœpit abesse, absens accusari non põt, neque in prouinciã, in qua militat marit[us], trãsmittenda est. Si verò maritus, qa militiæ causa aberat, intra statuta tempora vxorẽ accusare non poterit, an excurrãt tempora, quæritur. Et dicitur, quòd nõ. Viuianus.

[1] † Hylarino.

e *Antequam.* secus si post, vt supra eo. l. adulteram.

f *Potest.* vt supra de accusa. l. absentem.

g *Deposcitur.* cum reus forum accusatoris non sequatur, vt sup. de iurisd. om. iud. l. iuris ordinẽ.

h *Debet.* quia vtile est tempus, vt ff. eo. similes. §. quidã. & infra cod. ob commiss. & ff. qui ex causis [illegible] quas & poterit hic, vel super legẽ, adulterã, legere Authen. si vero criminis, &c. quæ est, vt nulli iudicum. §. si vero quis comprehensorum, collat. 9.

[1] † Repetita.

SI vero. CASVS. Lex C. dicebat, si inchoato crimine mulier se subtraheret, nihilominus nomen eius recipitur inter reos. Authent. vero ista dicit, quã simul iter inchoato crimine se subtrahit, vt impediatur cognitio criminis, debet citari, & de loco ad locum transmitti, vt ita de crimine cognoscatur, & etiam puniatur. Viuia.

i *Nostris legibus.* vt requiratur, & bona eius annotentur, vt ff. de requir. reis. l. prima.

k *Transmittet.* Hic est arg. contra, ff. de iudicijs, l. heres absens. §. 2. Solut. speciale est in delictis, vel hic, & supra, vbi de crimi. agi. opor. l. fi. & in Auth. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. necessitatem. coll. 2. & idẽ vbicũque certæ personæ cognitio mãdatur, vt præsidi, vt sup. ne li. po. l. 1. & vbi quis de curiali, vel cohortali. l. fi. sed in contractibus, si ibi non inuenitur, bona, quæ ibi habet, possidentur, non tamen inuitus reducitur, si alibi versetur, vbi hẽt forum, vel domiciliũ: sed si alias latitet, põt idem, quod in criminalibus dici. Vel dic, vt in contrario notaui.

ADDITIO. Quid iuris sit in contractibus, vide in c. Romana, §. contrahentes. de fo. cõpet. lib. 6. Et videas circa materiã istius Auth. glo. in verbo, de more. in cle. pastoralis. §. quod si. punitio. de re iud.

ABolitionem. CASVS. Marit[us] si cœpit accusare suã vxorem, & velit desistere, [illegible] hoc à iudice, alioquin si simpliciter desistat, scilicet nulla impetrata abolitione, pœnam desertæ accusationis non euitabit, nec de cætero ex lege Petronia ad accusationẽ admittetur. Viuia.

l *Abolitionem.* id est, licentiam desistendi, vt in Turpilianũ non incidat.

m *Senatusconsulto.* Turpiliano.

n *Sanxerunt.* immo videtur non incidere, vt & ff. ad Turpil. leg. in senatusconsulto. §. cot[illegible] Sol.

d Solu illud intelligere in patronis, & non in marito, cui solutioni est argum. contra ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. sed si mino. & §. si libertus. Vnde dic, quòd in contrario loquitur de tutore, & quibusdam alijs, qui sine metu calumniæ accusant, non de marito. Vel dic, an in euidenti erat etiam vir calumniatus, vt hic, an non, vt ibi & supra de ijs, qui accusa. non possunt; l. secunda, in fi. sed à pœna talionis per legem Remiam excusatur. Item & ab infamia, quę per Turpillianum etiam imponitur, vt supra eodē, l. iure mariti. Et sic etiam potest dici, quòd quo ad aliquid habet locum Turpillianum, scilicet ad pœnam quinque librarum auri, non infamię, quę sunt pœnæ Turpilliani, ut ff. de præuarica. l. 2. §. fin. & infra ad Turpil. l. 1. & sic etiā isto modo potest tolli cōtrarium.

† Cuius & aliud caput refert in l. circuncidere, ff. ad le. Cor. de sica.

a *Postea.*] vt ff. eod. quæsitum. §. fina. & ad Turpil. l. qui desistit. & supra qui accu. non poss. l. accusationem.

S*Ine metu.*] CASVS. Maritus iracundia commotus porrexit vxori libellum accusationis: an possit desistere, & eā sine metu legis Iuliæ in matrimonio retinere, quęritur. Et dicitur, quod sic, quia ille solum punitur, qui sciēs damnatam duxit vxorem, ita qđ non possit dissimulare se ignorasse. Viuian.

b *Fueris.*] vt & ff. eodē l. mariti. in princ. & §. quod ait. & l. quæsitum. §. fina. & argumē. ff. Turpill. l. quæsitum.

c *Capite.*] multa enim erant capita legis, vt ff. de mino. l. auxilium.

d *Vxorem.*] vt & supra cod. castitati. sed hodie contra, vt sup. eod. Authent. sed nouo.

E*Vm, qui.*] CASVS. Qui simul habet duas vxores,

di huiusmodi accusationes quia & decreto patrum, & lege Petronia * ei, qui iure viri delatum adulterium non peregit, nunquam postea [a] hoc crimen deferre permittitur. PP. 15. Calend. Iun. Maximo & Glabrione Coss. 257.

Potest maritus, re integra, libello accusatorio renūciare, ad quem offerendum ex leuitate, & sola suspicione processit, & sibi reconciliare vxorem. h. d. Bal. Vel sic: Qui vxorem in adulterio deprehensam retinet, vel de adulterio damnatam reducit: lenocinii crimen committit, nō qui vana indignatione libellum accusationis solum porrexit. h. d. Sal.

Iidem AA. Victorino.

LEX XVII.

SIne metu legis Iuliæ de adulteriis coercendis reuocare vxorem in matrimonium potes: cum nihil amplius, quàm libellos accusationis obtulisti: quia postea comperisse te affirmas, quod vana indignatione ad accusationem incitatus fueris. [b]

¶ Is enim committit in pœnam, quam lex certo capite [c] denunciat, qui vel publicè adulterio damnatam habet, vel adulteram sciens, vt ignorantiam simulare nō possit, retinet vxorem. [d] PP. 6. Calend. August. ipsis AA. 4. & 3. Coss. 258.

In delictis non requiritur, quod factum producat iuris effectum: sed sufficit ille effectus, qui est merum factū hominis. Vel sic: Habens duas vxores est infamis, & datum pro matrimonio putatiuo, repetitur: & promissum non petitur. h. d. Bald. Vel sic: In delictis consideratur animus, & merum factum, non iuris effectus: ideo vxoratus scienter accipiens aliam vxorem, punitur, non mulier ignorans, imo res in dotem datas repetit, licet sibi promissa petere non possit. h. d. Sal.

Iidem AA. & Valerianus C. Theodoræ.

LEX XVIII.

EVm, qui duas simul habuit vxores, [e] sine dubitatione comitatur infamia. [f] In ea namque re nō iuris effectus, [g] * quo ciues nostri matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi destinatio cogitatur. [h]

Verum tamen ei, qui relicto cęlibatu cum aliam matrem familias in prouincia reliquisset, solicitauit ad nuptias: etiam crimen stupri, à quo tu remota es, quòd vxorem [i] te esse credebas, ab accusatore legitimo solenniter inferetur. [k]

¶ Cæterum res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonii simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis à rectore prouinciæ, [l] nam ea quidem, quæ se tibi, vt sponsæ daturum promisit, quomodo repetere cū effectu potes quasi sponsa? [m] Accepta Idibus Maii Anthiochæ, Tusco, & Basso Coss. 259.

Exceptio procuratoria in crimine, non potest opponi post conclusum, vel quasi cōclusum in causa, ista est secunda lectura. vel sic: Exceptio procuratoria in crimine non liquidato. h. d. & not. l. optimam. Bal. Vel sic: Absente reo potest ferri sententia pro eo contra accusatorem præsentem, etiam in causa capitali. h. d. secundum Azo. Vel sic. Absentia accusatoris post liquidationem criminis, non impedit contra reum præsentem ferri sententiam. Sal.

est infamis. si ergo in ciuitate Bonon. vxorem habēs, alia in prouincia duxit, dicens se non habere vxorē, de stupro poterit accusari, licet virum ipsa deceptus, scilicet quasi ignorans ipsum esse iure alterius accusare nō possit de stupro, & res, quas ipsa viro dedit, repetit, & illas quas vir ei, vt sponsæ promisit, nullo modo petet. Viu.

e *Vxores.*] idem si sponsas, vt ff. de ijs, qui notant. infamia. l. prima. Idem si vnā sponsam, & aliam vxorem.

f *Infamia.*] Not. qui Concor. simul habet duas vxores, infamis efficitur, vt dicta l. de gloss. super infami & l. quid er. verbo, iugo. §. 2. & supra de incestis nuptijs. l. ne de biga. minem.

g *Effectus.*] verè cūm non sunt duo matrimonia. si enim primum valet, secundū non valet.

h *Cogitatur.*] secundum conamine. & sic est supra de excusatione tutorum. l. amplissimi.

i *Vxorem.*] & sic non es in dolo, vt ff. eod. l. penult.

k *Inferetur.*] non dicit adulterij, sed stupri, & sic non cōmittit maritus adulteriū ad solutam accedēs, vt diximus supra eo. l. prima.

l *Prouincia.*] Nisi de disses sciens, & idem in conuersis, qui per vxores reuocantur.

m *Sponsa.*] quasi dicat nullo modo, vt & supra de donat. ante nupt. l. cū. recines tamen data, quia ex sua non tua parte est turpitudo, ad instar eius, quod meretrici promittitur, ut ff. de condi. ob tur. cau. l. idem. §. 1. & facit ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cū hic status. §. penult. & §. simili modo.

Quamuis.]

QVamuis.] CASVS. Viator vxorem suam propter adulterium, quod commisit, à se reiecit, & de adulterio accusauit, dixit se non esse damnandum in absentia accusatoris. quid iuris sit? Resp. quod potest, nec viator ab excubijs est reuocandus. Viuia.

a Oportere.] vt & supra de accusa. l. fin.
b Literis tuis.] ò iudex, qui consulis me.
c Materiam.] proprium nomen vxoris accusatę.
d Viatoris.] propriũ nomen viri, qui accusat.
e Quęstionibus.] per tormenta, postulante viro, qui accusabat. Azo.
f Viatoris.] scilicet absentis causa Reipublicę.
g Pręsentiam.] aliter enim procedi non deberet, per dictam l. fin. sup. de accusatio. sed certe hoc speciale est: & quia maritus vsque ad sententiam steterat, & omnia peregerat, & quia in seruitio Reipublicę erat. Vel ideo postulabat, vt obijceret, quod ille non poterat accusare per procuratorem, quod fecerat, sed hoc nõ potest, quia cum sit dilatoria, ante debuit proponi, vt ff. eod. l. si maritus. §. praescriptiones.
h Confecto.] idest pro facinore, quod erat plene probatum, quod sola sententia restabat.
i Omnia.] praeterea ... iudices imperio ... fodiendos. & facit supra eod. l. adulterium. & supra quomodo & quando iudic. l. fina. & infra, vt intra certum tempus ... l. h.

r Hunc casum excepit glo. su. per ver. Probatum. in c. veritatis. de do. & contu.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. ad Pompeianum.

LEX XIX.

QVamuis indubitati iuris sit, quandocunque adulterij crimẽ intenditur, praesentiam accusatoris praecedere oportere,[a] tamen quoniã ex literis tuis[b] cognouimus Materiam[c] Propositi Viatoris[d] vxorem, habitis quaestionib.[e] cũ Iuliano quodam adulteriũ cõmisisse, detectam sub ipsa prolatione sniç Viatoris[f] ipsius praesentiam[g] postulasse, non putauimus cõfecto[h] penè iudicio, facinore etiam agitata quaestione coniuncto, Propositũ ab excubijs limitis i reuocandum. Da. 8. Non. Decembr. AA. & CC. Coss.

Tolle voluntatem de medio, et omnis actus est indifferens. Bal. Vel sic: Stuprum voluntarium punitur in utroque, non violentum in faciente. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC. Didymo.

LEX XX.

FOedissimam[k] earum nequitiam, quae pudorem suum alienis libidinib. prosternuit, nõ et earũ, quae per vim stupro cõpressae sunt, et reprehẽsa voluntate,[l] leges vlciscuntur, quin et inuiolatae existimationis esse, nec nuptias earũ alijs iterdici merito placuit. PP. 3. Non. Octo. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

Tempus vtile non currit absenti in causa militiae, sed bene currit reuerso. h. d. Bal. Vel sic: Marito reipublicae causa occupato, non currunt tẽpora ad accusandum de adulterio vxorem. Sal.

FOedissimam. CASVS. Mulier, quę sponte stuprum commisit, punienda est, non quae per vim, quia cuilibet potest nubere. Viuia.
K Foedissimam.] loquitur supra quando mulier sponte cõmisit stuprum cum aliquo. Alij dicunt loqui, cum foemina ... sicut ecõtra vir, vt foemina, infra eodem l. cum ... & sic facit ff. de ... l. prima §. remitter.
l Voluntate.] nam ... de adulterio vel stupro non possunt, vt hic, & ... Et nota hanc violentum ... stupri, quam de vi publica sine ...

gauentij posse accusari, vt ff. eod. l. mariti. §. fin.

OB commissa.] CASVS. Statuta sunt tempora, intra quae maritus vxorem suam accusare potest; ita quod si reipublicae causa absit, sibi reuerso danda est ex integro licentia accusandi, vt eam, quam cito munus sibi creditum impleuerit, accusare incipiat. Viuia.

m Tempora.] aliàs certa tempora, & alias certa suo tempora, quia & ipse vir, qui accusat, dicitur reus lenocinij.
n Vtiliter.] ad sex menses restringitur, non ad quinquẽniũ, quod quinquennium continuũ est vt dixi.
o Tempora.] scilicet sex menses vtiles, & quinquennium continuũ supra eo. l. iure mariti, & l. adulterium. & ff. eo. l. quinquennium.
p Habebis.] communi iure, cum dixerit supra eod. l. si quondam: non auferri tempora talis absentiae, & facit ff. ex quibus cau. maio. l. si quas.
q Praetendas.] statuetur enim terminus, vltra quem non audieris, vt sup. quinquennium non post ... semper idem ... accusaturum eam, vt hic dicit. & facit ff. de ... l. cum sex. & ff. de diuer. praescriptio. l. 1. & ff. eo. l. miles. & l. si vxori. Accur.

Ijdem AA. & CC. Silano.

LEX XXI.

OB commissa adulteria, atque accusandas vxores certa tempora,[m] quae vtiliter[n] computari solent, praescripta sunt. si igitur per occupationes publicas accusationẽ instituere nõ potuisti, nec ante creditum tibi munus praescripta tempora[o] trãsacta sunt, post depositam solicitudinem, quã detineris, integram accusandi potestatem habebis,[p] ad quam, cum vacare coeperis, properare debebis: nec effrenata licentia ad terrendam aduersariam futurae accusationis speciem praetendas.[q] PP. 14. Calen. Nouembr. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

Stuprum punibile nõ cõmittitur cũ meretrice. Bald.

Iidẽ AA. & CC. Oblimosi.

LEX XXII.

SI ea, quae stupro tibi cognita est, & passim[r] vulgalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se praebuit, adulterii[s] crimen in ea cessat.[t] PP. 14. Cal. Nouembr. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

SI ea.] CASVS. Si eam, quae meretricio more se cui quã libet sine delectu cõmiscuit, stupraueris, an stupri accusari posses, quaeritur. Et dicitur, quod non. Viuian.
r Passim.] idest sine delectu, vt ff. de ritu nup. l. palam.
s Adulterij.] idest stupri, nam adulterium non cessaret, si esset coniugata, licet sit venalis: non enim solũ, &c. & ff. eodem. l. si vxor. §. primo, & sic lex Iulia vno pro altero vtitur, vt infra eo. l. quae adulterium. & ff. eod. l. mariti. §. primo, & l. inter liberos. §. lex.
t Cessat.] vt nec ipsi, nec tu possitis accusari, sic ergo habet plus luxuria, quam castitas. & sic est argu. contra in Authent. de restitutio. & ex qua parit. §. fina. coll. 4.

Matrimonium, quod nõ est, violari non potest, & redimens suam vexationem quod dedit, repetit, & vltra criminaliter punitur accipiens: sed redimens suum peccatum, super quo non poterat transigere, quod dedit, non repetit, & punitur tam ipse, quam accipiẽs. h. d. Bal.

Iidem AA. & CC. Procula.

LEX XXIII.

SEruí ob violatum contubernium (suum) adulte-

SErui.] CASVS. ... seruus, quem habentem ... cum vxore ...

Dixius, tragina

Dicitur, quod non, & hoc in prima. Si vero Titius vxorem suam a se reiecit, & alij se copulauerit, & Seius ab illo pecuniam accepit, ne eum accusaret, an eam sic turpiter acceptam repetere possit, quæritur? Distinguitur, aut erat innocens, aut non: primo casu repetet, secundo casu nō, & accipiens punietur. Vel dic aliter, vt in glo.

a *Non possunt.* vt ff. eodem, l. inter liberas, sed agitur serui corrupti, & iniuriarum, & lege Aquil. vt ibi, & ff. de iniur. l. si stuprum. & est ratio: quia nec est ibi matrimonium, vt supra de incest. nupt. l. cum ancillis: sed licet directa accusatio cesset, tamen extraordinarie etiam punitur, vt d. l. inter liberas. & ff. de offic. præsi. l. si.

b *Is autem.*] Titius dissociauit matrimonium quod cum Berta habebat, quam accepit postea Caius in vxorem, & hunc vult accusare Titius quasi durante primo matrimonio adulterasset cum ea, timens Caius, dedit Titio centum, vt desisteret, si iniuste opprimebatur, repetet, quod dedit, si iuste, non: & etiam qui accepit, punitur.

c *Dissociatum.* alias dissolutum, alia causa, quā adulterij, vel stupri, vt ff. eo. l. mariti. 4.

d *Metum.* nam potentes aduocatos Titius habebat.

e *Ad recipiendum.* hoc per condictionem de qua in ob turpem causam. l. 4. si non ex parte enim accipientis tantum est turpitudo, vt ff. de calum. l. in hæredem. §. primo. ad vltionem agitur lege Iulia repetundarum. ad vtrunque agitur actione in factum de calumniatoribus, quæ in quadruplum datur vsque ad annum & sic: addatis & pœnam, vt ff. ad legem Iuliam repetundarum, & ff. de calum. l. 1. in princ. & §. primo.

x Intellige potentes astutia forēsi de qua in l. si non. in §. si mancipiū, & est bona glo.

rij crimine accusari nō possunt.[a]

¶ Is autem,[b] qui post dissociatum[c] matrimonium vxorem licito iure duxit, ob que intentatę accusationis, ac potentis patrocinij metum,[d] ei, qui accusationem instituerat, aurum & argentum dedit, ad recipiendum[e] id, vlciscendamque turpis lucrj cupiditatem, adire præsidem potest[f] qui examinatis partium allegationibus, & inquisita fide veri, siquidem id ab eo, qui innocens est, ob illati criminis timorem datum esse cognouerit, quemadmodum sententiam formare debeat, ex euidentibus iuris & placitis instruetur.

¶ Si vero constiterit corrupti[h] matrimonii velut mercedem ad captandam impunitatem solutam pecuniam esse: eum, qui etiam[i] aduersus Senatusconsulti[k] censuram cum fœdissimo flagitio accepit, puniri iubebit. PP. Cal. Nouembr. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 190.

Exceptio nullitatis matrimonii excludit actum ab accusatione adulterii. hoc dicit Bald.

Idē AA. & CC. Dionysio.

LEX XXIIII.

SI eius, à quo nunc adulterii ream postularis, contra iuris formam[l] contubernio hæsisti, innumeris auctoritatibus te tueri potes.

Damnatus de libidine commissa cum ancilla, non efficitur infamis. h. d. Bald. sed opinionem tantum aggrauat. Sal.

Ijdem AA & CC. Sossiano

LEX XXV.

ET si libidine intemperatæ cupiditatis ex actorum lectione exarsisse te cognitum est: tamen cum ancillas compressisse, & non liberas stuprasse detectum sit: ex eiusmodi sententia[m] grauatam[n] * potius opinionem tuam, quā infamia adflictā esse manifestum est.[o] PP. 5. Id. Mar. Tyberiano, & Dione Coss.

De emergenti & incidenti est prius agitandum, quā de causa prima. h. d. Bald. vel sic: Replicatio vel exceptio præiudicialis antea discutitur, & ea reprobata, super crimine proceditur. hoc dicit. Sal.

Idē AA. & CC. Crispino.

LEX XXVI.

QVoniam* Alexandrū,[p] qui in crimē vocatur, etiam præscriptionem esse pollicitum eo nomine, quod accusator vxorem post deprehensum adulterium penes se habuisse videatur, & de statu suo[q] agere nunc velle perspeximus:[r] ita ordo quæstionis dirimēdus videtur, vt in primis[s] quidem de statu Alexandri quæratur: ita vt si liberum eum esse adhibita audientia, deprehenderis, præscriptionis

l *Iuris.*] CASVS. Si tu es contubernalis alicuius, & ille vellet te de adulterio accusare, sibi non licet.

l *Contra iuris formam.*] quia erat seruus. ad quod est supra eodem, l. serui. & l. si ea quæ. in quibusdam libris deest hæc lex.

ET si.] CASVS. Alienam ancillam stuprasti, & dominus iudici conquestus fuit. si iudex probra tibi dixerit, an sis infamis, quæritur? Dicitur, quod non.

m *Ex eiusmodi sententia.*] quia pronunciatum est te fecisse prædicta. argumen. ff. ad Turpil. l. 1. §. primo.

n *Grauatam.*] sic supra de ijs qui notan. infa. l. ea quæ.

o *Manifestum est.*] supra eodem leg. serui. & ff. eodem, lege inter liberas.

* Gl. pen. in c. 2. de ord. cog. dicit talē casus opi. grauata est, non admitti ad honores.

QVoniam. CASVS. Titius accusabat Alexandrum de adulterio. Alexander excipiebat de lenocinio Titij, quia dicebat Titium tenuisse eam post commissum adulterium; Titius replicando dixit eum seruum esse, quod illicitum trium sit præferendum, quæritur? Dicitur, quod prius inquiretur de statu, & si apparuerit liber, admittetur eius exceptio, si lenocinium non, & si apparuerit eum adulteram commisisse, iudex eum vt adulterum punire debet. Viuianus.

* Concor. cum hac l. c. pen. ext. cod. tit.

p *Alexandrum.*] Titius accusabat Alexandrum de adulterio. Alexander obijciebat de lenocinio contra Titium. Titius replicabat Alexandrum esse seruum, & sic non posse de lenocinio opponere. hoc tertium prius debet inquiri. Accursius.

f *Potest.* Caius, qui dedit. Accurs.

g *Iuris.* inducentis prædicta auxilia, & facit supra de contrah. & comm. stip. l. si quidem & ff. de calum. l. si ab eo. Sed contra sup quod met. cau. l. accusationis. Sol. vt ibi.

h *Corrupti.* i. quo corrumpuntur matrimonia.

i *Eum qui etiam.* Punitur ergo reus, quia habetur pro confesso, vt ff. de præuarical. l. in omnibus. accusator etiam incidit in Turpil. & etiam de præuaricatione accusari potest, vt supra eod. de crimine.

k *Se... nsconsulti.* Turpilliani.

q *Suo*] Alexandro.

r *Perspeximus.* Titium scilicet.

s *In primis.* [antequam de adulterio, vel lenocinio quæratur: nec enim ante possunt aliæ duæ determinari. Sic ergo ciuilis præponetur criminali, vt hic, & ipsa ad legem Flauiam de plagia. leg. præses. hoc ideo, quia præiudicialis est. alias contra, vt supra de ordinar. iudic. leg. finali. quæ est contra. An autem de hac incidenti pronunciat in fine ... quod non: licet quidam sic, vt notat supra de ordin. iudic. l. prima.

ei obijciendæ facias potestatem.[a]

¶ Sin vero eundem esse seruũ cognoueris, remotis præscriptionis impedimentis[b] in adulterum crimen protinus debebis inquirere, ac si eũ detectũ in eo flagitio esse perspexeris, pœnam decernere, quam in adulterij crimen legum sanctio statuit.[c] Dat. 5. Cal. Septemb. A A. Coss.

Matrimonium subsequens, non purgat delictum præcedens. Bal. vel sic: Nuptiæ postea cum adultero factæ, non extinguunt crimen adulterii h.d. Salic.

Ijdem AA. & CC. Phœbo.

LEX XXVII.

COmmissum antea adulterium cum eo, cui se postea nuptijs[a] sociauit, velamento matrimonij non extinguitur.[d] PP. 18. Cal. Ian. CC. Coss.

In crimine adulterii debet iudex admittere tres exceptiones, scilicet præscriptionis, lenocinii, et ordinis, alias vero debet reiicere, quod relatiuum alias intelligitur de his diuersis: non solum substātia, sed etiam ratione: non autem alias, in quibus similis vel maior est ratio admittendi. h.d.l. nostra. Bald. vel sic: In adulterii quæstionibus proceditur, exceptionib. frustratoriis non obstantibus. Vel sic: Nulla exceptio obstat examinationi criminis, nisi de qua cauetur nominatim in iure, quod obstet. h.d. tex. suppletur per gl. Vel sic: Clausula generalis non obstāte exceptione, non intelligitur remouere exceptiões legitimas, sed inanes. Vel sic: Iudex omnes cauillationes debet amouere, et venire ad rē qua agitur, ita quod non debet pati, quod per cauillationes causa protrahatur. Vel sic: Accusationem adulterii repellit exceptio temporis, lenocinii, & ordinis. h.d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Concordio procons. Numidiæ.

LEX XXVIII.

ITa nobis cordi pudor[e] est, vt remoueamus prisci iuris ambages,[f] & constituamus in adulterii quæstione[g] (abolitis de medio cæteris præscriptionibus,[h] præter quinquennii,[i] temporis, & lenocinij, quod marito obijcitur) exceptionem illam etiam, quæ post solutũ prius matrimonium ante denunciationem nuptæ competit, si dem[k] criminis nosci. Indignum est enim, vt vltionem pudoris[l] præstigia[m] versuti[n] iuris excludant. PP. Calend. Iun. Tusco, & Anullino Coss. 295.

Adulterium commissum cum domina caupone, est punibile: sed non commissum cum famula, quæ propter sui vilitatem legum laqueis nō innodatur. h.d. Bald.

a *Potestatem.*] hoc si nomen suum non erat inter reos receptum, alias non potest extraneus obijcere lenocinium, vt ff. eod. l. 2. §. extraneus. & l. si maritus. 2. §. si præscriptiones, quæ sunt contra. vxore, siue ab extraneo opponatur, antequam nomen accusatæ, vel accusati sit receptum inter reos, repellitur accusator, & etiam punitur, vt hic, & ff. solu. matrimo. l. cum mulier. & l. viro. & ff. eodem, l. 2. §. lenocinij. at post nomen receptum inter reos, siue inchoatā accusationem extraneus nullo modo potest opponere: vxor accusata pōt, non vt se reuelet, sed vt virum grauet, vt ff. eod. l. 2. §. qui hoc dicit. & §. si publico. & §. si extraneus. & l. si maritus ij. §. præscriptiones. Tertiam excipit, quæ competit nuptæ secundo ante denunciationē, de qua habes supra eod. si dum in tuo. Sed licet has tres tantum videatur seruare, tamen & aliæ plures sunt, vt exceptio sex mensium, & quadraginta dierum, vt supra eod. l. iure mariti. & ff. eod. l. mariti. §. sex mensium. Item est & alia, si desistit semel, vt supra eod. l. abolitionem. in fin. Item si negauerit se velle accusare, vt ff. eod. l. si maritus. ij §. si negauerit. Item si ipse accusator est adulter & turpis, vt ff. eod. l. si vxor. §. iudex. Item si eam vxorem duxit, quia eam approbare videtur, vt d. l. si vxor. §. fin. Item si adulter est absolutus, proficit adulteræ vt ff. eod. l. denunciasse. §. quæritur. Dic ergo præter has tres, & præter alias similes approbatas a iure, vt non obstent prædicta iura, quia vt contraria hic signantur. Accur.

b *Impedimentis.*] sed cur non licet ei se defendere? Resp. non se defendit, sed alium aggrauat, si cui lenocinium opponit, vt ff. eod. l. 2. §. si publico.

c *Statuit.*] scilicet gladij, vt infra eodē. l. quamuis, quæ etiā in seruos potest statui, vt ff. de accusa. l. Nos accusare. §. omnibus. & facit supra de ordin. cog. l. 1.

COmmissum.] CASVS. Non ob hoc, quòd adultera se dedit nuptui adultero, extinguitur adulterium cōmissum; quia potest accusari, sed vir prius, illa vero postea.

d *Non extinguitur.*] scilicet commissum; hæc tamen non accusatur, sed adulter prius, & tunc ipsa poterit accusari, vt ff. eodem, l. miles, §. volenti & § licet. & supra eodem, l. si dum in tuo. Item nec ipse eam iure mariti accusat de adulterio primitus commisso cum alio: quia tunc sua vxor non erat, vt ff. eodem, l. si vxor. §. si quis vxorem.

ITa.] CASVS. Olim multæ obijciebātur excep. maritis, qui volebant vxores suas de adulterio accusare, s. quòd si cadebat a syllaba, caderet ab accusatione. Item non poterat accusare, nisi dotem redderet, vel id, in quo maritus sibi tenebatur. Hodie dicit Imperator, quòd nō sunt admittendæ tales exceptiones friuolæ, sed tres tantum, & aliæ, quæ sunt in glo. quæ incipit, tres tantum, scilicet exceptio quinquennij, lenocinij: & quòd primo sit accusandus is, cui adultera nupserit post dissolutum matrimonium.

e *Pudor.*] idest castitas, quam pudor & verecundia tuetur.

f *Ambages.*] idest exceptiones per ambages inductas: qualis erat, quòd non ante accusaret vir, quàm dotem redderet, vel alia debita vxori, vt infra eodem, l. adulterij.

g *Quæstione.*] accipe fidem criminis nosci, quod est infra, & hoc aboli is, &c.

h *Cæteris præscriptionibus.*] quæ erant tales, vt dixi, & plures similes.

i *Quinquennij.*] tres tantum excipit: quinquennij, de qua habes supra eo l. 1. adulter. & lenocinij: quæ sine ab

k *Fidem.*] i. veritatem. Azo.

l *Pudoris.*] i. veritatem. Azo.

m *Præstigia.*] præstigia dicuntur, quādo per incantationem fit, vt quod ante oculos est, non videatur. vel econtra, Præstigium est, quod perstringit aciem oculorum, & ostendit quod non est, vt faciunt mimi, & ioculatores. ita ergo ista delicta per illorum captiones obumbrantur. H.

n *Versuti.*] Versutum est vestimentum cum id, quod debet esse extra, ponitur intus, ad eius similitudinem dicitur ius versutum, quia non punit, quod est puniendum, & econtra secundum Azo. quæ Ioann. non placet, quia vt dicit H. vestimentum magis debet dici hirsutum, quam versutum. Sed certè, & versutum propriè dici potest. Vel dic secundum Ioann. Versutum ius idest decipiens ius, quo per quasdam versutias, & machinationes verborum homines ab accusatione repellebantur, vt si caderet a syllaba, caderet ab accusatione, secundum Ioan.

a Nō exceptionē lenocinij magis esse aggrauationem, quam exceptionem.

* Quin hoc ipso mulier vī pacta & adulterio. Vn de Martialis. Quod nubis Proculina cōcubino. Et mœchum modo, nūc facis maritū. Ne lex Iulia te notare possit. Non nubis Proculina, sed fateris.

Inde & homo dicitur versutus, qui intendit deceptionibus.

QVæ adulterium. CASVS. Seius commisit stuprum cum tabernaria: an possit accusari ob stuprum? Distinguitur, aut tabernaria erat domina tabernæ, aut ministra, quæ propinauerat vinum potantibus primo casu punitur, secundo non.

Imp. Const. A. Africano.

LEX XXIX.

* Ex li. 9. tit. 7. le. 1. C. Th.

QVæ * adulterium [a] commisit, vtrum domina [b] cauponæ, an ministra fuerit, requiri debebit, & ita obsequio famulata seruili (vt plerumque) ipsa intemperantiæ [c] vina præbuerit, vt si domina tabernę fuerit, non sit à vinculis iuris [d] excepta. Si vero potantibus ministeriū pbuerit, pro vilitate eius, quę in reatū deducitur, accusatione exclusa liberi, qui accusantur, abscedāt, cum ab his fęminis pudicitiæ [e] rō requiratur, quæ iuris nexibus detinentur, [f] & matrisfamilias nomen [g] obtinent.

¶Hæ autē immunes * à iudiciaria securitate, & stupri, [h] & adulterii præstantur, quas vitæ vilitas dignas legum obseruatione non credidit. Subscripta & D. 3. Non. Februa. Heracliæ, Constantio A. 7. & Constantio C. Coss.

*Concor. gl. in c. in præsentia. super ver. publica: extra de sponsa.

Non oībus permittitur accusatio adulterii pariter & æque, sed primo coniunctis necessariisque personis. Et inter illas primo permittitur hoc marito: quia magis propriè proprium dolorē exequitur, & qui sine inscriptione, & so la suspicione potest accusare. Item nō licet matrimonium sub falsis contumeliis deformare, & adulter debet decaptari. h. d. Bal. Vel sic: Accusatio de adulterio hodie est permissa marito, & cæteris coniunctis hic enumeratis, extraneis exclusis. Et pœna adulterii est gladii. h. d. Sal.

Idem A. ad Euagrium.

LEX XXX.

* Ex li. 9. ti. 7. lib. 3. C. Th.

ij QVamuis * adulterii crimen inter publica iudicia referatur, [i] quorū delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione concedit: [k] tamen ne volentibus temerè liceat fœdare [l] connubia, proximis [m] necessariisque personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est patri, [n] fratri, necnō patruo, & auunculo, quos verus dolor [n] ad accusationē impellit.

¶Sed etiam his personis, legem imponimus, vt crimē [o] abolitione (si voluerint) compescant. [p]

¶In primis maritum genialis tori vindicem esse oportet: [q] cui quidem, & ex suspicione ream [r] coniugem

a *Quæ adulterium.* id est stuprum: lex enim Iulia promiscue vtitur hoc verbo vt supra eodem, l. ea quæ & ff. eod. l. inter liberas, §. lex Iulia.

b *Domina.* licet non nupta.

c *Intemperantiæ vina.* Id est ex quibus oritur intemperantia, & incontinentia: vnde illud: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: venter enim mero affluens, facilè despumat in libidinem.

d *A vinculis iuris.* Vincula iuris dicuntur, quæ aliquem pro delicto vinciūt ad pœnam. Accursius.

e *Pudicitiæ ratio.* Id est obseruatio.

f *Detinentur.* si delinquunt.

g *Nomen.* Hoc tamen nomen, strictè non accipitur, ut ff. de liber. exhibend. l. deinde, in fi. sed largè, quia scilicet non viuatur meretricio more, vt ff. de verborum significationibus l. pronunciatio. §. matremfamilias. In tertia significatione dicitur illa, quæ sui iuris est, vt ff. de iis qui sunt sui vel alieni iuris. leg. nam ciuium.

h *Et stupri & adulterij.* ex hoc colligunt quidam, quod siue sit nupta, siue non, illa quæ meretricio more viuit, quod non committatur delictum cum ea vtroque hic ponat scilicet de adulterio & stupro. Item propter hoc, quia maritus talem retinens, accusare eam non potest quasi lenocinium exercens, vt supra eodem, l. ita nobis. Tu dic, si est nupta quamquam vulgaris, potest accusari commissum, vt ff. eodem, leg. si vxor, §. primo, & sic intelligitur in nupta meretrice, ff. de ritu nup. l. stuprum, quamquam alij de alia vulgaritate intelligant, d. l. si vxor, loqui. Nec obstat nobis hæc litera: quia ambo ponuntur pro stupro tantum. quasi dicat, quouis nomine censeatur, & sic dices, &, pro idest. Item nec obstat, quod a viro non potest accusari: quia ab alio potest: sed & a viro, si ei deferat. Itē & si est recepta viri accusatio, antequam obijciat lenocinium: & sic non, est simpliciter uerum, eam a uiro non posse accusari. & facit ad hoc ff. de concubi. leg. in concubinatu.

QVamuis. CASVS. Adulterij crimen quamuis inter publica crimina connumeretur: tamen quilibet non admittitur ad accusandum, sed primo maritus, postea pater, frater, & alij consanguinei, & possunt desistere ab accusatione, impetrata absolutione à principe. Maritus autem ex sola suspicione potest vxorem accusare, & tunc suspectam potest penes se retinere: nec tenetur maritus se subscribere in libello accusationis obligando se ad pœnam talionis. Post maritum, & propinquos admittit extraneus, & is, qui damnatur de adulterio, capite punitur. Viuianus.

i *Referatur.* vt ff. de publi. iud. l. prima.

k *Concedit.* & inde dicuntur publica, vt instit. de publ. iud. l. circa principium.

l *Liceat fœdare connubia.* hoc enim licere non debet, ut hic: & ff. eodem, l. cōstante. Sed quid, si matrimonium est solutum? Videtur contra quasi cessante causa, econtra. idem, adhuc videtur fœdari prætextu matrimonium, quod placet, quia & vir non accusat, nisi soluto matrimonio, vt supra eodem, l. crimen adulterij. quem præferri constat, vt hic: & probatur infra eodem, l. si mulier.

m *Proximis.* inter hos etiam est ordo, cum vir præferatur, vt hic subijcit. Sed lio quare dicit solummodo, cum etiam alij & post hos admittantur, ut ff. eod. l. secunda, in fine. & l. tertia? Respondetur intelligitur, donec prædicti tacent, & accusare non recusent. inter ceteros autem iudex eliget, vt not. supra eo. l. iure mariti. licet hæc lex ordinat.

† Vel sic.

n *Verus dolor.* non causam defendendi connubium. Sed: Iij vlteriores habēt priuilegium, quod habent Iij quattuor? fortè non. Item an hi possunt iure mariti omnes accusare? Respond. sic, quo ad hoc, vt præferantur alijs, vt hic dicit, sed non quo ad alia priuilegia, quæ habet vir, ut dixi supra eodem l. iure mariti.

o *Vt crimen.* idest, criminis accusationem.

p *Compescant.* omnimodo enim permittitur abolitio, licet in alijs distinguatur, vt infra de abolitio, l. 2. in fine. & sup. eod. l. abolitionem.

q *Oportet.* contra adulteram, vt subijcit, cui quidem &c. sed & an idem contra adulterum? Respon. idem.

r *Ream.* idest, accusare eam: sic & reus, id est accusatus punitur, ff. ad Syllanianum. l. propter veneni. §. finali. & ff. de testi. l. in testimonium & ff. de acquirenda hæredita. te. l. Pamonius. ſ. rei perduellionis. secundum Ioannem. At secundum P. potest petere, ut ex sola suspicione condemnetur, vt in authentica, ut liceat matri & auiæ, §. isquoque, §. & quia uero ita comperimus, collatio 8. & infra eodem, l. si qui adulterij. Sed certè illa non dicitur suspicio, sed legis præsumptio. quare condemnatur, ut infra eodem, l. si qui adulterij.

Conspirans contra principem, vel eos, qui sunt ad latus principis, incidit in crimin læsæ maiestatis, sola ordinatione, & tractatu, licet non sequatur euentus: vnde vltore gladio debet puniri, et omnia bona sua efficiuntur fisci. h. d. Bald.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano PP.

LEX V.

QVisquis * cum militibus, vel priuatis, vel barbaris, [a] scelestam inierit factionem, [b] aut factionis ipsius susceperit sacramētum, vel dederit, de nece etiam virorum illustriū, qui cōsilijs, & consistorio nostro intersunt, senatorū etiam (nam & & ipsi * pars corporis nostri sunt [c]) vel cuiuslibet postremo, qui nobis militat, [d] cogitauerit (eadē enim [e] seueritate volūtatē sceleris, qua effectū puniri iura voluerūt) ipse q̄dē vtpote maiestatis re⁹ gladio feriatur: bonis eius omnibus fisco nostro addictis. [f]

Filii eius de misericordia reseruatur vita, sed nulla bona possunt habere, vel accipere ex aliqua successione intestati, vel testati, & perpetuò sunt infames, & ab omnibus honoribus, & officiis exclusi. h. d. Bal.

¶ Filij * verò eius, quibus vitā Imperatoria specialiter lenitate concedimus [g] (paterno [h] enim deberent perire supplicio, in quibus [i] paternit, hoc est hæreditarij criminis exempla metuūtur) à materna, vel auita, oium ēt proximorū hæreditate ac successione [k] habeātur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuo egentes, & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, [l] ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta [m] perueniant, sint postremò tales, vt his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. [n]

Supplicās principi pro eis, punitur pœna perpetua infamiæ. h. d. Bal.

¶ Denique iubemus etiā eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus vnquā apud nos interuenire tentauerint. [o]

Cū filiabus eius dispensatiuè proceditur, vt possint ex bonis maternis obtinere Falcidiam. h. d. Bal.

¶ Ad filias sanè eorū, quotlibet numero fuerint, Falcidiā tantum ex bonis matris, siue testata, siue intestata decesserit, volumus peruenire, vt habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quam integrum emolumentum, ac nomen hæredis. Mitior enim circa eas debet esse sentētia, quas pro īfirmitate sexus minus ausuras [p] esse cōfidimus.

Post illud crimen attentatum, pater non potest emancipare filium, nec aliquam alienationem facere. h. d. Bal.

¶ Emancipationes quoque, quæ a prędictis, siue in filios, post legem duntaxat latam, siue in filias fuerint collatæ, non valeant. [q] Dotes donationes quarūlibet, postremò rerum alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude, vel iure [r] factas esse constiterit, quo primum memorati de ineunda factione, ac societate cogitauerint, nullius statuimus esse momenti.

Vxores istorum nō debēt perdere dotes ipsarū: imò recuperant eas. Vel sic: Donationes nuptiales in casu, quo erāt seruādæ liberis, applicātur fisco. ī quib. filię ēt legitimā possunt petere. h. d. Salic.

¶ Vxores sanè prædictorū, recuperata dote, si in ea conditione fuerint, vt quæ à viris titulo donationis [s] acceperunt, filiis debeant reseruare: tempore quo vsusfructus absumitur, [t] omnia ea [u] fisco nostro se relicturas [x] esse cognoscant, quæ iuxta legem filiis debebantur, & Falcidia ex his etiam rebus filiabus tantum, non etiam filiis deputata videatur.

post institutum crimen talem filium, vel filiam emancipauerit, postquam de nuda coniuratione cogitauerit, valebit: vxor vero dotē recuperabit. & si aliquā fecerit donationē propter nuptias, habebit vsumfructum: sed ea in fata cōcedente, reuertetur ad fiscum. Si quis vero coniurationem detexerit: licet ipse de ijs sit, qui coniurationem fecerint, pœnā nullam sustinebit, sed erit præmio afficiēdus. Viuia.

a *Barbaris*. i. hostibus.

b *Factionem*. idest conspirationem, & dic cōtra principē.

c *Nostri sunt*. cum & priceps sit caput. & est interpositio.

d *Nobis militat*. i. circa nostrū latus, in militia armata, vel inermi.

e *Eadem enim*. interpositio est. Et nota cogitatum puniri. sic & sup. de episc. & cler. l. si quis nō. Sed cōtra. ff. de pe. l. cogitationis. Sol. secundum Irn. hic ad actum deuenit, s. ad sacramentum dandum, vel recipiēdum, vt no. sup. plenè de ijs, qui ad Ec. cl. cōf. l. presenti. & facit ad voluntatē. ff. ad l. Cor. de sica. l. diuus.

f *Addictis*. vt in authen. vt nulli iudic. §. si. colla. 9.

g *Concedimus*.] ex misericordia, quia non sunt indigni, qui alieno non suo vitio laborāt vt supra de na. li. l. legē.

h *Paterno*. interpositio est.

i *In quibus* s. filijs timetur, ne similes sint patrib. iuxta illud: sæpe solet similis filius esse patri, &c. vt ff. de ędil. edic. l. ꝙ si nolit, §. qui mancipia.

k *Successione*. ergo nec libertus patronis succedit. Sic est contra, ff. eo. l. eorū. ff. de iure patro. l. 4. Sol. vt diximus sup. de bo. lib. l. 2.

l *Comitetur*. sic ergo delictum patris nocet filijs. quod speciale. Regulariter contra, vt infra de pęnis l. sancim⁹. & ff. de pœn. l. crimen & ff. de decu. l. 2. §. in filijs. & illud, Pater non portabit iniquitatem filij, &c.

m *Sacramenta*. militaria.

n *Supplicium*.] sic 74. dis. c. quorundā.

o *Tentauerint*. sic & sup. de transact. l. si quis maior.

p *Minus ausuras*.] Et no. ꝙ minus audet fœmina, quàm masculus. Sed quid si mater cōmiserit factionem, nunquid parcitur filijs vel filiabus? Resp. idem quod in patre. Azo.

q *Non valeant*. ab eo tempore, in quo eandem factionem cogitauerint, vt inf. §. proxi. quia videt facere fraudem, vt in eos bona conferat per quod appāret, quod si ante emancipauerat, & bona contulerat, quod nō auferātur, vt inf. de bo. proscri. l. pę. & sic. s. de filij ī prāte positis loquatur.

r *Iure*. quolibet cōtractu, vt inf. eo. l. fi. & sic est contra, ff. de donat. l. post contractum. Sed solu. vt s. de don. inter vir & vxor. l. res vxoris.

s *Titulo donationis*. nam donationes inter viuos añ crimen cōmissum collatæ ī vxorē, non infirmātur dānato viro ex hoc crimine, sed cōfirmanē, vt sup. d. l. res. de donat. inter virum, & uxo. amittit tamen eas, quo ad proprietatē mulier, cum nubit secūdo, ut sup. de secun. nup. l. fęminæ.

t *Absumitur*. i. finitur, quod multis modis contingit, vt insti. de vsufru. §. finitur. Interim retinet mulier.

u *Omnia ea*. s. filijs omnibus restituenda, ut d. l. fœminæ.

x *Relicturas*. i. tradituras.

* Ex lib. 9. tit. 14. l. 3. C. Th.

* Concor. c. cum dilectus cum glo. super ver. familiares. ext. de cler. nō residen.

† Abrogatum hunc §. dicit August. in l. fallaciter. C. de abol. & Socin. consi. 275. quia est c̄ ius diuinū fili⁹ enim non portabit iniquitatem patris. est que cōtra l. eorum, ff. ad le. Iul. ma. ie. P. Prateius. Vide Alci. cōsi. 467. & 1. p sumpt. 25.

† Dic tu in atrocioribus nō inconuenit vnum puniri pro alio. gl. 1. q. 4. in summa.

Satelli-

Conscii satellites & ministri, in pœna sunt similes delinquenti. Bald.

¶ Id, quod de prædictis eorumque filiis cauimus, de satellitibus [a] conscijs ac ministris filiisque eorum simili seueritate censemus.

Reuelans coniurationes huiusmodi in initio, premiatur: sed si ex postfacto, idest non incontinenti, sed post aliquod tempus reuelet secretũ, sibi parcitur, non tamen premiatur. h. d. Bald.

¶ Sanè si quis ex his in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus initam prodiderit factionem, & pręmio, & honore [b] à nobis donabitur. Is verò, qui vsus fuerit factione, si vel serò (incognita tamen adhuc) consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum ac venia dignus habebitur. Dat. 2. Non. Septemb. Ancyrę, Cæsario, Attico Coss. 397.

Ex lib. 60. Basilic. tit. 36.

LEX VI.

MAiestatis * rei etiam post mortem tenẽtur, & confiscatur eorum substãtia. Et post mortem hoc crimen moueri incipit, & memoria defuncti dãnatur, & res eius hæredib. auferuntur: nã ex eo tẽpore quo hanc cogitationẽ subijt, propter cogitationem dignus est pęna. Qui verò incidit in hoc crimen, neque vẽdere potest, neque vllo modo alienare, nec rectè ei soluit debitor. Sed & serui in eũ torquẽtur. Et mortuo eo res eius seruãtur, quia existente hęrede agi oportet.

Crimen læsæ maiestatis post mortem obijci potest, et in hoc crimine serui torquentur in caput domini. h. d. Bal.

Pau. lib. sing. de pub. iudic.

LEX VII.

MEminisse oportebit, si quid contra maiestatem Imperatoris cõmissum dicatur, etiam post rei mortem [c] id crimen instaurari solere, postea quã Diuus Marcus Drunciani * vtpote Senatoris, qui Cassiani furoris socius fuerat bona post mortẽ fisco vendicari iussit, & nostro tempore multis hæredibus ablata sunt. In hoc item crimine, quod ad læsam maiestatem Imperatoris pertinet, etiam in caput domini serui torquentur.

Etiam post mortem crimen læsæ maiestatis potest inchoari, & memoria conuinci atque damnari. hoc primo. Criminosus huius criminis, in ipso criminis exordio perdit ipso facto omnium suarũ rerum administrationem. hoc secundo. Per incertitudinem successoris bona interim sequestrantur. Bal.

Martianus lib. 1. de publ. iud. titul. ad legem Iuliam maiestatis.

LEX VIII.

POst diui Marci cõstitutionem hoc iure vtĩ cœpimus, vt etiam post mortem nocentiũ hoc crimen inchoari possit, vt conuicto mortuo, memoria eius damnetur, [d] & eius bona successori eius eripiantur, nam ex quo sceleratissimum quis consilium cępit, exinde quodammodo sua mente punitus est. Sic & Diui Seuerus, & Antoninus, constituerunt, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare, [e] neque manumittere eum posse, nec ei soluere [f] iure debitorem, magous etiam Antoninus rescripsit. In hac causa in caput domini serui torquẽtur, [g] idest propter causam maiestatis. Et si decesserit quis propter incertam ꝑsonam successoris, bona obseruantur, si in causa maiestatis fuisse mortuus arguatur, [h] vt Seuerus, & Antoninus litteris ad rationales missis rescripserunt. Dat. 3. Non. Mart.

TITVLVS IX.

Ad legem Iuliam de adulteriis, & stupro.

Vxor non potest maritum de adulterio accusare, nec vxoris iure, quia non cauetur in lege, nec iure extranei, quia mulier. h. d. tex. cum glo. secundum Bald.

Imp. Seuerus, & Antoninus AA; Cassiæ.

LEX PRIMA.

PVblico iudicio [i] * nõ hẽc mulieres adulterii accusatiõẽ q̃uis d̃ mΛtrimonio suo violato, [k] ...

a *Satellitibus.* Sic infra de rap. virginũ. l. prima.
b *Et honore.* sic inf. de ijs, qui se de. l. 1. lib. 10. & ff. de iur. fisci. l. edict. & l. senatus. & l. cum tacitũ. & ff. de ali. iu. l. 3. §. fina.

MEminisse. CASVS. Si crimen læsæ maiestatis, quis cõmiserit, & decedat, post mortem eius accusabitur, ut bona eius publicentur: serui vero in caput domini in tali casu possunt torqueri, & post crimẽ commissum non poterint committẽ. et rem aliquã alienare nec manumittere.
c *Post rei mortem.* vt & infra l. prox. & ff. de accu. l. ex iudiciorum quod intellige in duobus capitulis illius legis, qñ scilicet cõtra principem, vel Rempublicam est molitus, nõ in alijs, ut ff. eo. l. fi.
d POst diui Marci. *Damnetur.* vt & sup. l. proxi. & instit. de hære. quæ ab intestato. §. per contrarium. & Sunt & alij casus speciales, quos not. supra ll reus, vel accusa. l. 1.
e *Neque alienare.* vt supra l. quisquis, §. emancipationes. & ff. de dona. l. donationes. in fin. & est speciale: aliàs contra, ut ff. de donat. post contractum.
f *Soluere.* iure speciali, aliàs contra. ff. de solu. l. reo criminis.
g *Torquentur.* ut impediatur alienatio, torquentur donec de crimine conuincãt.
h *Arguatur.* idest argute accusetur.

* Maiestatis, vide. l. ult. j. cod. Clarum. §. sent. §. læsę maiestatis.

AD LEGEM Iuliam de adulterijs, &c.

Per ordinem maiora prosequitur crimina, & dr̃ adulterium propriè in nuptam, quasi trãsitus ad alterius thorum, ꝓp partũ ex altero cõceptũ composito noĩe, stuprũ in virginẽ, vel uiduã, vt ff. eo. l. inter §. 1. Incestus cum consanguinea, uel affine. ut in Aitu. de nupt. §. 1. & ff. eo. si adulterium cũ incestu, & dic, q̃d leges huius tituli factæ sunt ad legẽ Iuliã emendandam, supplendam, corrigendam, & interpretandam.

PVblico iudicio. CASVS. An vxor maritũ de adulterio possit accusare, quæritur. Et dicitur, quod nõ, vetãte lege Iul. de adult. q̃ in masculis solis locum habet.
i *Publico iudicio.* i. lege Iulia de adulto quod non publicũ est, ut ff. de public. iud. l. prima.
k *Violato.* non dicit toro. si ergo solutæ se immiscuit, planum est, quia à nullo de adulterio accusatur, vt ff. eod. l. iter. §. primo, & 36. q. 1. cap. lex illa, §. adulterium, sed & si ad alterius vxorem accesserit, nec tunc torum huius mulieris,

* Vide Ca... in Marco.

lieris, vel sui viri est violatum, sed viri adulteræ, & sic nec tunc hæc accusat, cum sit mulier: nec suam, vel suorum iniuriam prosequitur, vt supra qui accu. non poss. de crimine. & hoc de iure mariti. Sed an etiam iure extranei potest. Quidam quod sic, sed dic, quod non, cum dicas eā non prosequi suam,

quæri * velint, lex Iulia declarat.[a]

¶ Quæ cum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset,[b] non idem fœminis priuilegium detulit. PP. 13. Calē. August. Laterano, & Rufino. Coss. 198.

Retinens vxorem, quam in adulterio inuenit, punitur vt leno: secus si non inuenit, sed habet eam suspectam. h. d. Vel sic: Sciens punitur, non autem qui suspicatur, & facit pro receptantibus bannitos, qui ad hoc, vt puniantur, requiritur, quod sciant, non quod suspicentur. Bald.

Iidem AA. Cyro.

LEX II.

CRimen * lenocinij [c] contrahunt, qui deprehensam in adulterio vxorem in matrimonio retinuerunt, nō qui [d] suspectam adulteram habuerunt.* PP. Calendis Iul. Anulino, & Frontone Coss. 200.

Serui mulieris, quę dicitur adulterium commisisse, & etiā patris eius, pro eruenda veritate sunt torquendi: ideo intra sexaginta dies prohibentur manumitti, vel distrahi. Accusator tamen prius debet cauere de ipsorum emendatione totali, vel deteriorationis emendatione in casu absolutionis subsecuta. Sal.

iniuriam, virum tamen dimittere potest, & lucratur donationem, & dotē, vt supra de repu. cō. sensu, §. causas. & sic etiam intelligendi sunt canones, vt 32. q. 4. nemo. in princ. & q. 5. præcepit, & c. præceptum, & cap. Christiana.

a *Declarat* eo modo, qui sequitur, quę cum &c. & est talis ratio: quia cum permittitur viro, videtur prohibitum mulieri. arg. ff. de iudi. l. cum prætor, vel accusanti iure mariti permisit quæri de adulterio. sed hæc nō potest accusare iure mariti, quia maritus non est, ergo nullo modo etiam iure extranei, quasi dicat, non potest accusare aliquando, ergo nūquam, sed maritus aliquando potest secundum Ioan. & sic generaliter ei concedi videtur, arg. ff. de mili. testa. l. ex militari. Sed mirū est, quod vir non committit adulteriū accedēdo ad solutam, nec ab vxore adulterij accusatur ad quamcunque accedat, nec dicitur suā iniuriam prosequi, & ideo est argum. contrarium in Authen. de nup. si igitur, secundū Theod. coll. 4.

ADDITIO. Aduertas, quod licet de iure ciuili maritus cognoscendo solutam, non committat adulterium, de iure tamen canonico dicitur adulterium committere, vt probatur in ca. transmissa. & ibi hoc no. Abbas, extra de eo qui cogno. consang. vxor. suæ & 32. q. 4. c. nemo & cap. dicat.

b *Facultatem detulisset.* Nisi exceptione aliqua repellatur, vt infra eod. l. ita nobis.

CRimen lenocinij. CASVS. Vxorē tuam in aliquo adulterio deprehendisti. & postea in matrimonio tenuisti, adulterio consensisse videris vnde crimine lenocinij poteris accusari.

c *Crimen lenocinij.* Quod punitur, vt adulterium, & committitur multis modis, ut hic, & ff. eo. l. 2. §. lenocinij, & ff. de minorib. l. auxilium & infra eod. l. castrata & supra de condict. ob turp. cau. l. mercalem.

d *Non qui suspectam.* Si tamen potest obumbrare patientiam suam prætextu incredulitatis, ut hic. & infra eodem, l. sine me. u, & ff. eod. leg. 2. §. lenocinij, in fin. & l. mariti. Et nota, quod sine accusatore punitur vir de lenocinio, si vxore rea facta, mariti lenocinium detegatur, vt ff. eod. l. 3. §. si publico.

* Conqueritur Augustinus de hac inæqualitate in lib. de verbis Apostoli sermo. 4. vi. 6. Harme. 2. Zonar. c. 48. apost. & Euseb. 4. c. 17.

* Harmē. dicit cām relegari. 6. tit. 2. in fi.

* Idem Pau. apud Ruf. tit. 4. collat. leg. Mosaicæ.

NOn solum. CASVS. Tam ex sententia, quam ex verbis l. Iul. si maritus velit vxorem de adulterio accusare, poterunt serui, vel ancillæ vxoris, vel patris eius torqueri, vt eruatur veritas: & intra 60. dies cōputādos a die dissoluti matrimonij, & hoc in prima, nec manumittentur, neque alienabūtur. & hoc in secunda, & si in quæstione serui decesserint, vel deteriores facti fuerint, absoluta muliere, cauebit maritus de æquē idoneis reddendis. & hoc in tertia. Viuianus.

Imp. Antoninus A. Iuliano.

LEX III.

NOn solum * verba [e] legis Iuliæ de adulteriis coercendis, sed etiam sententia per quæstionem quoque seruorum [f] siue ancillarum crimen admissum probare volentis,[g] ad earum tātum personarum seruos ei rei exhibendos pertinet, de quibus specialiter comprehendit,[h] idest mulieris,[i] & patris eius, non naturalis, sed iusti dūtaxat,[k] quos intra sexagesimū diem ex dissolutione [l] matrimonij numerandum manumitti, vel distrahi prohibet,[m] & quorum dominis,[n] caueri præcipit, si defuncti fuerint in quæstione, vel facti deteriores secuta [o] absolutione. PP. 15. Calend. Aug. Antonino A. 4. & Balbino Coss. 214.

Occidens adulterum lege permittente, non censetur homicida. hoc primo. Occidens adulterum in casu non permisso, mitius punitur. hoc secundo. Bald. Vel sic. Maritus per se, vel filius potest impune occidere adulterum vilem in adulterio noctis tēpore deprehensum, nō vilem vero occidens, in totum non liberatur, sed mitius punitur. h. d. Sal.

* Iunge l. prospexit. ff. qui & à quib. manum. Con.

e *Verba.* idest non solum verba, sed etiā sententia, nā quandoq; in aliquid verba & sententia consonant, quandoque verba tantum, quandoque sententia tantum, vt patet in Macedoniano. Tu dic, quod verba pertinēt tantum ad eos, quos hic nominat. sententia etiam ad alios, quos dices, & sic hęc dictio tm̄, ad verba tantum respicit.

f *Seruorum.* non solum aliis probationibus.

g *Volentis.* s. legis.

h *Comprehendit.* Cōprehendit dicta lex, cuius verba tamen non habemus.

i *Mulieris.* de adulterio accusatæ.

k *Iusti dumtaxat.* siue sit iustus de naturali & ciuili iure, siue ciuili tātum, vt adoptiuus.

l *Ex dissolutione.* quæ fit per diuortium, & quam opus est fieri, antequā inchoet accusationem, vt infra eod. l. crimen. sed si morte vel bona gratia, vel ex delicto viri soluatur matrimonium, tenet manumissio, vt ff. qui & à quibus, l. sed si maritus.

m *Prohibet.* Per eos ergo probatur, quod ea, quæ domi fiant per tales possūnt manifestari, vt supra de repu. l. consensu. §. fin. autem aliter.

n *Dominis.* scilicet dominæ, vel patri eius.

o *Secuta absolutione.* mulieris, scilicet accusatæ, non aliter, vt hic, & ff. eod. l. si postulauerit, §. si reus. Vltimo no. quod tria dicit hæc lex seruos torquendos, & manumittendos & damnum emendandum. Circa primum dic, quod serui adulteræ, & patris eius torquentur ex verbis & sententia. Itē & sn̄a serui adulteri, & patris, sed proprij vbicunque sint, patris si sint in vsu adulteræ, vel adulteri, ut hic, & ff. eod. l. si postulauerit, §. haberi, & ff. qui a quib. l. prospexit & inf. tit. e. l. si. Item serui accusatoris, vt ff. eod. si postulauerit, §. sed & serui, idem serui matris mulieris & aui dati ad vsum mulieris, & hi omnes prohibent manumitti, vel alienari intra 60. dies à die diuortij, vt hic, & d. leg. prospexit.

spexit. Item torquentur serui etiam extraneorum, qui in vsu sunt mulieris, vel etiam si non sunt secundum alios, si modo aliquid veritatis sciant, vt ff. eodem, l. si postulauerit. §. diuus autem. sed si serui patris sicut extranei ita demum torquentur, si sunt in vsu mulieris, quæ ergo erit differentia inter extraneum, & patrem? Respon. quia extraneus manumittet, quando volet, pater nisi post duos menses. Item & circa primũ dic, quod vt libere verum dicant, serui publicantur, & a dominorum potestate eripiuntur, & hoc fit post quęstionẽ: prius non, cum publici nõ torqueantur, sed extranei non publicantur, cum nõ habeant cui gratificentur, vt ff. eod. l. si postulauerit. §. iussit. & §. ratio. debet tamen fiscus pretium dare domino secundum Io. quando absoluitur, vt argu. sup. quibus ex causis ser. pro pręmio l. 2. & sic est speciale seruum torqueri in caput domini, vt & infra de quęstio. l. secunda. Super vltimo quæro, quare cauet pro deterioratione cum publici fiant. & fiscus præstat æstimationem, vt dixi? Respond. fiscus præstat solummodo quod tunc tortus, & ruptus valet, vnde deterioratio ab alio est emendanda. Item an totum damnum deteriorationis serui torti accusator reo absoluto dat? Dicunt quidam dimidiam, & aliam sibi computet, quia & pro eo est tortus, vt argum. sup. de rebus credit. l. generaliter. §. his de præsentibus. Vel potest distingui, aut extraneus accusatur, aut dominus, aut seruus, primo emendatur ab vtroque medietas. Vel secundum alios vnum simplum, vt sic habeat duplum, vt dicta l. si postulauerit in princip. in secundo, quando dominus accusatur, in totum emendatur domino absoluto, vt hic, & ff. eod. l. si postulauerit. §. si reus. In tertio in duplum domino emendatur, vt dicta l. si postulauerit §. fina. & ff. de calumn. l. fin. & infra de calum. l. dominis. & hic. Vel ex stipulatione, si interposita est, vel conditione ex lege petuntur, vt ff. eod. l. quod ex his.

Aduertetur tamen Docto. & Bart. in l. non solũ. §. si mandato. vers. circa primũ, ff. de iniur. q̃ isto casu mandatarius occidens non euadit pęnam legis, nisi sic filius, vt dicit ibidem Bart.

Imp. Alexander A. Iuliano Proconsu. Narbonen. prouinciæ.

LEX IIII.

Gracchus,[a] quem Numerius,[b] in adulterio noctu deprehensum interfecit, si eius conditionis fuit, vt per legem Iuliam impunè occidi potuerit,[c] quod legitimè factum est, nullam pęnam[d] meretur.

¶ Idemque filijs* eius, qui patri paruerunt, præstandum[e] est.

¶ Sed si legis auctoritate cessante, inconsulto dolore adulterum interemit, quamuis homicidium[f] perpetratum sit: tamen quia & vox, & dolor[g] iustus factum eius releuant, potest in exiliũ[h] dari. PP. sine die, & Cõsule.

Adulter post quinquennium accusari non potest. Et exceptio præscriptionis, quæ competit parti, debet ei per iudicem obseruari, & non auferri. h. d. Bald.

Gracchus.] CASVS. Numerius deprehendit Gracchum cum vxore sua adulterantem, & eum occidit, an propter hoc aliquam pęnam sustinere debeat, quæritur. Et distinguitur, an fuerit talis, quem licuit interficere, & non punietur, an non, & in exilium mittetur. Viuianus.

a *Gracchus.*] adulter.

b *Numerius.*] maritus mulieris.

c *Occidi potuerit.*] quia vilis erat persona, & humilis adulter, & in domo sua, idest mariti, & non adulteri vel alia, vt ff. eodem l. marito. & l. si adulterium. §. Imperatores. & ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. At pater quemlibet occidit in rebus venereis deprehensum, & in sua, & generi domo, dummodo, & filiam occidat, vel per eum non non stet, vt ff. eod. l. patri. & tribus legibus sequentibus. & l. nihil.

d *Nullam pęnam.*] vt supra de admi. tut. l. sancimus prima & ff. de reg. iur. l. nemo damnum. Sed argum. contra supra de sec. nup. l. 1. & in Auth. de resti. & ea quæ pa. § fin. coll. 4. & sup. de rei vendic. l. quoties, & ne rut. vel cur. vec. con. l. 1. & sup. rem alie. ge. l. 1. Item & no. contra, quòd meretur pęnam, quod non est legitimè factum, vt ff. de his, quę pro non scrip. l. 1.

Idem A. Vadanti.

LEX V.

Adulter* post quinquẽniũ, quàm cõmissum adulterium[i] dicitur (quod continuum numeratur) accusari non potest,[k] easq; præscriptiones legibus reis datas auferri non oportet.[l] PP. Idib. Iun. Maximo 2. & Aeliano Coss.

Maritus potest accusare adulterium intra 60. dies vtiles, quibus elapsis, admittitur in reliquum tempus ad accusandum iure extranei, & quando accusat, est habenda quæstio de seruis. h. d. Vel sic: Si habens duo iura, perdit vnum, admittitur ad reliquum. h. d. Vel sic: Qui non admittitur vt vir, admittitur vt extraneus h. d. Bald.

Ijdem A. Sebastiano.

LEX VI.

Iure[m] mariti adulterij accusare volenti, sexaginta dies vtiles cõputantur: qui-

e *Præstandum est.*] sic ergo patet in atrocioribus. sed hoc ideo quia patri hoc pmissum. alias contra, vt ff. de reg. iur. l. ad ea.

f *Homicidium.*] quia adulter nõ erat vilis.

g *Dolor.*] nota, quòd iustus dolor aliquem excusat, vt ff. ad l. Corn. de sica. l. 1. §. fi. & ff. eod. l. si adulterium. §. Imperatores. Item & tẽpus facit, vt hic, & ff. de pęnis. l. aut facta §. 1. & §. tempus, & supra vt liceat vnicuique l. 2. Sed argu. contra supra de transact. l. nõ minorem.

h *In exilium.*] cum alias debeant occidi, vt instit. de public. iudic. §. item lege Cornelia.

*Ex lib. 9. tit. 15. l. fi. C. Th.

Adulter.] CASVS. An marito elapso continuo quinquennio à die commissi adulterij, possit adulterum accusare, quæritur. Et dicitur, quòd non, non enim exceptio temporalis, quæ reo datur, sibi reo debet auferri. Viuian.

i *Adulterium.*] idem si de lenocinio vel stupro aliove capitulo huius legis accusetur, vt ff. eod. l. mariti. §. hoc quinquennium.

k *Accusari non potest.*] In adulterio est planum, nisi in duobus casibus, quando & non potuit intra hoc tempus, quia imperat ab adultera tantum, vnde interim non poterat hunc accusare. Item & quando hic ab alio accusabatur qui postea inuentus est præuaricari, vt ff. eod. l. tertia, & l. quinquennium. & nisi per vim sit factum stuprum, vt ff. eodem, l. mariti. §. fin. sed in adultera præscribitur sex mensibus vtilibus computandis in nupta a tempore diuortij facta à primo, in vidua, à tempore commissi criminis, & est ratio: quia quæ facilius accusatur, vt vidua, facilius præscribit a die commissi criminis, vt ff. eodem, l. mariti §. sex mensium. & ff. ad Turpil. l. 1. §. accusationem. non tamen vt sex menses vtiles excedant quinquennium, quo adulter præscribit à die commissi criminis. vt ff. eod. l. mariti. §. præterea, & duo ex his sex damus, vt accuset vir iure mariti, quatuor vt iure extranei, vt infra eo. l. proxi. & ff. eod. l. 1. §. extraneus.

l *Non oportet.*] si modo proponant, antequam nomen accusati, vel accusatæ inter reos recipiatur, vt ff. eod. l. si maritus. §. præscriptiones, vel ille §. intelligitur specialiter in quibusdam vt lenocinij, non in his.

Iure mariti. CASVS. Maritus adulterum intra 60. dies vtiles iure mariti potest accusare, nec timeat accusari de calumnia, si probat, quod facile erat sibi probare s. per quæstionem seruorum. Viuian.

m *Iure.*] maritus accusat iure mariti, sed & pater mulieris, vt ff. eod. l. is cuius ope. §. ex senatusconsulto, vt tamen præferatur vir, nisi sit infamis, vt colludat, vt ff. eod. l. 2. §. si simul. & l. tertia, & erit hoc ius, siue priuilegium in accusando, quia 60. dies habet vtiles, in quibus præfertur omnibus alijs, & sine metu calumniæ, & etiam ex sola

bus in publico eius [a] facultas fuerit, apud quem reus, vel rea postulari potest.

¶ Et cum præterierint dies isti vtiles, maritus quoq; iure extranei [b] agere potest.

¶ Et qui confidit accusationi, calumniæ notam timere non debet: [c] nam ad probationem sceleris Diui parentes mei quæstionē de mācipijs eodem [d] modo haberi permiserunt, quasi iure mariti ageretur. PP. Id Aug. Maximo 2. & Aelia. Coss. 224.

Qui tempore cōmissi delicti non erat maritus, nec spōsus, nō potest vt maritus, vel sponsus accusare, licet sit maritus, vel sponsus, sed ipsa puella cum auctoritate tutoris accusabit. h.d. Bal.

Idem A. Herculano.

LEX VII.

PRopter violatum virginem adultam, qui postea maritus esse cœpit, accusator iustus non est: [e] & ideo iure mariti crimē exercere nō pōt, nisi puella violata sponsa eius [f] fuerat. Sed si ipsa iniurias suas [g] adsistentib. curatorib. [h] per quos etiam negotia eius gerenda sunt, persequatur pręses prouincię pro debita tanto delicto (si probetur) seueritate examinabit. PP. 12. Cal. Iun. Maximo 2. & Aeliano Coss. 224.

Masculus & fœmina non possunt simul de adulterio accusari propter exceptionem ordinis. Bal. vel sic: Eodem tempore quis non potest adulterum & adulterā accusare. h.d. Sal.

Idem A. Domno.

LEX VIII.

REos adulterij [i] duos simul marem & fœminam, [k] ex eadem causa [l] fieri lex Iulia de pudicitia [m] vetat, [n] sed ordine [o] peragi vtrosq; licet. PP. Id. Iun. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Pęna per definitiuam imposita, est perpetua: Et qui ducit damnatam de adulterio, vel reducit, intelligitur esse leno, & punitur crimine lenocinii. h.d. Bald.

Idem A. Proculo.

LEX IX.

CAstitati tēporū meorū conuenit, lege Iulia de pudicitia dānatā in pęnis [p] legitimis perseuerare.

¶ Qui autem adulterij damnatam [q] (si quocunque modo pęnam * capitalem [r] euaserit) sciens duxerit vxorē, vel reduxerit, eadem lege ex causa lenocinij punietur. [s] PP. 7. Cal. Febr. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Dans pecuniam, vt euadat ab accusatione adulterii, & accipiens pecuniam pro comperto stupro, pęna legis Iuliæ coercentur. hoc dicit Bald.

suspicione potest vxorem meam facere, & sine inscriptione, vt dixit Pau. vt ff. de mino. l. auxilium. & infra eod. l. quamuis. 2. Post hos admittitur quilibet, & prædicti etiam admittuntur ante alios vsque ad quatuor menses, & quando plures venerunt, iustior præfertur, & sic etiam forte vir admittitur, vt hic, & ff. eod. l. 2. §. fina. & l. si maritus. 1. §. extraneis. & l. is cuius. §. pen. sed videt, quòd non euadant pęnam calumniæ, vt ff. eod. l. is cuius. §. fina. & l. pater. Solu. refert, sint in euidenti calumnia, vel non. arg. ssp. qui accusa. non poss. l. 2. & ff. de ijs, qui vt indig. l. tutorem. Vel prædictum priuilegium, scilicet sine metu calumniæ accusare, tantum viro detur, nō patri, vt in contrarijs. sed cæteri ditur patri. s. vt preferatur alijs, & hoc quia proceriori dolore facit vir, vt ff. eo. l. 1. §. si simul. Vel dic non euitant pœnam calumniæ, quando vltra 60. dies accusant, vt in cōtrarijs, sed ante sic; & secundum hoc expone legem illam, is cuius ope accusant idest accusare solent.

a *Eius.*] s. iudicis adeundi, vt ff. eod. l. miles. §. 60. & etiam sexagetimus in his cōputatur, & a die commissi criminis numeratur, vt ff. eod. l. pater. §. 1.

b *Iure extranei.*] intra quatuor menses vtiles, vt non excedant quinque annos continuos, vt ff. eo. si maritus. l. §. extraneis. & sic præscriptione sex mensium vtiliū mulier defenditur, vt not. supra l. proxi.

c *Non debet.*] idest non timeat, quòd de ea calumnia condemnetur, si modo probabit, quod erit ei facile: nam &c.

d *Eodem modo.*] quo & ante sexaginta dies finitos.

P*Ropter.*] CASVS. Si iure mariti quis possit accusare propter violatam virginem, quę vxor nondū fuit, quæritur. Et dicitur, quòd non, nisi sponsa fuisset. Si vero ipsa de violentia conqueri velit, authore curatore suo hoc faciet. Vivian.

e *Iustus non est.*] velut maritus de adulterio, sed de stupro sic vt quilibet alius, vt ff. eo. l. si vxor. in princ.

f *Sponsa eius.*] tunc enim iure mariti accusabit, & fortè, vt de adulterio, cum neque matrimonium, neque spem matrimonij violare permittatur, vt hic, & ff. eod. l. si vxor. §. diuus. & argum. ff. de iniur. l. item apud. §. sponsum. nisi alij postea nupta esset, quia tunc non esset spes matrimonij, vt ff. eod. l. miles. §. quærebatur, quæ est contra. vel vbi vxor esse non poterat, propter ætatem, vt ff. eodem, l. si vxor. §. si minor, quæ est contra. Alij hic dicunt, quòd aliàs nullo modo accuset, nisi quando est sponsa, & tunc, vt sponsam, non vt vxorem, per dictam l. si vxor. §. si minor.

g *Iniurias suas.*] aliàs enim non auditur minor 25. ann. vt ff. eod. l. si maritus. §. lex Iulia, sed accusari post pubertatem potest, non prius, vt ff. eod. l. si minor.

h *Curatoribus.*] vt & sup. de auth. prestan. l. clarum. de concubina antè stuprata dic, vt ff. eod. l. si vxor. in prin.

R*Eos.*] CASVS. Adulterium, & adulteram an possit maritus eodē libello accusare, quæritur? Et dicitur, quòd nō.

i *Adulterij.*] secus in crimine incesti, vt ff. eod. l. qui pupillam. in fi. & l. vim passam. §. incesti.

k *Marem & fœminam.*] id est adulterum. & adulteram.

l *Ex eadem causa.*] vt ff. eod. l. si maritus. 2. §. fi. & l. vim passam. §. duos. & l. nihil. §. pen. & fin. Ex diuersa n. pōt. vt q a vnus adulterium cōmisit, alter domum pbuit, vt ff. eo. l. nihil §. fin. In alijs autem criminib. quoties licet accusare? Dic, vt no. supra de accusa. l. qui de crimine. & qui accusare non poss. l. cū rationibus. & si reus vel accusator mortuus fuerit l. r.

m *De pudicitia.*] seruanda.

n *Vetat.*] ab eodem, sed a diuersis potest, vt tamen serues ordinem, qui legitur, ff. eod. l. denunciasse. §. quæritur. & statim dices.

o *Sed ordine.*] vt incipiat a quo velit, si illa non nupsit, vel si nupsit, fecit post hoc denunciationē, alias ab adultero incipere debet, & eius absolutio proderit mulieri, & condemnatio non nocebit, vt ff. eod. l. si maritus 2. §. penult. & §. fina. & l. sequenti. & l. denunciasse. & per totam legem. l. 2. in prin. & l. nupta. & l. si vim passam. §. nupta. & inf. eodem l. si dum in tuo.

\+ Et si probatur alter, nam fuisse capitalē. Cont.

C*Astitati.*] CASVS. Si quis damnatam de adulterio duxerit, seu maritus fuerit, qui reducit, siue alienus, pęna lenocinij plectendus est.

p *In pęnis.*] quæ pœna est notata inf. eo. l. quamuis. 2.

p *Damnatam.*] ut inf. eod. l. sine metu. in fi. & idem si de stupro fuerat damnata: si autem ex alijs capitulis legis quæ multa sunt, vt ff. de mino. l. auxilium. secus est, ut ff. eo. l. mariti. §. 1. sed concubinam eam habere potest, ut ff. de cōcubinis. l. 1. §. 1. & facit sup. eod. l. 2.

r *Capitalem euaserit.*] principis indulgentia.

s *Punietur.*] eam tamen ammodo accusare non potest, ut ff. eod. l. si vxor. §. fin.

DE crimine. CASVS. An maritus cum adultero de crimine adulterij possit transigere, quæritur. Et dicitur, quod non sed par est delictum vtriusque scilicet transigentis aliquo accepto, & dato : qui vero pro comperto stupro aliquid accepit l. Iul. tenetur.

quæ in cor. Authent. vt lic. matri & auiæ, §. quia vero plurimas, collat. 8.

SEd nouo. CASVS. Auth. corrigit leg. Cod. quia maritus potest retinere post adulterium vxorem suam, & potest eam accusare, & si pronauerit, repudiabit eam : si nō sustinebit eam pœnam, quam passura esset mulier, si maritus probasset.

* Res fugientis, recte emendare videt Cuia. ex l. Imperatores, ff. & iu. fisci quem vide i hāc l. 6. obs. 11. & 20. obs. 10. Hoto. 22. illius. Forcat. 5. Cup. nu. 2.

a Paciscı non licet. nullo modo, distingue tamen, vt infra eod. l. serui. Azo.

b Præuaricatoris. in accusatore totū legi potest, vt siue presēs præuaricet, siue desistit, item sit. Vel primum in accusatore, secundū in reo, sed neutra placet, qa secundū primā, refugere nō esset præuaricatio, vt ff. de præuarica. l. 3. in princ. & §. fi. Dic ergo transigentis, & præuaricantis fieri similitudinem. Azo. hoc modo par delictum est accusatoris præuaricantis, & aliquid a reo accipiētis, & ipsius rei refugientis veritatis inquisitionem donando aliquid, nam tali transactione præuaricator ille habet, & vt adulter punitur, & pro confesso habetur. Et dic, quid est præuaricari, vt ff. ad Turpil. l. 1. §. 1. sed huic legi est contra, ff. eod. l. si maritus, 2. §. si negauerint. & aliæ plures, quæ eodem modo contradicunt supra de transactio. l. si trāsigere. & ibi solui.

c Tenetur vt ff. de minori. l. auxilium. §. finali, & ff. quod met. cau. l. isti quidem, & ff. eo. t. l. mariti. & supra de condict. ob turp. cau. l. mercalem.

CRimen.] CASVS. Maritus an potest accusare vxorem suam de adulterio, si eam retineat in matrimonio ? dicitur, quod non.

d Dubium est. sed nec adulter accusari potest, nisi demum facto diuortio, vt ff. eodem, l. miles, §. vol. ati, ab extraneo autem potest, si primo virum lenocinij arguat, non aliàs, vt ff. eodem l. constante, nec obstat, l. vim passam, §. primo. quia potest extraneus constante matrimonio, scilicet secundo, non primo ; iam enim denuo nupserat, sed hodie etiam constante matrimonio, potest vir vxorem accusare, unde lege Authent. sed nouo, dicit.

Idem A. Demetriano.

LEX X.

DE crime adulterii paciscı non licet, [a] & par delictū est accusatoris præuaricatoris, [b] & refugiētis [*] veritatis inquisitionem. Qui autem pretium pro cōperto stupro accepit, pœna legis Iuliæ de adulteriis tenetur. [c] PP. 5. Non. Maii, Fusco & Dextro Coss. 226.

Iure isto maritus vxorē, quam retinet in matrimonio, non accusat de adulterio, secus de iure nouo. Et si non probet, similitudine supplicii debet affici. hoc dicit Salic.

Iidem A. Naruano.

LEX XI.

CRimen adulterii maritum, retenta in matrimonio vxore, inferre nō posse, nemini dubium est. [d] PP. Calendis Septembr. Alexandro 2. & Marcello Consulibus 227.

IN AVTHEN vt liceat matri, & auiæ, §. quia vero plurimas, collat. 8. constit. finali.

SEd nouo iure potest: & si accusatio vera esse ostendatur, tunc repudium mittere debet. [e] & in scriptis eam accusare debet.

¶ Si vero illam adulterii accusationem maritus non probauerit, illis subiiciatur suppliciis, quæ esset passura mulier, si accusatio comprobata fuisset. [f]

Sententia lata cōtra adulterum, non officit, nec infamat adulteram. Vel sic: Condemnatio vnius ex pluribus qui tenentur eodem crimine, non nocet alteri. Bald.

Idem A. Basso.

LEX XII.

ETsi crimine adulterii damnatus restitutus nō esset, vt proponis: si tamen soror tua, cum qua adulteriū commissum dicebatur, non est accusata, nec pœnæ, nec infamiæ subiici potuit, [g] & multo magis cum & accusatorem vita esse functum proponas. [h] PP. Calendis Iunij Sabino 2. & Venusto Coss. 241.

Adultera in absentia, potest recipi inter reos. hoc dicit Bal.

Idem A. Syluano.

LEX XIII.

ADulteram, si posteaquam crimen contra eam inchoatum [i] est, prouinciam excesserit, [k] etiam absenté inter reos [l] recipi posse, explorati iuris est. PP. Nonis Mart. Attico, & Prætextato Coss 243.

Non potest sumi accusationis initium à nupta, nisi denunciatio præcessisset, & ibi adulter debet puniri, vbi est commissum adulterium. Bald. Vel sic: In qua prouincia mulier adulterium commisit, ibi accusari debet, nec ab ea incipitur, si alteri nupta reperitur, nisi denunciatio legitima nuptias præcessit. h. d. Sal.

Imp. Gordianus A. Aquilæ. [1] †

LEX XIIII.

SI dum in tuo matrimonio vxor tua esset, se adulterio polluit, in ea prouincia, in qua idipsum factū est, [m]

e Debet. & dotem & donationem lucrari, & plus, si filij non sint, vt in cor.

f Fuisset. ex hac etiam causa poterit ei mittere repudium, & lucrari donationē, & dotem, vt i corp. §. si vir adulterio.

ETsi crimine. CASVS. Licet adulter condemnatus fuerit, neque restitutus, non propter hoc mulier, cum qua dicitur adulterium commissum, si non accusetur, pœnam aut infamiæ notam sustinebit. Viuia.

g Potuit. sed absolutio prodesset, vt ff. eodem, l. denunciasse, §. final. Sed an masculus si deprehendatur, erit infamis? Respond. non, secundum Ioan. licet secus in fœmina, vt ff. de ritu nuptia. l. palam, §. quæ in adulterio. Accur.

h Proponas. facit ff. eo. l. denunciasse. in fine. & l. sequen.

ADulteram. CASVS. Si post accusationem adultera incipiet abesse, non ideo minus absens inter nomina reorū recipi potest. Viuian.

i Inchoatum est. per lit. contestationem.

k Excesserit. non rei publicæ causa, ut ff. eod. l. si maritus. 2. §. legis.

l Inter reos. hoc fiebat post litem contestatam. An autem condemnetur, dixi sup. de accusa. l. absentem, & facit infra eodem, l. quamuis. 1.

1† Aquilliæ.

SI dum. CASVS. In ea prouincia, in qua adulterium commissum est, debet maritus crimen adulterij persequi, & si ante denunciationem factam à marito, alij nupserit, non abest, sed à marito incipiet. Viuia.

m Factum est.] quia qua in prouincia, & cæt. vt & supra, vbi de crimi. agi opor. Authentic. qua in prouincia.

a Solito] diuertēdo, scilicet prius ab ea, vt supra hẽ rit. Mea causa icipiat ab adultera. & hoc subijcit, nec enim.

b Nupta est. secundo viro.

c Adulterium passa] post primũ virum.

d Non praecessit. in casu ās ii non praecedat denũciatio, vt ff. eo. l. si quis adulteriũ. i prin. & facit ad l. sup. eo. l. reosi. ff. & repete hic, quæ ibi diximus.

SI quondam. CASVS. Mulier, antequam accusaretur de adulterio, cœpit abesse, absens accusari non põt, neque in prouinciã, in qua militat marit⁹, trãsmittenda est. Si verò maritus, qa militię causa aberat, intra statuta tempora vxorẽ accusare non potrrit, an eicurrãt tempora, quæritur. Et dicitur, quòd nõ. Viuianus.

e Antequam. secus: si post, vt supra eo. l. adulteram.

f Potest. vt supra de accus. l. absentem.

g Deposcitur. cum reus forum accusatoris non sequatur, vt sup. de iurisd. om. iud. l. iuris ordinẽ.

h Debet. quia vtile est tempus, vt ff. eo. l. similes. §. quidã. & infra eod. nõ commiss. ff. qui ex causis maiores, quæ & poterit hic, vel super legẽ, adulterã, legere Authen. si vero criminis, &c. quæ est, vt nulli iudicum. §. si vero quis comprehensorum, collat. 9.

SI vero. CASVS. Lex C. dicebat, si inchoato crimine mulier se subtrahit, nihilominus nomen eius recipitur inter reos. Authent. vero istadicit, quod si mulier inchoato crimine se subtrahit, vt impediatur cognitio criminis, debet citari, & de loco ad locum transmitti, vt ita de crimine cognoscatur, & etiam puniatur. Viuia.

i Nostris legibus. vt sequatur, & bona eius annotentur, vt ff. de requir. reis. l. prima.

1 † Hylàriano.

2 † Reposcis.

adulterium, more solito persequi debes. Nec enim ab ea, quæ iam nupta,[b] & adulterium passa[c] est, exordium accusationis sumi potest, si denũciatio criminis nuptias non præcessit.[d] PP. Non. Decemb. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

Contra adulteram non potest procedi in absentia: & remissio, quæ fit in delictis, non debet fieri ad iudicem incompetentem, sed ad iudicem rei, hoc dicit ista lex cum Auth. hic posita secundum Baldum. Vel sic. Absens non potest accusari, vt possit super causa procedi: nec reus tenetur sequi forum accusatoris. Et occupato reipublicę causa non currunt tempora accusatori præfinita. hoc dicit Salic.

Idem A. Hylarino[1] † militi.

LEX XV.

SI quondam vxor tua antequam[e] crimine adulterij accusaretur, prouinciam excessit, neque absens accusari potest,[f] neque in eam prouinciam in qua stipendium facis, transmitti iure deposcitur.[g]

¶ Sane cum per occupationem militarem non licuerit, accusare eam solemniter poteris. Nec n. tempus, quo muneribus militaribus occupatus, vindictam tibi quam maritali dolore percussus deposcis,[2] † debet[h] auferre PP. 4. Id. Mart. Attico, & Prætextato Coss. 243.

IN AVTHENT. vt nulli iudicum, §. si verò quis, 9. consti. 9.

SI vero criminis commissi occasione latuerit, aut prouinciam illam reliquerit, in qua deliquit, iubemus legitimis edictis à iudice vocari eum: & si non audiat, illa in eum procedere, quæ nostris legibus[i] sunt definita.

¶ Si vero cognoscatur, quod in alia prouincia degat, iubemus prouinciæ illius iudicem, in qua crimen commissum est, epistola publica vti ad prouinciæ illius iudicem, in qua delinquens degit: ille verò, qui publicas susceperit literas, periculo suo & officii sui comprehendet eum, & ad iudicem prouinciæ transmittet,[k] in qua peccauit, suppliciis legitimis subiiciendum.

¶ Si vero qui publicam epistolam susceperit, hoc facere, aut officium eius imperata neglexerit, tunc & ipsum iudicem tres libras auri, & officium eius alias tres pro pœna inferre iubemus.

¶ Sin autem iudex, aut aliquis officialium suorum propter lucrum eum non comprehenderit, aut comprehendens non transmiserit, & hoc fecisse conuincatur, spolietur cingulo, & exilio tradatur.

Absens accusatus, legitimè, est reuocandus, & eo nõ veniẽte, proceditur vt à iure permittitur: & in delictis fit remissio ad locum vbi quis deliquit: quod si iudex loci vbi reus degit, facere neglexerit, punitur ipse, & eius officium forma, & pœna hic scripta. h. d. Sal.

Maritus, qui de adulterio accusauit, sine abolitione non potest desistere, hoc primo. Et desistens ab accusatione, est exclusus perpetuo. h. d. secundo. Bald.

Impp. Valerian. & Gallien. AA. Archelao, al. Archesilao.

LEX XVI.

ABolitionem[l] adulterii criminis postulãs, præsidem in cuius officio accusatio fuerit instituta, adire debes.

¶ Cæterum erras tu marite, existimans etiam si simpliciter, id est sine abolitione destitisses, senatusconsulto[m] in persona tua futurũ locum non fuisse, diuersum enim diui principes sæpè sanxerunt.[n] Quin hoc amplius scias, nullam fuisse tibi vlterius potestatem instituen-

k Transmittet: Hic est arg. contra, ff. de iudicijs, l. heres absens. §. 1. Solut. speciale est in delictis, vel hic, & supra, vbi de crimi. agi. oport. l. si. & in Auth. vt iu dis. sine quoquo suffrag. §. necessitatem. coll. 2. & idẽ vbicũque certæ personæ cognitio mãdatur, vt præsidi, vt sup. ne li. po. l. 1. & vbi quis de curiali, vel cohortali. l. si. sed in contractibus, si ibi non fuerit, bona, quæ ibi habet, possidentur, non tamen inuitus reducitur, si alibi versetur, vbi hẽt forum, vel domiciliũ: sed si alias latitet, põt idem, quod in criminalibus dici. Vel dic, vt in contrario notaui.

ADDITIO. Quid iuris sit in contrahentibus, vide in c. Romana, §. contrahentes. de, fo. cõpet. lib. 6. Et videas circa materiã istius Auth. glo. in verbo, de more. in cle. pastoralis. §. quod si. punitio. de re iud.

ABolitionem. CASVS. Marit⁹ si cœpit accusare suã vxorem, & velit desistere, impetrauit hoc à iudice, alioquin si simpliciter desistat, scilicet nulla impetrata abolitione, pœnam desertæ accusationis non euitabit, nec de cetero ex lege Petronia ad accusationẽ admittetur. Viuia.

l Abolitionem. id est licentiam desistendi, vt in Turpilianũ non incidat.

m Senatusconsulto. Turpiliano.

n Sanxerunt. immo videtur non incidere, vt. & ff. ad Turpil. leg. in senatusconsulto. §. si con-

Sol-

a Solu. illud intelligen patronis, & non in marito, cui solutioni est argum. contra ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. sed si mino. & §. si libertus. Vnde dic, quòd in contrario loquitur de tutore, & quibusdam alijs, qui sine metu calumniæ accusant, non de marito. Vel dic, an in euidenti erat etiam vir calumniatus, vt hic, an non, vt ibi. & supra de ijs, qui accusa. non possunt; l. secunda, in fi. sed à pœna talionis per legem Rémiam excusatur. Item & ab infamia, quę per Turpillianum etiam imponitur, vt supra eodē, l. iure mariti. Et sic etiam potest dici, quòd quo ad aliquid habet locum Turpillianum, scilicet ad pœnam quinquelibratrum auri, non infamię, quę sunt pœnæ Turpilliani, ut ff. de pręuarica. l. 2. §. fin. & infra ad Turpil. l. 1. & sic etiā isto modo potest tolli cōtrarium.

+ Cuius & aliud caput refert in l. circumcidere, ff. ad le. Cor. de sica.

a *Postea.*] vt ff. eod. quæsitum. §. fina. & ad Turpil. l. qui desistit. & supra qui accu. non poss. l. accusationem.

S*Ine metu.*] CASVS. Maritus iracundia commotus porrexit vxori libellum accusationis: an possit desistere, & eā sine metu legis Iuliæ in matrimonio retinere, quęritur. Et dicitur, quòd sic, quia ille solum punitur, qui sciēs damnatam duxit vxorem, ita qd non possit dissimulare se ignorasse. Viuian.

b *Fueris.*] vt & ff. eod. l. mariti. in princ. & §. quod ait. & l. quæsitum. §. fina. & argumē. ff. Turpill. l. quæsitum.

c *Capite.*] multa enim erant capita legis, vt ff. de mino. l. auxilium.

d *Vxorem.*] vt & supra cod. castitati. sed hodie contra, vt sup. cod. Authent. sed nouo.

E*Vm, qui.*] CASVS. Qui simul habet duas vxores,

di huiusmodi accusationes quia & decreto patrum, & lege Petronia * ei, qui iure viri delatum adulterium non peregit, nunquam postea [a] hoc crimen deferre permittitur. PP. 15. Calend. Iun. Maximo & Glabrione Coss. 257.

Potest maritus, re integra, libello accusatorio renūciare, ad quem offerendum ex leuitate, & sola suspicione processit. & sibi reconciliare vxorem. h. d. Bal. Vel sic: Qui vxorem in adulterio deprehensam retinet, vel de adulterio damnatam reducit: lenocinii crimen committit, nō qui vana indignatione libellum accusationis solum porrexit. h. d. Sal.

Iidem AA. Victorino.

LEX XVII.

SIne metu legis Iuliæ de adulteriis coercendis reuocare vxorem in matrimonium potes: cum nihil amplius, quàm libellos accusationis obtulisti: quia postea comperisse te affirmas, quod vana indignatione ad accusationem incitatus fueris. [b]

¶ Is enim committit in pœnam, quam lex certo capite [c] denunciat, qui vel publicè adulterio damnatam habet, vel adulteram sciens, vt ignorantiam simulare nō possit, retinet vxorem. [d] PP. 6. Calend. August. ipsis AA. 4. & 3. Coss. 258.

In delictis non requiritur, quod factum producat iuris effectum: sed sufficit ille effectus, qui est merum factū hominis. Vel sic: Habens duas vxores est infamis, & datum pro matrimonio putatiuo repetitur: & promissum non petitur. h. d. Bald. Vel sic: In delictis consideratur animus, & merum factum, non iuris effectus: ideo vxoratus scienter accipiens aliam vxorem, punitur, non mulier ignorans, imo res in dotem datas repetit. licet sibi promissa petere non possit. h. d. Sal.

Iidem AA. & Valerianus C. Theodoræ.

LEX XVIII.

EVm, qui duas simul habuit vxores, [e] sine dubitatione comitatur infamia. [f] In ea namque re nō iuris effectus, [g] * quo ciues nostri matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi destinatio cogitatur. [h]

Verum tamen ei, qui relicto cęlibatu cum aliam matrem familias in prouincia reliquisset, solicitauit ad nuptias: etiam crimen stupri, à quo tu remota es, quòd vxorem [i] te esse credebas, ab accusatore legitimo solenniter inferetur. [k]

¶ Cæterum res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonii simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis à rectore prouinciæ, [l] nam ea quidem, quæ se tibi, vt sponsæ daturum promisit, quomodo repetere cū effectu potes quasi sponsa? [m] Accepta Idibus Maii Anthiochiæ, Tusco, & Basso Coss. 259.

Exceptio procuratoria in crimine, non potest opponi post conclusum, vel quasi cōclusum in causa, ista est secunda lectura. vel sic: Exceptio procuratoria in crimine non liquidato. h. d. & not. l. optimam. Bal. Vel sic: Absente reo potest ferri sententia pro eo contra accusatorem præsentem, etiam in causa capitali. h. d. secundum Azo. Vel sic: Absentia accusatoris post liquidationem criminis, non impedit contra reum præsentem ferri sententiam. Sal.

est infamis. si ergo in ciuitate Romana vxorem habēs, alia in prouincia duxit, dicens se non habere vxorē, de stupro non tenetur accusari, nisi virum ipsa deceptus, scilicet quasi ignorans ipsum esse iure alterius accusare nō possit de stupro, & res, quas ipsa viro dedit, repetit, & illas quas vir ei, vt spōsæ promisit, nullo modo petet. Viu.

e *Vxores.*] idem si sponsas, ut ff. de ijs, qui notantur infamia. l. prima. Idem si vnā sponsam, & aliam vxorem.

f *Infamia.*] Not. quid Cinear. simul habet duas vxores nuper, uxores, infamis esse nobis dicitur, vt dicta l. de glos. super infami & l. quid er. verbo, iugo. §. 2. & supra de tit. effectu successus nuptijs. l. ne de biga. minem.

g *Effectus.*] verè eīm non sunt duo matrimonia. si enim primum valet, secundū non valet.

h *Cogitatur.*] secundum conatum. & sic est supra de excusatione tutorum. l. amplissimi.

i *Vxorem.*] & sic non es in dolo, vt ff. eod. l. penult.

k *Inferetur.*] non dicit adulterij, sed stupri, & sic non cōmittit maritus adulteriū ad solutam accedēs, vt diximus supra eo. l. prima.

l *Prouincia.*] Nisi desisses sciens, & idem in conuectis, qui per vxores reuocantur.

m *Sponsa.*] quasi dicat nullo modo, vt & supra de donat. ante nupt. l. ca. retines tamen data, quia ex sua non tua parte est turpitudo, ad instar eius, quod meretrici promittitur, ut ff. de condi. ob tur. cau. l. idem. §. 1. & facit ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cū hic status. §. penult. & §. simili modo.

Quamuis.]

QVamuis.] CASVS. Viator vxorem suam propter adulterium, quod commisit, à se reiecit, & de adulterio accusauit, dicit se non esse damnandum in absentia accusato ris: quid iuris sit? Reip. quod potest, nec viator ab excubijs est reuocandus. Vivia.

a *Oportere.* vt. & supra de accus. l. ne.

b *Litteris tuis.*] ò index, qui consulis me.

c *Materiam.*] proprium nomen vxoris accusatę.

d *Viatoris.*] proprium nomen viri, qui accusat.

e *Quaestionibus.*] per tormenta, postulante viro, qui accusabat. Azo.

f *Viatoris.*] scilicet absentis causa Reipublicę.

g *Praesentiam.* aliter enim procedi non deberet, per dictam l. fin. sup. de accusatio. sed certe hoc speciale est: & quia maritus vsque ad sententiam steterat, & omnia peregerat, & quia in seruitio Reipublicae erat. Vel ideo postulabat, vt objiceret, quod alle non poterat accusare per procuratorem, quod fecerat, sed hoc nō potuit, quia cum sit dilatoria, ante debuit proponi, vt ff. eod. l. si maritus. & ... praescriptiones.

h *Confe.*] idest patrato facinore, quasi plenè probatum erat, quod sola sententia restabat.

i *Limitis.*] praeterea extra ... limites imperij ... & facit supra eod. l. ... & supra quomodo & quando iudex. l. fin. & infra, vt intra certum tempus. l. h.

Hunc casum excepit glo. su. per verb. Aebatum in c. verita tis. de do. & contu.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. ad Pompeianum.

LEX XIX.

QVamuis indubitati iuris sit, quandocunque adulterij crimē intenditur, praesentiam accusatoris praecedere oportere,[a] tamen quoniā ex litteris tuis[b] cognouimus Materiam[c] Propositi Viatoris[d] vxorem, habitis quaestionib.[e] cū Iuliano quodam adulteriū cōmisisse, detectam sub ipsa prolatione sniç Viatoris[f] ipsius praesentiam[g] postulasse, non putauimus cōfecto[h] penè iudicio, facinore etiam agitata quaestione coniuncto, Propositū ab excubijs limitis[i] reuocandum. Da. 8. Non. Decembr. AA. & CC. Coss.

Tolle voluntatem de medio, et omnis actus est indifferens. Bal. Vel sic: Stuprum voluntarium punitur in utroque, non violentum in faciente. h. d. Sal.

Iidem AA. & CC. Didymo.

LEX XX.

FOedissimam[k] earum nequitiam, quae pudorem suum alienis libidinib. prostituit, nō et eară, quae per vim stupro cōpressę sunt, et reprehēsa voluntate, leges vlciscuntur, quia et inuiolatae existimationis esse, nec nuptias earū alijs īterdici merito placuit. PP. 3. Non. Octo. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

Tempus vtile non currit absenti in causa militiae, sed bene currit reuerso. h. d. Bal. Vel sic: Marito reipublicae causa occupato, non currunt tēpora ad accusandum de adulterio vxorem. Sal.

FOedissimam. CASVS. Mulier, quae sponte stuprum committit, punienda est, non quae per vim, quia cuilibet potest nubere. Viuia.

k *Foedissimam.*] loquitur in pria. quando mulier sponte cōmittit stuprum cum aliquo, & ... loqui, cum foemina ... ea vis, vt foemina, ... eandem l. cum ... de ... pol. ... prima ...

l *Voluntate.*] nam ... de adulterio vel stupro non possunt, vt hic, & ... plane. Et nota hanc violentum ... quam de vi publica fine praescriptionis ...

... quentij posse accusari, vt ff. eod. l. mariti. § fin.

OB commissa.] CASVS. Statuta sunt tempora, intra quae maritus vxorem suam accusare potest, ita quod si reipublicae causa absit, sibi reuersio danda est ex integro licentia accusandi, vt eam, quam citò munus sibi creditum impleuerit, accusare incipiat. Viuia.

Iidem AA. & CC. Silano.

LEX XXI.

OB commissa adulteria, atque accusandas vxores certa tempora,[m] quae vtiliter[n] computari solent, praescripta sunt. si igitur per occupationes publicas accusationē instituere nō potuisti, nec ante creditum tibi munus praescripta temporā[o] trāsacta sunt, post depositam sollicitudinem, quā detineris, integram accusandi potestatem habebis,[p] ad quam, cum vacare ceperis, properare debebis: nec effrenata licentia ad terrendam aduersariam futurae accusationis speciem praetendas.[q] PP. 14. Calen. Nouembr. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

Stuprum punibile nō cōmittitur cū meretrice. Bald.

Iidē AA. & CC. Oblimosae.

LEX XXII.

SI ea, quae stupro tibi cognita est, passim[r] venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se praebuit, adulterii[s] crimen in ea cessat.[t] PP. 12. Cal. Nouembr. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

Matrimonium, quod nō est, violari non potest, & redimens suam vexationem quod dedit, repetit, & vltra criminaliter punitur accipiens: sed rediment suum peccatum, super quo non poterat transigere, quod dedit, non repetit, & punitur tam ipse, quem accipiēs. h. d. Bal.

Iidem AA. & CC. Proculo.

LEX XXIII.

SErui ob violatum contubernium (suum) adulte-

& ea quae parit. § fin. colla.

SErui. CASVS. ... quem ...

m *Tempora.*] aliàs certa tempora, & aliàs certa suo tempora, quia & ipse vir, qui accusat, dicitur reus lenocinij.

n *Vtiliter.*] ad sex menses restringitur, non ad quinquenniū, quod quinquennium continuū est vt dixi.

o *Tempora.*] scilicet sex menses vtiles, & quinquennium continuū supra eo. l. ... re mariti, & l. adulterium. & ff. eo. l. quinquennium.

p *Habebis.*] communi iure, cum dixerit supra eod. l. si quondam: non autem tēpora talis absentiae, & facit ff. ex quib. cau. maio. l. si quas.

q *Praetendas.* statuetur enim terminus, vltra quem non audietur, vt sup. quinquennium non posse ... semper idem te accusaturum eam, vt hic dicit. & facit ff. de ... edicto. l. cum sex. & ff. de diuer. praescriptio. l. 1. & ff. eo. l. miles. & l. si vxori. Accur.

SI ea.] CASVS. Si eam, quae meretricio more ... oī qua liber fine delectu cō miscuit, stuprauerit, an stupri accusari posses, quaeritur. Et dicitur, quod non. Viuian.

r *Passim.* idest sine delectu, vt ff. de ritu nup. l. palam.

s *Adulterij.* idest stupri. nam adulterium non cessaret, si esset coniugata, licet sit venalis: non enim sic. & ff. eodem. l. si vxor. § primo, & sic lex Iulia vno pro alio vtitur, vt infra eo. l. quae adulterium. & ff. eod. l. mariti. § primo, & l. inter liberos. § lex.

t *Cessat.* vt nec ipsi, nec tu possitis accusari, sic ergo habet plus luxuria, quam castitas. & sic est argu. contra in Authent. de restitutio.

[illegible]

Dicitur, quòd non, & hoc in prima. Si verò Titius vxorem suam à se reiecit, & alij se copulauerit, & Seius ab illo pecuniam accepit, ne eum accusaret, an eam sic turpiter acceptam repetere possit, quæritur? Distinguitur, aut erat innocens, aut non. primo casu repetet, secundo casu nõ, & accipiens punietur. Vel dic aliter, vt in glo.

a *Non possunt.* vt ff. eodem, l. inter liberas. sed agitur serui corrupti, & iniuriarum, & lege Aquil. vt ibi, & ff. de iniur. l. si stuprum. & est ratio: quia nec est ibi matrimonium, vt supra de incest. nupt. l. cum ancillis. sed licet directa accusatio cesset, tamen extraordinariè etiam punitur, vt d. l. inter liberas. & ff. de offic. præs. l. fi.

b *Is autem.*] Titius dissociauit matrimonium quod cum Berta habebat, quam accepit postea Caius in vxorem, & hunc vult accusare Titius quasi durante primo matrimonio adulterasset cum ea, timens Caius, dedit Titio centum, vt desisteret, si iniustè opprimebatur, repetet, quod dedit, si iustè, non: & etiam qui accepit, punitur.

c *Dissociatum.* aliàs dissolutum, alia causa, quã adulterij, vel stupri, vt ff. eo. l. mariti 4. 1.

d *Metum.* nam potentes aduocatos [1] Titius habebat.

[1] Intellige potentes astutia forēsi, de qua in l. qui si nolit. in §. si mancipiũ. & est bona glo.

e *Ad recipiendum.* hoc per conditionẽ ob turpem causam. ex parte enim accipientis tantum est turpitudo, vt ff. de calum. l. in hæredem. §. primo. ad victionem agitur lege Iulia repetundarum. ad vtrunque agitur actione in factum de calumniatoribus, quæ in quadruplum datur vsque ad annum & sic: ad datis & pœnam, vt ff. ad legem Iuliam repetundarum. & ff. de calum. l. 1. in princ. & §. primo.

rij crimine accusari nõ possunt.[a]

¶ Is autem, [b] qui post dissociatum[c] matrimonium vxorem licito iure duxit, obque intentatę accusationis, ac potentis patrocinij metum,[d] ei, qui accusationem instituerat, aurum & argentum dedit, ad recipiendum[e] id, vlciscendamque turpis lucrj cupiditatem, adire præsidem potest[f] qui examinatis partium allegationibus, & inquisita fide veri, siquidem id ab eo, qui innocens est, ob illati criminis timorem datum esse cognouerit, quemadmodum sententiam formare debeat, ex euidentibus iuris [g] placitis instruetur.

¶ Si vero constiterit corrupti[h] matrimonii velut mercedem ad captandam impunitatem solutam pecuniam esse: eum, qui etiam [i] aduersus Senatusconsulti[k] censuram cum fędissimo flagitio accepit, puniri iubebit. PP. Cal. Nouembr. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 190.

Exceptio nullitatis matrimonii excludit actum ab accusatione adulterii. hoc dicit Bald.

Iidẽ AA. & CC. Dionysio.

LEX XXIIII.

Seius, à quo nunc adulterii ream postularis, contra iuris formam [l] contubernio hæsisti, innumeris auctoritatibus te tueri potes.

Damnatus de libidine commissa cum ancilla, non efficitur infamis. h. d. Bald. sed opinionem tantum agrauat. Sal.

Ijdem AA & CC. Sossiano.

LEX XXV.

Et si libidine intemperatæ cupiditatis ex actorum lectione exarsisse te cognitum est: tamen cum ancillas compressisse, & non liberas stuprasse detectum fit: ex eiusmodi sententia[m] grauatam[n] * potius opinionem tuam, quã infamia adflictã esse manifestum est.[o] PP. 5. Id. Mar. Tyberiano, & Dione Coss.

De emergenti & incidenti est prius agitandum, quã de causa prima. h. d. Bald. vel sic: Replicatio vel exceptio præiudicialis antea discutitur, & ea reprobata, super crimine proceditur. hoc dicit. Sal.

Iidẽ AA. & CC. Crispino.

LEX XXVI.

Qvoniam* Alexandrũ,[p] qui in crimẽ vocatur, etiam præscriptionem esse pollicitum eo nomine, quod accusator vxorem post deprehensum adulterium penes se habuisse videatur, & de statu suo[q] agere nunc velle perspeximus:[r] ita ordo quæstionis dirimẽdus videtur, vt in primis[s] quidem de statu Alexandri quęratur: ita vt si liberum eum esse adhibita audientia, deprehenderis, præscriptionis

S *Iuris.*] CASVS: Si tu es contubernalis alicuius, & ille vellet te de adulterio accusare, sibi non licet.

l *Contra iuris formam.*] quia erat seruus. ad quod est supra eodem, l. serui. & l. si ea quæ. in quibusdam libris deest hæc lex.

E*T si.*] CASVS. Alienam ancillam stuprasti, & dominus iudici conquestus fuit. si iudex probra tibi dixerit, an fias infamis, quæritur? Dicitur, quòd non.

m *Ex eiusmodi sententia.*] quia pronunciatum est te fecisse prædicta. argumen. ff. ad Turpil. l. 1. §. primo.

n *Grauatam.*] sic supra de ijs qui notan. infa. l. ea quæ.

* Gl. pen. in c. 2. de ord. cog. dicit talẽ casus opi. grauata est, non ad mitti ad honores.

o *Manifestum est.*] facit supra eodem leg. serui. & ff. eodem, lege inter liberas.

Q*voniam.* CASVS. Titius accusabat Alexandrum de adulterio. Alexander excipiebat de lenocinio Titij, quia dicebat Titium tenuisse eam post commissum adulterium; Titius replicando dixit eum seruum esse, quod illicitum titium sit præferendum, quæritur? Dicitur, quod prius inquiretur de statu, & si apparuerit liber, admittetur eius exceptio, si seruus, non. & si apparuerit eum adulterium commisisse, iudex eum vt adulterum punire debet. Viuianus.

* Concor. cum hac l. c. pen. ext. eod. tit.

p *Alexandrum.*] Titius accusabat Alexandrum de adulterio. Alexander obijciebat de lenocinio contra Titium. Titius replicabat Alexandrum esse seruum, & sic non posse de lenocinio opponere. hoc tertium prius debet inquiri. Accursius.

f *Potest.* Caius, qui dedit. Accurs.

g *Iuris.* inducentis prędicta auxilia, & facit supra de contrah. & comm. stip. l. si quidem & ff. de calum. l. si ab eo. Sed contra sup quod met. cau. l. accusationis. Sol. vt ibi.

h *Corrupti.* i. quo corrumpuntur matrimonia.

i *Eum qui etiam.* punitur ergo reus, quia habetur pro confesso, vt ff. de præuaric. l. in omnibus. accusator etiam incidit in Turpil. & etiam de pręuaricatione accusari potest, vt supra eo. l. de crimine.

k *Senatusconsulti.* Turpilliani.

q *Suo*] Alexandro.

r *Perspeximus.* Titium scilicet.

s *In primis.* [antequam de adulterio, vel lenocinio quæratur: nec enim ante possunt aliæ duæ determinari. Sic ergo ciuilis præponetur criminali, vt hic, & ipsa ad legem Flauiam de plagia. leg. præses. hoc ideo, quia præiudicialis est. aliàs contra, vt supra de ordinar. iudic. leg. finali. quæ est contra. An autem de hac incidenti pronunciabitur? Dic, quod non: licet quidam sic, vt nota. supra de ordin. iudic. l. prima.

Inde & homo dicitur versutus, qui intendit deceptionibus.

QVæ adulterium. CASVS. Seius commisit stuprum cum tabernaria: an possit accusari ob stuprum? Distinguitur, aut tabernaria erat domina tabernæ, aut ministra, quæ propinaverat vinum potantibus primo casu punitur, secundo non.

* Ex li. 9. tit. 7. le. 1. C. Th.

a *Quæ adulterium.* id est stuprum. lex enim Iulia promiscue vtitur hoc verbo vt supra eodem, l. ea quæ & ff. eod. l. inter liberas, §. lex Iulia.

b *Domina.* licet non nupta.

c *Intemperantia vina.* id est ex quibus oritur intemperantia, & incontinentia: vnde illud. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: venter enim mero affluens, facilè despumat in libidinem.

d *A vinculis iuris.* Vincula iuris dicuntur, quæ aliquem pro delicto vin. iūt ad pœnam. Accursius.

e *Pudicitiæ ratio* id est obseruatio.

f *Detinentur.* si delinquunt.

g *Nomen.* Hoc tamen nomen, strictè non accipitur, ut ff. de liber. exhiben. l. deinde, in fi. sed largè, quia scilicet non viuatur meretricio more, vt ff. de verborum significationibus l. pronunciatio. §. matresfamilias. In tertia significatione dicitur illa, quæ sui iuris est, vt ff. de ijs qui sunt sui vel alieni iuris. leg. nam ciuium.

*Concor. gl. in c. in præsentia. super ver. publicas. extra de sponsa.

Imp. Const. A. Africano.

LEX XXIX.

QVæ * adulterium [a] commisit, vtrum domina [b] cauponæ, an ministra fuerit, requiri debebit, & ita obsequio famulata seruili (vt plerumque) ipsa intemperantiæ [c] vina præbuerit, vt si domina tabernę fuerit, non sit à vinculis iuris [d] excepta. Si vero potantibus ministeriū pbuerit, pro vilitate eius, quę in reatū deducitur, accusatione exclusa liberi, qui accusantur, abscedāt, cum ab his fęminis pudicitiæ [e] rō requiratur, quæ iuris nexibus detinentur, [f] & matrisfamilias nomen [g] obtinent.

¶Hæ autē immunes * à iudiciaria securitate, & stupri, [h] & adulterii præstantur, quas vitæ vilitas dignas legum obseruatione non credidit. Subscripta & D. 3. Non. Februa. Heracliæ, Constantio A. 7. & Constantio C. Coss.

Non oībus permittitur accusatio adulterii pariter & ęque, sed primo coniunctis necessariisque personis. Et inter illas primo permittitur hoc marito: quia magis propriè proprium dolorē exequitur, & qui sine inscriptione, & sola suspicione potest accusare. Item nō licet matrimonium sub falsis contumeliis deformare, & adulter debet decapitari. h. d. Bal. Vel sic: Accusatio de adulterio hodie est permissa marito, & cæteris coniunctis hic enumeratis, extraneis exclusis. Et pœna adulterii est gladii. h. d. Sal.

Idem A. ad Euagrium.

LEX XXX.

ij QVamuis * adulterii crimen inter publica iudicia referatur, [i] quorū delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione concedit: [k] tamen ne volentibus temerè liceat fœdare [l] connubia, proximis [m] necessarijsque personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est patri, † fratri, necnō patruo, & auunculo, quos verus dolor [n] ad accusationē impellit.

¶Sed etiam his personis, legem imponimus, vt crimē [o] abolitione (si voluerint) compescant. [p]

¶ In primis maritum genialis tori vindicem esse oportet: [q] cui quidem, & ex suspicione ream [r] coniugem

* Ex li. 9. ti. 7. lib. 3. C. Th.

† Vel sic.

h *Et stupri & adulterij.* ex hoc colligunt quidam, quòd siue sit nupta, siue non, illa quæ meretricio more viuit, quod non committatur delictum cum de vtroque hic ponat scilicet de adulterio & stupro. Item propter hoc, quia maritus talem retinens, accusare eam non potest quasi lenocinium exercens, vt supra eodem, l. ita nobis. Tu dic, si est nupta quamquam vulgaris, potest accusari commissum, vt ff. eodem, leg. si vxor, §. primo, & sic intelligitur in nupta meretrice, ff. de ritu nup. l. stuprum, quamquam alij de alia vulgaritate intelligant, d. l. si vxor, loqui. Nec obstat nobis hæc litera: quia ambo ponuntur pro stupro tantum. quasi dicat, quouis nomine censeatur, & sic dices, &, pro idest. Item nec obstat, quod à viro non potest accusari: quia ab alio potest: sed & à viro, si [illegible] deferat. Itē & si est recepta viri accusatio, antequàm obijciat lenocinium: & sic non est simpliciter verum, eam à viro non posse accusari. & facit ad hoc ff. de concubi. leg. in concubinatu.

QVamuis. CASVS. Adulterij crimen quamuis inter publica crimina connumeretur: tamen quilibet non admittitur ad accusandum, sed primo maritus, postea pater, frater, & alij consanguinei, & possunt desistere ab accusatione, impetrata abolitione à principe. Maritus autem ex sola suspicione potest vxorem accusare, & tunc suspectam potest penes se retinere: nec tenetur maritus se subscribere in libello accusationis obligando se ad pœnam talionis. Post maritum, & propinquos admittitur extraneus, & is, qui damnatur de adulterio, capite punitur. Viuianus.

i *Referatur.* vt ff. de publ. iud. l. prima.

k *Conceditur.* & inde dicuntur publica, vt instit. de publ. iudi. l. 1. circa principium.

l *Liceat fœdare connubia.* hoc enim licere non debet, vt hic: & ff. eodem, l. cōstante. Sed quid, si matrimonium est solutum? Videtur contra quasi cessante causa, econtra. Idem, adhuc videtur fœdari præcedēs matrimonium, quod placet, quia & vir non accusat, nisi soluto matrimonio, vt supra eodem, l. crimen adulterij. quem præterea constat, vt hic: & probatur infra eodem, l. si mulier.

m *Proximis.* inter hos etiam est ordo, cum vir præferatur, vt hic subijcit. Sed quare dicit solummodo, cum etiam alij & post hos admittantur, ut ff. eod. l. secunda. in fine. & l. tertia? Respondetur intelligitur, donec prædicti extent, & accusare non recusent. inter ceteros autem iudex eliget, vt not. supra eo. l. iure mariti. licet hæc lex ordinat.

n *Verus dolor.* not. causam defendendi connubium. Sed. [illegible] ulteriores habēt priuilegium, quod habent [illegible] quattuor? fortè non. Item an hi possunt iure mariti omnes accusare? Respond. sic, quo ad hoc, vt præferantur alijs, vt hic dicit, sed non quo ad alia priuilegia, quæ habet vir, ut dixi supra eodem. l. iure mariti.

o *Vt crimen.* idest, criminis accusationem.

p *Compescant.* omnimodo enim permittitur abolitio, licet in alijs distinguatur, vt infra de abolitio, l. 2. in fine, & sup. eod. l. abolitionem.

q *Oportet.* contra adulterum, vt subijcit, cui quidem &c. sed & an idem contra adulterum? Respon. idem.

r *Ream.* idest, accusare eam: sic & reus, id est accusatus punitur, ff. ad Syllanianum. l. propter venenum. §. finali. & ff. de testi. l. in testimonium & ff. de acquirenda hæreditate. l. Pantonius. §. rei perduellionis. secundum Ioannem. At secundum P. potest petere, ut ex sola suspicione condemnetur, vt in authentica, ut liceat matri & auiæ, §. is quoque, §. & quia uero ita comperimus. collatio. 8. & infra eodem, l. si qui adulterij. Sed certè illa non dicitur suspicio, sed legis præsumptio. quare condemnatur, ut infra eodem, l. si qui adulterij,

a *Non prohibetur.* Vt supra eod. l. si sine metu. & ff. eodem, l. mariti.
b *Contineri.* idest, quia non debet libellum inscriptionis porrigere: & est speciale in marito. In alijs contra, vt supra qui accusa. non possunt. l. qui crimen. secundum P. sed Io. nō placet. debet enim inscribere, & sic libellum dare, vt ff. eodem leg. miles, §. quidam, & §. sexaginta. sed non tenetur vinculo inscriptionis: quia nō tenetur de calūnia, vt hic: & supra eod. l. iure mariti. nisi sit euidens, vt ibi dixi. Hodie autem inscribit, & donationem propter nuptias amittit, vt in auth. vt liceat mat. & auiæ. §. de adulterio. & §. si vir de adulterio. collat. 7.
c *Cum.* vel causaliè, vel temporaliter lege.
d *Annuerunt.* vt supra cod. l. iure mariti. & ff. de minor. l. auxilium.
e *Ab accusatione.* donec prædictæ personæ extent, & accusare non recusent, vt modo dixi.
f *Omne genus.* non singula generū: sed genera singulorum comprehendit, sic Instit. de suspec. tut. §. 1. nam & ipse vir nō astringitur, cum iure mariti accusat, vt hac l. Item mulieres, vt supra qui accusa. non pos. l. de crimine. Et continua sic, licet i huiusmodi crimine subscriptio celebretur: pœnanque inscriptionis quiuis (præter maritū) timeat, & licet crimen sit publicum: non tamen cuilibet, vt dictum est, datur delatio indistinctè: nā & in populari actio ne prius agit is, cuius interest, vt ff. de ijs, qui deie. vel effu. l. si vero. §. hæc autem actio. & ad idē ff. de sepul. uiola. l. 4. in princ. & ff. de libe. ho exhib. l. 3. §. hoc interdictum omnibus.
g *Sacrilegos.* i. quasi, non enim uerè est sacrilegium.
h *Gladio.* tam in mare, quam in fœmina, 2 sed in fœmina corrigitur, & alia pœna imponitur, vt in authen. quam hic lege, sed hodie adultera, quæ est in authent. vt nulli iudi. §. si vero quando, collat. 9. Ergo si vir in accusando calumnietur contra uxorem, quæ erit pœna talionis? Quidam dicunt capitis, cum in eo non sit immutata, ut in authen. vt nulli iudi. §. si uero quando, colla. 9. Alij, quod illa, quam subiret mulier conuicta. i. mitti in monasterium, pro quibus est in auth. ut lic. mat. & auiæ. §. quia vero plurimas. colla. 8. vbi dicit, & ita adulterum legitimè cōuictum vna cum uxore puniri.

1 † detinere.

2 † inclusa deciunt in C. Th.

2 Cōcor. d. ca. tuæ fraternitatis. cū gl. 1. de procur.

facere licet, vel eam si tantū suspicatur, penes se retinere 1 † non prohibetur, a nec inscriptionis vinculo contineri, b cum c iure mariti accusaret, veteres retrò principes annuerunt. d Extraneos autē procul arceri ab accusatione e censemus. nam & si omne genus f accusationis necessitas inscriptionis adstringat, nonnulli tamen proteruè id faciunt, & falsis contumelijs matrimonia deformant.

¶Sacrilegos g autem nuptiarum gladio h puniri 2 † oportet. PP. 7. Calend. Maij Nicomed. Constantino A. 7. & Constantio C. 4. Coss. 326.

IN AVTHEN. vt nulli iudi. §. si vero quando. collat. 9. constit. 9.

Pro adulterio non imponitur mulieri pœna capitis, sed in monasterium detruditur ad pœnitentiam peragēdam, bonis eius īter liberos (si quos habet) & monasterium, & parentes (si liberos nō habet) diuidendis, pro portione hic designata: pactis dotalib. post mortem etiam valituris. hoc dicit Bald. vel sic: Hodie adultera non punitur gladio, sed verberata detruditur in monasterium intra biēnium reconcilianda marito: vltra verò monastico induitur habitu, eius substantia diuidenda forma hic præscripta. h. d. Sal.

SEd hodie. CASVS. Auth. ista corrigit l. C. eo quod dicit adulteros capite puniri: quia hoc non est verum in muliere: quia verberatur, & in monasterium detrudit. & maritus intra biennium eam recuperare potest. Si biennium effluxerit, vel maritus non viuit, duæ partes bonorū suorū debēt dari filiis suis: tertia pars datur monasterio. Si filios non habuerit, monasterium omnia occupabit. Viu.

SEd hodie adultera verberata in monasterium i * mittatur; quam intra biennium viro recipere licet. k Biennio transacto, vel viro, priusquam reduceret ream, mortuo: adultera tonsa monastico habitu l suscepto, ibi dum viuit, permaneat: duabus partibus m propriæ substātiæ liberis, si habeat, applicandis: tertia monasterio. Sed si liberos non habet, parentibus extantibus, huiusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur, duæ n monasterio. Quibus prædictis non extātibus, omnis eius substantia monastero quæretur. Pactis dotalium instrumentorum in omni casu viro seruandis. o

IN AVTHEN. vt liceat matri. & auiæ. §. his quoque. collat. 8. constit. fin.

Maritus ei, quem habet de vxore suspectum, potest denunciare, ne cum ea loquatur: si ille spernit denunciationem, si quidem inuenitur cū muliere in loco suspecto, potest occidi, si in alio loco, in quo non possunt carnaliter coniungi, licet vellēt, potest accusari iudici, & debet puniri. Si autem in ecclesia, potest capi, & tradi custodi, uel defensori illius loci, qui debet eum custodire, & eum ad iudicem transmittere. Bal.

SI quis ei, quem suspectū habet, de sua vxor ter in

i *In monasteriū.* sed vī non dari ad pœnā alicuius corporis, ut inf. de penis. l. ne quis. & de decu. l. ne qs. lib. 10. Solu. hoc speciale. & ille in corpore non causa religionis facto.
k *Recipere licet.* sic corrigitur oīa iura illa, in quibus cauetur contra, vt sup. e. l. castitati. & ff. de minor. l. auxiliū, §. in delictis: nec dicat aliquis hic loqui, quādo ignorauit maritus, nam eo casu etiā iure veteri poterat retinere, vt sup. eo. l. sine metu.
l *Habitu.* nō tamen est monacha, secundum a Io. quod placet: quia pacta dotalia nō statim, sed demū naturaliter mortua valent, vt in fine huius §. sed si esset monacha, statim valerēt, vt s. de epis. & cler. l. Deo nobis. §. j.
m *Partibus.* imò videtur, quod tantum legitimam habent filij, vt supra de sacro san. eccl. auth. si qua mulier. quæ est contra. Sol. hæc per l. illā corrigit. Vel hic inuita intrusa fuit, ibi sponte intrauit.
n *Duæ.* partes: sed cum monasteriū sit loco filij, ut ī auth. de sanc. epis. §. sed & hoc præsenti. coll. 9. quare totum nō habet? Rū. quia se ō monachauit, vt dixi.
o *Seruandis.* patet ergo, quod prius nō fuit facta monacha, licet fuerit tonsa.
Sed nonne probato adulterio maritus etiam sine pacto dotem lucratur, ut supra de repu. l. cōsensu. §. vir quoque. & in authen. vt lic. matri. & auiæ. §. quia vero plurimas. collat. octaua? Respond. illud corrigi, secundum quosdam. Vel dic, 3 cum est ciuiliter conuicta, maritus dotem lucratur: sed cum accusata & damnata criminaliter, substantia diuiditur, ut hic. Vel hoc cum extranei accusant, illud cum maritus.

* Concor. gl. 1. in ca. tuæ fraternitatis, extra de procura. Vide Cuia. 6. obser. 11. 19. obs. 19. Hotom. 21. Illustri.

2 Nōt. ex hac glo. quod habitus nō facit monachum: sed spontanea voluntas.

3 Hæc vera secundum Ange. vel dic melius lucratur dotem nisi per pactū aliter sit prouisum: uā dispositio hois facit cessare dispōnē legis. l. fi. supra de pactis conuē tis. Suspicione sola, an possit quis damnari.

SI quis. CASVS. Si maritus habet aliquem suspectum de uxore sua, denunciare debet ter in scriptis, ut se abstineat; si post inuenerit eum cum uxore sua in domo uel sua, vel adulteri, poterit eum interficere; si in alijs locis, tradetur iudici. & in ecclesia, tradetur œconomo ecclesiæ, & custodietur separatim, & iudex mittet

ad

ad episcopum ciuitatis, ut sciatur quare debeant subire tormentum. Viuian.

a *Denunciauerit*. no. de vi denunciationis. sic supra de rei vendic. l. si fundum, & ff. quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. si quis. Item no. secundum Pet. quod ex suspicione quis dãnatur contra regulam ff. de pen. l. absentem. Sed dic esse præsumptionem adulterij, vt inf. eo. l. si hi qui adulterij. & in Auth. vt nulli iud. §. pen. coll. 9.

C*um vir*. CASVS. Lex ista tractat de quodã turpissimo st. pro. & est materia huius legis turpissima. ch per eleg ãtia verba tradita est, quod laudabiliter fecit Imperator hanc legem potes videre per se. Viu.

b *In fœminam*. [illegible] in officium fœminæ se supponit.

c *Infames*. ipso iure, nisi per vim fiat, vt ff. de postu. l. 1. §. remouet. & ff. qd met. cau. isti quidẽ & instit. de pub. iud. §. ij.

IN *adulterij*. CASVS. Si accusetur qs de adulterio, non solũ serui mulieris, sed viri torquebuntur. Viuia.

d *In adulterij quæstione*. non sic in incestu, nisi per vim adulterium sit commissum, vt ff. eod. l. vim passam. §. si.

e *Familia*. no. familiam inquiri. sic & supra de repu. l. consensu. §. pen. & infr. ad l. Cor. de sica. l. fi.

f *Domi fuerit*.] imo & si non sit domi. vt ff. qui, & a quib. l. prospexit, quæ est cõtra. Solu. ibi quo ad manumissionẽ prohibẽdam, hic quo ad tormẽta. Vel hic de seruis alienis dicit, in quib. vxor, vel maritus vsumfructũ hẽt, & facit sup. eo. l. verba. & quod ibi no.

A*Dulterij*.] CASVS. Si vxorẽ tuã de adulterio accusaueris, an potest opponere exceptionem. s. dotis reddendæ, vel alterius debiti. vt sic remoueat, vel differat adulterij accusationem, quæritur? Et dicitur. q non, sed his non obstãtibus procedit accusatio, & fertur sententia. & post sñiam latã, poterũt ciuiles qõnes intentari. Vi.

[m] Ex lib. 9. titu. 7. l. 3. C. Th.

1 † Viris porrectură & recte sm Contium. Arrigere. n. vt virorũ est, & ob scænũ, vt scribit Donatus, sic porrigere f. minarũ.

scriptis denunciauerit [a] sub præsentia trium testium fide dignorum, & post inuenerit eum cõuenientem vxori suę in domo sua, vel vxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in suburbanis, sine periculo eum perimat.

¶ Si alibi inueniat, tribus testibus conuocatis tradat eũ, iudici. qui nulla alia ratione quæsita, habet puniendi licentiam.

¶ Si tamẽ in sacro oratorio colloqui inueniantur, post tres, vt dictum est, denunciationes: liceat marito, vtrasque personas defensori ecclesiæ tradere, aut alijs clericis, vt ad eorum periculum diuisim isti seruentur, donec iudex cognoscens hoc, mittat episcopo ciuitatis, quatenus ei isti tradantur, vt debent subire tormentum, vt nuncietur per eum ad præsidem prouinciæ, qui secundùm leges pœnam imponat legitimam.

Pro peccato cõtra naturã imponitur pęna mortis. h. d. Sal.

Impp. Constantius, & Constans AA. ad populum.

LEX XXXI.

CVm * vir nubit in fœminã [b] viris porrecturã 1 † quid cupiatur: vbi sexus perdidit locum? vbi scelus est id, quod non proficit scire? vbi venus mutatur in alteram formam? vbi amor quæritur, nec videtur? iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquisitis pęnis subdantur infames, [c] qui sunt, vel qui futuri sunt rei. D. prid. Non. Decembr. Med. PP. Romæ. 13. Cal. Ianua. Constantio. 8. & Constante 2. AA. Coss. 326.

Pro veritate eruenda tota familia est torquenda in adulterii quæstione. h. d. Sal.

Hanc legem multum commendat Bart. hic, dicens ex ea manifeste probari, quòd tunc dicitur nomen rei receptum inter reos, quando facta examinatione super omnibus exceptionibus dilatorijs respicientibus processum, iudex pronunciauit procedendum esse super accusatione. Vnde ante li ẽ concessa tam potest dici nomen receptum inter reos, s. per illam pronunciationem, merito hoc potest fieri reo absẽte, vt l. adulteram, supra eod. licet glo. ibi aliter dicat; de quo etiã per eundem Bart. in l. is qui reus ff. de publ. iudic. in iij. col. uersic. quęro quãdo nomen rei, &c.

Impppp. Grat. Valẽt. Theo. & Arcad. AAAA. Cynegio PP. LEX XXXIII.

IN * adulterii qõne [d] ab oĩ familia [e] non solũ mariti, sed etiam vxoris (quę tũ tunc tpis domi fuerit, [f] quo adulterium dicatur admissum) quærendum est sine defensione cuiusquam. Dat. 3. Id. Decembr. Const. Arcad. A. 1. & Bautone Coss. 385.

Quæstio repetitionis dotis, uel alterius debiti, nõ potest obiici ad retractãdũ accusationẽ adulterii. Vel sic: Quæstio ciuilis nõ retractat processum in criminali. h. d. Bal. vel sic: Exceptiones friuolæ nõ sunt admittẽdæ: sed legitimæ, quæ ad processũ opposite prius sunt examinãdę. Et si non reperiuntur obstare, cognosci dẽt de crimine. h. d. S.

Imppp. Theod. Arca. & Honor. AAA. Rufino PP.

LEX XXXIIII.

ADulterii * accusatione proposita, præscriptiones [g] ciuiles, quibus aut dos repeti fingitur, [h] aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, [i] ea, quæ occurrere, atque perstrepere examini consueuerunt, iussimus sequestrari, [k] nec earum obice aliquid negotio tarditatis afferri: [l] sed accusatione fundata, hoc est, cum cõstiterit, quo iure, idest, maritine, an extranei, quoue tẽpore accusatio [m] fuerit intromissa, discutiatur crimen, facti qualitas publicetur: [n] cum & iurgia, [o] quæ magnitudine superantur, & ciuilis actio criminali iure postponatur. [p] Idem tamen, cum competere [q] cęperit, habitura momenti, dummodo non obsit huic examini. [r] Dat. 7. Idus Decembr. Constantin. Arcadio Aug. ii. & Rufino Coss. 392.

* Ex eo. li. & titu. l. 3. C. Th.

g *Præscriptiones*. id est petitiones, quas obijcit mulier uiro, ut obtentu earum remoueat, vel differat accusationem adulterij.

h *Fingitur*.] cum nulla sit, & idem si sit.

i *Flagitatur*.] quod vxor a viro petit.

k *Sequestrari*.] vt in iudicio non appareant.

l *Afferri*.] nam nec dilatio in causa adulterij danda est, nisi forte, vt personæ exhibeantur, aut iudex secundũ quod qualitas negotij suggesserit, hoc pmiserit, ut ff. eo. in crimine.

m *Accusatio fuerit*.] idest actio.

* Ex 20. li. & titu. l. 7. C. Th.

n *Publicetur*.] per probationes.

o *Iurgia*.] crimina minora, quæ superãtur a maioribus.

p *Postponatur*.] ut supra qui accus. non possunt. l. 1. & ciuilis postponatur criminali etiam aliàs, ut hic, & supra de ordi. iudic. l. fin. & sic argumentatur a maiori, & pari.

q *Competere cæperit*. quod erit, si fuerit absolutè in accusatione adulterij, aliàs non, ut infra eodem, l. fin. Idem in crimine alio, ut damnatus non possit eum accusare, licet inchoatas quandoque possit perficere, ut ff. de publi. iudic. l. is qui.

r *Examini*.] accusationis, nec examen accusationis iam terminatæ obijcitur ciuili postea intentandæ, si modo (ut dixi) fuerit absoluta.

Si qui-

S[i qui.] CASVS. Seius dicebatur commisisse adulterium cum Titia: Titius excusabat se ex pretextu, quod erat eius agnata: iudex in causa non processit, postea Seius duxit in vxorem eam, vnde præsumptio est contra eum, quod non fuit cognata eius, an sit puniendus, quæritur & dic, quod sic. Viuia.

a *Commisti.*] vt arg. sup. de epis. & cler. l. eum qui probabilē.

b *Publicabunt.*] sic 34. q. 1. c. 1. Et no. hic præsumptionem ex præsenti ad præteritum. sic & sup. de natural. libe. l. cū quis. & in auth. de restit. & ea. quæ pa. in 11. mēse. §. vnum si quidem. & §. mulier. n. collat. 4. in auth. vt nulli iud. § si quis vero accusatus. coll 9.

† Ex eo. li. 9. & tit. l. 8. C. Th.

c *Veluti conuictum.*] Ex præsumptione huius l. & sic nō. ex præsumptione hominis, nec obstat ff. de pœnis, l. absentem. sic & dixi de hoc supra eod. l. quamuis adulterij. Sed videtur, quod non debeant condemnari eam ab solutam: nisi doceatur de præuaricatione primi vel ff. de accu. l. si cui § ijsdem. Sed illud verum, quando probatione hominis tantum vteretur secundus accusator, hic autem probatione legis. Vel dic, quod prima causa nō fuit definita, sed indiscussa remansit.

S[i mulier.] CASVS. Mulier Titio nupta timens se subijcere alij propter accusationē adulterij, & ob hoc ei misit libellum repudij, vt sic subijceretur, an possit accusari, quæritur? Et dic, quod sic. Viuia.

d *Viduitatem.*] ad sequentia plenè refertur. quasi dicat, ideo deserimus viro, ne illam cōmaculet, &c. Item ad præcedentia, quia ideo diuertit, quia credebat postea non commaculare ali quid, quasi ei liceret.

* Ex li. 3. tit. 16. l. 2. C. The. & l. 2. C. Theod de repud. ubi plenior hæc lex habetur.

e *Accusationem.*] Nū quid accusabit adulterij vel stupri? Respond. st. pri, vt ff.

Ex præsenti præsumitur in præteritum, & violenti præsumptio, quam lex pro plena probatione habet æqui paratur cōfessioni partis. h. d. Bal. Vel sic: Per actum contrarium subsecutum præsumitur aliquid in preteritū, quod aliàs erat incredibile. h. d. Bal. vel sic: *Si is, qui repulit accusationem adulterii, quia cconiunctus mulieri, reperitur postea in vxorem illam ducere, puniendus est tanquam confessus. h. d. Bald.*

Idem AAA. Rufino PP.

LEX XXXIIII.

SI qui* adulterij fuerint accusati, & obtentu proximitatis intentata depulerint, per commemorationē necessitudinis crimini fidem derogādo, dum existimatur non debere credi, quod allegatur, vel nō potuisse cōmitti,[a] hi si postmodū in nuptias suas consortiumque conuenerint, facinus illud in quo fuerint accusati, manifesta si de atque indicijs euidentib. publicabunt.[b] Vnde si qui eiusmodi reperti fuerint, iustissimè vindicari, & veluti conuictum[c] facinus, confessumq. puniri. D. 2. Non. Decemb. Constant. Theodosio A. 3. & Abundantio Coss. 393.

Maritus quondam in accusationibus stupri aliis antefertur. vel sic: Sequens diuortium nō prodest mulieri quo minus a marito quondam possit accusari h. d. Bald. Vel sic: Maritus admittitur ad accusandam vxorem quōdam de stupro commisso, postquam diuertit ab eo. h. d. secundum lectur. glos. Sal.

Impp. Hono. & Theo. AA. Palladio PP.

LEX XXXV.

SI mulier* repudii oblatione sine vlla legitima causa a se dati discesserit, ne viduitatem[d] stupri procacitate commaculet, accusationem[e] repudiato marito iure deferimus. Dat. 12. Calen. Mart. Rauen. Eustachio, & Agricola Coss. 411.

Etiam mortua adultera serui adulteræ intra duos menses manumitti non possunt: quia durat post mortem quæstio adulterii propter dotem: post autem duos menses isti possunt manumitti, & subtrahi quæstioni, nisi per subterfugia adulterii istud tempus sit elapsum. h. d. Bart.

Imp. Iustinianus A. Io. PP.

LEX XXXVI.

LIbertatem* seruorum, qui ad dominium pertinent vxoris, vel mariti, vel parentum eorum, repudio misso, propter suspicionem criminis adulterij, legum cōditores intra duorum mensium spatium post missionē repudii numerandum suspēdi definiunt,[f] propter tormentorum quæstionem (si opus exegerit) eis imponendam.

¶ Sin vero vxor tua, matrimonio sub præfato modo dissoluto, rebus humanis exempta fuerit: nihil de tempore, quousque seruos eos propter memoratam causam permanere deceat, adijciunt.[g]

¶ Nobis verò necessarium esse videtur, certum tempus etiam in hoc casu statuere propter dotis quęstionem, vtrum in lucro marito cedat, an hæredibus mulieris restituatur.

¶ Sancimus itaque duos etiam menses post mortem mulieris seruari, vt intra eos antedicti serui permaneant, & facultatē maritus habeat probationes adulterii per eos præstare.[h]

¶ Transacto vero memorato tempore, licentiam habere hæredem mulieris libertatē eis imponere:[i] † nisi per culpam eius maritus prohibitus fuerit causam adulte-

eo. l. inter. §. lex Iulia. sed pęna adulterij imponitur, vt detrudatur in monasterium, vt in auth. vt nulli iudi. §. quia vero aliqui. colla. 9. & in auth. vt hic. mat. & auiæ §. quia vero quædam, coll 8. Sed nonne, & quilibet alius pōt accusare? Rñd. præferam virū quondam, p legem istā. Sed quid si meretricio more viuat? committi non videtur in ea stuprum, vt sup. eod. l. si ea. Sed hic dicas contra in odium remittentis libellum per dictas auth. vt nulli iud. §. quia vero aliqui. & vt lic. mat. & auiæ §. quia uero quædam. & facit ff. eod. l. qui pupillam. in prin. & l. pen. Acc.

* Sumpta est hæc cōstitutio ex 30. Eclog. 37. ca. 67. 6. Harme. nop. 2.

L[ibertatem.] CASVS. Si mulier accusetur de adulterio, tam serui sui, quā mariti, quam parentes torquebuntur intra duo menses computados a tpe diuortij, & serui manumitti nō pōt. Si vero mulier pendente accusatione decesSit, post mortem examinabit accusatio, & serui intra duos menses cōputandos a morte mulieris manumitti non debent, quibus elapsis poterit hæres mulieris eos manumittere. Viuia.

f *Definiunt.*] vt ff. & a quib. pro spexit. & sup. eo. l. in adulterij & l. verba, ubi plene diximus. Acc.

g *Adijciunt.*] sed quid si uir decederet, uel pater, uel mater mulieris: sic, ut d. l. prospexit in fine, & l. seq. & l. si priuatus. §. fin.

h *Præstare.*] ut hoc probato, dos cedat eius lucro, ut & supra de repud. l. cōsensu. §. uir quoque. & §. uirum. Et sic no. post mortem quæri de crimine propter bona, ut hic, & ff. ad Syl. l. Caius, & sup. de asser. tollen. l. 1. in fi. & supra si re. uel accu. mor. fuerit. l. 1. quod. Item habet locum hæc lex tantum, quādo facto diuortio decessit, secus si in matrimonio. Acc.

i *Imponere.*] sed an per

† *Imponendi.* Hoc verum est, quā maritus sciuit, secus si ignorauit.

per alias probationes admittitur, saltem iure extranei, vsque ad alios quattuor menses? Quod videtur: sed excipiendo si de dote conueniatur perpetuo probabit: quia quæ annua, &c. vt supra de exceptio. l. licet. & ff. de exceptio. do. l. pure. in fine.

SI QVIS EAM, cuius tutor fuerit, corrupetit.

Specialiter de quadam corruptione dicit.

SI tutor. CASVS. Si tutor pupillã factam adultam stuprauerit, deportabitur, & bona sua confiscabuntur: licet pœna, qua raptor virginis punitur, fuerit plectendus.

a *Raptori*. virginis.

b *Leges imponunt*. quæ est vltimi supplicij, ut infra de raptu virg. l. prima. sed pœnæ mitius interpretandæ sunt, vt ff. de pœnis, l. interpretatione. & sic dictio, quãuis, hic posita aduersatiuè, nõ correctiuè ponitur, & facit ff. de adulte. l. qui pupillam, in principio.

† Ex li. 9. titu. 8. l. 1. C. Th.

rii, tempore videlicet, imminente exercere. Dat. 5. Calẽ. Nouembr. Constantinopo. post Consulatum Lampadii, & Orest. VV. CC. anno secundo. 532.

TITVLVS X.

Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit.

Si tutor quondam committit stuprum cum adulta, debet deportari bonis omnibus confiscatis. Baldus.

Imper. Constantinus A. ad Bassum Vicarium. Italiæ.

LEX VNICA.

SI† tutor pupillam quondam suam, violata castitate, stuprauerit, deportationi subiugetur, atque vniuersæ eius facultates fisci iuribus vendicentur, quamuis eam pœnam debuerit sustinere, quam raptori [a] leges imponunt. [b] Dat. pridie Non. April. Constãtino. A. 7. & Constantio C. Consulibus 326.

DE MVLIERIBVS, quæ se proprijs seruis iunxerunt.

Et hic de quodã allo speciali stupro ponit.

SI qua. CASVS. Si domina cũ seruo suo se immiscuerit, capite plectetur, & seruus comburetur, & quilibet admittitur ad accusationem illorum: & si ex tali commistione nati fuerint filij ad dignitates nõ promouebũtur, nec ex matris substantia aliquid percipient: mulieri succedant filij legitimi, vel his non extantibus alij propinqui: & si quid habuerit in peculio, hoc, quod superest mulieri ad victum, dabitur successoribus eius. Viuia.

c *Occultè*.] multò magis si manifeste. Et nota, quod curialiter dicit.

d *Subiugetur*. scilicet fœmina, & est speciale: aliàs alia pœna pro stupro imponitur, vt Instit. de pub. iudic. § item lex Iulia de adult.

e *Verberone*. idest seruo, qui post verbera comburitur: sed alias econtra, quando dominus cum ancilla sua rem habet, vt Institu. qui manumit. non poss. § eadem. & supra commu. de manumiss. l. fina. de natu. lib. auth. quod ius. Accur.

TITVLVS XI.

De mulieribus, quæ se proprijs seruis iunxerunt.

Seruus, qui concubuit cũ domina, debet comburi, & domina decapitari, & filii inde nati sunt spurii, & insuccessibiles matri, & eorũ successio defertur aliis legitimis successoribus. hoc dicit Baldus.

Imper. Constan. A. ad populum.

LEX VNICA.

SI qua [c] cum seruo suo occultè [c] rem habere detegitur, capitali sententiæ subiugetur, [d] tradendo ignibus verberone. [e]

¶ Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, sitque officio copia nunciandi, [f] sit etiam seruo licentia deferendi, [g] cui probato crimine libertas [h] dabitur.

¶ Filii etiam, quos est hac coniunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis [i] insignibus, in nudã maneant libertate, neque per se, neque per interpositam personam quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris.

¶ Successio autem mulieris ab intestato, vel filiis, si erunt legitimi, vel proximis cognatis deferatur, vel ei, quem ratio iuris admittit. [k]

¶ Id autem [l] & quod ille, qui condemnatus est, & quod ex eo suscepti filii quolibet casu in sua videantur habuisse substantia, mulieris dominio sociatum, [m] à memoratis successoribus vendicetur. Dat. 4. Calend. Ianuar. Sardicæ, Constantino A. 7. & Constantio C. Coss. 326.

f *Nunciandi*. & probandi necessitas, vt infra de curiosis. l. prima. lib. duodecimo.

† Ex di. 9. tit. 9. lib. 1. C. Th.

g *Deferendi*. speciale: sed regulariter contra, ut ff. de iud. l. vix.

h *Libertas*. dabitur pro præmio: & sic pretium dabitur domino à fisco, ut supra quibus ex caussis serui pro præmio accipiunt libertatẽ. l. penultima. At ille seruus stuprator manumitti non potest, vt ff. de hæredi. instituen. l. his verbis. §. primo. & supra de collu. deteg. l. prima. & institut. de hæredibus institut. §. seruum. Accursius.

i *Dignitatis*. quam per matrem sibi afferebant Accur.

k *Admittit*. agnatum, vel cognatum, vel etiam virum, si habet: & est hoc speciale, vt nulla pars bonorum publicetur: aliàs contra, ut infra de bo. proscr. l. finali. quæ est cõtra. & facit supra de incestis nuptijs, l. si quis incesti.

l *Id autem, & quod ille*. seruus, qui condemnandus est, qui dicitur habere in peculio non vt suum: quia seipsum non habet.

m *Dominio sociatũ*. non fit, vt sibi teneat, sed vt succedẽtibus mulieri detur, cum ipsa capitali sententiæ subijciatur.

TITVLVS XII.

Ad legem Iuliam de vi publica, vel priuata.

Ob debitum viri res vxoris capi non possunt, & capiens, vim committit. hoc dicit Bald.

AD LEGEM Iuliam de vi publica vel priuata.

Dixit de maiorib. criminibus, sequitur de minoribus. Vel quia violẽtia in pdictis quæque committitur, de hac violentia dicit: & quia hæc lex Iulia tractat de ipsa violentia: ideò de ea interpretandà corrigenda, & supplenda dicit, & quæ sit eius pœna, dicitur inf. l. 2.

Ob-

OB *debitum*. CASVS. Creditor siue fuerit priuatus, siue fiscalis, bona vxoris debitoris per vim accipere non debet: alioquin lege Iulia de vi, accusari poterit. Viuianus.

a *Munus*. quod gessit maritus, nisi fuerit primipilarius, de quo dic, vt supra quibus ex causis pignora. contra. l. fa. tis.

b *Videtur*. non ergo liceat, vt sup. ne vxor pro mari. l. prima, & secunda. & de donatio. inter virum & vxorem, l. res. An autem res ipsius debitoris? Dic, non, vt infra vi bonorũ rapt. l. 3. & infra eo. l. in possessione. Nisi ex conuentione, vt supra de pign. l. 3. & facit supra de priuil. fisc. l. 1. Accursius.

† Concor. c. ex parte vestra. cũ gl. ff. sup verbo, aliena, de rescript.

TVtoris. CASVS Tenebatur tutor pupillo in centũ malæ administrationis condemnatus: quia alicui vim intulit, relegatus est, & tertia pars bonorum suorum confiscata: an pupillus ratione tertiæ illius possit conuenire fiscum iudicio tutelæ, quæritur. Et dicitur, quod sic.

c *Tertia pars*. quæ est pœna huius legis cum relegatione: sed si publica est vis, tunc omnia auferuntur & deportantur, vt Institu. de publicis iudi. § item lex Iulia de vi. & infra eodem. leg. quoniam, & ff. eodem, l. secunda.

1 † Successor.

d *Tutelæ*. personalem ergo non solum hypothecariam cõtra fiscum intentes: nec est speciale in pupillo: sed idem in quolibet creditore, vt ff. soluto matrimonio. l. si marito. i principio. & infra de bonis proscrip. l. si vt proponis, & de sent. passis. l. secũda. & supra de fideiuss. l. prima. Nec obstat, ff. de iure dotium. l. mulier. quia ibi mulier non amisit bona, & sic non põt dici maritus, tãquam successor.

e *Præscriptio*. idest exceptio, vt pacti, vel similis. Vel dic propriè, vt triginta annorum.

f *Successio*. idest successor, vt est fiscus.

g *Pro oneribus*. vt & supra si certum petatur, leg. prima.

Impp. Seuerus, & Anto. AA. Pelitiæ.

LEX PRIMA.

OB debitum [a] viri, vel ciuile munus, [a] res vxoris, qui pignori capiunt, vim cõtrahere videtur. [b] Dat. Calen. Iul. Romę, Antonino A. 2. & Geta 2. Coss. 206.

Fiscus ex debito succedens pro parte, creditoribus confiscati pro rata tenetur. Item illis defensionibus vti potest, quibus poterat vti dãnatus. Vel sic: Tam ius agẽdi, quã conueniendi, & ius excipiendi transit in fiscum. h. d. Bal. vel sic: Fiscus pro quota bonorum ad eum peruenta, tenetur creditoribus. h. d. Sal.

Imp. Antoninus A. Vero.

LEX II.

TVtoris tui lege Iulia de vi priuata damnati, si tertia pars [c] bonorũ fisco vẽdicata est, tutelæ [d] actionem pro ea portione aduersus fiscum dirige: modo si nulla p̃scriptio [e] locum habeat. Nam successio [f] 1 † pro oneribus [g] portionis suæ respondet. PP. 15. Cal. Martij Antonino A. 4. & Balbino Coss. 214.

Socer põt agere de rapina sponsæ, & pater potest agere de inclusione, siue incarceratione filii sui. h. d. Bal. vel sic: De raptu sponsæ, & filii inclusione potest agi lege Iulia de vi publica, vel priuata. h. d. Sali.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. & CC. Bianori, al. Vranori.

LEX III.

SI confidis sponsam filij tui raptam esse, [h] vel filium tuum inclusum, instituere [i] 2 † solemni more legis Iuliæ de vi [i] accusationem apud præsidem prouinciæ nõ prohiberis. PP. octauo Calendis Maij, Veronæ AA. Coss.

& de hæredi. actio. l. prima.

SI *confidis*.] CASVS. Si sponsam filij tui rapuerit quis, vel filium tuum per vim incluserit: an cum lege Iulia de vi accusare possis? Respondetur, quòd sic. Viuianus.

Ex delicto serui criminaliter accusatur ipse seruus, non dominus: sed si dominus etiã deliquit (puta verberando) potest ipse de suo delicto conueniri. Baldus.

Ijdem AA. & CC. Liberatio.

LEX IIII.

SI criminis accusationem propter res à seruo [k] raptas intentandam putaueris, non contra dominum, sed contra eum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. [l] Sed quoniam à Fiscinulo etiam te verberibus afflictum adseueras: si hominibus coactis hoc fecerit, de hoc etiam, [m] si legis Iuliæ de vi priuata reum deferendum 3 † putaueris, apud præsidem prouinciæ age, non ignarum quemadmodũ criminibus probatis res vendicari debeat. [n] S. decimoseptimo Calendas Iulii Sirmij, AA. Coss.

Titulus crediti non excusat ingredientem vi. Bald. vel sic: Creditor per vim prohibetur ingredi possessionem fundi debitoris. h. d. Salic.

Ijdem AA. & CC. Oploni.

LEX V.

IN possessionem fundi licet creditor per vim ingrediatur, Iuliæ legis vi priuatæ [o] reus deferri potest. S. 6. Id. Decembr. Nicomediæ, CC. Coss.

h *Raptam esse*. id est, hoc te posse probare.

2 † instituere.

i *De vi*. vt ff. eod. l. & eum. sed & primo casu potest agi de raptu, & maior pœna imponitur, vt infra titulo primo. Itẽ secundo potest accusare de priuato carcere, vt supra de priuat. carce. l. 1.

SI *criminis*. CASVS. Si seruus tuus res meas rapuit, ipsum, non te accusare debeo l. Iulia de vi. si vero tu me verberaueris hominibus coactis: te potero l. Iulia de vi accusare.

k *A seruo*. Fiscinulli.

l *Instituere debes*. accusationem legis Iuliæ de vi publica vel pri. sed contra, ff. de accu. l. hos accusare §. omnibus. sed dic intentari hic, vt vltimo supplicio puniatur, vt infra eodem. seruos. vel etiã aliàs corporaliter coerceatur, vt innuit in fine huius legis, & sic grauius punitur, quam liber in bonis & relegatione, arg. ff. ad legem Corneliam de sica. leg. tertia, §. penultimo. Accursius.

3 † defendendum.

m *De hoc etiam*. id est propter hoc quasi diceret non solum iniuriarum ages, sed etiam hac lege criminaliter.

n *Debeat*. quæ est pœna dixi supra eodem, l. secunda. & facit supra de noxal. l. si seruus. & supra de accusa. l. 2.

IN *possessionem*.] CASVS. Si creditor in possessionem fundi sibi obligati per vim ingrediatur l. Iul. de vi poterit accusari.

o *Priuatæ*. vt ff. ad l. Iul. de vi priua. l. fina. & inf. vi bo. rapt. l. 3. nisi ex pacto. vt sup. de pig. l. 3. Sed õ ff. de fur. l. cum creditor. sed ibi furti actionẽ denegat: vel in dubio illud obtinet. at hic probatur vis malo animo commissa, vel ibi ex pacto accepit, & facit sup. eod. l. 1. Accur.

Quoniam.

Quoniam. CASVS. Possidebam quoddam prædium: tu illud inuasisti, & ego tibi resistebam. in illo conflictu aliquis interfectus est, vel ex parte mea, vel ex tua: quã pœnam pati debeas, quæritur. Et respondetur, quòd pœnam capitis, non deportationis, vel relegationis, nec audieris appellans.

a Quoniam. vide rationem, quare durius puniri pro homicidio debeat. Accursius.

b Continentur. vt dãni dati: iniuria, vulnerum illatio, & homicidia, sic supra de his, qui ad ecclesiam confug. l. 3.

c Certantibus. i. possessione prædij auferenda. Accur.

d Interemptus fit. nota, quod non distinguitur, à qua parte sit interemptus, nec à quo. dicas tamen, quod si potuit se sine homicidio defendere aggressus, quod tenetur, vt supra vn de vi. l. 1. & ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. & l. si ex plagis. §. 1. Itẽ an nihilominus teneat occisor, quod dici potest, secundũ H. nihil enim vetat plures de eodem homicidio teneri, nisi ad defendendum fecerint. Accur.

e Supplicium. corporalis pœnæ, scilicet capitalis, vt subijcit. Sed nunquid iuuantes eum, si in aliquo damnẽtur, poterunt agere mandati, vel ex stipulatione, si promiserit reddere damna? Respon. nõ, quia cum sit turpis promissio, potior est cõditio possidentis, vt Instit. manda. §. illud. Item nota hic puniri affectum, vltra quam se extendat, quia hic violentus solam possessionem habere affectauit, non occidere; unde uoluntas, & propositum non distinguunt hic maleficiũ, quod est alibi, ut ff. ad leg. Cor. de sicar. l. 1. §. diuus. sic de termino moto etiam ignorans punitur, ut ff. de termo. l. 2. in fi. Sed in hoc est contra illa lex, quia ibi minus punitur ignorans, quod hic non est. Sol. hic plura delicta, & mala sunt, vel ibi in splendidoribus dicit, vel ibi no fuit vis aliqua.

ADDITIO. Tu uideas de hoc Bar. in l. diuus. ff. ad l. Corn. de sicar. vbi pulchrè pertractat, quid iuris, quando quis plus deliquit, quam cogitauerat.

f Tentauerit. i. tentando fecerit, uel tentauerit quantum ad ablationem, quod facere non potuit.

g Præbuerit. sic ff. si quadr. pau. fe. dic. l. 1. §. cum arietes, & supra unde vi. l. meminerint, & de accu. l. fi.

h Relegatione. quæ est pœna legis Iul. de vi. priu.

i Deportatione. quæ est pœna publicæ uiolentiæ, ut dixi supra eod. l. 2. Accurs.

k Suspendat. no. sic supra, quorum appellat. non recip. l. obseruare, & infra de fal. mo. l. prima, §. primo. & infra tit. primo, §. primo.

Accedens ad rem ab alio possessam, causa expellendi illum de possessione, si ea occasione homicidiũ interuenit, siue ex parte insistẽtis, est ad mortem condemnandus, & appellare non potest. h. d. lex nostra, quam no. Bald.

Imperat. Constantinus Aug. ad Catulinum Procons. Africæ.

LEX VI.

QVoniam [a] * multa facinora sub vno violentiæ nomine continentur, [b] cum aliis vim inferre certantibus, [c] 1 † aliis cum indignatione resistentibus, 2 † verbera, cędesque crebro deteguntur admissæ: placuit, si fortè quis, vel ex possidentis parte, vel ex eius, qui possessionẽ temerare tentauerit, interemptus [d] fit: in eum supplicium [e] exerceri, 3 † qui vim facere tentauerit, [f] & alterutri parti causam malorum præbuerit: [g] & non iam relegatione, [h] aut deportatione [i] insulæ plectatur, sed supplicium capitale excipiat: nec interposita prouocatione sententiam, quæ in eum fuerit dicta, suspendat. [k] 4 † Dat. 15. Calen. Maij Serdicæ, Gallicano, & Basso Coss. 317.

† Ex li. 9. tit. 39. l. 1. C. Th.

1 † tentantibus.

2 † repugnantib.

3 † exerceri.

4 † suspendatur.

Si quis. Duo facit, quia primo dat consilium per viam iuris. Secundo punit eum, qui suo suscepto consilio superbiam sequitur uoluntatis secunda ibi, quod si omissa; secundum Odofr. & Cynum.

CASVS. Huius legis ponitur in gl. sed clarius dic sic: Licet de possessione fundi me expulisti, an agere possim ciuiliter interdicto, vnde vi, uel criminaliter lege Iul. de vi. quo casu nisi probauero, sustinebo pœnam talionis, si verò te deieci, restituã tibi possessionẽ, & me accusabis lege Iul. de vi. & differtur pœna mea quousq; de possessione fuerit agitatum, & si cõtra me fuerit pronũciatum in causa criminali, deportationis pœnã sustinebo omnibus bonis meis cõfiscatis. Viuia.

Expulsus contra expulsorem potest tam ciuiliter agere, quam criminaliter accusare: in criminali legitimè se subscribendo. hoc primo. Si expulsus ex interuallo suũ deiecerit expulsorem, potest interdicto recuperatorio ciuiliter conueniri: & causa per cõdemnationem terminata, criminaliter deportandus accusari, exinde si venias criminaliter condemnandus. h. d. Bald.

Idem A. ad Bassum P. V.

LEX VII.

SI quis * ad se fundum, [l] vel quodcumq; [m] aliud asserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat, aut ciuiliter super possidendo agat, [n] aut impleta solemnitate [o] iuris crimen violentiæ opponat: non ignarus eam se sententiam subiturum, si crimen obiectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. [p] † Quòd si, omissa interpellatione, [q] vim possidẽti intulerit, [r] ante omnia violentiæ * causam [s] examinari præcipimus, & in ea re-

† Ex e. li. & tit. 3. C. Th.

† Vide Cuiac. 5. obs. 15.

l Si quis ad se fundum. De fundo, quem possideoam, me deiecisti, debeo vel ciuiliter, scilicet petitorio, vel possessorio repetere. uel criminalem accusationem de vi instituere, & inscribere. Si autẽ ex interuallo mea authoritate te deiecero, ages cõtra me de violenta possessione per interdictum, unde ui; & postea criminaliter de vi me accusabis, vsque tunc differetur pœnæ impositio.

m Quodcumque aliud. vineam, vel domum.

n Agat. id est interdicto, unde ui, possessione, uel, id est, rei uẽdicatio. nomine rei possessæ.

o Solemnitate. scilicet inscribendo solemniter, vt dixi supra de accusat. l. penult.

p Excipere. vt supra de accusat. l. fin.

q Interpellatione. iudiciali.

r Intulerit. sua authoritate.

s Violentiæ causam. id est causam possessionis, in qua commissa est uiolentia, & in qua de uiolentia incidenter quæretur, & postea principaliter in forma accusationis. Sed quando tractabitur hæc causa? Respond. antequam quæratur, uel tractetur, quis dominus eorum sit, vel non uel quale ius habeat in re aliquis eorum. & hæc est plana. Vel dic ante omnia, idest, antequam de crimine in forma accusationis quæratur. & sic concor. supra de appel. l. 1. & ff. de iudic. l. si de ui. & ff. eod. l. qui cœtu. §. 1. sed contra infra quando ciui. actio crimin. præiud. l. 1. ubi dicit actori dari electionem ciuilem, uel criminalem, quam uelit prin. quærere. Sol. nullum est contra, quia siue primo agatur ciuiliter, siue criminaliter, ante omnia examinatur crimen incidenter, nec aliter de interdicto, unde ui, quæritur, nisi prius uiolentia patefacta. Vel dic ante omnia, idest ante accusationem criminalem, scilicet si uoluerit expulsus, uel ante omnia, idest præcipue. Sed quærit, quare de interdicto, unde ui, examinatur, cum certum sit eam commissam: pro constanti enim posuit, quod sit illata, cum dixit, & intulit? Respond. expone intulit, i. intulisse dicatur, sic ff. de contrahend. emptio. l. si in emptione

& ff. de vsufr. leg. l. si alij, in fin. secundum quosdam. Alij, quod licet constet de vi, dicebat tamen, quòd incontinenti fecerat: & sic sibi licuerat, vt ff. de vi & vi ar. l. qui possessionem. Vel secundum Azo licet constet: dicebat tamen, quod cãsu iuris conseruandi fecerat, vt quia dominus fructuarium vel vsuarium deiecerat: vnde aliqui quaeri, quo animo fecerat. Ioan. posuit casum de hoc quod si omissa &c. quod incontinẽti repulerit. & quod dicit infra reparentur iura, s. dampna. & quod subijcit restituta, exponit, i. restituto damno.

Vim facere quandoque licet.

mis & seruus in metallum dabitur. si vero persona domini vilis fuerit, & saepius tale delictum commiserit, poena constitutionibus comprehensa puniendus est: quae ista sit, non aperit: tamen dic poena capitis, vel leg. Iuliae de vi. iudex vero, qui id exequi distulit, infamis erit.

1 Quis. 2 Venerit.

quiri, quis [a] 1† ad quem peruenerit 2† possidentem: vt ei, quem constiterit expulsum, [b] amissae possessionis [c] iura reparentur, eademque protinus restituta, si criminalis quaestio agitetur [d] violentus poenae non immerito destinatus, [e] in totius litis terminum differatur: [f] vt agitato negotio principali [g] (si cõtra eum fuerit iudicatũ [h]) in insulam deportetur, bonis omnibus abrogatis. [i] PP. pri. Non. Octob. Romae, Cõstantino 5. & Licinio Caes. Coss. 319.

Seruus qui proprio motu vim intulit, debet mori: si hortatu vel iussu domini, poena mitigatur: & ideo damnatur in metallum: hoc primo. Viles personae, quae bis, aut saepius violentiam commiserunt, debẽt atrocius puniri, quàm cum semel tantum: hoc secundò. Punitur iudex qui vim illatam differt vindicare, vel remittit, vel imponit mitiorem poenam, quã debebat imponere. h. d. Bald.

Imppp. Valent. Theo. & Arcad. AAA. ad Albinũ P.V.

LEX VIII.

SEruos, 3† qui fecisse violentiam confessionibus [k] testiũ, aut proprijs docebũtur, si id inscio domino commiserint, postremo supplicio [l] deditos luere perpetrata censemus. ¶ Quod si illi meru atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est secundum [m] legem Iuliam dominum infamem pronunciatum, loci ac originis propriae dignitate non vti. Seruos verò, quos furoribus talibus paruisse constiterit, metallo [n] post 4† sentẽtiam dedi. Viles autem infamesque [o] personae, & ij qui bis, aut saepius [p] violentiam perpetrasse conuincentur, constitutionum diualium poena [q] teneantur. ¶ Iudicem vero nosse oportet, quod graui infamia sit notandus, si violentiae crimẽ apud se probatum distulerit, 4† seu omiserit, vel impunitate [r] donauerit, aut molliorem, quàm praestituimus, poenam protulerit. Dat. prid. Non. Mar. Valentin. A. 4. & Neoterio Coss. 390.

Par crimen est rapere, & rapinam scienter receptare: hoc dicit Bal.

Impp. Honor. & Theo. AA. Aurelio PP.

LEX IX.

CRimen [f] nõ dissimile est rapere, & ei qui rapuit raptam rem scientem delictum seruare. D. 3. Nõ. Mar. Honorio 9. & Theodosio 6. AA. Coss. 412.

Malandrinos & homines malae conditionis quis nõ debet retinere nec receptare, aliàs punitur. h. d. Bald.

a *Quis ad quem peruenerit.* s. posterius: nã prior vis fuit abrumpta per secundã ex interuallo factã, vt iã interdicto pro prima nõ possit agi, vt hic. & ff. de vi & vi ar. l. qui possessionem. Idemque in crimine per hanc legẽ. & ad hoc sup. vnde vi. l. si quis in tantã. sed aliud in interdicto quod vi aut clã: vt ff. quod vi. aut clã. l. si alius. §. bellissimè. & aliud in toto generali, nil. dolosius dolo: vt ff. de dolo. l. si duo.

b *Expulsum.* scilicet posterius.

c *Possessionis.* i. ipsa possessio cum omni damno, vt & ff. de vi & vi ar. l. 1. §. illud. & §. rectissimè. & §. si fundum.

d *Agitetur.* per actionem legis Iuliae de vi.

e *Destinatus.* qualiquali praesumptione, per hoc, quod in ciuili est damnatus, tamen nõ plenè: quia in accusatione planius erat probandũ, vt sup. de prob. l. fin. & poterit multis ex causis vincere, quã[illegible] licet ex eadem cã, vt ff. de adulte. l. denunciasse. §. pen. ADDITIO. Videas de hoc plenè per Bar. in l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt. in tertia col[illegible] lat. versic. quaero vtrum probationes &c.

Probationes factae in ciuili, non faciunt plenã fidẽ in criminali.

3† Ex co. li. & ii. l. 4. C. Ib.

f *Differatur.* puniri, & dic in terminum litis, id est post finem litis ciuilis, & sequentis criminalis.

g *Principali.* s. de possessione ciuiliter.

h *Iudicatum.* s. subsequenter in criminali.

i *Abrogatis.* tacite: vt supra si reus vel accus. mor. fue. l. finali. Sed quaero si incontinenti recupero, an desino vsucapere. Item an habeat locum poena legis, si quis in tantam? Respon. nec desino vsucapere, nec locum habet l. si quis in tantam.

Vsucapere non desinit, qui vi deiectus incontinenti.

SEruus. CASVS. Si seruus commisit vim, aut ignorante domino, aut sciente: primo casu debitur seruus vltimo supplicio: secundo casu dominus eius infa[illegible]

in sic sionẽ tempestas.

k *Confessionibus.* spõtaneis, vel si in tormentis, ita, quod perseuerẽt: vt ff. de quaest. l. 1. §. Diuus Seuerus. & §. si quis vltro.

l *Supplicio.* i. mortis: vt ff. de poenis, l. vltimũ. Et sic no. quod plus serui, quam liberi puniũtur: vt patet sup. cod. si criminis in prin.

m *Secundum legem.* vt ff. ad legem Iul. de vi priua. l. 1.

n *Metallo.* idest aliquo, ergo parcit & in atrocioribus, si domino pareant: vt & supra, ad legem Iul. de adult. l. Gracchus. & facit sup. de nota li. l. seruus.

o *Infamesque.* scilicet dominorũ. nam supra indignitate e[illegible]tât. Et sic nota, plus vilem quã notabilẽ ex aequali facto puniri, vt hic, ff. de incend. rui. l. Pedius.

p *Saepius.* Nota plus puniri saepius delinquentẽ. sic supra de epis. audien. l. 3. in fi.

q *Poena.* quia forte capite puniuntur, secundum quosdam. Vel saltem poena huius l. de vi. & etiam secundum Az. fortè quod vi priuata deportabunt; vt sic in aliquo augeatur. & facit ad l. inf. de poe. l. qui sentẽtiam, & ff. de iniu. l. sed si vnius. §. non solum. & de act. & oblig. l. seruus.

r *Impunitate.* absoluendo Accur.

4† Vñ dicunt, quod iudex nõ debet criminosum cõcedere puellae petenti cum in matrimonium, quia solus princeps remittit poenã, l. diuã. fratres. ff. de poen.

f. CRimen. Mala grammatica, nam debebet crimina dicere hoc modo: haec duo scilicet rapere, & seruare raptori rapta scienter, non sunt dissimilia crimina. sic & ibi; factum est vespere & mane dies vnus. Quia ergo est aequalẽ crimen, videtur aequalis poena, vt supra de episco. & cler. l. si quenquam. in fine. & inf. de ijs qui latro. occul. l. 1. sed tamen hic est contra argumen. insti. tit. 1. §. poenas. Vel secundum Azo. sic, si ponas aliquem rapere, & alium scientem delictum seruare rem raptam raptori, alterum crimen praedictorum non est alteri dissimilẽ. & sic est bona grammatica.

Delictorũ aequalitas, aequalitatẽ poenarũ patitur.

OMnibus. CASVS. Prohibet Imperator, ne quis secum habeat tales, qui transeuntes spoliant, & eis poenam centum librarum auri praeter aliam poenam corporalem imponit: iudex autem, qui hoc obseruare non fecerit, poena centum librarum auri mulctabitur.

Bacculi

Buccellarij q̃ sint.

a *Buccellarios.*] latrones sunt, qui a minimis inceperūt, puta a Buccella panis. Vel verius; quia ponunt in ore captorum lignum, vt non clament: vt de conuersis sancti Lazari factum fuit.

Isauri quid sint. De quib. dispūc. c. 10. & Ammianum Marcellinū, & Cuiac. 2. Feudo. 7.

b *Isauros.*] qui sunt peridiores latrones vi. alijs, vt sup. de fer. Alc. lib. 1. c. p. prouinciarum.

c *Inspeculis.* sic supra de priua. car. l. 1. & facit in auth. de armis. in princ. col. 6.

DE RAPTV Virginum, seu viduar. &c.

Specialiter de quadam rapina vel violentia dici: post gñalem tractatum de vi.

Raptores.] ista lex hęc principaliter duas partes: q̃ primò loquitur de pęna imponenda ratione huiuscriminis in persona raptoris. Secūdo loquitur de pœna imponenda raptori in bonis. Secūda incipit ibi, & si quidem. Prima pars facit quatuor: quia primo præmittit crimen detestatum. Secundo pro crimine isto imponitur pęna capitalis. Tertio dat licentiam quibusdā occidendi raptores. Quarto monet iudicem, quòd condēnet raptores fugiētes & quòd omnes vltimo tradat supplicio, fori declinatione & appellatione remotis. h.d. Bald. CASVS. Si q̃s virginē rapuerit, vel viduā, aut sāctimonialem, capite plectendus est, & si velit appellare, non audietur, bona tamē eius non applicabūtur fisco, sed dabūtur raptæ, vt disponat de his secundū quod voluerit, & poterit nubere cui voluerit, raptore excepto, & non solum prædicta pœna punietur raptor, sed eius seruatores, siue volente siue nolente muliere tale facinus fuerit p̃petratū. Si vero fuerit seruus, qui tale quid admiserit, concremabitur abolitis

Imp. Leo, & Anth. AA. Nicost. PP.

LEX X.

Omnibus per ciuitates, & agros habēdi Buccellarios,[a] vel Isauros,[b] armatosque seruos licentiam volumus esse præclusam. ¶ Quòd si quis præter hæc, quæ nostra mansuetudo salubriter ordinauit, armata mancipia, seu Buccellarios, aut Isauros in suis prædijs, aut iuxta se habere tentauerit, post exactam centum librarum auri condemnationem, vindictam in eos seuerissimā proferri sancimus. ¶ Viri quoq; clarissimi prouinciarum rectores in speculis[c] esse debebunt, ne quis audeat hæc statuta nostræ mansuetudinis in aliquo violare, scientes, quòd ex dissimulatione, dignitatis & administrationis cingulo priuabuntur, & post centum librarum auri multam, salutis, vitæque suæ periculum sustinebunt, primatibus videlicet apparitionis suæ personis præter amissionē fortunarum suarum capitali quoque supplicio feriendis. D. 5. Calen. Sept. Anthemio A. 2. Cons. 468.

TITVLVS XIII.

De raptu virginum, seu viduarum, necnon sanctimonialium.

Pro raptu mulieris honestę imponitur pœna amissionis capitis. Et deprehensus in flagranti crimine, id est in instanti, potest à coniunctis personis & tutoribus & curatoribus mulieris occidi impunè fugiens, vbicunq; comprehendi potest: & debet ad mortem damnari. Res vero rapientium non publicantur: sed si rapta non sit ingenua, successoribus reseruantur. si autem sit ingenua, ipsi applicantur: & pœna, quæ imponitur rapienti, imponitur pręstantibus eidem auxiliū & fautorum in ipso raptu: & rapta non potest nubere raptori. h. d. nota lex in effectu: & hoc vltimū dictū debet precedere primum dictum. Bal.

Imp. Iustinianus A. Hermogeni magistro officiorum.

LEX VNICA.

Raptores virginum honestarum,[d] vel ingenuarū, siue iā desponsatæ fuerint, siue nō, vel quarūlibet viduarū[e] fœminarū, licet libertinę, vel seruę alienę sint, pessima criminū peccantes, capitis supplicio[f] plectēdos decernimus, & maximè si Deo fuerint virgines vel viduę dedicatę, quod nō solū ad iniuriā hominū, sed ēt ad ipsius oīpotentis Dei irreuerentiā committitur, maximè cū virginitas vel castitas corrupta restitui nō possit:[g] & merito mortis damnātur supplicio, cum nec ab homicidij crimine huiusmodi raptores sint vacui.[h] ¶ Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc gñalem constōnē, vt ij, qui hmōi crimē commiserit, & qui eis auxiliū inuasionis tpe præbuerint, vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc in flagranti crimine cōprehensi, & à parentibus virginū, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet fœminarum, aut earum consanguineis, aut à tutoribus, vel curatoribus, vel patronis, vel dominis conuicti,[i] interficiantur. ¶ Quæ multo magis contra eos obtinere sancimus, qui nuptas mulieres ausi sunt rapere, quia duplici tenentur crimine, tam adulterij scilicet, quam rapinę, & oportet acerbius adulterij crimen ex hac adiectione puniri. ¶ Quibus[k] connumeramus etiam eum, qui saltem sponsam suam[l] per vim rapere ausus fuerit. ¶ Sin autem post commis-

his, quæ de raptu virginū antiquis legibus statuta sunt & hac l. suam obtinent firmitatem.

Raptor nō comittit in meretrice.

d *Virginum honestarum.*] secus est in meretrice: vt su. ad leg. Iul. de adulter. l. quæ adulterium. & ff. de furtis. l. verum. §. & determinat hæc dictio honestarū, etiā sequentia. Sed nonne hæc est lex superflua, per illam sup. de episc. & cleri. l. raptores? Respon. nō; quia multa sunt hic, quæ non sunt ibi, & de nupta, & de sponsa, & de libertina, & parentibus, & de rapta, quod non possit nubere raptori.

e *Viduarum.*] quę autem sint, & dicantur viduæ, dicitur ff. de verb. sig. l. nalum. §. viduæ.

f *Capitis supplicio.*] vt & ff. ad leg. Iul. de vi publi. l. qui cœtu. §. qui vacantem.

g *Restitui non possit.*] etiam à Deo, secundum Auth. licet omnia Deo sint possibilia, vt 32. quæst. 5. c. si Paulus. sed illud alicubi exponitur, & à Deo potest restitui, non ab homine, vt hic.

* Concor. 32. quæ. 5. si Paulus. & gl. in c. 2. ante fi. de biga.

Virginē post ruinā Deus suscitare neq̃t.

h *Vacui.*] cum plerūque in talibus rapinis homicidia perpetrentur.

i *Conuicti.*] hoc ipso, quòd inueniuntur in flagranti crimine. & facit ff. de ritu nup. l. palam. §. quæ in adulterio. Sed an idem, si cognatus patiatur rapinam, quòd eius cognati possint resistere? Respon. sic, vt ins. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. cum igitur.

Cognatus rapinā patiens pōt à cognato defendi.

ADDITIO. Videas de hoc plenè per Bar. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. in vlt. col. ver. quæris glos. quid de offensis, & cæt. Vbi tenet, quòd etiam extraneus quis potest vim patientem defendere.

k *Quibus.*] raptoribus.

l *Suam.*] idem econtra si sponsa, vel mulier rapiat hominem, licet hoc rarò cōtingat, secundum

-lo. Sed huic videtur cōtra 26. q. 1. c. 2. & q. 2. c. si quis virginē. & 27. q. 2. raptus.
a *Praescriptione.*] nā & hic ratione delicti forum habet, vt sup. vbi de crimine agi oportet. l. 1. & sup. vbi se. vel cla. l. 2.
q *Licentiam.*] sic sup. tit. i. l. qui. & sup. quorum app. non re. l. 2. inf. de fal. mo. l. 1.
c *Dominium omnium.* speciale hic & sequenti casu, vt nihil applicemus fisco. & sic sup. de mulier. quae se. pro. l. 1. aliis autē cōstat, quod publicantur oīa, vel aliqua pars secundū haec iura: vt inf. de b o. dam. l. fin.
d *Transferantur.*] quae omnia amittit, si raptoris eligat cōsortium, vt in auth. de rap. mu. §. super. sti. am. coll. 9.
e *Exposcere.* vt in d. auth. de rap. mu. Sed cōtra. 36. q. 2. c. tria. & ca. placuit, videas c. fin. extra. de raptoribus.
f *Oportet.* i. decet. sic ff. de iuti. & iure, l. 1. in princ. & sup. de postliminio. l. fin.
g *Comitati.*] sic inf. de Nili aggeribus l. prima.
h *Volentibus.* sic j. de silgaanio hosp. nō prae. lib. 2 diz. sed arg. contra ff. de in. zur. l. 1. §. vsque.
i *Ipsum velle.*] sic ff. de libe. homi. exhib. l. 3. §. si quis volentem.
k *Remiserint.* gratis, vt ff. ad l. Iul. de vi. l. qui coetu. §. qui vacantem. non transigēdo pecunia accepta. vt sup. de adult. l. de crimine. & plenè dixi sup. de transact. l. transigere.

1 † quae extat l. 2. C. Theod.

sum tam detestabile crimē, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga euadere potuerit. in hac quidem regia vrbe tam viri excelsi praefecti praetorio, quam vir gloriosissimus praefectus vrbi: in prouinciis autem tam viri eminētissimi praefecti praetorio per Illyricum & Africam, quam magistri militū per diuersas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis praefectus Aegypti, & Comes Orientis, & Vicarii, & proconsules, & nihilominus oēs viri spectabiles & duces, & viri clarissimi rectores prouinciarū, necnon alii cuiuslibet ordinis iudices, qui in illis locis inuenti fuerint, simile studiū cū magna solicitudine adhibeat, vt eos possint comprehendere, & comprehensos in tali crimine, post legitimas & iuri cognitas probationes, sine fori praescriptione [a] durissimis poenis afficiant: & mortis condemnent supplicio.

¶ Quibus & si appellare voluerint, nullam damus licentiam, [b] secundum antiquae Constantinianae [1] † legis definitionem.

Haec est secunda pars principalis, in qua tractat de bonis raptoris, distinguēs inter raptum non ingenuae & ingenuae: prohibet etiam nuptias cum raptoribus. Item distinguit inter eos, qui se associarūt ad ipsum delictū cōmittendum: & eos qui aliàs sunt culpabiles. Dicit etiam, quòd consensus mulieris raptae non operatur. Vltimo derogat aliis legibus de materia rapinae loquentibus. Bald.

¶ Et si quidem ancillae, vel libertinae sint, quae rapinam passae sunt, raptores tantummodo supradicta poena plectentur, substantiis eorum nullam deminutionem [c] passuris.

¶ Sin autem in ingenuam personā tale facinus perpetretur, etiā omnes res mobiles, seu etiam immobiles & se mouētes, tam raptorum, quàm eorum sodalium, comitum, vel sequentium, qui eis auxilium praebuerint, ad dominium raptarū mulierum liberarum transferantur, [d] prouidentia iudicum, & cura parentum earum vel maritorum, vel tutorum, seu curatorum.

¶ Et si nō sunt nuptae mulieres, alii cuilibet praeter raptorē legitimè cōiungētur: in dotē mulierū liberarū eiusdē res, vel quātas ex his voluerint, procedere; siue maritū nolētes accipere, in sua pudicitia manere [2] † voluerint, pleno dn̄io eis sancimus applicari: nemine iudice vel alia quacunque persona hoc audente contemnere.

2 † Remanere.

¶ Nec sit facultas raptae virgini, vel viduae, vel cuilibet mulieri, raptorem suum sibi maritum exposcere, [e] sed cui parentes voluerint (excepto raptore) eam legitimo copulent matrimonio, quoniam nullo modo, nulloque tempore datur à nostra serenitate licentia eis consentire, qui hostili more in nostra republica matrimonia student sibi coniungere.

¶ Oportet [f] etenim, vt quicunque vxorem ducere voluerit, siue ingenuam siue libertinam secundum nostras leges & antiquam consuetudinem, parentes vel alios, quos decet, petat, vt cū eorum voluntate fiat legitimum coniugium.

¶ Poenas aūt, quas praediximus, idest mortis & bonorum amissionis non tm̄ aduersus raptores, sed & contra eos, qui hos comitati [g] in ipsa inuasione, & rapina fuerint, constituimus: caeteros aūt oēs, qui conscii & ministri hmōi criminis reperti & conuicti fuerint, vel qui eos susceperint, vel quicunque opē eis tulerint, siue masculi, siue foeminae sint cuiuscunque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, poenae tantummō capitali subiicimus: vt huic poenae oēs subiaceant, [3] † siue volentib. [h] siue nolentib. virginibus siue aliis mulieribus tale facinus fuerit perpetratum. Si enim ipsi raptores metu vel atrocitate poenae ab huiusmodi facinore se temperauerint, nulli mulieri siue volenti, siue nolenti, peccandi locus relinquetur, quia hoc ipsum [i] velle mulierum ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur. Nisi etenim eam solicitauerit, nisi odiosis artibus circumuenerit, non facit eam velle in tantum dedecus sese prodere, parentibus (quorum maximè vindicta intererat) si patientiam praebuerint, ac dolo rem remiserint, [k] deportatione plectendis.

3 † Subiiciantur.

¶ Sed & si quis inter haec ministeria seruilis cōditionis fuerit comprehensus, [4] † citra sexus discretionem eum concremari iubemus, cum hoc etiam Constantiniana lege rectè fuerit prospectum, omnib. legis Iuliae capitulis quę de raptu virginum, vel viduarum, siue sanctimonialium, siue antiquis legum libris, siue in sacris constitutionibus posita sunt, de caetero abolitis, vt haec tātummodo lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam, de sanctimonialibus etiam virginibus & viduis locum habere sancimus. [5] † Dat. 15. Calend. Decembr. Constantinopol. D. N. Iustiniano A. PP. 2. Cos. 528.

4 † De prehensis.

5 † Plura ad hāc materiam raptus vi. apud Clar. §. senten. §. raptus.

DE

DE EMENDATIONE SERVORVM.

Dixit de illicita vi, nunc sequitur de licita.

SI virgis. CASVS. Si dominus seruum suum verberauerit, licet postea decessit seruus, non tamen criminaliter poterit conueniri, sed modice verberabit, nec modum excedet. Viuia.

De emendatione seruorum.

TITVLVS XIIII.

Dominus seruum potest castigare siue emendare, sed non potest ipsum dolo malo occidere, hoc dicit, & no. in hac l. quot modis homo potest occidi. Bar.

Imp. Constantinus A. ad Bassum.

LEX VNICA.

SI * uirgis aut loris [a] dominus seruũ afflixerit, [b] aut custodiæ causa in uincula coniecerit: dierum * distinctione siue interpretatione depulsa, [c] nullum criminis metum seruo mortuo sustineat. [d]

¶Nec vero immoderatè suo iure vtatur; sed tunc reus homicidij sit, si voluntate eum ictu fustis, aut lapidis occiderit, uel certè telo vsus lethale vuln⁹ inflixerit, aut suspendi laqueo præceperit, vel iussione tetra [e] præcipitãdum esse mandauerit, aut veneni virus [f] infuderit, uel dilaniauerit pœnis publicis corpus, ferarum unguibus latera persecando, uel exurendo oblatis ignibus membra: aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluẽtes, prope in ipsis adegerit cruciatibus uitã relinquere sæuitia [h] immanium barbarorum, D. 5. idus Maij Romæ, Constantino A. 5. & Licinio Coss. 312.

a *Aut loris*. id est frenis.

b *Afflixerit*. cum causa, scilicet emendandi, & sine causa, secundum Ioan.

c *Depulsa*. qua die ipsum afflixerit, uel quot diebus, nam etiam in perpetuum potest, vel an fuerit mortuus intra triennium, uel post triduum surrexit & super baculum suũ ambulauerit hoc enim in l. Mosaica distinguebatur. Azo.

d *Sustineat*. modicè ergo cum causa, & sine causa licet, secundum Io. ut hic. & ff. de vsu. l. locum. §. ex eo. ff. solu. mat. l. etiam. §. licet. Sed P. dicebat licere modice, ut emendando, & sic intelligebat hic. immodice uero non licet, ut hic subijcit, nec uero, &c. & subsequenter uidetur dicere, ut ff. de ijs, qui sũt sui uel alien. iur. l. 1. §. fi. & institu. de ijs qui sunt sui uel alie. iu. §. sed hoc tempore. in fin. nisi cum causa, ut ff. de uerb. obli. l. qui seruũ merentem, & de lega. 1. l. quid ergo, §. 1.

e *Tetra*. i. pessima.

f *Virus*. veneni species.

g *Sanie*. idest putredine.

h *Sæuitia*. sic crudeliter, ut de Barbaro fieret. & facit ff. de iniur. l. item apud. §. ad ijcitur, & inf. de male. & mathe. l. si excepta.

1 Dic tu, si vulnus est letale, q̃ si cũque moriatur nocet leg. ait lex. ff. ad l. Aquil. vid. Ias. in l. lecta, ff. si cer. peta.

* Ex lib. 9. tit. 12. l. 1. C. Th.

* Hic ergo tacite abrogat caput l. Mosaicæ, quo distinguit an seruus statim ex vulnere moreret, an uero superuiueret unum aut alterũ diem, quo casu pœna carebat. Exod. 20. ui. Ruffinũ 3. colla. le. Mosaica.

DE EMENDAtione propinquorum.

Quia emendatio propinquorum adhibetur, quorum quædam illicita celebrantur, de emendatione propinquorum annectit. Azon.

IN corrigendis.] CASVS. Frater fratrem pro qualitate delicti punire vel corrigere potest, ita tamen, quod modum non excedat, sed si excedat, a iudice est puniendus.

i *Propinquis*. ut reuerenda senectus.

k *Iure patrio*. quod potius in pietate quam in atrocitate consistit, ut ff. de parrici. l. Diuus.

l *Atrocitas*.] idest, si sic grauiter deliquit, quod non sufficit ad pœnam correctio propinquiorum, punit iudex. Vel dic atrocitas facti, id est correctionis, quia excessit modum in corrigendo, unde punitur, vt si est pater, qui filium occidit ex voluntate, punitur, ut si est, patricidio, ut infra titu. 2. alias non tenetur, sed si sine causa malè tractat, cogitur emancipare, ut ff. si a par. quis fuerit ma. l. diuus Traianus. alij propinqui pro motu iudicis, ut hic dicit.

2 Quod in dubio magis præsumit q̃ nocendi. ui. Alc. 1. præsum. 3.

3 Pr filiũ occidens, uel eũ male tractans qualiter puniatur.

De emendatione propinquorum.

TITVLVS XV.

Propinquis senioribus licet corrigere minores errantes, nisi facti atrocitas exigat iudicium vltionis iudiciariæ. h. d. Bal.

Imp. Valent. & Valens AA. ad Senatum.

LEX VNICA.

IN * corrigendis minoribus, pro qualitate delicti senioribus propinquis [i] tribuimus potestatem, vt quos* ad vitę decora domesticę laudis exempla non prouocant, saltem correctionis medicina compellat, neque tamen nos in puniendis minorum vitijs potestatem in immensum extendi volumus, sed iure patrio [k] auctoritas corrigat propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduersione compescat.

¶Quòd si attrocitas [l] facti * ius domesticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. D. prid. Cal. Decemb. Valentin. & Valẽte AA. Coss.

AD LEGEM Cornel. &c.

Quia in violẽtijs cõmittitur homicidiũ, de eo dicit, qd per legem Corn. de sicarijs punitur. Et est sica latens culterũ sed large interpretatur telum. ut omnia arma comprehẽdat, ut Insti. de publi. iudi. §. item lex Corne.

FRater. CASVS. Miles fortuito casu quendam interfecit, præses pro eo misit, nec uenit, frater suos consuluit principem an expediret, vt se præsentaret? Respond. quod sic, quia non punitur de homicidio, si probet se casualiter interfecisse, quia sine uoluntate non contrahitur crimen. Viuianus.

m *Obtulerit*. quasi celet se.

n *Non occidendi animo*. sed quomodo probatur negatiua, ut supra, de probat. actor? Respond. per præsumptiones, probando amicitiam & affinitatem, & qualitatem occidentis, & etiam per iuramẽtum purgationis, ut argumen. supra, de ijs qui ad eccle. confug. l. præsenti. §. sic ubi. sic & infra, de iniur. l. si non conuitij. Accur.

o *Remissa*. Nota, impropriè, nam in eam non incidit, sic ff. de uerb. oblig. decem.

p *Militarem*. qualiter consulitur ei, ut sit sub præside, cum miles erat, ut sup. de iurisdi. om. iud. l. magisteriæ. Resp. quia enorme est delictũ, ut supra ubi senel clar. Vel adeo notorium erat eum esse innoxium ut etiam sub præside non sub iudice consulatur ei, ut consentiat.

q *Si & voluntas*. hoc ut habeat locum lex Corn. de sica. ut ff. eod. l. 1. §. diuus & lege, & l. infans. & arg. ff. de iniur. l. qui iniuriarum, & inst. de ob. quæ ex delicto. §. placuit. & ff. de

Ad legem Corneliam de sicarijs.

TITVLVS XVI.

Probans non animo occidẽdi se percussisse, non punitur pœna homicidii, sed minori, h. d. Bal.

Imp. Antoninus A. Herculiano, & alijs militibus.

LEX PRIMA.

FRater vester rectius fecerit, si se præsidi prouincię obtulerit. [m] Qui, si probauerit, * non occidendi [o] animo hominem à se percussum esse, remissa [n] homicidij pœna secundum disciplinam militarem [p] sententiam proferet. crimen enim contrahitur, si & voluntas [q] nocendi intercedat.

* Ex li. 9. ti. 3. l. 1. C. Th.

* Hæc uerba in c. ut clericorũ in gl. sup uerbo, pœna. ex. de vita & hone. cler. Telum q d significet.

* Facti. Olim nulla atrocitas facti hoc ius excedebat, nã de crimine læsæ maiesta. iudiciũ exercuit in filios, suos Brutus apud Liuiũ & Dyonisi. sed hodie post legem Petroniam non licet domini⁹ seruos bestijs tradere l. circumcidere ff. ad leg. Corn. de sicar.

* Nam omne malum praue præsumitur actum. concor. c. 1. cũ glo. super uer. Iudæ ex. de præsumpt. est autẽ hæc lex ex Co. Gregoriano l. 264. ti. ad leg. Cor. de sicar. ubi cõstat ex fragmentis Ruffini. 12 col. de Mosaicæ.

Negatiua qualiter probetur.

ff. de pœn. l. respiciendum, §. fin. culpe tamen contrahitur etiam sine voluntate delinquendi, vt ff. ad leg. Aqui. l. qui occidit, § pen. & ff. de min. l. si ex ea. §. si mulier.

a *Plerumque*. hoc dicit, quia qui hominem per lasciuiam occidit, in aliquo punitur, vt ff. eo. l. lege. §. cum quidam. Item qui incendia fortuita cõmittit, vt ff. de pœn. l. capitalium, §. qui ob inimicitias. Item commentariensis tenetur, qui non bene custodiuit, ut ff. de custod. re or. l. carceri. & supra, de custod. re or. l. ad commentariensem. Et nota, quòd non dicit hic casu fortuito, sed improuiso, vnde omnia exempla possunt dari ad dictionem plerumque, quæ habes sup. de off. præfec præto. orien. l. si quos.

Hoĩem p lasciuiam occidens in aliquo punitur.

I *S qui aggressorem*. CASVS. Si Titius aggrediatur Seium & interficiatur Titius, non tenebitur Seius l. Cor. de sica.

b *Is qui aggressorem*. intelligunt quidam. ille est cum, qui uel nocturnus depopulator est, vel de die itinera frequentata insidijs obsedit, ut supra quãdo lic. vni. sine iudi. l. 1. Vel dic etiam alium qui insultum faciat, dummodo ad defendendum, non vindicandum fiat, ut hic, & inf. l. proxi. & diximus sup. ad leg. Iuliam de ui. l. quoniã.

c *Alium*. qui cum aggressore sit socius. Velut puto etiam non socius, cum dicat in discrimine eũ constitutũ & facit ff. ad le. Aquil. l. si quis fumo. §. 1.

S *I quis percussorẽ*. *Videtur*. ut ĩ. l. prox. & ff. ad legem Aquil. sed & si quemcunq; in prin.

S *I vt*. CASVS. Si furripientem res tuas interfecisti, nec lege Cor. de sica. teneberis.

e *Latrocinantem*. id est, aggressorem, ut sup. l. prox. uel dic, idest furem, & si quidem est nocturnus, ipsum occido, uel si se telo defendat uel sine periculo personæ, uel rerum parcere ei non potui, dummodo clam est. si verò diurnus, ita demum si telo defendat, ut percipi potest ff. ad leg. Aquil. itaque §. lex, & ff. eo. furti. & ff. de fur. l. si pignus, §. 1. nam tempus aggrauat delictum, ut supra ad leg. Iul. de adul. l. Gracchus. & ff. de pœnis. l. aut facta, §. 1. & §. tempus. Præterea in die potest cognosci, vnde nõ nocet, si euadit, cum postea possit capi.

1† Telo.

2† Valeriano.

Furem an liceat occidere.

¶ Cæterum ea, quę ex improuiso casu potius, quàm fraude accidũt, fato plerũque. [a] non noxæ imputantur. PP. 2. Cal. Feb. Læto 2. & Cereali Coss. 365.

Aggressus in dubio vitæ discrimine constitutus, põt suum occidere aggressorem. si ergo erat certus, quod non erat in dubio discrimine vitæ, non potuisset occidere aggressorem quia excederet modum h. d. Bal.

Imp. Gordian. A. Quintiano.

LEX II.

IS, qui aggressorem, [b] vel quemcũque alium [c] in dubio vitæ discrimine constitutum occiderit, nullam ob id factũ calumniam metuere dẽt. PP. 3. Non Apri. Attiano, & Pappo Coss. 244.

Potest quis gladio propriam salutem defendere, & repellere aggressorem. h. d. Et no. hanc legem, & vide, quæ scribit Innoc. extra de restitut. spoliato. cap. olim 1. Bald.

Idem A. Quintiano.

LEX III.

SI quis percussorem ad se venientem gladio[1] † repulerit, non vt homicida tenetur: quia defensor proprię salutis in nullo peccasse videtur. [d]

Licet occidere latronem telo resistentem. hoc dicit Bald.

Imp. Galienus A. Monaxio.

LEX IIII.

SI (vt allegas) latrocinantem [e] peremisti, dubium non est, cum, qui inferendæ cædis voluntate pręcesserat, iure cæsum videri. PP. 13. Calen. Februa. Valerio[2] † & Lucillo Coss. 266.

Non præsumitur, quod ille, qui cum calce solo percussit, percussorit animo occidẽdi, si ipse hoc allegat, quod non percusserit animo occidendi. h. d. Bal.

Exemplũ sacr. lite. Diocle. & Maximia. AA. & CC. Agatho.[3] †

LEX V.

EVm, qui asseuerat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito [*] fecisse, cum calcis ictu mortis occasio præbita videat: si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet: secundum id, quod annotatione [f] nostra comprehensum est, volumus liberari, Da. 7. Calend. Decemb. Sirmij, ipsis AA. 4. & tertio Cos. 290.

Adultus homicida tenetur pœna legis Corneliæ de sicariis h. d. Bal.

Ijdem AA. & CC. ad Agatium.[4] †

LEX VI.

SI quis te reum legis Corneliæ de sicarijs fecerit, innocentia purgari crimen, non adulta ætate [g] defendi conuenit. S. 6. Cal. Nouem. Romæ CC. Coss.

Insultus cum telo factus animo occidendi, punitur pœna homicidii. h. d. Bal. Licet hoc sit verum de rigore, tamen non seruatur de consuetudine. secundum Spec.

Ijdem AA. & CC. Philisco.

LEX VII.

IS, qui [*] telo ambulauerit [h] hominis necandi cã, sicut is, qui hominem occiderit, vel cuius dolo [i] malo factum erit commissum, legis Corneliæ de sicarijs pęna [k] coercetur. S. 7. Calend. Ianu. Nicomedię, CC. Cos.

Aggrediens infantẽ causa occidendi punitur vt homicida. h. d. Bal.

ADDITIO. Videatur. in cap. interfecisti. & ibi Abb. & in c. si perfodiẽs, extra de homicidio.

E *Vm qui*. CASVS. Si quis fortuito casu percussit quendam calce, & interfectus est, nũ quid teneatur lege Cornel. de sica. quæritur. Et respõ. quod non.

f *Annotatione*. iste amiserat bona per annotationem, quia vocatus ab imperatore noluit venire, postea venit. & probauit se non esse homicidam, & ita recuperauerit. Azo. Sed qualiter negatiua probabitur? Dic vt dixi sup. eod. l. 1. Vel dic, quod alij indulserat.

3† Agatodix.

* Iunge l. 1. §. 1. ff. de eo. qui cucuma, uel claui percussit.

S *I quis*. CASVS. Minor quendam interfecit, vult se excusare eo prætextu, quod minus teneatur l. Cornel. quia minor, an sit audiendus, quæritur. Et dicitur, quod non, si probet se ignorantem esse.

4† Agatio.

g *Aetate*. cum etiã minores in delictis teneantur, vt & sup. si aduer. delictum, l. 1. & inf. de pœn. l. impunitas & ff. de min. l. auxilium, §. in delictis. ubi de hoc dices, & ff. ad legem Iul. de adul. l. si vxor. §. si minor. & leg. si minor. & facit sup. de procura. l. reũ. & ff. de pub. iudic. l. is qui, & sup. de acc. l. non ideo.

I *S qui*. CASVS. Non solum is, qui occidit, sed cui ambulat cum telo hominis necandi causa, tenetur lege Cornel.

h *Ambulauerit*. voluntas enim non exitus inspicitur, ut ff. eod. l. Diuus.

i *Dolo malo*, nõ culpa, vt ff. eo. l. in lege.

k *Pœna*. quæ est deportatio in maioribus, sed in minoribus decapitatio, vel bestijs subijci, ut ff. eodem l. eiusdem, §. fina. & l. penult. Accursius.

* Hæc lex est canonizata de PP. di. 1. si quis cum telo an pri. ci. distinctio. Voluntas inspicitur legis Corneliæ de sicarijs, quæ sit pœna.

a *Si quis. Infantis.*] qui nondum est natus, vel etiam si sit natus.
b *Piaculum.*] id est crimen sanguine piandum, vel quod pietatem promouet. Acc.
c *Aggressus.*] etiam si non necauit, vt sup. l. prox. Vel potest intelligi punire l. Cornelia de sicarijs, sed non accusari, vt tamen pœna vnius sufficiebat, vel licet teneantur omnes tanquam parricidiæ, diuersæ tamen pœnæ imponuntur secundum personarum diuersitatem: quæ idem est cum secunda.

ADDITIO. Ratio dubitandi fuit, quia lex Cornelia ad homicidam pertinet. Infans autem homo nondum est. l. 38. ff. de pœn. sed in edicti hominis appellatione continetur infans. l. 12. ff. de publi. iu. Cuia. 6. obs. 20.

† Ex li. 9. titu. 7. l. 4. C. Th.

Si forte.] Primo quæstio bipartita. Secundo eius solutio: secunda ibi. In eadē.

CASVS. Si mulier voluit interficere virū, l. Cornel. accusabitur: & ad veritatē eruendam serui torquebuntur.

d *Quærendum.*] facit sup. de adulter. l. in adulterij. Sed arg. contra infra de quæstio. r. sed hoc speciale est, seruos torqueri in caput domini.

† Ex li. 9. titu. 15. l. 1. C. Th.

DE IIS, QVI parentes vel liber. &c.

De speciali homicidio dicit.

Si quis.] CASVS. Pater filium, vel econuerso: vel aliquis descendentium aliquem de ascendētibus, vel econuerso si interfecerit, quā pœnam sustinebit quæritur. Et dicitur, quod inuoluitur, &c.

e *Aut omnino affectionis.*] id est affectatæ personæ eius, quæ parricidij, &c. quales sunt parētes & liberi in infinitum, vt ff. de in ius voc. l. qui quę, §. parentes, & l. sed si hac §. liberos. quod ergo dicit ff. eod. l. pen. tātum patrem & matrem supple & similes, & ascēdentes & descendentes. Acc.

f *Properauerit.*] occidendo, vel tentando occidere, ut ff. eo. l. 1. in fi. & verum. & l. si sciente.

† Ex li. 9. tit. 16. lib. 3. C. Th.

g *Solenni pœna.* vt & institu. de public. iudic. §. alia deinde. Sed videtur pœna legis Corneliæ de sicarijs habere locum, vt ff. eodem l. prima, quæ est contra. Solu. dic, quod hæc illam corrigit. Vel hic in ascendentibus & descendentibus: illud in alijs ibi numeratis personis.

Imppp. Valent. Valens, & Gra. AAA. ad Probum PP.

LEX VIII.

SI* quis necādi infantis[a] piaculū[b] aggressus,[c] aggressave sit, sciat se capitali supplicio esse puniendum. PP. 7. Id. Febr. Romæ, Gratiano A. 3. & Equitio Coss. 374.

Ad probandum quòd vir vxorem voluit occidere vel econtra, serui vtriusque sunt torquendi, hoc dicit Sal.

Impppp. Grat. Valen. Theo. & Arcad. AAAA. Cynegio PP.

LEX IX.

SI* fortè mulier marito morti parasse insidias, vel quouis alio genere voluntatē occidendi habuisse inueniatur, vel si forte maritus eodem modo insectetur vxorem, in eadem quęstione ab omni familia non solum mariti, sed etiam vxoris suæ (quę tamen tunc temporis domi fuerint) quærendum[d] est sine cuiusquam defensione. Da. 3. Id. Decēb. Arcadio A. & Bautone Coss. 385.

De ijs, qui parentes, vel liberos occiderunt.

TITVLVS XVII.

Parricidia, & similes dēntur in sui culleo, ubi sit canis, gallus, vipera, & simia, & proiici debent in flumē. h. d. Sed ista pœna non est in vsu. Bal.

Imp. Constantinus A. ad Verinum Vicarium Africæ.

LEX VNICA.

SI* quis parentis, aut filij, aut filiæ, aut omnino affectionis[e] eius, qui nuncupatione parricidij continetur, fata properauerit:[f] siue clā, siue palam id enixus fuerit, pęna parricidij puniatur, & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alii solenni[g] pęnæ subiugetur, sed insutus culleo* cum cane, & gallo gallinaceo[h] & vipera & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, serpentiū contuberniis misceatur, & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem[i] proiiciatur, vel omni elementorum[k] vsu viuus carere incipiat, & [l]† ei cęlum[l] superstiti, terra mortuo[m] auferatur. D. 11. Cal. cemb. Licinio 5. & Crispo Coss. Accep. Prid. Idus Mar. Carthagin. Constantino A. 5. & Licinio Cæs. Coss. 312.

De maleficis & matematicis, & cæteris similib.*

TITVLVS XVIII.

Atrocius est venenare quā occidere gladio, h. d. Bal.

Imp. Antoninus A. Titio.

LEX PRIMA.

PLus est[n] hominem extinguere veneno, quam occidere gladio. PP. sine die & Consule.

Imp. Diocl. & Maxim. AA. & CC. Tyberio.

LEX II.

ARtem geometrię[o] discere, atque exercere [a]† publicè interest. Ars autem mathematica damnabilis est, & interdicta omnino. S. 13. Cal. Septemb. Sirmii, CC. Coss.

Diuinatores concrementur, & eos euocantes, cum publicatione bonorum deportentur. h. d. Sal.

h *Gallinaceo.*] id est castrato: & sic vili, quem dicunt fortius pugnare cum serpente. Vel dic gallinaceo, quia gallinas amat: vt uir vxorius, q. fœminas diligit. vt in odis Horatij.

Gallus gallinaceus quis dicatur.

i *In amnem.*] si neutrum proximū est, subijciatur bestijs: vt ff. eodem l. penultima.

† Corium bouis appellat Iur. Sati. 13. Adde illud ex Seneca 5. cō tro. 2. imaginabar mihi culeū serpentē pro fubdum.

k *Elementorum.* Sed nonne vtitur aqua? Respond. hoc est ei ad pœnam.

l *Cœlum.*] cum sit in sacco de corio, q. culleus dicitur.

m *Terra mortuo.*] cum in aquam iacitur.

Culleus quid sit.

1 † Vi.

DE MALEFICIS & matematicis, &c.

Dictum est supra de homicidijs, sed quia homicidia quęque committuntur veneno & arte magica, ideo de his ponitur. Azo.

† Tacitus lib. 2. narrat consulet in P. Martiū magis extra porti Exquilinam more prisco animaduertis se, cū classicum cæ nere iussisent. Item aliū maiorē noīe Pituanium e saxo deiectum esse. Item multa facta S. C. a magis Italia pellendis. Cōtius.

n *Matematicis.*] sine aspiratione dēt esse, alioqui quadriuium significat: prima breuis est & altera longa. Azo. vnde versus. Scire facit mathesis: sed diuinare mathesis.

n *Plus est.*] i. atrocius, & tenet Cornelia, de sicarijs vt hic. & ff. ad legē Cornel. de sicarijs. l. eiusdem. in princi. Accur.

Artem Geometriæ.] CASVS. Discere & docere geometriam non est prohibitum, sed diuinare sic.

2 † Exerceri.

o *Artem Geometriæ.* id est mensurare terram.

Nullus.] CASVS. Incantator vel aruspex ad domum alterius accedere non debet: quod si fecerit, concremabitur: & qui eū receperit, deportabitur: & omnia sua bona confiscabuntur: & qui talem accusauerit, crimine delatoris non incurret, sed premium accipiet. Viuianus.

Aruspex a quis.

1 † Ex lib. 9. tit. 16. l. 1. C. Th.

a *Nullus Aruspex.*] id est momentorum inspector vel horarũ, quo puncto aliquid sit inchoandũ dicens. Et dicitur ab aue & inspicio: quia ex auiũ garritu quãdoque percipiunt. b *Sacerdos.*] id est doctor nigromãtiæ. c *Criminis.*] hoc est, qui accusat aruspicem. Accur.

E *Orum.* CASVS. ille puniendus est, qui per artẽ magicã contra hominũ salutem aliquid machinatus est, uel animos mulierũ ad impudicitiam prouocauit: ille uero, qui per incantationem sui grandines vel intemperiẽ aeris, quo magis fructus saluētur, sedauerit, puniẽdus non est.

2 † Detrudendo.

d *Pudicos.*] sic ff. de pœnis. l. si quis aliquid §. qui abortionis.

e *Criminationibus.*] i. accusationibus.

N *Emo.*] CASVS. Nullus debet cõsulere incantatorẽ de ijs, quæ futura sunt: nec Chaldeos, nec maleficos, & qui contra fecerit, vltore gladio capitali pœnæ subiacebit. Viui. f *Hariolum.*] id est aris uel altaribus & sacrificijs demonum deseruiendum. Acc. g *Chaldæi.*] id est incantatores.

* Ex lib. 9. titu. 6. l. 3. C. Th.

h *Curiositas.*] non enim est nostrũ nosse tempora, uel momenta quæ, &c. i *Supplicio capitis.*] qui concremabitur: vel dẽtibus ferarum dabitur dilacerãdus. Vel debet deportari, vel decapitari, ut sup. eodem l. nullus. & l. 1. & infra l. proxi. & l. etsi excepta. ff. si. quæ omnes sunt pœnæ capitales. Sed iniuriarum nõ tenetur, si quis furem dixerit in diuinando: ut ff. de iniu. lege itẽ apud Labeonem. §. si quis astrologus. & facit sup. de paganis & sacrifi. l. 2.

Pure non quis dixerit in diuinando, iniuriarum non tenet.

M *Vlti.* CASVS. Si aliquis i[n]ime[n]tem alicuius dæmones inuocauerit, & consuluerit, capite punietur.

k *Nõ dubitant.*] piu

Imp. Constanti. A. ad Maximum.

LEX III.

NVllus[1] † aruspex,[a] nullus sacerdos,[b] nullus eorum, qui huic ritui assolent ministrare ad limen alterius accedat: nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominum amicitia (quãuis vetus) repellatur: concremando illo aruspice, qui ad domũ alienam accesserit, & illo in insulam deportando[2] † post ademptionẽ bonorum, qui eum aduocauerit suasionibus vel præmijs. Accusatorem autem huiusmodi criminis[c] nõ delatorem esse, sed dignum magis præmio arbitramur. PP. Calend. Februar. Romæ, Constantino A. quinto, & Licinio Cæs. Coss. 312.

Facientes incãtationes ad finem mali sunt puniendi: non si faciant ad finem boni. de iure vero canonico ẽt si faciant ad finem boni. 2. q. 2. c. illos. & c. ex tuarum. extra de sortilegiis. & c. fin. eo. tit. vbi gl. Bar. & Sal.

Ijdem A. & C. ad Bassum PP.

LEX IIII.

EOrum* est sciẽtia puniẽda, & seuerissimis merito legib. vindicanda, qui magicis accincti artib. aut contra salutẽ hominum moliti, aut pudicos[d] animos ad libidinem deflexisse detegẽtur. ¶ Nullis vero criminationibus[e] implicanda sunt remedia humanis quæsita corporib. aut in agrestib. locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerẽtur imbres, aut ventis, grãdinisq; lapidatione quaterẽtur, quib. non cuiusquam salus, aut æstimatio læderetur, sed quorum proficerent actus, ne diuina munera & labores hominum sternerentur. D. x. Cal. Iun. Aquileiæ, Crispo & Cõstãt. Coss. 321.

Nullus debet cõsulere diuinatorem, & quilibet à diuinando debet cessare, & cõtrafaciens punitur. h. d. secundum Sal.

Impp. Cõstantinus A. & Iulianus Cæs. ad populum.

LEX V.

NEmo* aruspicem consulat, aut mathematicum, nemo hariolum.[f] Augurum & vatum praua confessio cõticescat, Chaldæi,[g] ac magi, & cæteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinandi curiositas.[h] Etenim supplicio capitis[i] ferietur gladio vltore prostratus, quicunque iussis nostris obsequium denegauerit. Dat. 8. Cal. Febr. Mediolani Cõstantio A. 8. & Iuliano Cæs. 2. Cos. 357.

Qui dæmones inuocant, vel imagines cereas incantant, puniuntur. h. d. Sal.

Idem A. & C. ad populum

LEX VI.

MVlti* magicis artibus vsi[2] † elemẽta turbare, vitam insontium labefactare nõ dubitant,[k] & Manibus,[l] [3] † accipitis audent ventilare,[m] vt quisque suos conficiat malis artibus inimicos hos (quoniam naturæ peregrini sunt) feralis[n] pestis absumat. D. Pr. Non. Dec. Med. Constan. 9. Iuliano 2. C. Coss. 357.

Nulla dignitas excusat maleficos & mathematicos, quin subijciantur tormentis. h. d. Bal. Vel sic. Priuilegio tormentis exempti, de crimine malefico vel magico accusati possunt sine præiudicio torqueri, & culpabiles inuenti sunt puniendi. h. d. Sal.

Idem A. & C. ad Taurum PP.

LEX VII.

ET si[4] † excepta* tormentis sunt corpora honorib. prædictorũ,[o] præter illa videlicet crimina legib. demonstranf,[p] etsi hoĩes magi, in quacunq. sint parte terrarũ, humani generis inimici credendi sunt: quĩa tñ qui in comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodum maiestatem. si quis magus, vel magicis carminibus assuetus, qui maleficus vulgi cõsuetudine nũcupatur, aut aruspex, aut hariolus, aut certè augur, uel mathematicus, aut enarrandis somnijs occultans artem aliquam diuinandi aut certè aliquid horũ simile exercens in comitatu meo,

gendo imaginem vera.

l *Manibus.*] id est dijs infernalibus.

m *Ventilare.*] id est elementa mouere.

n *Feralis.*] id est ea morte, qua bestiæ, idest gladio.

E *T si excepta.* CASVS. licet homines in dignitate constituti in dignitate torqueri nõ debeãt, exceptis quibusdam, mirũ est, scilicet læsæ maiestatis & falsi, ut infra, de falsis. l. si quis de crimine. non debent Haruspici tamẽ si in comitatu nã, aut alii pricipis aliquis ara quã ptere spex vel mathema. à maiori vel consimilis inue- bus cõcesniatur, licet in dignitate fuerit constitutus, propter hoc aliquo gen tormenta effugere. nere crimi o *Prædictorum.*] venis, sed e supra de quæstio. l. mercari ve milites. & l. decurio tare. Connes.

p *Demonstrãtur.*] f. specialiter, ut in crimine læsæ maiestatis, ut supra, ad lẽgẽ Iuliam maiesta. l. nullus. & falsi: ut inf. de falsis, si quis decur. & priuati carceris, ut supra, de priua. car. l. 1.

* Ex eo. li. & tit. l. 4. C. Th. sed quod Valẽtinianus ait

† Ex eo. li. & titu. l. 5. C. Th.

2 † an si.

3 † inanib.

4 † Ex eo. lib. & ti. l. 16. C. Th.

* Hanc l. pulchrè declarat Alcia. 1. ann. in posteriores ll. C. super lege, metanoos, vide Pet. Greg. 34. Syntagm. c. 9. & sequentibus.

Vel

vel Cæsaris [a] fuerit deprehensus, præsidio dignitatis exutus cruciatus & tormenta non fugiat. [b]

¶ Si vero conuictus [c] fuerit, & ad propriũ facinus detegentib. [d] repugnauerit pernegando: sit equuleo deditus, vngulisque sulcantibus latera perferat pœnas proprio dignas facinore. Dat. 3. Non. Iul. Arimini, Titiano, [1]† & Cereali Coss. 358.

Ars magica non potest disci nec doceri. h.d. Sald.

Impp. Valent. & Valens AA. ad Modestum PP.

LEX VIII.

CVlpa [e] [2]† similis est, tã prohibita discere, quã docere Dat. prid. Id. Decẽb. Cõstantinop. Valentiniano, & Valente AA. Coss. 365.

Maleficiũ licet cuicunq. capere, et iudici præsentare, sed nemini licet occidere. h.d. B.

Imppp. Valent. Theodo. & Arcad. AAA. Albino PP.

LEX IX.

QVicũque [3]† maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupauerit, illico ad publicum pertrahat, & iudicem oculis cõis hostem salutis ostẽdat. ¶ Quod si quisquam ex agitatoribus id est aurigis seu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictum venire tentauerit, aut clandestinis supplicijs etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit, [f] [4]† vltimum suppliciũ non euadat, geminę suspicioni obnoxius: quod aut publicum reũ ne facinoris socios publicaret, seueritati legũ & debitę subtraxerit quæstioni, aut proprium fortassis inimicũ sub huiusmodi vindictę nomine consilio atrociore [g] confecerit, Dat. 15. Cal. Decemb. Romæ, Timasio, & Promoto Coss. 389.

TITVLVS XIX.

De sepulchro violato.

Contrectans res effectas religiosas, tenetur Crimine læsæ religionis, nec excusat eũ titulus, cum sit nullus. Bal.

Imp. Gordianus A. Zenoni.

LEX PRIMA.

REs religioni destinatas, quinimo [h] iam religionis [5]† effectas, scientes qui contigerint, [i] & emere & distrahere [k] non dubitauerint, tametsi iure venditio non subsistat, [l] læsę tamen religionis inciderunt in crimen. [m] PP. 3. Cal. Mar. Sab. 2. & Venust. Coss. 241.

Proprius motus aggrauat delictum, sed iussus domini ipsum attenuat, & confiscari debet, ędificium, in quo aliquis facit sacrum ædificari. h.d. Bal. Vel sic. Seruus demoliens sepulchrum domino inscio, damnatur in metallum. si uero eo conscio, relegatur: & locus ad quem aliquid de sepulchro exportauit, publicatur. h.d. Sal.

Imp. Constantinus A. ad Tatianum PV. LEX II.

SI seruus [6]† in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur. Sin vero domini auctoritate, vel iussione vrgetur, relegatione [n] plectatur. Et si forte detractũ aliquid de sepulchro ad domũ eius, villamque prouectum [7]† reperitur: villa, siue domus, aut ædificium [o] quodcũque erit fisci iuribus [8]† vendicetur. Dat. 8. Id. Iul. Acyndino, & Proculo Coss. 340.

Iudex, qui negligit punire violatorem sepulchri, debet condemnari uiginti libris auri. hoc dicit Sal.

a *Vel Cæsaris fuerint.*] vel dic, vel pro id est.
b *Non fugiat.*] ille mathematicus sic cõtra seipsũ torquet.
c *Conuictus.*] per testes. Accur.
d *Detegentibus.*] testibus. Accur.

CVlpa.] CASVS. Similis culpa est tam prohibita discere, quam docere. Viuianus.

e *Culpa.*] sic ergo & pœna, ut sup. de epis. & cle. l. si quenquam Sed contra sup. de hæret. l. quicunque. prope finem Solu. vt ibi.

QVicunque.] CASVS. Si aliquis maleficiorum labe pollutũ audierit & deprehenderit, statim ad iudicem eũ ducat: & si quis plaustrarius talẽ oppresserit, uel si quis alius vltimo supplicio punitur.

f *Oppresserit.*] id est occiderit.

g *Atrociore.*] quam debet.

DE SEPVLCHRO violato.

De viuis uiolatis dixit, nũc de mortuis & eorum domib. s. sepulchris, ut inf. eod. l. si quis sepulchrum.

R*Es religionis.*] CASVS. Qui rem religiosam contractat, distrahendo vel emendo scienter, licet uenditio non tenuerit; tamen sacrilegij crimen incurrit.

h *Quinimo.*] correctiuè ponitur sic Stichus, imo Pamphilus liber vel hæres esto, ut ff. de manu. test. l. Stichus. & de here. l. insti. l. si ita scriptum.

i *Contigerint.*] vim inferendo.

k *Distrahere.*] contrectando. Sed quid si uẽdidit & emptor tetigit volente venditore, an venditor teneatur? Respõ. sic; vt arg. supr. de acqu. pos. l. minus. Idem dicunt quidam, si tantum vendidit, & nemo contrectauit, per legem istam.

l *Non subsistat.* inter scientes uel emptore solo sciente, ut ff. de contrahẽ. empt. l. 4. & l. seq. & l. liberi. & Inst. iu. de contrahen. empt. §. fin. & ad hoc facit su. de adulte. l. eum & de excus. tut... amplissimi.

m *Crimen.*] scilicet quasi sacrilegij. quod crimen minus punitur, quam si uerum sacrilegium esset, auferendo sacrum de sacro, & magis quam si fecisset furtum, ut argu. ff. ad l. Iul. pe. l. sacrilegi capite. in princip. Azo. & oritur ex hoc crimine actio ciuilis, non legis Aquiliæ, sed interdictum. Quod vi aut clam, ut ff. eo. l. 2. Item & actio in facto similiter ciuilis, quę extraneo in centum aureis datur, ei ad quem res pertinet, ad interesse datur, ut tamen nõ minus, quam in centũ aureos. Si autem alius habitare sepulchrum indistincte in 200. aureos agitur, vt ff. eo. l. 3. in princ. & §. 1. & 2. & §. qui de sepulchro, & prædicta præstãtur actori. Criminaliter dat in 20. libris auri dandis fisco, ut inf. dices e. l. si quis sepulchrũ. Quandoque in plur. vt ff. eo. l. fin. & dices infr. eod. l. qui sepulchra. Sed si ille, cuius interest, uiolauerit, an teneatur. Respon. sic, ut ff. si serui. uen. l. alterius.

SI *seruus.* CASVS. Si nesciente domino seruus sepulchrũ spoliauerit, in metallum condemnabitur, si sciente domino, relegabitur: si ad domum domini aliquid apportatum est, domus cõfiscabitur. Viui.

n *Relegatione.*] & sic in aliquo etiam in atrocioribus mitius cum seruis agitur, si domino parent, ut & supra, ad legem Iuliam de vi. l. seruos. Sed uidetur, hæc pęna non imponi seruo, ut ff. de accusa. l. hos accusare. §. in omnib. Sol. quod ibi dicit, sicut relegatio, subaudi quæ cadit in personam seruorum. Vel aliter durior relegatio imponitur ei, ut ibi in fi. §. sed quidam libri non habẽt ibi, non.

o *Ædificium.*] sic & infr. de fal. mone. l. 2. & sup. de incest. nup. l. si quis incesti, & infra de ijs, qui latro. uel al. l. 2. in fi. Et no. quod si seruus in habitat, non est actio noxalis, sed accusatio, ut ff. eo. l. 3. §. fi.

SI *quis.* CASVS. Si iudex sepulchrorũ violatorẽ punire neglexerit, in 20. lib. auri mulctabitur fisco inferendis. Viu.

Neglexerint.] sic supple pœna. ca. l. 9.

[1]† Datiano.

[2]† Ex li. eo. & tit. l. 8. C. Th. Vi. Russ. c. 35. coll. legum & Ammianum. 25.

[3]† Ex eo. li. & titul. l. 11. C. T.

[4]† suppresserit.

Sacrilegiũ quoddã est uerũ, & quoddam quasi sacrilegium.

Sepulchra uiolans qua actione, & ad qd cõueniat.

[5]† religiosos.

Serui an possint relegari.

[6]† Ex lib. 9. titu. 17. l. 4. C. Th.

[7]† peruectum.

[8]† Vindi.

Idem A. ad Limenium PP.

LEX III.

SI [1]† quis sepulchrū violaturus attigerit, locorū iudicis si hoc vindicare neglexerint, non minus quam viginti librarum auri in sepulchrorum violatores[a] statuta pęna mulctentur, vt eā largitionib. nostris inferre cogantur. Da. 5. Cal. Apr. Limenio, & Catuno Cos. 349.

Violator sepulchri intelligitur offendere mortuū & viuentē & punitur in decē libris auri. & in oī alia pęna antiquitus constituta. idem est in violatore cadaueris, et reliquiarum. h. d. Bald.

Idem A. ad populum.

LEX IIII.

QVi [2]† sepulchra violāt, domos[b] (vt ita dixerim) defunctorum geminum videntur facinus perpetrare. viā & sepultos spoliāt destruēdo:[c] & viuos polluūt fabricando.[d] Si quis igitur de sepulchro abstulerit saxa, vel marmora vel colūnas, aliāue quacunq; materiā fabricādi [3]† gratia, siue id fecerit vēditurus: decē pōdo[e] auri cogatur fisco inferre, siue quis propria sepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, siue quicunq;[f] alius accusauerit, vel ad officium[g] nunciauerit, quę pęna priscę seueritati accedit. Nihil. n. derogatū est illi supplicio, qđ sepulchrorum violantib. vī impositū.[h] Huic aūt pęnę sub iacebunt & qui corpora sepulta, aut reliquias contrectauerint. Dat. Idib. Iun. Mediolani, Constantino 9. & Iuliano Cęs. Coss. 357.

Proprie sacrilegium est defraudare defunctorū corpora, vel sepulturam. h. d. Bal. Vel sic: Remouens sepulchri ornamenta, punitur vt sacrilegus. h. d. Salic.

Imp. Iulianus A. ad populū.

LEX V.

PErgit [4]† audacia[i] ad busta[k] defunctorū, & aggeres[l] cōsecratos, cū[m] & lapides hinc mouere, & terrā euertere, & cespitē euellere, proximū sacrilegio maiores nostri semp habuerint:[n] sed & ornamenta quędā tricliniis[o] aut porticib. auferre de sepulchris.[p] Quib.[q] primo consulentes, ne in piaculū[r] incidat [5]† contaminata religio [6]† defunctorū; hoc fieri prohibemus, pœna sacrilegii cohibentes. Dat. prid. Id Febr. Antiochię, Iuliano A. 4. Salustio Coss. 363.

Ratione debiti sepulchra defunctorū non possunt impediri, & confeßio, fideiußio, vel solutio ex hoc extorta, debet virib. euacuari. h. d. Bal. Vel sic. Propter debitū defuncti non potest eius sepoltura impediri, sub pęna quinquaginta librarū auri, quas si non potest soluere, luit in corpore, & cautiones & confessiōes et exactiones ob hoc prius factę, ipso iure non no.

a *Violatores.*] sic ergo in violatores hic eadem pœna statuitur, & sic est contra infr. l. proxi. vbi decem pondo auri dicit. Solu. dicunt quidam tantum esse decem pondo, quantum uiginti librę auri, quod non placet, cum pondo & libra idem significant, ut ff. de leg. 1. l. si ex toto. §. fi. Dic ergo, quod decem pondo sit pœna in violatores, in iudicem viginti librę auri. vt si neglexerint vindicare, statuta pęna in violatores, quæ est decem pondo auri non minus &c.

1† Ex lib. 9. titu. 17. l. 1. C. Th.

QVi sepulchra.] CASVS. Sepulchrorū violator duplex facinus cōmittit, f. spoliando mortuū, & viuū polluendo. vnde qui aliquid a sepulchro subtraxerit, in decem pondo auri mulctabitur.

b *Domos.*] vnde illud sepulchra eorum domus eorum in æternum.

c *Destruendo.*] sepulchra.

2† Ex lib. 9. titu. 17. l. 4. C. Th.

d *Fabricando.*] i. faciendo alibi fabricari de materia inde sumpta. Vel dic artifices, quos adhibent domini sepulchri ad reædificandum.

e *Decem pondo.*] contra sup. l. proxi. Sol. ut ibi.

f *Quicunque.*] cū is ad quem ea res pertinet, agere nollet, vt ff. eo. l. 3. in prin.

g *Officium.* alias officio, vel alias officium, ut quia sic notorium, ut sup. de accus. l. ea quidem.

3† Fabricæ.

h *Videtur impositum.* quod secundum diuersitatem personarum & factorum imponitur, ut ff. eo. l. 3. §. aduersus & l. fi. & l. sepulchra. Pecuniaria quoque imponitur, ut ff. eod. l. 3. §. aduersus. quādo quę centum, quandoque ducentorum aureorum, ut dixi sup. eo. l. 1. Sed qualiter pœna huius legis, vel illa centum aureorum imponitur, si ponas eum deportari uel decapitari, cum omnia eius bona publicantur? Resp. ea nō publicari. sic sup. de mulieri. q. ser. pro so. l. 1. & supra de rapt. virg. l. vni. §. & si quidem. Vel alias si conueniatur ciuiliter, subibit hanc pęnā, quæ succedit in locum illius, quæ olim erat statuta tacite. si criminaliter, subibit eam quæ statuitur ff. eo. l. fi. Vel illa pęna corporalis habet locum in casu speciali, quando s. corpus ipsum est motum.

ADDITIO. Habes hic, quod licet per legem nouam imponatur aliqua pœna noua pecuniaria, non propter hoc tollatur antiqua lex, quæ imponit pœnam corporalem, ex quo infert Bartol. hic, quod si statutum pro homicidio imponat pęnam pecuniariam, non propterea tollitur pęna legis Corneliæ de sicarijs, tamen si quis cōdemnatur vigore statuti, quod imponit pœnā pecuniariā, tollitur condēnatio, quæ resultabat ex lege Cornelia de sicarijs, quia senatus voluit ne quis ob idem crimen duabus legibus fiat reus, ut l. senatus ff. de accusa. de quo vide latius per eundem Bar. in l. 1. ff. ui bono. rap.

PErgit.] CASVS. Sacrilegium cōmittit, q. sepulchrū euertit, idest ornamēta ex triclinijs sepulcorum rapit. Vi.

i *Pergit audacia.*] id est pergunt audaces & sic ponitur qualitas pro quali, vel cōtentum pro continente.

k *Ad busta.*] id est perusta corpora, & in cinerem redacta: quia cinis in arcula aliqua reponebatur, & idem si ad sepulchrum hodie tamē. Accur.

4† Ex lib. 9. tit. 17. l. 5. C. Th.

l *Aggeres.*] i. valla, quæ causa munitionis sepulchri fiebāt, & sepulchra circumdabant.

m *Cum.*] pro quis.

n *Habuerint.*] sed quomodo, cum sacrilegio imponatur pęna capitis, aut subijcitur bestijs, aut deportat, aut in metallū datur secundū qualitatē psonæ, & delicti, ut ff. de cri. sacri. l. sacrilegij pęnā. & sacrilegij capite. hic autem releganttur, uel deportātur, quandoque ossa mouentur ut ff. eo. l. fin. Respond. non dicit eandem semper. sed quandoque, ut in deportatione. & hoc dicit, proximum sacrilegio &c.

5† incidāt

6† religio ne bustorum.

o *Triclinijs.*] subaudi pro, & de ornamētis sepulchri dicit. si autem vestem mortui auferat, si quidā ni armata, capite, si sine armis, metallo punitur, ut ff. eo. l. 3. §. aduersus.

p *De sepulchris.*] supple proximum sacrilegio habuerunt maiores

q *Quibus.*] factis vel rebus.

r *In piaculum.*] qualibet incidit in piaculum, idest in crimen sanguine piandum, cum tantum in casu imponatur pœna sanguinis, ut ff eo. l. fi. Resp. ideo dicit, quia per hoc posset perueniri ad id, quod esset sanguine piandum. Vel dic piandum, idest ad pietatem mouens. Acc.

CVm sit institutum.] CASVS. Olim creditores, antequā corpus debitoris posset tradi sepulturæ petebāt debitū, & fideiussores & pignora ab hęrdib. nec permittebāt corpus sepeliri, hodie si creditor faciat, nō tenebit fideiussorū datio, nec pignoris obligatio, sed qui fecerit, in quinquaginta lib. auri mulctabitur, uel si soluere non possit &c. Viua.

Per-

vent hæredi. h. d. Sal. Sed hodie seruia authenticas hic positas. Sal.

Imp. Iustinian. A. Theodo.

LEX VI.

CVm sit iniustum, & nostris alienum temporibus, iniuriam [1] † fieri reliquijs defunctorũ ab ijs qui debitorem sibi esse mortuũ dicendo, debitũq; exigẽdo, sepulturam eius impediũt: ne in posterum eadem iniuria procederet, cogendis ijs, ad quos funus mortui pertinet, sua iura perdere: [a] ea quidem quæ mortuo posito ante sepulturam eius facta fuerint, vel exigendo, quod debitum esse dicitur, vel confessiones [b] aliquas, aut fideiussorem, aut pignora capiẽdo, penitus amputari præcipimus. Redditis vero pignoribus, vel pecuniis, quæ solutæ sunt, vel absolutis fideiussoribus, & generaliter omnibus sine vlla innouatione in pristinum statũ reducẽdis, principale [c] negotiũ ex integro disceptari. Eũ vero, qui in hmôi fuerit deprehẽsus flagitio, quinquaginta libras auri dependere, [d] vel si minus idoneus ad eas persoluẽdas sit, suo corpore sub competenti iudice pœnas luere. [e] Dat. Cal. Decembr. Constantinopol. Olybrio V. C. Cos. 526.

IN AVTHENT.

Vt defunc. seu fu. §. sancimus ergo. & §. si vero. colla. 5. constit. 13.

Hæc auth. loquitur in casu l. C. s. ante corpus debitoris traditum sepulturæ: & addit ad l. C. quę imponit priuationẽ iuris: vbi illa nõ imponebat. Itẽ imponit pœnã publicationis tertiæ partis bonorum. Itẽ non solũ impedienti sepulturam, sed et sua auctoritate signanti res mortui, imponit hãc pœnam. & not. istam auth. Bald.

ITem qui domum [f] moribundi accedit, ipsum aliosve, qui eius sunt, molestans, aut in rebus eius, non seruato legali officio, signacula ĩponit, ab actione post mortẽ illius cadat, & alterũ tãtũdẽ exigatur ab hæredibus iniuriati, publicãda tertia parte bonorũ ipsoq; infamia notato. Eisdẽ pęnis subiaceat, q eo moriẽte circa funus peccat, cũ prohibeat exequias.

IN AVTHEN.

Vt cum de app. co. §. meminimus. colla. 8. constitu. 11.

SEd neque [g] ante nouem dies ab obitu numerandos, vlla prorsus fiat molestia aduersus quẽlibet ex psona defuncti. Si qua. n. cautio, si qd simile fiat, inutile [h] erit: ex hoc nullo præiudicio creditori generando.

TITVLVS XX.

Ad legem Flauiam [a] † de plagiarijs.

Vendens ancillam alienã subtractam potest conueniri rei vendicatione, qn. a dolo desiit possidere, & criminaliter coerceri proposita actione legis Flauiæ de plagiariis. h. d. Bald.

Imp. Antoninus A. Placido

LEX PRIMA.

¶ Qua iuris definitione non ambigitur et falsi crimen,[n] de quo ciuiliter[o] iā actū est, et criminaliter esse repetendū.[p]

* Fabla. Vi. Curac. 20. obs. 26. & 5. obser. 15.

b *De re familiari*. idest propter rem familiarem. Actio enim furti non est de re familiari, sed propter rem familiarem, ut ff. de incend. rui. naufra. l. 1. §. 1. De familiari autē ideo dicit, quia secus si ciuilis nō esset de re familiari, ut in

c *Actio*. proprie, & improprie ponitur. sic ff. de officio procon. l. 2.

d *Vtraque*. sed non simul, vt hic in rubrica dixi.

e *Ciuiliter*. i. pecuniariter, nec enim ponitur ad differentiam iuris prætorij, quia de ciuili actione exēplum ponit in interdictis, quæ constat esse prætoria.

f *De vi*. publica; & priuata. Sed certè imò prius de vi. ut s. ad l. Iul. de vi. l. si qs ad se fundum. Sed dic, vt ibi, uel ibi actor prius de vi, agere volebat. Item adhuc contra, sup. de app. l. 1. Nam hic dr̄ posse incipere à qua uelit, ibi necessitatē imponit de una. Solu. ibi utraq; erat ciuilis quæstio, quia ibi non erat quæstio vtrum per unam alij præiudicaretur, sed quæ esset prius intētanda. hæc non ualet, vel dic ut ibi.

g *Et suppresso*. idest absconso, vel etiam corrupto sic, ut non appareat, quo casu criminaliter, & ciuiliter agi potest, ut ff. de dolo. l. si quis affirmauerit, §. fi.

h *Ex lege Cornelia*. s. de falsis.

i *Perurgeri*. vt sup. ad leg. Viscel. l. 1.

k *Furti actio*. ex qua criminaliter, & ciuiliter agi potest, ut ff. de priuat. delict. l. fina. & ff. de fal. l. qui testamentum & ff. de tab. exhib. l. 1. in princ. & leg. 3. §. si quis dolo malo, & de fur. l. fin. Et quod subijcit, legis Flauiæ constitutio & c. aliud est exemplum, ubi etiam ciuiliter, & criminaliter potest agi, ut supra ad legem Flaui. de plagia. leg. 1. & ff. de lib. ho. exhib. l. 3. in princ. secundum nos. Sed P. dicit, pro. i. quasi unū sit exemplū, cum plagium sine furto non fiat. Vel si separatim intelligas, dices secundum eum de furto, de quo est publica accusatio, u testamenti subrepti non alterius instrumenti, ut ff. ad leg. Corn. de falsis l. Paulus.

l *Non possunt*. commode, sed da exempla in delictis ordinarijs, & extraordinarijs, in quibus ciuiliter actione in factum & criminaliter agitur, ut supra de condict. ob turpem c. l. quod euitanat, & ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius, §. si dolo.

m *Retractari*. i. iterum tractari, non in eundem, sed alterū modum, si. sup. de ijs, qui ut indig. l. Poll.

n *Crimen* generale: quia supra dixit specialiter circa testamentum subtractum. Accur.

o *Ciuiliter*. actione in factum. ut ff. de fal. qui nomine. & s. de fal. l. damus, & l. fi. & de dolo. l. pen.

p *Repetendum*. si in ciuili causa prædictis casibus obtineat actor, planum est. Si vero succumbat, quid tunc?

Respon.

Respond. idem, quasi tantum valeat absolutio quantum condemnatio cum solutione, ut ff. de except. rei iud. l. si quis cum totum. §. plané. Sed arg. contra sup. ad l. Fla. de plagia. l. 1. sed expone vt ibi. Sed Pla. contra, ut hoc dixi plenè supra ad legem Aquiliam. l. ex morte. Item in publicis criminibus constat habere locum legem istam secundum oēs. sed quid in priuatis delictis? P. dixit, quod non habet locū, & pro eo ff. vi. bo. rap. l. 2. §. 1. sed illa intelligitur interim. Itē pro eo. sup. ne tuto. vel curato. nec. con. l. 1. Sed ibi publicū crimen falsi erat, & etiā ante accusationem satisfecit, nec expectauit accusari quod etiā in publico licet, ut ff. ad leg. Iul. de adult. l. si adulterium. §. Idē Pollioni, sic & infra de crim. stel. l. 1. quod priuatū est delictū, vt eo. tit. de cri. stel. l. 3. Item pro eod. ff. de condic. cau. da. l. penu. Sed ibi ideo nō agitur criminaliter, qa non affecit seruū eius, q duxit eum in periculum, tradendo praefecto vigilū. Item pro eo ff. de iniur. l. praetor. §. 1. Sed speciale in crimine iniuriarū, cum utroque modo agitur ad vindictā. Itē pro eo. ff. de fur. l. interdum 2. §. qui furem, sed ibi non fuit accusatus, sed in ciuili ductus fuit non ordinario iure. Tu dic sm Io. idem in priuatis criminabus quod publicis & pro nobis haec lex vbi dicit, quod in genere &c. licet P. pro se ibi exponat, ut ibi notauit. Itē pro nobis sup. de cond. ob tur. cau. q euitand.. Vltimo oppo. quód non prius vna vis, quam alia, sed ambae simul decidi debeant, vt supra de ord. iudi. l. 3. Sed ibi in modum exceptionis opponebatur crimen.

† Vi. i hāc l. Cuia. 20. obs. 17.

Dat. Prid. Calen. Ianuarias, Teueri, Valente sexto & Valentiniano secundo AA. Coss. 361.

TITVLVS XXXII.
De crimine expilatae haereditatis.

Post aditā haereditatē, & apprehensā possessionē, cessat hoc crimē, & de specie ad speciē nō admittitur cōpensatio reiecto potest principaliter moueri quaestio. h. d. Sal.

Imp. Seuerus, & Anton. AA. Eupratae.

LEX PRIMA.

EXpilatae [a] quidem haereditati crimen intentare non potes,* quando communis arcae rebus in spectis claues traditas cohaeredi profitearis. [b]

¶ Sed cum de his exhibendis apud iudicem quaereretur, [c] rationem compensationis induci nō oportuit. [d] Exhibitis enim, quae desiderantur, suis [e] iudicibus directa quaestio relinquenda est. PP. 12. Cal. Maij, Antonino A. secundo & Geta 2. Coss. 206.

Priuignus pōt agere cōtra vitricū crimine expilatae haereditatis h. d. Bal. Vel sic. Reuerentia & praesentia persone vitrici non facit hoc crimen cessare h. d. Sal.

DE CRIMINE EXPILATAE, &c.

Supra de ordinarijs, & publicis criminibus tractauit, nunc ponit de priuato, & extraordinario crimie. Azo. Extraordinarium est, ut ff. eod. l. 1.

EXpilatae.] Primo rńdet tacitae quaestioni. Secundo alteri immediate subiectę. Tertio dubium remouit, secunda ibi. sed cum de his. tertia ibi exhibitis. Sal.

b Explatas.] Tibi & Titio delata est haereditas, & ei praesente te datae sunt claues cōis arcae, per quod vr̄ quilibet apprehendisse possessionem. licet ergo postea res teneat quae sunt in arca, non crimine expilatę hęreditatis, sed actione ad exhibendum ages, in qua licet tu alias res teneas eiusdem haereditatis, non habetur compensatio, cum speciei ad speciē nō fiat, sed reb. exhibitis coram delegatis iudicib. directa quęstione s. rei vendicatione ad res, vel cōtra sibi ad illas, quas habes apud ordinarios agetur.

c Profitearis.] per quod ut dixi, possessionem apprehendisse uidetur, & sic haec actio cessat, quae locum habet expilata haereditate ante aditam haereditatem, vel post aditam ante apprehensam possessionem, vt ff. eo. l. 2. §. apparet. Alij dūt ideo non agi, quia ratione suae partis contrectasse videtur, ut ff. pro soc. l. merito. Accursius.

† 19. Ecle. 2. ex li. 60. tit. 29. c. 8.

d Quaereretur.] alias quaereretur, & alias quaeretur.

e Non oportuit.] cum species deberet hinc inde, uel ab altera parte, ut ff. de pign. act. l. si conuenerit a in princip. Et caue, quia in praetorio loquitur. q. d. iudex fecit, sed non recte fecit, & sic si habes quaereretur, si uero haec quaeretur, dic hic. i. oportebit. Alij reddunt hic rationem, q compensatio non fiat quasi apud eum depositis fueris, vnde actioni depositi non obijcit cōpensatio, vt sup. de cōpē. l. fin.

f Suis.] i. ordinarijs, cum tn̄ primum iudicium esset delegatum. & ad hoc sup. famil. ercis. aduersus. Et quod ibi no. Ioa. Item facit sup. in quibus cau. pign. ta. contra. l. si non induēte.

Imp. Antoninus A. Primo.

LEX II.

ij) EXpilatę* haereditatis crimen aduersus vitricum, [f] adito praeside prouinciae non prohiberis persequi. PP. 7. Calen. Mart. Lęto 2. & Cereali Coss. 216.

Reuerentia nouercae non facit hoc crimen silere, quando de alia quam de mariti agitur haereditate. h. d. Sal.

Idem A. Helenae.

LEX III.

SI aui tui hęreditatem adisti, expilatae haereditatis crimine aduersus nouercā [g] quondam tuam experiri nō prohiberis. PP. 3. Non. Ian. Sabino, & Anulino Coss. 217.

Vxor defuncti non potest conueniri ab hęrede crimine haereditatis expilatae, sed res, & fructus extantes possunt vendicari, & cōsumpti possunt condici. h. d. Salic.

LEX IIII.

ADuersus vxorem (quae socia* rei humanae [h] atque diuinae domus suscipitur) mariti, diem suū functa successores expilatae haereditatis crimen intendere

EXpilata.] CASVS. Delata erat mihi hęreditas extranei, vitricus meus aliquas res de haereditate subtraxit, an possim eum accusare crimine expilatae hęreditatis, quaeritur. Et dicitur quod sic.

† Sic, & Romulum cauisse ae fert Halycarnas apud Praetcium lib. uet Iurisp.

g Vitricum.] contra uidebatur, quia quasi pater, ut ff. solu. matri l. quia parentis, & caue, quia ab auo nō a matre uxore s. vitrici fuit haec hęreditas delata, ut & inf. eod. l. aduersus. dices.

h SI aui. Nouercam.] id est vxorem tui patris, cum haereditas non a patre deferatur, ut infra l. proxi. sed ab auo, ut hic dicit, vel aliunde.

ADuersus.] Diuiditur. Primo ponit dictum. Secundo inferendo consulit actori circa rem. Titiu circa fructus, secunda ibi, & ideo, tertia ibi fructus autem. Salic.

CASVS. Instituisti me hęredem, iacente hęreditate, vxor tua aliquid de rebus hęreditarijs subtraxit, an eam accusare possum crimine expilatae haere. quaeritur. & dicitur, quod non, sed si possidet vendicabo, si dolo desijt possidere, agam ad exigendum, fructus quos mala fide percepit suos non facit, sed extranei vendicabuntur, consumpti condicentur.

i Humana.] vt ff. de ritu nupt. l. 1. & supr. de Iudaeis. l. ne quis, & ff. ad municip. l. fi. § 2.

a *Non possunt.*] sic ergo filij contra vxorem patris, si mater vel nouerca, non agunt, cum de patris hæreditate, cuius vxor fuit, agitur litecalias secus, ut supra, l. proxi. & facit sup. de furtis. l. quamuis & ff. eod. l. vxor & ff. de negot gest. hęres viri, & ff. rerũ amot. l. 1. & 3.

b *Procul dubio.* vt & sup. de cond. ex leg. l. mal efi. ie. Acc.

O *Btentu.* CASVS. Iacente hære. res quædam subtractæ sunt, legatarij petunt legata ab hærede, hæres prætextu hæredi expilatæ vult differre solutionem legatorum, an sit audiendus, quęritur. Et dicitur, quod non.

c *Expilatæ.*] ab alio non a legatario.

d *Cognitione.*] criminis expilatæ hæreditatis. licet alij dicant scilicet legatorum. Acc.

e *Non oportet.*] vt & ff. de fideicomm. liber. l. fideicommissaria 2. in prin. posset etiam dici secundum quosdam a legatario expilata, & tunc esset contra, vt supra de leg. l. non dubium, sed ibi rem ipsam legatam subtraxit, hic aliam, vel ibi post apprehensionem, hic ante sed prima placet.

f E *Xpilatæ. Actionis.*] furti, secundum quosdam quæ non competit vt ff. eo. l. 2. Vel dic, actionis. Nam actio in rem, & ad exhibendum, & petitio hęreditatis bene cõpetunt cum hac accusatione, vt ff. eod. l. diuus. Item secundum Pla. not. quòd pro isto crimine nõ potest agi ciuiliter, quod pro alio priuata non inuenitur. Satis tamen potest hic dici dari actionem in factum ad possessionem restituendam, vel ad duplum præstandum argum. ff. si quis testa. lib. l. 1. & facit supra famil. ercifcun. aduersus, & quod ibi dixi.

non pñt. [a] Et ideo res, quas per eandem abesse quæreris, competenti in rem actione, vel si dolo malo fecerit, quo minus res mobiles possideret, ad exhibendum persequere. Fructus aũt rerũ, quas mala fide tenuit, licet expilatæ hæreditatis non teneatur crimine, suos non facit, sed extantes quidem vendicari, consumptos vero cõdici posse procul dubio [b] est. PP. 6. Cal. Mart. Attico, & Prætextato. Coss. 243.

Vxor expilans hæreditatẽ, vel libertus vel quicunq. non propterea cadit a legatis relictis in testamento. h. d. Bal. Vel sic. Legata non minuitur, licet hæreditas expiletur. h. d. Sal.

Imp. Philippus A. Philip. Cæs. Simplicio.

OBtentu expilatę [c] hæreditatis, emolumentum legatorum, maximè suspensa cognitione, [d] legatariis, iisdemque libertis defuncti auferri non oportet. [e] PP. 15. Cal. Febr. Philip. A. & Titiano Coss. 246.

Hæc accusatio est subsidiaria. Sal.

Ijdem A. & C. Basiliæ.

LEX VI.

EXpilatæ hæreditatis crimen loco deficientis actionis [f] intendi consueuisse, nõ est iuris ambigui. PP. 10. Cal. Mart. Aemyliano & Aquilino. Coss. 150.

TITVLVS XXXIII.

Vi bonorum raptorum.

Actio vi bonorũ raptorũ habet locum pro vi illata in reb. mobilibus tantum. Sal.

Imp. Gordia. A. Valerio.

LEX PRIMA.

VI bonorum raptorum actionem, quæ cum pœna sua retrahit ablata, potius ad mobilia, mouentiaque [h] quam ad fundos per iniuriam occupatos spectare, explorati iuris est. PP. Calend. Mart. Attico & Prætextato. Coss. 243.

Hæres donatoris à donato rio auferre res non potest: quod si facit, donatario intra annum tenetur ad quadruplum: post annum in simplum. h. d. Bal.

Impp. Valerian. & Galien. AA. Longino.

LEX II.

SI res mobiles, quarum in te fuerat dominium, perfecta donatione translatum, violenter hæres donatricis abripuit, vi bonorum raptorum actionem intra annum quidem quo experiundi potestas fuit, in quadruplum, [i] post annum, in simplum intendere non vetaris. PP. 12. Calend. Maij, Seculari, & Donato Coss. 26.

Etiam rapiens res sibi obligatas, intra annum tenetur ad quadruplum. Sal.

Impp. Dioc. & Maxim. AA. & CC. Euelpisto.

LEX III.

REs obligatas sibi creditorem vi rapientem nõ rem licitam facere, sed crimẽ cõmittere conuenit, [k] eumq. etiam vi bonorum raptorum intra annum vtilem in quadruplum, post simpli actione conueniri posse non ambigitur. S. 6. Cal. Ian. Sirmij. AA. Coss.

De raptis à seruo dominus ignorans tenetur noxaliter ad quadruplum intra annũ. h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Attilato.

LEX IIII.

DE ijs quę seruus alienus, nesciente [l] domino vi rapuisse dicitur, intra annum in quadruplum vi bonorum raptorum, & post in simplum dominus eius noxali [m] actione apud conpetentẽ iudicẽ conueniri põt. S. 2. Ca. Maij Heraclię AA. Cos.

Venditionem rei raptæ potest dominus ratam habere, & agere ad simplum, vel improbare, & agere vi bonorum raptorum ad quadruplum. h. d. Sal.

VI BONORVM raptorum.

Qualiter criminaliter de vi agitur, dixit, nunc ciuiliter post crimen expilatę hęreditatis, in qua etiam aliqua vis fit.

V *I bonorum. Mouentia.*] i. ad hęc & non ad alia, vt institu. eod. §. penult. & facit ff. de verb. sig. l. mouentium, & ff. de vi, & vi arg. l. 1. §. si fundus.

h *Quæ.*] pro vel.

S *I res.*] CASVS. Mulier dedit mihi rem aliquam, hæres eius eam rapuit, intra annum vtilem in quadruplũ, post annum, in simplum conuenitur.

i *In quadruplum.*] & verum rei pretium quadruplatur, ut ff. eod. l. 2. §. in hac, & datur hæredi, sed non in hæredem, quia est pœnalis, nec in eo, quod peruenit, cum condictio sufficiat, qua insolidum tenetur siue peruenit, siue non, ut ff. eod. l. 2. §. final. Quandoque autem datur in duplum, quando scilicet dolo alicui damnum in turba daretur, vt ff. eod. in principio.

k R *Es obligatas. Conuenit.*] vt supra ad l. Iuliam de vi. in possessionẽ. nisi ex conuentione, ut sup. de pigno. l. 3. & facit. supr. finium regundorum. l. si constiterit. Item contra. ff. quæ in fraudem cred. l. ait prętor. §. si debitorem. Sed speciale propter fugam, ut ff. de iudi. l. hæres absens. §. 1. Item contra. ff. quod met. caus. l. extat decretum. Item contra. ff. ad leg. Iul. de ui. l. creditori. Sed sol. vt ibi.

l D *E ijs. Nesciente.*] secus si scit, & prohibere valet, quia tunc in solidum, ut ff. de noxa. l. in delictis.

m *Noxali.*] vt & sup. de noxa. l. si seruos. & ff. eod. l. 2. §. hæc actio. & §. ex hac.

Sme

Siue negotiorum. CASVS. Nouerca tua res tuas vendidit,& rapuit, electionem habes, velis eam conuenire post annum in simplum,|vel in quadruplum intra annum, vel habendo ratam venditionem quasi negotiorum gestorum.

a *Contra nouercam*. nouerca rem tuam mobilem rapuit, & vendidit, & sic agit negot. gest. si ratam venditionem habueris,ut & supra de rei uen.l.mater.

Ijdem AA. & CC. Domnę.

LEX V.

SIue negotiorum gestorũ contra nouercã[a] tuã,siue actione vt bonorum raptorum (quæ in quadruplũ intra annum vtilem, ac post in simplum constituta est) putaueris agendum, notione præsidali poteris experiri. S.6.Non. Iul. Philippopol. AA. Coss.

DE CRIMINE stellionatus.

Et hoc est extraordinarium, & habet locum,vbi deficit titulus criminis,crimẽ tamen est, sicut de dolo actio ciuiliter, & dicitur a stellione animali,ut ff. eo.l.3. §.1. & pœna est in §.fin.

TITVLVS XXXIIII.

De crimine stellionatus.

Dissimulanter rẽ aliquã pignorans pluribus successiuè, tenetur crimine stellionatus, cuius pœnã euitat,si creditoribus debitum offerat.h.d. Sal.

Imp. Alexander A. Alexan.

LEX PRIMA.

IMprobum quidem,& criminosum fateris easdem res pluribus pignorasse,dissimulando[b] in posteriore obligatione, quòd eadem alijs pignori tenerentur. Verum securitati[c] tuæ consules,si oblato omnibus debito,[d] criminis instituendi causam peremeris. PP. 5. Id. Febr. Pompeiano,& Peligno Coss. 232.

IMprobum. CASVS. Debitor, qui rem eandem duobus obligauit, crimine stellionatus tenetur, soluendo tamen vtrique, vel vni liberatur. Viuianus.

b *Dissimulandò*. & sic sciens, alias pignoratitia contraria tantum tenetur, & hoc nisi pro modico secundo obligauit,ut ff. de pignor. actio. l.si quis in pignore.

c *Securitati*. locus est pœnitentiæ, vt & supra de ijs, qui sibi asseri... & ad leg. Cornel.de fal. leg.si falsos,& ff.de adult. l. si adulterium, §. Idem Pollioni.& dixi supra ne tuto. uel curato vec.con.l.1.

d *Debito*. sed nonne sufficit etiam alterutri offerri, uel etiam si nulli, quid prioris creditoris interest, cum semper potior est? Respon. interest secundi, qui accusat, & sed & primus forte, quia in eius malum factum est,si tamen uni soluerit,satis est, licet sit consul.ius utriq; ut hic dicit. Item quomodo euitatur pœna. in quam incidit iam obligando duo. us? Respon. per inde h. betur, si nec incidisset per pœnitentiam.

†Vi. Cuia. 22 obs 21. Hotom. 5. o. 14.

5 †Corporeum.

Etiam rem filii donatam si pater obligat ignoranti, tenetur crimine stellionatus, h.d.Bald.Vel sic. Scienter rem alienam obligans, vt propriam, tenetur crimine stellionatus.

Imp.Gordianus A. Valent.

LEX II.

SI pater tuus in te donationem contulerit, & cũ emancipatus esses, traditionibus[*] dominium[e] † corporum in te transtulit,[f] post eaque creditorem sortitus, quasdam earum rerum sine volũtate tua velut proprias suas obstrinxerit, ius tuũ non læsit.

SI pater] Duas continet quæstio-nes. Prima versatur circa ius pignoris. & præiudicium donatarij. Secunda crimen stellionatus,& sic præiudicium donatoris, secunda ibi, nec tamen.

CASVS. pater si in filium emancipatum donationem feci.,postea rem,quam donauit,obligauit, non præiudicauit filio, nec filius poterit eum accusare crimine stellionatus.

e *Transtulit*. & sic est perfecta,ut supra de do.l. siue emancipatis.

f *Obstrinxerit*. de facto,non de iure, ut hic, & sup. quæ res pign.oblig. l. qui filios.& facit supra ff. aduer. don.l.2.& de adul.l.eum.

¶Nec tamen iniuria[g] stellionatus crimine petetur,cũ sciens alienam rem, te[h] nõ consentiente, velut propriã suo nexu erit creditori. PP. 2.Cal.Gordiano A.& Auiola Coss.240.

g *Iniuria*. sed iure, ut in lege Aquilia,vt insti.ad l.Aquil.§.in iuria.

h Te.scilicet domino.

Idem A.Hadriano.

LEX III.

STellionatus accusatio inter crimina publica[i] nõ habetur.PP.Idib. Apr. Attico,& Prætextato Coss. 240.

i *Stellionatus*. *Publica*. nec inter priuata specialia, sed est extraordinaria priuata,ut ff. eo. l.1.

Crimen committit,qui rẽ obligatam priori obligat secũdo ignoranti, vel qui animo decipiendi creditorem, cum alio fingit anteriorem obligationem.h.d.Sal.

Imp. Philippus A. Euprepio.

LEX IIII.

IGnorantia creditoris,[k] cui res pridẽ apud[l] alios obligatæ, pignoris siue hypothecæ iure obligãtur,non sine periculo capi[m] consueuit. Etenim huiusmodi fraudes ad extraordinariam criminis executionem spectare, ac stellionatus commissum seuerissimè esse vindicandum,sæpe rescriptũ est: proinde siue ignorantiam tuam[n] debitor circumuenire[*] tentauerit, siue obligatione rite perfecta[o] participato fraudis consilio,per subiectam quasi anteriorem personam dispendium tuũ ad occultum compendium suum trahere pertentat,[p] adire suum iudicem potes,congruentem iuri,ac debitæ[2] † religioni sententiam[q] relaturum.PP.6.Id.Maij, Peregrino,& Aemiliano Cos. 245.

IGnorantia. CASVS. Si debitor obligat rem duobus, tenetur crimine stellionatus,si uero collusit cũ secundo creditore, scribens eum potiorem esse, cum alius potior erat, qa prior, accusatur leg. Corn.de fal.v.g.Titius mutuauit tibi 10.in Cal.Iunij, & scripsit Seium ipsum mutuasse in Calend. April.

k *Creditoris*.s.secundi.

l *Apud alios*. primos.

m *Capi*.i.decipi.

n *Tuam*. loquitur primo creditori.

o *Perfecta*. scilicet tecum.

p *Pertentat*.s. subijciendo alium, quasi sit potior,ut ff.de fi. de instr.l.repetita.

†Vi. Cuia. 13 obs. 11.

q *Sententiam*. primo casu per accusationem huius criminis, secundo per accusationẽ legis Corneliæ de falsis,ut supra ad l. Cor.de fal. si creditor,& facit ff. eod.l.3.§. sed & si & §.item si quis.

2 † Debitam.

TITVLVS XXXV.

De iniurijs.

Actiuè, vel passiuè non licet seruis iniuriam facere, h.d.Sal.

DE INIVRIIS.

Diximus de actione ui bono.rapto.& quia rapiendo fiunt iniuriæ,audiamus de iniurijs. Azon Pro hoc criminaliter extraordinarie, & ciuiliter.

liter agitur, ut instit. eod. §. in summa. & vna tollit aliam, ut ff. eo. l. quod senatus & l. præter, §. 2.

NEc seruis. CASVS. Dicitur in hac l. quòd non solum libero, sed nec seruo facienda est iniuria.

a *Nec seruis*. actiuè & passiuè & facit instit. eo. § seruis. & ff. eod. l. 1. §. Labeo & l. item apud Labeonem. §. si quis sic & §. pen. & l. cum qui. §. 1.

INiuriarum. CASVS. Dicitur in hac l. quòd non solum nomine suo, sed patris, & vxoris agere potest maritus.

b *Tibi*. o mulier, i. ob iniuriam tibi factam.

c *Duplici*. immo triplici. tibi, & patri, & uiro, ut ff. eo. l. 1. §. 6. & l. cum. §. si nupta. & inst. eo. §. patitur. Sed hic quod una pruit eam, quæ patri & eam, quæ filiæ competit, cum eius exercitiū patri detur ut ff. eodem lege patri.

SI non es. CASVS. Aliquis iniuriam mihi intulit dicē lo me esse delatorem, an propter hoc sum infamis, quæritur. Et dicitur, quod non, sed agam aduersus eum iniuriarum.

d *Delatorem*. delator falsus punitur, & infamatur, ut infra de calum. l. nostris; ver. is non, & ut ff. co. l. cum, in princ.

e ATrocem. Praferres. ex persona, & ex tempore siue loco, & facto, siue re dr̄ atrox iniuria, ut ff. e. l. prætor. §. atrocem & instit. eo. §. atrox. & hic est atrox primis duobus modis. & facit supra de episc. & cler. l. qs in hoc. Nota etiam, qui iniuriarum agit certum dicere debet & non in genere, vel sub alternatione, ut ff. eo. l. prætor i prin. & §. quod autem. & de iure fisci. ita fidei.

† Sequitur Salic. uide canonistas i c. audiēs extra de purga. canonica si animo iniuriandi, aut libello famoso dicas bastardo bastardum. tenetur. Oldracus consi 54.

SI non conuitij. CASVS. Si motus ira quem homicidam uocasti, si probare possis, per iram non animo iniuriādi vocasse, item si excessit annus, liberaberis, quia anno finitur iniuriarum actio. Item non solum patronus, sed nec hæres eius liberto pōt. inferre iniuriam, alioquin hæres coercebitur. h. d. cum leg. seq.

Imp. Alexander A. Syro.

LEX PRIMA.

NEc seruis [a] quidem alienis licet facere iniuriam. PP. 11. Cal. Decemb. Alex. A. Coss. 223.

Pro iniuria illata filię cōiugatæ, marito, & patri competit iniuriarū actio Sal.

Idem A. Clauo.

LEX II.

INiuriarū actio tibi [b] duplici [c] ex causa competit cū & maritus in vxoris pudore, & pater in existimatione filiarum propriam iniuriam pati intelligantur. PP. prid. Id. Maias, Agricola, & Clemente Coss. 231.

Qui alium dicit falsum delatorem, & mentitur, iniuriarum tenetur. h. d. Sal.

LEX III.

SI non es nunciator, vereri non debes, ne ea, propter quod iniuriæ faciendæ gratia quidam te veluti delatorem [d] esse dixerunt, opinio tua maculata sit, quinimò aduersus eos qui minuē dæ opinionis tuæ cā aliquid cōfecisse cōperiētur more solito iniuriarū iudicio experiri potes. PP. 2. Id. Iu. Gor. A. & Auiola Coss. 240.

Qualitas personæ, & habitus iniuriati facit iniuriā atrocem iudicari. Sal.

Imp. Valer. & Galien. AA. & Valer. Cæs. Vindicio.

LEX IIII.

ATrocem sine dubio iniuriā esse factā manifestū est, si tibi illata ē, cū esses in sacerdotio, & dignitatis habitū, & ornaméta præferres; [e] & iō vindictā potes eo noīe persequi PP. 2. Æmyliano, & Basso Coss. 261.

Verba sui natura iniuriosa, præsumuntur animo iniuriandi prolata, nisi contrarium probetur, & hæc actio anno tollitur. h. d. Sal.

Impp. Diocl. & Maxi. AA. & CC. Victorino.

LEX V.

SI non cōuitij consilio te aliquid iniuriosū dixisse probare [f] potes, fides* veri à calūnia te defendit. Si aūt in rixā incōsulto calore [g] prolapsus homicidij cōuitiū obiecisti, & ex eo die annus [h] excessit cū iniuriarū actio annuo tpe præscripta sit ob iniuriæ admissum conueniri nō potes. PP. 6. Id. Iu. ipsis AA. 4. & 3. Coss. 290.

Patronus, vel eius hæres iniuriam liberto facere non potest, h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Flauiano

LEX VI.

CVm nec patronos iniuriā [i] facere libertis iuris æquitas pmittat, proponasque patronę heredes eū, qui libertatē à defuncta acceperat, iniuriis [k] afficere, curabit pses prouīciæ cōtumeliā hæredum cōpescere. PP. Id. Iulii ipsis 4. & 3. Coss. 290.

Hoc crimen est priuatum. h. d. Sal.

Ijdē AA. & CC. Potētiano.

LEX VII.

INiuriarum causa non publici iudicii, sed priuati [l] continet querelā. S. Id. Feb. Sirmii, AA. Cos.

Pro atroci iniuria in personā serui illata dominus potest agere ciuiliter, & criminaliter ad vidictā. h. d. S.

Idē AA. & CC. Martiano.

LEX VIII.

DOminū pro atroci iniuria, quā seruus eius passus est edicti perpetui [m] actione proposita, qua dāni etiā haberi rationē verbis [n]

f *Probare potes*. tibi enim incumbit hoc onus, quia præsumitur te animo iniuriandi a hoc dixisse, quia verba sic se habent, sic & si dicat se per iocum dixisse, probet, ut ff. eo. l. 3. & sup. ad leg. Corn. de sica. l. 1. non aliter enim &c. ut ff. de reg. 3. l. non aliter.

a Concor. ex. de presum. cap. 2. gl. sup uerbo exprimantur in c. sicut nobis, in fin. de snia, & re iud.

g *Calore*. Sed uidet nullo modo teneri, ut ff. de reg. iur. l. qc quid calore. Sed speciale in actione iniuriarū arg. ff. de pœ. baut facta, §. ea. in fine. vel hic fuit perseuerantia.

h *Annus*.] continuus, nisi qn̄ fit per metū, quia tunc utilis est annus, ut ff. quod me. cau. l. si cum ex. §. 1. sed cum ex leg. Cor. hæc actio trib. casibus det ut instit. eod. §. sed & lex, an tūc finitur anno? B. sic, ut hic, cū non distinguat. Nec ob. insti. de perpe. & tempo. act. in prin. quia speciale est hic, sed M. dixit eam perpetuam tunc, per d. §. instit. & solam prætoriam esse annalē.

* Innocentia maximam securitatem habet V. Rolan. à Val. i. consi. 54.

i CVm nec Iniurijs. atrocem, pro leui aūt non agitur, ut ff. e. l. prætor. §. præterea, & ff. de in ius uoc. sed si hac, §. finali.

k *Iniurijs*. etiam leuibus, facilius contra hęredem agatur.

l INiuriarum causa. Priuati. nisi ob famosum libellum detur, ut inf. ui. 1. l. 1.

DOminum. CASVS. Si seruum meum verberasti. agam iniuriarū, i quā ueniet dānū mihi datum in seruo, & qui animo iniuriandi liberum seruum uocauerit, iniuriarum tenebitur. h. d. cum lege seq.

m *Perpetui*. i. generalis, nec enim actio hæc est perpetua, sic inst. de satisda. tu in prin.

n *Verbis*. sic ergo una actione, & una snia veniet contumelia & dānū, & sic est contra ff. eod. l. item apud, §. si quis seruo. & ff. ad l. Aquil. l. sed & si qua cuique §. iniuriam. quib. ut Aquilia ad damnū, & iniuriarum pro contumelia agi, & duas fieri condemnationes. Sol. potest dici, quod hæc secundum illa s intelligatur, & quod dicit, qua, simplicem facit relationem, qua scilicet actione l. Aquiliæ, ut & ibi, mulier, quædam nauis

damnauit, saluauit. Vel quæ.i. propter quam iniuriam scilicet atrocem agitur & l. Aquilia. contra.n. videbatur, ex quo.n. agitur ad contumeliam, non videbatur posse agi ad dãnũ. vel dic & in actione iniuriarum venire damnum, non vt damnũ, vt in contrarijs, sed vt cõtumeliam, vel causam contumeliæ, sic in interdicto unde vi veniunt & mobilia occasione immobiliũ, vt ff. de vi & vi arma. l. 1. §. si fundum, similiter & damnum datum in corruptione serui. Vel aliud damnum datum à seruo, non petitur actione serui corrupti, nisi & anim⁹ sit corruptus, & tunc sic, vt ff. de ser. cor. l. in hoc iudicio simile arg. ff. de li. leg. l. pe. & ff. de aqua plu. arc. l. apud Trebatium, §. aqua.

a *Agere posse*. In duobus casibus q̃n. s. est atrox, licet nõ in contumeliam domini. Item & quando leuis, sed in contumeliã domini facta est. alias contra, ut inst. eod. §. seruis s̃m lo. Alij vtrũque exigũt, vt agi possit secus in libero, ubi non quæritur, cætera quæ inĩuriã pponebat, ut ff. eo. l. cũ, q. §. iniuria.

b *Qui liberos.*] *Non ambigitur.* vt ff. e. l. si q̃s ex libertate.

SI quidem auiam.] CASVS. Si Zenodorus vocauit auiã tuam animo iniuriãdi ancillam, audiendus est, & si libera fuerit pronunciata, conuenietur etiam Zenodorus iniuriarum.

c *Auiam.* Zenodorus dixit auiam suã esse ancillã ciuitatis Comanẽsiũ, causa infamandi eam velle, nec in causa pcessit.

d *Recessit.* i. in causa non processit.

e *Si perseueret.* probando illam esse ancillam.

f *Agendi.* forte quia actor erat illius ciuitatis.

g *Conuenit.* nõ prius ut sup. de lib. cau. si cibi.

SI quando iniuriarum. CASVS. Si illustris accuset vel accusetur criminaliter de iniuria, respõdere potest per procuratorem, secus in alio.

h *Actio.* i. accusatio. Accu.

1† An veritas conuitij excuset iniuriam. Vi. Gayliũ 2. obl. 99.

2† Deest i alijs.

Seruo si iniuria fiat, an possit dñs agere.

3† Comanẽsium dixit Zenodus.

euidenter exprimitur, agere posse[a] conuenit. S. 15. Calẽ. Nouembr. AA. Coss.

Qui liberũ dicit seruũ infamandi causa, tenetur iniuriarũ, nisi sic esse faciat pronunciari, h. d. cum l. seq. Sal.

Ijdem AA. & CC. Nonnæ.

LEX IX.

QVi liberos 1† infamandi gratia dixerit seruos, iniuriarũ 2† actione conueniri posse nõ ambigit̃.[b] S. 6. Calẽ. Decẽb Nicom. AA. Cos.

Dicẽs alicui verba iniuriosa per viã iudicij, si desistit à procedendo põt iniuriarũ cõueniri, sed si nõ desistit, non potest conueniri, donec iudiciũ terminetur. Bal.

Ijdem AA. & CC. Paulo.

LEX X.

SI quidẽ auiã[c] tuã ancillã (infamandi cã) reipublicæ ciuitatis 3† Cumanensiũ dixit Zenodor⁹, ac recessit,[d] iniuriarũ actione statim cõueniri potest. Nã si perseueret[e] in ea cã, facultatẽ habẽs agendi,[f] sup hac re deferri querelã, ac tũc demũ, si non esse serua fuerit pronũciata postulari cõuenit.[g] S. 15. Ca. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

In crimine iniuriarũ criminaliter moto illustres et eorũ liberi & uxores viuẽte marito illustri, possũt p procuratorẽ cõparere, & nihilominus in dominũ fertur sententia. Cæteræ vero personæ, quæ in re cõi censentur, per se dẽnt in hoc iudicio cõparere. h. d. Bal. vel sic. Cãm iniuriarũ ciuilẽ vel criminalẽ, tã actiuẽ, quã passiuẽ possunt illustres per procuratorẽ exercere. Debent tamen se inscribere, & in eos, non in procuratores ferenda est sententia. h. d. Sal.

Imp. Zeno. AA. viro illustri.

LEX XI.

SI q̃n iniuriarũ actio,[h] q̃ inter priuata delicta 4† veteris iuris auctores 5† connumerant,[i] à quibuslibet illustrib. viris, militantib. seu sine cingulo constitutis, vel vxorib. eorũ, vel liberis masculini sexus, vel filiab. (superstitibus videlicet patrib. aut maritis illustribus) vel si aduersus aliquã hmõi personã criminaliter forte mouetur, ipsos quidẽ, q̃ super iniuria quæruntur, inscribere, aliaque oĩa quę in hmõi causis de more[k] procedunt, solẽniter 6† obseruare decernimus: licere autẽ illustri accusatori vel reo, vel vxori, vel liberis masculini sexus, seu filiæ itidem illustris superstitis cãm iniuriarũ in quocũque iudicio competenti per procuratorem[l] criminaliter suscipere, vel mouere, sententiam iudice cõtra eum,[m] qui procuratorem dederit (& si ipse non adesset iudicijs, sed 7† cãm per procuratorẽ diceret) legibus prolaturo. ita tñ, vt nullus[n] alius idem sibi audeat vendicare, vel à nostro numine postulare, sed in cæteris mos iudiciorũ, qui hactenus obtinuit in posterum seruetur intactus. Dat. 5 Non. Nouembr. Constan. Illo. V. C. Coss.

TITVLVS XXXVI.

De famosis libellis.

Qui famosum carmẽ de aliquo inuenerit, illud pãdere nõ dẽt, alias punitur pęna capitali, nisi docuerit uera esse, quæ dixit vel pãdit. h. d. Sal.

Impp. Valentin. & Valentis AA. Edictum.

SI 8† quis 9† famosũ[o] libellũ, siue domi, siue in publico, vel quocũque loco ignarus reperit, aut 10† corrumpat prius, quam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum. ¶ Si vero non statim easdem chartulas, vel corruerit, vel igni consum-

i *Connumerant.* vt & sup. eod. l. iniuriarum. s.

k *De more.* quæ dixi s. de accus. l. pe. & erit pœna extraordinaria. Sed si ciuiliter ageretur, secundum quod iuraret habita taxatione, vt in auth. eo. §. in summa, & §. pœna.

l *Per procuratorem.* speciale pp nobilitatem, sicut & supra de procu. l. quicunque, & authent. ibi posita, & inf. de dig. l. quoties, lib. 12. & sup. vbi sena. vel cla. l. si. regulariter cõtra ff. de pub. iud. l. pen. §. ad crimen.

m *Contra eum.* speciale, regulariter ipse procurator est dãnatus, vt sup. de seu. l. 1. & de p. l. nihil.

n *Nullus alius.* imò & alijs vñ licere, vt ff. an per alium cau. ap. l. 1. §. 1. Sed ibi in minorib. criminibus ut plenè no. ff. de pcura. seruũ, §. publice in ciuili actione iniuriarum, constat posse constitui procuratorem, vt ff. eod. l. non solũ, §. agere.

DE FAMOSIS libellis.

Specialiter de quadam iniuria dicit.

SI quis. CASVS. Si aliquis famosum libellum inuenerit ad alterius infamiam compositũ, debet eum corrumpere, quod si non fecerit, sed manifestauerit, capite plectendus est ac si fecisset. Sed si criminosum quis vult accusare cuius famam per libellum credidit lacessere, audietur, si inscribat. Et præmium, si probat. reportabit. q̃ si non probet, capite plectet. & talis libellus famã eius in cui⁹ ignominiã cõpositus erat, nõ lędet. Vl.

o *Si quis famosum.* de aliquo quod ad eius pertinet infamiam, vt ff. eod. l. de iniurijs l. lex Corn. §. si q̃s librũ, & hoc si tale continebatur, quod si verum esset pęna capitalis erat imponenda. vnde qui fecit, capite punitur, vel qui inuentum pandit, vt hic. sed nec in alijs non capitalib. licet pandere per famosum libellum, sed si in iu. dicio accuset, & si est contra fecerit, capite puni. ur, ut hic. Vel verius, si nec accusandus puniendus sum, esset, ar. ff. de priua. delic. l. si ...

4† veteres.

5† connumerant.

6† Obseruari.

7† noc.

Libellũ famosum faciens qua pœna punitur.

8† Ex lib. 9. tit. 34. i. 7. & pe. C. T. 6. Eclo.

9† Hæc lex canonizata, 5. q. 1. capitulo si quis famosus.

10† discerpat. C. T.

a *Capitalis sententia.* specialiter vt ꝙ iniuria tam magna pœna imponatur, vt supra, vbi causa fit. vel di. do. l. vniuersi.

1 † Sententia. C. Th. b *Sanè*, non per libellũ famosum, sed per accusationem solemnẽ pandat crimina. & hoc subijcit.

2 † Abest ab omnib. & C. Th. c *Deuotionis*. quia deuotus est principi.

3 † Deest. C. T. d *Salutis*. quia interest reipub. malefica puniri. Azo.

e *Nomen suum*. idest eius, quem accusat.

4 † Abest à C. Th. f *Maximam*. vt ff. eo. l. eũ qui. in prin. & leg. lex Cornelia. §. fi. & inf. de ijs qui latro. leg. 2. in fin. & sup. de fal. mo. l. 1. §. accusatoribus.

g *Capitali*. si etiam capitalis reo conuicto imponẽda erat, vt & sup. de ac. l. fi.

DE ABIGEIS.

Quoniam abigei extra ordinẽ puniuntur, vt & qui committunt stellionatum, iõ de eis ponit. Azo.

h *Badii. Accusatio.* priuata, vt ff. eo. abigeatus, & est pœna eius. ff. eo. l. j. §. pen. Et qui sunt abigei, dic quòd qui decem oues; porcos quatuor; equum vel bouem vnum semel vel frequẽter abegit, idest subripuit de pascuis, sed & equum de stabulo, & ff. eo. l. oues, & in authẽ. de nup. l. minores, coll. sexta.

5 † At dicti in alijs in C. autẽ Th. abiecti.

6 † Ex l. 2. tit. 1. l. 8. C. Th. pars l. momentaneæ, supra Vnde vi. & l. pen. 3. de accusa. Vide Cuiac. lib. 2. obi. c. 20.

i *Obseruatione*. l. sine inscriptione. & dic speciale in hoc crimine, vt in plurib. alijs notatis, sup. qui accu. non poss. l. 3. Vel dic, cum inscriptione, cũ criminaliter: sine ea, cum ciuiliter. Acc.

7 † Probitio & recte.

DE NILI AGGERIBUS NON RUMPENDIS.

8 † De Nilo uid. l. 1. §. ff. de flumini. c. ecclesia & cõsecra. dist. 4 hætes. 2. Diodor. 1. Rodogin. 14. c. 39.

9 † Ex lib. 19 tit. 32. l. C. Th.

10 † Fluẽta

Sicut animalia abducuntur, vt sup. titu. c aqua Nili, de quo dicit.

k *Si quis. Cubitũ.* mensurandum à ripa eius. Accur.

l *Constatio*. Nota sic ff. de iure immu. sem per & supra de testa. testamẽnta omnia. Accurtius.

m *Consortes*. facit sup. de rapt. virgi. leg. 4. §. pœnas autem, de alijs vero flumi. nib.

pseris, sed vim earum manifestauerit: sciat se quasi auctorem huiusmodi delicti, capitali[a] † sententiæ subiugãdum. ¶ Sanè [b] si quis deuotionis [c] suæ ac salutis [d] publicæ custodiam gerit: nomen suũ [e] profiteatur, [2] † & quæ per famosum [3] † libellũ persequenda putauerit, ore proprio dicat: ita vt absque vlla trepidatione accedat, sciens [4] † quidẽ, ꝙ si assertionibus suis veri fides fuerit opitulata: laudem maximam [f] & præmium à nostra clemẽtia consequetur.

¶ Sin verò minimè hæc vera ostenderit, capitali [g] pœna, plectetur.

¶ Huiusmodi autẽ libellus alterius opinionem non lædat Dat. 16. Cal. Mart. Constantinop. Valentiniano, & Valente AA. Coss. 365.

TITVLVS XXXVII.

De abigeis.

Crimen abigeatus sine inscriptione potest proponi. hoc dicit Sal.

Impp. Honor. & Arcad. AA. Pasiphilo.

LEX VNICA.

Abacti [5] † animalis [6] † accusatio [h] non solum cum inscriptionibus, sed et sine ea obseruatione [i] proponitur. D. 6. Cal. Ian. Olybrio & Promoto [7] † Coss. 393.

TITVLVS XXXVIII.

De Nili † [8] aggeribus non rumpendis.

Rumpentes aggeres Nili vel eius aquam vltra iust ũ occupantes, concremantur, & eius criminis participes deportantur sine spe veniæ. h. d. Sal.

Impp. Honor. & Theo. AA. Anthemio PP.

LEX VNICA.

Si [9] † quis posthac per Ægyptum intra duodecimum cubitum [k] fluminis Nili valla [10] † fluentis de proprijs ac vetustis vsib. præter fas præterque morẽ antiquitatis vsurpauerit, flammis eo loco consumatur, in quo vetustatis [l] reuerentiam, & proponendũ ipsius imperij appetierit securitatem consscijs, [m] & [11] † consortib. eius deportatione cõstringẽdis, sicut numquàm supplicandi eis, vel recipiendi ciuitatem, vel recipiendi ciuitatem, vel dignitatem, vel substantiam, licentia tribuatur, D. 10. Cal. Octob. Constantinop. Honorio 8. & Theodosio 3. AA. Coss. 409.

TITVLVS XXXIX.

De ijs, qui latrones, vel alijs criminibus reos occultauerunt.

Eadem pœna puniuntur receptatores, qua rei principales, in bonorum vero dispẽdio, qui reum supersederit offerre in iudicio. h. d. Sal.

Imppp. Valẽ. Valẽs & Grat. AAA. Simplicio. Vic.

LEX PRIMA.

Eos, [n] [12] † qui secum alieni criminis reos occultãdo eum, eamve sociarunt; per ipsos & reos pœna expectet. & latrones q[ui]squis sciẽs susceperit, & eos offerre [13] † iudicibus supersederit, supplicio [o] corporali, aut dispẽdio facultatum, pro qualitate personæ, & iudicis æstimatione plectetur. D. 3. Calen. Mart. Romæ. Gratia. A. 3. & Equitio V. C. Coss. 374.

Pro summario sufficit diuisio in gl. posita.

Impp. Honor. & Theo. AA. Palladio PP.

Si qui latrones, seu alijs criminibus obnoxij, in possessione degunt, seu latitant, dominus possessionis (si præsto est) aut procuratores (si dominus abest) seu primates possessionis vltro eos offerant: aut si scientes hoc spõte non fecerint, conueniantur à ciuili officio, vt tradãt prouinciali iudicio eos, qui requiruntur sub examine iudicis arguendos, & pœnas post documẽta congruas subituros.

de æquitate idẽ possit dici, secundũ H.

DE IIS, QVI latrones, &c.

11 † Confirma C. Th. al. consortiis eius.

Abigei & alij delinquentes occultantur ab alijs, & sic occultantes alienum delictum, suum faciunt: ideo hoc dicit.

Eos. CASVS. Si abigeos latrones in domo mea, pœna puniendus sum, qua & latro est, si iudicũ eum nõ exhibuero, pœnam corporalem sustinebo.

n *Eos*. construe, par pœna reos alieni criminis expectet, & ipsos reos. s. latrones: reos dico alieni criminis, qui secum sociarunt eum, i. vel eũ, occultãdo eos. Et sic no. æquale esse delictum, vt ff. de recepta. l. 1. & ff. de incen. rui. nau. l. 3. §. nõ tantum, & supra de adul. leg. castrati. & ad l. Iul. de vi. l. crimen. & ar. supra de fal. mo. l. 1. & ad leg. Fla. de plag. b. si quis seruum nisi affinem quis recipiat. ut ff. de recep. l. fin. Quæ autem pœna latrones expectet, habes supra de ser. fugi. authent. sed nouo.

12 † Ex li. 9. ti. 29. l. 1. & 2. C. Th.

13 † Deest. al. iudicijs & confir. C. Th.

o *Supplicio*. corporali. hoc de supplicio refertur ad susciptentem scienter. quod dicit de dispendio, refertur ad eum, qui non offert, ut inf. l. p. oxi. sic ergo coniuncta separantur.

Si quis. Diuiditur in partes octo. Primo mãdat latrones exhiberi. Secundo si non exhibeãtur, mãdat rectori prouinciæ, vt eos mittat ad capiendum. Tertio vbi officium rectoris prouinciæ nõ sit per se potens, prouidet, vt officium militare conquirat in auxilium. Quarto punit iudicem mãdata nõ seruantem. Quinto punit tribunum militum auxiliũ nõ prebentẽ postulatũ, uel damnũ inferre militibus permittentem prouincialib. Sexto punit prædiorũ dominos & eorum procuratores, latrones non exhibentes. Septimò

primo prouidet, ne domini prædiorum se valeant excusare ratione impotentiæ. Octauo punit, qui accusationem porrexerunt, si de crimine non docuerunt. Secunda ibi, si vero. Tertia ibi, sin autem. Quarta ibi, non ignaro. Quinta ibi, tribuni. Sexta ibi, domini. Septima ibi, ipsi quoque. Octaua ibi, si vero Sal.

¶ Si vero exhibere eos domini, vel procuratores, aut primates [a] possessionis distulerint: tunc ad detinendos [b] [1]† eos [2]† adito, rectore prouinciæ [c] omnia ciuilia dirigantur auxilia.

Sin autem propter multitudinē fortè eorum, qui in prædio sunt, ciuile adminiculum sufficere non posse constiterit & memorati audaces executoribus obiecerint manus, vel alias parere distulerint, tūc iudex prouinciæ memor periculi sui à viro deuoto tribuno seu primatib. militum, qui in locis sunt, auxiliū postulet, vt per militarem [3]† manū correpti accusati, sine damno atq. læsione cuiuslibet legib. offerātur, & conuicti pœnas subeāt cōpetētes: non ignaro iudice, quod si aduersus innocētem ob aliam causam præter latronum vel aliorum nocētiū inuestigationē, militare auxiliū postulauerit, aut dispendijs affici prouinciales concesserit: [4]† commotione seuerissima (prout tua celsitudo iudicauerit) ferietur.

¶ Tribuni etiam siue primates numerorum, [5]† vel officiorū, qui in locis sunt, admoniti per literas [d] iudicis, si adminiculū militare præbere noluerint aut si ab ipsis militibus damna prouincialib. inflicta fuerint, & damna & læsiones restituent, & acerrima condemnatione pro arbitrio virorum illustriū magistrorum militum ferientur.

Domini etiam prædiorum, seu procuratores, vel primates possessionū impunes non manebunt, si præsentes & scientes [e] vltro non obtulerint nocentes. vel admoniti eos exhibere distulerint, nā dominus quidem, possessionis domino priuabitur: procurator verò, seu primates perpetuo exilio subiacebunt.

¶ Ipsi quoq. procuratori, vel domino, vel primatibus possessionis si se ad cōprimendam multitudinē rusticorū sufficere nō posse firmauerint, & id prouinciali iudicio palam fecerint: militare auxiliū rector prouinciæ à tribuno, vel à primatib. numeri faciet dari, si ciuilia non posse sufficere perspexerit.

¶ Si vero post exhibitionem eorū, qui accusantur, innocentes eos esse, & nihil criminis admisisse patuerit: accusatores pœnam, quæ in calumniatores exercēda [f] est, subire cogant. Exēplo [6]† n. graue est, sic latronē [7]† requirere, vt innocentibus periculum fiat. [8]† D. 11. Cal. Ianua. Constanti. Mariniano, & Asclepiodoto Coss. 423.

CASVS. Si criminosus in fundo meo latitat, vel ego, vel procurator meus debeo eū præsentare iudici: alioquin potero conueniri ab officialib. iudicis, vt eū exhibeā: & si non exhibuero, rector prouinciæ mittet milites, ut me capiāt. qui si capere non possunt (quia eis resistā) mittat tribunū militū in prouincia, vt veniant in auxilium cū militib. qui si hoc facere recusauit puniēdus est, & ego si latronē exhibere noluero, amitto fundū, & procurator relegabitur. Si vero nō potero reijcere criminosum, iudex dabit mihi auxilium. Et si ille, qui crimē dicitur commisisse, innocens apparuerit, accusator de calumnia punietur.

a *Primates.*] idest castaldiones.

b *Ad detinendos eos.*] latrones vel nocentes.

c *Prouinciæ.*] sic supra de rap. virg. l. prima.

d *Per literas.*] sic de literis. supra de epis. & cler. l. si qua per calumniam. §. præterea.

e *Si præsentes & scientes.*] & sic & supra de fal. mo. l. 1. & & inf. de deserto. & occultato. l. prima. lib. 12. Acc.

f *Exercenda est.*] vt & sup. de accu. l. si.

DE REQVIREN. REIS.

Qui accusetur præsens sup. dixit: nunc si absens.

CVm.] tria facit. Primo declarat quando debeat fieri annotatio. Secundo quādo reus veniēs bona annotata recuperet. Tertio quid fiet de bonis, si reuersus intra annū moriatur. secunda ibi. postquam. tertia ibi, sin vero.

[1]† reos.
[2]† a recto re.
[3]† Idem statuit Solon. P. Prateius. l. 2. vete. Iu. nupt.
[4]† commotione.
[5]† Desunt in nonnullis exēpl.

TITVLVS XL.

De requirendis reis.

Contra absentē de graui crimine accusatum, non fertur definitiua, sed citati non cōparentis bonorū annotatio debent fieri: quæ recuperat, si intra annum veniēs se purgat: & ad heredē ea transmittit, si interim decedat. h. d. S: Imq. [9]† Valerian. & Galien. AA. [10]† Rustico.

LEX PRIMA.

CVm absenti reo grauia [g] crimina intentantur, sententia festinari [h] non solet, sed annotari, [i] vt requiratur, nō vtiq. ad pœnā, [k] sed vt potestas ei sit purgādi [l] se, si potuerit. Post quā, vero requirendus [m] factus intra annū [n] redierit, si se crimine purgauerit, [o] res arbitrio iudicis signatas recipiat. Sin vero intra id tēpus reuersus, post intimationē [p] suā fuerit defunct [q], & si necdū se purgauerit, ad hæredes [11]† proprios res trāsmittat. [q] D. Tusco & Basso Coss.

CASVS. Si absens quis accusetur: iudex ad proferendā sententiam non debet festinare, sed debet citari & bona eius annotari: qui si intra annum venerit, recuperabit bona, & ad defensionem criminis admittetur. Si verò post annum, super bonis non audietur, sed super detersione criminis, quod si intra annū decesserit, ad hæredes eius perueniēt bona sua. Et idem dicit lex sequens.

g *Grauia.*] ex quib. pœna capitalis imponitur, ut ff. eod. l. prima, secus si relegationis, vt ꝟ. cum absens possit damnari, vt ff. de pœnis. absentem. §. 1. & §. si sæpius.

h *Sententia.* erat hoc ergo lis contest. idē si non erat.

i *Annotari.*] scilicet bona. i. in scriptis redigi, & postea requiruntur per literas. Vel dic ēt prius requiri, & dic vt requirat scilicet primo.

k *Ad pœnam.*] scilicet fit annotatio bonorum.

l *Purgandi.*] ēt post annum, scilicet de crimine: sed de bonis intra annum tantum.

m *Postquam vero requirendus.*] i. requisitus. Vel ideo dicit requirendus, quia quidam sunt, qui nec requirendi sunt vt qui accusari nō possunt ab eo, a quo accusantur: de quib. dixi sup. qui accu. non pos. in per rubr.

n *Intra annum.*] cōputandum a tempore quo scriut, seu annotatus fuerit, vt ff. eod. l. 1. §. pen. & l. 4. Accur.

o *Purgauerit.*] sic ergo ex ipso, quod nō venit etiam intra annum, præsumitur cōtra eum, sed non tantum, vt condemnetur. propter absentiam ergo grauatur, vt probet: sicut & accusator. sic & alias supra de fal. l. vbi. & infr. de aboli. l. fallaciter. in fi. sed nullo probante absoluitur.

p *Post intimationē.*] representationem.

q *Transmittat.*] vt & sic l. prima, in fi. & facit supr. si pe. app. mor. l. 2. & hoc verum etiam in crimine læsæ maiestatis, sed licet dentur hæredibus tn̄ ab eis in

a cri-

Absens damnari potest.
[6]† autem.
[7]† inquirere.
[8]† Cōcor. c. 1. in prin. ci. cum gl. 1. iu mod. extra de postul.
[9]† Antoninus.
[10]† Rustico.
[11]† proprias.

crimine læsæ maiestatis auferuntur, vt inst. de hær. quæ ab intest. de. per contrarium.

a QVicunque. Petitus.] primo iudicio petitur: postea annotatur: tertio requiritur. vel primo requiritur q. annotetur.

Annotati bona intra annum non comparentis, irreuocabiliter confiscantur, & postea veniens repertus nocens punitur: innocens vero absoluitur, non propterea bona recuperat. h. d. Sal.

Imp. Constan. A. [1]† ad Ianuarium.

LEX II.

QVicunque [2]† ex [3]† eo die, quo reus fuerit in iudicio petitus, [a] intra anni spatiũ noluerit adesse iudicio: res eius fisco [b] vendicentur.

Et si postea repertus, nocens fuerit deprehensus, seueriori [c] sententiæ subiugetur. Sed etsi argumentis eui dentib. & probatione dilucida innocentiã suã [4]† purgauerit, nihilominus facultates eius penes fiscum remaneãt. D. Idib. Ian. Acc. 5. Ca. Aug. Corintho. Cõstantino A. & Licinio C. Coss. 312.

Contumax in ciuili causa non notatur etiam facti infamia: contumax vero in causa criminali, afficitur infamia facti. h. d. Salic.

Impp. Honor. & Theodos. AA. Palladio PP.

LEX III.

IN pecuniarijs causis edictum contra latitantem propositum existimationem eius non lædit. [d]

¶ Criminalis vero programmatis tenor [e] hanc tantam [f] ferat de iure censuram, vt inter reos annotati [g] non tantum patrimoniũ debeat trãsferre, sed famæ [h] existimationem lædere. D. 7. Calen. Iul. Rauennæ Eustachio & Agricola Coss. 421.

TITVLVS XLI.

De quæstionibus.

Regulariter etiam in criminalibus serui non torquentur in dominos, fallit in casibus hic exceptis. h. d. Sal.

Impp. Seuer. & Antoninus AA. [5]† Antianæ.

LEX PRIMA.

QVæstionem [i] de seruis [6]† contra dominos [k] haberi non oportet: [l] exceptis adulterij [m] criminibus, item fraudati [n] census accusationibus, & crimine maiestatis, quod ad salutem principis [o] pertinet.

¶ In cęteris autẽ quãquam ea, quæ seruus contra dominum dixit, iudicaturi [p] sententiã formare nõ debeant: tamen si alijs quoque probationib. fides veritatis inuestigetur, præscriptionis [q] inuidia euanescit.

¶ In pecuniarij vero causis [7]† nec inopia probationũ seruos contra dominum interrogari posse manifestum est. [r] PP. Calen. Ianuar. Fusco 2. & Dextero Coss. 197.

b Fisco vendicentur.] si tamen fiscus intra 20. ann. non petat, præscriptione repelliturut ff. eod. l. 2. & l. 4. & ff. de iure fis. l. 1. §. fi. tipsi. Accur. c Seueriori.] quam si intra annum venisset, & esset cõuictus, & sic grauatur i hoc. Itẽ in eo, q bona nõ recuperat, vt hic. Item fit infamis de facto, vt inf. l. fi. Itẽ in pro bando, vt subijcit, & dixi sup. l. proxi.

d IN pecuniarijs. Primo in causa ciuili. Secundo in criminali. secunda ibi, criminalis.

CASVS. Aliquis in cã pecuniaria fuit citatus, non comparuit: nõ fit ifamis: secus in criminali: quia & bona amittit, & infamia (i. lapso anno ex die requisitionis eius facte (notat. Viui.) d Non lædit.] nisi sit forte talis actio, qua damnatus infamaretur. quo casu per edictũ, i. citationem fit infamis de facto. e Tenor. i. requisitio quę fit literis, vt & 3. cõminationes epistolas. l. programma. f Tantum ferat] alias transferat, alias tantum fuerat. g Annotati.] quod tũc vere potest dici, cum intra annum nõ redicit: nã prima snia de annotatione sub condi. ione fit, si nõ venerit intra annũ, vt ff. eo. l. fi. Azo. h Sed famæ.] non vt faciat ipso iure infamem, quia de crimine nõ est damnatus, quod lex exigit, vt ff. de ijs qui not. infa. l. 1. §. 1. & l. Athletas. §. calumniator. Sed infamia facti grauatur, ut ff. de obsequijs. l. licet, & l. honori. Et sic no. ex prædictis, quod intra annum veniens & de crimine, & de bonis auditur. postea veniens quandocunque, auditur de crimine, sed de bonis nunquam, vt ff. eo. l. 2. & pen. in fi.

[1]† Cõstit. C. Th. al. Adriano.

[2]† Cũ hoc l. concor. ... [illegible]

[3]† Ex lib. 9. titu. 9. l. 1. C. Th.

[4]† tãtum.

DE QVAESTIONIBVS.

Quia pro prædictis delictis venitur ad quæstiones quandoque ideo de his dicit.

QVæstionem.] CASVS. An in caput domini seruus torqueri possit, quęritur & distinguitur. aut petitur torqueri in causa ciuili: aut in criminali. pro casu non torquetur. secundo casu in tribus casibus torquetur, & non precedentibus indicijs in caput dominæ vel tutoris, vel eius filij seruus torqueri non potest.

i Quæstionem.] quid quęstionis verbo contineatur, habes ff. de iniurijs. l. item apud Labeonem. §. quæstionem. & ad Sylla. l. 1. §. quæstionis.

k Dominos.] pñtes vel præteritos, vt ff. eo. l. vnius. §. seruum.

l Non oportet.] vt ff. eo. l. 1. item Seuerus.

m Adulterij.] vt & sup. ad legem Iuliam de adulterijs. l. 3. & l. in adulterijs. & l. fina. de repudijs. l. consensu. §. vir. & ff. ad legem Iuliam de adult. l. vim passam. §. fin. & ff. eo. l. extra pro. in princ. n Fraudati census.] id est annonæ: cum & de hoc possit dominũ accusare, ut ff. de iudi. l. vir. & ff. ad legem Iuliam de anno. l. 1. in prin. o Principis.] ut & supra ad legem Iuliã maiesta. l. fin. Idem si ad rempublicam, vel ad eos, qui militant circa latus eius, vt ff. ad l. Iuliam maie. l. fin. & penulti. Item excipitur & alius, si vir vxorem, & vxor virum occidit, vt sup. ad legem Cornel. de sica. l. si. Item si socius socium occidit, vt ff. eod. l. extra neo. §. quod cõgruit. Itẽ & alius, vt ff. ad Silla. l. & si percussor. §. 1. p Iudicaturi.] alias iudicaturis, & est datiuus & alias indicaturi, & sic genitiuus singularis vel est nominatiuus pluralis alias iudicãtes. Sed subaudies secundum ea, quę, &c. q Præscriptionis inuidia.] id est, inuidiosa præscriptio cessat. Et no. colligi ex hoc litera, quod in superioribus etiam si nõ præcedant indicia, vel non sunt aliæ probationes, torquentur, quod falsum est, vt ff. eod. l. prima, in princi. Vnde dicunt quidam in omnibus criminib. torqueri, vt tam ĩ semper sint indicia, & dictio autem, non aduersatiue, sed pro etiam ponitur: quasi dicat in cæteris etiam, &c. Tu dic, in alijs nullo modo torqueri. Sed hic de facto fuerunt torti. sufficienter tamen alias probatum est. Vnde licet dominus dicat non debuisse torqueri, & bene dicat: non tamen per hoc absoluitur, cum alias sit plene probatum, & sic suum dictum pro nihilo est: cum & seruorum dictum sit nullum, vt hic, & ff. eod. l. 1. §. item Seuerus. & §. si serui. & inf. eod. l. seruos. & sup. de testib. l. seruos. & ff. de proba. l. cum probatio.

r Manifestum est.] hoc fallit inf. eo. l. interrogari. & l. hoc quod placet, & l. quoties. & l. fi. & sup. de ser. fug. l. quicunque. in fi. & l. cũ seruum. sed certe imo etiã torqueri vr contra dominum in pecuniaria, si aliæ desint probationes, & ff. eo. l. diuus. quæ est contra. Sol. ibi de seruis alienis dicit, de quibus hic non prohibet inter alios torqueri. imo etiã concedere, eo q contra dñm erat tantũ. Alij dicũt hãc illã corrigere, vel ibi de facto serui, ut inf. eod. l. interrogari.

[5]† Antigena.

[6]† Generaliter cõsti. vide apud Cuiac. 5. Paul. sententia 14. §. 1. & 2. obs. 33.

[7]† De differẽtia pecuniariæ & criminalis causę vide Cuiac. 20. obs. 4.

I*Nsolitum*. CASVS. Concessum est priuilegium aliquod cuidam pupillo circa seruorum quæstionem, an illud transeat ad matrem vel tutorem. quæritur. & respondetur quod sic.

a *Aduersus tutores*. qui quasi domini sunt, ut ff. de fur. leg. interdum, §. qui tutelam.

b *Vel matrem dominorum*. no. priuilegiũ inferioris ad superiorem porrigi. sic inf. de priui. scho. l. 3. in principio libro 12.

Priuilegiũ inferioris ad superiorem porrigitur.

c *Nisi tutela*. ut & supra, de admin. tut. l. lex, §. ante omnia nec enim locó domini est tunc, cum pupillum spoliat, ut ff. pro empt. l. qui fundum, §. si tutor.

C*Vm cognitionaliter*. CASVS. Mulier quædam dicebatur veneno aliquem peremisse, si accusatur primo debent torqueri serui alieni: deinde mulier.

d *Cum cognitionaliter*. alias incipit, cum cognitionaliter, aliās primum. & dic, idest, priusquam ipsa mulier torqueatur, quæ virum dicitur occidisse; nam prius iudicia debent præcedere, & postea torquentur serui, ut hic, & supra ad legem Cornel. de sica. l. fin.

e *Argumenta*. idest, indicia.

2 † ailquo bus lib. huiusque sunt inscriptionis uerba, & hinc incipit lex.

f *Aegre*. id est, moleste.

g *Extinxit*. idest, extinxisse dicitur, ut ff. de contrah. emptio. l. si in emptio. in principio.

S*Iculi*. CASVS. Si accusatus dicat ad excusationē suā, quod alius idem crimen commisit: an ob hoc liberetur, quæritur. & dicitur, quod non. neque ei credi debet, si tamen appareat eũ commisisse, quia criminosum deprehendit, & hoc probetur, non euit. hic pœnam, ut supra de accusa. l. ultima. & de liberali causa. l. si dlium.

h *Eos*. apprehendentes.

i *Non oportet*. ut & ff. eodem, le. prima, §. cum latrones, & supra de accusat. lege, finali, & de liberali cau. lege, si filium.

& de testi. l. quoniam.

k *Id fecisse*. i. eos deprehendisse.

l *Probati*. qui alios deprehenderant.

N*Ec si*. CASVS. Si hæres testatoris vindicare nolit mortem, ne ab hæreditate repellatur ut indignus, petat seruos, qui si testamento libertatem meruerunt, torqueri, vt veritas eruatur, an sit audiẽdus. quæritur. Et dicitur, quod non.

Serui non audiuntur contra tutorem vel matrem domini sui: h. d. Fallit vbi agitur de tutela. B. Vel sic: Priuilegium concessum pupillo circa seruorum quæstionem, transit ad matrem & ad tutorem. h. Sal.

Ijdem AA. & CC. Catullo.

LEX II.

INsolitum est, & graue exemplo audiri seruos aduersus tutores, [a] vel matrē [b] dominorum suorum, nisi tutelæ [c] agatur. P. 3. Idus Septemb. Chilone, & Libone Coss. 205.

Præcedentibus indiciis verisimilibus mulier, quæ de maleficio mariti impetitur, est torquenda. h. d. Bald. Vel sic. Ad torturam liberi hominis non venitur, non præcedentibus indiciis verisimilibus. h. d. Sal.

Imper. Antoninus A.

LEX III.

CVm cognitionaliter [d] audisset dixit: [1] † Primū serui alieni interrogantur, si præstita fuerint ex tanto scelere argumenta, [e] vt videantur accedere ad verisimilia causæ crimina, ipsa quoque mulier torquebitur. Neque enim ægrè [f] feret, si torqueatur, quæ venenis suis viscera hominis extinxit. [g] PP. 7. Calen. April. Sabino, & Anulino Coss. 217.

Non est credendum de facili confesso de se & sociis: sed si allegat euidentem rationem, vel aliud verisimile quod instruat iudicem, debet procedere ad inuestigationem veritatis. h. d. Bald. vel sic. Confesso vel conuicto non creditur de socio, & maximè de ipsū apprehēdēte nisi euidēter probauerit, & tūc quia eũ apprehēdit, pœnā delicti non euitabit. h. d. Sal.

Pars [2] † rescripti Imp. Antonini A.

LEX IIII.

SIcuti conuictis, confessisque ad societatem scelerū vocantibus eos, [h] à quibus 3 † apprehensi custoditive sunt, facile credi non oportet: [i] ita si euidentibus rationibus post commissum communiter facinus ad euitandā de se sñiam id fecisse [k] fuerint probati, [l] publicæ vindictæ non sunt subtrahēdi. PP. 5. Cal. Apr. Sabino, & Anulino Coss. 217.

Etiam si de nece defuncti vendicanda tractatur, serui libertate donati non indistinctè torquentur. h. d. Sal.

Imp. Alexand. A. Respecto.

LEX V.

NEc si mors testōris vindicāda est, qōni idiscretè [m] subijciūtur ij, qui libertatē supremo iudicio acceperunt. PP. 6. Id. Mart. Iuliano 2. & Crispino Coss. 225.

Seruus, vel libertꝰ, nō torquetur in dominū vel patronum, vel pro eo, h. d. Sal.

Imp. Gordia. A. Herodiano.

LEX VI.

PRidē placuit domestica [n] seruorū seu libertorum propriorū vel 4 † maternorū interrogatione in causis ad dños, vel patronos ptinētib. abstinēdū esse, vt neque pro his, [o] neq; aduersus vos in capitalib. [p] vel pecuniarijs qōnib. veritatis vim obtinere possit, qđ i cōfessionē ab eis fuerit đ ductū. PP. 7. Id. Ma. Sabin. & Venusto Coss. 241.

Seruus non torquetur contra dominum volentem, vel inuitum. h. d. Sal.

Impp. Diocletia. & Maxim. AA. Vrbanæ.

LEX VII.

SEruos, q̄ ꝓprii indubitatē iuris tui ꝑbabunt, ad iter

m *Indiscretè*. id est indistinctè nam de minore 14. ann. quæstio non habetur, ut ff. eodem. leg. de minore. Item nec de eo qui non fuit sub eodem tecto, ut ff. ad Sylla. l. prima, §. hoc autem. Item nec de statu libero, nisi princeps sceleris fuerit, ut ff. ad Syll. l. prima, §. sed in eo cui, & tunc ut liber, ut ff. eodem. l. statuliber. Item attenditur, sint indicia, uel non, ut not. supra eodem, l. prima. Item & an fueris præsens, uel non, vt ff. ad Sylla. l. prima, §. si quis in uilla. Item an fuerit in ea ualetudine, ut dominum iuuare potuerit uel non, vt ff. ad Syll. l. 3. in principio.

Quæstio non indistinctè est habenda etiā de sens. 3 † deprehensi.

n P*Ridem Domestica*.] Nota, qui sunt domestici, ut sup. de ijs qui ad eccle. confu. l. fin. §. fina. & ff. de pœnis. l. respiciendum. §. furta.

o *Vt neque pro his, neque aduersus*. ergo 4 † patronorum. quod fauore eius introducitur, in eius læsionem retorquetur. & sic est contra sup. de leg. & constitu. l. quod fauore. Sed certè non ideo, quia non contra eum admittitur, euenit, quod non pro eo, sed quia ut testis pro utraque parte cum dicere oportet, ut & supra, de episco. & clerici. authen. sed iudex. & ad hoc sup. de testi. l. seruos. & ff. eodem l. §. Imperator noster. & §. seruus, & ff. de testi. l. lege. Iulia. Accurs.

p *In capitalibus*. nisi in ea sit sup. eo. l. i. & facit ff. eo. l. unius. §. seruus, & sic ubi quis inuitus non diceret testimonium, non torquetur.

a *Seruus Nec offerente* idest volente domino non torqueātur contra dominos. vt & sup. de test. l. seruos. & leg. parentes, & ff. eo. l. vnius, §. seruus.

b *Tantum abest* i. multò magis, & hic abest à iure. quod subijcit sic & sup. de codicil. l. si.

Milites. CASVS. Miles in criminali causa torquendus nō est. nisi ignominiosè sit a militia missus. Item nec filij militum. Iudex vero antequam aliquem torqueat, debet esse instructus argumentis: nec à quæstionibus debet incipere. si tamen quis torqueri debeat, habēda est personarum discretio. Viui.

c *Tormentis* idest, quæstionibus.

d *Pœnis*. quæ sunt fustigatio, in metallum damnatio, vel in ministerium metallicorum, ut ff. de pœnis. leg. moris, §. iste, & inf. de pœnis. l. honor. & ff. de re mili. l. 3. §. 1. Sed hoc fallit in crimine læsæ maiestatis, ut sup. ad leg. Iul. maiest. l. si quis alicui.

Plebeiorū pœnæ quæ sint.

2† subiugate.

ADDITIO. Aduertas, quod sicut milites non torquentur, sic nec doctores, vt tenet Cy. hic, & in l. 4. supra ad legem Iuliam maiesta. Idem dicat in homine decrepitæ ætatis, vt in l. 3. §. ignoscitur. ff. ad Sylla. Idem potest dici in clerico, nisi sit infamis. de quo per Anton. de But. & alios Canonistas in ca. 1. extra de deposi. & per Abb. in c. cum in contemplatione. de regulis. iur. in antiquis.

2† ignominiæ causa.

3† in inuestigatione

e *Stipendijs* sed forte causaria missione est missus, cum multa sint genera missionum, ut ff. de ijs qui notant. infa. l. 2. §. ignominiæ.

f *In his criminibus*. in criminibus quibusque falsis, vt ff. ad Sylla. pri. Sed forte & ibi præcedebant indicia. Item & fallit sup. eod. l. 1. Vel dic ut ibi. Acc.

g *Sed argumentis* ut & sup. de fal. l. sicut. & ff. eod. l. 1. in prin. & l. de minore. & l. vnius, §. in ea.

h *Personarū conditio* qa nō sit in dignitate, vel militiæ, uel alterius conditionis.

rogationē nec offerente [a] rē ducī sineremus: tm̄ abest, [b] vt ēt inuito te, contra dominam vocē rumpere cogātur. PP. Cal. Nouembr. Maximo 2. & Aquilino Coss. 286.

Milites etiam veterani, & eorum filii, necnon cæteri in dignitate positi, etiā præcedentibus indiciis non debent torqueri nisi à malitia ignominiosè sint dimissi: nec in cęteris ad torturam proceditur non præcedentibus legitimis indiciis, h. d. Salic.

Ijdem AA. ad Sallustium præsidem.

LEX VIII.

MIlites neque tormentis, [c] neque plebeiorū pœnis [d] in causis criminum subiungi concedimus: etiam si non emeritis stipendijs [e] suis videantur esse dimissi: exceptis ijs, qui scilicet [1] † ignominiosè sunt soluti. qd & in filijs militum & veteranorum seruabitur.

¶Oportet aūt iudices nec in his criminib. [f] quæ publicorum iudiciorum sunt, [2] † ad inuestigationem veritatis a tormētis initiū sumere [3] † sed argumentis [g] primū verisimilib. probabilibusq; vti. Et si his veluti certis indicijs ducti, inuestigandæ veritatis gratia ad tormenta putauerint esse veniendū, tūc id demum facere debebunt, si personarum cōditio [h] patiatur.

¶Hac.n. rōne ēt vniuersi prouinciales nostri fructū ingenitæ nobis beneuolētiæ cōsequent. PP. sine die, & Cōsule.

In causa ingenuitatis, ad torturam potest perueniri. h. d. Sal.

Ijdē AA. & CC. ad Charissimum presidem Syrię.

LEX IX.

SVper statu [i] ingenuitatis [k] per omnia interrogationum, & quæstionū vestigia decurrendū est: ne [4] † alienæ fortè sordidæ [5] † stirpes splendidis, & ingenuis natalib. audeant subrogari: vel propria ac debita per cōpositam [l] quæstionem, quibus competit, successio denegetur. D. 6. Idus Maij, Emissa ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

Super falsitate testamenti potest seruus hæreditarius torqueri, etiam si ei libertas sit præstita. hoc dicit Salicetus.

Ijdē AA. & CC. Ptolomæo.

LEX X.

CVm testamentum falsū esse proponas, [m] ad illuminandam veritatem seruos hęreditarios (etsi libertas eis ab eo, qui se hæredem esse affirmat, præstita est) etiam per tormenta [n] interrogari, constitutionibus principum est permissum. P.P. 6. Calend. Septembr. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

In dignitate, vel præeminentia positi, & eorum liberi vsque ad pronepotes, nec pœnis plebeiorum, nec quæstionibus debent subiici. Si tamen precedēs in gradu est adspersus aliqua violati pudoris macula, nec ad eum, nec ad sequentem in gradu porrigitur priuilegii prærogatiua, hoc dicit Sal.

Ijdem AA. & CC. Boetho.

LEX XI.

DIuo Marco placuit, eminentissimorum quidem necnon etiam perfectissimorum virorum vsque ad pronepotes liberos plebeiorum pœnis, vel quæstionibus non subijci, si tamē propioris gradus liberos, per quos id priuilegium ad vlteriorem gradum trangredi-

SVper statu ingenuitatis. CASVS. Si dicat se qs filiū alicuius, & ideo debere ei succedere, & obijciatur ei, quod sit suppositus, an in huiusmodi quæstione possit, uel debeat seruorum haberi quæstio? Dicitur, quod sic, ne talis loco nobilium & legitimorum subrogetur, & ingenuis auferatur debita successio. Viuianus.

i *Super statu* vbicūque fit quæstio, cautè debet fieri, ut ff. eod. l. de minore. §. plurium. maxime vbi, quis negatur ingenuus, vel filius, & sic dicitur non debere succedere, sed alios. Vel cōtra dicatur esse liber, uel filius, qui non est, ne sordida stirpis subrogetur, vt hic & ff. eo. l. extraneo, § de quæstione, & l. vnius, §. iudex. Item in possessione libertatis, vt supra de libe. cau. l. eam quæ. Sed non in proprietate libertatis & seruitutis, ut ff. eo. l. de minore, §. fi. Item si de libertinitate tractetur. argu. huius l.

4† alieni.

5† stirpi.

k *Ingenuitatis*. De supposito partu. Irn.

l *Per compositam*. id est, fallacem vel fictam. Alij dicunt quæstionem à quærendo, quia per fallaciam quærit hæreditatem, qui habere non debet.

CVm. CASVS. Accusaui testamentum de falso, in quo eras institutus hęres, an serui hæreditarij torqueri possint, ut eruatur ueritas? Dicitur, quod sic. Vel sic. Reuocabatur in dubium de quodam testamento, esset uerum uel falsum, an serui &c. Et respon. quod sic, etiā si is, qui se hæredem affirmet, illos manumisit.

m *Proponas*. ò accusator. Accur.

n *Per tormenta*. & hoc ratione dubij, quia dubium est sit hæres, uel nō, cōtra quem torquetur, ut ff eo. l. hæreditarij. & l. extraneo. §. 1. & inf. eo. l. hoc quod.

DIuo. CASVS. Decuriones priuileg. habent, quod torqueri non debent. Idem priuilegium extenditur usque ad pronepotes, nisi in priore grad. constitutus esset infamis, uerbi gratia: Aueus

meus erat decurio: filius meus si fuerit infamis, non habebit idem priuilegium, quin torqueri possit. idem est in alijs nobilibus, & eorum filijs.

Ad pronepotes liberos.] vt ff. de pęn. l. moris. §. liberos. Acc.

a *Aspergit.*] tunc. n. per liberos aspersos macula sequenti gradui non porrigitur prærogatiua, vt hic, porrigitur tñ per auum vel proauum, à quo cœpit hoc priuilegiũ, ut ff. de sena. l. emãcipatum. §. fi. ar. ff. de iter. & rele. l. 3. quæ sunt contra Alij dicunt, quod ibi remansit in potestate aui, hic non. Alij, quod illud quò ad dignitates: hoc quo ad tormenta. Sed si filius senatoris aspergitur macula, & prius habuit, vel genuit filiũ quam infamaretur: non nocet huic nepoti, quò minus vt & filius & nepos senatoris dicat, & priuilegio fruatur, secus si post maculam conceptus: illi. n. ex persona aui tantum subuenitur ex prędicta l. & ex alia in co. tit. si liã. & de in ius voc. adoptiuum. §. fi.

1† disputationum.

2† Betho.

3† Ergo à sensu contrario, si veritas aliter illuminari posset adhuc præcedentib. indicijs si esset ad torturã deueniendum, alios casus ponit Hyp. in l. 8. de qõne.

b *Hoc obseruari.*] vt non torqueant, nisi infames sint, ut ff. de pœn. l. moris. §. istæ. & l. fi. & inf. de pœ. l. si matrem. & l. decuriones. Acc.

Qvoties.] CASVS. Si de dominio alicuius serui inter aliquos fiat quæstio, s. ad quẽ eorũ dominiũ serui pertineat: an idem seruus torqueri possit, quæritur. Et dicitur, quod sic.

c *Tractatur.*] quia vnus uẽdicat ab alio rei uendicatione, & sic ratione dubij torquetur, ut & de rei vend. l. cum super. & inf. l. prox. Si autem liberalis, vel super possessione libertatis esset quæstio, dic vt sup. de libe cau. l. ea quę. Nec ob huic l. ff. eo. l. ex lib. §. fi. qa ibi petitione hęreditatis agebatur, hic rei uẽdicatione, vel illa corrigit. Itẽ contra ff. co. l. de minore. §. fin. Sed positio casus tollit contrarium.

4† agatur.

5† ibi. n. dũ de &c.

6† ex hæreditate.

tur, nulla violati pudoris macula aspergit. [a]

¶ In decurionibus autem, & filijs eorum hoc obseruari [b] vir prudẽtissimus Domitius Vlpianus in publicorum [1] † disceptationum libris ad perennem scientiam & memoriã refert. PP. 5. Cal. Decẽb. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

Si inter duos est quæstio de dominio serui, potest ipse torqueri. h. d. Sal.

Iidẽ AA. & CC. [2]† Aspro.

LEX XII.

QVoties de dominio mãcipiorũ tractatur, [c] si alijs probationib. veritas illuminari non possit: [3]† de se ipsa [d] esse cum tormẽtis interroganda, iuris auctores probant. PP. 3. Idus Maij. Sirmij, Tiberia. & Dione Coss. 191.

Si quæstio sit inter duos se contendentes hæredes, serui hæreditarii possunt torqueri. Si autem inter duos se fatentes cohæredes quæstio sit, an res aliqua sit hęreditaria serui iure isto torqueri non poterunt, cum seruus communis, nisi ex casu homicidii pro vno contra alterum non possit torqueri. h. d. Sal.

IjdemAA. & CC. Philippę.

LEX XIII.

HOc, quod placet, si de hęreditate [4]† quęrat, [e] hęreditarios seruos interrogari, tibi opitulari [f] non potest. [5]† Vbi enim de dominio incertũ [g] est, ad quẽ [6]† hæreditas pertineat: meritò per interrogationem hæreditarij serui ad veritatis indaginem peruenitur.

¶ Tu autem asseuerãdo seruum communem esse, [h] non dubitas portionem ad eum pertinere, cõtra quẽ interrogari [i] eũ cupis. Quæ res qõnẽ hẽri ab eo non permittit, cũ [k] nec cõis seruus aduersus dominum cõem, qui nõ occidisse sociũ suũ dicatur, interrogari possit. S. 3. Cal. Maij, Heracliæ AA. Coss.

Nedum pro domino præsenti, sed nec pro præterito seruus põt torqueri. Sal.

Iidẽ AA. & CC. Constãtio.

LEX XIIII.

SEruos nõ solũ pro dñis, sub quorũ dominio sunt constituti, sed nec pro ijs, quorum antea fuerunt, [l] interrogari posse constat. S. 8. Id Apr. CC. Coss.

Vbi de facto serui queritur ipse potest torqueri. h. d. Sal.

Iidẽ AA. & CC. Maximo.

LEX XV.

INterrogari [7]† seruos de facto [m] suo nõ solũ in criminali cã, sed ẽt in pecuniaria (veluti qñ per eos depositi vel cõmodati nomine, vel aliis causis legib. cognitis res aliis [8]† pstitæ [n] sunt) posse, si ambigit. S. 5. Id. Apr CC Coss.

Decuriones prohibentur torqueri, nisi contra principem vel Rempublicam dicãtur moliti, pęna capitis imminente iudici in cõtumeliã ordinis torquenti. h. d. Sal.

Impppp. Valent. Valens, & Gratianus AAA. ad Antoninum PP. [9]† Galliarum.

LEX XVI.

DEcuriones [10]† siue ob alienum, siue ob suum debitum, exortes [o] omnino earum volumus esse pœnarum, quas fidiculæ [p] & tormẽta constituũt. Quod qui-

an possit petere, ut seruus communis torqueatur, quæritur & dicitur, quod non. Viuian.

e *Quæratur.*] quia ego dico me insolidum hæredem. Tu dicis de te & hoc placet sapientibus seruos hæreditarios torqueri, vt ff. eo. l. hęreditarij. & extraneo. §. de quęstione.

f *Opitulari.*] agenti cõi diuidundo. Irn.

g *In certum est.*] vt sup. l. proxi. & dictis legib. ff. e. o. l. fi.

h *Communem esse.*] quia fateor te cohęredẽ, & tu me, & sic seruũ Stichũ hæreditatẽ esse cõem: quem peto torqueri ad inquirendã veritatẽ al terius rei hęrditariæ, quã hæreditariã nego. hoc casu non torquetur Stichus, ut hic. Sed hodie contra, ut inf. e. l. fi. quæ hanc corrigit.

i *Interrogari.*] s. super re vna, quam hæreditariã dicis ille negat.

k *Cum nec.*] transit ad tertiũ casum, qñ cõis est ex alia, q̃ hæreditatis, & hoc cõfitetur vterque: nã nõ torqueretur in caput dñi, vt ff. e. l. cõstitutione. nisi in casu, quẽ subijcit, & quẽ habes. ff. eod. l. extraneo. §. qđ congruit, & nisi causa cõis negotij, ut ff. cõi diuid. de communi, & facit ff. eo l. vnus. §. pen. & l. 1. §. seruum municipium. Acc.

SEruos.] CASVS. Si vẽdidi tibi seruum, an i caput meũ possit torqueri, q̃ritur. Et dr, quòd nõ: sicut neque in tuum.

7† Cũ hac l. concord. de ista. cũ gl de offi. archi.

8† permissæ.

l *Fuerunt.*] in memoria prioris dominij, vt & ff. eo. l. unus. §. seruus. & l. etiam. & l. extraneo. §. vlti. & inf. de sen. pas. & restit. l. frustra. & facit ff. de decur. l. fina. & inf. eo. l. nihil & sup. eo. l. 1. in fi. argu. contra. ff. de postu. l. cui. §. affinitates.

INterrogari.] CASVS. Seruus cũ contra dñm torqueri non possit cũ meũ seruum deposui, uel commodaui, an de facto suo torqueri possit, quæritur. Et dicitur, quod sic.

9† Galliano in fed hic recte.

10† Ex li. 9. tit. 35. l. 3. C. Th.

m *De facto suo.*] forte & non etiam præcedentibus indicijs, vt ff. de proba. l. cum probatio. & facit sup. de testi. l. seruos. & de ser. fugi. l. quicunque. Acc.

n *Præstita sunt.*] quia cõmodatũ. vel receperũt cõmodatũ.

o *Decuriones Exortes.*] id est, immunes.

p *Fidiculæ.*] id est fidicularum tormenta, & est genus tormenti, ut supr. ad legem Iuliam maie. l. nullus. & facit inf.

¶ *Ipso*] scilicet mancipia.

HOc, quod.] CASVS. Si inter aliquos sit controuersia de hęreditate aliqua, vt quia vnus dicat se hæredẽ, & alius similiter, an seruus hęreditatis torqueri possit, quæritur. Et dicitur, quòd sic. sed si Titius habeat communem seruum cum Seio, & Titius dicat Seium crimen cõmisisse:

inf. de decurio. l. omnes iudices. lib. 10.
a *Existimumque.*] i. vituperium, vel praeiudium.
b *Ex ordine.*] decurionum.
c *Maneat.*] i. teneat, vt supra, d. l. nullus. Item & fallit supra de fal. l. si quis decurio. & supra de Math. l. & si excepta, & infr. de decurio. l. quilibet. li. 10.

N*ihil.* *Cognitorum.*] id est, iudicum.
e *Innocentia.*] quia nulla praec. dũt insi...
f *Corporales.*] i. tormẽta. nec etiam poenas plebeiorum ex lu. vt ff. de poenis. l. moris. §. illae. Sed aliae sunt poenae, quae talibus imponũtur, vt ff. de re mi. l. 3. §. 1. Sed hoc fallit, ut supra proxi. sol. Acc.
g *Munera.*] id est, orcera.
h *Non patitur.*] vt ff. de decurio. l. si.

D*E tormentis.*] CASVS. Si inter alios quos de haereditate singularis fuerit qõ: an serui haereditarij torqri possint: quaeritur. Et dicitur, quod sic. siue eis fuerit relicta libertas in testamento, siue nõ. praestito tamẽ sacramento calumniae ab eo, qui petit eos torqueri. Viua.
i *Discrimine.*] i. distinctione, quae fiebat ex l. sup. eod. hoc quod placet verum de tota haereditate esset quaestio, vel de vna re, quae per hãc corrigitur. Acc.
k *De iure.*] id est, de vsufrudu.
l *De vtroque.*] vsufructu & praedij.
m *Corporibus.*] vt ff. dijs. Acc.
n *Haereditarijs.*] vel etiam iurib. q. d. non de alijs rebus aliũde sibi communibus.
o *Praecepti sunt.*] lenius tamen illi torquentur ut ff. e. l. statulib. & sup. eod. l. nec si mors.
p *Deduci.*] speciale, vt contra dominum torqueatur, ut su. de iure delibera. l. fi. & §. licentia danda. & alias contra, ut ff. e. l. 1. Item & alias contra, ut ff. eo. l. diuus. §. fi. sed illae per hanc correctae sunt.
q *Praestando.*] quod non calumniose petatur torqueri, ut su. de iuramen. calum. l. 2. in fi. Sed cum fiat quaestio, an per eam fiat plena probatio? Vñ, q non quia fragilis est res, vt ff. eo. l. 1. §. quaestioni. Econtra, q si efficacissima vñ, vt ff. cod. l. edictum. Potest dici secundum facta in quo... & in nimium mollibus tormen... tis non fit probatio: in ... sic. Sed videtur in ... nullis fieri fidem, vt ff. eo. l. 1. §. diuus. Se... vbi dicit non haberi pro explorato... quare dic si perseueret, tenet cõfessio in tormẽtis contra ... vt arg. ... eo. l. si qui... Alij dicunt, quod illud loquitur, quando de alijs delinquentib. confitentur. Tertij contra, qñ de se.

Marginalia: 4† Hanc nulla praec. dũt indi... 5† Calẽ. Valẽt. 5. & Valẽtiniano AA. Cõs. & recte. — 3† Ex libr. 6. C. Th. — 4† innocẽtiae auctoritate se... principali ... C. T. — 5† Haec vsq. ad. fi. desunt. C. Th.

dem capitale iudicium erit, si in contumeliam ordinis, existimq;[a] tenetur. Maiestatis tantummodo reos, & quae nefanda[1] † dicta sunt conscios, aut molientes ex ordine[b] municipali, maneat[c] tam cruenta conditio. Dat. [2]† Calend. Octob. Treueri, Valentiniano 5. & Valente AA. Coss. 376.

Nec gratia nec pecunia iudex debet innocentes vel dignitate munitos torquere: & memoria pristinae dignitatis prodest. h. d. Sal.

Impp. Arcadius, & Honor. AA. Messalae PP.

LEX XVII.

N*Ihil* [3]† sibi deflectẽs à iustitia indignatio cognitorũ[d] nihil venalis exigentiũ terror in eas, quae aut [4]† innocentia[e] securae, aut principali sunt honore munitae, intelligat licere personas, ad inferendas iniurias corporales.[f] habeat hanc mercedẽ laboris multorum munerũ testimonijs commendata deuotio. Idemq; [5]† est, si munera[g] decurionatus quis deposuerit: nam & ipse propter pristinam dignitatem quaestionem non patitur.[h] Dat. 12. Calend. Septembr. Theodoro V. C. Coss. 399.

In quaestione haereditatis serui haereditarij possunt torqueri prius praestito sacramẽto a petẽte torqueri, quod hoc non petit animo calumniae. h. d. Bal. uel sic. Serui haereditarij gubernationem rerum habentes possũt torqueri, siue sit quaestio de haereditate, siue de re haereditaria, non obstante, quod eis libertas sit legata. h. d. Sal.

Imp. Iustinianus A. Demostheni PP.

D*E tormentis haereditariorum seruorũ sancimus, nullo discrimine*[i] *secũdũ anteriores leges & cõstitutiones interposito, siue de iure*[k] *haereditatis aliqua moueatur inter haeredes quaestio, siue de corporib. tantũ haereditarijs, siue de vtroq;*[l] *eorum: seruos de corporibus*[m] *tantum haereditarijs*[n] *interrogari, & licere suos eos tantummodo qui res gerendas detinent, siue in seruitute relicti sunt siue libertatem adipisci per vltimam testatoris voluntatem praecepti*[o] *sunt, in quaestione rerũ haereditariarũ deduci:*[p] *& ex his ea, q̃[6]† occulta sunt, reuelari, prius[7]† tamen sacramento super his à nobis statuto praestando.*[q] Da. 15. Calen. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Coss. 529.

TITVLVS XLII.

De abolitionibus.[8]†

Accusatio, cuius abolitio concessa a praeside, non repetitur: nisi a principe impetretur. h. d. Sal.

Impp. Diocle. & Maximia. AA. & CC. Paternae.

LEX PRIMA.

P*Raeses prouinciae si perspexerit abolitionẽ ad omnia crimina, quae mota sunt pertinentem, a se*[r] *impetratam: ne semel finita instaurentur, intercessione auctoritatis suae prospiciet. Supplicatione vero porrecta*[9]† *nutui principali,*[s] *praefata abolitione sopitum crimen, ab eadẽ persona*[10]† *reuocari*[t] *potest.* PP. 15. Cal. Decemb. Diocletiano 3. & Maximiano AA. Coss. 287.

Abolitio priuata concedẽda est a iudice causa cognita, & iustè denegatur, quando per calumniam ad accusandum prosiluit imperator, vel a reo corruptus fuerit, nisi vel suam uel suorũ iniuriã prosecutus fuerit. h. d. Sal.

Confessio facta in tormentis ... faciat plenã probationẽ.

DE ABOLITIONIBUS &c.

Dictum est supra de accusationib. videamus de abolitione accusationis. Ratio, quia accusatores qñque desistunt: & si quidem sine licẽtia, incidunt in Turpilianũ, vt j. ad Turpil. per totum: & cũ licẽtia, nõ. Et habetur licentia siue abolitio tribus modis. Aut n. est publica, aut ex lege, aut priuata, & haec priuata, aut a praeside, aut a principe, vt ff. eo. l. abolitio. & l. seq. & hic. Est ergo abolitio accusationis instituta per sententiam interlocutoriam peremptio.

P*Raeses.* CASVS. Si instituit accusationẽ aduersus aliquem criminaliter, possum impetrare abolitionẽ a praeside, vt liceat mihi desistere: nõ si velim impetrare, vt liceat mihi iterũ accusare, & ita abolitionẽ abolitionis nõ possũ impetrare, nisi a principe.
r *A se.*] praeside, & sic priuata, & est, idem. ff. eodem l. mulier. §. fin. secus si est publica, uel legitima abolitio, ut infra. titu. s. l. 1.
s *Principali.*] qui. n. impetrauerat abolitionem, nunc supplicat principi, ut ad accusationem ei redire liceat, & sic abolitio abolitionis.
t *Reuocari potest.* intra 30. dies, vt ff. eo. l. at priuatum. §. 30. & facit sup. ad l. Cor. de fal. l. si decurio. in fi.

Marginalia: 6† occulta. — 7† autem. — 8† Quinq. tituli sequẽtes ad S. C. Turpillianũ. — 9† mutui. — 10† reuocari.

Abolitio.] CASVS. Si accusassem per errorē, pœnitere possum, & impetrare abolitionē non si per pecuniā desistere velim ab accusatione.

1† P. Abolitio habitur tribmodis.

2† Ex lib. 9. tit. 17. l. 2. 3. & fina. C. Th. vi. Alci. ii. §. Para. c. 11.

a Abolitio præsentib.] sic supr. ti per vim, uel alio modo. l. fin.

b A competenti.] s. stide, cui de criminē cognoscit, non delegato, ut ff. ad Turpill. l. 1. §. abolitio. Accur.

c Calorem.] sic ff. de regu. iur. l. quicquid calore. Acc.

d Per deceptionem.] quia dicit se id fecisse per errorē, cum fecerit per calūniam. Vox.] quia non miseretur, sed propter pecuniam facit. & facit sup. de inf. ex post. l. si in fi.

3† Nota q licet accusator fecit pacē cū accusatio, nihilominus iudex potarit procedere super morte, per l. Ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui.

4† excratur, cōfir. C. Th.

f Defendunt.] accusando. Acc.

g Omnimodo.] etiā per pecuniam seruata tamen in omnib. distinctione sequentis legis, secundum Io. Alij dicunt etiā si per calumniam accusasset, q petit abolitionem. quod non placet. & facit sup. de adult. l. quinis. 2. Acc.

Fallaciter.] CASVS. Per calumniam accusanti abolitio denegatur, sed & si motus iusta de causa accusauerim; aut tu reus passus es tormenta, & tūc nō possum petere abolitionem nisi requisito assensu tuo. vt nō, & tunc intra 39. dies te inuito potero petere abolitionem, post non, nisi te cōsentiēte. si testes tormenta passi fuerūt, tunc nullo modo in casib. tū non datur abolitio, vt in crimine lesę maiestatis, & in patria oppugnata, & in actione peculatus: & qū accusatur miles de pertuario quocunque modo fuerit instituta accusatio; siue reus, siue testes fuerint, si siue non. Viui.

5† Hęc vsque ad fi. desunt in C. Th.

6† al. Imp. Gra. Valen. & Theodos. AAA. Sed dic re ĉte si ad das Grati. ve ostendit subscriptio.

7† Ex lib. 9. tit. 37. l. 2. 3. & fi. C. Th.

8† merito scriptionis illatæ toleratis

i nscriptus C. Th.

9† perulit C. Th.

h Fallaciter.] i. per calumniam, ut infr. de calu. l. fallaciter & sup. l. proxi.

i Non petetur.] cum effectu.

Imp. Constantinus A. ad Ianuarium. 1† P.

LEX II.

Abolitio 2† pręsentib.[a] partibus causa cognita, non a principe, sed a competenti [b] iudice postulari debet: idest, si per errorem, seu temeritatem, seu calorem [c] ad accusationē prosiluerint. hoc. n. accusator explanans, abolitioni locum faciet.

Sin aūt per deceptionē, [d] vel pecunijs a reo corrupt[e], ad postulandam abolitionē venit, redemptę miserationis vox [e] maximè admittatur, sed aduersus nocentē 3† rerum inquisitione facta, pęna competens 3† ingeratur.

4† Hi autē, qui suam, suorumq; iniuriam defendūt, [f] & qui cognatos suos in accusationē deducunt, omnimodo [g] abolitionem petere nō prohibentur. Dat. 16. Calen. Decemb. Sardicę, Cōstantino A. 5. & Licinio Cos. 312.

Per calumniam accusanti, non debet abolitio concedi, nec etiam mente sincera accusanti, si reus iam fuerit carceratus, vel aliquod grauamē corporale passus, nisi consentiat impetranti, & post torturā testiū non debet concedi, nec ēt in criminib. hic enumeratis. h. d. Sal.

Impp. Valent. & Valen 5† AA. Floro.

LEX III.

Fallaciter [h] incusantib. 6† accusationis abolitio nō dabitur.

Sin autem sincera mente accusationem instituerit & reus aliquid iniurię 7† inscriptionibus illatę tolerauerit, idest, si vel carceres sustinuerit, vel tormenta, vel verbera, vel catenas, abolitio non petetur: [i] nisi forte ille qui hæc 8† passus est, suum consensum ad petendā abolitionem accommodauerit.

¶ Quando aūt reus nihil tale passus est, postquā 9† fuerit officij custodiæ traditus, intra dies triginta accusatori petenti ēt inuito reo, dari permittitur. Post hoc 11† vero tēs. nisi reus cōsentiat, censemus nō esse tribuēdā.

Quod si ingenuorū licet plebeorū 12† qui cōscij, & participes criminū nō erant, testimonij gr̄a corpora fuerit lacerata verberib. tormētisque vexata, [k] abolitionē ēt duarū [l] partiū consensu petitam iubemus 13† vigore iudicis denegari: & crimē propositum, cuius examē tormētis iam cęperat, [m] agitari.

Sin 14† autem testib. tormēmenta minimè sunt illata, ēt sic abolitio non dabitur in illis criminib. [n] (15† vt in violata maiestate, aut patria oppugnata, vel pdita [o] aut peculatus admisso, aut sacramentis desertis, [p] omniaque, quæ iure veteri cōtinētur) in quibus iudex non minus accusatorē ad docēda, q̄ detulit, quā reū ad purgāda, q̄ negat debet vrgere. D. prid. Idus Octob. Treuer. Valen. N. P. & Victore Coss. 396.

TITVLVS XLIII.

De generali abolitione.

Generali abolitione finita intra triginta dies accusatio potest repeti, & non vltra. h. d. Sal.

Imp. Antoninus A. Rutillano Consulari 16† Ciliciæ.

LEX PRIMA.

Qvi potentatus [q] & vis, aliorumque criminū reum fecit, si post abolitionem ex forma solita reorū factam, [r] & post edicta proposita intra diem statutum[s] repetere supersederit, per se qui crimina volens nō est audiēdus. PP. 8. Cal. Maii, Læto 2. & Cereali. Coss. 216.

Generalis abolitio concernit processus præsentes, non futuros. h. d. hæc lex notab. Bal. Vel sic. Si reus non erat accusatus tēpore, quo publica abolitio superuenit, ea finita, ēt post triginta dies accusari nō prohibetur. h. d. Sa.

k Vexata. No. ingenuos torqueri, vt & hic q. d. l. ex libero. & l. vt iur. §. testes. & telesij, ut supr. de epis. & cle. presbyteri & 14 l. 6. testes.

10† Ex li. 9. tit. 37. l. 4. C. Th.

11† Hæc desunt, C. Th.

l ABOLITIO. Dicas de hoc, ut per canonistas in c. ex. de deposit. & per Alb. in cau in cōtēplatione. de regu. iur. in antiq.

l Duarum.] ac cusatores & accusati

m Coperat.] sed den tib. ti iudicis, a cn vero a tormentis in reperitur sup. tit. pro. xi. l. milite oportet.

n In illis criminib.] Io. il. &c. q d. i.

o Prodita & illic in cidit in crimen læsæ maiestatis, ut ff. ad l. maie. l. 1. 2. 3. & 4. & l. maiestatis & ad ide. ff. de captiu. & postlimi. reue. l. postliminiū §. trāsfugæ. & de remili. c. mine. §. exploratores. & l. proditores. & Cato. Pugna pro patria.

p Desertis.] hęc in milite n. cadit, ut ff. de mil. test. l. ex militari. Itē adde sup. de fi. l. l. vl. i. Item est illud. ipse, regulariter contra sup. c. probl. l. ci.

12† Hæc omnia absunt a C. Th.

13† cōfirc. C. Th. al. sui vigore.

14† Ex li. 9. tit. 37. l. 2. C. Th.

15† vt sūt ista, in quibus aut violata maiestas, aut patria oppugnata, vel prodita, aut peculatus admissus, aut sacramēta deserta sūt omniaque da, que iure. &c. C. Th.

DE GENERALI abolitione.

Quia supra tractauit de cal abolitione ciū qua vna extinguit accusatio, petit: hic de ea, qua oēs perimuntur accusationes? & iō dicit de abolitiōe gn̄ali. Azo. Quæ dat ob aliquā lætitiā, q̄ publica dr̄. Est etiā legitima, si moritur accusatus vel accusator, ē & priuata, q̄ petitur, ut ff. e. l. abolitio. & l. seq. & l. n.

16† Licię.

Qvi.] CASVS. Si accusationē aduersus te instituero, & gn̄aliter per principē abolitū sit vsq; ad certū tps, puta octodies, quia natus sit ei filius aut p p rem prospere gesta, an eā repeter possim, q̄ritur. Et dr̄, q̄ sic intra triginta dies, post nō.

q Qui potentatus.] quasi fuerit oppressus per potentiam.

r Factam.] ex cā publica, ut ff. eo. l. fi. in teruenientę.

s Statutum.] 30. dierum.

liter agitur, ut instit. eod. §. in summa. & vna collit aliam, ut ff. eo. l. quod senatus & l. præter, §. 2.

NEc seruis. CASVS. Dicitur in hac l. quòd non solum libero, sed nec seruo facienda est iniuria.

a *Nec seruis*. actiuè & passiuè & facit in sti. eo. §. seruis. & ff. eod. l. 1. §. Labeo & l. item apud Labeonem. §. si quis sic & §. pen. & l. cum qui. §. 1.

INiuriarum. CASVS. Dicitur in hac l. quòd non solum nomine suo, sed patris. & vxoris agere potest maritus.

b *Tibi*. o mulier, i. ob iniuriam tibi factam.

c *Duplici*. immo triplici: tibi, & patri, & uiro, ut ff. eo. l. 1. §. fi. & l. eum, §. si nupta. & inst. eo. §. patitur. Sed hic quia una potuit eam, quæ patri & eam, quæ filiæ compe..., cum eius exercitiũ patri detur ut ff. eodem lege patri.

SI non es. CASVS. Aliquis iniulit mihi iniuria m dicẽdo me esse delatorem, an propter hoc sum infamis, queritur. Et dicitur, quòd non, sed agam aduersus eum iniuriarum.

d *Delatorem*. delator falsus punitur, & infamatur, ut infra de calum. l. nostris.

e *Atrocem*. *Praeferres*. ex persona, & ex tempore siue loco, & facto, iure dicitur atrox iniuria, ut ff. e. l. prætor. §. atrocem & instit. eo. §. atrox. & hic est atrox primis duobus modis. & facit supra de episc. & cleri. quidum. tene in hoc. Nota etiam, quòd iniuriarum agit certum dicere debet & non in genere, vel sub alternatione, ut ff. eo. l. prætor i prin. & §. quod autem. & de iure fisc. ita fidei.

SI non conuitij. CASVS. Si motus ira quem homicidam uocasti, si probare possis, per iram non animo iniuriãdi uocasse, item si excessit annus, liberaberis, quia anno finitur in iuriarum actio. Item non solum patronus, sed nec hæres eius liberto pōt. inferre iniuriam, alioquin hæres coercebitur. h. d. cum leg. seq.

§ Sequitur verius non, ut ff. eo. Salic. uide l. eum, in p. inc. canonistas & § c. ...extra de purga. ca... ...si a nimo iniuriandi, aut libello famoso dicas baltar. d. baltar tene ...ti, Oldra. consil. 54.

Imp. Alexander A. Syro.

LEX PRIMA.

NEc seruis [a] quidem alienis licet facere iniuriam. PP. 11. Cal. Decemb. Alex. A. Coss. 223.

Pro iniuria illata filiæ cõiugatæ, marito, & patri competit iniuriarũ actio Sal.

Idem A. Clauo.

LEX II.

INiuriarũ actio tibi [b] duplici [c] ex causa competit cũ & maritus in vxoris pudore, & pater in existimatione filiarum propriam iniuriam pati intelligantur. PP. prid. Id. Maias, Agricola, & Clemente Coss. 231.

Qui alium dicit falsum delatorem, & mentitur, iniuriarum tenetur. h. d. Sal.

LEX III.

SI non es nunciator, veteri non debes, ne ea, propter quod iniuriæ faciendæ gratia quidam te veluti delatorem [d] esse dixerunt, opinio tua maculata sit, quinimò aduersus eos qui minuẽdæ opinionis tuæ cã aliquid cõfecisse cõperiẽtur more solito iniuriarũ iudicio experiri potes. PP. 2. Id. Iu. Gor. A. & Auiola Coss. 240.

Qualitas personæ, & habitus iniuriati facit iniuriã atrocem iudicari. Sal.

Imp. Valer. & Galien. AA. & Valer. Cæs. Vindicio.

LEX IIII.

ATrocem sine dubio iniuriã esse factã manifestũ est, si tibi illata ẽ, cũ esses in sacerdotio, & dignitatis habitũ, & ornaméta præferres; [e] & iõ vindictã potes eo noĩe persequi PP. 2. Æmyliano, & Basso Coss. 261.

Verba sui natura iniuriosa, præsumuntur animo iniuriandi prolata, nisi contrarium probetur, & hæc actio anno tollitur. h. d. Sal.

Impp. Diocl. & Maxi. AA. & CC. Victorino.

LEX V.

SI non cõuitij consilio te aliquid iniuriosũ dixisse probare [f] potes, fides* veri à calũnia te defendit. Si aũt in rixã incõsulto calore [g] prolapsus homicidij cõuitiũ obiecisti, & ex eo die annus [h] excessit cũ iniuriarũ actio annuo tẽpe præscripta sit ob iniuriæ admissum conueniri nõ potes. PP. 6. Id. Iu. ipsis AA. 4. & 3. Coss. 290.

Patronus, vel eius hæres iniuriam liberto facere non potest, h. d. Sal.

Ijdem AA. & CC. Flauiano

LEX VI.

CVm nec patronos iniuriã [i] facere libertis iuris æquitas pmittat, proponasque patronę heredes eũ, qui libertatẽ à defuncta acceperat, iniuriis [k] afficere, curabit pses prouĩciæ cõtumeliã hæredum cõpescere. PP. Id. Iulii ipsis 4. & 3. Coss. 290.

Hoc crimen est priuatum. h. d. Sal.

Ijdẽ AA. & CC. Potẽtiano.

LEX VII.

INiuriarum causa non publici iudicii, sed priuati [l] continet querelã. S. Id. Feb. Sirmii, AA. Cos.

Pro atroci iniuria in personã serui illata dominus potest agere ciuiliter, & criminaliter ad vĩdictã. h. d. S.

Iidẽ AA. & CC. Martiano.

LEX VIII.

DOminũ pro atroci iniuria, quã seruus eius passus est edicti perpetui [m] actione proposita, qua dãni etiã haberi rationẽ verbis [n]

f *Probare potes*. tibi enim incumbit hoc onus, quia præsumitur te animo iniuriandi a hoc dixisse, quia verba sic se habent, sic & si dicat se per iocum dixisse, probet, ut ff. eo. l. 3. & sup. ad leg. Corn. de sica. l. 1. non aliter enim &c. ut ff. de reg. 3. l. non aliter.

g *Calore*. Sed uidetur nullo modo teneri, ut ff. de reg. iur. l. quicquid calore. Sed speciale in actione iniuriarũ arg. ff. de pœ. l. aut facta, §. ea. in fine. vel hic fuit perseuerantia.

h *Annus*.] continuus, nisi qñ sit per metũ, quia tunc utilis est annus, ut ff. quod me. cau. l. si cum ex. §. 1. sed cum ex leg. Cor. hæc actio tribcasibus det ut instit. eod. §. sed & lex, an tũc finitur anno? B. sic, ut hic, cũ non distinguat. Nec ob. instit. de perpe. & tempo. act. in prin. quia speciale est hic, sed M. dixit eam perpetuam tunc, per d. §. instit. & solam prætoriam esse annalẽ.

i *Cum nec Iniuriis*. atrocem, pro leui aũt non agitur, ut ff. e. l. prætor. §. præterea, & ff. de in ius uoc. sed si hac, §. finali.

k *Iniuriis*. etiam leuibus, facilius contra hęredem agatur.

l *Iniuriarum causa. Priuati*. nisi ob famosum libellum detur, ut inf. ti. 1. l. 1.

DOminum. CASVS. Si seruum meum verberasti. agam iniuriarũ, in qua ueniet dãnũ mihi datum in seruo, & quia animo iniuriandi liberum seruum uocauerit, iniuriarum tenebitur. h. d. cum lege seq.

m *Perpetui*. i. generalis, nec enim actio hæc est perpetua, sic inst. de satisda. tu in prin.

n *Verbis*. sic ergo una actione, & una sñia veniet contumelia & dãnũ, & sic est contra ff. eod. l. item apud, §. si quis seruo. & ff. ad l. Aquil. l. sed & si qua cuique §. iniuriam. quib. ut Aquilia ad damnũ, & iniuriarum pro contumelia agi, & duas fieri condemnationes. Sol. potest dici, quòd hæc secundum illa s intelligatur, & quod dicit, qua, simplicem facit relationem, qua scilicet actione l. Aquiliæ, ut & ibi, mulier, quędam nauit

a Concor. ex. de præsum. cap. 3. gl. sup uerbo exprimantur in c. sicut nobis, in fin. de sñia, & re iud.

* Innocentia maximam securitatem habet V. Rolan. à Val. i. consi. 54.

damnaui, saluauit. Vel quia. i. propter quam iniuriam scilicet atrocem agitur et l. Aquilia. contra. n. videbatur, ex quo. n. agitur ad contumeliam, non videbatur posse agi ad dānū. vel dic et in actione iniuriarum venire damnum, nō vt damnū, vt in contrarijs, sed vt cōtumeliam, vel causam contumeliæ, sic in interdicto unde veniunt et mobilia occasione immobiliū, vt ff. de vi & vi arma l. 1. §. si fundum, similiter & damnum datum in corruptione serui. Vel aliud damnum datum à seruo, non petitur actione serui corrupti, nisi & animus sit corruptus, & tunc sic, vt ff. de ser. cor. l. in hoc iudicio simile arg. ff. de li. leg. l. pe. & ff. de aqua plu. arc. l. apud Trebatium, §. aqua.

a *Agere posse*. in duobus casibus qn. s. est atrox, licet nō in contumeliam domini. Item & quando leuis, sed in cōtumeliā domini facta est. alias contra, ut inst. eod. §. seruis ẽm lo. Alij vtrūque exigūt, vt agi possit secus in libero, ubi non quæritur, cætera quē iniuriā pponebat, ut ff. eo. l. eū, q. §. iniuria.

b *Qui liberos*. *Non ambigitur*. vt ff. e. l. si qs ex libertate.

Si quidem auiam. CASVS. Si Zenodorus vocauit auiā tuam animo iniuriādi ancillam, audiendus est. & si libera fuerit pronunciata, conuenietur etiam Zenodorus iniuriarum.

c *Auiam*. Zenodorus dixit auiam suā esse ancillā ciuitatis Comanēsiū, causa infamandi eam volens, nec in causa pcessit.

d *Recessit*. i. in causa non processit.

e *Si perseueret*. probando illam esse ancillam.

f *Agendi*. forte quia actor erat illius ciuitatis.

g *Conuenit*. nō prius ut s. sup. de lib. cau. si tibi.

Si quando iniuriarum. CASVS. Si illustris accuset vel accusetur criminaliter de iniurijs, respōdere potest per procuratorem, secus in alio.

h *Actio*. i. accusatio. Accu.

1 † An veritas conuitij excuset iniuriam. Vi. Gayliū 2. obs. 99.

2 † De est in alijs.

Seruo si iniuria fiat, an possit dñs agere.

3 † Comanensium dixit Zenodus.

euidenter exprimitur, agere posse[a] conuenit. S. 15. Calē. Nouembr. AA. Coss.

Qui liberū dicit seruū infamandi causa, tenetur iniuriarū, nisi sic esse faciat pronunciari, h. d. cum l. seq. Sal.

Iidem AA. & CC. Nonnæ.

LEX IX.

QVi liberos [1] † infamandi gratia dixerit seruos, iniuriarū [2] † actione conueniri posse nō ambigit.[b] S. 6. Calē. Decēb. Nicom. AA. Cos.

Dicēs alieni verba iniuriosa per viā iudicii, si desistit à procedendo pōt iniuriarū cōueniri, sed si nō desistit, non potest conueniri, donec iudiciū terminetur. Bal.

Iidem AA. & CC. Paulo.

LEX X.

SI quidē auiā [c] tuā ancillā (infamandi cā) reipublicæ ciuitatis [3] † Cumanensiū dixit Zenodor[d], ac recessit,[e] iniuriarū actione statim cōueniri potest. Nā si perseueret[e] in ea cā, facultatē habēs agendi,[f] sup hac re deterri querelā, ac tūc demū, si non esse serua fuerit pronūciata postulari cōuenit.[g] S. 15. Cal. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

In crimine iniuriarū criminaliter moto illustres et eorū liberi & uxores viuēte marito illustri, possūt p procuratorē cōparere, & nihilominus in dominū fertur sententia. Cæteræ vero personæ, quæ in re cōi consentur, per se dēnt in hoc iudicio cōparere. h. d. Bal. vel sic. Cūm iniuriarū ciuilē vel criminalē, tā actiuē, quā passiuē possunt illustres per procuratorē exercere. Debent tamen se inscribere, & in eos, non in procuratores ferenda est sententia. h. d. Sal.

Imp. Zeno. AA. viro illustri.

LEX XI.

